Digitized by Google


9
4-F
3

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
7
4 I
49

9.-4.F.3

9.5.F.5

Digitized by Google



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AMSTELODAMI,
Apud Danielem Elsevirium. An: 16[illegible]

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Ferdinandus D. G. Epiſcopus Paderbornenſis et Monaſterienſis, Burggravius Strombergenſis, S. R. Imp. Princeps, Comes Pyrmontanus, Dominus in Borcklohe et Lib. Baro de Furſtenberg. Anno MDCLXXIX.

J. Muunickhuyſen ſculp.

Digitized by Google

Reverendiſſimo & Celſiſſimo Principi
ac

DOMINO,

D. FERDINANDO,

D. G. Epiſcopo Paderbornenſi, S. R. I. Principi, Comiti Pyrmontano, &c. Domino meo Clementiſſimo.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

HAbet hoc Hiſtoria, Reverendiſſime ac Celſiſſime Princeps, ut, quamvis rudius ruſticiuſque compoſita, qua legentes qua audientes ducat & non ſegniter afficiat, vel ſi alia deſint, ipſa eventuum novitate ac varietate. Quid ſi res ea pertineat ad Romanas? Quas quidem documentorum præſtantia, hominum virile & muliebre ſecus omniſque ætatis & conditionis virtutibus, operum magnitudine & copia, narrationum fide ac veritate, notatione ac ſerie temporum, locorum, quæ aperuerunt excolueruntque, noticia & opportunitatibus, omnium gentium annales anteire in confeſſo eſt. Quid porro, ſi ab eo

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google



Ferdinandus D. G. Episcopus Paderbornenſis et Monaſterienſis, Burggravius Strombergenſis, S. R. Imp. Princeps, Comes Pyrmontanus, Dominus in Borckloh et Lib. Baro de Furſtenberg. Anno MDCLXXIX.

J. Munnickhuyſen sculp.

Digitized by Google

Reverendiſſimo & Celſiſſimo Principi

ac

DOMINO,

D. FERDINANDO,

D. G. Epiſcopo Paderbornenſi, S. R. I. Principi, Comiti Pyrmontano, &c. Domino meo Clementiſſimo.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

HAbet hoc Hiſtoria, Reverendiſſime ac Celſiſſime Princeps, ut, quamvis rudius ruſticiuſque compoſita, qua legentes qua audientes ducat & non ſegniter afficiat, vel ſi alia deſint, ipſa eventuum novitate ac varietate. Quid ſi res ea pertineat ad Romanas? Quas quidem documentorum præſtantia, hominum virile & muliebre ſecus omniſque ætatis & conditionis virtutibus, operum magnitudine & copia, narrationum fide ac veritate, notatione ac ſerie temporum, locorum, quæ aperuerunt excolueruntque, noticia & opportunitatibus, omnium gentium annales anteire in confeſſo eſt. Quid porro, ſi ab eo

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſit condita, in quo lacteum ſermonis flumen & judiciorum candorem probarunt diſertiſſimi quique jam illo ævo, quum optimo dicendi genere adeo imbutas aſſuetaſque aures haberent, ut etiam vulgus & fortuita plebis corona bene de oratoribus judicaret? qui Auguſto & Mæcenate atque utriuſque cohorte literatiſſima conſidentibus ſæpe recitavit? cujus conſtantia in Senatu olim celebrata, quod victarum partium duces inter victores juſtis elogiis proſequi, crebroque illos ut inſignes viros nominare non dubitaſſet? Jamdudum intelligis, Ferdinande Princeps Perfectiſſime, me de Tito Livio Patavino loqui. neque enim apud te de quoquam commemorari poteſt illuſtrium veterum, quod ignores; neque quiſquam illorum ſignificari, cui non ſtatim nomen reddas. Sed hæc tanta tua & cum pauciſſimis hodie ſublimis loci atque ordinis tui communicata laus propemodum conſilium inceptumque conturbat atque impedit meum. Quæ eſt enim gratia donantis, quod toties ſine dubio habeas? toties vorſaris, volutaris, percenſueris? in quo nihil ſit animadverſione dignum, quod non adverterit mentis acerrimæ oculos? quod non de præſentibus expungat appellata memoria? quo non, ſi ferat animus, tanquam tuo, utare? Proverbiis

biis quoque ineptiarum notantur, qui ad Alcinoum poma, & noctuas Athenas, & in mare aquas. Nec diffitendum eſt his eſſe ſuum locum: at alia ratio eſt eorum, quibus, velut uno ſummeque naturali & ſuaviſſimo cibo, reficiuntur recreanturque ingenia elegantia: quæ quanto capaciora atque avidiora ſunt corporeo folle, tanto minus ea ſatietas aut faſtidium percipit alimentorum ſuorum: tam mehercule quam nectaris ambroſiæque nunquam pœnitet apud Homerum deos. Itaque nullum periculum reor, ne quid homini polito eorum, quæ florens in Græcia & Romæ eloquentia victuris chartis mandavit, intempeſtive præ manu ſit. Nunquam exhauriuntur iſta: nunquam omnem abolent ſitim: nunquam reguſtata ex intervallo non aliquid affigunt, quod ſuperiores hauſtus, quantumvis largos, fefellerat. Nec vero poteſt Principi doctiſſimo & in omni judicio reconditarum etiam atque interiorum literarum terſiſſimo vilis eſſe ille, qui accedit, apparatus, ſiquidem præſtat, quod pollicetur, pleriſque parum adhuc intellectis lucem, remedia vitiatis. Scis enim, neque te præterit curioſiſſime perſcrutatum, quicquid habet vetuſtas, quod doceat, non tam præclare nobiſcum agi, ut in tractandis his facundiæ priſcæ monumentis nodi, moræ, ſcrupuli, et-

Digitized by Google

iam illis, quibus id unum opus ætatem fuit, difficiles paſſim non occurrant. Multa planiſſime dicta cum ſcriberentur, nunc numeris ſunt obſcuriora Platonicis, ignoratione alicujus ritus, moris, caſus, fabulæ quondam omnibus notiſſimæ. Alibi gloſſemata, voces rariores, eoque ſignificationis dubitatæ, alibi verba vulgaria, ſed uſu ac vi ſecretiore vixque etiam intentis obvio, reſponſant. Sæpe librariorum manus calvi ac fruſtrari neſcio quem ſoporem potuiſſe apparet: & non modo vocabulis verſibuſve omiſſis cruciamur; ſed eſt & ubi literis aut ſyllabis diſſimulatis, repetitis, trajectis, gangræna ſuccreverit; eſt ubi quod explanationis aut memoriæ ſuæ cauſa ſtudioſus ad marginem alleverat, in corpus auctoris tranſierit & moleſtiam creet. Nec vero qui primi formis exprimendos ſcriptores veteres dederunt, ſemper ex probatiſſimo quemque exemplari tranſtulerunt; aut non interdum nimium in corrigendis, quæ non aſſequebantur, & propterea mendoſa putabant, ſibi permiſerunt. Et qui deinde renovatis identidem editionibus inchoatum ab illis munus perficere voluerunt, ut complura, in quibus priores defecerant, præclare procuravere, ita in non paucis offenderunt ipſi, & aliquid rectius inveniendi occaſionem præbuere ſecuturis. In tam ampla doctrinæ induſtriæque

que

Digitized by Google

que exercendæ materia quid valuerit noſter hic tertius in eodem labor, tuum judicium facio, Princeps Sapientiſſime: neque in hac parte Laurentio Vallæ decedo, qui Alphonſum Arragonium ſuarum in Livium curarum cenſorem habuit. Num minor nobilitas tua? cujus originem ad vetuſtiſſimos & magnanimos Widekindos refers? unde nunc quoque domus præſigni diademate redimita communem cum Furſtenbergiis Baronibus ſanguinem ducit? quæ heroas pace belloque ſpectatos edidit plurimos: inter hos inclitum militari gloria & factis Guilhelmum, Ordinis Teutonici in Livonia Magnum Magiſtrum & Sacri Romani Imperii Principem, quem virtute invictum & ſuperiorem potentiſſimus Moſchorum tyrannus confeſſus eſt eo ipſo, quod non niſi ſcelere ſuorum ac perfidia vinci poſſe ſperavit. & illud ejuſdem, quæ ſacratum caput tuum non ornat magis quam ab eo ornatur, Principalis Mitræ maximum decus, niſi te majorem videre gauderet, Theodorum? Num pectore pleno pietatis, officii, morum, altitudine animi, ſanctitate propoſitorum, magnitudine cogitationum, moderatione potentiæ, cura civium pariter & benevolentia inferior es? Nam ne fortunam jactet, & tua regia eſt. Porro neque Artaxerxem ſibi præferebat Ageſilaus, niſi juſtitia vinceret. Præterea

meritis paratur ſolium veſtrum, & raro cruentum eſt; raro non puræ, ut Pontificum, manus. Sed obtineat ſane rex clariſſimus ſalvam æternamque gloriam, quia ingenia fovit, doctorum conſuetudinem appetivit, inter hos & libros, quicquid ei otii relinquebat ſceptri occupatio, diſpertivit. Numquid non eadem parem famam & jam circumdant & apud poſteritatem ſpondent tibi? Ille tamen audire tantum potuit carmina: tu linenda cedro pangis, ut nemo meliora, nemo magis antiquis æmula, & quidem, ut tot generum propriam cujuſque laudem impleas. Tuum eſt non modo ſaxeas moles erigere, & locorum genium, magni diei teſtem, coli jubere; non modo ſumptum præcipuis operibus impenſum ſubſcribere, ſed etiam titulos dictare, neque ad eos formandos in conſilium vocare, niſi ut recites. Hoc vero vix auſi, quos ſequeris, gentium domini: Cn. certe Pompejum, quid de ſe ad ædem Victoriæ digne loqueretur, ad doctiſſimos civitatis retuliſſe accepimus. At tu Varianæ cladis, quæ in finibus tuis contigit, nomenque campo dedit, tropæum Arminio poſuiſti, & ipſe ſic inſcripſiſti, ut idem ſit liberatæ Germaniæ & tui ingenii monumentum. Itaque rurſus hic me confundit impeditque felicitas votorum meorum: potius verendus quam optandus talis judex, cui non poſ-

poſſunt niſi lectiſſima & limatiſſima, & qualia ipſi domi naſcuntur, ſatisfacere. Sed viciſſim pendentem animi ſolatur & confirmat illa tua unica & ſumma benignitas, ille amor commodi univerſorum: & pollicentur fore, ut quod utile ſtudiis reperies, etſi longe infra illam, ad quam te ac tua exigis, ſummam ſit, non rejicias. Sic ſoliti ſunt ſanctiſſimi deceſſores tui loca & lautia præbere invitatis ad ſe Muſis, etiam illo tempore, quo propemodum omni orbe exſulabant. Nam quid admirabilis ille & divinus Meinwercus? quid tertius ab illo Imadus? de quibus in prioris vita legimus, quæ eodem exemplo, non faſtidita ævi ſimplicitate, apponi operæ pretium eſt. *Studiorum multiplicia ſub eo floruerunt exercitia. Et bonæ indolis juvenes & pueri ſtrenue inſtituebantur norma regulari proficientes haud ſegniter in clauſtrali diſciplina: omniumque literarum doctrina claruit hic ſub ipſius ſororio Imado epiſcopo: ſub quo in Patherbornenſi Eccleſia publica floruerunt ſtudia. quando ibi Muſici fuerunt, & Dialectici, enituerunt Rhetorici clarique Grammatici. quando magiſtri artium exercebant trivium, quibus omne ſtudium erat circa quadrivium. ubi Mathematici claruerunt & Aſtronomici, habebantur Phyſici atque Geometrici. Viguit Horatius magnuſque Virgilius, Criſpus & Saluſtius, & urbanus Statius: luduſque fuit omnibus,*

Digitized

bus, inſudare verſibus, & dictaminibus, jucundiſque cantibus. Quorum tu digniſſimus ſucceſſor multo eadem pulcriora & ſplendidiora præbes tuis, quod & in omnibus profecit hic ſeculi nitor, &, quod maximum eſt, de profeſſoribus artium, non ſuffragatoribus aut commendatoribus (ut plerique Principes & magiſtratus, quibus ſæpe fucum fieri & imperitos obtrudi & neceſſe & palam eſt) ſed tibi, ſed tuis ponderibus credis. Denique & T. Livium jam olim beneficii ſui fecit illa tua Epiſcopalis Paderborna. inde enim profectus P. Horrion S. I. nobile illud fragmentum, quo XXXIII liber redintegratus, & memorabile prœlium ad Cynoſcephalas enarratum habemus, è membranis Bambergenſibus primus eruit atque deſcripſit, & quum id alii publicaſſent, ut fieri ſolet in feſtinatis atque interceptis, parum ad archetypon fidem, in tua urbe emendatius & eruditis notis ornatum edidit; gentilique & conſanguineo tuo Principi in dedicatione Academiæ, quam ille optimis auſpiciis excitavit, & tibi, alteri conditori, reſtituendam augendamque tranſmiſit, velut nataliciam ſardonychem, obtulit. Redit igitur jure ad te, quod omnis ætas vobis debebit; non jam, ut aliquid laceri Hippolyti, *forma carens, Et turpe multo vulnere abruptum undique*, ſed vivum & corpori ſuo inſertum, ut recidivus cum humero

Digitized by Google

mero eburneo Pelops. Quod ſi non opus omne approbabimus tibi, at certe noſtram in colenda magna virtutum tuarum imagine devotionem. Vale, Reverendiſſime ac Celſiſſime Princeps, & ad Neſtoreos annos publice domique felix, exemplum ſeculo, beatitudinem tuis, incrementa literis, quod facis, præſta. Lugduni ad Rhenum a. d. IX. Cal. Majas A. C. CIƆ IƆC LXV.

Reverendiſſimæ Celſitudini Tuæ

Devotiſſimus

JOHANNES FREDERICUS GRONOVIUS.

Digitized by Google



JOHANNES FREDERICUS GRONOVIUS NATUS HAMBURGI
A°. MDCXI. DENATUS LUGDUNI BATAV. A°. MDCLXXI.

Hamburgum genuit: civem adſcivere Tubantes
Et Batavi. Pallas cura Themisque viro.

J. Munnickhuyſen sculp.

by Google

LECTORI BENEVOLO.

SI opus eſſet, amice lector, non gravarer tibi longam de T. Livio fabulam ſerere: ſuppetit enim materia: ſed tantum dictum eſt, ut quædam non eſſe dicta præſtaret, & illorum aliunde gnarus in hoc certe ſchedio alia lectione mavis avocari. Hoc igitur exſpectas potius, ut qua fiducia ſim aggreſſus rem minime vulgaris animi, quam me auſurum, ut ſic dicam, ante tubas, & priuſquam poſcerer, ne ipſe quidem credidi, ut perpetuis notis hiſtoriæ Romanæ principem emendatiorem reddere conarer, hic in limine ediſſeram. Ubi primum illud relictum à prioribus occupabo, ut grata commemoratione doctorum hominum, quos curæ aliquid huic ſcriptori vitæ reſtituendo poſt literas renatas impertiſſe accepi, præſertim antiquiorum, & ipſorum pariter Manes & futurorum ſtudia demerear. Illorum enim plerorumque intermortuam laudem renovavero: ex his, qui poſt nos eandem provinciam ſubituri ſunt, adminiculum habebunt, quod mihi ſi fuiſſet à principio, & ſollicitudine diu me vexante liber fuiſſem, & multis partibus meliorem tibi ſtatim auctorem dediſſem. Neque enim tantum mihi tribuo, eaque malignitate & in majores & in minores feror, fortuitis ſubjectus, & an audeam inſonare illud, δότε κρότον, ambiguus, ut vel iſtorum Hieronicarum palmas & coronas olim certas abolere aut conterere deſiderem, vel neminem poſthac in eodem ſtadio exerceri velim.

lim. Qui mos eſt quorundam, ut velut deſponſos ſibi, uſu, coëmptione, farre; in manum conveniſſe veteres, quos recenſendos ſuſceperunt, haberi poſtulent; aut quaſi ab cenſoribus ea lege publicum conduxiſſent, ne id præterea cuiquam agitare fas ſit, alios ut inde omnes arceant, tentantibus opus novum nuntient, æmulamque induſtriam contumeliam ſuam interpretentur. Prima igitur, uti debebat, præconem ſuum in lucem reduxit Urbs domina; adſpirantibus, ut ornatiorem reduceret, diſertis duobus & gravibus Viris, Johanne Andrea Alerienſi, & Johanne Antonio Campano Interamnienſi, Epiſcopis. Quos bene gnaros, quantum intereſſet ad hiſtoriæ fidem & apparatum, ad temporum noticiam, ad linguæ Latinæ omniſque eloquentiæ nitorem & copiam, ad prudentiam ac civilia & mores, hoc opus, ſed quam purgatiſſimum, in manibus haberi, ambos eodem tempore quidam movit ſacer inſtinctus, & inceſſit cupido tam utilem operam ſimul ſtudiis præſtandi & perſonis ac dignitatibus ſuis ad poſteros commendandi. Occupavit tamen, ni fallor, Andreas ſub Paullo Secundo Pontifice Maximo, manibus, ex ea natione, quæ librorum typis & prælis deſcribendorum nobilem & ſaluberrimam invenit artem, Conradi Sweinheimi & Arnoldi Panartii. Duo ejus editionis penes me ſunt exempla, alterum dono Caſp. Gevartii, cui deeſt frons & bellum Punicum ſecundum; alterum Bern. Rottendorfii, quod titulo pariter & epitomis

uſque

Digitized by Google

uſque ad XXVII *caret. Annus appoſitus non eſt, ſed* MCCCCLXXI *eam antevertiſſe argumento eſt, quod hoc anno Paulus, cui dicatur, mortalitatem explevit. A Vendelino (hic eſt, puto, qui ſe Sweinheimum in calce voluminis appellat: ut ſolent Itali Germanica vocabula invertere) ex Victorini Feltrenſis exemplari redditam fuiſſe anno* MCCCCLXX *teſtatur Fr. Robortellus in Convenientia Livianæ ſupputationis cum marmoribus Capitolinis, & in Emendationibus. Hunc enim Victorinum Feltrenſem præfatur Alerienſis, principem omnium Patavii, & mox Venetiis privatim, inde Mantuam Jo. Franciſci Marchionis, ut liberorum ejus diſciplinam ſuſciperet, liberalitate traductum, T. Livii annales publico auditorio, cum ingenti hominum admiratione ac fama, commiſiſſe. Quin etiam poſt multa de illo honorifica, quicquid auctore in tanto profecerit, præceptori, altori, parenti Victorino, magnanima & grata pietate acceptum refert. Hunc brevi intervallo ſecutus eſt Interamnienſis Præſul: cujus curam adhuc videre non potui: ſed in regiæ, quæ Pariſiis eſt, bibliotheca indice ſcriptum legi:* Titi Livii Hiſtoriarum decas ex emendatione Antonii Campani: adjecta ſunt omnium librorum epitomata *(ut tum loquebantur)* fol. Romæ MCCCCLXXI: *&* Tertia & Quarta decas. ibidem MCCCCLXXII. *Exſtant Opera ejus à Mich. Ferno collecta & Venetiis in vulgus data: in his nuncupatio hujus lucubrationis ad Jacobum Amanatum Lucenſem Cardinalem Papienſem: unde di-*

gna viſa ſunt hæc, quæ exſignarem: Genus eſt in eo ſcribendi proprium & ſuum, & idipſum ſplendidum atque magnificum, & tanquam ad ſpectaculum quoddam magnitudinis ſublime & elevatum, ac per omnes circumductum amplitudinis gyros: ita ut eruditorum oculos late extendere atque extollere in altum poſſit, imperitis caliginem afferat. Inde librariorum coorti errores, dum, quod ipſi non capiunt, nimium eſſe, aut, quod non cernunt, obſcurum, aut, quod eſt inverſum ſtudio auctoris, depravatum putant; & de librariis emendatores facti, ubi plus adhibent judicii, ibi minus intelligunt. Horum igitur depravationes, quas tanta diuturnitate temporis tantaque barbarie neceſſe fuit eſſe quam plurimas, multis fretus exemplaribus corrigere aggreſſus feci, quod tu juſſiſti: etiam feci, quam potui, diligenter, ut huic novæ miræque induſtriæ impreſſorum ipſe quoque pro virili auxiliarer. *Deinde*: Quod ad me attinuit, nuſquam curioſus interpres aut divinator, nihil præter meum laborem & diligentiam attuli. quæ utinam tanta fuerit, ut librariorum tollendis erroribus ſatisfecerit! Certe in hoc fuit maxima, ut Livii majeſtatem affectatione ingenii nuſquam minuerem. *Andreæ velut præſcriptum una cum præfatione expreſſerunt (ita tamen, ut identidem ab eo receſſerint) Mediolanenſis artem & impenſas laudans Philippi Lavagniæ* MCCCCLXXVIII: *Tarviſina utraque referens*

ferens has Decades à Luca Porro diligentiſſime recenſitas, prælo ſuppoſitas fuiſſe à Jo. Vercellenſi MCCCCLXXXII, *& iterum quinto; quæ duæ ſunt editiones diverſæ per omnia; non, ut nunc interdum illudunt, primum modo folium cum anno habent mutatum: duæque Venetæ, quæ per Bartolomæum de Zanis à Porteſio ſumma induſtria ſe conditam cantat* MCCCCXCVIII, *& quæ per Georgium de Ruſconibus Mediolanenſem* MDI. *Non multo ſerior, ſi non antiquior quibuſdam, eſt Bechariana, charta* ἐκ τῶν πτυχῶν, *(& primam ea forma contractam hanc cenſeo, nec vidi, niſi quod habeo ejus ſpecimen, à Tobia Andreæ donatum) diſſimulato loco & tempore unam præferens utriuſque notam, Auguſtini Becharii ſacerdotis ad Studioſos alloquium, quod teſtimonio Quintiliani, Hieronymique ac Plinii narratiuncula de Gaditano Patavinum viſente conſtat. Ab eodem Bechario Juſtinum M. Antonio Coccio Sabellico recognitum prodiiſſe teſtatur Matt. Berneggerus. Proxima mihi oblata eſt, quam Lutetiæ* MDXIII *emiſit Jod. Badius Aſcenſius. is lectorem monet ſuperiore conatu ante biennium operas ſuas deceptas codice, qui M. Sabellicum exactorem prædicaret, pluſculas mendas non exemiſſe: quo ſerius comperto ſe curaſſe reliquias Livianas cum decem diverſæ monetæ aut ſcripturæ exemplaribus conferri à Gerhardo Vercellenſi Burgundo. Atque hæ omnes libro tertio & trigeſimo magnaque parte quadrageſimi, finitæ ſcilicet in his verbis cap.* XXXVII, per omnia fora conciliabulaque edixerunt, *de-*

ſtituuntur: ego autem cunctis præter Campanicam & priorem Tarviſinam, ut inciderat, quod, quemadmodum aliquando lectum eſſet, noſcere animus ferret, uſus ſum. Præter has video laudari à Robortello Melchiori Sueſſæ elaboratam & ab aliis Antonio Zarotho ex recenſione Petri Juſtini Philelphi impenſis Jo. Legnani Mediolani MCCCCLXXX *confectam: ſed hæ, & complures, opinor, aliæ oculos meos fugerunt. Anno proximi ſeculi octavo decimo provenit Magontiacenſis apud Jo. Schefferum Jo. Fauſti nepotem. hæc addidit ex membranis bibliothecæ in æde ibidem maxima & metropolitana, D. Martini appellata, partem libri tertii & trigeſimi à capitis* XVII *his verbis*: arctis faucibus Acarnaniæ cohærens: *etſi legatur illic*, iis partibus cohærens: *& quod deerat libro quadrageſimo uſque ad finem. Ulrichus Huttenus ad Albertum Brandeburgenſem Cardinalem & Epiſcopum Moguntinum, Eraſmus Roterodamus ad Miſobarbaros atque eoſdem Philomuſos præfixis epiſtolis eam honeſtarunt. Nicol. Carbachius & Wolfg. Anguſtus (quos imprimendis illic loci libris eandem operam præſtare, quam poſt Aldum Venetiis Egnatium, Romæ doctos quoſdam, Baſileæ Beatum & Amorbachios, Argentinæ Gerbellium ait Huttenus) corrigendo præfuerunt: & quia in eodem volumine Langobardicis literis ſcripto ultimi quoque ſeptem libri de bello Macedonico reperiebantur, hoc negotio ipſis à Scheffero dato, eos cum vulgatis contulerunt. Eæ lectiones variæ, paucis in contextum admiſ-*

miſſis, poſtremas operis paginas faciunt. Circa idem tempus Aldina minoris formæ incudi cœpta eſt tradi; curam ejus habuit Franc. Aſulanus & quam plurima optima & antiqua & manu ſcripta exemplaria è bibliothecarum latebris collegiſſe, atque ex omnibus hoc tandem lucidum atque ab omni parte integrum conflaviſſe ſeſe in præfatione tertii tomi ad Jo. Baptiſtam Turrianum profitetur. Primus eſt abſolutus menſe Decembri MDXVIII, *alter menſe Februario* MDXIX, *tertius cum augmento Magontiacenſi menſe Novembri* MDXX: *& in ſeptem, quos dixi, libris Aſulanus ubique fere iſtius codicis (utique aliis præferendi, etſi nonnulla illi melius, & delectu opus fuerit) lectiones recepit. Hujus auctoritatem ſecutæ vulgares, quæ nunc habentur, tantopere in ea parte ab ſuperioribus diſſentiunt: in quo, priuſquam ipſum Schefferi experimentum caſus in auctione quadam ad me detulit, diu anxius & ſollicitus pependi. Florentiæ hæredes Philippi Juntæ* MDXXII *per Aldina veſtigia inceſſerunt, præpoſito etiam carmine in laudem Aſulani. Succeſſit anno* MDXXVIII *Eucharii Cervicorni Coloniæ, ut puto, inſtituta. Multa ille ad lectorem gloriatur & imputat fiduciæ plena, quæ tamen in contrarium vertiſſe valde ſuſpiceris, ſi verba conſideres. Ait enim* integrum ſanumque hic haberi, qui multis verborum ſententiarumque vulneribus diſcerptus olim elanguerit; lenem & nitidum, qui nuper fœdis emplaſtris olidiſque malagmatis margini impactis horridus, deformis & obvo-

 lutus

lutus viſus ſit. Nam ubi lectio forte variaverit, & inter exemplaria non convenerit, ea delegiſſe ſe, idque judicio doctorum hominum, quæ auctoris genuinæ phraſi viciniora fuerint viſa, & ſententiarum verborumque commiſſuræ magis adfinia: ne ſcilicet imbecilliora ingenia & variæ lectioni non adſueta inter tot ambages hallucinarentur, fraudarenturque dulci intelligentiæ fructu, & ne quis lectionem Livianam aggreſſus & mox inter tot opinionum ſcopulos & diverſæ lectionis ſyrtes adhærens, velut angue conſpecto, παλίνορσος ἀφιστᾶ. *Hæc tam magnifica dicta utrum factis æquaverit, nec ne, ignoro: nam ipſius examinandæ nobis otium non fuit, &, tantum quod his inde deſcriptis, oculis ablata eſt. Badianam, opinor, criminatur fœdis emplaſtris olidiſque malagmatis oblitam: cujus in ora video aſteriſcis ſignata dubiæ ſcripturæ loca, & nonnumquam eorum emendationem tentatam: ſed hæc potius laudanda & induſtria & modeſtia erat. Itaque nihil hac inſultatione deterritus anno ſequenti Lutetiæ ex officina Nicol. Saveterii Livium emiſit Andreas Leveſcatius, ſane cum eo, quod Magontiaci acceſſerat, nec uſquequaque adhærens per Badium in ipſum corpus receptis: de marginibus tamen eaſdem notas, tanquam haud inutiles, repetivit. Annus delapſi ſeculi primus & trigeſimus novo rurſum nos proventu beavit: tum enim in Helvetiis Simon Grynæus ultimos quinque libros, repertos in membranis apud Monaſterium*

Lau-

Lauriſſenum, vulgo Lorſſenſe, è regione Borbetomagi, trans Rhenum, per Jo. Frobenium, publice exhibuit. Dignatus eſt hanc quoque prologo Deſiderius ad Car. Montiojum: & ſcribit archetypon fuiſſe admirandæ vetuſtatis, priſco more literarum perpetua ſerie ita depictum, ut difficillimum foret verbum à verbo dirimere, niſi docto & attento & in hoc ipſum exercitato: unde non parum negotii fuiſſe in parando exemplari, quod operis utendum traderetur: nec minore cura quam fide advigilatum eſſe, ne uſquam in deſcribendo ab archetypo recederetur. Adjecta eſt Henrici Glareani Chronologia. Hæredes Aldi Manutii & Andreæ Aſulani biennio poſt ex hac tribus prioribus quartum tomum addiderunt. Beati Rhenani & Sigiſmundi Gelenii quando apparuiſſet ſociatus labor, cum dubitarem, Conr. Geſneri Bibliothecam conſului; etſi citra illos, quos recenſui, tanquam remotiores, aciem intentionis abruptam habuiſſet, hos tamen obvios, tum utique, ac propinquiores ſubtilius perſecutam ratus. At illa me à primo magis implicuit. nam ſub Beati nomine, annotationes utriuſque in exſtantes Livii libros Lugduni ſeorſum narrat exiiſſe anno MDXLII, *ſub Sigiſmundi Baſileæ cum ipſo Livio & ſeorſum Lugduni* MDXLI: *cum interim Glareanus ſuas Carolo V Imperatori inſcriberet* MDXL, *& ibidem laudaret Frobenianam editionem opera & diligentia Rhenani & Gelenii fultam. Recurro ad ea, quæ ſub Titi Livii nomine prius lecta parum ſatisfecerant: & ibi invenio Decades tres cum dimidiata una cum emendationi-*

tionibus & annotationibus doctorum quorundam virorum prolatas à Frobenio MDXXXV. *Hanc igitur eſſe decrevi, quam quærebam: & nunc ipſum, dum hæc ſcribo, in auctione volumen nactus, præter exſpectationem video. Eraſmus hic quoque in limine alloquitur Montiojum & Gelenius Franciſcum Delphum, ab Rhenano in conſortium hujus provinciæ ſe ultro adſcitum teſtatus. Decimo libro ſubjectum quod in ſcriptis nonnullis habetur:* Nicomachus dexter V. C. emendavi ad exemplum parentis mei Clementiani. Victorianus V. C. emendabam Domnis Symmachis. *Hos excepit Glareanus, quo dixi, primum anno. Quid autem de his ſenſerit P. Victorius, prodit ad quartum Rhetoricorum ad Herennium, ſcribens:* Germani autem nuper eum locum reſtituerunt, qui T. Livii libros, quos temporis vetuſtas & hominum incuria non abſumpſit, ſumma cura & diligentia emendatos ediderunt. *Anno* M D L I V *Sebaſtianus Gryphius charta δωδεκαπτύχῳ & minuto charactere primus arctavit Livium, præpoſita Eraſmi tantum ad Montiojum epiſtola, nihil ipſe pollicitus: deprehendimus tamen quædam novaſſe. Inſequente* MDLV *Cælius Secundus Curio Hervagianæ auxilium præſtitit, & ſuper iſtorum Vallæque Laurentii & Sabellici Coccii mixtas animadverſiones ſeſe ad ducentos emendaſſe locos & priſtino nitori reſtituiſſe teſtatur. Eodemque ipſo Paulus Manutius auctorem noſtrum ab Car. Sigonio omnem ſerio caſtigatum, cum ejuſdem locupletibus Scholiis, etiam in Epitomas amiſ-*

ſorum

ſorum librorum, quas priores neglexerant, & nova Chronologia publicavit. Quo plauſu exceptum, dicat Had. Turnebus XI Adverſariorum: Erroribus Livii exhauriendis bonam fidelemque navavit operam vir eruditiſſimus Carolus Sigonius: quem ego & antiquitatis peritiſſimum & bonorum ſcriptorum intelligentiſſimum & eruditiſſimum nominare meritiſſimo poſſum: ut ſi quid reliquum ſit in Livio, perexiguum videri debeat, in quo levi parvaque opera alii defungantur. *Scholia ſequenti anno & Chronologiam, octuplicata charta, tomo ſingulari dedit habenda Baſileæ Nic. Epiſcopius. Paulus repetivit ſuam anno* MDLXVI*: in qua plus detraxit ſcholiis quam addidit Sigonius: eaque ſic retractata, interpoſitis, quæ aut objectaverat Robortellus aut ſuorum excuſaverat Glareanus, in Francofurtenſem* MDLXXXVIII *tranſtulit Fr. Modius. Tertiam cum ſolis Sigonianis ſuppeditavit Aldus nepos* MDXCII*: cui acceſſere Car. Sigonii Livianorum Scholiorum aliquot defenſiones adverſus Glareanum & Robortellum. Jani Gruteri tribus nomen eſt editionibus valentis præpoſitum Francofurti, bis octuplici, dein duplici charta; indigniſſime poſtrema, quæ per abſentiam auctoris & exceſſum, (cui primis præfationis verbis mirificum omen dederat) per operarum incuriam & correctoris impudentiam mendis ſcatet. Anno* MDCXV *Bamberga Hectore Cotzavio Imperialis Eccleſiæ Decano bibliothecam publicam recognoſcente ac transferente, Jo. Horrion S. I. Sacerdos, dum ſingulos codices*

excutit, in membranas incidit, quæ complures T. Livii libros, in his partem priorem XXXIII adhuc deſideratam ſervabant. Unde exemplum factum Fran. Bartolino Urbinati non invidit: atque is id Venetiis cum Ant. Quærengi notulis, multo correctius ipſe inventor Paderbornæ MDCXVII protulit; tacito ille quidem per modeſtiam nomine, ſed illud me docuit, qui etiam rariſſimi & ad eum diem incogniti mihi libelli copiam fecit, Bern. Rottendorfius. Scio fuiſſe viros doctiſſimos, qui de hujus fragmenti veritate dubitaverint: ſed hi paſſi ſunt aliquid humanum, & quale modo ridebam in Fr. Aſulano, qui in limine primi tomi Aldinæ, accuſatis typographis Florentinis, queritur aliud genus ſceleris commiſiſſe Baſileenſes: hiſtoriam enim quandam rerum Romanarum ſub nomine Paterculi edidiſſe, in quo nihil fere Latinum legatur, quod Auguſti tempora redoleat, quibus eum floruiſſe velint. Nimirum in ſimilibus deprehenſa fraus efficit, ut nondum bene perpenſis etiam veris boni diffidant. Hæ maxime conſpectæ editiones, hæc incrementa, hi vindices ſunt partis T. Livii, quæ Libitinam vitavit: quorum in honorata turba ſi vel imo loco me adhæſiſſe feret poſteritas, eſt, cur me laboris exhauſti, de quo ne ſummis quidem facile conceſſerim, minime pœniteat. Quod autem perſæpe opinionibus illorum non ſubſcribo, cave obtrectationis id factum invidia ſuſpiceris. Ego vero & præclaros fuiſſe viros omnes & egregie animatos optimeque de Livio meritos lubens confiteor. Scio etiam nemini hæc ſtudia curioſius tractanti tam

præ-

præſentem ſemper animum fuiſſe, ut nuſquam impingeret: mihique nihilo majorem felicitatem ſpondeo: nec ſi quid in quemquam acrius dixiſſe videbor non tam in illos dictum dolentibus, quam ne in ſe idem majori jure dicatur verentibus, id quo minus ipſe ſimiliter deprehenſus patiar, intercedo. Nam qui levia nonnunquam conſectatum judicabant, illud cogitent, non omnibus idem, quod ipſis, leve cenſeri: neque ullum tam leve erratum hominibus tantæ exiſtimationis excidere, ut non trahat imprudentes multos, niſi commoneſiant: tum non ſe plus ſapere Patriarcha Aquilejenſi Hermolao Barbaro, qui negat, in Plinio, damnandos eſſe (*ſic loquitur modeſte: vult autem dicere, eos demum juſta induſtria perſungi*) qui ne ſyllabam quidem pati poſſint male collocatam. *Cæterum ut, quæ meis orſis præterea fuerint auctoritates, ne ignores, fidemque meam explorare, ſi libeat, poſſis, primos decem libros de meo oleo & ſedulo contendi cum ſcriptis Iſaaci Voſſii duobus, B. Rottendorfii, Gudiano, Thuaneo ſingulis, quorum Gudianus ab initio tres fere libros & particulam quarti, Thuaneus cum ſexto reliquos integros continebant. Obiter & vellicatim conſului de quibuſdam locis Oxonienſem Collegii Novi, regium Lutetiæ, aliquot Florentinos. Excerptas varietates optimi omnium partis hujus Florentini partim Lucas Langermannus, conſobrinus meus (qui & Helmæſtadienſis) partim Marquardus Gudius ſubminiſtrarunt: Buſlidiani & Chifletiani Albertus Rubenius: trium quondam Palatinorum*

codi-

codicum fide Jani Gebhardi Suffridus Sixtinus. Puteani quoque fratres ſchedas parentis ſui Claudii, in quibus ex Ful. Urſini & Jac. Cujacii membranis paucula quædam properata erant, ultro ingeſſerunt. Ab iiſdem in Bello Punico ſecundo Cynoſura nobis fuit liber, quo de Tito Livio nihil nec antiquius nec ſanctius Europa cuſtodit, majuſculis literis, & plane, qualibus clarus ille Florentinus ex Piſano Pandectes, exaratus. Hic ſolus largiorem bonarum rerum, quam quicquid eſt reliquorum, ſeſe nobis præſtitit: & inde judicium faciendum, quantum non in Livio tantum, ſed in aliis quoque priſcis auctoribus reſtituendum reſtet, ſi ad illud ævum pretiumque codices nanciſcamur. Etſi autem ſollicita cura nullum apicem tam fidæ manus non perſecutum eſſe me credebam, tamen, quia tantum in uno ad omnia momenti erat, diffiſus oculis meis à Cl. Salmaſio, ut libri, in cujus marginem pleraſque minoris ponderis varias, cum chartis, in quas inſigniores emendationes retulerat, quum forte in colloquio oſtendiſſet, copiam mihi faceret, haud gravatim impetravi. Alexander Petavius Pauli F. Claudio Sarravio parario duos, unum pervetuſtum & iſti primigenio fideliter ut plurimum adhærentem, aut ſic ab eo deflectentem, ut cauſa appareat; alterum etiam non malæ notæ; Iſmaël Bullialdus ex Bibliotheca regia; Claudius Menardus Andibus ſuum ſingulos, non nimis quidem antiquos, ſed tamen non ſpernendos, quia ex probatis tranſlatos, præbuerunt: ex quibus tres ſolidos, meliorem Petavianum, quia ſerius noſſe cœperam,

peram, aliquandiu perpetuum, deinde illuſtrioribus locis, adhibui. Idem in compluribus Florentinis & Barberino, L. Holſtenii apud Cardinalem Franciſcum gratia, per temporis anguſtias mihi Romæ licuit. Acceſſere inter ipſum opus Voſſianus, & Gudii unus integer, alterius paucæ ſchedæ opifici, qui ſorores earum jam corruperat, vix pretio ſubductæ. Per eundem nonnullis è Florentinorum præcipuo in Addendis hujus tomi frueris. Belli Macedonici primi & Aſiatici cum Antiocho exemplaria ſcripta ex Barberina, Gabrielis Naudæi, Petaviana, Voſſiana (hoc chartaceum, cætera omnia, quorum memini in membranis erant) ſingula accepi & integra cum vulgatis relegi: Oxonienſis, Florentini & Venetus cœnobii D. Antonii (cujus aditum Jac. Philippus Thomaſinus mihi fecerat) aliquibus locis conſulti ſervierunt: ſed in nullo plus habebatur, quam in editis ante Magontiacenſem fuiſſe diximus. Ex Buſlidiano quoque ad utrumque poſteriorem tomum communicavit quædam Rubenius. Quæ Muretus alia è vett. libris notata, alia divinatione colligens, ſignis appoſitis, unde dignoſci poſſent, ad Sigonianam primam conjecerat, ea Patrum S. I. quæ Romæ eſt, voluminis dominorum humanitati & ſingulari officio Gudii debeo. Sed & Tanaquillus Faber Salmurio miniatulis ſuis miſſis munus noſtrum inſigniter ornavit. Epitomas Barberinæ, Voſſianæ, & binæ Gudii membranæ juverunt. Hæc fuere cœptis meis præſidia: quæ dum conquiro, vides, amice lector, quæ vincula ſubire, quantum æris alieni, quam difficulter atque ægre

expun-

Digitized by Google

expungendi, contrahere me oportuerit. Sed adeo me ſtimulat, fodicat, vellicat infinita quædam cupiditas literarum excolendarum, ut, unde T. Livii ſinceritatem & dignitatem augeri, unde periculum hoc apparatius effici, & tuis ſtudiis aliquid utilitatum afferri poſſe opinabar, nihil recuſarim. Quare etiam libens ac prolixo animo, quotquot hoc beneficio me obnoxium tenere viros honoribus, virtutibus, eruditione ac ſcriptis eminentiſſimis merito prædicavi, iis hic publice eo nomine laudes grateſque ago: &, ſi quid ex ſententia ceſſit, non tam labori meo, qui utcumque gnavus, non tamen pari ingenio doctrinaque ſuſtentatus fuit, quam illorum copiis & benignitati adſcribendum profiteor. Vale, & noſtris Muſis, dum frueris, fave.

Digitized by Google

Eidem

JACOBUS GRONOVIUS.

QUid aliud nunc ego horter, quam ut faveas, Lector, atque etiam applaudas verbis, quibus optimum virum cum tot horarum impenſis tranſegiſſe vides & Livianas ſuas curas proſequutum eſſe, ſi non emendatiſſimæ manus artificia, at opinor, & certe, ita illis ſatisfacientem, ut nulli priorum ſecundus numerari poſſit? Cæterum ita inſtituit natura & optimus naturæ auctor Deus, ut ſint tranſitus rerum, ut nova ubertate proveniant terræ, & ſecula in alias hominum formas transſcribantur. Idcirco quod indidem poſt ætatem noſtram facturos ſperamus alios, ipſe hanc vicem ſucceſſi, non quò otium tam fideliter laceſſitum rumperem, aut alia me ſollicitarit ſpecies; ſed quum imitamentis & vitæ & univerſæ rationis paternæ deludere me aſſuerim, indixit mihi & à me repopoſcit operam typographus. En dominam neceſſitatem: quam tamen & gravatus fui, & dubitationem indui, ſed nequivi ſic eſſe abſonus, ut non libenter nunc quoque nomen meum induſtria Liviana reſpondere cuperem, præſertim quum liceret, ut in conditionibus olim, de quibus rebus ſciam poteroque. Ita ſubivi onus tum ex ſe laborioſum, tum eo vel maxime amarum & invidiæ proximum, quod judicandum fuit de judiciis patris, & tanti. Sed videlicet ne ſol quidem, res ſolo lumine conſtans & ob id producta, nunquam obſcurari ac tenebris intervenientibus obfuſcari ſolet. Qua fronte igitur homines optemus conſtanti eodemque ſemper acuminis tenore quidquam aggredi? Propterea quoties libere ſententiam meam aperui, & mandatum vegetioris animi aut felicioris horæ peragere tentavi, non reor me feciſſe, ut novi operis nunciatio impingi mihi debeat, vel ad cujus pœnitentiam redire non poſſim, ideoque viciſſim tuam, ſed candidam ſimul & eruditam humanitatem imprecor, ut in ea Mercurium Gratiis junctum cognoſcam. Quum Cantabrigiæ hiberna agerem, bellum Annibalicum diligenter legi adhibita membrana collegii Trinitatis: nec memini alium propius ab archetypo Puteanæo diſſidere. Sequentibus æſtivis Lutetiæ in Thuanæis ſcriniis uſus fui item membranaceo ad bella Philippicum & Antiochium; ex eo quod minuta & moleſta

leſta eſſet ſcriptura, nulli inſpectum ſuſpicans. Sed & ibidem Henricus Valeſius ille & nunc & olim Χρηςιμώτατος, ultro Livium quo uſus erat, ad dies mihi præſtitit, ut varietates lectionum ex MS. codice S. Victoris ibi allitas, & ſi quid ſubito impetu annotatum aliud eſſet, meum facerem, nec neglecturus, nec ſine modeſtia effuſurus. Ea omnia quum ab patre exactum iri ſperarem, intervenit Parca, & diu pro nullis jacere juſſit. Adeo non potuit venire in mentem, fore unquam, ut tam ſollicito & ingenti claſſico excitaretur vis noſtra, & in campum tot ante vigiliis præſidiiſque occupatum committendos lacertos noſtros opperiri deberem. Nec enim defuiſſem inſtructiori apparatui, & inopinatæ huic induſtriæ ampliora fulmenta advocaviſſem. Nunc præter exſpectatum citatus, nil niſi patrem mereri ſtudui, & affectus in Livium propenſiſſimi indicia edere, quo detrimentum omne ab hac ejus editione averteretur. Si id agens aliquando illectus fui, ut quaſi ex provocatione in atrocitatem quandam pugnarim, ſancte liciteque feci: nec dubites de voluntatis paternæ conjecturâ, cujus certiſſima & chirographo ipſius confirmata habeo ſigna. Quid quod etiam ſolebant in equis triumphantium patrum ſedere filii? ab cujus laudis vel imitatione vel uſurpatione nequaquam abſurdi nos ſumus. Qua profecto pleniſſime fruar, ſi ne hunc quidem Livium, aut me propter illum averſeris, & hanc utriuſque Gronovii palæſtram, & ſi quem alium ad eam legitimo pulvere ſpargendam proceſſiſſe ſenties, liberali ac læto animo ſpectaturus conſideas. Vale.

ELO-

Digitized by Google

ELOGIA AUCTORUM
ac judicia de TITO LIVIO, cum Fragmentis.

Seneca pater Suaſoria 6.

QUoties magni alicujus mors ab Hiſtoricis narrata eſt, toties fere totius conſummatio vitæ, & quaſi funebris laudatio redditur. Hoc ſemel atque iterum à Thucydide factum: idem in pauciſſimis perſonis uſurpatum à Salluſtio. Livius benignius, omnibus magnis viris præſtitit. Sequentes Hiſtorici multo id effuſius fecerunt.

Mox eadem.

Ut eſt natura candidiſſimus omnium magnorum ingeniorum æſtimator T. Livius, pleniſſimum teſtimonium Ciceroni reddidit.

Proœmio lib. 5 Controverſ.

Pertinere ad rem non puto, quomodo Lucius Magius gener Titi Livii declamaverit, quamvis aliquo tempore ſuum populum habuit; cum illum homines non in ipſius honorem laudarent, ſed in ſoceri.

Controverſ. 24.

Titus Livius tam iniquus Salluſtio fuit, ut hanc ipſam ſententiam (*Res ſecundæ mire ſunt vitiis obtentui*) & tanquam tranſlatam, & tanquam corruptam dum transfertur, objiceret Salluſtio. Nec hoc amore Thucydidis facit, ut illum præferat. Laudat quem non timet. & facilius putat poſſe à ſe Salluſtium vinci, ſi ante à Thucydide vincatur.

Controverſ. 25.

Titus Livius, de Oratoribus, qui verba antiqua & ſordida conſectantur, & orationis obſcuritatem, ſeveritatem putant, ajebat, Miltiadem rhetorem eleganter dixiſſe, Ε'πὶ τῷ πλησίον μαίνονται.

Vellejus Paterculus lib. 1.

Hiſtoricos (ut & Livium quoque priorum ætati adſtruas) præter Catonem, & quoſdam veteres & obſcuros, minus octoginta annis circumdatum ævum tulit, &c.

Idem lib. 2.

Pene ſtulta eſt inhærentium oculis ingeniorum enumeratio. inter quæ maxime noſtri ævi eminent, princeps carminum Virgilius Rabiriuſque, & conſecutus Salluſtium Livius, Tibulluſque & Naſo, &c.

Valerius Maximus lib. 1 cap. ult.

Quia ſupra uſitatam rationem excedentia attigimus; ſerpentis quoque à T. Livio curioſe pariter ac facunde relatæ fiat mentio. Is enim

ait in Africa apud Bagradam flumen, tantæ magnitudinis anguem fuiſſe, ut Atilii Reguli exercitum uſu amnis prohiberet: multiſque militibus ingenti ore correptis, compluribus caudæ voluminibus eliſis; cum telorum jactu perforari nequiret, ad ultimum balliſtarum tormentis undique petitam, ſilicum crebris & ponderoſis verberibus procubuiſſe: omnibuſque & cohortibus & legionibus ipſa Carthagine viſam terribiliorem. atque etiam cruore ſuo, gurgitibus imbutis, corporiſque jacentis peſtifero afflatu vicina regione polluta, Rŏmana inde ſubmoviſſe caſtra. Dicit belluæ etiam corium centum viginti pedes longum, in Urbem miſſum.

Seneca Filius lib. 1 cap. 16 de Ira.

Non eſt quod exiſtimes verum eſſe, quod apud diſertiſſimum virum Livium dicitur, *Vir ingenii magni magis quam boni.* Non poteſt illud ſeparari; aut & bonum erit, aut nec magnum, &c.

Idem lib. de Tranquillitate cap. 9.

Quadringenta millia librorum Alexandriæ arſerunt; pulcherrimum regiæ opulentiæ monumentum. Alius laudaverit, ſicut Livius, qui elegantiæ regum curæque egregium ait opus fuiſſe. Non fuit elegantia illud aut cura, ſed ſtudioſa luxuria.

Idem epiſtola 100.

Adfer quem Fabiano poſſis præponere. Dic Ciceronem, cujus libri ad philoſophiam pertinentes, pæne totidem ſunt quot Fabiani. Cedam, ſed non ſtatim puſillum eſt, ſi quid maximo minus eſt. Dic Aſinium Pollionem. Cedam, ſed ut reſpondeam, In re tanta eminere eſt & poſt duos eſſe. Nomina adhuc Livium. ſcripſit enim & Dialogos, quos non magis Philoſophiæ annumerare poſſis, quam Hiſtoriæ: & ex profeſſo Philoſophiam continentes libros. huic quoque dabo locum. Vide tamen quam multos antecedat, qui à tribus vincitur, & tribus eloquentiſſimis.

Idem lib. 5 Natur. queſt. cap. 18.

Nunc quod de Cæſare olim majore, vulgo dictitatum eſt, & à Tito Livio poſitum. *In incerto eſſe, utrum illum magis naſci reipublica profuerit, an non naſci*; dici etiam de ventis poteſt.

Idem epiſtola 46.

Librum tuum, quem mihi promiſeras, accepi, &, tanquam lecturus ex commodo, adaperui, ac tantum deguſtare volui. Deinde blanditus eſt ipſe, ut procederem longius. Qui quam diſertus, fuerit, ex hoc intelligas licet: brevis mihi viſus eſt; cum eſſet nec mei nec tui corporis, ſed qui primo adſpectu aut T. Livii aut Epicuri poſſet videri. Tanta autem dulcedine me tenuit & traxit, ut illum ſine ulla dilatione perlegerem.

Fa-

Digitized by Google

Fabius Quintil. lib. 1 Inſtit. Orat. c. 9.

Peregrina porro ex omnibus prope dixerim gentibus, ut homines, ut inſtituta etiam multa, venerunt. Taceo de Tuſcis & Sabinis & Præneſtinis quoque. nam ut eorum ſermone utentem Vectium Lucilius inſectatur, quemadmodum Pollio deprehendit in Livio Patavinitatem: licet omnia Italica pro Latinis habeam.

Idem lib. 8 cap. 1.

Attica anus Theophraſtum, hominem alioqui diſertiſſimum, annotata unius affectatione verbi, hoſpitem dixit: nec alio ſe id deprehendiſſe interrogata reſpondit, quam quod nimium Attice loqueretur. Et in T. Livio, miræ facundiæ viro, putat ineſſe Pollio Aſinius quandam Patavinitatem, &c.

Lib. 9 cap. 2.

Apud Hiſtoricos reperiuntur obliquæ allocutiones. ut in T. Livii primo ſtatim libro, *Urbes quoque, ut cætera, ex infimo naſci.*

Lib. 9 cap. 4.

T. Livius hexametri exordio cœpit: *Facturuſne opera precium ſim.* Nam ita edidit: eſtque melius quam quomodo emendatur.

Lib. 2 Inſtit. cap. 4.

Sæpe etiam quæri ſolet, de tempore, de loco, quo geſta res dicitur, nonnunquam de perſona quoque: ſicut Livius frequentiſſime dubitat, & alii ab aliis Hiſtorici diſſentiunt.

Lib. ejuſdem cap. 6.

Ego optimos quidem, & ſtatim & ſemper, ſed tamen eorum candidiſſimum quemque, & maxime expoſitum, velim: ut Livium à pueris magis quam Salluſtium. & hic hiſtoriæ majoris eſt auctor: ad quem tamen intelligendum jam profectu opus ſit. Cicero, ut mihi quidem videtur, & jucundus incipientibus quoque, & apertus eſt ſatis: nec prodeſſe tantum, ſed etiam amari poteſt. tum (quemadmodum Livius præcipit) *ut quiſque erit Ciceroni ſimillimus.*

Lib. 10 cap. 1.

Fuerit igitur brevitas illa tutiſſima, quæ eſt apud Livium, in epiſtola ad Filium ſcripta; *Legendos Demoſthenem atque Ciceronem; tum ita ut quiſque eſſet Demoſtheni & Ciceroni ſimillimus.*

Eodem capite.

Neque illa Salluſtiana brevitas, qua nihil apud aures vacuas atque eruditas poteſt eſſe perfectius, apud occupatum variis cogitationibus judicem, & ſæpius ineruditum, captanda nobis eſt. neque illa Livii lactea ubertas ſatis docebit eum, qui non ſpeciem expoſitionis, ſed fidem quærit.

Digitized by Google

Poſt multa ibidem.

At non hiſtoria ceſſerit Græcis; nec opponere Thucydidi Salluſtium verear. Nec indignetur ſibi Herodotus æquari T. Livium; cum in narrando miræ jucunditatis, clariſſimique candoris; tum in concionibus ſupra quam enarrari poteſt, eloquentem. ita dicuntur omnia cum rebus, tum perſonis accommodata. Sed affectus quidem, præcipue eos qui ſunt dulciores, ut parciſſime dicam, nemo Hiſtoricorum commendavit magis. ideoque immortalem illam Salluſtii velocitatem diverſis virtutibus conſecutus eſt. Nam mihi egregie dixiſſe videtur Servilius Nonianus, pares eos magis quam ſimiles.

Plinius Avunculus Præfat. Natur. Hiſt. ad Veſpaſ. Imp.

Equidem ita ſentio, peculiarem in ſtudiis cauſſam eorum eſſe, qui difficultatibus victis, utilitatem juvandi prætulerunt gratiæ placendi. idque & in aliis operibus ipſe feci, & profiteor mirari me T. Livium, auctorem celeberrimum, in Hiſtoriarum ſuarum, quas repetit ab origine Urbis, quodam volumine ſic orſum: Satis jam ſibi gloriæ quæſitum, & potuiſſe ſe deſinere, ni animus inquies paſceretur opere. Profecto enim populi gentium victoris, & Romani nominis gloriæ, non ſuæ, compoſuiſſe illa decuit. Majus meritum eſſet, operis amore, non animi cauſa perſeveraſſe; & hoc populo Rom. præſtitiſſe, non ſibi.

Cornelius Tacitus Oratione Cremutii Cordi, lib. 4 Annal.

Brutum & Caſſium laudaviſſe dicor. quorum res geſtas cum plurimi compoſuerint, nemo ſine honore memoravit. Titus Livius, eloquentiæ ac fidei præclarus inprimis, Cn. Pompejum tantis laudibus tulit, ut Pompejanum eum Auguſtus appellaret. neque id amicitiæ eorum offecit. Scipionem, Afranium, hunc ipſum Caſſium, hunc Brutum, nuſquam latrones & parricidas, quæ nunc vocabula imponuntur, ſæpe ut inſignes viros nominat.

Suetonius Tranquillus, Caligula.

Sed & Virgilii & T. Livii ſcripta & imagines, paulum abfuit, quin ex omnibus bibliothecis amoverit. quorum alterum, ut nullius ingenii minimæque doctrinæ; alterum, ut verboſum in hiſtoria negligentemque carpebat.

Idem Claudii cap. 41.

Hiſtoriam in adoleſcentia, hortante T. Livio, Sulpicio vero Flavio etiam adjuvante, ſcribere aggreſſus eſt.

Idem Domitiani cap. 10.

Metium Pompoſianum quod habere imperatoriam geneſin vulgo ferebatur; & quod depictum orbem terræ in membranis, concionesque regum ac ducum ex T. Livio circumferret, interemit.

Plu-

Digitized by Google

Plutarchus.

Auctoritatem Livii adducit in vita Camilli, Marcelli, Catonis Majoris, Flaminini, Sullæ, Luculli, Cæſaris. item quæſtione Romana 25. ſed ſine elogio.

Martialis lib. 14 Epigr. 190 de Livio in membranis.

Pellibus exiguis arctatur Livius ingens,
Quem mea non totum Bibliotheca capit.

Plinius Junior lib. 2 epiſt. 3.

Nunquamne legiſti, Gaditanum quemdam Titi Livii nomine gloriaque commotum, ad viſendum eum ab ultimo terrarum orbe veniſſe, ſtatimque, ut viderat, abiiſſe?

Statius Papinius, lib. 4 Silv. 7 ad Maximum Junium.

Sed tuas artes puer ante diſcat;
Omne quîs mundi ſenium remenſus,
Orſa Salluſti brevis, & Timavi
Reddis alumnum.

Juſtinus, qui Trogum contraxit, lib. 38 Hiſtor. cap. 6.

Quam orationem dignam duxi, cujus exemplum brevitati hujus operis insererem; quam obliquam Pompejus Trogus expoſuit: quoniam in Livio & in Salluſtio reprehendit, quod conciones directas pro ſua oratione operi ſuo inſerendo, hiſtoriæ modum exceſſerint.

Auſonius, de Staphylio Rhetore.

Grammatice ad Scaurum atque Probum, promptiſſime rhetor.
Hiſtoriam callens Livii & Herodoti.

Flavius Vopiſcus in Aureliano.

Aſſerente Tiberiano, quod Pollio multa incurioſe, multa breviter prodidiſſet; me contra dicente, neminem ſcriptorum, quantum ad hiſtoriam pertinet, non aliquid eſſe mentitum; prodente quinetiam, in quo Livius, in quo Salluſtius, in quo Cornelius Tacitus, in quo denique Trogus, manifeſtis teſtibus convincerentur.

Idem in Probo.

Cn. Pompejum tribus fulgentem triumphis, belli Piratici, belli Sertoriani, belli Mithridatici, multarumque rerum geſtarum majeſtate ſublimem, quis tandem noſſet, niſi eum M. Tullius, & T. Livius in literas retuliſſent? &c.

Mox eodem capite.

Et mihi quidem id animi fuit, non ut Salluſtios, Livios, Tacitos, Trogos, atque omnes diſertiſſimos imitarer viros, in vita Principum & temporibus dirigendis, ſed Marium Maximum, Suetonium Tran-

Digitized by Google

quillum, Fabium Marcellinum, Gargilium Martialem, Julium Capitolinum, Ælium Lampridium, cæteroſque, qui hæc & talia, non tam diſerte quam vere, memoriæ prodiderunt.

Cenſorinus lib. de die Natali cap. 17.

Titus Livius libro CXXXVI. *Eodem anno ludos ſæculares ingenti apparatu fecit, quos centeſimo quoque anno (is enim terminus ſæculi) fieri mos.*

Euſebius in Chronico.

Ea quæ de Catilina, Cethego, Lentulo, & conſule Cicerone, Salluſtius ſcribit & Livius, hoc geſta ſunt tempore.

Idem.

Meſſala Corvinus orator naſcitur, & T. Livius Patavinus ſcriptor hiſtoricus.

Idem.

Livius Hiſtoricus Patavii moritur.

D. Hieronymus in Proœmio in Danielem.

Ad intelligendas extremas partes Danielis, multiplex hiſtoria Græcorum neceſſaria eſt, &c. præcipueque noſtri Livii, & Pompeji Trogi, atque Juſtini; qui omnem extremæ viſionis narrant hiſtoriam: & poſt Alexandrum uſque ad Cæſarem Auguſtum, Syriæ & Ægypti, id eſt, Seleuci, & Antiochi, & Ptolomæorum, bella deſcribunt.

Idem Epiſtola ad Paullinum, tom. 3.

Ad Titum Livium, lacteo eloquentiæ fonte manantem, de ultimis Hiſpaniæ, Galliarumque finibus, quoſdam veniſſe nobiles legimus; & quos ad contemplationem ſui Roma non traxerat, unius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus ſæculis celebrandumque miraculum; ut tantam urbem ingreſſi, aliud extra urbem quærerent.

De quo Gaditano iterum epiſtola ad D. Auguſtinum quadam.

Sidonius Apollinaris Paneg. Anthemii.

—vel quicquid in ævum
Mittunt Euganeis Patavina volumina chartis.

Caſſiodorus.

C. Cæſar VI & M. Agrippa III. Cæſar leges protulit, judices ordinavit, provincias diſpoſuit, & ideo Auguſtus cognominatus eſt: cujus temporibus floruit Virgilius, Horatius, & Livius.

EX

Digitized by Google

EX

GERARDO VOSSIO

de Hiſtoricis Latinis.

T*Itus Livius, Patavinus quin fuerit, nemo ambigit. Sed non æque apertum, utrum natus ſit in Apono vico, qui hodie* Abano: *ut eo modo dicatur Patavinus, quo Maro dictus Mantuanus, quia Andibus natus, qui vicus in agro erat Mantuano. Qui Aponenſem Livium faciunt, adferunt Martialis lib.* I *ep.* LXII:

Cenſetur Apona Livio ſuo tellus.

Et ſane unus hic locus prora & puppis iis videtur, qui in vico eo natum fuiſſe Livium crediderunt. Qua in ſententia, ut intelligo ex Clariſſimo Pignorio, etiam eſt Guilielmus Ongarillius, hiſtoricus Patavinus necdum editus. Sed ſi Livius Aponi natus à Martiale dicatur, idem dixiſſe credendus de Stella, & Flacco. Atqui obſtare videtur illud ejuſdem libri epigr. LXXVII:

Flacce Antenorei ſpes & alumne laris.

Ubi in Antenoreo, hoc eſt Patavino, lare natum non obſcure ait. Quare videndum, an non ab Apono fonte, qui celebratiſſimus erat inter aquas Patavinas, Aponam terram generatim dixerit pro Patavina: non pro Apono vico, cujus Martialis temporibus nullum fuiſſe nomen videtur, Eſtque in hac etiam ſententia ὁ μακαρίτης Cluverius noſter in Italia ſua. Scripſit Livius poſt quidem Auguſti triumphum de bello Actiaco, qui incidit in annum Urbis IↃCCXXV, *ſive conſulatum Auguſti V: ante verò Cantabros ductu L. Antiſtii domitos, quod fuit anno* IↃCCXXX, *ſive conſulatu Auguſti X. Hoc liquet ex verbis illis ipſius Livii lib.* I: Bis deinde poſt Numæ tempora Janus clauſus fuit; ſemel T. Manlio Coſ. poſt Punicum primum perfectum bellum, iterum quod noſtræ ætati dii dederunt, ut videremus, poſt bellum Actiacum ab Imperatore Cæſare Auguſto, pace terra marique parta: *Satis conſtat ter ab Auguſto clauſum eſſe templum Jani, ſecundo quidem anno Urbis* IↃCCXXX,

Can-

Cantabris devictis; tertio autem anno ſequenti, ſive conſulatu Auguſti XI. *Cum vero Livius ſemel duntaxat ſua ætate clauſum dicat, quid apertius quam ſcripſiſſe iſta, antequam ſecundo tertioque clauderetur. Quanquam verò ſub Auguſto quidem hiſtoriam ſuam edidit, tamen eo diutius vixit. Quarto enim obiit Tiberii anno, ætatis ſuæ* LXXVI, *quo & Ovidius deceſſit Tomis: ut de utroque Euſebius in Chronicis teſtatur. Scripſit hiſtoriarum libros* CXL, *vel potius* CXLII, *ut jam olim agnovit Petrarcha. Iis complectebatur res Romanas ab V. C. uſque ad bellum in Germania geſtum à Druſo, ejuſque mortem. Ex illis ſoli ſuperſunt* XXXV. *Nam ſecunda periit decas, & quicquid ſequebatur librum quadrageſimum quinctum. Cæterorum nihil habemus, præter argumenta, quæ epitome Livianâ (ſi argumentum libri* CXXXVI *&* CXXXVII *exceperis) continentur, ſive ejus Florus, ſive alius eſt auctor. Libri* CIII *meminit Serenus Sammonicus, quo loco agit de carbone medendo:*

Tertia namque Titi ſimul & centeſima Livi
Charta docet ferro talem candente dolorem
Exſectum, aut poto raparum ſemine pulſum,
Infecti dicens vix ſeptem poſſe diebus
Vitam produci, tanta eſt violentia morbi.

Nihil hoc ſcriptore eſt grandius, atque uberius. Vir diſertiſſimus à Seneca in primo de Ira vocatur. Lacteam quidem ubertatem ejus prædicat Fabius lib. X *cap.* I. *Ibidem arbitratur, ut Thucydidi Salluſtium, ita Herodoto Livium æquiparari poſſe. Quanto ille candidius, quam Caligula Imperator, qui, Tranquillo teſte, verboſum vocabat. Sed de ſtylo etiam litem intentabat olim Aſinius Pollio. Patavinitatem in eo animadvertere ſe ajebat, ut Fabius teſtatur lib.* VIII *c.* I. *Nimirum delicatum Romani hominis palatum videbatur ſibi aliquid ſentire, quod non uſquequaque ſaperet genium Romani ſermonis. At non audiendus eſt Keckermannus, quando hinc colligit, reprehenſum ab Aſinio eſſe ſublimem Livii ſtylum. Uti & cum à Seneca propterea culpari putat lib.* I *de Ira cap. ult. & de Tranquillitate cap.* IX. *Nam longe aliud & Fabium & Senecam velle nemo diffitebitur, qui verba eorum attendat. Nec probare illa Lipſii poſſum, viri ab ingenii elegantia, & varia eruditione, quam dictione laudatioris:* Nos quoque ſupinum eum alibi, aut frigidum, imo & ταυτολόγον agnoſcimus; derivaturi tamen libenter in exſcriptores hanc culpam. *Cui & ſubſcribere videtur Poſſevinus Bibliotheca ſelecta lib.* XVI. *Ubi & judicium eorum ſequitur improbantium, quod ſuperſtitioſe referat prodigia tam multa: ut boves locutos, infantes ſemeſtres triumphum clamaſſe. Quæ ſane in gentili laudem magis merentur, cum qualemcumque numinis cultum ἀθεότητι*

opor-

oporteat præferre. Sed quid de iſtis dicemus, quibus ne bonæ quidem fidei videtur? Hi firmatum eunt ſententiam ſuam verbis Antonini Cæſaris in Itinerario ſuo, ubi hæc legas, Fano Volturnæ, cujus claris geſtis invidit Livius. *Eum verò ad locum hæc annotavit Annius Viterbienſis:* Quid ſibi velit, quod ait, Cujus præclaris geſtis invidit Livius, equidem alii alia exiſtimant. Dicam & ipſe opinionem meam. Suetonius Tranquillus in vita C. Caligulæ ſcribit, paullulum abfuiſſe, quin ab omnibus bibliothecis ſtatuas & ſcripta Livii deleret, qui illum, uti verboſum, & negligentem in hiſtoria, carpebat. Eſt autem negligens is, qui ſupprimit, quæ referenda ſunt, & verboſus, qui abſque probatione contradicit afferenti rationes, & auctores. Et his duobus peccavit Livius in multis, ut patet. Sed ex multis, quoad fanum Volturnæ hæc exempla ſint. Cœlius Thuſcus Lartes Fani juvit Romulum implorantem ab eo auxilium contra Cæninenſes, Cruſtuminos, & Latinos, & retulit triumphum. Et id idem fecit contra Sabinos Galeritus Lucumo. Et ob id ipſe primus poſuit Prætoria Romæ, &, diviſa Roma in tres tribus, impoſuit nomina, & tertiam partem dedit Thuſcis. Ut clare tradunt Propertius in elegia ad Vertumnum, & altera paululum præcedente, & Varro in 1. de lingua Latina, & Fabius Pictor de Origine urbis Romæ, & Dionyſius Halicarn. in 11 lib. & Mythici ſub fabula Jani ejaculantis aquas ſulphureas in Sabinos, ut Macrobius in 1 Saturna l. & Ovidius in 1 de Faſtis indicant. At lividus fuit Livius, ut hîc notat Antoninus, qui, ut funditus extingueret Thuſcorum fulgorem, & triumphos obnubilaret, ab eis partos, non à Romulo geſtos; omnino etiam ſcribere unum verbum neglexit. Quod profecto invidiſſimi hominis eſt officium, & negligentis veritatem in hiſtoria. Similiter fuit verboſus, quia abſque certo auctore, & probatione, dicit contra Varronem, quod Lucerum nomen incertæ ſit originis. Fabius enim Pictor, antiquior eo, oſtendit ab hiſtoria eſſe Etruſcæ originis atque certiſſimæ. Rurſus Livio antiquior & doctior Varro in 1 de L. L. dicit eſſe certæ originis; à Lucumone Luceres dictos: idque probat vetuſtiſſimis auctoribus, Junio, & Tolumnio, Tuſcarum Tragœdiarum ſcriptore. Et item inexpugnabili argumento, quod Luceres eſt derivatio Etruſca à Lucumone, & non Latina à luco Aſyli, ut Pædianus, & Plutarchus in vita Romuli, turpiter in Grammatica Latina aberrantes, dicunt, quia lucus Latine à luceo verbo per antiphraſim derivatur, & à luco Lucii, & Lucani, Latina derivatio eſt, & non Luceres, ut linguæ Latinæ peritiſſimus Varro oſtendit. Non eſt igitur mirum, ſi Cæſar excanduit ira contra ſcripta Livii, negligentia, & ſupprimentia, quæ clariſſima erant: & eum appellavit jure verboſum, qui contra Varronem afferentem teſtes

antiquiſſimos, & invincibilem rationem, verboſa ſolum & anili loquacitate dixit, Lucerum nomen eſt incertæ originis. Et ideo, ut utamur regula B. Hieronymi, eadem facilitate Livius, & omnes alii ſimiles, contemnantur, qua ſine ratione, ac certo auctore, contra doctiores ſola verboſitate uſi proferunt. Quum verò conſtet Livium non ignoraſſe, quæ Varro, & Fabius Pictor, & alii, referunt, conſtat equidem illum non ignoratione ſcientiæ, ſed malignitate naturæ in hiſtoria neglexiſſe dicenda, & verboſe dixiſſe ſubticenda. Et ob id, uti Cajus, ita & Antoninus Cæſar, eum arguit invidiæ, dicens; Volturnæ præclaris geſtis invidit Livius. *Hactenus, nimis profecto patienter, latrantem audivimus caniculam iſtam. Cujus omnia ſingulatim refellere velle, plane ſit otio ſuo abuti. Sed mirari ſatis non poſſum, in ſententiam ſuam pertrahere potuiſſe viros aliquot eruditos: eoſque inter L. Joannem Scoppam Parthenopæum, qui Collectaneorum lib.* I *cap.* XVIII, *ſic ſcribit*: Livius, hiſtoricus luculentiſſimus, in primo ab urbe condita: *Eodem, inquit, tempore & centuriæ tres equitum conſcriptæ ſunt: Ramnenſes à Romulo: à Tito Tatio, Titienſes appellati; Lucerum nominis, & originis cauſſa incerta eſt.* Hæc Livius. Non quod (ut mea eſt ſententia) Lucerum originem ignoraret; ſed perinde ac Gallus Ciſalpinus, & Hetruſcæ, Italiæque gloriæ invidens, conſcripſit: quod Antoninus Cæſar in ſuo itinerario his verbis arguit: *Vulturna, cujus claris geſtis invidet Livius.* Et Cajus Caligula, Tranquillo in Caligulæ vita ſcribente, paullum abfuit, quin ſtatuas & ſcripta Livii ab omnibus bibliothecis amoveret, tanquam verboſi & in hiſtoria mendacis. Scius ergo erat Livius, ſed, ut invidus omiſit. *Hactenus Scoppa. Sed quid in mentem venit Scoppæ, ut ſe tueretur auctoritate Cæſaris Caligulæ? quem ignorare non potuit ſimiliter de Virgilio ſenſiſſe: imo & Homerum contemſiſſe. Sunt enim iſta Tranquilli verba:* Cogitavit etiam de Homeri carminibus abolendis. Cur enim ſibi non licere, dicens, quod Platoni licuit, qui eum è civitate, quam conſtituebat, ejecerit? Sed & Virgilii, & T. Livii ſcripta, & imagines, paullum abfuit, quin ex omnibus bibliothecis amoverit, quorum alterum, ut nullius ingenii, minimæque doctrinæ: alterum, ut verboſum in hiſtoria, negligentemque, carpebat. *Ex eodem ſcimus, quid de abolendis juriſconſultis ſæpe jactarit: ac quale ejus de L. Seneca fuerit judicium. Quamobrem ſanum neminem movebit auctoritas Caligulæ, qui, ut ejuſdem Tranquilli verbis utar*, non minore livore, ac malignitate, quam ſuperbia ſævitiaque, pæne adverſus omnis ævi homines graſſatus eſt. *Quod vero ad Antoninum imperatorem, quo & ipſo ſe tuetur Scoppa, nuſquam leguntur ea de Livio verba in genuino ſeu Antonii, ſeu Antonini, ſeu Æthici Itinerario, quod primum edidit Joſias*

Digitized by Google

ſias Simlerus, poſteaque ex antiquis codd. correxit, & commentario illuſtravit Hieronymus Surita Cæſarauguſtanus. Sed ſunt ea verba in Itinerario iſto, quod Annius Viterbienſis commentus fuit, ac cunctis obeſæ naris, ut germanum, obtruſit. Sane iſto ἀποβολιμαίῳ Antonini itinerario nihil indoctius, atque inſulſius. Quod & res clamat, & ubertim oſtenſum ab eruditiſſimo, ac, dum viveret, amiciſſimo mihi Philippo Cluverio in Italia ſua. Quare, cur vel propter Caligulam, vel ſuppoſititium Antoninum, ſuſpectior nobis ſit Livius, nihil ſane cauſſæ eſt. Nec magis movere debet Henricus Glareanus, vir variæ eruditionis, cum Livium bellicoſæ Gallorum gentis res geſtas odioſe tractare, virtuteſque eorum maligne elevare, conqueritur. Quod etiam Barthius facit Adverſariorum lib. LX *in Auguſtini de Civitate Dei lib.* I *cap.* VI. *Quam enim Livius veritati ſtuduerit, vel ex eo conjecturam capere poſſumus, quod in deſcriptione belli civilis ne Auguſto quidem in tantum voluerit gratificari, ut aliter res narraret, quam factum ſciret. Audiamus, quæ Cremutius Cordus apud Tacitum dicat Annalium lib.* IV: Titus Livius, eloquentiæ ac FIDEI præclarus imprimis, Cn. Pompejum tantis laudibus tulit, ut Pompejanum eum Auguſtus appellaret: neque id amicitiæ eorum offecit. Scipionem, Afranium, hunc ipſum Caſſium, hunc Brutum, nuſquam latrones & parricidas, quæ nunc vocabula imponuntur, ſæpe ut inſignes viros nominat. *Verum aliud alii telum intentant. Malevolentiæ enim eo reum agunt, quod Polybium, quem κατὰ πόδα ſæpe exſcribit, non alio dignetur elogio, quam* haudquaquam ſpernendi auctoris. *Quam frigidam ſane laudationem eſſe Fulvius Urſinus annotavit. Petrus Victorius eo putabat crimine liberari Livium, quod parciores olim in tribuendis fuerint elogiis. Quod non negarim. Sed non id ſatis eo comparet, quod putabat id etiam ex Appulejo parere in Apologia: ubi quæſtorem publicum, qui coram aderat, non* ornatiſſimum *appellat, ſed* virum ornatum *vocare eſt contentus. Fortaſſe ut Scipio Gentilis putabat, ordinis & dignitatis habuit rationem, quia, ut notum omnibus, primus in Senatum veniendi gradus erat quæſtura. Livii verò locus omnino intelligi debet κατὰ λιτότητα, ut nequaquam aſpernandus auctor idem valeat, ac ſi ſcriptorem dixiſſet ſummæ fidei & auctoritatis. Cui rei probandæ multa adferrem: niſi fuſe hanc Livianorum eſſe verborum mentem docuiſſet Caſaubonus in collectis à ſe Polybii fragmentis. Eloquentiæ ſtudioſo, præſertim tenella ætate, magis Livium profore, quam Salluſtium, Quinctiliani judicium eſt, lib.* II *cap. 6 ubi ait:* Livius à pueris magis legendus, quam Salluſtius, & hic hiſtoriæ majoris eſt auctor: ad quem tamen intelligendum jam profectu opus ſit. *Quod Fabii judicium carpit Barthius Adverſar.* XLVIII *cap.* XIX. *Putat, Salluſtium dici majoris hiſtoriæ auctorem: cum ea non ſit anno-*

rum

rum xxv. *Ergo, inquit, legendum*, ſit hic hiſtoriæ: major is eſt auctor. *Imo omnino* τὸ hic *ad Livium refertur. Et pene quæcumque eo capite adverſus Fabium diſſerit idem Barthius, ſunt ἄῤῥητα ἀμείνω. Quantum ejus fuerit nomen cum viveret, etiam docent hæc Plinii verba lib.* II *epiſt.* III, *ad Nepotem*: Nunquamne legiſti, Gaditanum quendam, Titi Livii nomine gloriaque commotum, ad viſendum eum ab ultimo terrarum orbe veniſſe, ſtatimque ut viderat abiiſſe? *Nempe, ut hac ipſa de re B. Hieronymus ad Paullinum ait:* Quos ad contemplationem ſui Roma non traxerat, unius fama perduxit. *Ac poſtea idem ait:* Habuit illa ætas inauditum, & omnibus ſeculis celebrandum miraculum, ut tantam urbem ingreſſi, aliud extra urbem quærerent.

EX
BALTHASSARE BONIFACIO
de Romanæ Hiſtoriæ Scriptoribus.

TItus Livius Patavinus, lac Muſarum, mare tranquillum, anima eloquentiæ, eorum, qui nunc ſuperſunt, ſcriptorum Romanæ Hiſtoriæ longe princeps, lactea quadam ubertate dictionis divinitus facundus, amans virtutum, oſor vitiorum, rectus judicii, rerum togæ, rerum ſagi, etſi non ex uſu, neque experientia, egregie tamen peritus, ab Urbe Condita ad Divi Auguſti ævum centum & quadraginta libris divinas illas lucubrationes perduxit, quarum tamen longe maximam partem, ingenti rei literariæ jactura deperditam, nunquam fortaſſe inventuri, deſideramus; nec tanti operis reliquos habemus niſi quinque, & triginta libros. Solus hic mortalium dignus cenſetur, cujus prope invicto calamo populi omnium gentium victoris res geſtæ ſcriberentur. Neque ſane mirum videri poteſt ſapientiſſimum Regem Alphonſum Aragonium ſumma ambitione, & conatu petiiſſe à Patavinis brachium hujus viri, quo præclara illa commentaria deſcripſit. Nullius certe libri tam libenter, ut inquit Regius, nec tanta cum voluptate lectitantur; nimirum, quod mellea quadam dicendi ſuavitate exundare videtur; qua vel in quotidiano, & familiari ſermone adeo polluiſſe vir ille traditur, ut complures, nobilitate, opibuſque præſtantes, tam admirabilis facundiæ fama permoti, ex ultimis Hiſpaniæ Galliæque finibus, quo eum audirent loquentem, Romam ſeſe contulerint: Et, quod eſt maxime mirandum, quos tantæ Urbis, ac tum præcipue florentis, ac triumphantis, contemplatio ad ſe antea non traxerat, unius viri eloquentia perduxit. Quo major ſit eorum inſcitia, qui Patavinitatem quandam in Livio reprehendunt, quam diſpeream ſi Aſinius ipſe, tam ridiculæ inventor calumniæ, quid eſſet ſciebat. Dubitatum quidem ſemper eſt ab eruditis, pendetque etiamnum inexplicata quæſtio de Liviana Patavinitate; nonnullis exiſtimantibus delicatum Pollionis Aſinii palatum viſum ſibi fuiſſe aliquid in Livio guſtare, quod non uſquequaque ſaperet genium Romani ſermonis. Credentibus aliis hoc nomine peregrinitatem orthographiæ fuiſſe reprehenſam; ſcribebat enim, ut ex lapidibus antiquis colligitur, *ſibe*, & *quaſe*; pro *ſibi*, & *quaſi*. Quod primus, niſi fallor, obſervavit Laurentius Pignorius, alter Patavinorum Livius, originum patriæ; atque adeo totius vetuſtatis ſolertiſſimus indagator. Contendentibus aliis eam Patavinitatem nihil aliud eſſe, quam iterationem ſimul plurium in eiſdem periodis verborum. Quibuſdam volentibus ſtudium partium Pompeianarum illam eſſe

Pata-

Digitized by Google

Patavinitatem ab Aſinio notatam. Denique non paucis ſuſpicantibus patriæ ſuæ, ſuorumque civium laudes, parte operis jam deperdita effuſe amplificatas, hac voce cenſeri. Senecæ Livius creditus eſt fuiſſe ingenii magni magis, quam boni. Bodinus accuſat in Livio dicendi varietatem, interdum enim valde copioſus eſt, interdum verò conciſus; contra quam fecit Polybius, ſibi ſemper æqualis. Cajus autem Caligula Maronis & Livii ſcripta, ac imagines, teſte Suetonio, minimum abfuit quin ex omnibus bibliothecis amoverit, accuſans alterum nullius ingenii, doctrinæque perexiguæ, alterum verboſitatis, & negligentiæ. Cæſar quoque Antoninus in ſuo illo pſeudhodœporico exprobrat Livio malam fidem, quod Thuſcorum clariſſimis rebus geſtis inviderit. Denique Glareanus Livium bellicoſæ Gallorum gentis egregia facinora odioſe tractare, virtuteſque illorum maligne elevare conqueritur. Quibus aperte reclamat verendæ auctoritatis, & acris judicii vir Cornelius Tacitus, cui Titus Livius eloquentiæ, ac fidei præclarus in primis habetur. Sed nemo de hoc melius judicavit quam Fabius Quintilianus, cujus illa ſunt: Non indignetur ſibi Herodotus æquari Titum Livium, cum in narrando miræ jucunditatis, clariſſimique candoris, tum in concionibus ſupra quam enarrari poteſt eloquentem; ita dicuntur omnia cum rebus, tum perſonis accommodata: Sed affectus quidem, præcipue eos, qui ſunt dulciores, nemo Hiſtoricorum commendavit magis. Plinius præfatione operis Livium auctorem celebrem vocat. Seneca, ſibi parum conſtans, diſertiſſimum appellavit, tantæque probitatis, ut liqueat eum ſenſiſſe, quæ ſcripſit. Marcus autem Annæus Rhetor aſſeruit illum fuiſſe natura candidiſſimum omnium magnorum ingeniorum æſtimatorem. Philippus Comminæus Livium exiſtimavit eſſe Latinorum Polybium, omnibuſque ſenatoribus, & rerum publicarum gubernatoribus perlegendum. Iſaacus Caſaubonus ad Livium transtulit illud Senecæ Rhetoris de Oratorum principe encomium, Populum Romanum hujus unius ingenium par imperio ſuo habuiſſe. Et quidem certè adeo viſus eſt nonnullis cum Cicerone conferendus, ut non dubitaverint affirmare, Ciceronem ipſum, ſi ad ſcriptionem hiſtoriæ totam illam vim forenſis facundiæ convertiſſet, futurum fuiſſe Livio noſtro aliquanto inferiorem.

IN

LIVIUM

AB

JO. FREDERICO GRONOVIO
recentatum.

TRadere res olim geſtas, ampliſſima laus eſt:
Hiſtoriæ lucem reddere, non levior.
Fortia Romulidum, Livi quæ condita libris,
Facta vetuſtatis obſoluere ſitu.
Gronovius docta emaculat pulcre omnia lima:
Eximiumque nova luce ſerenat opus.
Hinc Critices paſſim dexter perhibetur ocellus:
Entheus ac labor hic neſcius invidiæ eſt.
Quin & Gronovio hinc creſcit nova laurus honoris,
Funereis nunquam ſuccubitura rogis.

BER. ROTTENDORFFIUS.

Elen-

Digitized by Google

Elenchus totius Operis

Tomi I.

I. Titi Livii Hiſtoriarum primi libri decem, cum ſuâ cuique libro epitome præfixa, & ſequentibus amiſſorum x librorum.

II. Indices tres, quorum Primus Rerum & Verborum; Secundus Auctorum qui in Notis J. F. Gronovii emendantur; Tertius Rerum & Verborum in Notis memorabilium.

III. Caroli Sigonii Chronologia in T. Livium, & alia quæ huc pertinent.

Tomi II.

I. T. Livii Hiſtoriarum libri x, ab xxi uſque ad xxxi cum ſua epitome cuique libro præfixa.

II. Indices itidem tres.

III. Epiſtolæ Jac. Gronovii, in quibus multa T. Livii loca Geographica emendantur & illuſtrantur.

Tomi III.

I. T. Livii Hiſtoriarum libri xv, ab xxxi uſque ad xlvi cum ſua cuique libro epitome præfixa, & ſequentibus librorum, qui deſiderantur.

II. Epiſtola Bullialdi de defectu Solis.

III. Indices itidem tres.

T. Li-

Digitized by Google

T. Livii Patavini [1] HISTORIARUM AB URBE CONDITA DECADIS PRIMAE LIBER PRIMUS.

In eundem [2] Epitome.

ADventus Æneæ in Italiam, & res ab eo geſtæ; Aſcanii regnum Albæ, & [3] Silvii Æneæ, ac deinceps Silviorum regum, primo libro continentur. Numitoris filia à Marte compreſſa; nati Romulus & Remus. Amu-

1 HISTORIARUM] Germanum non eſſe Livianorum librorum indicem illum, qui vulgo fertur, verum à Grammatico aliquo parum ſcite fuiſſe affictum, cum multis aliis ſummis ſuperioris memoriæ viris aſſentior, tum maxime Franciſco Petrarchæ, qui in primo libro rerum memoratarum, & in epiſtola ad Joannem Certaldenſem non obſcure quid ipſe de ejuſmodi re ſentiat, edit his verbis: *Sed heu quantam ætatis noſtræ maculam! Hujus tam ingentis, tamque egregii operis vix portio ſubeſt exigua quidem: cum in Decades vel ab ipſo conditore, vel, quod magis reor, à faſtidioſis poſtmodum lectoribus ſectum foret, ex quatuordecim nonniſi tres Decades ſuperſunt.* Item: *Quod niſi fallit exiſtimatio, fruſtraturque memoria, prope ad eandem literarum congeriem videtur accedere vel T. Livii Romanarum rerum liber ingens, quem in partes, quas Decades vocant, non ipſe, qui ſcripſit, ſed faſtidioſa legentium ſcidit ignavia.* Hæc ille. Id autem ita eſſe, ex Grammaticis etiam veteribus, ut Priſciano, Diomede, Cenſorino, & eo demum qui ſingulorum horum librorum Epitomas ſcripſit, facile intelligi poteſt; apud quos animadvertere licet in hac hiſtoria nominanda nullam Decadum, perpetuam librorum, in quos ipſa deſcripta erat, fieri mentionem. Quod facturos eos aliquando fuiſſe credendum eſt, niſi jam mortuis illis ejuſmodi index celebrari cœpiſſet. Decadum autem nomen probabile reddidiſſe videtur numerus librorum, qui à T. Livio ſcripti eſſe dicuntur: cum XIIII Decades in CXL libros (tot enim ab eo editos eſſe vulgo creditur) rotundo quodam numero dividantur. Verum & hæc falſa opinio eſt. Idem enim Petrarcha CXLII ab eo ſcriptos eſſe tradit. idque nos ita eſſe in ſcholiis Epitomæ libri CXXXVI. oſtendêmus. His igitur adducti rationibus, germanam horum librorum inſcriptionem reſtituendam eſſe putamus hanc: T. LIVII PATAVINI HISTORIARUM AB URBE CONDITA LIBRI CXLII. Ex quibus tamen cum ſuperiorum ſæculorum incuria CVII interciderint, cogimur eos XXXV tantummodo nominare. Hiſtorias autem eum credo idcirco inſcripſiſſe, ut hic liber diſtingueretur ab iis, qui annales appellabantur. ſiquidem

Digitized by Google

Amulius obtruncatus. Urbs à Romulo condita. Senatus lectus. Cum Sabinis bellatum. Opima ſpolia Jovi Feretrio lata. [4] *In curias populus diviſus. Fidenates & Veientes victi. Romulus conſecratus. Numa Pompilius ritus ſacrorum tradidit: Jano templum conſtituit: ejuſque portam, pacatis omnibus circa populis, primus clauſit: cum Dea Egeria ſibi congreſſus nocturnos eſſe ſimulans, feroces populi animos ad religionem perpulit. Tullus Hoſtilius Albanos bello petiit. Poſthæc Tergeminorum pugna. Horatius abſolutus.* [5] *Mettii Fuſſetii ſupplicium. Alba diruta, Albani in civitatem recepti. Sabinis bellum indictum. Ad poſtremum fulmine Tullus abſumptus eſt.* [6] *Ancus Marcius cærimonias à Numa inſtitutas renovavit: Latinis victis, & ad civitatem adſcitis, mon-*

quidem aliud erat Annales, aliud Hiſtorias ſcribere. Nam Annales (ut à veteribus accepimus) tantummodo quod factum, quoque anno factum eſſet demonſtrabant: Hiſtoriæ vero non ſolum id, quod geſtum eſt, ſed etiam quo conſilio, quaque ratione geſtum eſſet, indicabant. cum autem primis temporibus omnes, qui de rebus Romanis ſcriberent, Annales conficerent, ut Pictor, ut Piſo, ut Fannius, ut Libo: poſtremo etiam hiſtoriæ ſcribi cœptæ ſunt ut à Cœlio, à Tuberone, ab Aſellione, à Siſenna, à Salluſtio, à Livio. Itaque cum qui hiſtorias ſcriberent, alii aliunde ſcribendi initium facerent, Livius ut & ipſe ſcriptionis ſuæ & genus, & initium indicaret, HISTORIAS AB URBE CONDITA nominavit: nimirum intelligi cupiens, ſe à primordio urbis (quemadmodum ipſe in principio profitetur) res Romanas eſſe ſcripturum. Atque hoc quidem etiam conſilio Salluſtius uſus, libros hiſtoriarum complures edidit, quibus res (ut opinor) populi R. quibus ipſe interfuit, ſe perſcripturum eſſe teſtatus eſt. Initium certe ſcribendi à Sullæ morte Catulo Lepidoque conſulibus fecit. Quod ex verbis ejus quibuſdam, quamquam divulſis, quæ à Priſciano libro XV ex primo hiſtoriarum libro Salluſtii proferuntur, intelligi poteſt. Ea vero ſunt hæc: *Res populi Romani M. Lepido, Q. Catulo conſulibus, ac deinde militiæ & domi geſtas compoſui.* Sigonius.

2 *Epitome*] EPITOMAS porro, id eſt, ut ego interpretor, brevia ſingulorum librorum argumenta, unicuique libro præfixi: ut quiſque breviter ac facile, quid in quoque libro contineretur, cognoſcere, ac qui Liviani libri intercidiſſent, & quantum in iis amiſſis acceptum detrimenti eſſet, intelligere poſſet. Nam ſive à Livio, ſive à Floro, ſive ab alio quo ſcripta ſunt (hæc n. omnia traduntur) ad Romanas certe res illuſtrandas accommodatiſſimæ ſunt; præſertim vero ubi Liviana hiſtoria excidit. Qua in parte Livianam apud quemque obtinere debent auctoritatem. *Idem.*

3 *Sylvii*] *Silvii* & *Tiberis* ſcribendum eſſe ex manuſcriptis exemplaribus Græciſque libris conſtat, apud quos eſt Σιλύιος & Τίβερις. *Idem.*

4 *In centurias populus diviſus*] Lego *in curias*. Nam Livius ita loquitur: *Cum populum in curias* XXX *divideret, nomina Sabinarum curiis impoſuit.* Idem.

5 *Metii Suffetii*] *Fuferii*, ut poſt dicam. *Idem.*

6 *Ancus Martius*] *Marcius*, ut poſt dicam. *Idem.*

1 *Oſtiam*

Digitized by Google

montem Aventinum aſſignavit: Politorium urbem Latinorum bello repetitam, quam priſci Latini occupaverant, diruit: pontem ſublicium in Tiberim fecit: Janiculum collem urbi addidit: fines imperii protulit: [1] *Oſtiam condidit. Regnavit annos triginta tres. Eo regnante Lucumo Damarati Corinthii filius à Tarquiniis, Etruriæ civitate, Romam venit, & in amicitiam Anci receptus, Tarquinii nomen ferre cœpit; & poſt mortem Anci regnum excepit. Centum additis, Patrum numerum auxit: Latinos ſubegit, circum deſignavit, ludos edidit: Sabinorum bello petitus, equitum centurias ampliavit.* [2] *Tentandæ ſcientiæ cauſſa Atti Navii auguris, conſuluiſſe fertur, an id, de quo cogitaret, effici poſſet: quod quum ille fieri poſſe reſpondiſſet; juſſiſſe eum novacula cotem præcidere,* [3] *idque protinus ab Attio factum. Sabinos præterea acie vicit: urbem muro circumdedit,* [4] *cloacas fecit. Occiſus eſt ab Anci filiis, quum regnaſſet annos triginta octo. Succeſſit ei Ser. Tullius, natus ex captiva nobili Corniculana; cui puero adhuc in cunis poſito caput arſiſſe traditum eſt. Veientes atque Etruſcos prœlio fudit. Cenſum primus omnium egit.* [5] *Luſtrum condidit, quo cenſa octoginta millia eſſe dicuntur. Claſſes centuriaſque deſcripſit. Pomœrium protulit: Colles urbi, Quirinalem, Viminalem, Eſquilinumque adjecit. Templum Dianæ cum Latinis* [6] *in Aventino fecit. Interfectus eſt à L. Tarquinio Priſci*

1 *Oſtiam condidit. Tarquinius*] Manuſcripti libri pleniores ſunt, ita: *Oſtiam condidit, Regnavit annos* XXXIII. *Eo regnante Lucumo Damarati Corinthii filius a Tarquiniis Etruriæ civitate Romam venit, & in amicitiam Anci receptus, Tarquinii nomen ferre cœpit. & poſt mortem Anci regnum excepit. centum additis,* &c. Quam lectionem probo. *Sigonius.*

2 *Tentandæ ſcientiæ cauſa*] Veteres libri, *Hic tentandæ ſcientiæ cauſa.* Idem.

3 *Idque protinus factum*] Veteres libri, *Idq; protinus ab Attio factum.* Idem.

4 *Cloacas fecit. Ser. Tullius*] Veteres libri uberiores, ita, *Cloacas fecit: occiſus eſt ab Anci filiis, cum regnaſſet annos* XXXVIII. *ſucceſſit ei Ser. Tullius, natus ex captiva nobili Corniculana, cui puero adhuc in cunis poſito, caput arſiſſe traditum eſt. Is Veientes,* &c. *Idem.*

5 *Luſtrum condidit. Claſſes*] Plenior antiqua eſt lectio. ſic, *Luſtrum condidit, quo cenſa* LXXXM. *eſſe dicuntur. Claſſes.* Eſt hic numerus etiam apud Livium: & is, qui Epitomas ſcripſit, ejuſmodi ſummas diligentiſſime ponere ſolitus eſt. *Idem.*

6 *In Aventino fecit. L. Tarquinius*] Plenior eſt vetuſta manuſcriptorum librorum lectio. hoc modo: *In Aventino fecit. Interfectus eſt à Tarquinio Priſci filio conſilio filiæ ſuæ Tulliæ, cum regnaſſet annos* XXXIV. *Poſt hunc L. Tarquinius Superbus, neque Patrum, neque populi juſſu regnum invaſit. Quo die,* &c. *Idem.*

Priſci filio, conſilio filiæ ſuæ Tulliæ, cum regnaſſet annos triginta quatuor. Poſt hunc L. Tarquinius Superbus, neque Patrum, neque populi juſſu regnum invaſit: quo die ſcelerata Tullia per patris jacentis corpus carpentum egit. Armatos circa ſe ad cuſtodiam corporis ſui habuit. Turnum Herdonium fraude interemit. Bellum cum Volſcis geſſit: & ex eorum præda templum Jovi in Capitolio fecit. Terminus & Juventas non addixere: quorum aræ moveri non potuerunt: [1] *Filii Sexti Tarquinii dolo, Gabios in poteſtatem ſuam redigit. Hujus filiis Delphos profectis, & conſulentibus, quis eorum regnaturus eſſet Romæ, dictum eſt, eum regnaturum, qui primum matrem oſculatus eſſet. Quod reſponſum cum ipſi aliter interpretarentur, Junius Brutus, qui cum iis profectus erat, prolapſum ſe ſimulavit, & terram oſculatus eſt. idque factum ejus eventus rei comprobavit. Nam cum impotenter ſe gerendo Tarquinius Superbus, omnes in odium ſui adduxiſſet; ad ultimum, propter expugnatam nocturna vi à Sexto filio ejus Lucretiæ pudicitiam, quæ vocato patre ad ſe Tricipitino, & viro Collatino, obteſtata, ne inulta mors ejus eſſet, cultro ſe interemit, Bruti opera maxime expulſus eſt, quum regnaſſet annos viginti quinque. Tunc conſules primum creati ſunt, L. Junius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus.*

Factu-

1 *Filius Sext. Tarquinius dolo*] Vet. libri *Filii Sext. Tarquinii dolo.* Loquitur autem de rebus geſtis Tarquinii Superbi regis. Itaque præter alia, *Sexti etiam Tarquinii filii dolo*, inquit, *Gabios in ſuam poteſtatem redegit.* Sigonius.

1 Factu-

Digitized by Google

[1] FActuruſne operæ pretium ſim, ſi à primordio Urbis res populi Romani perſcripſerim; nec ſatis ſcio: nec ſi ſciam, dicere auſim. Quippe qui quum veterem tum vulgatam eſſe rem videam, dum novi ſemper ſcriptores, aut in rebus certius aliquid allaturos ſe, aut ſcribendi arte rudem vetuſtatem ſuperaturos credunt. Utcunque erit, juvabit tamen [2] rerum geſtarum memoriæ principis terrarum populi, [3] pro virili parte & me ipſum conſuluiſſe, &, ſi in tanta ſcriptorum turba mea fama in obſcuro ſit, nobilitate ac [4] magnitudine eorum, meo qui nomini officient, me conſoler. Res eſt præterea & immenſi operis, ut quæ ſupra ſeptingenteſimum annum repetatur: & quæ ab exiguis profecta initiis, eo creverit, ut jam magnitudine laboret ſua: & legentium pleriſque, haud dubito, quin primæ origines, proximaque originibus, minus præbitura voluptatis ſint; feſtinantibus ad hæc nova, quibus jam pridem prævalentis populi vires ſe ipſæ conficiunt. Ego contra hoc quoque laboris præmium petam, uti me à conſpectu malorum, quæ noſtra tot per annos vidit ætas, tantiſper certe dum priſca illa tota mente repeto, avertam;

1 *Facturuſne*] Ab hexametri exordio Livium hiſtoriam cœpiſſe indicat Quintilian. lib. 9. *Glareanus.*

2 *Rerum geſtarum memoria principis terrarum*] Illud *terrarum* additum puto. Aurem conſules, & certe dubitabis. *Tan. Faber.*

3 *Pro virili parte & me ipſum conſuluiſſe*] Membr. Flor. omnium, quæ hujus primæ partis exſtant, optimæ: *& ipſum*: ſine τοῦ *me*: nec aliter Rottendorfianus & à manu prima Voſſianus. Qua Virgilius arte: *Ille meas errare boves, ut cernis, & ipſum Ludere, quæ vellem, calamo permiſit agreſti.* Juſtinus lib. 14 *Aut ſi ipſos pudet roganti vim adhibere, ferrum huc date.* J.F.Gron.

4 *Magnitudine eorum, meo qui nomini officient*] Ita Florent. & Helm. Non ineleganter Freinshemius *lumini*. Cur tamen tam eleganter, ſi Livius illud maluit? Infra: *quas ſua virtus ac Dii juvent, magnas opes ſibi magnumque nomen facere.* Lib. 22. *Id privatim parentibus, quorum maximum nomen in civitatibus eſt ſuis, id publice populis gratum erit.* Qui gloriam aut famam meam impedient, ipſi clariores & mihi umbram facturi. Lib. 2. *Tantumque ſua laude obſtitit fama conſulis Marcius.* Lib. 26 de Mutine: *Hæc ejus gloria, quia jam imperatoris quoque famæ officiebat.* Lib. 38. *Ne magnitudo & ſplendor legati laudibus conſulis officeret.* Idem.

tam; omnis expers curæ, quæ ſcribentis animum, etſi non flectere à vero, ſollicitum tamen efficere poſſit. Quæ [1] ante conditam condendamve urbem, poëticis magis decora fabulis, quam incorruptis rerum geſtarum monumentis traduntur, ea nec affirmare nec refellere, in animo eſt. Datur hæc venia antiquitati, ut miſcendo humana divinis, primordia urbium auguſtiora faciat. Et, ſi cui populo licere oportet conſecrare origines ſuas, & ad Deos referre auctores; ea belli gloria eſt populo Romano: ut quum ſuum conditoriſque ſui parentem Martem potiſſimum ferat, tam & hoc gentes humanæ patiantur æquo animo, quam imperium patiuntur. Sed hæc & his ſimilia, utcunque animadverſa aut exiſtimata erunt, haut in magno equidem ponam diſcrimine. Ad illa mihi pro ſe quiſque acriter intendat animum, quæ vita, qui mores fuerint: per quos viros, quibuſque artibus, domi militiæque, & partum & auctum imperium ſit. [2] labente deinde paulatim diſciplina, velut [3] deſidentes

1 *Ante conditam condendamve*] Prius intervallum, quæ antequam urbs exiſteret; ſecundum, quæ in ipſa conſtituenda vel dum conditur, obtigerunt. Ut Virgilio *volvenda dies*, quæ volvitur. *P. Nannius.*

2 *Labente deinde paullatim diſciplina*] Sic quidem ſcripti, ſic editi: verius tamen *labante*. Etſi enim tradat Priſcianus *labare* & *labi* ex illis eſſe, quæ conjugationem mutant cum genere, in eadem manentia ſignificatione, & confundantur interdum: utplurimum tamen differunt, & *labare*, eſt deficere, labefactari, minari ruinam, nutare, propemodum labi; nondum tamen *labi*. Lib. 4, 39 idem vitium: *Ni Sex. Tempanius, decurio equitum, labante jam re, præſenti animo ſubveniſſet.* Sic alibi *labentem fortunam* dederunt, ubi opt. libri *labantem*. Lib. 36. *Publice privatimque labante egregia quondam diſciplina gentis.* Spartianus Hadriano; *poſt Cæſarem Octavium labantem diſciplinam incuria ſuperiorum principum retinuit.* J. F. Gron.

3 *Velut diſſidentes*] Probo doctorum quorundam hominum conjecturam, qui, *deſidentes* legunt. Etenim ſubſequitur, *ut magis magiſque lapſi ſint: tum ut ire cœperint præcipites.* Videtur enim eadem ſemper tranſlatione res magis creſcere. quam tranſlationem, quia primo duriorem eſſe putavit, adhibita particula *Velut*, molliorem fecit. Quod in proprio, *Diſſidentes*, faciundum non fuiſſet. Eſt autem *deſidere* leni quodam motu in ſemet concidere. Porro autem his verbis mutationes omnes Romani imperii breviſſime complexus eſt. Nam cum *partum imperium*, ait, intervallum illud totum indicat, quod à Romulo ad Ap. Claudium intercedit, qui primus bellum extra Italiam Carthaginienſibus fecit: cum *Auctum*, tem-

Digitized by Google

tes primo mores ſequatur animo: deinde ut magis magiſque lapſi ſint, tum ire cœperint præcipites; donec ad hæc tempora, quibus nec vitia noſtra, nec remedia pati poſſumus, perventum eſt. Hoc illud eſt præcipue in cognitione rerum ſalubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illuſtri poſita monumento intueri: inde tibi tuæque reipublicæ quod imitere, capias: inde fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vites. Cæterum aut me amor negotii ſuſcepti fallit, aut nulla unquam reſpublica nec major, nec ſanctior, nec bonis exemplis ditior fuit: [1] nec in quam tam ſeræ avaritia luxuriaque immigraverint: nec ubi tantus ac tam diu paupertati ac parſimoniæ honos fuerit. adeo, quanto rerum minus, tanto minus cupiditatis erat. Nuper divitiæ avaritiam, & abundantes voluptates deſiderium, per luxum atque libidinem pereundi perdendique omnia, invexere. Sed querelæ, ne tum quidem gratæ futuræ, quum forſitan & neceſſariæ erunt; ab initio certe tantæ ordiundæ rei abſint. Cum bonis potius ominibus votiſque ac precationibus Deorum Dearumque, ſi, ut poëtis, nobis quoque mos eſſet, libentius inciperemus, ut orſis tanti operis ſucceſſus proſperos darent.

Jam

tempus inde ad Carthaginem everſam notat. *Deſediſſe* præterea *mores* intelligit, Gracchanis temporibus, *Lapſos magis eſſe*, Sullanis, *Præcipites iſſe* Cæſarianis. Reliqua inde tempora, Augusti imperium poſt devictum ad Actium Antonium, quibus hæc ſcribere aggreſſus eſt, ſignificant. Itaque lib. 9 ait: *Modo ſit perpetuus hujus, qua vivimus, pacis amor, & civilis cura concordiæ.* Sigonius.

1 *Nec in quam tam ſera avaritia luxuriaque immigraverint*] Per quindecim & ultra editiones, quas ſub oculis habeo, hanc ſcripturam conſtanter propagatam video. Sola prima omnium Alerienſis Epiſcopi & Aldina anni 1518 verbo uno auctiores: *nec in quam civitatem tam ſera.* Et ſic novimus eſſe in MSS. Chifl. Helmſt. Voſſ. Gud. Rott. Florentinis tum Mediceo, tum ad S. Marci. Quæ igitur cauſa rejiciendi? An voluerunt cavere, ne poſt τὸ *rempublicam* adeo junctim ſequeretur hoc vocabulum? At ſic Livius 2, 24. *Cæterum deliberationi de maxima quidem illa, ſed tamen parte civitatis, metum pro univerſa republica interceſſiſſe.* 4, 46. *Vir, cujus providentiam in republica quum multis aliis tempeſtatibus ante experta civitas erat.* Apud Feſtum habes *Reſpublicas multarum civitatum.* Jac. Gron.

1 IAm primum omnium ſatis conſtat, Troja capta in cæteros ſævitum eſſe Trojanos; duobus, [1] Ænea Antenoreque, & vetuſti jure hoſpitii, & quia pacis reddendæque Helenæ ſemper auctores fuerant, omne jus belli Achivos abſtinuiſſe. Caſibus deinde variis Antenorem cum multitudine Henetûm, qui ſeditione ex Paphlagonia pulſi, & ſedes & ducem, [2] rege Pylæmene ad Trojam amiſſo, quærebant, veniſſe in intimum maris Adriatici ſinum: Euganeiſque, qui inter mare Alpeſque incolebant, pulſis, Henetos Trojanoſque eas tenuiſſe terras: & [3] in quem primum egreſſi ſunt locum, Troja vocatur; pagoque inde Trojano nomen eſt, gens univerſa Veneti appellati. Ænean ab ſimili clade domo profugum, ſed [4] ad majora initia rerum ducentibus fatis, primo in Macedoniam veniſſe: inde in Siciliam quærentem ſedes delatum: [5] ab Sicilia, claſſe Laurentem agrum tenuiſſe: [6] Trojæ

& huic

1 *Ænea Antenoreque*] Servius ſcribit Æneam & Antenorem Livio patriam prodidiſſe dici. At his verbis nulla mentio proditionis ineſt. Quod autem Græcorum ante bellum fuerunt hoſpites, majeſtatem humanitatemque patriæ illuſtriorem reddidere. Et quod Helenæ reddendæ, per ſummam injuriam ereptæ, auctores dicuntur, officio bonorum virorum functi plus cæteris civibus mihi videntur, juſtuſque eorum commonſtratus animus. *Glareanus.*

Ænea Antenoreque] Flor. S. Marci, *Ænea Antenorique.* Idem ex Rott. Voſſ. utroque, Gud. Flor. annotavit pater. Sed & Muretus: *Ænea Antenorique legit vetus meus, itemque liber Leon. Mocenici, & duo mihi dono dati à Cardinali Sirleto.* Quod ſi rectum eſt, ut videtur, notandum eſt genus loquendi, *abſtineo tibi jus belli*, id eſt, parco in te facere ea, quæ jure belli facere liceret. *Jac. Gron.*

2 *Rege Philemene*] *Pylamene* legendum eſſe apparet ex verſu Homeri: Παφλαγόνων δ' ἡγεῖτο Πυλαιμένεος λάσιον κῆρ ἐξ Ἐνετῶν. *Sigonius.*

Rege Pylamene] Ad finem Bœotiæ: Παφλαγόνων δ' ἡγεῖτο Πυλαιμένεος λάσιον κῆρ ἐξ Ἐνετῶν. Occiditur à Menelao Iliad. β. *Glareanus.*

3 *Pagoque inde Troja nomen eſt*] Malim, *Pagoque inde Trojano nomen eſt*, ut *no* ſyllaba repetenda ſit, ut ſæpe infra faciundum eſſe docebimus. *Sigonius.*

4 *Ad majora initia rerum*] Flor. & Voſſ. *ad majora rerum initia.* Forte: *majorum.* J. F. Gron.

5 *Ab Sicilia claſſe Laurentem agrum tenuiſſe*] Sero poſitum hic videtur *claſſe.* nam & in Macedoniam claſſe venit, & claſſe in Siciliam eſt delatus. Augent ſuſpicionem ſcripti, in quibus omnibus fere *claſſe ad Laurentem*, vel, *claſſe ac Laurentem.* Vide num fuerit: *ab Sicilia claſſem Laurentem agrum tenuiſſe.*

Sic

Digitized by Google

& huic loco nomen eſt. Ibi egreſſi Trojani, ut quibus ab immenſo prope errore nihil præter arma & naves ſupereſſet, quum prædam ex agris agerent, Latinus rex Aborigineſ-

Sic lib. 21. *Novem quinqueremes Liparas, octo inſulam Vulcani tenuerunt*. Lib. 32. *Utrum Leucadem ac ſinum Ambracium oneraria tenuiſſent*. Lib. 44. *Poſtero die quam Sybota claſſis tenuit*. J. F. Gron.

Ab Sicilia claſſe Laurentem agrum tenuiſſe] Equidem ſana ratio loquendi oſtendit τὸ *claſſe* ſero poni; & Livium aliud in animo habuiſſe MSS. fidem faciunt, qui omnes habent vel *claſſe ac Laurentem* vel *claſſe ad Laurentem*, quod & ipſe in Florentino S. Marci offendi, & Muretus quoque ex vett. libb. at duobus Cardinalis Sirleti, & Modius ex MS. notant. Unde ſi componatur *ab Sicilia claſſem Laur. ag. ten.* utique manet ac conſtat prius crimen, & æque ſero nunc τὸ *claſſem* venit, quam prius *claſſe*: quum prior vox *Æneam* ſatis abundeque omnium accuſativorum vicem impleat. Nos ita quærebamus. Si Æneas à Troja in Macedoniam, inde in Siciliam, inde in Latium venit; quis tandem iſte immenſus error fuit, quem in hoc itinere notat Livius? quum rectiſſima proceſſerit navigandi curſus? Non ignoro, errorem nonnunquam poni pro quavis profectione; ſed iſtud epitheton videtur docere aliud ibi reſpexiſſe Livium: cujus certiſſima manus fuit, *ab Sicilia erraſſe*, *ac Laurentem agrum tenuiſſe*. Hoc aptiſſimum & MSS. & hiſtoriæ ipſi. Error enim Æneæ tunc demum accidit, quum ab Sicilia diſceſſit; ut pro Laurente agro, quem petebat, delatus fuerit in Africam. Virgilius lib. 1 Æn. *Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum Vela dabant læti*, & quæ ſequuntur. Ovidius 14 Metam. *Hanc ubi Trojanæ remis avidamque Charybdin Evicere rates; cum jam prope litus adeſſent Auſonium, Libycas vento referuntur ad oras*. Saltem in exemplis quæ ſubjiciuntur, locus ex libro 21 in MSS. omnibus ita legitur, *novem quinqueremes Liparas, octo ad inſulam Vulcani tenuerunt*; ut dubium non ſit illic geminata particula ſcribi debere *novem quinqueremes ad Liparas, octo ad inſulam*. modo loquendi, quo ſæpe utitur Livius, & illuſtratus à patre ad librum 24 cap. 3. 25, 7. *Qui onerarias retro in Africam repetere juberent*. Jac. Gron.

6 *Troja & huic loco nomen eſt*] Sic A. Gellius 17. 21. *Tarquinii filio, cui cognomentum Superbus fuit*. Immo Cicero lib. 4 in Verr. *Fons aquæ dulcis, cui nomen Arethuſa eſt*. Et mox: *Altera autem urbs Syracuſis, cui nomen Acradina eſt*. Pro Cæcina: *Sex. Clodius, cui nomen eſt Phormio*. Sed fere in peregrinis. Aliter in mere Romanis. Lib. 5 Ver. *de Apollonio, cui Gemino cognomen eſt*. Pro Roſcio: *T. Roſcii, quorum alteri Capitoni cognomen eſt*. Et hac ratione ferri poteſt apud noſtrum lib. 25. *Epicyden, cui Sidon cognomen erat*. Lib. 40. *Theoxena & Archo nomina mulieribus erant*. Lib. 44. *Ab regulo Gallorum (Balanos ipſius traditur nomen.)* At lib. 25, 2. *Scipio, cui poſtea Africanus fuit cognomen*, præferam *Africano*: quando & Put. *Africanus*. Et lib. 35, 24. *Utrique eorum Salinatori erat cognomen*. non *Salinator*. Tum in re præſenti: *Troja & huic loco nomen eſt*: ex perpetuo Livii more, qui in talibus cujuſque auctoris maxime reſpiciendus. Hoc olim conjectura deprehenſum accepimus poſtea plane ſcriptum reperiri in membranis optimis Florentinis. quæ & paulo ante: *pagoque Trojano inde nomen eſt*. Ubi *Trojano* ad ſuam conjecturam refert Sigonius, cum id habeant Andreas & omnes antiquæ editiones ante Frobenianam. Apud Plautum in prol. Aſinariæ edunt, *Huic nomen Græce eſt Onagos fabulæ*: cum in MSS. ſit, *onagro, onago, onego*. Verius eſt utrumvis poſteriorum. *J. F. Gron.*

gineſque, qui tum ea tenebant loca, ad arcendam vim advenarum armati ex urbe atque agris concurrunt. [1] Duplex exinde fama eſt: alii prœlio victum Latinum, pacem cum Ænea, deinde affinitatem junxiſſe tradunt: alii, quum inſtructæ acies conſtitiſſent, priuſquam ſigna canerent, proceſſiſſe Latinum inter primores, ducemque advenarum evocaſſe ad colloquium, percunctatum deinde, qui mortales eſſent, unde, aut quo caſu profecti domo, quidve quærentes in agrum Laurentem exiſſent? poſtquam audierit, multitudinem Trojanos eſſe; ducem Ænean, filium Anchiſæ & Veneris: cremata patria & domo profugos, ſedem, condendæque urbi locum quærere, & nobilitatem admiratum gentis virique, & animum vel bello vel paci paratum, dextera data fidem futuræ amicitiæ ſanxiſſe. Inde fœdus ictum inter duces, inter exercitus ſalutationem factam. Ænean apud Latinum fuiſſe in hoſpitio. ibi Latinum apud penates Deos domeſticum publico adjunxiſſe fœdus, filia Æneæ in matrimonium data. ea res utique Trojanis ſpem affirmat tandem ſtabili certaque ſede finiendi erroris. Oppidum condunt. Æneas ab nomine uxoris Lavinium appellat. Brevi ſtirps quoque virilis ex novo matrimonio
2 fuit; [2] cui Aſcanium parentes dixere nomen. Bello deinde Aborigines Trojanique ſimul petiti. Turnus Rex Rutulorum, cui pacta Lavinia ante adventum Æneæ fuerat, prælatum ſibi advenam ægre patiens, ſimul Æneæ Latinoque bellum intulerat. Neutra acies læta ex eo certami-

tami-

1 *Duplex exinde*] Voſſ. 1. Rott. Fl. Gud. *duplex inde.* item Muretus in ſuo non invenit. *J. F. Gron.*

2 *Cui Aſcanium parentes dixere nomen*] Duo Pall. & MS. Mureti pronomen ignorant. Et certe compendium loquendi ſcitum ac familiare Livio vitiarunt, à quibus illud immiſſum. Sic cap. 23. *Ea res ab ſtativis excivit Mettium. ducit qua proxime ad hoſtem poteſt.* Sic Rhenani, tres Pall. Oxon. Flor. Mur. libri. Vulgo hic quoque: *is ducit.* Et ſequenti: *Fecialis erat M. Valerius, patrem patratum Sp. Fuſium fecit.* Rhenanus interpoſuit *is* à mala manu. Lib. 5. *Ibi omen ſequentes loci condidere urbem. Mediolanum appellarunt.* Sic lib. 26, 40. *Per totam Siciliam*, &c. ubi plenius & vulgarius: *Is per totam.* Lib. 27, 53. *Circumfuſi omnis generis hominum frequentia: ἀντὶ τοῦ, hi circumfuſi.* Idem.

1 He-

Digitized by Google

tamine abiit. victi Rutuli: victores Aborigines Trojani-
que ducem Latinum amiſere. Inde Turnus Rutulique
diffiſi rebus, ad florentes [1] Etruſcorum opes, Mezen-
tiumque eorum regem confugiunt: qui Cære opulento
tum oppido imperitans jam inde ab initio minime lætus
novæ origine urbis, & tum nimio plus quam ſatis tutum
eſſet accolis, rem Trojanam creſcere ratus, haud grava-
tim ſocia arma Rutulis junxit. Æneas adverſus tanti bel-
li terrorem, ut animos Aboriginum ſibi conciliaret, ne
ſub eodem jure ſolum, ſed etiam nomine omnes eſſent;
Latinos utramque gentem appellavit. Nec deinde Abo-
rigines Trojanis ſtudio ac fide erga regem Ænean ceſſe-
re. fretuſque his animis coaleſcentium indies magis duo-
rum populorum Æneas, quamquam tanta opibus Etru-
ria erat, ut jam non terras ſolum, ſed mare etiam per to-
tam Italiæ longitudinem, ab Alpibus ad fretum Siculum
fama nominis ſui impleſſet; tamen quum mœnibus bel-
lum propulſare poſſet, in aciem copias eduxit. Secun-
dum inde prœlium Latinis, Æneæ etiam ultimum ope-
rum mortalium fuit. ſitus eſt, [2] quemcunque eum dici
jus faſque eſt, [3] ſuper Numicium flumen: Jovem indi-
getem appellant. Nondum maturus imperio Aſcanius 3
Æneæ filius erat: tamen id imperium ei ad puberem æta-
tem

1 *Hetruſcorum*] *Etruſci* & *Etruria* ſcribendum eſt ſine aſpiratione, MSS. libris auctoribus, iiſque qui lapides triumphales, qui in Capitolio Romæ ſunt, deſcripſerunt. *Sigonius.*

2 *Quemcunque eum dici jus faſque*] Nam antiquo eum nomine vocare nefas habebant, quum inter divos relati nomen mutarent; ut Romulus dictus eſt Quirinus, Melicertes Palæmon. Sed & eos qui ampliſſimo magiſtratu prædití erant, proprio nomine ſalutare non audebant. Dionyſius Halic. lib. 2 pag. 644. *οἱ δ᾽ ἐπὶ τὴν παράληψιν αὐτῷ παρόντες ἠσπάζοντό τε ἅπαντες, οὐκ ἐκ τοῦ ὀνόματος ἀλλ᾽ ὕπατον, καὶ τὴν περιπόρφυρον ἐσθῆτα περιέθεσαν.* Loquitur de Q. Cincinnato. Demetrius Phalereus *περὶ ἑρμηνείας*, ubi *αὐτὸς ἔφα* à Pythagoræis *σεμνότητος* cauſa, non vero Pythagoræ nomen uſurpatum. *Henr. Valeſius.*

3 *Super Numicum*] Legendum *Numicium*. Ovidius Metam. ult. *In freta flumineis vicina Numicius undis.* Plin. lib. 3, cap. 5. *Glareanus.*

Numicum flumen] Probo ea quæ à Glareano dicta ſunt cur *Numicium*, & non *Numicum flumen* dicendum ſit. Addo etiam Dionyſ. Halic. lib. 1 *ποταμὸν Νομίκιον* appellare. *Sigonius.* Ovidius 3 Faſt. *Corniger hanc Numidus rapuiſſe Numicius undis Creditur.* Muretus.

2 *Rem*

tem incolume manſit. tantiſper tutela muliebri (tanta indoles in Lavinia erat) res Latina & regnum avitum, paternumque puero ſtetit. Haud nihil ambigam (quis enim [1] rem tam veterem pro certo affirmet?) hiccine fuerit Aſcanius, an major quam hic, Creuſa matre Ilio incolumi natus, comeſque inde paternæ fugæ, quem Iulum eundem Julia gens [2] auctorem nominis ſui nuncupat. Is Aſcanius, ubicunque & quacunque matre genitus (certe natum Ænea conſtat) [3] abundante Lavinii multitudine, florentem jam (ut tum res erant) atque opulentam urbem matri, ſeu novercæ, reliquit: novam ipſe aliam ſub Albano monte condidit. quæ ab ſitu porrectæ in dorſo urbis Longa Alba appellata. Inter Lavinium & Albam Longam coloniam deductam triginta ferme interfuere anni. tantum tamen opes creverant, maxime fuſis Etruſcis, ut ne morte quidem Æneæ, nec deinde, inter muliebrem tutelam, rudimentumque primum puerilis regni, movere arma, aut Mezentius Etruſcique, aut ulli alii accolæ auſi ſint. Pax ita convenerat, ut Etruſcis Latiniſque fluvius Albula, quem nunc Tiberim vocant, finis eſſet. [4] Silvius deinde regnat, Aſcanii filius, caſu quo-

1 *Rem tam veterem pro certo*] Lege: *pro certa adfirmet*. Sic lib. 39. *Dum pro ſe quiſque, niſi ipſe oculis ſuis credidiſſet, vix pro comperta tantam rem habiturus videretur*. J. F. Gron.

2 *Authorem nominis*] *Auctor* & *auctoritas* ſcribendum: ita & MSS. libris & vetuſtis lapid. atteſtantibus, & Dione tradente, qui declarans, quid *auctoritas ſenatus* ſit, *αὐκτώριτας* ſcribit. poſtremo ex vocis etiam ipſius ratione à vett. Grammaticis tradita. *Sigonius*.

3 *Abundante Lavinii multitudine*] In Flor. Rott. Gud. video *Lavini*. Quod mihi ſuſpicionem facit ultimam ſyllabam deſinentem in eandem literam, à qua incepit vox ſequens, fuiſſe prætermiſſam, & ſcripſiſſe Livium: *abundante Lavinium multitudine florentem jam (ut tum res erant) atque opulentam urbem matri, ſeu novercæ, reliquit*. Facile ſubaudire *τὸ ibi*. & bella ἐπεξήγησις. J. F. Gron.

4 *Silvius Aſcanii filius*] Hunc Æneæ ex Lavinia poſtumum facit Dionyſius, ſic appellatum quod apud Tyrrhenum paſtorem in ſilvis, quo metu Aſcanii gravida confugerat Lavinia, natus educatuſque eſſet; ad quem detulerit imperium poſt Aſcanii mortem populus Albanus propter Italam matrem, prætérito Iulo Aſcanii filio competitore, cui in ſolatium repulſæ ſacrorum pontificium dederunt. Sic & Servius & Euſebius & Virgilius, niſi quod Iulum eun-

Digitized by Google

quodam in ſilvis natus. Is Ænean Silvium creat. is deinde Latinum Silvium. Ab eo coloniæ aliquot deductæ, Priſci Latini appellati. [1] Manſit Silviis poſtea omnibus cognomen, qui Albæ regnarunt. Latino Alba ortus, Alba [2] Atys, Atye Capys, Capye Capetus, [3] Capeto Tiberinus,

eundem quem Aſcanium; ut & Ovidius Aſcanium binominem facit. *Glareanus.*

1 *Manſit Silvium poſtea omnibus cognomen*] Ita Lipſius, &c, vix eſt, inquit, ut aliter Livius. Sane, ubi *nomen* familiam ſignificat aut gentem, amat ita ponere auctor. Ut infra: *te nomen Tarquinium creat vocatque regem.* Hoc eſt, jure gentis, ut alibi loquitur, regnum ad te pertinet. Lib. 2. *Inviſum erat Fabium nomen plebi propter noviſſimum conſulem.* Et ſtatim: *Fabium inde nomen ingens poſt tres continuos conſulatus.* At cum vocabulum viri ſignificat, pace tanti viri dixerim, nunquam ſic Livius. Quæ vero Lipſius obducit: *Aſcanium dixere nomen: L. Tarquinium Priſcum edidere nomen*: (potuiſſet addere ex lib. 8. *Flaccum Potitumque varie in annalibus cognomen coſ. invenio*) in iis epexegeſis ſeu compoſitio quaſi ſubſtantivi cum ſubſtantivo, non adjectivi cum ſubſtantivo. Agnoſcas ex his, lib. 7. *Quidam Cæſonem, alii Caium nomen Quinctio adjiciunt.* Lib. 35. *Filiis duobus Philippum atque Alexandrum & filiæ Apamiam nomina impoſuerat.* Hæc ſic poſita, ut non efficiunt *Cæſonem, Philippum, Alexandrum, Apamiam*, pro adjectivis haberi, ita nec cætera in iſto uſu. Vulgo legebatur antea *Silvius*, pro veteri, quam invenit in ſuis ediditque Campanus, noſque conſpeximus in Oxon. ac Rott. & amici noſtri in Chifletiano, & omnium optimo Flor. *Manſit Silviis poſtea omnibus cognomen.* Atque hac forma perpetuo noſter. Hoc libro: *puero dormienti, cui Servio Tullio nomen fuit: cui Superbo cognomen facta indiderunt: Superbo inditum Romæ cognomen.* Lib. 2. *Atta Clauſus, cui poſtea Appio Claudio fuit Romæ nomen.* Sic locis prope innumerabilibus. Nec numerus offendat tirones: nam ita lib. 37. *duo Quinctii Fabii Labeo, & Pictor.* Interim haud rejicio iſtam figuram, quam ex Piſone obſervant Noctes Atticæ 15, 29. ſed morem cujuſque ſequendum cenſeo. Seneca epiſt. 12. *Heracletus, cui nomen Scotinon fecit orationis obſcuritas.* Niſi tamen mavis, *Scotino.* J. F. Gron.

2 *Atys. Capys*] *Atis* ex iis nominibus eſt, quæ literam Y reſpuunt, quod vetera exemplaria docent, & derivativum nomen *Atius.* De quo ita Virgilius: *Alter Atis, genus unde Atii duxere Latini.* *Capys* etiam cum Græcorum more flectitur, *Capyos*, amat literam Y, cum Latinorum, *Capis*, I. Sigonius.

Alba Atys, Aty Capys, Capy Capetus] Andreas Romæ dederat: *Atyne Capys, Capye Capetus*: ſed mox mutarunt. Lipſianus, & nonnulli: *Atyne & Capyne.* Legendum eſt, ut ipſe Lipſius legi poſſe ait, habeturque in Florent. & Chiflet. *Atye Capys, Capye Capetus.* Lib. 4. *Vulturnum Etruſcorum urbem, quæ nunc Capua eſt, ab Samnitibus captam, Capuamque ab duce eorum Capye,* &c. *appellatam.* Lib. 42 ultimo: *Ipſe cum Cotye Theſſalonicam eſt profectus.* Phocas de Nomine & Verbo: *In ys propria maſculini generis ſunt & tertiæ declinationis, ut Capys Capyis, Phorcys Phorcyis.* Sic ſcribendum apud Ovidium 4 Faſt. 45. *Ille dedit Capys repetita vocabula Troja.* Vulgo, *capta Troja.* Sed certum eſt hoc nomen deſiderari: & apud Servium ad 10 Æneid. habes: *Ille dedit Capis.* Succeſſorem, inquit, filium habuit denominatum à Capye Trojano. Sic enim & Anchiſæ patrem & ſobrinum Æneæ ferunt appellatum. *Repetita* ſic iterat lib. 14 Met. *Quo ſatus, antiquæ tenuit*

Digitized by Google

rinus, qui in trajectu Albulæ amnis ſubmerſus, celebre ad poſteros nomen flumini dedit. [4] Agrippa inde Tiberini filius: [5] poſt Agrippam Romulus Silvius à patre accepto imperio regnat. Aventino, fulmine ipſe ictus, regnum per manus tradidit. is ſepultus [6] in eo colle, qui nunc eſt pars Romanæ urbis, cognomen colli fecit. Proca deinde regnat: is Numitorem atque Amulium procreat. Numitori, qui ſtirpis maximus erat, regnum vetuſtum Silviæ gentis legat. Plus tamen vis potuit, quam voluntas patris, aut verecundia ætatis. Pulſo fratre, Amulius regnat. addit ſceleri ſcelus: ſtirpem fratris virilem interimit: fratris filiæ Rheæ Silviæ per ſpeciem honoris, quum Veſtalem eam legiſſet, perpetua virgi-
4 nitate ſpem partus adimit. Sed debebatur, ut opinor, fatis

nuit repetita Latinus Nomina cum ſceptro. Virg. 6 Æn. *Et qui te nomine reddet Silvius Æneas.* A Troja igitur repetitum vocabulum Capys habuit. Fruſtra quoque in his literam Græcam reſpuit Sigonius. Tacitus 2 Annal. *partem filio Cotyi permiſit.* Et, *vertere in ſe Cotyi data.* Et, *à Cotye dimiſſa.* J. F. Gron.

3 *Capeto Tiberinus*] *Tiberius* legendum eſſe, auctoritate veterum Hiſtoricorum, & maxime Dionis, Euſtathius in Dionyſium confirmat; qui Tiberim, cum Albula diceretur, à Tiberio vocatum eſſe ſcribit, non ab eo, qui Auguſto ſucceſſit, ſed à quodam alio, qui raptus à flumine nomen ei reliquit. Verba etiam illius placuit apponere: *Ὅτι ὁ Τίβερις Ἄλβουλος ποτὲ καλούμενος, οὕτω μετεκλήθη, ὡς βασιλέως Τιβερίου ἐν αὐτῷ θανόντος, ἄλλαι τε ἱστορίαι βοῶσι, καὶ ἡ τοῦ Δίωνος. Τιβέριον δὲ ἐνταῦθα ἡ ἱστορία φησὶν, οὐ τὸν μετὰ τὸν Αὔγουστον, ἀλλ᾽ ἕτερον ἀρχαιότερον, ὅς φησιν, ἐν μάχῃ τελευτήσας, καὶ ὑπὸ τοῦ ῥεύματος παρενεχθεὶς ἐπώνυμον ἑαυτοῦ τὸν ποταμὸν ἀφῆκε.* *Sigonius.*

4 *Agrippa inde Tiberini*] Poſt Tiberinum Livius ac Dionyſius Agrippam ponunt: at Ovid. lib. 14 Metam. Remulum ſubjicit. Poſt Agrippam Dionyſius Alladium, Livius Romulum Silvium. Idem Livius ac Dionyſius poſt Aventinum ponunt Procam Numitoris ac Amulii parentem. Ovidius eodem libro Palatinum: at in quarto Faſtorum ſimiliter Procam, ut alii: quæ differentia num inde acciderit, quod uni varia fuerint nomina, an ſcriptorum errore, dubium relinquimus. *Glareanus.*

5 *Poſt Agrippam Romulus Silvius*] Muretus ad marginem libri ſui notavit *Remulus*, dubium ex MS. an ex conjectura. Certe ſic legi præcipit Ovidius, lib. 14. *De quo Remulusſque feroxque Acrota ſunt geniti.* Et 4 Faſt. *Jam tamen Agrippam natum Remulumque nepotem viderat.* Sed illic fratres facit, & Remulum maturiorem annis. An igitur ſcripſit: *Remulumque priorem*? an potius alios auctores eſt ſecutus, ut Livius & Dionyſius. Nam *Tiberium* Græcorum quorundam & Sigonii ſatis refutat utroque loco Ovidius. *J. F. Gron.*

6 *In eo colle*] Si quo in vetere libro invenirem: *Is ſepultus in eo, qui nunc eſt pars Romanæ urbis, cognomen colli fecit*, libenter id Livio attribuerem. *Idem.*

1 Forte

tis tantæ origo urbis, maximique ſecundum Deorum opes imperii principium. Vi compreſſa Veſtalis, quum geminum partum edidiſſet, ſeu ita rata, ſeu quia deus auctor culpæ honeſtior erat, Martem incertæ ſtirpis patrem nuncupat. Sed nec dii, nec homines, aut ipſam aut ſtirpem à crudelitate regia vindicant: ſacerdos vincta in cuſtodiam datur; pueros in profluentem aquam mitti jubet. [1] Forte quadam divinitus ſuper ripas Tiberis effuſus lenibus ſtagnis, nec adiri uſquam [2] ad juſti curſum poterat amnis: & poſſe quamvis languida mergi aqua infantes, ſpem ferentibus dabat. ita velut defuncti regis imperio, [3] in proxima alluvie, ubi nunc ficus Ruminalis

1 *Forte quadam divinitus*] Alii dicerent, *Forte quadam ſeu divinitus.* Tan. Faber.

Forte quadam divinitus] Specioſa Gruteri conjectura: *Forte quadam an divinitus*: cum præſertim Suetonius Claud. *caſu quodam an divinitus.* Et ſæpe diverſæ ponuntur hæ cauſæ veteribus. Cæſ. 1 Gall. *ſive caſu ſive conſilio deorum immortalium.* Virgilius in Culice: *Caſus ſociarit opem numenve deorum.* Sed conſentiunt in vulgatum vett. libri, & poteſt ex ſaniori explicari ſententia illorum, qui Fortem ipſam, ſeu quæ fortuita nobis videntur, divinæ curæ adſignant. Sic lib. 5. *Sed diique & homines prohibuere redemptos vivere Romanos: nam forte quadam, priuſquam infanda merces perficeretur per altercationem nondum auro appenſo, dictator intervenit.* Intelligit nempe *homines* cum exercitu dictatorem Camillum; *deos* quorum numine factum ut in tempore adeſſet, atque interpoſita mora non perficeretur merces, hoc prius attributum *diis*, mox *forte quadam* factum dicit. Hinc apud Plutarchum θείᾳ τύχῃ. In Theſeo extremo, de oſſibus ejus à Cimone inventis: αἰετοῦ τινα τόπον βουνοειδῆ κόπτοντος τῷ στόματι καὶ διαστέλλοντος τοῖς ὄνυξι θείᾳ τινὶ τύχῃ συμφρονήσας. In Lucullo: εἴτε κατὰ θείαν δή τινα τύχην περιπεσόντος αὐτῷ Μιθριδάτου. Et iterum: θείᾳ τινὶ τύχῃ ἀεὶ τὰς ἐν Ἀσίᾳ πράξεις βραβευούσης. Intellige igitur, *forte quadam divinitus* comparata. Sic & Philoſophi meliores cenſuere, τὰ δὲ τῆς τύχης οὐκ ἄνευ φύσεως ἢ συγκλώσεως καὶ ἐπιπλοκῆς τῶν προνοίᾳ διοικουμένων, ut præclare divinus ille Marcus ait. Igitur cauſas interdum ita concipiunt, ut pro *forte* ponant *deus.* Suetonius Julio: *ſive divinitus ſive aliqua conjectura.* Ovidius 3 Faſt. *ſeu ratis te noſtris appulit oris, Sive deus.* J. F. Gron.

2 *Ad juſti curſum poterat*] Suſpectum mihi τὸ *poterat*, & magis ex more Livii: *Tiberis effuſus lenibus ſtagnis nec adiri ad juſti curſum amnis, & poſſe quamvis languida mergi aquâ infantes ſpem ferentibus dabat.* Idem ſcilicet Tiberis ita reſtagnans ferentibus pueros ſpem & auferebat poſſe adiri uſque ad curſum juſti amnis, & dabat infantes poſſe quamvis languida aqua mergi. *Idem.*

3 *In proxima alluvie*] Quod accipitur haud dubie, in aqua ſuper ripam egreſſa. Neque ægre patior. Frontinus Strat. 2, 3, 11. *Propter flumen Enipeum, quod & alveo ſuo & alluvie regionem impediebat.* Tantum pono quæſtionem, ſitne rectius utrobique, *eluvie.* Videtur enim *alluvies* eadem eſſe debere, quæ *alluvio*, ut *contages, contagio, eluvies, eluvio, diluvies* Horatio & Plinio, *diluvio* Cenſo-

nalis eſt (Romularem vocatam ferunt) pueros exponunt. Vaſtæ tum in iis locis ſolitudines erant. Tenet fama, quum fluitantem alveum, quo expoſiti erant pueri, tenuis in ſicco aqua deſtituiſſet, lupam ſitientem ex montibus, qui circa ſunt, ad puerilem vagitum curſum flexiſſe: eam ſummiſſas infantibus adeo mitem præbuiſſe mammas, ut lingua lambentem pueros magiſter regii pecoris invenerit. Fauſtulo fuiſſe nomen ferunt. Ab eo ad ſtabula [1] Larentiæ uxori educandos latos. Sunt, qui Larentiam

Cenſorino. Nam ut *eluvio* Ciceroni inundatio eſt, ita & *eluvies* effuſio & excurſus aquæ: ſive vehemens, ut apud Ovidium lib. 15 Met. *Et eluvie mons eſt deductus in æquor.* Ubi poſtremam vocem pro campo ſeu planicie accipe, vel clarius lege: *in æquum.* Ut Juſtinus: *montes in planum deducebat*, Apud quem ſcribo lib. 2, 1. *Sive eluvies aquarum principio rerum obrutas terras tenuit.* Et eodem libro, cap. 6. *Aquarum eluvies magnam partem populorum Græciæ abſumſit.* Non *illuvies*, quæ ſunt ſordes extrinſecus aſperſæ: neque videntur hæc confudiſſe veteres. Sive modicus & quatenus reſtagnat evehitque ſe plurimum unda: ut apud Tacitum 13 annal. *ſalem provenire, non ut apud alias gentes eluvie maris areſcente unda.* Apud quem ſimiliter ſcribendum 12, 51. *Zenobiam placida eluvie ſpirantem ac vitæ manifeſtam advertere paſtores.* non *illuvie.* Sic Lucilii *eluviem ventris facere*, Nonius *purgationem* interpretatur. Servius in 3 Æneid. pro eodem dicit, *effuſionem ſordis.* Juvenali *ſiccare eluviem*, eſt emittere, quam alibi dicit, *torrentem cloacam.* Neutro loco bene dices *illuviem.* de qua Nonius. Curtius lib. 5. *Circuiri brevi ſpatio poterat eluvies.* quam ante *voraginem concurſu cavatam torrentium* vocat. Lib. 6, 3. *Torrenteſque & eluvies iter morabantur.* Inſpicere hunc locum operæ pretium eſt. Apud eundem 8, 14, ubi MS. *propemodum immobiles currus inluvie ac voraginibus hærebant*, ſcribendum: *currus in eluvie ac.* Sic etiam Columellæ 3, 11 melius foret: *valles quæ fluminum eluvie & inundationibus concreverint*: quam *alluvie*: Nec mirum videatur *alluere* dici fluctum quacumque excurrit, *alluviem* non item: non magis quam *eluviem* vocari ſtagnantem undam, cum tamen non dicatur hoc modo *eluere* fluvius. Voluit enim uſus diſtincta rerum vocabula. *J. F. Gron.*

1 *Laurentiæ uxori*] Veteres libri. *Larentiæ.* Item Plutarchus in Romulo, & Dionyſius lib. 1 Ἄκκαν Λαρεντίαν. *Sigonius.*

Laurentiæ uxori] Florent. *Larentiæ*, & *Larentiam*. Sane apud Varronem Ovidiumque lib. 3 Faſt. hodie *Laurentiam* legimus. At Dionyſius, Plutarchus, in Romulo & Q. R. Feſtus, Gellius, Macrobius, Lactantius *Larentiam* vocant. præcipua auctoritas tabulæ Faſtorum menſe Decembri: *E. LAR. NP.* Manutius *Larentalia* vel *Larentinalia* interpretatur. Sib. Siccama *Laralia*, quod Varro ſcribat paucis poſt Saturnalia diebus feſtum Laribus diem celebrari, qui *Compitalia* vocetur. Sed errat, & dies ille Laribus ſacer diem *LAR.* præcedit. ille undecimus eſt Cal. Januarias, hic decimus. Macrobius: *Undecimo autem Calendas feriæ ſunt Laribus conſecratæ. Decimo Calendas feriæ ſunt Jovis, quæ appellantur Larentinalia.* Conſentit, quod apud Ovidium quoque Laurentalia habere acceptum geniis Decembrem ſcribitur. *J. F. Gron.*

1 *Ita*

rentiam vulgato corpore lupam inter paſtores vocatam putent: inde locum fabulæ ac miraculo datum. Ita geniti, [1] ita educati, quum primum adolevit ætas, nec in ſtabulis, nec ad pecora ſegnes, venando peragrare circa ſaltus. Hinc robore corporibus animiſque ſumto, jam non feras tantum ſubſiſtere, ſed in latrones præda onuſtos impetus facere, paſtoribuſque rapta dividere: & cum his, creſcente indies grege juvenum, ſeria ac jocos
celebrare. Jam tum in Palatino monte Lupercal hoc 5
fuiſſe ludicrum ferunt, [2] & à Pallanteo urbe Arcadica [3] Palatium, deinde Palatinum montem appellatum. ibi Evandrum, qui ex eo genere Arcadum multis ante tempeſtatibus [4] ea tenuerat loca, ſolenne allatum ex Arcadia inſtituiſſe, ut nudi juvenes Lyceum Pana venerantes [5] per luſum atque laſciviam currerent. quem Romani deinde vocarunt Inuum. Huic deditis ludicro, quum ſolenne notum eſſet, inſidiatos ob iram prædæ amiſſæ latrones; quum Romulus vi ſe defendiſſet, Remum

1 *Ita educati*] MSS. *Ita geniti, itaque educati.* Ut infra: *ubi expoſiti ubique educati erant.* Andreas Romæ: *ita geniti atque educ.* J. F. Gron.

2 *Et à Palanteo urbe Arcadiæ Palantium*] Euſtathius docet *Pallantium* duobus *ll*, *Palatium* uno ſcribendum eſſe, his verbis: τῷ Πανὶ νεὼν ἱδρύσας, καὶ λόφον ὀνομασάμενος, ὃν Παλλάντιον ὠνόμασεν ἀπὸ τοῦ υἱοῦ Πάλλαντος. ὅθεν καὶ νῦν οἱ Ῥωμαῖοι τὰ βασιλεῖ πρέποντας τόπους οὕτω καλοῦσι Παλάτια, καθ' ὑφαίρεσιν ἀμεταβόλων τοῦ τε λ, καὶ τοῦ ν. *Sigon.*

3 *Palatium, deinde Palatinum montem*] Flor. *Pallantium, deinde Palatium montem appellatum.* Et ante: *in Palatio monte.* Nec ſecus cap. 7 bis, ut voluit Sigonius. Chifiet. quoque *Pallantium*, dein *Palatium.* Voſſianus: *urbe Arcadica Pallantium deinde.* Dionyſius lib. 1. Ὄνομα δὲ τῷ πολίσματι τοῦτο τίθενται Παλλάντιον, ὡς ἀπὸ τῆς ἐν Ἀρκαδίᾳ σφῶν μητροπόλεως. νῦν μέντοι Παλάτιον ὑπὸ Ῥωμαίων λέγεται. Pauſanias in Arcadicis: ὄνομα ἔσχε Παλλάντιον κατὰ μνήμην τῆς ἐν Ἀρκαδίᾳ. χρόνῳ δὲ ὕστερον μετέπεσε τὸ ὄνομα ἐν ἀναιρέσει γραμμάτων τοῦ τε Λ καὶ τοῦ Ν. Voſſ. quoque cap. 7. *Palatium Romulus*: tum, *Palatium primum*, & cap. 12. *hic in Palatio*, Flor. & Voſſ. *J. F. Gron.*

4 *Ea tenuerat loca*] Flor. Voſſ. ut. Rot. Hel. Gud. *tempeſtatibus tenuerit loca*, ſine τοῦ ea. *Idem.*

5 *Per luxum*] Scribe: *per luſum.* Ille *luxus* nec perſonis nec rei, qua de agitur, convenit. *Luxus* opulentorum hominum, urbium, arcium eſt; non pauperis Evandri aut nudorum juvenum, aut ruris & caſarum: *luxus* ganeæ, gulæ, veſtis, ſupellectilis, aut hujuſmodi rerum, in quibus ſumtus fit; non feſti diſcurſus & rudium ſaltationum. Denique in hac materia ut plurimum veteres iſta duo vocabula conjungunt, uti diximus in Obſervationibus. *Idem.*

mum cepiſſe; captum regi Amulio tradidiſſe, ultró accuſantes. Crimini maxime dabant, in Numitoris agros ab his impetum fieri: inde eos collecta juvenum manu hoſtilem in modum prædas agere. ſic Numitori ad ſupplicium Remus deditur. Jam inde ab initio Fauſtulo ſpes fuerat, regiam ſtirpem apud ſe educari; nam & expoſitos juſſu regis infantes ſciebat, & tempus, quo ipſe eos ſuſtuliſſet, ad idipſum congruere; ſed rem immaturam, niſi aut per occaſionem, aut per neceſſitatem aperiri noluerat. neceſſitas prior venit. ita metu ſubactus, Romulo rem aperit. Forte & Numitori, quum in cuſtodia Remum haberet, audiſſetque geminos eſſe fratres, [1] comparando & ætatem eorum, & ipſam minime ſervilem indolem, tetigerat animum memoria nepotum: ſciſcitandoque eodem pervenit, ut haud procul eſſet, quin Remum agnoſceret. Ita undique regi dolus nectitur. Romulus non cum globo juvenum (nec enim erat ad vim apertam par) ſed aliis alio itinere juſſis certo tempore ad regiam venire paſtoribus, ad regem impetum facit: & à domo Numitoris alia comparata manu
6 adjuvat Remus. ita regem obtruncant. Numitor inter primum tumultum hoſtes invaſiſſe urbem atque adortos regiam dictitans, [2] quum pubem Albanam in arcem præſidio armiſque obtinendam avocaſſet, poſteaquam juve-

1 *Comparando eorum ætatem*] Voſſ. Lipſ. Flor. & Mureti codices: *comparando & ætatem eorum & ipſam minime ſervilem indolem.* Significat Numitorem hos, quos qui eſſent etiam tum neſciebat, comparaſſe ſuis, quibus quid factum eſſet, juxta ignorabat, nepotibus, cogitando, & hac illos ætate eſſe oportuiſſe, ſi ſuperſtites forent, & parem indolis ſpem daturos fuiſſe. *J. F. Gron.*

2 *Quum pubem Albanam advocaſſet*] Non ſpernendum, ſi non ſolum probandum, quod Modii Florentinuſque *avocaſſet*. Duplex ejus verbi vis eſt huc mire conveniens. Eſt enim & ſevocare partem populi à magiſtratibus ſeditionis cauſa, & avertere ab agnoſcendo vero periculo, ne auxilium, quo maxime debebat, ferat. Velut hic regi. Lib. 2. *Secedat nunc, avocet plebem.* Lib. 3. *Ut non bellum, ſed vanam imaginem belli, ad avertendos ab legis cura plebis animos, Capitolium inſediſſe contenderent.* Lib. 4. *Ea oppugnatio ſegnior inſequenti anno fuit, parte tribunorum exercituſque ad Volſcum avocata bellum.* Lib. 43. *Eo facto avocatam à ſe concionem tribunus queſtus & in ordinem ſe coactum.* Idem.

A 71

juvenes perpetrata cæde pergere ad ſe gratulantes vidit, extemplò advocato concilio, ſcelera in ſe fratris, originem nepotum, ut geniti, ut educati, ut cogniti eſſent, cædem deinceps tyranni, ſeque ejus auctorem oſtendit. Juvenes per mediam concionem agmine ingreſſi, quum avum regem ſalutaſſent, ſecuta ex omni multitudine conſentiens vox, ratum nomen imperiumque regi effecit. Ita Numitori Albana permiſſâ re, Romulum Remumque cupido cepit, in iis locis, ubi expoſiti, ubique educati erant, urbis condendæ. & ſupererat multitudo Albanorum Latinorumque. ad id paſtores quoque acceſſerant: qui omnes facile ſpem facerent, parvam Albam, parvum Lavinium, præ ea urbe quæ conderetur, fore. Intervenit deinde his cogitationibus avitum malum, regni cupido, atque inde fœdum certamen coortum à ſatis miti principio; quoniam gemini eſſent, nec ætatis verecundia diſcrimen facere poſſet, [1] ut Dii, quorum tutelæ ea loca eſſent, auguriis legerent, qui nomen novæ urbi daret, qui conditam imperio regeret.
[2] Palatinum Romulus, Remus Aventinum ad inauguran- 7
dum templa capiunt. Priori Remo augurium veniſſe fertur, ſex vultures: jamque, nunciato augurio, quum duplex numerus Romulo ſe oſtendiſſet, utrumque regem

1 *Ut Dii, in quorum tutela ea loca eſſent*] Cur hic cum Grutero non ſequamur Andream, ſed optimos quoſque MSS. edentemque Campanum: *ut Dii, quorum tutelæ ea loca eſſent*: dicat ipſe Livius, qui non fortuito in elegantiam ſuam incidit. Lib. 24. *Et corpus ſuum cæteraque omnia, quæ ſuæ fidei tutelæque eſſent.* Eodem: *Ad eum mitterent legatos, cujus juris arbitriique eſſet.* Lib. 42. *Petere, ut eum non ſub hoſpitum modo privatorum cuſtodia, ſed publicæ velut curæ atque tutelæ eſſe vellent.* Auctor de Origine gentis Rom. *Inde videlicet lupum picumque Martiæ tutelæ eſſe.* Feſtus in *Inſula*: *ejuſdem* (Æſculapii) *eſſe tutelæ draconem.* J. F. Gron.

2 *Palatinum Romulus, Remus Aventinum*] Vet. lib. *Palatium Romulus.* Recte. Nam *Palatinum* non eſt perinde atque *Aventinum*, ſubſtantivum nomen, ſed adjectivum. Itaque niſi ubi *collem* addimus, *Palatinum* dicere non debemus, ut infra; *Inter Palatinum Capitolinumque collem.* Ex *Palatio* autem *Palatinus*, ex *Aventino Aventinenſis* orta nomina ſunt. Ita paulo poſt: *Palatium primum, in quo ipſe educatus erat*, non *Palatinum* lege. *Sigonius.*

Digitized by Google

gem ſua multitudo conſalutaverat. tempore illi præcepto, at hi numero avium regnum trahebant. Inde cum altercatione congreſſi, certamine irarum ad cædem vertuntur. ibi in turba ictus Remus cecidit. Vulgatior fama eſt, ludibrio fratris Remum novos tranſiluiſſe muros: inde ab irato Romulo (quum verbis quoque increpitans adjeciſſet, *Sic deinde quicunque alius tranſiliet mœnia mea*) interfectum. Ita ſolus potitus imperio Romulus; condita urbs conditoris nomine appellata. Palatinum primum, in quo ipſe erat educatus, muniit: ſacra Diis aliis Albano ritu, Græco Herculi, ut ab Evandro inſtituta erant, facit. Herculem in ea loca Geryone interemto boves mira ſpecie abegiſſe memorant, ac prope Tiberim fluvium, qua præ ſe armentum agens, nando trajecerat, loco herbido, ut quiete & pabulo læto reficeret [1] boves, & ipſum feſſum via procubuiſſe. ibi quum eum cibo vinoque gravatum ſopor oppreſſiſſet, paſtor accola ejus loci, nomine Cacus, ferox viribus, captus pulchritudine boum, quum avertere eam prædam vellet; quia, ſi agendo armentum in ſpeluncam compuliſſet, ipſa veſtigia quærentem dominum eo deductura erant; averſos boves eximium quemque pulchritudine caudis in ſpeluncam traxit. Hercules ad primam auroram ſomno excitus, quum gregem perluſtraſſet oculis, & partem abeſſe numero ſenſiſſet, pergit ad proximam ſpeluncam, ſi forte eo veſtigia ferrent. quæ ubi omnia foras verſa vidit, nec in partem aliam ferre, confuſus atque incertus animi, ex loco infeſto agere porro armentum occœpit. Inde quum actæ boves quædam ad deſiderium, ut fit, relictarum mugiſſent, reddita incluſarum ex ſpelunca boum vox Herculem convertit. quem quum vadentem ad ſpeluncam [2] Cacus vi prohibere

1 *Boves, ipſum feſſum*] Non otioſe Flor. Rott. Gud. Voſſianuſque: *boves & ipſum feſſum*. J. F. Gron.

2 *Cacus prohibere conatus*] Flor. uterque, Gud. Voſſ. Helm. Rott. & edd. omnes ad annum hujus ſeculi 33 *Cacus*

re conatus eſſet; ictus clava, fidem paſtorum nequicquam invocans, morte occubuit. Evander tum ea, profugus ex Peloponneſo, auctoritate magis quam imperio regebat loca: venerabilis vir miraculo literarum, rei novæ inter rudes artium homines; venerabilior divinitate credita Carmentæ matris, quam fatiloquam ante Sibyllæ in Italiam adventum, miratæ hæ gentes fuerant. is tum Evander concurſu paſtorum trepidantium circa advenam manifeſtæ reum cædis excitus, poſtquam facinus facinoriſque cauſam audivit; habitum formamque viri aliquantum ampliorem auguſtioremque humana intuens, rogitat qui vir eſſet. Ubi nomen patremque ac patriam accepit; [1] *Jove nate, Hercules, ſalve,* inquit, *te mihi mater veridica interpres Deûm aucturum cœleſtium numerum cecinit: tibique aram hic dicatum iri, quam opulentiſſima olim in terris gens Maximam vocet, tuoque ritu colat.* Dextra Hercules data, *accipere ſe omen, impleturumque fata, ara condita atque dicata*, ait. Ibi tum primum bove eximia capta de grege, [2] ſacrum Herculi, adhibitis ad miniſterium dapemque

cus vi prohibere con. Quod non eſt otioſum. Ita enim exprimit Livius hunc Cacum ἄρξαι χειρῶν ἀδίκων, non vero Herculem. Et poſtremæ editionis margini id à patre adſcriptum video, ut ſecure admiſerim. *Jac. Gron.*

1 *Jove nate, Hercules, ſalve*] Rott. & Helm. *Hercule.* J. F. Gron.

2 *Sacrum adhibitis ad miniſterium*] Tres Pall. & Flor. cum Sigoniano: *Sacrum Herculi adhibitis.* Sive ab Evandro Herculi, ſive ab Hercule ipſo: hoc enim ambiguum manet, etſi refuret poſterius Sigonius, eoque laudet è vet. lib. *Dextra Herculi data.* Sed rejecit hoc olim Turnebus, monuitque intelligendum eſſe, dextra Evandro data Herculem ſe divinitatis omen accipere dicentem induci, ſeque fata, quæ Carmenta cecinerat, impleturum, aramque maximam conditurum & dicaturum. Contra nihil abſurdius eſſe, quam dicere ipſum ſibi Herculem aram maximam conſecraſſe cenſet Sigonius. Verum non convenit inter auctores. Dionyſius ſcribit Herculem Jovi Inventori poſuiſſe aram, & juvencum mactaſſe: Evandrum vero à matre edoctum, Superis acceſſurum Herculem, occupaſſe gratiam divini cultus ei tribuendi, & ſtatuiſſe illi aram Maximam, & ad eam bovem immolaſſe, rogato tamen ipſo τὸ ἱερὸν κατάρξασθαι, ipſumque Herculem θῦσαι τῶν βοῶν τινὰς καὶ τὰς ἄλλας λείας τὰς δεκάτας ἐξελόντα ἐπὶ τούτου τοῦ βωμοῦ ἐπιθῦσαι. Auctor de origine Rom. ex Caſſio & libris Pontificalibus Inventoris Jovis eandem facit, quam Maximam aram ab Hercule conſecratam, apud quam ille decimam ſui pecoris profanarit, Poticioque & Pinario ritum inſtaurandi tradiderit. Virgilio *primuſque Poticius auctor*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

pemque Potitiis ac Pinariis, quæ tum familiæ maxime
inclytæ ea loca incolebant, factum. Forte ita evenit,
ut Potitii ad tempus præſto eſſent, iiſque exta apponerentur,
Pinarii extis adeſis ad ceteram venirent dapem.
inde inſtitutum manſit, donec Pinarium genus fuit,
ne [1] extis ſolennium veſcerentur. Potitii ab Evandro
edocti, antiſtites ſacri ejus per multas ætates fuerunt.
donec tradito ſervis publicis ſolenni familiæ miniſterio,
genus omne Potitiorum interiit. Hæc tum ſacra Romulus
una ex omnibus peregrina ſuſcepit; jam tum
immortalitatis virtute partæ, ad quam eum ſua fata du-
8 cebant, fautor. Rebus divinis rite perpetratis, vocataque
ad concilium multitudine, quæ coaleſcere in populi
unius corpus nulla re, præterquam legibus poterat,
jura dedit: quæ ita ſancta generi hominum agreſti
fore ratus, ſi ſeipſe venerabilem inſignibus imperii feciſſet,
quum cetero habitu ſe auguſtiorem, tum maxime
lictoribus duodecim ſumptis fecit. Alii ab numero
avium, quæ augurio regnum portenderant, eum ſecutum
numerum putant. me haud pœnitet eorum ſententiæ
eſſe, [2] quibus & apparitores & hoc genus ab Etruſcis

ctor Et domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri Hanc aram luco ſtatuit, quæ Maxima. Ovidio Hercules *Immolat ex illis taurum tibi, Jupiter, unum Victor & Evandrum ruricolaſque vocat, Conſtituitque ſibi, quæ Maxima dicitur, aram.* Tacito magna ara fanumque, *quæ præſenti Herculi Arcas Evander ſacraverat.* Solino & aram Hercules, quam voverat, ſi amiſſas boves reperiſſet, punito Caco, patri Inventori dicavit, & *ſuo quoque numini inſtituit aram, quæ Maxima apud Pontifices habetur.* Servio denique *alii Maximam dicunt, quia illo tempore omnibus erat potior, quam ſibi Hercules, poſtquam à matre Evandri ſe Jovis filium eſſe & immortalem futurum cognovit, ſtatuit.* Ex quibus liquet feſtinaſſe Sigonium. Poſſet alioqui legi: *impleturumque fata, ait. Ara condita atque dicata, ibi tum primum.* Per Evandrum ſcilicet. *J. F. Gron.*

1 *Extis ſolennibus*] Scribo cum duobus Pall. & aliis: *ne extis ſolennium veſcerentur.* Intellige ſacrorum vel ſacrificiorum. Lib. 5. *Sacrificiis ſolennibus non dies magis ſtati quam loca ſunt.* Cicero 2 de leg. *Nec ulla vitiorum ſacra ſolennia obeunto.* Tibullus: *Hoc ſolenne ſacrum, cunctos hoc ſumet in annos.* Suetonius Octav. *Cum ad ſolenne Apollinis ſacrum media nocte veniſſet.* Auctor de Orig. *utque ſolenne ſacrificium ſibi poſteriſque id eſſet.* Idem.

2 *Quibus & apparitores & hoc genus*] Parum in his ſententiæ. Quid enim? an non & lictores genus vel ſpecies appa-

ſcis finitimis, unde ſella curulis, unde toga prætexta ſumpta eſt, numerum quoque ipſum ductum placet: & ita habuiſſe Etruſcos, quod ex duodecim populis communiter creato rege, ſingulos ſinguli populi lictores dederint. Creſcebat interim urbs munitionibus, [1] quum alia atque alia appetendo loca, in ſpem magis futuræ multitudinis, quam ad id, quod tum hominum erat, munirent. Deinde, ne vana urbis magnitudo eſſet, adjiciendæ multitudinis cauſa, vetere conſilio condentium urbes, qui obſcuram atque humilem conciendo ad ſe multitudinem, natam è terra ſibi prolem ementiebantur; [2] locum qui nunc ſeptus deſcendentibus inter

apparitorum? Certe quum cadente Servio 1, 49 ait Livius *ſit fuga regis apparitorum atque comitum*, non poteſt negari illic & lictores intelligi. Similiter 4, 14 quum *apparitor juſſu magiſtri equitum duxiſſe* Mælium dicitur. Et paſſim. Deinde quidquid ſit, quum ne tranſitum quidem Tiberim hactenus à Romulo narrarit Livius, ſane credibile eſt etiam Albanis regibus & tyranno noviſſimo Amulio adfuiſſe ſtipatores & alios apparitores, ut potius inde exemplum eorum hauſerit Romulus quam ex aulis Etruſcis; ſic ut iſta Livii argumentatio claudicet, vel potius corrupta ſit. Expedio rem deleta altera particula, *quibus & apparitores hoc genus*. Nempe varii ſunt apparitores; & eorum plurimum & vulgatem ſtrepitum ab Albæ imitatione habuit; ſed unum ex iis genus, quos lictores vocaverunt, petitum credit Livius ex Etruria, illis ſcilicet inſignibus ornatos; & iſtum numerum; idque cum ratione credi poteſt. Loquutio hæc paſſim obtinet apud Latinos auctores; nec aliud eſt Livianum 24, 42. *Spolia plurima Gallica fuere, aurei torques armillæque magnus numerus*. 26, 39. *cum pari claſſe navium Tarentinarum numero*. Jac. Gron.

1 *Quum alia atque alia appetendo loca*] Præpoſtera ſunt iſta. Non enim ſi urbs munitionibus inſtruatur, inde ſequitur ipſam quoque creſcere. Munitiones quidem extenduntur, non tamen ipſa ulterius porrigitur. Urbs vero creſcit, quum alia atque alia loca illi adjiciuntur. Et quæſo, cur ſpernimus ordinem, qui eſt in ſcriptis? *Creſcebat interim urbs munitionibus alia atque alia appetendo loca, quum in ſpem* &c. Ita vidi in Flor. S. Marci. ita notavit manus paterna ex Rott. Voſſ. Gud. Flor. Helmſt. 6, 4. *Et Roma cum frequentia creſcere, tum tota ſimul exſurgere ædificiis*. Idem.

2 *Locum qui nunc ſeptus denſis ſentibus inter duos lucos eſt*] Quidam veteres libri habent: *Qui tunc ſeptus denſis ſentibus inter duos lucos erat*. Quod non probo. Nam Dionyſius, ita ut Livius, loquitur: τὸ μεταξὺ χωρίον τοῦ τε Καπετωλίου καὶ τῆς ἄκρας, ὃ καλεῖται νῦν κατὰ τὴν Ῥωμαίων διάλεκτον μεθόριον δυοῖν δρυμῶν. *Sigonius*.

Qui nunc ſeptus denſis ſentibus inter duos lucos eſt] Sic quidem ſemper editum fuit. Quid ergo Mſſ. omnes, *ſeptus deſcendentibus*? Novem aut decem nominare poſſum: alterum vix in margine alicubi appictum deprehendi. Nuſquam Sigonianum, *tunc ſeptus denſis ſentibus erat*. Septo clauſum fuiſſe

ter duos lucos eſt, Aſylum aperit. eo ex finitimis populis turba omnis, ſine diſcrimine, liber an ſervus eſſet, avida novarum rerum perfugit: idque primum ad cœptam magnitudinem roboris fuit. Quum jam virium haud pœniteret, conſilium deinde viribus parat. [1] centum creat ſenatores, ſive quia is numerus ſatis erat: ſive quia ſoli centum erant, qui creari patres poſſent. Patres certe ab honore, patriciique progenies eorum ap-
9 pellati. Jam res Romana adeo erat valida, ut cuilibet finitimarum civitatum bello par eſſet; ſed penuria mulierum, hominis ætatem duratura magnitudo erat. quippe quibus nec domi ſpes prolis, nec cum finitimis connubia eſſent. Tum ex conſilio patrum Romulus legatos circa vicinas gentes miſit, qui ſocietatem connubiumque novo populo peterent. *Urbes quoque, ut cætera, ex infimo naſci: deinde quas ſua virtus ac Dii juvent, magnas opes ſibi magnumque nomen facere. Satis ſcire, origini Romanæ & Deos affuiſſe, & non defuturam virtutem. proinde ne gravarentur*

fuiſſe aſylum confirmat & Dio lib. 47. *οὕτω γὰρ περιεφράχθη, ὡς μηδένα ἔτι τὸ παράπαν εἰσελθεῖν εἰς αὐτὸ δυνηθῆναι.* *Deſcendentibus inter duos lucos eſt*, intellige, occurrit in deſcenſu Capitolii circa eam partem, quæ vocatur *Inter duos lucos*, vel Μεθόριον δυεῖν δρυμῶν, ut Dionyſius *καλεῖσθαι κατὰ τὴν Ῥωμαίων διάλεκτον* ait. Sic autem Græci paſſim. Pauſanias in Atticis: εἰσελθοῦσι δ' εἰσὶ βωμοὶ Ποσειδῶνος καὶ ἥρωος Βούτου. Et deinde: Καταβᾶσι δὲ πηγή τε ὕδατός ἐστι. Et fere in omnibus paginis. Quæ loca mihi ſubjecit Albertus Rubenius. Noſter lib. 32, 4. *Thaumaci à Pylis ſinuque Maliaco per Lamiam eunti, loco alto ſiti ſunt.* Lib. 42. *Deſcendentibus ad templum à Cyrrha maceria erat ab læva ſemita.* Suetonius Veſpaſian. cap. 1. *Locus etiam nunc ad ſextum milliarium à Nurſia Spoletium euntibus in monte ſummo appellatur Veſpaſiæ.* Sententia, qui deſcendentibus inter duos lucos ſepto clauſus obſtat & circumeundus eſt. Cicero lib. 4 ad Attic. epiſt. 3. *Aſſequitur inter lucos hominem Milo.* Lib. 2 de nat. Deor. *Deos enim ipſos jocandi cauſa induxit Epicurus perlucidos & perſtabiles, & habitantes, tanquam inter duos lucos, ſic inter duos mundos ob metum ruinarum.* Adde Salmaſium ad Hiſt. Aug. pag. 317. *J. F. Gron.*

1 *Centum creat patres, &c. qui creari patres poſſent*] Sane legendum eſſe videtur: *Qui ciere patres poſſent.* ſic enim ſcribit libr. 10. *Qui patrem ciere poſſent, eos patricios eſſe appellatos.* Dionyſius etiam ac Plutarchus, ubi exponunt cauſas, cur centum potiſſimum ſenatores, quos patres appellaverit, Romulus crearit, ita ajunt: ὅτι πατέρας εἶχον ἀποδεῖξαι μόνοι, id eſt: *quod patres nominare ſoli centum poſſent*, quaſi vero alii terræ filii eſſent. *Sigonius.*

1 Ec-

rentur homines cum hominibus ſanguinem & genus miſcere. Nuſquam benigne legatio audita eſt: adeo ſimul ſpernebant, ſimul tantam in medio creſcentem molem ſibi ac poſteris ſuis metuebant. A pleriſque rogitantibus, dimiſſi, [1] *Ecquod fœminis quoque aſylum aperuiſſent? id enim demum compar connubium fore.* Ægre id Romana pubes paſſa, & haud dubie ad vim ſpectare res cœpit. cui tempus locumque aptum ut daret Romulus, ægritudinem animi diſſimulans, ludos ex induſtria parat Neptuno Equeſtri ſolenneis: [2] Conſualia vocat. Indici deinde finitimis ſpectaculum jubet: quantoque apparatu tum ſciebant aut poterant, concelebrant; ut rem claram exſpectatamque facerent. Multi mortales convenere, ſtudio etiam videndæ novæ urbis; maxime proximi quique, [3] Cæninenſes, Cruſtumini, Antemnates. Jam Sabinorum omnis multitudo, cum liberis ac conjugibus venit. invitati hoſpitaliter per domos, quum ſitum mœniaque & frequentem tectis urbem vidiſſent, mirantur tam brevi rem Romanam creviſſe. Ubi ſpectaculi tempus venit, deditæque eo mentes cum oculis erant, tum ex compoſito orta vis: ſignoque dato, juventus Romana ad rapiendas virgines diſcurrit. magna pars forte, ut in quem quæque inciderat, raptæ, quaſ-

1 *Ecquod feminis quoque aſylum aperuiſſent*] Veteres libri: *Ecquid non feminis quoque.* Sigonius.

2 *Conſualia vocat*] Vox poſterior non comparet in Fl. ut videatur ſcripſiſſe Livius: *Ludos ex induſtria parat Neptuno Equeſtri ſolenneis, Conſualia. Indici deinde.* Sic lib. 30, 39. *Cerealia ludos dictator & magiſter equitum ex ſe fecerunt.* ubi vide notas. Aurelius Victor: *Quibus negatis, ludos Conſualia celebravit.* Plinius 36, 27. *Ob id Compitalia, ludos laribus primum inſtituiſſe.* Sic MS. Pintiani. Vulgo *& ludos.* Vetus verſus apud Varronem & Nonium: *Sibi paſtores ludos faciunt coriis conſualia.* Quintilianus lib. 1 Inſtit. c. 5. *Quædam tamen & faciem ſolœciſmi habent, & dici vitioſa non poſſunt: ut Tragœdia Thyeſtes, & ludi Floralia ac Megaleſia, quanquam hæc ſequenti tempore interciderunt, nunquam aliter à veteribus dicta.* Varro lib. 3 de gente pop. Romani apud Soſipatrum: *ludos Olympia fecerat.* Pauſanias lib. 8. Θεῶν δὲ τιμῶσιν Ἑρμῆν Φενεᾶται μάλιστα, καὶ ἀγῶνα ἄγουσιν Ἕρμαια. *J. F. Gron.*

3 *Ceninenſes*] Dionyſius & Stephanus de Urbibus, urbem Καινίναν ſcribunt cum diphthongo. ex quo apparet *Caninenſes* eſſe ſcribendum. *Sigonius.*

 1 *Quaſ-*

[1] quaſdam forma excellente primoribus Patrum deſtinatas ex plebe homines, quibus datum negotium erat, domos deferebant. Unam longe ante alias ſpecie ac pulchritudine inſignem à globo [2] Talaſſii cujuſdam raptam ferunt. multiſque ſciſcitantibus, cuinam eam ferrent, identidem, ne quis violaret, Talaſſio ferri clamitatum. inde nuptialem hanc vocem factam. Turbato per metum ludicro, mœſti parentes virginum profugiunt, incuſantes violati hoſpitii fœdus, Deumque invocantes, cujus ad ſolenne ludoſque, per fas ac fidem decepti, veniſſent. Nec raptis aut ſpes de ſe melior [3] aut indignatio minor: ſed ipſe Romulus circuibat docebatque, *Patrum id ſuperbia factum, qui connubium finitimis negaſſent: illas tamen in matrimonio, in ſocietate fortunarum omnium civitatiſque, & quo nihil carius humano generi ſit, liberûm fore. Mollirent modo iras; & [4] quibus fors corpora dediſſet, darent animos. Sæpe ex injuria poſtmodum gratiam ortam: eoque melioribus uſuras viris, quod annixurus pro ſe quiſque ſit, ut* [5] *quum ſuam vicem functus officio ſit, parentum etiam patriæque expleat deſiderium.* Accedebant blanditiæ virorum factum purgantium, cupiditate atque amore: quæ maxime ad muliebre ingenium efficaces preces ſunt. Jam admodum

1 *Quaſdam forma excellentes*] Flor. *forma excellente.* Cicero lib. 2 de Invent. *Ut excellentem muliebris formæ pulchritudinem muta in ſeſe imago contineret.* Lib. 5 Tuſcul. *Ad menſam eximia forma pueros delectos juſſit conſiſtere.* J. F. Gron.

2 *Thalaſſii cujuſdam*] Veteres libri *Talaſſii*, itemque Græci Ταλάσιον. *Sigonius.*

3 *Aut indignatio minor*] Flor. Voſſ. uterque Rott. Helm. *aut indignatio eſt minor.* ſuſtulit Gruterus. *J. F. Gron.*

4 *Quibus fors corpora dediſſet*] Frequens corruptio. Refice cum MSS. *quibus fors.* Fortuitus nempe raptus. placuitque Grutero. Sic lib. 22, 5. *Fors conglobat.* ubi vulgo: *Sors conglobabat.* Lib. 31, 41. *Caſtra, quo fors tuliſſet loco, ſine ullo diſcrimine aut cura muniendi poſita.* Idem.

5 *Quum ſua vice functus officio ſit*] Septem MSS. Andreas, Becharius: *ſuam vicem.* Flor. *ſuam vim.* Quia non erat plebeium, mutari oportuit. Lib. 3 de faſcibus decemvirûm: *& hoc inſigne regium in orbem, ſuam cujuſque vicem, iret.* Lib. 28. *Ab ſollicitis vicem imperatoris militibus.* Iterumque: *ut meam quoque, non ſolum reipubl. & exercitus vicem videretur ſollicitus.* Lib. 34. *Remittimus hoc tibi, ne noſtram vicem iraſcaris.* Ergo & hoc libro 1 cap. 25 *exanimes vicem illius*, lege, non *vice*, ut editur. *Idem.*

1 *Ceni-*

Digitized by Google

modum mitigati animi raptis erant. at raptarum parentes tum maxime ſordida veſte, lacrymiſque & querelis civitates concitabant. nec domi tantum indignationes continebant, ſed congregabantur undique ad Titum Tatium regem Sabinorum: & legationes eo, quod maximum Tatii nomen in his regionibus erat, conveniebant. [1] Cæninenſes Cruſtuminique & Antemnates erant, ad quos ejus injuriæ pars pertinebat. Lente agere iis Tatius Sabinique viſi ſunt. Ipſi inter ſe tres populi communiter bellum parant. Ne Cruſtumini quidem atque Antemnates, pro ardore iraque Cæninenſium ſatis ſe impigre movent. ita per ſeipſum nomen Cæninum in agrum Romanum impetum facit. Sed effuſe vaſtantibus fit obvius cum exercitu Romulus, levique certamine docet, vanam ſine viribus iram eſſe: exercitum fundit, fugatque: fuſum perſequitur: regem in prœlio obtruncat, & ſpoliat. duce hoſtium occiſo, urbem primo impetu capit. Inde exercitu victore reducto, ipſe cum factis vir magnificus, tum factorum oſtentator haud minor, [2] ſpolia ducis hoſtium cæſi ſuſpenſa fabricato ad id apte ferculo gerens, in Capitolium aſcendit: ibique ea quum ad quercum paſtoribus ſacram depoſuiſſet, ſimul cum dono deſignavit templo Jovis fines, cognomenque addidit Deo: *Jupiter Feretri*, inquit, *hæc tibi victor Romulus rex regia arma fero, templumque iis regionibus, quas modo animo metatus ſum, dedico, ſedem opimis ſpoliis, quæ regibus ducibuſque hoſtium cæſis, me auctorem ſequentes, poſteri ferent.* Hæc templi eſt origo, quod primum omnium Romæ ſacratum eſt. ita deinde Diis viſum, nec irritam conditoris templi vocem eſſe, qua laturos eo ſpolia poſteros nuncupavit: nec multitudine compotum, ejus doni vulgari laudem.

bina

1 *Ceninenſis, Cruſtruminique & Antemnates*] Vet. lib. *Caninenſes, Cruſtomini & Antemnates.* Sigonius.

2 *Spolia ducis hoſtium*] Cur *Acronis* nomen omiſit? An hinc exciderit fortean? *Tan. Faber.*

3 *Bina*

[1] bina poſtea inter tot annos, tot bella, opima parta
11 ſunt ſpolia. adeo rara ejus fortuna decoris fuit. Dum ea ibi Romani gerunt, Antemnatium exercitus, per occaſionem ac ſolitudinem hoſtiliter in fines Romanos incurſionem facit. raptim & ad hos Romana legio ducta, [2] palantes in agris oppreſſit. Fuſi igitur primo impetu & clamore hoſtes: oppidum captum. duplicique victoria ovantem Romulum Herſilia conjunx [3] precibus raptarum fatigata, orat, ut parentibus earum det veniam, & in civitatem accipiat: ita rem coaleſcere concordia poſſe. facile impetratum. Inde contra Cruſtuminos profectus, bellum inferentes. Ibi minus etiam, [4] quod jam alienis cladibus ceciderant animi, certaminis fuit. Utroque coloniæ miſſæ. plures inventi, qui propter ubertatem terræ [5] in Cruſtuminum nomina darent. & Romam inde frequenter migratum eſt à parentibus maxime ac propinquis raptarum. Noviſſimum ab Sabinis bellum ortum, multoque id maximum fuit. nihil enim per

1 *Bina poſtea intra tot annos*] Hæc præpoſitio eſt finitio temporis non ultra excurrentis: nam tres iſtæ voces, *intra, citra, ultra*, certos locorum fines proprie demonſtrant, ut recte Sulpicius Apollinaris lib. 9. *Omnes intra annum cum ſtirpe exſtinctos.* Itaque *intra tot annos* foret, priuſquam tot anni finem acciperent: qui ſermo hic eſt ineptus. vult enim Livius, cum tot anni ſint elapſi: quod *tot annos* Virgilius, *tot annis* dicit Cicero. & paſſim Latini. Sed ille nonnunquam *inter tot annos*. Pro Quinctio: *Qui inter tot annos ne appellarit quidem Quinctium.* In Maniliana: *Qui inter annos tot unius inventus ſit, quem ſocii in urbes ſuas cum exercitu veniſſe gaudeant.* Ubi fruſtra nodum putat vir eruditus. Titinnius: *Quæ inter decem annos nequiſti unam togam detexere.* Plautus Sticho: *Prandia, quæ inter continuum perdidi triennium.* Agnoſcis ſcripſiſſe Livium: *inter tot annos*. Nec ſane aliter Florent. Voſſ. ut. Rott. Gud. & vetuſtiſſimæ editt. *J. F. Gron.*

2 *Palantes in agris oppreſſit*] Voſſ. 1. Rott. Hel. Gud. *palatos.* quo gaudet alibi quoque Livius. Sed & ſic Andreas & omnes veteres editiones uſque ad Moguntinos. Primus Aldus dedit *palantes*. Idem.

3 *Precibus raptarum fatigat, orat*] Vet. libr. *Precibus raptarum fatigata, orat.* Perſpicue verum. Sic loquitur alibi Livius. *Sigonius.*

4 *Quod alienis cladibus ceciderant animi*] Vet. lib. *Quod jam alienis cladibus ceciderant animi*. Idem.

Quod jam alienis] Mediam vocem Sigonius interpoſuit. Sed abeſt à Voſſ. ut. Rott. Gud. Flor. Helm. *J. F. Gron.*

5 *In Cruſtuminium*] Legendum, *in Cruſtuminum*, ut ſubaudiatur agrum. *Sigonius.*

1 *Addi-*

Digitized by Google

per iram aut cupiditatem actum eſt : nec oſtenderunt
bellum prius , quam intulerunt. Conſilio etiam addi-
tus dolus. Sp. Tarpeius Romanæ præerat arci. Hujus
filiam virginem auro corrumpit Tatius, ut armatos in
arcem accipiat. aquam forte ea tum ſacris extra mœ-
nia petitum ierat. Accepti obrutam armis necavere:
ſeu ut vi capta potius arx videretur , ſeu proden-
di exempli cauſa, ne quid uſquam fidum proditori eſ-
ſet. [1] Additur fabula , quod vulgo Sabini aureas ar-
millas magni ponderis brachio lævo, gemmatoſque ma-
gna ſpecie annulos habuerint , pepigiſſe eam , quod
in ſiniſtris manibus haberent ; eo ſcuta illi pro aureis
donis congeſta. Sunt qui eam ex pacto tradendi ,
quod in ſiniſtris manibus eſſet , [2] directo arma petiſſe
dicant : & fraude viſam agere , ſua ipſam peremptam
mercede. Tenuêre tamen arcem Sabini : atque inde 12
[3] poſtera die , quum Romanus exercitus inſtructus,
quod inter Palatinum Capitolinumque collem campi
eſt , compleſſet ; non prius deſcenderunt in æquum,
quam ira & cupiditate recuperandæ arcis ſtimulante a-
nimos , in adverſum Romani ſubiere. Principes utrin-
que pugnam ciebant ; ab Sabinis Mettius Curtius , ab
Ro-

1 *Additur fabula*] Ego in nominandi caſu *fabula* legam, ut ſequentia ſic vocet, non præcedentia. *Glareanus.* Probo ſuſpicionem Glareani, qui legit *Additur fabula*, ut non ea, quæ expoſita ſunt, ſed, quæ exponenda ſunt, *fabula* dicantur. Addo illud, Livium ita lib. 5 eſſe locutum : *Inſeritur huic loco fabula.* & lib. 10. *Id credo cognomen errorem in ædilibus feciſſe, ſecutamque fabulam miſtam ex ædiliciis, & conſularibus comitiis convenientem errori.* Sigonius.

2 *Decreto arma petiſſe dicant*] Videtur poſſe defendi verbis Ciceronis 2 agr. 1. 17, *Cur non aperte ut antea? cur non item ut decreto & palam regionem illam petierunt.* Ubi non mutem cum Manucio. Sed Flor. *de recto.* Reg. & Chiſl. *derecto.* Pall. duo *delecto* : tertius *dedirecto.* Oxon. Buſlid. & Mur. & Voſſ. *directo.* quod probavit olim Nannius. Numquid aliud ſub eo lateat, viderit Lipſius. nam *dierecto*, & *dierecta* adoleſcentum, ut illa tempora ferebant, elegantium ætatibus condonanda ſunt. Cicero in partit. *alterum ad fidem directo ſpectat ; alterum ſe inflectit ad motum.* & 2 Div. 61. *Quid opus eſt circuitione & amfractu, ut ſit utendum interpretibus ſomniorum potius, quam directo?* J. F. Gron.

3 *Poſtera die*] Rott. Hel. Gud. Voſſ. 1. *poſtero.* Idem.

1 *Hoſtius*

Digitized by Google

Romanis [1] Hoſtus Hoſtilius. hic rem Romanam iniquo loco ad prima ſigna animo atque audacia ſuſtinebat. Ut Hoſtus cecidit, confeſtim Romana inclinatur acies: fuſaque eſt ad veterem portam Palatii. Romulus & ipſe turba fugientium actus, arma ad cœlum tollens, *Jupiter, tuis*, inquit, *juſſus avibus* [2] *hic in Palatino prima urbi fundamenta jeci. arcem jam ſcelere emptam Sabini habent. inde huc armati ſuperata media valle tendunt. At tu, pater Deûm hominumque, hinc ſaltem arce hoſtes: deme terrorem Romanis fugamque fœdam ſiſte. Hic ego tibi templum Statori Jovi, quod monumentum ſit poſteris, tua præſenti ope ſervatam urbem eſſe, voveo.* Hæc precatus, [3] veluti ſenſiſſet auditas preces, *Hinc*, inquit, *Romani, Jupiter optimus maximus reſiſtere atque iterare pugnam jubet.* Reſtitere Romani, tanquam cœleſti voce juſſi. ipſe ad primores Romulus provolat. Mettius Curtius ab Sabinis princeps [4] ab arce decucurrerat, & effuſos egerat Romanos, toto quantum foro ſpacium eſt. nec procul jam à porta Palatii erat; clamitans, *Vicimus perfidos hoſpites, imbelles hoſtes. Jam ſciunt longe aliud eſſe virgines rapere, aliud pugnare cum viris.* In eum hæc gloriantem cum globo ferociſſimorum juvenum Romulus impetum facit. Ex equo tum forte Mettius pugnabat: eo pelli facilius fuit: pulſum Romani perſequuntur. & alia Romana acies audacia regis accenſa, fundit Sabinos. Mettius in paludem ſeſe, ſtrepitu ſequentium trepidante equo, conjecit: [5] adverteratque ea

1 *Hoſtius Hoſtilius*] Alio libro oſtendi ex auctoritate lapidum Capitolinorum, & Valerii & Macrobii, *Hoſtum* eſſe prænomen tum in hoc rege, tum in Hoſto Lucretio conſule, de quo infra dicam, non *Hoſtium*. Sigonius.

2 *Hic in Palatino*] Vet. lib. *Palatio*, ut ante. *Idem.*

3 *Veluti ſenſiſſet*] Rott. Gud. Voſſ. Flor. uterque, *veluti ſi ſenſiſſet*. Id perinde Livium ſonat ac vulgata. Hoc lib. cap. 55. *Velut ſi prolapſus cecidiſſet.* 21, 8. *Velut ſi pariter utroſque murus texiſſet.* 23, 9. *Velut ſi jam agendis intereſſet.* & ſæpe. *Jac. Gron.*

4 *Ab arce decurrerat*] Vet. lib. *decucurrerat.* oſtendit porro Priſcianus bonos auctores compoſitum *cucurri* uſurpaſſe. ut Livius in 2. *Et ſi ferocius procucurriſſent.* idemque feciſſe Catonem, Plautum & Terentium. *Sigonius.*

5 *Adverteratque ea re: etiam Sabinos* tanti

ea res etiam Sabinos tanti periculo viri. Et ille quidem
annuentibus ac vocantibus ſuis, favore multorum addi-
to animo, evadit. Romani Sabinique in media conval-
le duorum montium redintegrant prælium. ſed res Ro-
mana erat ſuperior. Tum Sabinæ mulieres, quarum ex 13
injuria bellum ortum erat, [1] crinibus paſſis, ſciſſaque
veſte, victo malis muliebri pavore, auſæ ſe inter tela
volantia inferre, ex tranſverſo impetu facto, [2] dirimere
infeſtas acies, dirimere iras: hinc patres, hinc viros oran-
tes, *ne ſe ſanguine nefando ſoceri generique reſpergerent:* [3] *ne
parricidio macularent partus ſuos, nepotum illi, liberûm hi pro-
geniem. Si affinitatis inter vos, ſi connubii piget, in nos verti-
te iras: nos cauſſa belli, nos vulnerum ac cædium viris ac paren-
tibus ſumus. melius peribimus, quam ſine alteris veſtrûm viduæ
aut orbæ vivemus.* Movet res tum multitudinem, tum
duces. Silentium & repentina fit quies. inde ad fœdus
faciendum duces prodeunt: nec pacem modo, ſed & ci-
vitatem unam ex duabus faciunt, regnum conſociant,
impe-

tanti periculo viri] Id eſt, converterat illuc animos oculoſque Sabinorum. Hactenus male *averteratque*. Lipſius in Tacit. 2 Annal. Hoc quoque ad marginem libri ſui adnotaverat Henr. Valeſius.

1 *Crinibus ſparſis*] *Paſſis*, pro quo Lipſius & Gruterus, *ſparſis* (quod perpetuo etiam apud Poëtas habere pejores obſervavi, ubicumque fere illud meliores libri,) non eſt Philelphi iſtius Mediolanenſis, ſed Flor. Membranæ, quæ antiquiſſima eſt omnium hujus partis Livii adhuc viſarum: nec aliter Voſſianus à manu prima. *J. F. Gron.*

2 *Dirimere infeſtas acies, dirimere iras*] Haud aliter ſcripti. Terentius in Hecyra: *rem cognoſces, iram expedies.* Noſter lib. 28. *Quod ab tanta rabie dirimi nequirent*. Malim tamen fere: *delenire iras*. Ut lib. 2. *Diem tempuſque forſitan ipſum leniturum iras*. Lib. 33. *Aut eo ipſo lenire iras, aut pati, quod caſus tuliſſet*. Lib. 39. *Simul iram lenire*. Plautus Aſin. *Vah delenire apparas*. Columella 9, 3. *Sed tamen iracundia notæ melioris apium facile delenitum*. Idem.

3 *Ne parricidio macularent*] Videtur neceſſario legendum, *orbarent*: aliter ſenſus extricari nequitur, aut certe non placet. *Tan. Faber*. Eximie Livius ſe ipſe explicat in perſona Virginii 3, 50 orantis, *ne, quod ſcelus Appii eſſet, ſibi attribuerent, neu ſe ut parricidam liberûm averſarentur*. Similiter deprecantur hæ Sabinæ fœdum dedecus, ne mutuis cædibus patres ac mariti efficerent, ut ſtirpi ſuæ poſſet objici & exprobrari, eam a parricidis ortam eſſe, & patres ſimul avoſque inquinatos & maculatos mutue cognato ſanguine. Sic Manlius maculavit gentem ſuam parricidio filii 8, 11. Vides nihil in his mutandum. *Jac. Gron.*

1 *Equi*-

imperium omne conferunt Romam. Ita geminata urbe, ut Sabinis tamen aliquid daretur, Quirites à Curibus appellati. monumentum ejus pugnæ, ubi primum ex profunda emerſus palude [1] equus Curtium in vado ſtatuit, Curtium lacum appellarunt. Ex bello tam triſti læta repente pax, cariores Sabinas viris ac parentibus, & ante omnes Romulo ipſi fecit. Itaque quum populum in curias triginta divideret, nomina earum curiis impoſuit. Id non traditur, quum haud dubie aliquanto numerus major hoc mulierum fuerit, ætate, an dignitatibus ſuis virorumve, an ſorte lectæ ſint, quæ nomina curiis darent. Eodem tempore & centuriæ tres equitum conſcriptæ ſunt; Ramnenſes ab Romulo; [2] ab Tito Tatio Titienſes appellati. [3] Lucerum nominis & originis cauſa incerta eſt. Inde non modo commune, ſed con-
14 cors etiam regnum duobus regibus fuit. Poſt aliquot annos, propinqui regis Tatii legatos Laurentium pulſant. quumque Laurentes jure gentium agerent; apud Tatium gratia ſuorum & preces plus poterant. Igitur illorum pœnam in ſe vertit. nam Lavinii, quum ad ſolenne ſacrificium eo veniſſet, concurſu facto, interficitur. Eam rem minus ægre quam dignum erat, tuliſſe Romulum ferunt. ſeu ob infidam ſocietatem regni, ſeu quia haud injuria cæſum credebat. Itaque bello quidem abſti-

1 *Equus Curtium in vado ſtatuit*] Hanc lectionem laudat Glareanus injuſte. Veteres enim libri habent: *Equum Curtium in vado ſtatuit*. Ex quo intelligi poteſt, legendum eſſe: *Equum Curtius in vado deſtituit*. Nam Plutarchus hanc ſententiam ita vertit: *κ) ἐάσας τ̃ ἵππον, ἑαυτὸν ἔσωσεν*, id eſt: *Deſtituto equo ſemet ſervavit*. Errori locum dederunt finitimæ illæ ſyllabæ, *do*, *de*. Sigonius.

2 *Ab Tito Tatio Titienſes appellati*] Quamquam Feſtus à prænomine *Tatii* ait *Titienſes* eſſe dictos, tamen *Tatienſes* potius legendum puto, à *Tatio*. Ita enim veteres libri, ita Varro, ita Plutarchus: ἀπὸ Τατίȣ Τατιήνσες. *Idem*.

3 *Lucerum nominis cauſa*] Iidem *Lucerenſes* etiam à Feſto & Plutarcho dicti ſunt. Horum originem incertam eſſe ait Livius, non quia nulla tradita ſit, ſed quia aliam alii tradentes rem in dubium adduxerunt. Alii enim à *luco*, alii à *Lucumone*, alii à *Lucero* Ardeæ rege nominatos voluerunt, auctor Plutarchus, Feſtus, Pædianus. *Idem*.

4 Ut

abſtinuit: [1] ut tamen expiarentur legatorum injuriæ, regiſque cædes, fœdus inter Romam Laviniumque urbes renovatum eſt. Et cum his quidem inſperata pax erat: aliud multo propius, atque in ipſis prope portis bellum ortum. Fidenates [2] nimis vicinas prope ſe convaleſcere opes rati, priuſquam tantum roboris eſſet, quantum futurum apparebat, occupant bellum facere. juventute armata immiſſa, vaſtatur agri quod inter urbem ac Fidenas eſt. Inde ad lævam verſi, quia dextra Tiberis arcebat, cum magna trepidatione agreſtium populantur: tumultuſque repens ex agris in urbem illatus, pro nuncio fuit. Excitus Romulus (neque enim dilationem pati tam vicinum bellum poterat) exercitum educit: caſtra à Fidenis mille paſſuum locat. ibi modico præſidio relicto; [3] egreſſus omnibus copiis; partem militum locis

1 *Ut tamen expiarentur --- injuriæ --- fœdus --- renovatum eſt*] Si locus hic attente ſpectetur, facile, ut ait Glareanus, intelligetur aliquid deeſſe. deeſt autem ratio, qua expiatio facta eſt. De qua Dionyſius ita: τό τε ἄγος ἀφοσιῶται τὸ περὶ τοὺς πρέσβεις γινόμενον. Et Plutarchus in Romulo: καὶ καθαρμοῖς ὁ Ῥωμύλος ἥγνισε τὰς πόλεις, οὓς ἔτι νῦν ἱστοροῦσιν ἐπὶ τῆς Φερεντίνης πύλης συντελεῖσθαι. Aut igitur ſacri mentio deeſt, aut voce illa *Fœdus* continetur atque expreſſa eſt. Ceterum renovatio fœderis cum Laurentibus ſolennis erat. Libro enim 8 ait: *Cum Laurentibus renovari fœdus juſſum. renovaturque ex eo quotannis poſt diem decimam Latinarum.* Sigonius.

Ut tamen expiarentur] Glareanus conſiderare lectorem jubet, quomodo inter Romanos & Lavinienſes injuriæ legatorum, regiſque cædes, expiata ſint per fœdus. Sigonius vult, ſi locus attente ſpectetur, aliquid deeſſe, nempe rationem, qua expiatio facta eſt: aut igitur ſacri mentionem excidiſſe, aut voce illa *fœdus* contineri & expreſſam eſſe. Non venit in mentem viris optimis, duplicem eſſe expiationem, ſuperſtitioſam & civilem: per illam diis, per hanc hominibus ſatisfit læſis & alioquin ulturis. Illi utique à Livio requirunt ſuperſtitioſam: quæ etſi haud dubie aliqua defunctoria interpoſita eſt, tamen eam ſuo jure, ut multa, noſter præterit. De civili loquitur, hoc ſenſu: Ut ſatisfieret tamen Laurentibus pro pulſatis legatis, & viciſſim ut ſatisfieret Romanis pro rege cæſo, neuterque populus neceſſitatem hoſtilium haberet, colloquio habito placuit compenſari injurias & rediri in gratiam fœdere renovato. Vide ad M. Senecæ lib. 5 Controv. præfationem. *J. F. Gron.*

2 *Nimis vicinas prope ſe convaleſcere opes*] Penè inſana eſt hæc repetitio vocis *prope*, licet diverſis ſenſibus: & non immerito ſuſpicer τὸ *prope ſe* ab explicatione vocis *vicinas* profecta eſſe. Certe abſoluta eſt oratio *vicinas opes nimis convaleſcere.* 5, 45. *Tuſcorum, qui urbis jam prope quadringenteſimum annum vicina adeo nihil miſerti ſunt.* Jac. Gron.

3 *Egreſſus cum omnibus copiis*] Ab Sigonio particula eſt: omnes melio-

[1] locis circa denſa obſita virgulta obſcuris ſubſidere in inſidiis juſſit; cum parte majore atque omni equitatu profectus, id quod quærebat tumultuoſo & [2] minaci genere pugnæ adequitando ipſis prope portis, hoſtem excivit; fugæ quoque, quæ ſimulanda erat, eadem equeſtris pugna cauſſam minus mirabilem dedit. & quum velut inter pugnæ fugæque conſilium trepidante equitatu, pedes quoque referret gradum, plenis repente portis effuſi hoſtes, impulſa Romana acie, ſtudio inſtandi ſequendique trahuntur ad locum inſidiarum. Inde ſubito exorti Romani, tranſverſam invadunt hoſtium aciem. Addunt pavorem mota è caſtris ſigna eorum, qui in præſidio relicti fuerant. ita multiplici terrore perculſi Fidenates; prius penè quam Romulus [3] quique cum eo equis ierant, circumagerent frenis equos, terga vertunt: multoque effuſius (quippe vera [4] fuga) qui ſimulantes paulo ante ſecuti erant, oppidum repetebant. non tamen eripuere ſe hoſti: hærens in terga Romanus, prius quam fores portarum objicerentur, velut agmine uno irrumpit. Belli Fidenatis contagione irritati Veientium

res libri ignorant. Vide infra ad lib. 25, 22. *J. F. Gron.*

1 *Locis circa denſa obſita virgulta obſcuris*] Sigonius *denſa ob ſita*, ut ſit, ob circa denſa ſita virgulta. Quod rejicit Turnebus & *denſa* interpretatur denſe. Vellem: *partem militum locis circa denſo obſitis virgulto obſcuram.* Lib. 21. *Rivus praaltis utrimque clauſus ripis & circa obſitus paluſtribus herbis, & quibus inculta fere veſtiuntur, virgultis vepribuſque.* Lib. 28. *Confragoſa loca & obſita virgultis tenebant colles.* Idem.

2 *Minaci genere pugna obequitando*] Scriptura omnis vetus, *adequitando.* Ut lib. 24. *Ut pratores inter tumultum pavidi adequitaverint Syracuſas.* Lib. 35. *Nunc in dextrum cornu ad ſuos adequitandi.* Idem.

3 *Quique cum eo equites erant*] Recte Nannius: *equis ierant*: idemque nos in Oxon. & reg. & Voſſ. invenimus. Flor. *Quique cum eo cum equis abierant, viſi erant circum.* Ubi veſtigia priſcæ lectionis inter interpolatam animadvertere eſt. nam Helm. *cum eo viſi erant.* Quod ſcilicet reſtitit, poſtquam τὸ *E Q* præcedens *E O* abſorpſiſſet. Horatius: *curto ire licet mulo.* Livius lib. 28. *Carthagine Nova, quo pedibus ab Tarracone itineribus magnis ierat.* Idem.

4 *Fuga) qui ſimulantes*] Rectius putem ſcribi: *multoque effuſius (quippe vera fuga, quam ſimulantes paullo ante ſecuti erant) oppidum repetebant.* Intellige ex ſuperiore, Fidenates. *Effuſius* autem comparatur cum illo: *plenis repente portis effuſi hoſtes. Quam*, fugam, *ſimulantes*, Romanos. *Idem.*

Digitized by

tium animi, & conſanguinitate, (nam Fidenates quoque Etruſci fuerunt) & quod ipſa propinquitas loci, ſi Romana arma omnibus infeſta finitimis eſſent, ſtimulabat; in fines Romanos excucurrerunt, populabundi magis quam juſti more belli. Itaque non caſtris poſitis, non expectato hoſtium exercitu, raptam ex agris prædam portantes, Veios rediere: Romanus contra, poſtquam hoſtem in agris non invenit, dimicationi ultimæ inſtructus intentuſque Tiberim tranſit. quem poſtquam caſtra ponere, & ad urbem acceſſurum Veientes audivere; obviam egreſſi, ut potius acie decernerent, quam incluſi, de tectis mœnibuſque dimicarent. Ibi viribus nulla arte adjutis, tantum veterani robore exercitus, rex Romanus vicit: perſecutuſque fuſos ad mœnia hoſtes, urbe valida muris ac ſitu ipſo munita abſtinuit: agros rediens vaſtat, ulciſcendi magis quam prædæ ſtudio. Eaque clade haud minus quam adverſa pugna ſubacti Veientes, pacem petitum oratores Romam mittunt. Agri parte mulctatis, in centum annos induciæ datæ. Hæc ferme Romulo regnante, domi militiæque geſta: quorum nihil abſonum fidei divinæ originis, divinitatiſque poſt mortem creditæ fuit: non animus in regno avito recuperando, non condendæ urbis conſilium, non bello ac pace firmandæ. ab illo enim profectu viribus datis tantum valuit, ut in quadraginta deinde annos tutam pacem haberet. [1] multitudini tamen gratior fuit quam patribus; longe ante alios acceptiſſimus militum animis. trecentoſque armatos ad cuſtodiam corporis, [2] quos Celeres appellavit, non in bello ſolum, ſed etiam in pace habuit. His immortalibus editis operibus, 16 quum ad exercitum recenſendum concionem in campo

1 *Multitudini*] Pauſanias lib. 4. [illegible] δὲ αὐτὸν τὰ πολλὰ ἐς χάριν τοῦ δήμου μᾶλλον, οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες αὐτόν τε Κρεσφόντην ἐπαναστάντες καὶ τοὺς υἱοὺς ἀποκτείνουσι. *J. F. Gron.*

2 *Quos Celeres appellavit*] Rationem affert nominis Plutarchus: ἀπὸ τῆς περὶ τὰς ὑπουργίας ὀξύτητος. *Sigonius.*

po [1] ad Capræ paludem haberet, ſubito coorta tempeſtas cum magno fragore tonitribuſque tam denſo regem operuit nimbo, ut conſpectum ejus concioni abſtulerit. nec deinde in terris Romulus fuit. Romana pubes, ſedato tandem pavore, poſtquam ex tam turbido die ſerena & tranquilla lux rediit, ubi vacuam ſedem regiam vidit; etſi ſatis credebat Patribus, qui proximi ſteterant, ſublimem raptum procella; tamen velut orbitatis metu icta, mœſtum aliquamdiu ſilentium obtinuit. Deinde à paucis initio facto, Deum Deo natum, regem parentemque urbis Romanæ ſalvere univerſi Romulum jubent. pacem precibus expoſcunt, uti volens propitius ſuam ſemper ſoſpitet progeniem. Fuiſſe credo tum quoque aliquos, qui diſcerptum regem Patrum manibus taciti arguerent: manavit enim hæc quoque, ſed perobſcura, fama. Illam alteram admiratio viri & pavor præſens nobilitavit. Conſilio etiam unius hominis [2] addita rei dicitur fides. namque Proculus Julius ſollicita civitate deſiderio regis, & infenſa Patribus, gravis, ut traditur, quamvis magnæ rei auctor, in concionem prodit. *Romulus*, inquit, *Quirites, parens urbis hujus, prima hodierna luce cœlo repente delapſus, ſe mihi obvium dedit. quum perfuſus horrore venerabunduſque aſtitiſſem, petens precibus, ut contra intueri fas eſſet;* [3] *abi, nuncia, inquit, Romanis, Cœleſtes ita velle, ut mea Roma caput orbis terrrarum ſit: proinde rem militarem colant: ſciantque, & ita poſteris tradant, nullas opes humanas armis Romanis reſiſtere poſſe. hæc*, inquit, *locutus,*

1 *Ad Capræ paludem*] Suſpectum ſe habere hoc nomen ait Glareanus, neque alibi ſe legiſſe. At Plutarchus tamen in Romulo ita ait: ἡ δ' ἡμέρα ᾗ μετήλλαξεν, ὄχλου φυγὴ καλεῖται, καὶ νῶναι Καπρατῖναι, διὰ τὸ θύειν εἰς τὸ τῆς αἰγὸς ἕλος ἐκ πόλεως κατιόντας· τὴν γὰρ αἶγα κάπραν ὀνομάζουσιν. Et Feſtus lib. 3. *Capralia appellatur ager, qui vulgo ad Capræ paludem dicitur.* Sigon.

2 *Addita rei dicitur fides*] Potius, *addita ei*, ſcilicet famæ, de qua loquitur. *Jac. Gron.*

3 *Abi, nuncia, inquit, Romanis*, &c. *proinde rem militarem colant*, &c.] Hæc ſic vertit Plutarchus: χαῖρε, καὶ φράζε Ῥωμαίοις, ὅτι σωφροσύνην μετ' ἀνδρείας ἀσκοῦντες, ἐπὶ πλεῖστον ἀνθρωπίνης ἀφίξονται δυνάμεως. *Sigonius.*

1 *Quam*

Digitized by Google

tus, ſublimis abiit. Mirum, [1] quantum illi viro nuncian-
ti hæc fides fuerit; quamque deſiderium Romuli apud
plebem exercitumque, facta fide immortalitatis, leni-
tum ſit. Patrum interim animos certamen regni ac cu- 17
pido verſabat. nec dum [2] à ſingulis, quia nemo magno-
pere eminebat in novo populo, pervenerant factiones:
inter ordines certabatur. oriundi ab Sabinis, ne, quia
poſt Tatii mortem ab ſua parte non erat regnatum in
ſocietate æqúa, poſſeſſionem imperii amitterent, ſui
corporis creari regem volebant. Romani veteres pere-
grinum regem aſpernabantur. In variis voluntatibus,
[3] regnari tamen omnes volebant, libertatis dulcedine
nondum experta. Timor deinde Patres inceſſit; ne ci-
vitatem ſine imperio, exercitum ſine duce, multarum
circa civitatum irritatis animis vis aliqua externa adorire-
tur. & eſſe igitur aliquod caput placebat: & nemo alte-
ri concedere in animum inducebat. Itaque rem inter ſe
centum Patres, decem decuriis factis, ſinguliſque in
ſingulas decurias, creatis qui ſummæ rerum præeſſent,
conſociant. decem imperitabant, unus cum inſignibus
imperii & lictoribus erat: quinque dierum ſpatio finie-
batur imperium, ac per omnes in orbem ibat: annuum-
que intervallum regni fuit. id ab re, quod nunc quo-
que

1 *Quantum illi viro nuntianti hac fides fuerit*] Lego, *fidei*. Juſtinus lib. 8. *Incredibile quantum ea res apud omnes nationes Philippo gloria dedit.* J. F. Gron.

2 *A ſingulis pervenerant factiones*] Lipſius è libris annotat: *pervenerant factionibus*, & ſic Voſſianus & Helm. & optimi quoque codices. Itaque valde placet ingenioſa conjectura doctiſſimi Joh. Georgii Grævii noſtri: *nec dum ad ſingulos, quia nemo magnopere eminebat in novo populo, pervenerat. factionibus inter ordines certabatur.* Sic ſcripſit, opinor Livius. *Pervenerat*, intellige certamen & cupido regni. Tacitus annal. 12. *Sed tunc ordinum diverſa ſtudia, & qui vicerant, publice valebant.* Infra: *neque ſe quiſquam, neque ſua factionis alium*, Idem.

3 *Regem tamen omnes volebant*] Flor. quoque & Voſſ. & Helm. & in margine Pal. *regnare*: quod in pluribus inventum mutabat Lipſius, *regnari*. Recte: idque è ſuo quodam annotavit Muretus. ſive ut Livius in fine hujus libri: *Regnatum Roma ab condita urbe ad liberatam annos* CCXLIV. ſive ut Tacitus 13 annal. 54. *Qui nationem eam regebant, in quantum Germani regnantur.* quod fruſtra convellere laborat Cluverius Germ. 13, 17. Lib. 1 hiſt. *Ut in cateris gentibus, qua regnantur.* Silius: *Magnanimis regnata viris, nunc Ardea nomen.* Idem.

que tenet nomen, Interregnum appellatum. Fremere deinde plebs; multiplicatam ſervitutem, centum pro uno dominos factos: nec ultra niſi regem, & ab ipſis creatum videbantur paſſuri. Quum ſenſiſſent ea moveri Patres, offerendum ultro rati quod amiſſuri erant, ita gratiam ineunt, ſumma poteſtate populo permiſſa, ut non plus darent juris quam retinerent. decreverunt enim, ut cum populus regem juſſiſſet, id ſic ratum eſſet ſi Patres auctores fierent: hodieque in legibus magiſtratibuſque rogandis [1] uſurpatur idem jus, vi adempta. priuſquam

1 *Uſurpatur idem jus vi ademptum*] Difficilis & lubricus locus hic eſt. In veteribus libris eſt: *Vi adempta*, non: *Vi ademptum*. quam lectionem aliorum ingenio partam probat Glareanus his verbis: *Quidam emendarunt* Vi ademptum, *& ad* Uſurpatur *verbum conjungunt. quod placet, &* Vi ademptum *fortaſſis ad Julium Cæſarem retulit, quem tamen propter Auguſtum nominare non audebat: niſi quis malit ad ejus ſeculi ſeditiones referre, quæ Cæſarem præceſſerunt.* Hæc ille. Mihi vero neque hæc lectio, neque hæc ſententia probatur, neque enim hoc jus vi aut à Cæſare ademptum eſt, aut ante Cæſarem ab alio. De Cæſare teſtis eſt Suetonius, qui ſcribit de eo: *Comitia cum populo partitus eſt, ut exceptis conſulatus competitoribus de cetero numero candidatorum pro parte dimidia, quos populus vellet, pronunciarentur, pro parte altera, quos ipſe dediſſet, & edebat per libellos circum tribum miſſos ſcriptura brevi.* CÆSAR DICTATOR ILLI TRIBUI. *Commendo vobis illum, &, illum, ut veſtro ſuffragio ſuam dignitatem teneant.* De aliis auctor eſt Livius, qui ſæpius hoc inſtitutum relatum eſſe, & lege ſancitum nova, cum quaſi vetuſtate obſolevisſet, ſcribit, ut lib. 6. *Quia patricii ſe auctores futuros negabant, prope ad ſeceſſionem plebis res venit.* Item, *S. C. factum eſt, ut duos viros ædiles ex patribus dictator populum rogaret, patres auctores omnibus ejus anni comitiis fierent.* Et libro octavo, *Lata lex eſt, ut legum, quæ centuriatis comitiis ferrentur, ante initum ſuffragium patres auctores fierent.* Præterea hunc eundem morem temporis vetuſtate obliteratum à L. Sulla conſule renovatum fuiſſe ſcribit Appianus libro primo his verbis: εἰσηγοῦντό τε μηδὲν ἔτι ἀπροβούλευτον εἰς τὸν δῆμον ἐσφέρεσθαι, νενομισμένον μὲν οὕτω καὶ πάλαι, παραλελυμένον δὲ καὶ ἐκ πολλοῦ. Accedit, quod Cicero in oratione pro Plancio, quam poſt Sullæ mortem ante Cæſaris dictaturam dixit, ne hoc quidem obſervatum fuiſſe ſignificat, cum ait: *Apud majores noſtros magiſtratum non gerebat is, qui ceperat, ſi patres auctores non erant facti.* Quæ cum ita ſint, probo magis veterem lectionem, *Vi adempta*, ut ſit ſenſus. Hodie quoque uſurpatur idem jus, ut patres comitiorum ſint auctores, niſi fortaſſe vis aliqua fiat à tribuno plebis aliquo, qui ſine auctoritate ſenatus cum populo agat. quod ſæpiſſime ante Cæſarem factum eſſe, omnia Romanorum monumenta loquuntur. Quod autem, inquit, *Vi adempta*, Cicero dixit ad Lentulum, *Vi excepta. Ego tibi à vi, hac præſertim imbecillitate magiſtratuum, præſtare nihil poſſum, vi excepta, poſſum confirmare te & ſenatus, & populi Romani ſummo ſtudio amplitudinem tuam retenturum.* Sigonius.

Uſurpatur idem jus, vi adempta] Senſus: & noſtro ævo in comitiis legum & magiſtratuum, ſi res ordine geratur,

Digitized by Google

quam populus ſuffragium ineat, in incertum comitio-
rum eventum Patres auctores fiunt. Tum interrex con-
cione advocata: *Quod bonum, fauſtum, felixque ſit*, inquit,
*Quirites, Regem create; ita Patribus viſum eſt. Patres dein-
de, ſi dignum, qui ſecundus ab Romulo numeretur, crearitis,
auctores fient.* Adeo id gratum plebi fuit, ut ne victi be-
neficio viderentur, id modo ſciſcerent, [1] juberentque
ut Senatus decerneret, qui Romæ regnaret. Inclyta ju- 18
ſtitia religioque ea tempeſtate Numæ Pompilii erat. Cu-
ribus Sabinis habitabat, conſultiſſimus vir, ut in illa
quiſquam ætate eſſe poterat, omnis divini atque humani
juris. Auctorem doctrinæ ejus, quia non extat alius, fal-
ſo Samium Pythagoran edunt: quem, [2] Servio Tullio
regnante Romæ, centum amplius poſt annos, in ultima
Italiæ ora circa Metapontum [3] Heracleamque & Croto-
na, juvenum [4] æmulantium ſtudia cœtus habuiſſe con-
ſtat. Ex quibus locis, etſi ejuſdem ætatis fuiſſet, [5] qua fa-
ma

tur, non fertur ad populum, niſi ex auctoritate ſenatus, niſi patres fiant auctores: ita tamen, ut ſi jubeat aliud populus, quam ſenatui viſum ſit, non poſſint irritum reddere, quod actum eſt, auctoritatem negando, quemadmodum olim. Cæterum de hoc loco latius diſtinctiuſque, quam antehac, agemus σὺν θεῷ, ubi minus erimus in arctum compulſi. *J.F.Gron.*

1 *Juberentque ut ſenatus decerneret*] Flor. ille optimus: *juberentque, quod ſenatus decerneret*. Utramque particulam, tum *quod*, tum *ut*, alienas puto. *Idem*.

2 *Servio Tullo*] *Servio Tullio* perſpicue. *Sigonius.*

3 *Heracleam & Crotonem*] Quum & ſcripti & editi veteres conſenſu habeant *Crotonam*, adſentimur lubentes Glareano, Græcam terminationem, *Crotona*, placuiſſe Livio. Nec minus Juſtino, 24, 4. *Crotona venit*, & *Crotone egiſſet.* ut *Carthagine.* Sic apud Valerium Maximum 2, 6. *Areioſpagos.* lib. 4, 7. *Loquatur nunc Græcia Theſea.* lib. 5, 3. *Themiſtoclea victorem* in MSS. reperitur. Sic *Timagoran*, *Mantinean.* Ejuſmodi cum multa paſſim, tum in ultimis quinque libris ex prima editione reſtituimus. *J. F. Gron.*

4 *Æmulantium ſtudia juvenum cœtus*] Sic Cicero: *Zeno cujus inventorum æmuli Stoïci nominantur.* Id eſt, ſectatores. Tacit. lib. 3 hiſt. *ſtudium Philoſophiæ, & placita ſtudiorum æmulatus.* Hinc & capiendus Phædrus, ubi quia Æſopus occuparit & primus fuerit in fabulis ſcribendis, ſe, quod ſupererat, ſtuduiſſe ait, ne ſolus ille foret. *Nec hæc invidia* pergit, *verum eſt æmulatio.* Idem.

5 *Quæ fama in Sabinos*] Vet. lib. *Qua fama.* Sigonius.

Qua fama in Sabinos] Abruptum illud, *in Sabinos*, niſi intelligas, *nomen ejus perveniſſet.* quod quidem durum mihi videtur. Potius dele præpoſitionem, aut ſcribe: *qua fama tum Sabinos.* Vix erat ea ætate commercium mediæ Italiæ incolis cum maritimis: quomodo igitur Sabinos aut quenquam alterius oræ exciviſſet? neque enim

 tranſ-

ed by Google

ma in Sabinos, aut quo linguæ commercio quenquam ad cupiditatem diſcendi excivisſet? quove præſidio unus per tot gentes, diſſonas ſermone moribuſque, perveniſſet? Suopte igitur ingenio temperatum animum virtutibus fuiſſe opinor magis: inſtructumque non tam peregrinis artibus, quam diſciplina tetrica ac triſti veterum Sabinorum. quo genere nullum quondam incorruptius fuit. Audito nomine Numæ Patres Romani, quanquam inclinari opes ad Sabinos, rege inde ſumpto, videbantur; tamen neque ſe quiſquam, nec factionis ſuæ alium, nec denique Patrum aut civium quenquam præferre illi viro auſi; ad unum omnes Numæ Pompilio regnum deferendum decernunt. Accitus, ſicut Romulus augurato urbe condenda regnum adeptus eſt, [1] de ſe quoque Deos conſuli juſſit. inde ab augure ([2] cui deinde, honoris ergo, publicum id perpetuumque ſacerdotium fuit) deductus in arcem, in lapide ad meridiem verſus conſedit. [3] Augur ad lævam ejus, capite velato ſedem

tranſponere voles: *qua fama, in Sabinos, quove præſidio unus per tot gentes diſſonas ſermone moribuſque perveniſſet? aut quo lingua commercio quenquam ad cupiditatem diſcendi excivisſet?* J. F. Gron.

Qua fama in Sabinos] Ab Sigonio eſt. Nam in MSS. omnibus & vett. ed. reperio: *qua fama*. Et videtur loqui hac parte contra eos, qui vellent Pythagoran ab Numa in Sabinos accitum. Quæ tanta tum temporis alicui poterat contingere nominis fama inter populos diſſociabiles & proxima quæque ignorantes, ut ob eam vocaretur ex magna Græcia in Sabinos ad diſcendi cupidum? & ſi contigiſſet fama, quo eadem ſermonis commercio, cum nullum eſſet, id effeciſſet? *Famam* eleganter dicit *excire eum*, qui ob famam evocatur. Altera interrogatio, etſi poſſit ad utrumque referri, tamen ad Numam potius videtur pertinere, ut utrumque evicerit, nec Pythagoran ad Numam, nec Numam ad Pythagoran ire potuiſſe. *Idem.*

1 *De ſe quoque Deos conſuli juſſit*] De ſe quoque ut de Romulo dii conſulti fuerant, quod tamen Livius nuſquam ante dixit. Dionyſius certe non neglexit. *Glareanus.*

2 *Cui deinde, honoris gratia, publicum*] Flor. & Helm. *honor erga publicum.* Rott. *honoru erga.* Legendum ut annotavit ex ſuo Muretus & nos notavimus in Voſſ. Gud. *honoris ergo, publicum.* J. F. Gron.

3 *Augur ad lævam, ejus capite velato, ſedem cepit*] Hunc in modum diſtinguendum eſſe hunc locum Rhodigino placuit, Plutarchi auctoritate adducto, qui ſcribit in Numa: Ἐνταῦθα τῶν μαντέων ὁ προὔχων τὴν μὲν εἰς μεσημβρίαν τρέψας ἐγκεκαλυμμένον, αὐτὸς δὲ παραστὰς ἐξόπισθεν, &c. Videtur enim Plutarchus, ſi modo recte eſt apud illum vox illa ἐγκεκαλυμμένον, caput regis velatum fuiſſe, non auguris ſignificare. Me autem juvat eorum eſſe ſententiæ, qui *ad lævam ejus* ſcribunt

Digitized by Google

ſedem cepit, dextra manu baculum ſine nodo aduncum tenens, quem lituum appellaverunt. inde ubi, proſpectu in urbem agrumque capto, Deos precatus, regiones ab oriente ad occaſum determinavit; dextras ad meridiem partes, [1] lævas ad ſeptentrionem eſſe dixit. [2] Signum contra, quo longiſſime conſpectum oculi ferebant, animo finivit. Tum, lituo in lævam manum tranſlato, [3] dextra in capite Numæ impoſita, precatus eſt ita: *Jupiter pater, ſi eſt fas, hunc Numam Pompilium, cujus ego caput teneo, regem Romæ eſſe, [4] uti tu ſigna nobis certa adclaraſſis inter eos fines, quos feci.* Tum peregit verbis auſpicia, quæ mitti vellet. quibus miſſis, declaratus rex Numa de templo deſcendit. Qui regno ita potitus, ur- 19
bem novam, conditam vi & armis, jure eam legibuſque ac moribus de integro condere parat. quibus quum inter bella aſſueſcere videret non poſſe, [5] quippe efferatos militia

bunt, & *caput velatum* auguris intelligunt. quod infra dicat, *Statua Atii capite velato in comitio fuit.* Et lib. 10. *Si augur capite velato victimam cadat, auguriumve ex arce capiat.* Sigonius.

Augur ad lævam ejus] Scilicet regis, ex Plutarcho in Numa, & ex Dionyſ. Halicar. Virgilii Bucolico E. 5 pag. 37. *Franc. Sanctius.*

1 *Lævaſque ad ſeptentrionem*] Flor. Voſſ. Helm. Rott. Gud. *lævas ad Septentrionem.* J. F. Gron.

2 *Signum contra quod*] Flor. & Mur. & Oxon. ut etiam conjeceramus, & Tar. Ven. Aſc. Mog. ediderunt, *ſignum contra, quo longiſſime.* Ex adverſo id, quo longiſſime proſpectus datur. *Idem.*

3 *Dextra in capite*] Flor. Voſſ. Rott. & Gud. *dextra in caput Numæ.* Idem.

Dextra in caput Numæ impoſita] Ita quoque legi in Florent. S. Marci. & haud dubie Livianum. Feſtus in *Struppus: quidam coronam eſſe dicunt, aut quod pro corona inſigne in caput imponitur.* Noſter 5, 41. *Scipione eburneo in caput incuſſo.* Jac. Gron.

4 *Ut tua ſigna nobis certa & clara ſint*] Hærebam ambiguus in Sigonii *acclaraſſent*, Modii, *uti tu acclaraſſis*, donec è Flor. notatum vidi: *uti tu ſigna nobis certa adclariſſis*: & idem, quod voluit Modius, prorſus è ſuis annotaſſe Muretum. Voſſianus: *uti tu ſigna nobis certa acclaras ſint.* Helm. *uti tu ſigna nobis certa ac clara ſis.* Chiſl. *uti tu ſigna nobis certa adclaraſſis.* Rott. *uti tu ſigna nobis certa adclara ſis*, ſic ut ſatis appareat fuiſſe *adclaraſſis*, & priorem *s* eraſam. Gud. *uti tu ſigna certa acclaraſis.* Nihil igitur dubitandum ultra: nam ſic quoque retulit duo verba jungi ſolita. Horatius 2 Sat. 6. *Quod mi obſit, clare certumque locuto.* Livius lib. 22. *Omnia non properanti clara certaque erunt.* Cicero 7 Famil. 23. *Cui plane res certas mandaram.* Suetonius Tiberio: *Deinde vera plane certaque eſſe ipſe fecit fidem.* Legendum vero: *at tu ſigna.* J. F. Gron.

5 *Quippe efferatis militia animis*] Hic quoque quod conjectura deprehenderamus, poſtea vidimus requirere veteres codices. Flor. *efferati mil. animos.* Mur.

militia animos, mitigandum ferocem populum armorum deſuetudine ratus, Janum ad infimum Argiletum, indicem pacis bellique fecit: apertus, ut in armis eſſe civitatem; clauſus, pacatos circa omnes populos ſignificaret. Bis deinde poſt Numæ regnum clauſus fuit: ſemel T. Manlio conſule, poſt Punicum primum perfectum bellum: iterum, quod noſtræ ætati Dii dederunt ut videremus, poſt bellum Actiacum, ab Imperatore Cæſare Auguſto, pace terra marique parta. Clauſo eo, quum omnium circa finitimorum ſocietate ac fœderibus junxiſſet animos, poſitis externorum periculorum curis, ne luxuriarentur otio animi, quos metus hoſtium diſciplinaque militaris continuerat; omnium primum rem ad multitudinem imperitam & illis ſeculis rudem, efficaciſſimam, Deorum metum injiciendum ratus eſt. qui quum deſcendere ad animos ſine aliquo commento miraculi non poſſet, ſimulat ſibi cum [1] Dea Egeria congreſſus nocturnos eſſe: ejus ſe monitu, quæ acceptiſſima Diis eſſent, ſacra inſtituere, ſacerdotes ſuos cuique Deorum præficere. Atque omnium primum, ad curſum lunæ, in duodecim menſes deſcribit annum. quem (quia tricenos dies ſingulis menſibus luna non explet, deſuntque dies ſolido anno, qui [2] ſolſtitiali circumagitur orbe) [3] intercalaribus menſibus interponendis, ita diſpenſavit, [4] ut IV & vigeſimo anno ad metam eandem Solis

Mur. Hel. Rott. Gud. Andreas, Tarv. *efferos militia animos.* Scribe: *quibus quum inter bella adſueſcere non videret poſſe, quippe efferatos militia animos, mitigandum ferocem.* Idem.

1 *Dea Ægeria*] Vet. lib. *Egeria.* Probo. Dionyſius enim & Plutarchus Ἠγερίαν edunt, aut Ἐγερίαν. Feſtus ab *egerendo* dictam eſſe ſcribit. *Sigonius.*

2 *Solſtitiali circumagitur orbe*] Etſi *ſolſtitialis* à *ſolſtitio* deducitur; tamen in eo ſæpenumero Solis tantum ſignificatio attenditur, ut ſolaris ſit. Quemadmodum hic *ſolſtitiali orbe*, eſt ſolari. Turneb. lib. 24 cap. 38.

3 *Intercalares menſibus interponendo*] Scribendum: *intercalaribus menſibus interponendis, ita diſpenſavit, ut quarto & viceſimo quoque anno*, &c. De quibus alibi. Scaliger, viginti duorum annorum eum cyclum facit, Sigonius & Petitus viginti, diverſis rationibus: ſed falluntur. *J. F. Gron.*

4 *Ut viceſimo quarto quoque anno ad metam eandem ſolis, --- dies congruerent*] M. Antonius Sabellicus hujus loci obſcu-

Digitized by Google

lis unde orſi eſſent, plenis annorum omnium ſpatiis dies congruerent. Idem nefaſtos dies faſtoſque fecit: quia aliquando nihil cum populo agi utile futurum erat. Tum 20
ſacerdotibus creandis animum adjecit: quanquam ipſe plurima ſacra obibat; ea maxime quæ nunc ad Dialem flaminem pertinent. Sed quia in civitate bellicoſa plures

obſcuritatem primus, ut opinor, & ſenſit, & ut ipſe ſibi viſus eſt, ſuſtulit. cujus viri auctoritas tantum valuit, ut poſt eum Glareanus, & cæteri qui hunc locum attigerunt, eundem ita ut ille oſtenderat, expoſuerint. Quorum interpretationem cur hoc demum tempore unus ipſe repudiem, paucis, ut inſtitui, explicabo. ſic igitur exponit Sabellicus: Cum Lunarem annum Numa XII menſium, & CCCLV dierum primus inſtituiſſet, quia cum ſolari eum anno non convenire reperiebat, qui diebus CCCLXV & quadrante conficitur, dies qui quotannis ad ſolaris anni rationem deerant, quorum ſumma vigeſimo quoque quarto anno erat CCLXIIII, ita diſpenſaviſſe, ut octavo quoque anno XC interponeret, tertio autem oſtennio, id eſt, viceſimo quarto quoque anno, non XC ſed LX qui ſuperabant, atque ita effeciſſe, ut eo demum anno dies lunaris & ſolaris anni, à quo orſi eſſent, congruerent. Hunc autem ſenſum ut eliceret, contra omnium librorum auctoritatem legit, *viceſimo quoque quarto anno*, cum ubique, *viceſimo*, legatur. Ego autem ita ſentio, Lunarem annum Numam inſtituiſſe non CCCLV ſed CCCLIV dierum. Cum autem ſolaris lunarem ſuperaret quotannis XI diebus & quadrante, invenit viceſimo anno lunarem à ſolari victum eſſe diebus omnino CCXXV. ut ergo illo demum anno ſolaris cum lunari congrueret, atque ad eandem metam ſolis, unde orſi eſſent, dies convenirent, hos dies ita diſpenſavit, ut non octavo, ſed ſecundo quoque anno alternatim modo dies XXII modo XXIII interponeret. Qua ratione fiebat, ut cum perveniſſet ad annum XX lunaris annus à ſolari nec vinceretur, nec eum vinceret. Quod unuſquiſque intelliget, qui ſummam annorum hoc modo concipiet. nam cum quarto quoque anno XLV dies intercalentur, ſi quinquies quadraginta quinque ſumpſeris, eos CCXXV reddideris. Hanc autem ſententiam, quanquam obſcurius, edit Plutarchus in Numa, ita: Τῆς δὲ γινομένης ἀνωμαλίας περὶ τὴν σελήνην, καὶ τὸν ἥλιον ἔννοιαν οὐκ ἔχοντες, ἀλλ' ἓν μὲν φυλάττοντες μόνον, ὅπως ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων ἡμερῶν ὁ ἐνιαυτὸς ἴσῃ. Νουμᾶς δὲ τὸ παράλλαγμα τῆς ἀνωμαλίας, ἡμερῶν ἕνδεκα γίνεσθαι λογιζόμενος, ὡς τὸν μὲν σεληνιακοῦ τριακοσίας πεντήκοντα τέσσαρας ἡμέρας ἔχοντος, τὸν δὲ ἡλιακοῦ τριακοσίας ἑξηκονταπέντε, τὰς ἕνδεκα ταύτας ἡμέρας διπλασιάζων, ἐπήγαγε παρ' ἐνιαυτὸν ἐπὶ τῷ Φεβρουαρίῳ μηνὶ τὸν ἐμβόλιμον εἴκοσι καὶ δυοῖν ἡμερῶν ὄντα. Et Cenſorinus ita: *Cum intercalario menſi XXII dies, vel XXIII alternis annis addi placuiſſet, ut civilis annus ad naturalem exæquaretur, in menſe potiſſimum Februario inter Terminalia, & Regifugium intercalatum eſt.* Hoc tantum inter hos intereſt, quod Plutarchus quadrantis diei rationem non habet. Itaque ſecundo quoque anno XXII dies interpoſitos eſſe cenſet. Cenſorinus autem habet. Itaque modo XXII modo XXIII intercalatos eſſe ait, ut quinque dierum, qui ex quadrante diei vicies ſumpto oriuntur, ratio haberetur. Hæc cum ſummorum ſcriptorum auctoritate firmentur, neminem non probaturum, illa altera non omnino repudiaturum eſſe confido. *Sigonius.*

I *Pon-*

res Romuli quam Numæ ſimiles reges putabat fore, ituroſque ipſos ad bella, ne ſacra regiæ vicis deſererentur, flaminem Jovi aſſiduum ſacerdotem creavit: inſignique eum veſte & curuli regia ſella adornavit. huic duos flamines adjecit: Marti unum, alterum Quirino. Virgineſque Veſtæ legit; Alba oriundum ſacerdotium, & genti conditoris haud alienum. his, ut aſſiduæ templi antiſtites eſſent, ſtipendium de publico ſtatuit: virginitate aliiſque cærimoniis venerabiles ac ſanctas fecit. Salios item duodecim Marti Gradivo legit, tunicæque pictæ inſigne dedit, & ſuper tunicam æneum pectori tegumen: cœleſtiaque arma, quæ ancilia appellantur, ferre; ac per urbem ire canentes carmina cum tripudiis ſolennique ſaltatu juſſit. [1] Pontificem deinde Numam Marcium, Marci filium, ex Patribus legit, eique ſacra omnia exſcripta exſignataque attribuit; quibus hoſtiis, quibus diebus, ad quæ templa ſacra fierent, atque unde in eos ſumptus pecunia erogaretur. Cætera quoque omnia

1 *Pontificem deinde Numa Marcium Marci F. legit*] Nemo animadvertit hunc locum eſſe mendoſum, cum ſit tamen. Nominativus enim, *Numa*, vacat, cum tota oratio altius repetenda ſit, & ſuum habeat nominativum quem ſpectet. inquit enim: Declaratus rex Numa Janum indicem pacis, bellique fecit, annum deſcripſit, Flaminem Jovi aſſiduum creavit, virgines Veſtæ legit, Salios legit, *Pontificem deinde Numa Marcium Marci F. legit*. Hic ego dico, non eſſe neceſſe nominativum, Numa, iterare, placere autem, *Numam Marcium legi*. Fuit enim *Numa* prænomen Sabinum. Itaque Pompilii, & Marcii id tulerunt. Marcus autem Marcius is eſt, credo, qui Numam Pompilium ad regnum Romæ accipiendum, ut ait Plutarchus, hortatus, cum eo Romam ex Sabinis commigravit. Hic cum ab eodem rege in patriciorum numerum relatus eſſet, poſt ejus obitum cum Tullo Hoſtilio de regno contendit, ab eoque victus ſibi mortem conſcivit. Hujus filius Pompiliam Numæ Pompilii regis filiam in matrimonio habuit, & ex ea Ancum Marcium regem ſuſcepit, quem tuliſſe Numæ prænomen appareat lib. 5 Taciti, ubi ait, *Numam Marcium præpoſitum urbi fuiſſe à Tullo Hoſtilio rege.* Quod autem ratione confirmavi, id etiam in quibuſdam manuſcriptis libris inveni.

M. Marcius Sabinus
à Numa rege in ſenatum lectus.
à Tullo Hoſtilio victus ſibi mortem conſcivit.

Numa Marcius
Numa regis gener. primus Pont. Max. ab eo factus. à Tullo rege urbi præfectus.

Ancus Marcius rex IV.
Numa regis ex filia nepos.

Plut. in Numa. Sigonius.

1 *Suſci-*

omnia publica privataque ſacra, Pontificis ſcitis ſubje-
cit. ut eſſet quo conſultum plebes veniret: ne quid divi-
ni juris, negligendo patrios ritus, peregrinoſque aſci-
ſcendo, turbaretur. Nec cœleſtes modo cærimo-
nias, ſed juſta quoque funebria, placandoſque Manes,
ut idem Pontifex edoceret: quæque prodigia fulmini-
bus, aliove quo viſo miſſa [1] ſuſciperentur atque cura-
rentur: ad ea elicienda ex mentibus divinis, Jovi Elicio
aram in Aventino dicavit, Deumque conſuluit auguriis,
quæ ſuſcipienda eſſent. Ad hæc conſultanda procuran- 21
daque, multitudine omni à vi & armis converſa, & ani-
mi aliquid agendo occupati erant, & Deorum aſſidua
inſidens cura, quum intereſſe rebus humanis cœleſte
Numen videretur, ea pietate omnium pectora imbue-
rat: ut fides ac jusjurandum, [2] proxime legum ac pœ-
narum metum, civitatem regerent. & quum ipſi ſe ho-
mines in regis, velut unici exempli, mores formarent;
tum finitimi etiam populi, qui ante, caſtra, non urbem,
poſitam in medio, ad ſollicitandam omnium pacem cre-
diderant, in eam verecundiam adducti ſunt, ut civita-
tem totam in cultum verſam Deorum, violari ducerent
nefas.

1 *Suſciperentur & curarentur*] Lib. 41. *Quæ illi prudentiſſimi viri publice ſuſcipienda cenſuerint*. Et mox: *Duo non ſuſcepta prodigia ſunt, alterum quod in loco ſacro factum eſſet, alterum quod in peregrino*. Prodigiorum autem *procurationes*, millies legi: *curationes*, quod meminerim, nunquam. Itaque videndum ne ſcripſerit: *procurarentur*. J. F. Gron.

2 *Proximo legum ac pœnarum metu*] Legerim, *proxime legum ac pœnarum metum*. Salluſtius & alibi Livius. *Tan. Faber*.

Proximo legum] Sic Andreas, ſic MSS. in quo tamen cum ſit aliquid vitii, ſuppoſuerunt: *propulſo legum*. Nannius, *pro ipſo legum*. Conjeci: *pro ſummo legum*. Ea particula nonnunquam comparationis: *Pro nihilo putare, pro ſepulchris, pro alienigenis ſperni*. Ovidius epiſt. Briſeidos: *At mea pro nullo pondere verba cadunt*. Quod nec Latinum, nec supplere ſenſum cauſatus Gruterus corrigit: *proh nullo*: Quaſi non 3 Met. *gravius Saturnia juſto, nec pro materia fertur doluiſſe*. Lib. 10. *Ut leviter pro materiaque doleret*. Ad ſenſum illud 1 Faſtor. *Proque metu populum ſine vi pudor ipſe regebat*. Plato, πολιτεία τ' ἦν παλαιὰ καὶ ἐκ τιμημάτων ἀρχαί τινες τεττάρων. καὶ δεσπότις ἐνῆν τις αἰδὼς, δι' ἣν δουλεύοντες τοῖς νόμοις ζῆν ἠθέλομεν. Nec ſpreverim tamen conjecturam Mureti: *proxime legum ac pœnarum metum*. Imo veram puto. Vide ad lib. 2, 48. *J. F. Gron.*

nefas. Lucus erat, quem medium ex opaco ſpecu fons perenni rigabat aqua. quo quia ſe perſæpe Numa ſine arbitris, velut ad congreſſum Deæ, inferebat, Camœnis eum lucum ſacravit; quod earum ibi concilia cum conjuge ſua Egeria eſſent. [1] Et ſoli Fidei ſolenne inſtituit. ad id ſacrarium flamines bigis, curru arcuato vehi juſſit, manuque ad digitos uſque involuta rem divinam facere: ſignificantes fidem tutandam, ſedemque ejus etiam in dextris ſacratam eſſe. Multa alia ſacrificia locaque ſacris faciendis, quæ Argeos pontifices vocant, dedicavit. Omnium tamen maximum ejus operum fuit, tutela, per omne regni tempus, haud minor pacis quam regni. Ita duo deinceps reges, alius alia via, ille bello, hic pace, civitatem auxerunt. Romulus ſeptem & triginta regnavit annos: Numa tres & quadraginta. Tum valida, tum temperata & belli & pacis artibus erat civitas.
22 Numæ morte ad interregnum res rediit. Inde Tullum Hoſtilium, nepotem Hoſtilii, cujus in infima arce clara pugna adverſus Sabinos fuerat, regem populus juſſit. Patres auctores facti. Hic non ſolum proximo regi diſſimilis, ſed ferocior etiam Romulo fuit. tum ætas viresque, tum avita quoque gloria animum ſtimulabat. Seneſcere igitur civitatem otio ratus, undique materiam excitandi belli quærebat. Forte evenit, ut agreſtes Romani ex Albano agro, Albani ex Romano prædas invicem agerent. [2] Imperitabat tum C. Cluilius Albæ. utrinque

1 *Et ſoli Fidei ſolenne inſtituit*] Vox, *ſoli*, habet ſine controverſia mendum. Dionyſius Δημοσίας πίστιν vocat, id eſt, *publicam fidem*. ſi autem in quibuſdam manuſcriptis eſt, ut audio, *Et ſimul*, *Fidei*, non improbo. *Sigonius.*

Et ſoli Fidei ſolenne inſtituit] Sigonius, *& ſimul Fidei*. Robortellus & Turnebus explicant: ille *ſoli* & non aliis Diis *ſolenne*, id eſt, anniverſarium: hic, non cum alio Deo commune. Rycquius τὸ *ſoli* delet, quaſi male natum ἐκ τοῦ *ſolenne*. Muretus notat è veteri *poli* & conjicit, *populi Fidei*. nam δημοσίας πίστιν vocat Dionyſius. *J. F. Gron.*

2 *Imperitabat tum C. Civilius Albæ*] Legendum *Cluilius*, ex quo nomine poſtea Chlælium fecere. Id nominis apud Dionyſ. lib. 8 recte legitur, ubi de Cluilia foſſa. Paulo poſt, lege: *Tullus præceperat ſuis ne quid prius, quam mandata*. Glareanus.

Imperi-

trinque legati fere ſub idem tempus ad res repetendas miſſi. Tullus præceperat ſuis, [1] ne quid prius, quam mandata agerent. ſatis ſciebat, negaturum Albanum; ita pie bellum indici poſſe. Ab Albanis ſocordius res acta: excepti hoſpitio ab Tullo blande ac benigne, comiter regis convivium celebrant. tantiſper Romani & res repetiverant priores, & neganti Albano, bellum [2] in trigeſimum diem indixerant. hæc renunciant Tullo. Tum legatis Tullus dicendi poteſtatem, quid petentes venerint, facit. illi omnium ignari, primum purgando terunt tempus: *Se invitos quicquam, quod minus placeat Tullo, dicturos, ſed imperio ſubigi: res repetitum ſe veniſſe. Ni reddantur, bellum indicere juſſos.* Ad hæc Tullus: *Nunciate,* inquit, *regi veſtro, regem Romanum Deos facere teſtes, uter prius populus res repetentes legatos aſpernatus dimiſerit, ut in eum omnes expetant hujuſce clades belli.* Hæc nunciant do- 23
mum Albani. Et bellum utrinque ſumma ope parabatur, civili ſimillimum bello, prope inter parentes natoſque; Trojanam utramque prolem, quum Lavinium ab Troja, ab Lavinio Alba, ab Albanorum ſtirpe regum, oriundi Romani eſſent. Eventus tamen belli minus miſerabilem dimicationem fecit: quod nec acie certatum eſt, & tectis modo dirutis alterius urbis, duo populi in unum

Imperitabat tum C. Cluilius Albæ] Legendum eſt *C. Clælius.* Quod hac ratione confirmo. Nominat hoc in loco Livius C. Cluilium Albæ Dictatorem, & foſſam Cluiliam ab ipſo C. Cluilio procul ab urbe v millia paſſuum factam. Dionyſius lib. III hunc ducem Κοίλιον, & foſſam Κοιλίαν vocat; at lib. VIII itemque Plutarchus in Coriolano Κλοιλίαν. Ex quo intelligi poteſt apud Livium, & Dionyſium libro III legendum eſſe *Clælium* & *Clæliam.* præſertim vero cum Feſtus ſcribat, *Clælias foſſas à Clælio Albanorum rege* eſſe dictas. Fuit autem *Clælia gens Albana*, poſt à Tullo Hoſtilio Alba everſa Romam tranſlata. Dionyſius auctor, itemque Livius. *Sigonius.*

1 *Ne quid cum Albano prius*] Flor. Voſſ. Helm. duo Pall. Rott. Gud. ignorant τὸ *cum Albano*: ut & omnes editi ante Sigonium. Cujus ſuſpectus liber non eſt tanti, ut eo ſolo auctore inſeramus, quod, etiamſi additum non ſit, ſatis intelligimus. *J. F. Gron.*

2 *In trigeſimum diem*] Trigeſimum tertium legendum, ex eo quod infra ſcriptum eſt: *ſi non deduntur quos expoſcit, diebus tribus & triginta, tot enim ſolennes ſunt, peractis, bellum ita indicit.* Sigonius.

1 *Alba-*

unum confuſi ſunt. Albani priores ingenti exercitu in agrum Romanum impetum fecere. caſtra ab urbe haud plus quinque millia paſſuum locant, foſſa circundant: foſſa Cluilia ab nomine ducis per aliquot ſecula appellata eſt, donec cum re nomen quoque vetuſtate abolevit. In his caſtris Cluilius Albanus rex moritur, dictatorem [1] Albani Mettium Fuffetium creant. Interim Tullus ferox, præcipue morte regis, magnumque Deorum numen ab ipſo capite orſum, [2] in omne nomen Albanum expetiturum pœnas ob bellum impium dictitans, nocte præteritis hoſtium caſtris, infeſto exercitu in agrum Albanum pergit. Ea res ab ſtativis [3] excivit Mettium. ducit quam proxime ad hoſtem poteſt; inde legatum præmiſſum nunciare Tullo jubet, priuſquam dimicent, opus eſſe colloquio: ſi ſecum congreſſus ſit, ſatis ſcire ea ſe allaturum, quæ nihilo minus ad rem Romanam, quam ad Albanam pertineant. Haud aſpernatus Tullus, [4] tametſi vana afferebantur, [5] ſuos in aciem educit. Exeunt contra

1 *Albanj Metium Suffetium creant*] Lege *Fufetium*: nam Dionyſius habet Φυφέτιος. Et Plutarchus in lib. τῶν παραλλήλων Μέττιον Φουφέττιον appellat. Eodem modo *Q. Fufius Galenus*, non *Fuſius*, ut vulgo, vocandus eſt. Quod ex Capitolino ejus conſulatu, & Græco Dionis libro intelligi poteſt. *Sigonius.*

2 *In omne nomen Albanum expetiturum pœnas*] Vacat *pœnas*, ab aliquo ſciolo additum, qui modum loquendi ignoravit, qualis eſt ille ſupra poſitus, *Ut in eum omnes expetant hujuſce clades belli.* Nam *expetere pœnas in aliquem* inauditum eſt, ſed *ab aliquo.* Franc. Sanctius.

3 *Excivit Metium. ducit quam proxime*] Vet. lib. *Is ducit quam proxime.* Sigonius.

Excivit Metium. is ducit quam] Τὸ *is* delendum eſſe diximus. *Quam proxime* poteſt tolerari, ſi intelligas proxime Romanos caſtra poſuiſſe Mettium. Sed de ipſo itinere potius dixit: *qua proxime.* Lib. 9. *Qua duci proxime poteſt, expeditas legiones ad collegam ducit.* Lib. 10, 34. *Conſul ad eam partem urbis, qua adierant equites, circumducit agmen.* Et cap. 35. *Sed via una, & ea ipſa præter hoſtes erat, qua ingreſſi.* Sic utrobique Thuan. & Pall. Vulgo, *quam.* Lib. 40. *Quum in conſpectu conſultaret, qua proxime itinera ad hoſtem ducerent.* Mox Fl. *In medium duces prodeunt, procedunt.* Idemque & Voſſ. & Rott. *repetita ſint*, non *ſunt.* J. F. Gron.

4 *Tametſi vana afferebantur*] Unde ſciebat vana afferri? Suſpicabar legendum: *tametſi vana afferri rebatur.* Tan. Faber. *Tametſi vana afferebantur*, dictum hoc loco, ut 25, 33. *Ne metus quidem ab Romanis erat, quippe tam paucis, ſi vi retinerent.* 34, 1. *pro lege, quæ abrogabatur, ita diſſeruit.* Ubi videſis paterna, & adde 23, 19. *Jac. Gron.*

5 *Suos in aciem educit*] Et hic interpolavit Aldus. Octo membranæ, quas

contra & Albani. Poſtquam inſtructi utrinque ſtabant,
cum paucis procerum in medium duces procedunt. Ibi
infit Albanus: *Injurias & non redditas res ex fœdere, quæ*
repetitæ ſint, & ego regem noſtrum Cluilium, cauſſam hujuſce
eſſe belli, audiſſe videor: nec te dubito, Tulle, eadem præ te
ferre. ſed ſi vera potius quam dictu ſpecioſa dicenda ſunt, cupido
imperii duos cognatos vicinoſque populos ad arma ſtimulat. Ne-
que recte, an perperam, interpretor: fuerit iſta ejus deliberatio,
qui bellum ſuſcepit. me Albani gerendo bello ducem creavere.
Illud te, Tulle, monitum velim: Etruſca res, quanta circa nos
teque maxime ſit, quo propiores vos, hoc magis ſcis. multum
illi terra, plurimum mari pollent. Memor eſto, jam quum ſi-
gnum pugnæ dabis, has duas acies ſpectaculo fore; ut feſſos con-
fectoſque ſimul victorem ac victum aggrediantur. Itaque, ſi nos
Dii amant, quoniam non contenti libertate certa, in dubiam
imperii ſervitiique aleam imus; ineamus aliquam viam, qua u-
tri utris imperent, ſine magna clade, ſine multo ſanguine utriuſ-
que populi decerni poſſit. Haud diſplicet res Tullo, quan-
quam, tum indole animi tum ſpe victoriæ, ferocior e-
rat. Quærentibus utrinque ratio initur, cui & fortuna
ipſa præbuit materiam. Forte in duobus tum exercitibus 24
erant trigemini fratres, nec ætate nec viribus diſpares.
Horatios Curiatioſque fuiſſe, ſatis conſtat, nec ferme
res antiqua alia eſt nobilior. tamen in re tam clara no-
minum error manet; utrius populi Horatii, utrius Cu-
riatii fuerint. Auctores utroque trahunt: plures tamen
invenio, qui Romanos Horatios vocent. hos ut ſequar,
inclinat animus. Cum trigeminis agunt reges, ut pro
ſua quiſque patria dimicent ferro. ibi imperium fore,
unde victoria fuerit. Nihil recuſatur: tempus & locus
convenit. Priuſquam dimicarent, fœdus ictum inter
Roma-

quas partim ob oculos, partim in ex-
cerptis habemus, & omnes editi ante
illum reſecant τὸ *ſuos*. Sic lib. 4. *Di-*
ſtater Romanus haud procul inde ad con-
fluentes conſedit in utriuſque ripis amnis,
qua ſequi munimento poterat, vallo in-
terpoſito, poſtero die in aciem eduxit. Vi-
de ad lib. 40, 25. *J. F. Gron.*

Romanos & Albanos eſt his legibus, [1] ut cujuſque populi cives eo certamine viciſſent, is alteri populo cum bona pace imperitaret. Fœdera alia aliis legibus, cæterum eodem modo omnia fiunt. Tum ita factum accepimus, nec ullius vetuſtior fœderis memoria eſt. [2] Fecialis regem Tullum ita rogavit: *Jubeſne me, Rex, cum patre patrato populi Albani fœdus ferire?* jubente rege, [3] *Sagmina*, inquit, *te*, *Rex*, *poſco*. [4] Rex ait, *Puram tollito.* Fecialis ex arce graminis herbam puram attulit. poſtea regem ita rogavit: *Rex, faciſne me tu regium nuncium populi Romani Quiritium?* [5] *vaſa, comiteſque meos?* Rex reſpondit:

1 *Ut cujus populi cives*] Septem MSS. *ut cujuſque pop.* Redolet vetuſtum ſermonem in formulis ſervatum. Cicero 2 de leg. *Quaque quoique divo decora grataque ſint hoſtia exhibento.* Rurſum: *Quaque augur infeſta, nefaſta, vitioſa, de irave dixerit, irrita infectaque ſunto. Quique non paruerit, capital eſto.* Livius hoc lib. cap. 31. *Ut quandoque idem prodigium nunciaretur, feria per novem dies agerentur.* cap. 32. *Cujuſque gentis ſunt, nominat.* Lib. 9, 10. *Quandoque heice homines injuſſu pop. Rom. Quiritium fœdus ictum iri ſpoponderunt.* Lib. 29, 10. *Quandoque hoſtis alienigena terra Italia bellum intuliſſet.* Sic omnibus his locis ex MSS. reſtituimus. Curtius lib. 7, 10. *Vitam, quam acciperent, pignori futuram eſſe dixerunt: redituros, quandoque repeteret.* Ubi male ſubjiciunt, *quandocunque.* Horatius: *Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus.* Seneca ad Helviam: *animus levis & exſertus, & quandoque emiſſus fuerit ad ſuprema emicaturus.* J. F. Gron.

2 *Fœcialis*] *Fetialis* ſcribendum arbitror ſine diphthongo. Ita enim lib. veteres, ita Græci: σπονδάλεις καὶ φετιάλεις· ita demum nominis ratio poſtulat. *Fetiales* enim *à feriendo dictos eſſe* ſcribit Feſtus, *quod pacis faciendæ eſſent auctores.* Sigonius.

3 *Sagmina, inquit, te, rex, poſco*] Herbam fuiſſe ſacram & puram, qua caput Patris patrati Fecialis tangeret vel circumdaret, ex Livii verbis clare patet. Sed difficultatem illud facit, quod primum dicit, *Fecialis ex arce graminis herbam tulit:* mox vero ſubdit: *verbena caput capilloſque tangens.* Aliam autem herbam eſſe *gramen*; aliam vero *verbenam* nemo ignorat. Sed ſciendum, *gramen* non tantum accipi ſpecifice, ſed & generice, pro herba cujuſcunque generis. Minime itaque mirum, ſi *verbenam* graminis voce comprehendit Livius, quod clare ex hiſce Plinii dictis lib. 22 cap. 2 colligitur: *Non aliunde ſagmina in remediis publicis fuere, & in ſacris legationibus quam verbena: certe utroque nomine idem ſignificatur, hoc eſt, gramen ex arce cum ſua terra evulſum.* Eo autem, quod ex ſacro loco, Capitolio ſcil. colligeretur, dicebantur *ſagmina*, quaſi ſancta. Feſtus lib. 17 ſcribit: *ſagmina* eſſe *verbenas*, *hoc eſt*, *herbas puras, quia ex loco ſancto* ſumebantur. *Marcell. Donat.*

4 *Rex ait, puram tollito*] Vet. libr. *Pura*, ut ad *Sagmina* referatur. *Sigonius.*

5 *Vaſa comiteſque meos*] Eo nomine ſupellex intelligitur. nam *vaſa* omne inſtrumentum etiam ſignificant, ut Venatorium quoque apud Gratium: *nec ſibi turbam Contraxit comitem, nec vaſa tenentia late.* Turneb.

1 *Sine*

dit: *Quod* [1] *ſine fraude mea populique Romani Quiritium fiat, facio.* Fecialis erat M. Valerius. patrem patratum Sp. Fuſium fecit, verbena caput capilloſque [2] tangens. Pater patratus

1 *Sine fraude mea*] Hoc eſt, ſalvo meo aliorumque jure. *Budæus.*

2 *Pater patratus ad jusjurandum patrandum*] Qui feriendo fœderi præerat, Latinis *pater patratus* dicebatur. Hic jurejurando fœderis pacta firmabat, quod Plutarchus in problematibus ſcriptum reliquit. Licetque ſacerdotibus fecialibus, qui fœderibus ſanciendis præerant, *Pater patratus* præficeretur, nihilominus à Feciali creabatur, quod hoc in loco clare Livius docet. Ea vero de cauſa *Patrem patratum* appellatum volunt, quod ſicuti pater filiorum curam gerit, & in illos plenam habet poteſtatem; ita ſacerdos hujuſmodi, tanquam pater totius Populi Romani, illius vice & nomine jusjurandum peragebat. *Mar. Don.*

Tangens (*Pater patratus ad jusjurandum patrandum, id eſt, ſanciendum ſit*) *fœdus, multiſque*] Ridiculæ, vel monſtroſæ potius ſunt in exhibenda hac perioche editionum aberrationes, quas operæ erit recenſere. Tarviſina ſic diſtinguit. *Sanciendum ſit. fœdus: multiſque.* Veneta. *patrandum: id eſt ſanciendum ſit: fœdus.* Moguntina demum interjecit parentheſin hoc modo: *tangens pater patratus* (*ad jusjurandum patrandum, id eſt, ſanciendum ſit*) *fœdus.* Mox Baſileenſes eam ampliarunt, prout jam vulgo legitur. & hoc exinde ſequuntur alii, niſi quod Bechariana (nam & hanc mihi pater reliquit, etſi tum, quum Livium nuper ederet, non adfuiſſe eam ſibi teſtetur) *tangens pater patratus ad jusjur. patr. id eſt, ſanciendum eſt. ſit fœdus multiſque*, quomodo etiam excerpta codicis Chifletiani & Aldina ejuſdem formæ, cui Aſulanus præfatur, niſi quod *tangens. pater*, quomodo & Florentini Juntæ. Hic quum cunctarer, & penè cum Manutio (qui in notis ad epiſtolas ad Attic. 13, 41 hunc locum advocat omiſſis iis, quæ vulgo parentheſi includuntur) illam patris patrati interpretationem abolerem, tempori occurrit florens illud vegetumque eruditiſſimi Jacobi Perizonii ingenium, qui me admonuit ſervandam eſſe diſtinctionem ſimplicitatemque primæ editionis & Badianæ, Pariſinæque, quam prorſus expreſſit quoque ſcriba codicis Rottendorfiani. Sed en tibi ejus verba. Deleo ſine ulla dubitatione ineptæ parentheſeos notas, atque ita diſtinguo: *tangens. Pater patratus ad jusjurandum patrandum, id eſt, ſanciendum ſit fœdus, multiſque.* Non enim jusjurandum dicitur ſanciri, ſed fœdus jurejurando atque exſecrationibus in violatores. Virgilius de Jove 12 Æn. 200. *Audiat hæc genitor, qui fœdera fulmine ſancit.* h. e. *confirmat, ſancta eſſe facit*, ut ait Servius. Cicero poſt red. ad Quir. 5. *Cum omnia omnium fœdera meo ſanguine ſancirentur.* Silius lib. 11. *Hic erit ille, Qui polluta dolis jam fœdera ſanciet enſis.* Ipſe Livius ſupra cap. 1. *Dextera data fidem futuræ amicitiæ ſanxiſſe.* Cæſar 1 B. Civ. 9. *Hæc jurejurando ſanciantur.* Ut *muri ſancti* apud Juſtinianum. Sic *fœdera ſancta* & *ſacroſancta* ſæpiſſime dicuntur propter pœnam tranſgreſſoribus denunciatam in jurisjurandi formula, quæ mox ſequitur, quæque referenda eſt non ad fœcialem, ut fit in vulgata lectione contra manifeſtam ipſius Livii ſententiam, ſed ad patrem patratum, qui utique præſtare debuit id, ad quod patrandum fiebat. Præterea lapſu typorum male in ultimis editionibus invaſit *Sp. Fuſium* pro *Sp. Fuſium*, quod reſtat in aliis omnibus exemplaribus, nec aliter citatur hic locus in notis paternis. 1, 1. Nam, ut idem Vir doctiſſimus recte addebat, Fuſia gens nova ac plebeia multis poſt ſeculis Romæ audita. Fœciales autem jam tum ex nobi-

tratus ad juſjurandum patrandum, id eſt, ſanciendum ſit fœdus, multiſque id verbis, quæ longo effata carmine non operæ eſt referre, peragit. Legibus deinde recitatis: *Audi*, inquit, *Jupiter, audi pater patrate populi Albani, audi tu populus Albanus, ut illa palam prima poſtrema, ex illis tabulis cerave recitata ſunt, ſine dolo malo, utique ea hic hodie rectiſſime intellecta ſunt, illis legibus populus Romanus prior non deficiet. Si prior defexit publico conſilio, dolo malo;* [1] *tu illo die Jupiter populum Romanum ſic ferito, ut ego hunc* [2] *porcum hic hodie feriam: tantoque magis ferito, quanto magis potes pollesque.* Id ubi dixit, [3] porcum ſaxo ſilice percuſſit. Sua item carmina Albani, ſuumque juſjurandum per ſuum Dictatorem ſuoſque ſacerdotes peregerunt.

25 Fœdere icto, trigemini, ſicut convenerat, arma capiunt. Quum ſui utroſque adhortarentur, *Deos patrios, patriam ac parentes, quidquid civium domi, quidquid in exercitu ſit, illorum tunc arma,*

nobiliſſimis capiebantur familiis, teſte Dionyſio Halic. lib. 11. Hic autem fuit ex gente Furia, quæ antiquitus Fuſia, & prænomen *Spurius* in hac gente frequens fuit, ut Coſ. A. V. C. 289 Sp. Furius Fuſus & primus prætor Sp. Furius Camillus. *Jac. Gron.*

1 *Tu illo die Jupiter populum Roman. ſic ferito*]. Vet. lib. plerique: *Tum ille dies Jupiter.* Ex quo conjicio legendum eſſe, *tum me Dieſpiter.* Verba enim ſolennia ſunt, eaque antiquiſſima, ut ait Feſtus lib. 10 his verbis: *Silicem tenebant jituraturi per Jovem, hac verba dicentes, Si ſciens fallo, tum me Dieſpiter, ſalva urbe arceque, bonis ejiciat, ut ego hunc lapidem.* Eſt autem apud Livium, *Dolo malo*, idem, quod, *Si ſciens fallo. Dieſpiter* autem Jupiter dictus eſt, quaſi *Diei pater*, Varro. *Sigonius.*

2 *Porcum hodie*]. Flor. Voſſ. Oxon. *ut ego hunc porcum hic hodie feriam.* Sed & Flor. *tum illo.* Mureti codex: *tum tu illo.* Voſſ. *tum ille dies Jupiter.* Ex qua ſcriptura conjicit Turnebus: *tum ille Dieſpiter.* Vide ipſum lib. 11 cap. 17 Adverſ. *J. F. Gron.*

3 *Porcum ſaxo ſilice percuſſit*] Pluribus diis fabuloſa antiquitas porcum mactavit. Silvano porcum cæſum docet Juvenal. Sat. VI. *Cadere Silvano porcum.* Et Cereri Eleuſinæ quoque immolatum legimus. Et laribus Deis ſacrificabant porcum, teſte Horat. lib. 2 Satyr. 3. *Immolet æquis Hic porcum Laribus*, &c. Nonnunquam & Veneri mactari ſolitum ſcribit Callimachus. Poſtremo & in feriendo fœdere porcus ſilice occidebatur, quod ex Livio, hoc in libro & libro etiam IX elicimus, & Quinctilianus lib. 8 confirmat, inquiens, cædi ſolere porcum in feriendo fœdere. At Sueton. non porcum, ſed porcam mactari ſolitam tradit: Sed nomine *porci* veniunt mas & fœmina. Vere tamen porca fœmina in ſacris mactabatur. Porci autem qui in ſacris cædebantur, ſeu ſacris faciendis deſtinabantur, *ſacres* appellabantur; quoſque Tibullus lib. Eleg. 1 El. 10 *myſticos* dixit: & Ariſtophanes *μυστηρικοὺς*, modo *μυστικοὺς* vocavit. *Marcell. Donat.*

1 *Exani-*

arma, illorum intueri manus: feroces & ſuopte ingenio, & pleni adhortantium vocibus, in medium inter duas acies procedunt. Conſederant utrinque pro caſtris duo exercitus, periculi magis præſentis, quam curæ expertes. quippe imperium agebatur, in tam paucorum virtute atque fortuna poſitum. itaque ergo erecti ſuſpenſique in minime gratum ſpectaculum animo intenduntur. Datur ſignum. infeſtiſque armis, velut acies, terni juvenes magnorum exercituum animos gerentes, concurrunt: nec his nec illis periculum ſuum; publicum imperium ſervitiumque obverſatur animo: futuraque ea deinde patriæ fortuna, quam ipſi feciſſent. Ut primo ſtatim concurſu increpuere arma, micanteſque fulſere gladii, horror ingens ſpectantes perſtringit: & neutro inclinata ſpe, torpebat vox ſpirituſque. Conſertis deinde manibus, quum jam non motus tantum corporum, agitatioque anceps telorum armorumque, ſed vulnera quoque & ſanguis ſpectaculo eſſent; duo Romani, ſuper alium alius, vulneratis tribus Albanis, exſpirantes corruerunt. ad quorum caſum quum conclamaſſet gaudio Albanus exercitus, Romanas legiones jam ſpes tota, nondum tamen cura deſeruerat [1] exanimes vice unius, quem tres Curiatii circumſteterant. Forte is integer fuit, ut univerſis ſolus nequaquam par, ſic adverſus ſingulos ferox. ergo, ut ſegregaret pugnam eorum, capeſſit fugam, ita ratus ſecuturos, ut quemque vulnere affectum corpus ſineret. Jam aliquantum ſpatii ex eo loco, ubi pugnatum eſt, aufugerat, quum reſpiciens videt magnis intervallis ſequentes: unum haud procul ab ſeſe abeſſe. in eum magno impetu redit. Et dum Albanus exercitus inclamat Curiatiis, ut opem ferant

1 *Exanimes vice unius*] Jam dixi legendum: *vicem unius*. Lib. 2. *Apparuit cauſa plebi, ſuam vicem indignantem magiſtratu abiiſſe*. Lib. 8. *Suam vicem magis anxios, quam ejus, cui auxilium ab ſe petebatur*. Lib. 40. *Indignandoque & ipſe vicem ejus*. Lib. 43. *Sollicito conſuli & eorum vicem, quos paucos præmiſerat*. J. F. Gron.

rant fratri, jam Horatius cæſo hoſti victor ſecundam pugnam petebat. tum clamore, qualis [1] ex inſperato faventium ſolet, Romani adjuvant militem ſuum: & ille defungi prœlio feſtinat. Prius itaque quam alter, qui nec procul aberat, conſequi poſſet; & alterum Curiatium conficit. Jamque æquato Marte ſinguli ſupererant; ſed nec ſpe nec viribus pares. alterum intactum ferro corpus & geminata victoria, ferocem in certamen tertium dabant: alter feſſum vulnere, feſſum curſu trahens corpus, victuſque fratrum ante ſe ſtrage, victori objicitur hoſti. nec illud prœlium fuit. Romanus exultans, *Duos*, inquit, *fratrum Manibus dedi*: [2] *tertium, cauſſæ belli hujuſce, ut Romanus Albano imperet, dabo.* Male ſuſtinenti arma, gladium ſuperne jugulo defigit: jacentem ſpoliat. Romani ovantes ac gratulantes Horatium accipiunt; [3] eo majore cum gaudio, quo prope metum res fuerat.

1 *Ex inſperato faventium*] Tunc enim major clamor. Martialis 8, 70. *Vincenti parma quum ſua turba favet.* Franc. Sanctius.

2 *Tertium, cauſam belli hujuſce*] Qui tertius ille *cauſa belli*? Sabinæ vociferantur inferius: *Nos cauſa belli, nos vulnerum ac cædium, viris ac parentibus ſumus.* Lib. 9. *Ut receptis equitibus, qui cauſa belli eſſent, abſiſterent obſidione.* propter quos bellum erat conflatum. At non propter Curiatium bellabant Romani & Albani. Tum quid ſermonis: *tertium cauſam belli dabo*? Corrige omnino: *tertium cauſa belli hujuſce.* Priores, inquit, ſingulorum fratrum Manibus inferias cecîdi, tertium impendam in cauſam belli, quæ eſt, uter populus imperet: tertius cæſus cauſam faciet obtinere Romanos. lib. 4 Coſſus: *Jam ego hanc mactatam victimam legatorum manibus dabo.* Lib. 22. Ducarius Gallus, *Jam ego hanc victimam manibus peremptorum fœde civium dabo.* Tacitus 2 ann. *Simul perfidos & ruptores pacis ultioni & gloriæ mactandos.* J. F. Gron.

3 *Eo majore cum gaudio, quo prope metum res fuerat*] Vet. lib. *quo propius metum.* placet. *Sigonius.*

Eo maj. cum gaud. quo propius metum] Ab uno Sigonii eſt non optimæ notæ libro. Lipſianus, tres Pall. Oxon. Flor. Voſſ. Hel. cum priſcis edd. *prope metum.* Quod verum eſt: utque intelligas, divide *majore* in *magis magno*, ut ſubaudire *magis* ad *prope* poſſis. Ut apud Senecam de conſt. ſap. cap. 11. *Ut quiſque contemtiſſimus & ludibrio eſt, ita ſolutiſſimæ linguæ eſt.* Ubi duas ejecimus voces: *ut maxime*, quæ in nullis MSS. bonæ notæ comparent, & exquiſitum loquendi compendium vitiant. Vis præcedentis tertiæ collationis prorogatur ad proximum *ludibrio*: ut perinde ſit ac ſi dixiſſet: *ut quiſque maxime contemtus & ludibrio eſt.* Tacitus ann. 6. *Tanto acceptius in vulgum quanto modicus privatis ædificationibus.* id eſt, magis tanto acceptum, quanto ille modicus. In vita Agricolæ: *ſpeciem excelſæ magnæque gloriæ vehementius quam caute appetebat.* Magis vehementer quam caute. Plinius 19, 6.

Gran-

fuerat. Ad ſepulturam inde ſuorum nequaquam paribus
animis vertuntur, quippe imperio alteri aucti, alteri
ditionis alienæ facti. Sepulchra extant, quo quiſque lo-
co cecidit. duo Romana uno loco propius Albam, tria
Albana Romam verſus; ſed [1] diſtantia locis, ut & pu-
gnatum eſt. Priuſquam inde digrederentur, roganti 26
Mettio ex fœdere icto quid imperaret, imperat Tullus,
uti juventutem in armis habeat: uſurum ſe eorum ope-
ra, ſi bellum cum Veientibus foret. ita exercitus inde
domos abducti. Princeps Horatius ibat, tergemina ſpo-
lia præ ſe gerens: cui ſoror virgo, quæ deſponſa uni
ex Curiatiis fuerat, obvia ante portam Capenam fuit:
cognitoque ſuper humeros fratris paludamento ſponſi,
quod ipſa confecerat, ſolvit crines, & flebiliter nomi-
ne ſponſum mortuum appellat. Movet feroci juveni
animum comploratio ſororis, in victoria ſua, tanto-
que gaudio publico. Stricto itaque gladio, ſimul ver-
bis increpans, transfigit puellam. *Abi hinc cum immaturo
amore ad ſponſum*, inquit, *oblita fratrum mortuorum vivique,
oblita patriæ. Sic eat*, [2] *quæcunque Romana lugebit hoſtem.*
Atrox

Grandeſcunt, quo ſæpius ſarriuntur. Sed & illa, *quam, quo, quanto*, paſſim occurrunt pleniori ſignificatione, qua τὸ *magis*, intellectum trahunt. *J. F. Gron.*

1 *Diſtantia locis, ut & pugnatum eſt*] Non video ex aliis MSS. quidquam annotatum hic eſſe. Scias tamen oportet uſque ad annum 1518 hoc loco lectum fuiſſe *ut pugnatum eſt*. Iſto autem anno Aldina minoris formæ dedit *& ut pugnatum eſt*, id quod modo 17 annos obtinere potuit, ſolis Juntis, Pariſinis ac Baſileenſibus anni 1531 ſequentibus. Nam qui hanc curam exceperunt Baſileenſes anno 1535, mutaverunt in eum modum, qui huc uſque traditus eſt, idque exſtat in Rottendorfiano. Verum tamen eſt, quod præter iſtas quatuor editiones mihi obvenit in Florentino S. Marci, *& ut pugnatum eſt*; vacua enim eſt altera admonitio, & nullus, qui priora Livii legit, neſcire poteſt diſtantibus locis pugnatum eſſe. Nec mireris has particulas ita temere inverſas; ecce 2, 53 itidem in duabus ſaltem poſtremis editionibus invenies, *ut non Menenius*, quum omnino requiratur *non ut Menenius*, quomodo tranſpoſuimus. *Jac. Gron.*

2 *Quæcumque Romana lugebit hoſtem*] Vet. libri, *quæcunque Romanum lugebit hoſtem*. placet. *Sigonius.*

Quæcumque Romanum lugebit] Recte Borbetomagenſis, Voſſ. Chiflet. Mureti codices: *Romana*; meritoque probat Rhenanus. non modo quia expreſſius eſt graviuſque, ſed etiam quia alterum, licet Sigonio placeat, vix Latinum eſt. *Romanus hoſtis* cum dicitur, non intelligimus aliquem populo

Roma-

Digitized by Google

Atrox viſum id facinus Patribus plebique: ſed recens meritum facto obſtabat. tamen raptus in jus ad regem. Rex, ne ipſe tam triſtis ingratique ad vulgus judicii, aut, ſecundum judicium, ſupplicii auctor eſſet; concilio populi advocato, *Duumviros*, inquit, *qui Horatio perduellionem judicent ſecundum legem, facio.* [1] Lex horrendi carminis erat, *Duumviri perduellionem judicent. Si à Duumviris provocarit, provocatione certato: ſi vincent, caput obnubito: infelici arbori reſte ſuſpendito. Verberato vel intra pomœrium, vel extra pomœrium.* Hac lege Duumviri creati, qui ſe abſolvere non rebantur [2] ea lege ne innoxium quidem poſſe, quum condemnaſſent, tum alter ex his, *P. Horati, tibi perduellionem judico*, inquit, *I lictor, colliga manus.* Acceſſerat lictor, injiciebatque laqueum. tum Horatius, auctore Tullo, clemente legis interprete, *Provo-*

Romano infeſtum, ſed ipſos Romanos alii nationi vel homini hoſtes. Uti nec *hoſtem Pœnum* aut *Athenienſem hoſtem* pro Pœnorum vel Athenienſium hoſte dicimus. Quæ autem exempla ſermonem iſtum probare videbantur, omnia corrupta ſunt. Veluti lib. 22, 21. *Agrum pacatum Romanorum ſociorum*: nam liber optimus habet: *ſocios Romanorum*, Lib. 23, 18. *Socii Romani propugnacula adverſus vineas ſtatuere.* Idem cum pluribus melioribus, *Romanorum.* Eodem libro cap. 23. *Qui ſpolia ex hoſte Romano fixa domi haberent.* Idem ₮ *Romano* nihil agnoſcit. Lib. 24, 30. *Capti ad Thraſimenum inter Romana auxilia.* Omnes ſcripti: *Romanorum.* nam *Romana auxilia* eſſent Latine, quæ Romani mitterent aliis: non copiæ alienigenæ, quibus Romani utebantur. Apud Latinum tamen Pacatum legitur Paneg. cap. 32. *Ibat ſub ducibus vexilliſque Romanis hoſtis aliquando Romanus.* Sed aut legendum: *hoſtis aliquando Romanis*; aut ævo iſti condonandum. Nam cum Clodius Ciceronem vocavit *hoſtem Capitolinum*, ut eſt in orat. pro Domo, non quaſi Capitolii hoſtem notare voluit, ſed ex vetere invidia, quaſi qui occupato & armis præſidioque equitum Romanorum firmato Capitolio, inde quaſi ex arce ſævierit, hoſtemque ſe geſſerit erga cives indemnatos. Ita enim interpretabatur nebulo ille fortiſſimi conſulis in patricidas patriæ juſtiſſimam vindictam. *J. F. Gron.*

1 *Lex horrendi criminis erat*] Vet. lib. *Horrendi carminis erat.* Vere. Carmen enim appellat verba legis, quæ ſequuntur. *Duumviri perduellionem*, &c. Sic lib. 3. *Recitabatque rogationis carmen. Si quis tribunos plebis decem*, &c. *Sigonius.*

Lex horrendi carminis] Lex erat (auctore Dionyſ. lib. 3 in Tullo) quæ necari indemnatum aliquem vetaret, deorumque omnium iras precaretur adverſus eas civitates, quæ non in pollutos vindicaſſent. Hanc ego à Romulo latam exiſtimo. *Glareanus.*

2 *Ea lege ne innoxium quidem poſſe*] Suſpicari poſſis abundare τὸ *ea lege.* J. F. Gron.

1 *Ita*

Digitized by Google

Provoco, inquit. [1] ita de provocatione certatum ad populum eſt. Moti homines ſunt in eo judicio, maxime P. Horatio patre proclamante, ſe filiam jure cæſam judicare. ni ita eſſet, patrio jure in filium animadverſurum fuiſſe. Orabat deinde, ne ſe, quem paullo ante cum egregia ſtirpe conſpexiſſent, orbum liberis facerent. Inter hæc ſenex, juvenem amplexus, ſpolia Curiatiorum fixa eo loco, qui nunc Pila Horatia appellatur, oſtentans, *Hunccine*, ajebat, *quem modo decoratum ovantemque victoria incedentem vidiſtis, Quirites, eum ſub furca vinctum inter verbera & cruciatus videre poteſtis? quod vix Albanorum oculi tam deforme ſpectaculum ferre poſſent. I, lictor, colliga manus, quæ paullo ante armatæ imperium populo Romano pepererunt. I, caput obnube liberatoris urbis hujus. Arbori infelici ſuſpende; verbera vel intra pomœrium, modo* [2] *inter illa pila, & ſpolia hoſtium: vel extra pomœrium, modo intra ſepulchra Curiatiorum. Quo enim ducere hunc juvenem poteſtis, ubi non ſua decora eum à tanta fœditate ſupplicii vindicent?* Non tulit populus nec patris lacrimas, nec ipſius parem in omni periculo animum: abſolveruntque admiratione magis virtutis quam jure cauſſæ. Itaque ut cædes manifeſta, aliquo tamen piaculo lueretur, imperatum patri, filium expiaret pecunia publica. Is quibuſdam piacularibus ſacrificiis factis, quæ deinde genti Horatiæ tradita ſunt, tranſmiſſo per viam tigillo, capite adoperto, velut ſub jugum miſit juvenem. [3] Id hodie quoque publice ſemper refectum manet: Sororium tigillum vocant. Horatiæ ſepulchrum, quo loco corruerat icta, conſtructum eſt

1 *Ita de provocatione certatum*] Fœdum mendum: non enim dicebant *de provocatione certare*, (alioqui ſenſus longe alius foret) ſed *provocatione certare*: ut paulo ante: *ſi a duumviris provocarit, provocatione certato.* Quare legendum non *Ita de*, ſed *Itaque*. Tan. Faber. Vet. *Ita demum provocatione.* Fr. Sanctius,

2 *Inter illa pila*] Leg. *intra illam pilam.* Intelligit columellam, quam Dionyſius στηλίδα dixit, ſpoliis Curiatiorum inſignem. *Lipſius* ad Tacitum.

3 *Id hodie quoque publice*] Scribo: *id hodieque.* Ut ſupra: *hodieque in legibus magiſtratibuſque rogandis uſurpatur idem jus.* J. F. Gron.

27 eſt ſaxo quadrato. Nec diu pax Albana manſit. invidia vulgi, quod tribus militibus fortuna publica commiſſa fuerit, vanum ingenium dictatoris corrupit; & quoniam recta conſilia haud bene evenerant, pravis reconciliare popularium animos cœpit. Igitur, ut prius in bello pacem, ſic in pace bellum quærens, quia ſuæ civitati animorum plus quam virium cernebat eſſe, ad bellum palam atque ex edicto gerundum, alios concitat populos: ſuis per ſpeciem ſocietatis proditionem reſervat. Fidenates colonia Romana, Vejentibus ſociis conſilii aſſumptis; pacto tranſitionis Albanorum, ad bellum atque arma incitantur. Quum Fidenæ aperte deſciſſent, Tullus Mettio exercituque ejus ab Alba accito contra hoſtes ducit. ubi Anienem tranſiit, ad confluentes collocat caſtra. Inter eum locum & Fidenas, Veientium exercitus Tiberim tranſierat. Hi & in acie prope flumen tenuere dextrum cornu: in ſiniſtro Fidenates propius montes conſiſtunt. Tullus adverſus Veientem hoſtem dirigit ſuos: Albanos contra legionem Fidenatium collocat. Albano non plus animi erat quam fidei. nec manere ergo, nec tranſire aperte auſus, ſenſim ad montes ſuccedit. Inde ubi ſatis ſubiſſe ſeſe ratus eſt, erigit totam aciem: fluctuanſque animo ut tereret tempus, ordines explicat. Conſilium erat, qua fortuna rem daret, ea inclinare vires. Miraculo primo eſſe Romanis qui proximi ſteterant, ut nudari latera ſua ſociorum digreſſu ſenſerunt: inde eques citato equo nunciat regi, abire Albanos. Tullus in re trepida duodecim vovit Salios, fanaque Pallori ac Pavori. equitem clara increpans voce, ut hoſtes exaudirent, redire in prœlium jubet: Nihil trepidatione opus eſſe: ſuo juſſu circumduci Albanum [1] exercitum, ut Fidenatium nuda terga invadant. idem

1 *Exercitum, ut Fidenatium nuda terga invadat*] Flor. *invadant*: Multo melius. Nec aliter editi veteres omnes ante Frobenianam: cujus curatores cum hoc offenderet, mirum cur etiam fecerint *Albanorum*. Sed hoc mox increpuit

idem imperat, ut haſtas equites erigere jubeat. Id fa-
ctum, magnæ parti peditum Romanorum conſpectum
abeuntis Albani exercitus interſepſit. qui viderant, id
quod ab rege auditum erat, rati, eo acrius pugnant.
Terror ad hoſtes tranſit, & audiverant clara voce di-
ctum: & magna pars Fidenatium, [1] ut qui coloni additi
Romanis eſſent, Latine ſciebant. Itaque ne ſubito ex
collibus decurſu Albanorum intercluderentur ab oppi-
do, terga vertunt. Inſtat Tullus, fuſoque Fidenatium
cornu, in Veientem alieno pavore perculſum ferocior
redit. Nec illi tulere impetum: ſed ab effuſa fuga flu-
men objectum à tergo arcebat. Quo poſtquam fuga in-
clinavit; alii arma fœde jactantes, in aquam cæci rue-
bant; alii, dum cunctantur in ripis, inter fugæ pugnæ-
que conſilium oppreſſi. Non alia ante Romana pugna a-
trocior fuit. Tum Albanus exercitus ſpectator certami- 28
nis, deductus in campos. Mettius Tullo devictos ho-
ſtes gratulatur: contra Tullus Mettium benigne alloqui-
tur. Quod bene vertat, caſtra Albanos Romanis caſtris
jungere jubet: ſacrificium luſtrale in diem poſterum pa-
rat. Ubi illuxit, paratis omnibus, ut aſſolet, vocari ad
concionem utrumque exercitum jubet. Præcones ab
extremo orſi, primos excivere Albanos: hi novitate
etiam rei moti, ut regem Romanum concionantem au-
dirent, proximi conſtitêre. Ex compoſito armata cir-
cumdatur Romana legio. centurionibus datum nego-
tium erat, ut ſine mora imperia exequerentur. Tum ita
Tul-

crepuit Rhenanus. Statim lege: *inde imperat*: vel *eidem imperat*. Equiti nimirum. Fruſtra laborant Rhenanus & Modius. *J. F. Gron.*

1 *Ut qui coloni additi Romanis eſſent*] Senſus & hiſtoriæ fides legi poſtulant; *ut queis coloni additi Romani eſſent*. Tan. Faber. Videtur hæc mutatio & aliis placuiſſe. Sed injuſte. Non enim Fidenæ tantum conſtabant ex colonis Romanis, ſed etiam ex reliquiis veterum civium; ut omnes penè urbes quo colonias duxerunt Romani. Et ſatis ſe Livius defendit ex lib. 8 cap. 14. *Antium nova colonia miſſa, cum eo, ut Antiatibus permitteretur, ſi & ipſi adſcribi coloni vellent.* Similiter 3, 1 de colonia Antio: *Adeo pauci nomina dedere, ut ad explendum numerum coloni Volſci adderentur.* Adde 4, 11. *Jac. Gron.*

1 Cen-

Digitized by Google

Tullus infit: *Romani, ſi unquam ante alias ullo in bello fuit, quod primum Diis immortalibus gratias ageretis, deinde veſtræ ipſorum virtuti; heſternum id prælium fuit. Dimicatum eſt enim non magis cum hoſtibus, quam, quæ dimicatio major ac periculoſior eſt, cum proditione ac perfidia ſociorum. Nam, ne vos falſa opinio teneat, injuſſu meo Albani ſubiere ad montes. nec imperium illud meum, ſed conſilium, & imperii ſimulatio fuit: ut nec vobis ignorantibus deſeri vos, averteretur à certamine animus, & hoſtibus circumveniri ſe à tergo ratis, terror ac fuga injiceretur. Nec ea culpa, quam arguo, omnium Albanorum eſt. ducem ſecuti ſunt: ut & vos, ſi quo ego inde agmen declinare voluiſſem, feciſſetis. Mettius ille eſt ductor itineris hujus, Mettius idem hujus machinator belli, Mettius fœderis Romani Albanique ruptor. Audeat deinde talia alius, niſi in hunc inſigne jam documentum mortalibus dedero.* [1] Centuriones armati circumſiſtunt. rex cætera, ut orſus erat, peragit. *Quod bonum, fauſtum, felixque ſit populo Romano ac mihi vobiſque, Albani: populum omnem Albanum Romam traducere in animo eſt: civitatem dare plebi, primores in Patres legere; unam urbem, unam rempublicam facere. Ut ex uno quondam in duos populos diviſa Albana res eſt, ſic nunc in unum redeat.* Ad hæc, Albana pubes inermis ab armatis ſepta, in variis voluntatibus, communi tamen metu cogente, ſilentium tenet. Tum Tullus: *Metti Fuffeti*, inquit, *ſi ipſe diſcere poſſes fidem ac fœdera ſervare; vivo tibi ea diſciplina à me adhibita eſſet. Nunc quoniam tuum inſanabile ingenium eſt,* [2] *at tu tuo ſupplicio doce humanum genus ea ſancta credere,*

quæ

1 *Centuriones armati circumſiſtunt*] MSS. omnes, *cent. armati Mettium circumſiſtunt*. Quod non debuit negligi. Is enim erat imperii ordo, ut Albano exercitu in concionem progreſſo, ipſi ſoli centuriones Romani ſive tanquam vitem tenentes & ſupplicii exactores, ſive per ſpeciem honoris Mettium obſervarent, circumdarentque, ne ut in magna multitudine, maxime ubi audiret criminis ſui pœnam, elaberetur. Deinde quum ſententiam de urbe Alba peregiſſet Tullus, ne ad horrorem ejus aliquid moverent Albani, omnes Romani armati eos circumſteterunt. 2, 2. *dicere incipientem primores civitatis circumſiſtunt*. Jac. Gron.

2 *Tu tuo ſupplicio*] Scribe cum Flor. Voſſ. Helm. Rott. Gud. Mureti libris,

quæ à te violata ſunt. Ut igitur paullo ante animum inter Fidenatem Romanamque rem ancipitem geſſiſti, ita jam corpus paſſim diſtrahendum dabis. Exinde, duabus admotis quadrigis, in currus earum diſtentum illigat Mettium. deinde in diverſum iter equi concitati, lacerum in utroque curru corpus, qua inhæſerant vinculis membra, portantes. Avertere omnes à tanta fœditate ſpectaculi oculos. Primum ultimumque illud ſupplicium apud Romanos [1] exempli parum memoris legum humanarum fuit. in aliis gloriari licet, nulli gentium mitiores placuiſſe pœnas. Inter hæc jam præmiſſi Albani erant equites, qui 29
multitudinem traducerent Romam. Legiones deinde ductæ ad diruendam urbem. quæ, ubi intravêre portas, non quidem fuit tumultus ille, nec pavor, qualis captarum eſſe urbium ſolet, quum effractis portis, ſtratiſve ariete muris, aut arce vi capta, clamor hoſtilis, & curſus per urbem armatorum omnia ferro flammaque miſcet: ſed ſilentium triſte; ac tacita mœſtitia ita defixit omnium animos, ut præ metu obliti quid relinquerent, quid ſecum ferrent, deficiente conſilio, rogitanteſque alii alios, nunc in limitibus ſtarent, nunc errabundi domos ſuas, [2] ultimum illas viſuri, pervagarentur. Ut vero jam equitum clamor exire jubentium inſtabat, jam fragor tectorum quæ diruebantur, ultimis urbis partibus

bris, Andrea, & Tarviſ. *Nunc quoniam tuum inſanabile ingenium eſt, at tu tuo ſupplicio doce.* Non ceperunt elegantiam hanc. Vide ad lib. 24, 37. *J. F. Gron.*

1 *Exempli parum memoris legum humanarum*] Emendat Beatus Rhenanus, *Romanarum*, pro *Humanarum*, quod non placet. nam & à vet. lib. diſſidet, & à Varrone, qui ita ſcribit lib. 1 de vita populi Rom. ut eſt apud Nonium: *Metium Fufetium propter perfidiam interfecit penè imperioſius, quam humanius.* Sigonius.

2 *Ultimum illas viſuri*] Cujus ſit, ignoro: ſed admodum recens eſt. Nam & Sigoniana prior: *ultimum illud viſuri.* Ubi video adſcriptum Mureto: *illas* in veteribus, & melius. Qui ſint veteres iſti, ipſe viderit: ego nec in ſcripto ullo nec impreſſo ab Andrea uſque ad Sigonium inveni aliter quam *ultimum illud.* Et ſine dubio dictum eſt, ut *hoc tertio* apud Curtium, *extremum hoc* apud Valerium Flaccum, de quibus 2 Obſerv. 8. Cicero 13 ad Attic. 46. *Meo autem Lanuvino, quod Lepido tradidi, exeo hoc primum.* J. F. Gron.

bus audiebatur; pulviſque ex diſtantibus locis ortus, velut nube inducta omnia impleverat; raptim quibus quiſque poterat elatis, quum larem ac penates, tectaque in quibus natus quiſque educatuſque eſſet, relinquentes exirent: jam continens agmen migrantium impleverat vias: & conſpectus aliorum mutua miſeratione integrabat lacrimas. voceſque etiam miſerabiles exaudiebantur: mulierum præcipue, quum obſeſſa ab armatis templa auguſta præterirent, ac velut captos relinquerent Deos. Egreſſis urbem Albanis, Romanus paſſim publica privataque omnia tecta adæquat ſolo, [1] unaque hora quadringentorum annorum opus quibus Alba ſteterat, excidio ac ruinis dedit. [2] Templis tamen Deûm (ita enim edictum ab rege fuerat) temperatum eſt. Roma interim creſcit Albæ ruinis. duplicatur civium numerus. Cœlius additur urbi mons, &, quo frequentius habitaretur, eam ſedem Tullus regiæ capit, [3] ibique deinde habitavit. [4] Principes Albanorum in Patres, ut ea quoque pars reip. creſceret, legit, Julios, Servilios, [5] Quintios, Geganios, Curiatios, Clœlios: templum-

1 *Unaque hora quadringentorum*] Errat. dicere debuit *quingentorum*. Sed Virgilium ſequitur: *Illic ter centum*. Intelligis quid velim. A condita Alba ad Romulum annos trecentos ſtatuit Virgilius: Livius ſub Tullo quadringentos. Quare Virgilium ſequitur. *Tan. Faber.*

2 *Templis tamen Deûm temperatum eſt*] Non infrequens verbum Livio. Sic *temperare manibus*, 2, 23, abſtinere ſe à vi facienda; *cædibus*, 2, 16. *proditionibus*, 24, 39. *neci mulierum*, Tacitus 14 ann. At aliter noſter, ubi apponit res vel perſonas, cum quibus moderatius vel minus actum eſt: præpoſitionem enim interponit lib. 6. *In quo ab ſociis temperaverunt*. Lib. 7. *Ab oppugnatione urbium temperatum*. Lib. 24. *Nec ab ullo temperatum foret*. Lib. 39. *Ab his ſacris ſe temperaturum*. Numquid igitur hic quoque fuit: *A templis*. Sed Cicero quoque 1 Verr. *Te putet quiſquam ſociis temperaſſe*. Et ſecunda: *ſi cuiquam ulla in re unquam temperaverit, ut vos quoque ei temperetis*. J. F. Gron.

3 *Ibique deinde habitavit*] Rott. Hel. Gud. Voſſ. uterque *ibique habitavit*, ſine voce media. *Idem.*

4 *Principes Albanorum in patres legit, Tullios, Servilios*] Mendoſe *Tullia* gens inter Albanas Romam à Tullo Hoſtilio tranſlatas, numeratur pro *Julia*. Id indicat Dionyſius, qui eodem ordine commemorans has gentes, inquit, Ἰουλίους, Σερουιλίους. Adde, quod gens *Tullia* non Albana fuit, ſed Corniculana: & quod *Tullius*, & *Tullius* pro *Julo* & *Julio* infra ſæpiſſime eſt mendoſe. *Sigonius.*

5 *Quintios*] *Quinctium, Quinctium, Quin-*

Digitized by Google

plumque, ordini ab ſe aucto curiam fecit, quæ Hoſtilia uſque ad patrum noſtrorum ætatem appellata eſt. & ut omnium ordinum viribus aliquid ex novo populo adjiceretur, equitum decem turmas ex Albanis legit. Legiones & veteres eodem ſupplemento explevit, & novas ſcripſit. Hac fiducia virium Tullus Sabinis bellum indicit; genti ea tempeſtate ſecundum Etruſcos opulentiſſimæ viris armiſque. Utrinque injuriæ factæ, ac res nequicquam erant repetitæ. Tullus ad Feroniæ fanum mercatu frequenti negotiatores Romanos comprehenſos querebatur. Sabini ſuos prius in lucum confugiſſe; ac Romæ retentos. hæ cauſſæ belli ferebantur. Sabini haud parum memores, & ſuarum virium partem Romæ ab Tatio locatam, & Romanam rem nuper etiam adjectione populi Albani auctam; circumſpicere & ipſi externa auxilia. Etruria erat vicina, proximi Etruſcorum Veientes. Inde ob reſiduas bellorum iras maxime ſollicitatis ad defectionem animis, voluntarios traxere. & apud vagos quoſdam ex inopi plebe etiam merces valuit. Publico auxilio nullo adjuti ſunt. [1] valuitque apud Veientes (nam de cæteris minus mirum eſt) pacta cum Romulo induciarum fides. Quum bellum utrinque

Quinctilium, & *Quinctilianum* ſcribendum eſſe facile omnes intelligent, qui Capitolinorum lapidum ſcripturam obſervaverint. Eadem ſcriptura ſervatur etiam in quibuſdam libris manuſcriptis Diodori Siculi, quos mihi commodavit vir omni & virtutis, & laudis genere præſtantiſſimus, Ludovicus Beccatellus, tum cum Venetiis Pontificiæ legationis munus obiret, qui libri cum hactenus impreſſi non ſint, plurimum mihi, ut poſt idoneo loco oſtendam, ad Livianam hiſtoriam emendandam ſæpiſſime profuerunt. in iis ergo eſt Κοίντιλος, & Κοίνκτιος. itemque eſt cum in aliis lapidibus, tum in quodam pervetuſto, qui in agro Regienſi eſt, apud ornatiſſimum juvenem, Horatium Malegutium, ejuſmodi.

QUINCTÆ NONIÆ
RUFÆ ET
NONIÆ Q. F. QUINCTULÆ

Quid plura? in ipſis etiam Livianis libris manuſcriptis ita demum ſæpe eſſe, quanquam inconſtanter, comperi. *Sigonius.*

1 *Valuitque apud Veientes*] Induciæ factæ erant ſub Romulo in centum annos, ſed ſub Tullo Hoſtilio ruptæ: quippe Veientes cornu dextro adverſus Tullum ſteterant pugnaverantque. Fruſtra igitur hic ſervatæ, quæ antea ruptæ erant. Atqui ego memoria lapſum puto Livium. *Glareanus.*

1 *Sum.*

que [1] ſumma ope pararetur, vertique in eo res videretur, utri prius arma inferrent, occupat Tullus in agrum Sabinum tranſire. [2] Pugna atrox ad ſilvam Malitioſam fuit. ubi & peditum quidem robore, cæterum equitatu aucto nuper, plurimum Romana acies valuit. Ab equitibus repente invectis turbati ordines ſunt Sabinorum: [3] nec pugna deinde illis conſtare, nec fuga explicari ſine
31 magna cæde potuit. Devictis Sabinis, quum in magna gloria magniſque opibus regnum Tulli ac tota res Romana eſſet, nunciatum regi Patribuſque eſt, in monte Albano lapidibus pluiſſe. Quod quum credi vix poſſet, miſſis ad id viſendum prodigium, in conſpectu, haud aliter quam quum grandinem venti glomeratam in terras agunt, crebri cecidere cœlo lapides. Viſi etiam audire vocem ingentem ex ſummi cacuminis luco, ut patrio ritu ſacra Albani facerent, quæ, velut Diis quoque ſimul cum patria relictis, oblivioni dederant: & aut Romana ſacra ſuſceperant, aut fortunæ, ut fit, obirati, cultum reliquerant Deûm. Romanis quoque ab eodem prodigio novendiale ſacrum publice ſuſceptum eſt: ſeu voce cœleſti ex Albano monte miſſa (nam id quoque traditur) ſeu aruſpicum monitu. manſit certe ſolenne, ut [4] quandoque idem prodigium nunciaretur, feriæ per novem dies agerentur. Haud ita multo poſt peſtilen-

1 *Summa ope pararetur, vertique in eo res videretur*] MSS. omnes *pararent.* Omnino eadem mutatio placuit auctori 2, 54. *Ut etiam inſontes feciſſe videri vellent, palamque ferretur.* Jac. Gron.

2 *Pugna atrox ad ſilvam Malycuſam*] Cum vetuſti libri omnes habeant, *ad ſylvam Malitioſam*, ſatis mirari non poſſum, cur iſti emendatores *Malycuſam* malint, quam *Malitioſam*, quam germanam eſſe hujus loci lectionem probatur ex Dionyſio, qui hanc ſilvam appellat τὴν ὕλην καλουμένην κακοῦργον. Eſt autem κακοῦργος, *malitioſus.* Sigonius.

3 *Nec pugna deinde illa conſtare*] Vet. libr. *Nec pugna deinde illis conſtare.* vere. *Idem.*

4 *Quandocunque idem*] Gud. *quandoquidem* Flor. Helm. Rott. & a m. prima Voſſianus: *quandoque.* Plinius 29, 1. *Quandoque iſta gens ſuas literas tradet, omnia corrumpet.* Ut præter MS. Chifletianum habet Voſſianus. Et 30, 1. *Quandoque ſola artium tres alias, in unam ſe redegit.* Vide ſupra ad cap. 24. *J. F. Gron.*

5 Fulmi-

Digitized by Google

ſtilentia laboratum eſt. unde quum pigritia militandi oriretur; nulla tamen ab armis quies dabatur ab bellicoſo rege: ſalubriora etiam credente militiæ quam domi juvenum corpora eſſe. donec ipſe quoque longinquo morbo eſt implicitus. Tunc adeo fracti ſimul cum corpore ſunt ſpiritus illi feroces, ut qui nihil ante ratus eſſet minus regium, quam ſacris dedere animum, repente omnibus magnis parviſque ſuperſtitionibus obnoxius degeret, religionibuſque etiam populum impleret. vulgo jam homines, eum ſtatum rerum qui ſub Numa rege fuerat, requirentes, unam opem ægris corporibus relictam, ſi pax veniaque ab Diis impetrata eſſet, credebant. Ipſum regem tradunt, volventem commentarios Numæ, quum ibi quædam occulta ſolennia ſacrificia Jovi Elicio facta inveniſſet, operatum his ſacris ſe abdidiſſe: ſed non rite initum aut curatum id ſacrum eſſe; nec ſolum nullam ei oblatam cœleſtium ſpeciem, ſed ira Jovis, ſollicitati prava religione, [1] fulmine ictum cum domo conflagraſſe. Tullus magna gloria belli regnavit annos duos & triginta. Mortuo Tullo, res, ut inſtitutum 32
jam inde ab initio erat, ad Patres redierat. hique interregem nominaverant. quo comitia habente, Ancum Marcium regem populus creavit: Patres fuere auctores. [2] Numæ Pompilii regis nepos, filia ortus, [3] Ancus Marcius

1 *Fulmine ipſum cum domo conflagraſſe*] In omnibus vet. libr. eſt: *Fulmine ictum cum domo conflagraſſe*, quod probo. Sic Cicero lib. 2 de Off. *Phaethontem ictu fulminis conflagraſſe.* Et Livius lib. 34. *duas naves fulmine ictas conflagraſſe.* Et Lactantius lib. 3. *Capitolium ſæpius fulmine ictum conflagraſſe.* Sigonius.

2 *Numæ Pompilii nepos filia ortus Ancus Marcius erat*] Hic locus oſtendit vitioſe legi apud Plutarchum in principio Coriolani, cum ait: ὧν καὶ Μάρκιος ἦν Γάιος ὄνομα θυγατριδοῦς, καὶ μετὰ Τύλλιον Ὀστίλιον βασιλεὺς γενόμενος. legendum autem eſſe, ὧν καὶ Μάρκιος ἦν Ἄγκος ὁ Νομᾶ θυγατριδοῦς, id eſt, *ex qua gente fuit etiam Marcius Ancus Numæ ex filia nepos.* Idem.

3 *Ancus Martius*] *Marciæ* gentis nomen ſcribi debere litera *c*, non *t*, quod imperitorum conſuetudo invexerat, docent Capitolina marmora, Græcorum libri, & manuſcripti Latini, & ipſius denique nominis ratio: aut enim à *Marco*, aut, quod quidam tradiderunt, à *Mamerco*, manavit. Etenim ſcribit Plutarchus in Numa, placuiſſe quibuſdam à *Mamerco* *Mar-*

cius erat. qui ut regnare cœpit, & avitæ gloriæ memor, & quia proximum regnum, cætera egregium, ab una parte haud ſatis proſperum fuerat; aut neglectis religionibus, aut prave cultis, [1] longeque antiquiſſimum ratus, ſacra publica, ut ab Numa inſtituta erant, facere; omnia [2] ea ex commentariis regis pontificem maximum, in

Marcios eſſe appellatos, qui Numæ regis filius fuit, eoſque propterea cognomine Regis eſſe uſos. Nam *Marciorum* Regum familia Romæ fuit, quam tamen non à *Mamerco* Numæ filio, ſed ab Anco *Marcio* Rege originem traxiſſe intelligi ex Suetonio in Cæſare poteſt: apud Plutarchum autem mendoſe legitur: Ἀπὸ δὲ τοῦ Μαμέρκου Μαμερκίους, pro Μαρκίους. Nam *Mamercia* gentis nulla uſquam mentio fit. *Sigonius.*

1 *Longeque antiquiſſimum ratus*] Ut hæc verba cadunt, tres habuiſſe cauſas Ancum putes, cur ſacra exſignata in publico propoſuerit: exemplum avi, caſum deceſſoris, & quod ipſe præcipue hoc ſibi negotii dari crederet. Sed ſi bene inſpexeris, apparebit hoc tertium non pro cauſa narrari, ſed pro ipſa re geſta, ad quam duabus cauſis fuerit impulſus: publicationem autem ſacrorum adferri tanquam modum agendi exſequendique deſtinata. Quia vidit avum ſuum inſtitutione atque obſervatione religionum beatum regnum & ſibi & civibus præſtitiſſe; Hoſtilio, in magnis licet virtutibus, neglectum earundem privatim publiceque calamitoſum fuiſſe; ideo exiſtimavit nullam priorem ſibi curam eſſe debere, quam revocandorum avitorum inſtitutorum: & hunc ſenſum ſuum declaravit præſcribendo, quicquid ad cærimonias pertineret. Sic voluit Livius, ſcripſitque: *Longe antiquiſſimum ratus*, non *longeque*. Et, ut conjeceramus, Buſlid. & Chiflet. Nota elegantia τοῦ *antiquus*. Cicero 12 ad Att. *Officium ſit nobis antiquiſſimum.* Columella 6, 36. *Antiquiſſimum eſt diligenter exquirere & explorare parentem futuræ prolis.* Lib. 8. *Antiquiſſima eſt autem cum in omnibus pecoribus, tum in hoc fides paſtoris.* Apud Salluſtium in fragmentis: *tantum antiquitatis curaque majoribus pro Italica gente fuiſſe.* Offenduntur vocabulo Douza & Au. Popma ſubſtituuntque: *tantum anxietatis.* At Servius iſto modo legit, qui ad 2 Georg. 161. *Antiquaſque domos avium, aut revera antiquas* explicat, *aut charas*: & in poſterioris interpretationis fidem adhibet verba Salluſtii. Figura eſt, quam ἓν διὰ δυοῖν vocant: nam *tantum antiquitatis curaque*, eſt tantum antiquæ & primæ curæ, vel adeo antiquiſſimam curam: ut apud Juſtinum vel Trogum lib. 2 de Scythis: *Lanæ iis ac veſtium uſus ignotus*: & Virgilio, *pateris libamus & auro*, pro pateris aureis. Acceperunt à Græcis. Herodotus Terpſichora: τὰ γὰρ τῶν θεῶν πρεσβύτερα ἐποιεῦντο ἢ τὰ τῶν ἀνδρῶν. Ælianus 5 Var. 17. πρεσβύτερα τούτων ἀμφοτέρων τὰ τῶν θεῶν ποιούμενοι. Salluſtium imitatur Symmachus lib. 1 ep. 79. *Compertum tenes, quanta ſit mihi tuæ laudis antiquitas.* J. F. Gron.

2 *Ex commentariis regis Pontificem maximum*] Ad horum marginem annotavit Pater: (deeſt τὸ *maximum* in Rott. Helm. Voſſ. utroque, Gud. Flor. deeſt etiam in Rom. In editionibus non eſt ante Aldinam. Pal. 2. *Pontificem M. in album.*) Certe & Florentinum S. Marci eo carere quoque ſcio. Et cur tam præpropere inculcari patimur? quum & capite 20 hujus libri dicat: *Pontificem deinde Numam Marcium ex Patribus legit.* Iterumque:

Cætera

in album relata, proponere in publico jubet. inde & civibus otii cupidis, & finitimis civitatibus facta ſpes, in avi mores atque inſtituta regem abiturum. Igitur Latini, cum quibus Tullo regnante ictum fœdus erat, ſuſtulerant animos: & quum incurſionem in agrum Romanum feciſſent, repetentibus res Romanis, ſuperbe reſponſum reddunt; deſidem Romanum regem, inter ſacella & aras acturum eſſe regnum rati. Medium erat in Anco ingenium, & Numæ, & Romuli memor: &, præterquam quod avi regno magis neceſſariam fuiſſe pacem credebat, quum in novo tum feroci populo; etiam quod illi contigiſſet otium, ſine injuria id ſe haud facile habiturum: tentari patientiam, & tentatam contemni: temporaque eſſe Tullo regi aptiora, quam Numæ. Ut tamen, quoniam Numa in pace religiones inſtituiſſet, à ſe bellicæ cærimoniæ proderentur; nec gererentur ſolum, ſed etiam indicerentur bella aliquo ritu; [1] jus ab antiqua gente Æquicolis, quod nunc feciales habent, deſcripſit, quo res repetuntur. Legatus, ubi ad fines eorum venit, unde res repetuntur, capite velato [2] (filo lanæ velamen eſt) *Audi Jupiter*, inquit, *audite fines* [3] (cujuſcunque gentis ſunt, nominat) *audiat fas. Ego ſum publicus nuncius populi Romani, juſte pieque legatus venio, verbiſque meis fides ſit.* Peragit deinde poſtulata. Inde Jovem teſtem facit: *Si ego injuſte impieque illos homines illaſque res dedier nuncio populi Romani mihi expoſco,* tum

Cætera ſacra ſcitis pontificis ſubjecit. 2, 2. *Id ſacerdotium pontifici ſubjicere.* & cap. 27. *Solennia pro pontifice juſſit ſuſcipere.* libro demum 3 cap. 24 adjicere Livius incepit. *Jac. Gron.*

1 *Jus ab antiqua gente Æquicolis, quod nunc feciales habent deſcripſit*] Hinc Valerius in Epitome de prænominibus: *Ab Æquicolis Sertorem Reſium, qui primus jus Feciale inſtituit.* Sigonius.

2 *Filum lanæ*] MSS. & principes edd. *filo lanæ velamen eſt.* Nec video cur mutare debeam. Juvenalis, *Tyrio ſtlataria purpura filo.* Niſi forte diſtinguendum: *capite velato filo (lana velamen eſt.)* Lib. 24. *Pileati aut lana alba velatis capitibus volones epulati ſunt.* Tibullus lib. 1 eleg. 5. *Ipſe ego velatus filo, tunicisque ſolutis.* Feſtus, *Flamen Dialis dictus, quod aſſidue veletur filo.* Hoc verius. *J. F. Gron.*

3 *Cujuſcumque gentis*] Voſſ. *cujus gentis.* Sed Pal. recte: *Cujuſque gentis:* Vide ſupra ad cap. 24. *Idem.*

 1 Tum

Digitized by Google

[1] *tum patriæ compotem me nunquam ſinas eſſe.* Hæc quum fines ſupraſcandit, hæc, quicunque ei primus vir obvius fuerit, hæc, portam ingrediens, hæc, forum ingreſſus, paucis verbis carminis concipiendique jurisjurandi mutatis, peragit. ſi non deduntur, quos expoſcit, diebus tribus & triginta (tot enim ſolennes ſunt) peractis, bellum ita indicit: *Audi Jupiter, & tu Juno; Quirine, Diique omnes cæleſtes, voſque terreſtres, voſque inferni audite. Ego vos teſtor, populum illum,* (quicunque eſt, nominat) *injuſtum eſſe, neque jus perſolvere. Sed de iſtis rebus in patria majores natu conſulemus, quo pacto jus noſtrum adipiſcamur.* Cum his nuncius Romam ad conſulendum redit. Confeſtim Rex his ferme verbis Patres conſulebat: [2] *Quarum rerum,*

1 *Tum patriæ compotem me nunquam ſinas eſſe*] Verum vetus: *nunquam ſiris eſſe*: quod fruſtra tentat Rhenanus. Plautus Epid. *cave ſiris cum filia mea copulari hanc.* Mercat. *ne dii ſirint.* Noſter lib. 28, 28. *Ne iſthuc Jupiter optimus maximus ſirit.* Sic plane Putean. nam recentiores vitiati. Neque aliter ſcribendum 34, 24. *Ne iſtuc, inquit, Jupiter optimus maximus ſirit, Junoque regina.* J. F. Gron.

2 *Quarum rerum*, &c. uſque *Latinorum*] Ita intelligendum arbitror, ut vel *nomine* ſubaudiatur, vel potius *clarigationem* & repetitionem ſubticeri credamus: & *condixit* & *denuntiavit* repetitionem intelligamus. *Turneb.* l. 30. c. 29.

Quarum rerum --- condixit pater patrat. --- patri patr. priſcor. Latin.] Subaudiendum ἔνεκα, annotavit Muretus. Turnebus ac libro III de Pacis & belli jure Hugo Grotius, Viri longe eminentiſſimi, has Livii voces de clarigatione accipiunt; ſic ut Turnebus quidem interpretetur, *condixit* & *denuntiavit* repetitionem rerum raptarum, Grotius vero id notet eſſe idem, quod Polybius vocat ῥύσια καταγγέλλειν. Id quod ego (præfiſcine ſit dictum) longe à vero alieniſſimum opinor. Primo enim nuſquam hic apud Livium pater patratus populi Romani denunciavit clarigationem patri patrato populi Latini. Sed nec apud alium ullum auctorem qui propiora reipubl. tempora attigit. Itaque quomodo id poterunt oſtendere? Deinde palam Livius verbis expreſſiſſimis 1, 24 patris patrati omnem operam uſumque ſolummodo dixit fuiſſe in jurejurando patrando & fœderis legibus recitandis. Et in hoc ſolo munere adhibitum fuiſſe patrem patratum novimus. At rerum repetitio omnis ſpectabat feciales. 4, 30. *Miſſi tamen feciales; nec eorum, quum more patrum jurati repeterent res, verba ſunt audita.* & 58. *Quia tempus induciarum cum Veiente populo exierat, per legatos fecialeſque res repeti cœpta.* 10, 45. *Acuit curam patribus, ut feciales mittendos ad res repetendas cenſerent; quibus non redditis, ex auctoritate patrum, juſſu populi bellum Faliſcis indictum eſt.* Denique omnia quæ ad juſti & ſolennis belli paratum requirebantur, fecialibus incumbebant. Hinc 9, 10, poſt fœdus Caudinum, Poſtumium alioſque ejus ſponſores per feciales Samnitibus reſtitui ac dedi videas. Adde 3, 25, ubi tres feciales queſtum injurias

Digitized by Google

rerum, litium, cauſarum condixit pater patratus populi Romani Quiritium patri patrato priſcorum Latinorum, hominibuſque priſcis Latinis, quas res dari, fieri, ſolvi oportuit, quas res nec dederunt, nec fecerunt, nec ſolverunt, dic, inquit ei, quem primum ſententiam rogabat, *quid cenſes?* Tum ille: *Puro pioque duello quærendas cenſeo; itaque conſentio conſciſcoque.* Inde ordine alii rogabantur: quandoque pars major eorum, qui aderant, in eandem ſententiam ibat, [1] bellum erat

injurias eunt. Plane ſimiliter ita diſtingui videas à Servio ad 12 Æn. 120. *Fæciales & pater patratus, per quos bella vel fœdera confirmabantur.* Ibidemque: *Verbena coronabantur fæciales & pater patratus, fœdera facturi vel bella indicturi.* Scilicet res bellica ad fœciales, fœdera ad patrem patratum ſpectabant. Alia Servii loca nunc omittimus. Sed & modus agendi in clarigatione id pati non poteſt. Quomodo enim ea peragebatur? nimirum, ut paulo ante dixit, legatus capite velato obteſtatus Jovem, fines, fas, fatebatur quis eſſet, tum res repetebat ac clarigabat primum in ipſo limite, tum cuicunque primo obvio, tum portam urbis ingrediens, denique forum ingreſſus, hoc eſt, ad ſenatum, qui illic fere habebatur: In illa urbe manens triginta dies, quos ad conſultandum dabat, ſi res non dedi & injurias non demi populus iſte decerneret, injuſtitiam ejus populi execratus abibat. Hæc ſunt ſolennia clarigationis. Hic finis, hoc principium. Nulla illic pars data fuit patri patrato. Quin etiam ipſa vox *condicere* eam interpretationem refutat; quæ non niſi de duobus in rem certam vel locum conſentientibus uſurpari ſolet. At ſi pater patratus Romanus repetiſſet res à patre patrato Latino; non ſtatim ſequitur hos in eadem conſentire, neque quæ alter expoſcit ac flagitat, continue alter juſta eſſe exiſtimat, eaque condicit: παραγγέλλειν, Græcis. Si videtur operæ, de verbo *condicere* inſpice librum 1 Obſervationum paternarum. Itaque reſpicit hoc loco Livius non clarigationem, ſed fœdus noviſſime inter Romanos & Latinos compoſitum. in id erant relatæ leges ex utriuſque partis conſenſu, id percuſſum erat inter patres patratos tam Romanum quam Latinum. illic iſti duo ſibi invicem condixerant nomine populi ſui certas res fieri, dari, ſolvi invicem oportere; tunc pro iis capitibus, quæ inter ipſos convenerant, ſpoponderunt mutue ſine dolo malo, utique ea tunc rectiſſime fuerunt intellecta, præſtatum iri, ut colligimus ex cap. 24 hujus libri. Nunquam alias evenit, ut patres iſti patrati ſibi certarum rerum leges condicerent. *Jac. Gron.*

1 *Bellum erat conſenſu fieri*] Diſtinctione juvandum: *bellum erat conſenſu.* hoc eſt, perinde habebatur, atque ſi omnes conſenſiſſent: decretum erat bellum, & id, quod pluribus placuiſſet, accipiebatur pro conſenſu univerſorum. Sequitur nova periodo: *Fieri ſolitum, ut fecialis.* Hoc quidem abruptum aut male nexum videtur: ſed non viſum Livio, qui ſic ſolet. lib. 3, 54 poſt verba Appii æque præciſum habes: *Factum ſenatus conſultum.* ἀντὶ τοῦ, *tum factum*, vel, *inde factum.* Lib. 26, 4. *Inde equitatu quoque ſuperior Romana res fuit. Inſtitutum, ut velites in legionibus eſſent.* Flor. tamen *conſenſum*: ut ſuſpicari poſſis illud *M* factum ex *IN* quod cum virgula poſitum eſſet *Inde*: ut fuerit: *inde fieri ſol.* J. F. Gron.

Digitized by Google

erat conſenſu fieri ſolitum; [1] ut fecialis haſtam ferratam, aut ſanguineam præuſtam ad fines eorum ferret, & non minus tribus puberibus præſentibus diceret: *Quod populi priſcorum Latinorum,* [2] *hominesque priſci Latini adverſus populum Romanum Quiritium fecerunt, deliquerunt, quod populus Romanus Quiritium bellum cum priſcis Latinis juſſit eſſe, ſenatuſque populi Romani Quiritium cenſuit, conſenſit, conſcivit, ut bellum cum priſcis Latinis fieret; ob eam rem ego populuſque Romanus populis priſcorum Latinorum, hominibusque priſcis Latinis, bellum indico facioque.* id ubi dixiſſet, haſtam in fines eorum emittebat. Hoc tum modo ab Latinis repetitæ res, ac bellum indictum: moremque
33 eum poſteri acceperunt. Ancus demandata cura ſacrorum flaminibus, ſacerdotibuſque aliis, exercitu novo conſcripto, profectus, Politorium urbem Latinorum vi cepit, ſecutuſque morem regum priorum, qui rem Romanam auxerant, hoſtibus in civitatem accipiendis, multitudinem omnem Romam traduxit. & quum circa Palatium ſedem veteres Romani, Sabini Capitolium atque arcem, Cœlium montem Albani impleſſent; [3] Aventinum novæ multitudini datum. [4] additi eodem haud ita multo poſt, [5] Tellenis Ficanaque captis, novi cives.

1 *Ut fe. haſt. ferratam, ſanguineam aut præuſtam*] Lege ex vet. lib. *aut ſanguineam præuſtam.* Sigonius.

Ut fecialis haſtam ferratam aut ſanguineam præuſtam ad fines eorum ferret] Ut ſcilicet terror ineſſet in cruento earum colore; aut ad horrorem cruentabantur. *Turneb.* lib. 8 cap. 23.

2 *Hominesve Priſci Latini*] Lege *hominesque*, quia haud ita multo poſt ait: *Populis Priſcorum Latinorum, hominibuſque Priſcis Latinis.* Et Gellius libr. 17 ex Cincio, *Quod populus Hermundulus, hominesque populi Hermunduli.* Ubi eadem verba, quæ hic uſurpantur. *Sigonius.*

3 *Aventinum nova multit. datum*] *Aventinum* bis hoc loco genere neutro uſurpavit, quod neſcio an quiſquam alius, ſed ſæpius alibi Livius. *Glareanus.* Neſcio cur Glareanus miretur Aventinum neutro genere à Livio eſſe dictum, cum Dionyſius paſſim, τὸ Ἀβεντῖνον, ἢ Ἀβεντῖνον λόφον dicat. *Sigonius.*

4 *Additi eidem haud multo poſt*] Lege cum Flor. *eodem*: id eſt, in eum collem. Sic Ovidius lib. 1 Met. *Congeſtaque eodem Non bene junctarum diſcordia ſemina rerum.* Livius lib. 2. *Et aliis, quæ fert temere flumen, eodem invectis.* J. F. Gron.

5 *Tellenis, Ficanaque*] Dionyſius Τελλήνην, & Φικουλνέαν πόλιν vocat, libri

Digitized by Google

cives. Politorium inde rurſus bello repetitum, quod vacuum occupaverant priſci Latini. eaque cauſſa diruendæ urbis ejus fuit Romanis, ne hoſtium ſemper receptaculum eſſet. Poſtremo omni bello Latino Medulliam compulſo, aliquandiu ibi marte incerto, varia victoria pugnatum eſt: nam & urbs tuta munitionibus, præſidioque firmata valido erat, & caſtris in aperto poſitis, aliquoties exercitus Latinus cominus cum Romanis ſigna contulerat. Ad ultimum omnibus copiis connixus Ancus, acie primum vincit: inde ingenti [1] præda potitus, Romam redit. tum quoque multis millibus Latinorum in civitatem acceptis; quibus ut jungeretur Palatio Aventinum, [2] ad Murciæ datæ ſedes. Janiculum quoque adjectum; non inopia loci, ſed ne quando ea arx hoſtium eſſet. id non muro ſolum, ſed etiam, ob commoditatem itineris, [3] ponte ſublicio, tum primum in Tiberi facto, conjungi urbi placuit. [4] Quiritium quoque foſſa, haud parvum munimentum à planioribus aditu locis, Anci regis opus eſt. Ingenti incremento rebus auctis, quum in tanta multitudine hominum, diſcrimine recte an perperam facti confuſo, facinora clandeſtina fierent, carcer ad terrorem increſcentis audaciæ media urbe, imminens foro, ædificatur. Nec urbs tantum hoc rege crevit, ſed etiam ager fineſque. Silva Mæſia Veientibus ademta: uſque ad mare imperium

libri vitio, pro Φυκλωνίων. Nam paulo poſt addit de defectione Fidenatium. *Sigonius.*

1 *Præda potitus*] MSS. omnes; *inde ingenti præda potens domum rediit.* Nec videtur valde diſcedere ab aliis, *Potens armis, ferro, dextra, claſſe, opibus, divitiis*, quæ paſſim leguntur. *J. F. Gron.*

2 *Ad Murtiæ datæ ſedes*] *Murciæ* videtur ſcribendum ex Feſto, qui ait: *Murcia Deæ ſacellum erat ſub monte Aventino, qui ante Murcus vocabatur.* Et Plutarch. in libr. τῶ κεφαλαίων, ἣν νῦν Μυρκίαν ἀφροδίτην καλῶσι Μυρτίαν τὸ παλαιὸν, ὡς ἔοικεν, ὠνόμαζον. *Sigonius.*

3 *Ponte ſublicio tum primum in Tiberi facto*] Vet. libr. *in Tiberim.* Itemque in Epitome: *pontem ſublicium in Tiberim fecit. Sublicium* porro *pontem* ξυλίνην γέφυραν Græci vocant, id eſt, *ligneum.* Idem.

4 *Quiritium quoque foſſa*] Feſtus. *Quiritium foſſa, quib. Ancus Marcius urbem circumdedit.* Idem.

rium prolatum, & [1] in ore Tiberis Hoſtia urbs condita: ſalinæ circa factæ, egregieque rebus bello geſtis,
34 ædes Jovis Feretrii amplificata. Anco regnante, Lucumo vir impiger, ac divitiis potens, Romam commigravit, cupidine maximè ac ſpe magni honoris, cujus adipiſcendi Tarquiniis (nam ibi quoque peregrina ſtirpe oriundus erat) facultas non fuerat. [2] Damarati Corinthii filius erat; qui ob ſeditiones domo profugus quum Tarquiniis forte conſediſſet, uxore ibi ducta duos filios genuit. Nomina his Lucumo atque Aruns fuerunt. Lucumo ſuperfuit patri bonorum omnium hæres: Aruns prior quam pater moritur; uxore gravida relicta. Nec diu manet ſuperſtes filio pater: qui quum, ignorans nurum ventrem ferre, immemor in teſtando nepotis deceſſiſſet, puero poſt avi mortem in nullam ſortem bonorum nato, ab inopia Egerio inditum nomen, Lucumoni contra omnium hæredi bonorum quum divitiæ jam animos facerent, auxit, ducta in matrimonium Tanaquil, ſummo loco nata, & quæ haud facile iis, in quibus nata erat, [3] humiliora ſineret ea quæ innu-

1 *In ore Tiberis Hoſtia urbs condita*] *Oſtia* ſcribendum. Nam Dionyſius dictam eſſe ait, quaſi θύραν, id eſt, *Oſtium*. Sigonius.

2 *Demarati Corinthii*] Ita libri omnes Latini, Græci Δημάρατος: at Capitolina monumenta *Damarati* edunt: qua ratione lib. 38. *Nicodamus*, & *Damoteles*, & alibi *Damocritus* dixit, cum tamen Græce litera η ſcribantur. *Idem.*

3 *Humiliora ſin. ea quæ innupſiſſet*] *Innubere* aliud eſſe videtur quam *enubere*. nam *enubit* ea quæ extra gentem & conditionem ſuam nubit: ut ſi libertina ab ingenuo ducatur, aut eo, qui non ſit libertinæ gentis patronus. Sic Feceniæ Hiſpalæ legimus apud Livium lib. 39 datam enuptionem gentis. At *innubere* eſſe videtur infra ſuum ordinem nubere & collocari inferiori. *Turn.* lib. 30 c. 29.

Humiliora ſineret. Ea quum innupſiſſet] Laus debetur Rhenano, qui *innupſiſſet* repoſuit pro *illi nupſiſſet*. Cum ne ſic quidem eſſent omnia ſana, Nannius loco *ſineret* reſcribebat *ſentiret*. Præſtamus conjecturam extra aleam: *ab inopia Egerio inditum nomen. Lucumoni contra, omnium hæredi bonorum, quum divitiæ jam animos facerent, auxit ducta in matrimonium Tanaquil, ſummo loco nata, & quæ haud facile iis, in quibus nata erat, humiliora ſineret ea, quæ innupſiſſet. Spernentibus Etruſcis Lucumonem. Iis*, id eſt, ea domo & gente: *ea* viciſſim domum illam gentemque quam *innupſiſſet*. Partem ſententiæ illuſtrat illud Taciti in vita Agricolæ: *idque matrimonium ad majora nitenti*

Digitized by Google

innupſiſſet. Spernentibus Etruſcis Lucumonem exule advena ortum, ferre indignitatem non potuit, oblitaque ingenitæ erga patriam caritatis, dummodo virum honoratum videret, conſilium migrandi ab Tarquiniis cepit. Roma [1] eſt ad id potiſſimum viſa. in novo populo, ubi omnis repentina atque ex virtute nobilitas ſit, futurum locum forti ac ſtrenuo viro: regnaſſe Tatium Sabinum: arceſſitum in regnum Numam à Curibus; & Ancum Sabina matre ortum, nobilemque una imagine Numæ eſſe. Facile perſuadet, ut cupido honorum, & cui Tarquinii materna tantum patria eſſet. Sublatis itaque rebus, commigrant Romam. Ad Janiculum forte ventum erat. ibi ei carpento ſedenti cum uxore, aquila ſuſpenſis dimiſſa leniter alis pileum aufert: ſuperque carpentum cum magno clangore volitans, rurſus velut miniſterio divinitus miſſa, capiti apte reponit. inde ſublimis abiit. Accepiſſe id augurium læta dicitur Tanaquil; perita, ut vulgo Etruſci, cœleſtium prodigiorum mulier. Excelſa & alta ſperare complexa virum jubet. eam alitem ea regione cœli & ejus Dei nunciam veniſſe. circa ſummum culmen hominis auſpicium feciſſe. levaſſe humano ſuperpoſitum capiti decus, ut divinitus eidem redderet. Has ſpes cogitationeſque ſecum portantes, urbem ingreſſi ſunt, domicilioque ibi comparato, [2] L. Tarquinium Priſcum edidere

re

tenti decus ac robur fuit. partem illud Statii lib. 1 Theb. *Neſcis, pater optime, neſcis, Quantus amor cauſa miſero nupſiſſe marito.* Florent. *ſineret, cum innupſiſſet*, deleto τῷ *ea.* Non male, ſi non melius. Mureti liber pro, *ſineret, ferret*, nihil differente ſenſu, ſive ſcribas, *humiliora ferret*, ſive *humitiora ſineret quæ innupſiſſet.* Fortaſſis etiam ſcripſit auctor; *quos divitiæ jam animos fecerant.* J. F. Gron.

1 *Eſt ad id potiſſimum*] Scribe: *Roma eſt ad id potiſſima viſa*, id eſt, commodiſſima ad eam ſpem perſequendam. Lib. 21. *Locum qui prope flumen ſtativis tutiſſimus eſt viſus.* Gruterus vellet deleri verbum *eſt.* non video quid ſic magnopere accedat orationis ponderi. Sub finem velim: *ut publicis pariter ac privatis conſiliis belli domique intereſſet.* Idem.

2 *L. Tarquinium Priſcum edidere nomen*] Puto vocem, *Priſcum*, inducendam eſſe, neque enim *Priſci* cognomen tulit, niſi poſtquam L. Tarquinius Superbus florere cœpit. Nam (ut

ait

re nomen. [1] Jam & Romanis conſpicuum eum novitas divitiæque faciebant: & ipſe quoque fortunam benigno alloquio, comitate invitandi, beneficiiſque, quos poterat, ſibi conciliando, adjuvabat. donec in regiam quoque de eo fama perlata eſt; notitiamque eam brevi, apud regem [2] liberaliter dextreque obeundo officia, in familiaris amicitiæ adduxerat jura, ut publicis pariter ac privatis conſiliis, bello domique intereſſet. & per omnia expertus, poſtremo tutor etiam liberis regis teſtamento inſtitueretur. Regnavit Ancus annos quatuor & viginti; cuilibet ſuperiorum regum belli paciſque & artibus & gloria par. Jam filii prope puberem ætatem erant. eo magis Tarquinius inſtare, ut quam primum comitia regi creando fierent. Quibus indictis, ſub tempus pueros venatum ablegavit. iſque primus & petiſſe ambitioſe regnum, & orationem dicitur habuiſſe ad conciliandos plebis animos compoſitam: *quum, ſe non rem novam petere: quippe qui non primus, quod quiſquam indignari mirarive poſſet, ſed tertius Romæ peregrinus regnum affectet,*

ait Dionyſius) *Priſcus* eſt appellatus, quia major natu erat, quam Superbus. Non eſt autem veriſimile ab ipſo L. Tarquinio, *Priſci* cognomen editum eſſe, verum multis poſt annis florente jam Superbo illud vulgo inveniſſe. comprobat hanc meam conjecturam, quod in veteribus libris luxatæ hæ voces ſunt, *L. Tarquinium edidere Priſcum*, ut gloſſema alicujus eſſe videatur in verba auctoris ex margine libri, ut fit, temere à librario tranſlatum. *Sigonius.*

1 *Jam & Romanis conſpicuum*] Rom. Tarviſ. Aſcenſ. ignorant à fronte duas particulas, & in proximo membro τὸ *quoque*. Mediolani primum fecerunt: *Jam Romanis conſpicuum eum novitas divitiæque faciebant, & ipſe fortunam.* hæc ſic duæ Venetæ, Bechar. Mogunt. Aldus liberalior: *Nam & Romanis conſpicuum e. n. d. f. & ipſe quoque fortunam.* Ubi τὸ *Jam* reſtituit, reliquum retinuit Frobenius; deinde omnes. At tu ſimul *Jam &*, ſimul *quoque* jube abire ἐς κόρακας. Sunt enim futilium hominum, qui Livium docere voluerunt commodius orationem connectere. Sex membranæ haudquaquam ſpernendæ, ut tres vetuſtæ, quas diximus editiones: *edidere nomen. Romanis conſpicuum eum novitas divitiæque faciebant, & ipſe fortunam.* Qui quærit alia his, malum videtur quærere. *J. F. Gron.*

2 *Liberaliter dextreque obeundo officia*] Suſpicabar *officio*. qualia multa Livio cum ex ſcriptis, tum ex ſatis probabili conjectura reſtituimus. Inveni deinde id ipſum non modo in ſchedis Gudianis. verum etiam in prima omnium per Jo. Andream facta editione: ſed Mediolani jam mutatum eſt. *Idem.*

3 *Ubi*

Digitized by Google

affectet, & Tatium non ex peregrino ſolum, ſed etiam ex hoſte regem factum. & Numam ignarum urbis, non petentem, in regnum ultro accitum. Se, ex quo ſui potens fuerit, Romam cum conjuge ac fortunis omnibus commigraſſe: majorem partem ætatis ejus, qua civilibus officiis fungantur homines, Romæ ſe quam in vetere patria vixiſſe. domi militiaque ſub haud pœnitendo magiſtro ipſo Anco rege, Romana ſe jura, Romanos ritus didiciſſe. Obſequio & obſervantia in regem cum omnibus, benignitate erga alios cum rege ipſo certaſſe. Hæc eum haud falſa memorantem, ingenti conſenſu populus Romanus regnare juſſit. Ergo virum, cætera egregium, ſecuta, quam in petendo habuerat, etiam regnantem ambitio eſt. nec minus regni ſui firmandi, quam augendæ reipublicæ memor, centum in Patres legit; qui deinde minorum gentium ſunt appellati. factio haud dubia regis, cujus beneficio in curiam venerant. Bellum primum cum Latinis geſſit, & oppidum ibi Appiolas vi cepit: prædaque inde majore, quam quanta belli fama fuerat, revecta, ludos opulentius inſtructiuſque quam priores reges fecit. Tum primum circo, qui nunc maximus dicitur, deſignatus locus eſt. loca diviſa Patribus, equitibuſque, [1] ubi ſpectacula ſibi quiſque facerent; fori appellati. Spectavere furcis duodenos ab terra ſpectacula alta ſuſtinentibus pedes. ludicrum fuit, equi pugileſque ex Etruria maxime acciti, ſolennes deinde annui manſere ludi, Romani magnique varie appellati. Ab eodem rege & circa forum privatis ædificanda diviſa ſunt loca; porticus, tabernæque factæ. Muro 36
quoque lapideo circumdare urbem parabat, quum Sabinum

1 *Ubi ſpectacula ſibi quiſque facerent*] Dionyſius Hal. lib. 3 pag. 200 de hac eadem re. Κατεσκεύασε δὲ καὶ τὸν μέγιστον τῶν ἱπποδρόμων Ταρκύνιος τὸν μεταξὺ τοῦ τε Αὐεντίνου καὶ τοῦ Παλατίου κείμενον, πρῶτος ὑποστέγους περὶ αὐτὸν ποιήσας καθέδρας. Τέως γὰρ ἑστῶτες ἐθεῶντο ἐπ' ἰκρίων, δοκοῖς ξυλίναις ὑπηρεισμένων, καὶ διελὼν τοὺς τόπους εἰς λ' φράτρας, ἑκάστῃ φράτρᾳ μοῖραν ἀπέδωκε μίαν. Auſonius in prologo de ludo ſeptem ſapientum. *Spectacula* quid hoc loco ſint, docet Fronto: *Spectacula loca ſunt, unde ſpectamus.* Henr. Valeſius.

1 *Ad*

binum bellum cœptis intervenit. Adeoque ea ſubita res fuit, ut prius Anienem tranſirent hoſtes, quam obviam ire ac prohibere exercitus Romanus poſſet. Itaque trepidatum Romæ eſt. & primo dubia victoria magna utrinque cæde pugnatum eſt. Reductis deinde in caſtra hoſtium copiis, datoque ſpatio Romanis ad comparandum de integro bellum, Tarquinius equitem maxime ſuis deeſſe viribus ratus, [1] ad Ramnes, Titienſes, Luceres, quas centurias Romulus ſcripſerat, addere alias conſtituit, ſuoque inſignes relinquere nomine. Id quia inaugurato Romulus fecerat, negare [2] Accius Navius inclitus ea tempeſtate augur, neque mutari, neque novum conſtitui, niſi aves addixiſſent, poſſe. Ex eo ira regi mota, eludenſque artem (ut ferunt) *Agedum*, inquit, *divine tu, inaugura, fierine poſſit, quod nunc ego mente concipio.* [3] Quum ille in augurio rem expertus, profecto futuram dixiſſet; *Atqui hac animo agitavi*, inquit, *te novacula cotem diſciſſurum. cape hac, & perage quod aves tua fieri poſſe portendunt.* tum illum haud cunctanter diſcidiſſe cotem ferunt. [4] Statua Accii poſita capite velato, quo in loco res acta eſt, in comitio, in gradibus ipſis ad lævam curiæ fuit: cotem quoque eodem loco ſitam fuiſſe memorant, ut eſſet ad poſteros miraculi ejus monumentum. Auguriis certe ſacerdotioque augurum tantus honos acceſſit, ut nihil

1 *Ad Ramnenſes*] MSS. *Ramnis* vel *Ramnes*. Vide ad lib. 10, 6. *J. F. Gron.*

2 *Accius Navius*] Flor. Voſſ. Helm. Rott. Gud. *Attus Navius*; qui & dein *Atti* vel *Acti* pro *Accii*. In Valerii quoque Maximi MSS. membranis lib. 1 cap. IV *Atto Navio*, deinde, *qua Actus allata*, reperi. Apud Plinium 15, 18 codex Thuan. *Atto Navigio* teſte Salmaſio Sol. 1137. Apud eundem 34, 5 membranæ Voſſii *Atinavi*. Ut ſuſpicari poſſis idem in hoc accidiſſe, quod in gentis Claudiæ principe. Sed Dionyſius Ἄττιος. *Idem.*

3 *Quum ille in augurio*] Ex Floro & Latinitatis ratione lege; *Ille augurio.* deleto *IN*. Tan. Faber.

Quum ille in augurio rem expertus] Florus maluit: *ille rem expertus augurio.* Sed utrunque poteſt ferri. *J. F. Gron.*

4 *Statua Accii capite velato*] Vet. lib. *Statua Attii poſita capite velato*: ſic libro tertio de Statua Clœliæ: *In ſumma ſacra via fuit poſita, virgo inſidens equo.* Sigonius.

Statua Accii poſita] Voſſ. Flor. Rott. Gud. ignorant τὸ *poſita*. J. F. Gron.

1 *Con-*

Digitized by Google

nihil belli domique poſtea, niſi auſpicato gereretur: [1] concilia populi, exercitus vocati, ſumma rerum, ubi aves non admiſiſſent, dirimerentur. Neque tum Tarquinius de equitum centuriis quicquam mutavit, [2] numero alterum tantum adjecit, ut mille & octingenti equites in tribus centuriis eſſent. [3] Poſteriores modo ſub iiſdem nominibus, qui additi erant, appellati ſunt: quas nunc, quia geminatæ ſunt, ſex vocant centurias.
Hac parte copiarum aucta, iterum cum Sabinis confligi- 37
tur. Sed præterquam quod viribus creverat Romanus exercitus, ex occulto etiam additur dolus, miſſis qui magnam vim lignorum in Anienis ripa jacentem, ardentem in flumen conjicerent: ventoque juvante accenſa ligna, & [4] pleraque in ratibus, impacta ſublicis quum hære-

1 *Concilia populi, exercitus vocati*] Sic videtur explicandum: comitia curiata, tributa, centuriata, hæc atque his ſimilia rerum maxima; res ſummæ & maximi momenti, non addicentibus avibus differrentur, in tempus aliud rejicerentur. Cicero 1 de divin. *Cur pulmo inciſus etiam in bonis extis dirimat tempus & proferat diem.* Lib. 2 de legib. *Quid eſt gravius, quam rem ſuſceptam dirimi, ſi unus augur, Alio die, dixerit?* J. F. Gron.

2 *Numero alterum tantum adjecit*] Hoc accipe per defectum adverſativæ *Sed.* Quicquid hic variant librarii, acceptum referendum non intellecto ab illis τῷ *alterum tantum*, quod nunc ſatis notum eſt, & ipſe Livius vindicat ſibi lib. 8. *Alterum tantum ex Latino delectu adjiciebatur.* Lib. 10. *Alterum tantum centurionibus atque equitibus.* Lib. 45. *Alterum tantum aut in bellum proximum abſumtum, aut in fuga diſſipatum.* Quare me quidem propugnantem non habebit illud Campani: *numero tantum adjecit.* Neque enim Tarquinius auxit modo centurias, ut tot haberent capita, quot mox finiuntur, ſed plane eas auxit *alterum tantum.* Aurelius Victor: *Equitum centurias numero duplicavit.* De numero non ſatis conſtat. Glareanus mavult *mille ducenti.* quod & placuit Salmaſio. Borbet. *mille & octingenti*, ſubſcribente Rhenano, & Sigonio. Sic & Flor. idque verum eſſe oſtendemus prolixe in Obſervationibus, quæ jam iterum præla exercent. *Idem.*

3 *Poſteriore modo*] Vet. lib. *Poſteriores.* Recte. ut ſit *poſteriores* equites, *qui additi erant, appellati ſunt ſub iiſdem nominibus*, id eſt, idem nomen, atque priores tenuerunt, ut poſt apertius dicam. *Sigonius.*

4 *Pleraque in ratibus impacta ſublicis*] Utcunque toleres, *ligna in ratibus*, pro lignis in rates contextis: ſed quæ *rates ſublicia*? Jam Alerienſem hoc offendit: itaque fecit *ſublicium*, & conjunxit hoc cum ſequenti *pontem.* Sed non fuit ille pons univerſus ita paratus, ur ſublicius dici poſſet. Scribendum exiſtimo: *& pleraque ratibus impacta ſublicisque cum hærerent, pontem ſuccendunt.* Intellige rates ſublicaſque ipſius pontis, qui, ut adſolet, parte aliqua adactis in flumen ſublicis, parte contextis ratibus conſtabat, ad quas utraſque ardentia illa ligna ſecundo amne miſſa, impacta hæſere.

Digitized by Google

hærerent, [1] pontem ſuccendunt. Ea quoque res in pugna terrorem attulit Sabinis. [2] Effuſis eadem fugam impediit: multique mortales quum hoſtem effugiſſent, in flumine ipſo periere: quorum fluitantia arma ad urbem cognita in Tiberi, prius penè, quam nunciari poſſet, inſignem victoriam fecere. Eo prœlio præcipua equitum gloria fuit. utrinque ab cornibus poſitos, quum jam pelleretur media peditum ſuorum acies, ita incurriſſe ab lateribus ferunt, ut non ſiſterent modo Sabinas legiones ferociter inſtantes cedentibus, ſed ſubito [3] in fugam verterent. Montes effuſo curſu Sabini petebant, & pauci tenuere; maxima pars, ut ante dictum eſt, ab equitibus in flumen acti ſunt. Tarquinius inſtandum perterritis ratus, præda captiviſque Romam miſſis, ſpoliis hoſtium (votum id Vulcano erat) ingenti cumulo accenſis, pergit porro in agrum Sabinum exercitum inducere: & quanquam male geſta res erat, nec geſturos melius ſperare poterant, tamen quia conſulendi res non dabat ſpatium, iere obviam Sabini tumultuario milite. iterumque ibi fuſi, perditis jam prope rebus pacem pe-
38 tiere. [4] Collatia, & quicquid circa Collatiam agri erat, Sabinis

hæſere. Lib. 23. *Quia muro ſatis per ſe alto ſubjectu validis ſublicis pro ſolo uſus erat.* J. F. Gron.

1 *Pontem incendunt*] Vet. lib. *Succendunt*, aptius: nam inquit accenſa ligna in flumen eſſe conjecta, quibus pons conflagravit. *Sigonius.*

2 *Effuſis eadem fugam impediit*] Sic quidem MSS. omnes. Sed quum nuſquam voce *effuſus* pro ſimplice utatur, ſemperque ea vel exercitus (quem prius concuſſum & à gradu motum retulit) in fuga feſtinationem, vel victoris cum ardenti impetu inſtantiam ſignificet Livius, omnino crediderim ſcripſiſſe: *Ea quoque res in pugna terrorem attulit Sabinis, & fuſis eadem fugam impediit.* Vides 7, 33 ita *effluere* factum pro *& fluere*. Et ab hoc ipſo corruptelæ modo memini me aliquando patri oſtendiſſe damnum Senecæ in Hercule Fur. 237.

Utrimque montes ſolvit, ac rupto objice
Latam ruenti fecit oceano viam.

Vulgatur *abrupto*: & ſecundæ editioni operantem video admiſiſſe. *Jac. Gron.*

3 *In fugam verterent*] Voſſ. 1. *converterent*, alter *adverterent*, ſed Pall. Flor. Helm. Rott. Gud. *averterent*. J.F.Gron.

4 *Collatia & quicquid circa Collatiam agri erat*] Flor. Voſſ. ut Rhen. & Campanus, *citra*, quod etiam Gruterus probat. Forte & τὸ *Collatiam* ſpurium. Sic paſſim *quod circa eſt*. lib. 4, 23. 34, 29. *Idem.*

1 *Dedi-*

Sabinis ademptum. Egerius (fratris hic filius erat regis) Collatiæ in præſidio relictus. deditoſque Collatinos ita accipio, eamque deditionis formulam eſſe. Rex interrogavit, *Eſtiſne vos legati oratoreſque miſſi à populo Collatino, ut vos populumque Collatinum dederetis? Sumus. Eſtne populus Collatinus in ſua poteſtate? Eſt.* [1] *Deditiſne vos populum Collatinum, urbem, agros, aquam, terminos, delubra, utenſilia, divina humanaque omnia, in meam populique Romani ditionem? Dedimus. At ego recipio.* Sabino bello perfecto Tarquinius triumphans, Romam rediit. inde priſcis Latinis bellum fecit. ubi nuſquam ad univerſæ rei dimicationem ventum eſt. Ad ſingula oppida circumferendo arma, nomen omne Latinum domuit. Corniculum, [2] Ficulnea vetus, Cameria, Cruſtumerium, Ameriola, Medullia, Nomentum, hæc de priſcis Latinis, aut qui ad Latinos

1 *Deditis ne vos, populumque Collatinum, urbem, agros*] Vet. lib. *Populum Collatinum: Vos* enim vocandi caſus eſt, non nominandi, ut intelligunt ii, qui *populumque Collatinum* emendarunt. Quod ex deditione Campanorum colligi poteſt libr. 7 ubi ait: *Itaque populum Campanum, urbemque Capuam, agros, delubra deum, divina, humanaque omnia in veſtram P. C. populique Romani ditionem dedimus*, non: *Nos populumque Campanum*. Sigonius.

Deditiſne vos populum Collatinum] Flor. S. Marci, *populumque*. Idem video ex Voſſ. 1, Rott. Gud. (a patre annotatum: habentque editi ante Manutium an. 1566. Sane ex prioribus hujus formulæ verbis apparet voluiſſe Ancum, ut & legati directo ac ſingulatim ſeſe ipſos dederent, quum rogavit, eſſentne miſſi, ut ſe populumque Collatinum dederent: cui quæſtioni jam hæc ſecundas facit. Tanquam è numero populi eſſent exempti, quamdiu ſacroſancti & in legatione erant. Similiter legati ad Matrem Idæam petendam Delphis conſuluerunt, ad quod negotium miſſi erant, perficiendi ejus quam ſpem *ſibi populoque Rom.* portenderet numen, 29, 11. Item hæc particula exulat ab lib. 1 cap. 24, ubi præfert editio prima: *rex, faciſne me tu regium nuncium populique Romani.* Sic enim reponendum credo, ut inde ſimul diſcamus morem repetendi, qui traditur 1, 32, non tam eum eſſe, qui ab Anco inſtitutus eſt, quam qui in libera republica uſurpatus fuit: alioqui namque non dixiſſet *publicum nuncium populi Romani*, ſed *regium populique Romani.* Quomodo etiam cap. 24 ait rex, *quod ſine fraude mea populique Romani Quiritium fiat, facio.* His adde 5, 21. Præterea idem Flor. S. Marci *Et ego recipio*, idque habent cum aliis MSS. editi quoque uſque ad Hervagium an. 1555. *Jac. Gron.*

2 *Ficulnea vetus*] Dionyſius etiam hoc loco mendoſe habet Φιδήνην, pro Φικούλνην, ut ſupra: ita ut *Ficanam*, & *Ficulneam* eandem eſſe civitatem intelligere videatur. Varro quidem in libro de lingua Lat. *Fidenates* & *Ficulneates* ſuburbanos populos vocat. *Sigonius.*

3 *Clau-*

Digitized by Google

tinos defecerant, capta oppida. Pax deinde facta. Ma-
jore inde animo pacis opera inchoata, quam quanta mo-
le geſſerat bella: ut non quietior populus domi eſſet,
quam militiæ fuiſſet. Nam & muro lapideo, cujus exor-
dium operis Sabino bello turbatum erat, urbem, qua
nondum munierat, cingere parat: & infima urbis loca
circa forum aliaſque interjectas collibus convalles, quia
ex planis locis haud facile evehebant aquas, [1] cloacis
è faſtigio in Tiberim ductis ſiccat: & aream ad ædem
in Capitolio Jovis, quam voverat bello Sabino, jam
præſagiente animo futuram olim amplitudinem loci, oc-
39 cupat fundamentis. Eo tempore in regia prodigium vi-
ſu eventuque mirabile fuit. Puero dormienti, cui Ser-
vio Tullio nomen fuit, caput arſiſſe ferunt multorum
in conſpectu. Plurimo igitur clamore inde ad tantæ rei
[2] miraculum orto, excitos reges. & quum quidam fami-
liarium aquam ad reſtinguendum ferret, ab regina re-
tentum:

1 *Cloacis è faſtigio in Tiberim ductis*] Andr. Helm. Voſſ. m. p. Fl. *è cloacis faſtigio*. Bec. Aſc. Mog. ignorant præpoſitionem. in Junta demum tranſpoſitam invenio, & ſecutos omnes. Sed omnino tollenda eſt. *Ducere faſtigio* eſt per proclive ducere. Lib. 27. *Suberat & altera inferior ſubmiſſa faſtigio planicies*. Lib. 44. *Per proclive ſumpto faſtigio longi duo validi aſſeres, ex inferiore parte in terra defigebantur*. Cæſar. lib. 2 Gall. *is collis in fronte leniter faſtigatus paulatim ad planiciem redibat*. Ubi q. MSS. *caſtigatus*, ſed juxta corrupti, ac vulgati Melæ 1, 4. *Media præcipue in juga exſurgens, pergit incurva ad occaſum, caſtigatque ſe molliter, & ideo ex ſpatio paulatim adductior*. Scribendum, *faſtigatque*. Ut eodem lib. cap. 19. *Qua ad lævam & dextram abſceſſit, mollibus faſtigiis, donec anguſtos utrimque angulos faciat, inflectitur*. Lib. 2, 1. *Poſt ſpatioſa modice paulatim ſe ipſa faſtigat, & quaſi in mucronem longa colligens latera*. Cæſar lib. 4 Gall. *Tigna non ſublica modo directa ad perpendiculum, ſed prona ac faſtigata, ut ſecundum naturam fluminis procumberent*. Lib. 7. *Exiguum loci ad declivitatem faſtigium magnum habet momentum*. Silius Italicus in ſcita deſcriptione naſſæ, quam *Ore levem patulo* piſcator, ſed *cautius interiora ligat, mediamque per alvum Senſim faſtigans, compreſſa cacumina nectit*, lib. 5 Pun. Ita non tantum, quæ ex depreſſis in anguſtius edita, ſed etiam quæ ex lato contractiora fiunt in rectum, *faſtigata* dicuntur. Fallitur Barthius, quum *faſtigiatus* dici vult lib. 57 adver. cap. 11. *J. F. Gron.*

2 *Miraculum orto, excitum regem*] Flor. Voſſ. Helm. *excitos reges*. id quod è ſuo quoque notavit Muretus: quaſi rex & regina intelligantur. Sic Virgilio, *ſoceri* pro ſocero & ſocru. Et Novell. Juſtiniani 22. τοῖς πατράσι, id eſt, patri & matri; quæ appoſuerat Muretus. Ita Senecæ: *ſceptriferi Tonantes* Jupiter & Juno: & *ſoceris ſponte volentibus*, ſocero & ſocru. *Idem.*

3 *Sedato-*

tentum : [1] ſedatoque eam tumultu, moveri vetuiſſe puerum; donec ſua ſponte experrectus eſſet. Mox cum ſomno & flammam abiiſſe. Tum abducto in ſecretum viro Tanaquil, [2] *Viden tu puerum hunc*, inquit, *quem tam humili cultu educamus? Scire licet hunc lumen quondam rebus noſtris dubiis futurum, præſidiumque regiæ afflictæ. proinde materiem ingentis publice privatimque decoris, omni indulgentia noſtra nutriamus.* Inde puerum liberûm loco cœptum haberi, erudirique artibus, quibus ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur. Evenit facile, quod Diis cordi eſſet. Juvenis evaſit vere indolis regiæ. nec quum quæreretur gener Tarquinio, quiſquam Romanæ juventutis ulla arte conferri potuit. Filiamque ei ſuam Rex deſpondit. Hic quacunque de cauſa tantus illi honos habitus, credere prohibet ſerva natum eum, parvumque ipſum ſerviſſe. Eorum magis ſententiæ ſum, qui Corniculo capto Servii Tullii, qui princeps in illa urbe fuerat, gravidam viro occiſo uxorem, quum inter reliquas captivas cognita eſſet, ob unicam nobilitatem ab regina Romana prohibitam ferunt ſervitio: partum Romæ edidiſſe, in Priſci Tarquinii domo. Inde tanto beneficio, & inter mulieres familiaritatem auctam, & puerum ut in domo à parvo eductum, in charitate atque honore fuiſſe: fortunam matris, quod capta patria in hoſtium manus venerit, ut ſerva natus crederetur, feciſſe.
40 Duodequadrageſimo ferme anno, ex quo regnare cœperat Tarquinius, non apud regem modo, ſed apud Patres plebemque longe maximo honore Servius Tullius

1 *Sedatoque jam tumultu moveri vetuiſſe*] Quem vetuiſſe? ſcribe: *ſedatoque eam tumultu.* Nempe reginam. Hoc deerat orationi: at τὸ *jam* prorſus ſupereſt. Non enim intervallum fuit inter ſedatum tumultum & interdictum reginæ, quaſi poſtquam tumultum compreſſiſſet, tum demum vetuiſſet puerum moveri: ſed illa ſtatim ut intervenit, verbo ſimul juſſit quieſcere familiares & puerum intactum relinqui. *J. F. Gron.*

2 *Videſne tu puerum*] Flor. *viden tu puerum hunc?* Alterum ſubjecerunt interpretes. Infra hoc libro: *Satin ſalva?* Lib. 2. *Satin magnam ſpreti numinis haberet mercedem?* Idem.

Digitized by Google

lius erat. Tum Anci filii duo, etſi antea ſemper pro indigniſſimo habuerant, ſe patrio regno tutoris fraude pulſos; regnare Romæ advenam, [1] non modo civicæ, ſed ne Italicæ quidem ſtirpis, tum impenſius his indignitas creſcere, ſi ne ab Tarquinio quidem ad ſe rediret regnum, ſed præceps inde porro ad ſervitia caderet: ut in eadem civitate poſt centeſimum fere annum, quam Romulus Deo prognatus, Deus ipſe, tenuerit regnum, donec in terris fuerit, id ſervus ſerva natus poſſideat. tum commune Romani nominis, tum præcipue id domus ſuæ dedecus fore, ſi Anci regis virili ſtirpe ſalva, non modo advenis, ſed ſervis etiam regnum Romæ pateret. Ferro igitur eam arcere contumeliam ſtatuunt. Sed & injuriæ dolor in Tarquinium ipſum magis quam in Servium eos ſtimulabat: [2] & quia gravior ultor cædis, ſi supereſſet, Rex futurus erat, quam privatus: tum, Servio occiſo, quemcunque alium generum delegiſſet, eundem regni hæredem facturus videbatur. Ob hæc ipſi regi inſidiæ parantur. Ex paſtoribus duo ferociſſimi delecti

1 *Non modo vicinæ, ſed ne Italicæ*] Lege cum MSS. & Aldo: *non modo civicæ, ſed ne Italicæ quidem ſtirpis.* Hoc ipſum dicit lib. 4. *Deinde Tarquinium non Romanæ modo, ſed ne Italicæ quidem ſtirpis.* Sic *motus civicus* Horatio, Silio *civica invidia*, Floro *furorem civicum caſtigat Oceanus.* Et *civica* paſſim *corona*. J. F. Gron.

2 *Et quia grav. &c. tum quia Servio occiſo*] Vet. lib. *Et quia Servio occiſo*, atque ita ſine controverſia legendum eſt: nam hæc eſt altera ratio, quæ priorem ſubſequitur, quæ erat. *Et quia gravior ultor cædis.* Itaque apte altera alteri nunc reſpondet. *Sigonius.*

Et quia gravior ultor, &c.] Tres ponit cauſas, cur commune in Tarquinium & Servium odium illius cæde quam hujus maluerint exſequi: Tarquinius erat auctor injuriæ, quam putabant: idem certior vindex occiſi alterius ſuperſtes: idem regni in quemvis alium generum transferendi potens. Has pronunciat ita ſermone illo ſuo erudito Livius, ut ſatis intelligantur cauſæ, etſi nuſpiam particula cauſalis allinatur. Itaque tantum abeſt, ut pannucea Baucis codicis Sigoniani debeat audiri cum ſuo: *& quia Servio occiſo:* ut etiam ſuperius, ubi habent libri omnes τὸ *quia*, caſtigandi ſint, & inducenda particula. Nihil eſt enim, quod ei reſpondeat. Verbum *ſtimulabat*, quod poſſet ſubaudiri, requirebat τὸ *quod*, non, *quia*, ſi tali ullo ſubſidio opus foret. Verum Livii fuit: *Sed & injuriæ dolor in Tarquinium ipſum magis quam in Servium eos ſtimulabat: & gravior ultor cædis, ſi supereſſet, rex futurus erat quam privatus: tum Servio occiſo, quemcunque alium generum delegiſſet, eundem regni hæredem facturus videbatur.* J. F. Gron.

1 *Dum*

Digitized by Google

lecti ad facinus, quibus conſueti erant uterque agreſti-
bus ferramentis; in veſtibulo regiæ quam potuere tu-
multuoſiſſime, ſpecie rixæ in ſe omnes apparitores re-
gios convertunt, inde, quum ambo Regem appella-
rent, clamorque eorum penitus in regiam perveniſſet,
vocati ad Regem pergunt. Primo uterque vociferari,
& certatim alter alteri obſtrepere. coërciti ab lictore, &
juſſi invicem dicere, tandem obloqui deſiſtunt. Unus
rem ex compoſito orditur. [1] Dum intentus in eum ſe
Rex totus averteret, alter elatam ſecurim in caput deje-
cit: relictoque in vulnere telo, ambo ſe foras ejiciunt.
Tarquinium moribundum quum qui circa erant, exce- 41
piſſent, illos fugientes, lictores comprehendunt. cla-
mor inde, concurſuſque populi, mirantium quid rei eſ-
ſet. Tanaquil inter tumultum claudi regiam jubet, ar-
bitros ejicit: ſimul quæ curando vulneri opus ſunt, tan-
quam ſpes ſubeſſet, ſedulo comparat: ſimul ſi deſtituat
ſpes, alia præſidia molitur. Servio propere accito, quum
penè exſanguem virum oſtendiſſet; dextram tenens, o-
rat, ne inultam mortem ſoceri, ne ſocrum inimicis lu-
dibrio eſſe ſinat. *Tuum eſt*, inquit, *Servi, ſi vir es, regnum:
non eorum qui alienis manibus peſſimum facinus fecere. Erige
te, Deoſque duces ſequere, qui clarum hoc fore caput divino
quondam circumfuſo igni portenderunt. Nunc te illa cœleſtis ex-
citet flamma.* [2] *nunc expergiſcere vere. Et nos peregrini regna-
vimus. Qui ſis, non unde natus ſis, reputa. Si tua re ſubita
conſilia torpent, at tu mea ſequere.* Quum clamor impetuſ-
que multitudinis vix ſuſtineri poſſet, ex ſuperiore parte
ædium per feneſtras in novam viam verſas (habitabat
enim Rex ad Jovis Statoris) populum Tanaquil alloqui-
tur: Jubet *bono animo eſſe, ſopitum fuiſſe regem ſubito ictu.
ferrum*

1 *Dum intentus in eum ſe rex totus a-
verteret*] Scribe: *Quum intentus.* Nam
illa particula poſita dicendum foret,
Dum ſe avertit. J. F. Gron.

2 *Nunc expergiſcere vere*] Vet. *ex-
pergiſcere quia vere.* Scribe: *nunc exper-
giſcere. Quid verere? Et nos peregrini re-
gnavimus.* Franc. Sanctius.

Digitized by Google

ferrum haud alte in corpus deſcendiſſe. jam ad ſe rediſſe. Inſpe-
ctum vulnus abſterſo cruore. omnia ſalubria eſſe. confidere prope-
diem ipſum eos viſuros. Interim Servio Tullio jubere populum
dicto audientem eſſe. Eum jura redditurum, [1] *obiturumque alia*
regis munia. Servius cum trabea & lictoribus prodit; ac
ſede regia ſedens alia decernit, de aliis conſulturum ſe re-
gem eſſe ſimulat. Itaque per aliquot dies, quum jam
exſpiraſſet Tarquinius, celata morte, per ſpeciem alienæ
fungendæ vicis, ſuas opes firmavit. [2] tum demum pa-
lam facto, & comploratione in regia orta, Servius præ-
ſidio firmo munitus, primus injuſſu populi, voluntate
Patrum regnavit. Anci liberi jam tunc comprehenſis
ſceleris miniſtris, ut vivere regem, & tantas eſſe opes
Servii nunciatum eſt, Sueſſam Pometiam exulatum ie-
42 rant. Nec jam publicis magis conſiliis Servius quam pri-
vatis munire opes. & ne qualis Anci liberûm animus ad-
verſus Tarquinium fuerat, talis adverſus ſe Tarquinii
liberûm eſſet, duas filias juvenibus regiis, Lucio atque
Arunti

1 *Obiturumque alia regis munia*] Flor. S. Marci, Rott. Voſſ. uterque, Gud. apponunt *eſſe:* nec quia paulo ante præcedit, delendum fuit, quum Livius in orationibus crebram ejus repetitionem amare videatur. 5, 11. *Præjudicium jam de reis factum eſſe: nam & SCto eos ab republ. remotos eſſe, & recuſantes coërcitos eſſe.* 4, 2. *Iterum conceſſum eſſe. finem non fieri. non poſſe in eadem civitate tribunos plebis & patres eſſe. aut hunc ordinem aut illum mag. tollendum eſſe.* Et paſſim id obſerves licet. *Jac. Gron.*

2 *Tum demum palam factum. Et comploratione in regia orta*] Neſcio cur veterem lectionem immutaverit Rhenanus: *Tum demum palam facta ex comploratione in regia orta*, cum ſit ſenſus: Servius celata morte regis opes ſuas firmavit, tum demum palam facta ex comploratione in regia orta regnavit. *Sigonius.*

Tum demum palam facta ex comploratione] Rhenanus invito Sigonio: *factum & comploratione:* Gruterus, *factum ex comploratione:* Freinshemius, *facta ex comploratione in regia orta morte.* Sed optimorum & Pall. & Gall. Florentinorumque eſt: *Tum demum palam facto, & comploratione in regia orta.* Vide Diatr. ad Statii Silvas cap. 48 lib. 22. *Quod ſatis erat in uſum, ſublato, cæterum omne incenſum.* Lib. 25. *Et ne ibi quidem nuntiato, quo pergerent, tantum convocatos milites monuit.* Lib. 30. *Velut debellato, quod ad Syphacem Carthaginienſeſque attineret.* Cæſar 7 Gall. 52. *Expoſito, quid iniquitas loci poſſit, quid ipſe ad Avaricum ſenſiſſet.* Ita membr. Andibus bonæ fidei. Vulgatus, *expoſuit.* Liv. 22, 55. *Et nondum palam facto vivi mortuique per omnes pæne domos complorarentur.* Ubi etiam vulgo vitiatum erat. *J. F. Gron.*

1 *Aggre-*

Digitized by Google

Arunti Tarquiniis, jungit. Nec rupit tamen fati neceſ-
ſitatem humanis conſiliis, quin invidia regni etiam inter
domeſticos infida omnia atque infeſta faceret. Perop-
portune ad præſentis quietem ſtatus bellum cum Veien-
tibus (jam enim induciæ exierant) aliiſque Etruſcis
ſumptum. In eo bello & virtus & fortuna enituit Tul-
lii. fuſoque ingenti hoſtium exercitu, haud dubius
Rex, ſeu Patrum, ſeu plebis animos periclitaretur, Ro-
mam rediit. [1] Aggrediturque inde pacis longe maxi-
mum opus. Ut quemadmodum Numa divini auctor
juris fuiſſet, ita Servium conditorem omnis in civita-
te diſcriminis, ordinumque, quibus inter gradus digni-
tatis fortunæque aliquid interlucet, poſteri fama fer-
rent. [2] Cenſum enim inſtituit, rem ſaluberrimam tan-
to futuro imperio: ex quo belli paciſque munia non
viritim, ut ante, ſed pro habitu pecuniarum fierent.
Tum claſſes, centuriaſque, & hunc ordinem ex cen-
ſu deſcripſit, vel paci decorum, vel bello. Ex iis, qui 43
centum millium æris, aut majorem cenſum haberent,
LXXX confecit centurias, quadragenas ſeniorum ac ju-
niorum. Prima claſſis omnes appellati. Seniores, ad
urbis cuſtodiam ut præſto eſſent: Juvenes, ut foris bel-
la gererent. arma his imperata, [3] galea, clypeum, o-
creæ, lorica, omnia ex ære. hæc ut tegumenta corporis
eſſent. Tela in hoſtem, haſtaque & gladius. Additæ
huic claſſi duæ fabrûm centuriæ, quæ ſine armis ſtipen-
dia facerent. datum munus, ut machinas in bello fer-
rent.

1 *Aggrediturque inde pacis*] Sic jam Andreas. Sed ſex membranæ me docuerunt ſcribendum: *Aggrediturque inde ad pacis longe maximum opus.* Recte. Sic enim & Cicero pro Muræna, *Cæterorumque ornamentorum omnium, quibus fretum ad conſulatus petitionem aggredi par eſt.* Plinio de natura: *Sed antequam aggredior ad ea, quæ à te diſputata ſunt, de te ipſo dicam, quid ſentiam.* Et ſæpe. *J. F. Gron.*

2 *Cenſum enim inſtituit, rem ſaluberrimam*] Cenſus dicebatur æſtimatio rerum ac bonorum facta, ſecundum quam tributa ſolvebantur. Neque unquam quod ſciam, veteres auctores pro annuo proventu uſurparunt, ut nunc vulgus Juriſperitorum ſolet. *Glareanus.*

3 *Galea, clypeus, ocrea*] Flor. & Helm. *clypeum*, qua forma ſæpe Livius alibi. *J. F. Gron.*

 1 *Cor-*

rent. Secunda claſſis intra centum uſque ad quinque & ſeptuaginta millium cenſum inſtituta. & ex his ſenioribus, junioribuſque viginti conſcriptæ centuriæ: arma imperata, ſcutum pro clypeo, & præter loricam omnia eadem. Tertiæ claſſis in quinquaginta millium cenſum eſſe voluit. totidem centuriæ & hæ; eodemque diſcrimine ætatum factæ: nec de armis quicquam mutatum; ocreæ tantum ademptæ. In quarta claſſe cenſus quinque & viginti millium, totidem centuriæ factæ. arma mutata, nihil præter haſtam & verutum datum. Quinta claſſis aucta, centuriæ triginta factæ: fundas, lapideſque miſſiles hi ſecum gerebant. in his accenſi, [1] cornicines, tibicineſque [2] in tres centurias diſtributi. Undecim millibus hæc claſſis cenſebatur. Hoc minor cenſus reliquam multitudinem habuit. inde una centuria facta eſt immunis militia. Ita pedeſtri exercitu ornato, diſtributoque, [3] equitum ex primoribus civitatis XII ſcripſit centurias. [4] Sex item alias centurias, tribus

1 *Cornicines, tibicineſque*] Vet. lib. *Tubicineſque*: Egregie. Dionyſius enim ubi hac de re agit, vertit, *σαλπικτάς*. *Sigonius.*

2 *In tres centurias diſtributi*] Malim, *in duas*, ut ſcribit Dionyſius, ut centuriæ omnes ſint CXCIII numero impari, ut concipit Dionyſius, non CXCIV. *Idem.*

3 *Equitum ex primoribus civitatis XII ſcripſit centurias: ſex item alias*, &c. *quibus inaugurata erant, nominibus fecit*] Ex his verbis centurias colligit Glareanus XV, cum ſint XVIII: tres enim veteres tantum auctas eſſe putare videtur, cum ex tribus ſex factas eſſe Livius intelligat. Hac enim de re ſic ait in Priſco: *Tarquinius equitem maxime ſuis deeſſe viribus ratus, ad Ramnenſes, Tatienſes, Luceres, quas centurias Romulus ſcripſerat, addere alias conſtituit, ſuoſque inſignes relinquere nomine.* & paulo poſt: *Neque tum Tarquinius de equitum centuriis quicquam mutavit, numero tantum alterum adjecit, ut mille DCCC equites in tribus centuriis eſſent: poſteriores modo ſub iiſdem nominibus, qui additi erant appellati ſunt quos nunc, quia geminatæ ſunt, ſex vocant centurias.* Hæc ibi. Geminavit autem eas Tullius, ita ut ex tribus ſex faceret, ſed ſub iiſdem nominibus. Quo efficiebatur, ut primi eſſent & ſecundi Ramnenſes, primi & ſecundi Tatienſes, & Luceres. Quod Feſtus etiam docet, qui libro 17 ait ita: *Civitas Romana in ſex diſtributa erat partes, in primos, ſecundos Tatienſes, Ramnenſes, & Luceres.* Dionyſius item decem & octo centurias à Tullio factas ſcribit, non quindecim. *Idem.*

4 *Sex item alias centurias, tribus ab Romulo inſtitutis*] Excidit particula monoſyllaba, & ſcribendum: *fecit è tribus ab Romulo inſtitutis.* Intellige, quod prætermiſit Livius, & ab Tarquinio auctis. Sed de hoc quoque loco, quod ſatis ſit, in Obſervationibus:

Digitized by Google

tribus ab Romulo inſtitutis, ſub iiſdem, quibus inauguratæ erant nominibus fecit. Ad equos emendos dena millia æris ex publico data. [1] & quibus equos alerent, viduæ attributæ, quæ bina millia æris in annos ſingulos penderent. Hæc omnia in dites à pauperibus inclinata onera. Deinde eſt honos additus. non enim (ut ab Romulo traditum, cæteri ſervaverant Reges) viritim ſuffragium eadem vi, eodemque jure promiſcue omnibus datum eſt: ſed gradus facti, ut neque excluſus quiſquam ſuffragio videretur, & vis omnis penes primores civitatis eſſet. Equites enim vocabantur primi: [2] LXXX inde primæ claſſis centuriæ; [3] ibi ſi variaret, quod raro incidebat, ut ſecundæ claſſis vocarentur: nec fere unquam infra ita deſcenderent, ut ad infimos pervenirent. [4] Nec mirari oportet, hunc ordinem, qui nunc eſt,

bus: neque enim attenti hic interpretes. *J. F. Gron.*

1 *Et quibus equos alerent, viduæ attributa*] Cenſeo Livium edidiſſe: *& qui equos alerent*, Id eſt, ut haberent in ſumtum, quo alerent equites. Sic enim loquebantur. Plautus Trinummo: *Habemus & qui noſmet utamur.* Pro quo Terentius in Adelphis: *unde utatur.* Cicero lib. 11 ad Att. ep. 11. *Id quoque velim cum illa videas, ut ſit qui utamur.* & lib. 13 ep. 13. *Habere qui utar.* Vide de pec. vet. 2, 7. *Idem.*

2 *Octoginta inde primæ claſſis centuriæ primum peditum vocabantur; ibi*] Voces hæ, *Primum peditum vocabantur*, perſpicue gloſſema ſunt ejus, qui locum hunc in margine libri interpretatus eſt: id quod non ſolum ſupervacanea repetitio vocis, *Vocabantur*, ſed etiam veterum aliquot librorum auctoritas comprobat, à quibus abſunt ejuſmodi voces. Accedit, quod ſi tollantur, multo venuſtior ipſa oratio redditur. *Sigonius.*

3 *Ibi ſi variaret, quod raro incidebat, ut, &c. ad infimos pervenirent*] Glareanus hoc loco deſiderari aliquid cenſet, quaſi vero hæc ſententia futura fuerit, Ibi ſi variaret, tum efficiebatur, ut ſecundæ claſſis centuriæ vocarentur. neque intelligit totam hanc orationem altius initium ducere; inquit enim: *Gradus facti, ut neque excluſus quiſquam ſuffragio videretur, & vis omnis penes primores civitatis eſſet: equites enim vocabantur primi, octoginta inde primæ claſſis centuriæ. Ibi ſi variaret, quod raro incidebat, alter gradus nimirum fuit, ut ſecundæ claſſis centuriæ vocarentur.* Hunc ſenſum cum vetuſtiores, aut librarii, aut emendatores, non percepiſſent, deinde, *Deſcenderent*, pro *Deſcenderunt*, ſcripſere. Eſt autem nova quaſi res addenda ita: *Quod ad tertiam & reliquas claſſes attinet, nunquam ita infra deſcenderunt, ut ad infimos pervenirent.* Id quod Dionyſius prope *ἀδύνατον* fuiſſe ſcribit ita: *τοῦτο δ' ἦν σπάνιον, καὶ οὐ μακρὰν ἀπεῖχεν τοῦ ἀδυνάτου. Idem.*

4 *Nec mirari oportet, hunc ordinem, qui nunc eſt, &c. ad inſtitutam ab Ser. Tullio ſummam non convenire*] Senſus eſt, Servius Tullius omnem populum in IV tribus deſcripſit, idem eundem

Digitized by Google

eſt, poſt expletas quinque & triginta tribus, duplicato earum numero, centuriis juniorum ſeniorumque, ad inſtitutam ab Servio Tullio ſummam non convenire. 1 quadrifariam enim urbe diviſa regionibus collibuſque, quæ

dem in centurias CXCIII. Subſequentibus autem temporibus, inquit, cum populus ita creverit, ut XXXV tribus expletæ ſint, centuriarum etiam numerus duplicatus eſt. Quare mirandum non eſt, hunc ordinem centuriarum, qui nunc eſt, ad ſummam Ser. Tullii inſtitutam non convenire. *Sigonius.*

Nec mirari, &c. hunc ordinem, qui nunc eſt] Hic locus difficillimus eſt. Certum eſt à Servio Tullio urbem Romam in quatuor diviſam eſſe regiones, Palatium, Suburam, Eſquilias, & Gollinam, à collibus ita dictas. Ad hæc quatuor urbis tribus conſtituit, quæ ad id tempus tres fuerant, ut ait Dionyſ. Halic. lib. 4 pag. 219. Hæ tres tribus, in quas initio ager Romanus tributus fuit à Romulo, ſunt Tatienſes, Ramnenſes & Luceres, ut diſerte ait Varro 4 de L. L. pag. 14. qui locus prorſus id dicit, quod Dionyſius, additque *quintam*, *quod ſub Roma Romilia* dicit. Ea ſuburbana tribus dici forte poſſit. Ruſticas idem Tullius tribus præterea inſtituit XXVI, ut Fabius ſcribit. Itaque XXX tribus factæ ſunt, quod Cato etiam teſtatur, licet Venones XXXI fuiſſe ſcribat regnante Tullio. Hæc Dionyſius eo loco. Plutarchus in Romulo: Φυλὰς δὲ τρεῖς καταστήσαντες ὠνόμασαν τὴν μὲν ἀπὸ Ῥωμύλου Ῥαμνήνσης, τὴν δὲ ἀπὸ Τατίου Τατιήνσης. τρίτην δὲ Λουκερήνσης διὰ τὸ ἄλσος. At Livius pag. 10 has non tribus, ut Varro & Plutarchus, ſed *centurias* equitum appellat. Idem Livius in hiſtoria de Navio Augure equitum centurias vocat, quas Dionyſius lib. 4 φυλὰς ἑτέρας ἀποδεῖξαι νέας ἐκ τῶν ὑπ' αὐτοῦ κατειλημμένων ἱππέων. Feſtus in Navia *tribus* appellat. Valerius tamen Maximus lib. 1 cap. 4 *centurias* equitum cum Livio nominat. Mirum tamen eſt Dionyſium velut ſui oblitum ex lib. 7 pag. 469 in hiſtoria Coriolani XXI duntaxat tribus tum fuiſſe Romæ ſcribere. Non omittendum, quod ait Valerius Maximus lib. 2 cap. 1 de Fabio Maximo. *Idem cenſor cum P. Decio ſeditionis finiendæ gratia, quia comitia in humillimi cujuſque poteſtatem redacta ceſſerant, omnem forenſem turbam in quatuor tantummodo tribus deſcripſit, eaſque urbanas appellavit.* Atqui ante Fabium urbs in 4 tribus erat diviſa, ut oſtendimus, & Feſtus Pompejus in voce Urbanas id dicit. An igitur ipſe alias adjecit quatuor? Valerius ſumpſit ex Livio lib. 9 in fine. Idem Livius lib. 10 cap. 6 *tribus* appellat Ramnes, Luceres Tatienſeſque; ubi & de augurum collegio recondita. Cap. 9 duæ tribus additæ dicuntur. Atqui lib. ſuperiore legiſſe me certo ſcio 35 tribuum numerum expletum jam fuiſſe. 226. Erant & tribus libertinorum, teſte Schol. Juvenalis ad Sat. 1. de quibus diſerte Livius lib. 20 & lib. 45 pag. 875, in quibus ſcilicet libertini ſuffragia ferebant. Aſconius in Miloniana refert Cn. Manlium tribunum pl. legem tuliſſe, ut libertini in omnibus tribubus ſuffragia ferrent, cui interceſſit Cn. Domitius. *Henr. Valeſius.*

1 *Quadrifariam enim urbe diviſa regionibus, &c. tribus eas appellavit*] Quia meminit tribuum XXXV in quas poſt populus eſt conjectus, quæ cauſa mutationis centuriarum fuit, quot eſſent hoc tempore tribus, exponit. Quatuor igitur fuiſſe à partibus urbis quatuor, in quas diviſa urbs à Tullio fuit, nominatas ait. Hæ fuerunt Palatina, Eſquiliana, Suburrana, Collina, quæ ruſticis tribubus accedentibus

Digitized by Google

quæ habitabantur partes, Tribus eas appellavit; ut ego arbitror, ab tributo: nam ejus quoque æqualiter ex cenſu conferendi ab eodem inita ratio eſt. Neque hæ tribus ad centuriarum diſtributionem numerumque quicquam pertinuere. [1] Cenſu perfecto, quem matura- 44
verat metu legis de incenſis latæ cum vinculorum minis mortiſque, edixit, ut omnes [2] cives Romani, equites pediteſque, in ſuis quiſque centuriis [3] in campo Martio prima luce adeſſent. Ibi inſtructum exercitum omnem ſuovetaurilibus luſtravit. idque conditum [4] luſtrum appella-

tibus Urbanæ ſunt dictæ. Dionyſius autem Tullium eundem & urbanarum, & ruſticarum tribuum auctorem fuiſſe, ſcribit. Quod præteriit, ut alia, Livius. ſed eas XV fuiſſe intelligitur ex iis quæ poſtea ſcribit. *Sigonius.*

1 *Cenſu perfecto, quem maturaverat metu legis de incenſis lata*] Senſus eſt: Regem mature perfeciſſe cenſum, quia populus metuit legem de incenſis ab eo latam, quos ſe & bonis, & libertate multaturum eſſe dixerat, ſic enim Dionyſius ſcribit: *τῷ δὲ μὴ πιμπραμένῳ τιμωρίαν ὥρισε τῆς τε οὐσίας στέρεσθαι, καὶ αὐτὸν μαστιγωθέντα πεπρᾶσθαι. Idem.*

2 *Cives Romani, equites pediteſque*] Horatius in Arte: *Romani tollent equites pediteſque cachinnum.* Fr. Sanctius.

3 *In campo Martio*] Delendum videtur *τὸ Martio*, neque enim adhuc ea tempeſtate Marti conſecratus fuerat. *Tan. Faber.*

4 *Luſtrum appellatum eſt, quia in cenſendo finis factus eſt*] Rhenanus ambigit de hac lectione, neque enim videre ſe ait, cur dicat Livius idcirco *luſtrum appellatum* eſſe, *quia in cenſendo finis factus eſt.* Juſta autem ejus dubitatio eſt. Ego autem vel repugnantibus veteribus libris, legendum puto, *Qui in cenſendo finis factus eſt*, ut ſit; Inſtiturum eſt, ut luſtrum cenſionis finis eſſet: ſic enim Dionyſius uſque ad memoriam ſuam obſervatum eſſe tradit: *τὸν καθαρμὸν αὐτὸν ἕως τῶν κατ᾽ ἐμὲ χρόνων Ῥωμαῖοι καθαίρονται μετὰ τὴν συντέλειαν τῶν τιμήσεων, ὑπὸ τῶν ἐχόντων τὴν ἱερωτάτην ἀρχήν, Λοῦστρον ὀνομάζοντες. Idem.*

Luſtrum appellatum, quia in cenſendo] Rhenanum ſcribit Sigonius ambigere de hac lectione, nec videre, cur dicat Livius iccirco *luſtrum* appellatum eſſe, quia in cenſendo finis factus eſt: & juſtam ejus dubitationem eſſe: legendum enim vel repugnantibus vet. lib. *qui in cenſendo finis factus eſt:* & ſenſum dat, inſtitutum, ut luſtrum cenſionis finis eſſet. Haud ſcio an hæc fuerit dubitatio Rhenani: nihil enim ille aliud quam cogitandum dicit, quid Livii ſibi verba velint. Miror autem, cur Sigonius omittat *τὸ conditum.* Non enim modo Livius *luſtrum* ait *appellatum*, ſed *conditum luſtrum:* nec tantum ait luſtrum cenſionis eſſe finem, ſed ultimam illam actionem cenſoriam, illam exercitus ſuovetaurilibus luſtrationem, proprio ac ſolenni genere dicendi vocatam eſſe *Conditum luſtrum*, & adnectit rationem, *quia in cenſendo*, &c. Non poteſt igitur particula *Quia* mutari, nec deeſſe, *ut* voluit Gruterus. Nam *luſtrum* & aliis interdum attribuitur, ut apud Lucanum lib. 1 pontifices *feſto purgantes mœnia luſtro*: ſed *luſtrum facere* & *condere* ſoli dicuntur cenſores. Varro lib. V de L. L. *Cenſores inter ſe ſortiuntur, uter luſtrum faciat. Poſt autem conventionem habet, qui luſtrum*

pellatum, quia is cenſendo finis factus eſt. Millia LXXX eo luſtro civium cenſa dicuntur. Adjicit ſcriptorum antiquiſſimus Fabius Pictor, eorum qui ferre arma poſſent, eum numerum fuiſſe. Ad eam multitudinem urbs quoque amplificanda viſa eſt. Addit duos colles; Quirinalem Viminalemque. [1] inde deinceps auget Eſquilias: ibique ipſe, ut loco dignitas fieret, habitat. Aggere & foſſis & muro circumdat urbem. ita pomœrium profert. [2] Pomœrium, verbi vim ſolam intuentes, poſtmœrium

ſtrum conditurus eſt. Monumentum Ancyranum: *Luſtrum poſt annum alterum & quadrageſimum feci lege.* Sic enim videtur ſcribendum pro *legi.* Ergo apud Suetonium Octav. cap. 97, *Cum luſtrum in campo Martio magna populi frequentia conderet*: eſt, cum cenſu peracto frequentem populum ſuovetaurilibus luſtraret. Hoc enim vult Livius, cenſoria illa ſuovetaurilia κατ' ἐξοχὴν eſſe *conditum luſtrum.* Fraudem tamen in verbis ejus detexit mihi MS. Mureti: *quia is cenſendo finis factus eſt.* Et ſic ſolet Livius loqui. Infra: *Is finis orationi fuit.* Lib. 6. *Et ne is quidem finis civilium certaminum fuit.* Lib. 8 de Alexandro Epirota: *Is finis lacerationi fuit.* Vide ad lib. 38, 28. *J. F. Gron.*

1 *Inde deinceps auget Eſquilias*] Non *Æſquilias* ampliores reddit Tullius, ſed urbem receptis intra ejus ambitum Æſquiliis. Itaque videtur ſcripſiſſe Livius: *inde deinceps auget Æſquiliis.* Ubi intelliges *urbem*: ut præcedenti membro: *Addit duos colles*: nimirum urbi. Atque adeo, quod ſequitur, *Aggere & foſſis & muro circumdat urbem*: ſicubi appareret in libro bonæ fidei ſine poſtrema voce, non eam deſiderarem. *Idem.*

2 *Pomœrium, vim verbi ſolam intuentes Poſtmœnium interpretantur*] In vet. lib. *Poſtmœrium*, & recte: nam antiquitus *mœri* pro *muri* dicti ſunt. Varro etiam libr. 4 de lingua Latin. *Principium*, inquit, *quod erat poſt murum, pomœrium dictum.* Sigonius.

Pomœrium --- poſtmœrium interpretantur eſſe, &c.] Non poteſt dici interpretatio, *pomœrium eſſe poſtmœrium*, ſed potius etymologia, certe quantum ad priorem compoſitæ vocis partem: quam licet in vulgatis editionibus refutare videatur, nunquam tamen negaverit Livius, quum aperte fateatur eam eſſe *verbi vim*, ac paulo poſt doceat: *hoc ſpatium non magis quod poſt murum eſſet, quam quod murus poſt id, pomœrium Romanos appellaſſe.* Utrumcunque ſumas, ex Livii ſententia *pomœrium* erit quaſi *poſtmœrium*, ex *poſt* & *murus* compoſitum. Livius vero non contendit hîc cum quoquam de origine vocis; quin potius diſputat contra eos, qui ſolam verbi vim intuebantur, de re ipſa, quam illo ſignificari volebant. Legendum proinde, *intuentes, poſt murum interpretantur eſſe.* Scriptum forte fuit *poſt mœrum.* antiqua ſcribendi ratione, ut *Cœraverunt*, & ſimilia, in priſcis monumentis. Sic literula interjecta à librariis alluſionem captantibus factum *poſtmœrium.* Neque id mirum, quum etiam pro *circa murum* Rhenanus è ſuo codice promat *circamœrium*, corruptione prorſus gemina ac germana. Sed non ita ſcripſiſſe Livium ex ejus verbis clare colligitur. Diſſentit ab iis, qui ſtatuebant *pomœrium eſſe tantum poſt murum.* Quamobrem quum eorum ſententiam expoſuiſſet, ipſe continuo infert; *Eſt autem magis circa murum*

Digitized by Google

mœrium interpretantur eſſe. Eſt autem magis circa murum locus; quem in condendis urbibus quondam Etruſci, qua murum ducturi erant, certis circa terminis inaugurato conſecrabant: ut neque interiore parte ædificia mœnibus continuarentur, quæ nunc vulgo etiam conjungunt; & extrinſecus puri aliquid ab humano cultu pateret ſoli. Hoc ſpatium, quod neque habitari, neque arari fas erat, non magis quod poſt murum eſſet, quam quod murus poſt id, pomœrium Romani appellarunt. & in urbis incremento ſemper, quantum mœnia proceſſura erant, tantum termini hi conſecrati proferebantur. Aucta civitate magnitudine urbis, 45
formatis omnibus domi ad belli & ad pacis uſus, ne ſemper armis opes acquirerentur, conſilio augere imperium conatus eſt. ſimul & aliquod addere urbi decus. Jam tum erat inclitum Dianæ Epheſiæ fanum: id communiter à civitatibus Aſiæ factum fama ferebat. [1]Quum conſenſum Deoſque conſociatos laudaret mire Servius inter proceres Latinorum, cum quibus publice privatimque hoſpitia amicitiaſque de induſtria junxerat, ſæpe iterando

rum locus, Supple, *quam poſt murum*, quod illos voluiſſe dixerat. Dein ipſam illorum interpretationem iiſdem verbis repetit ac rejicit paulo inferius. *Hoc ſpatium non magis, quod poſt murum eſſet*, quod illi ſcilicet ſtatuebant, *quam quod murus poſt id, pomœrium Romani appellarunt.* Immo ipſa illorum verba, quos refellit Livius, quoſque eum ſpectaſſe credibile eſt, hanc emendationem confirmant. Eſt in iis haud dubie M. Varro, qui inquit lib. 4 L. L. *Quod erat poſt murum, pomœrium dictum eſt.* Eum ſequitur Plutarchus in Romulo. *τῇ μὲν οὖν γραμμῇ τὸ τεῖχος ἀφορίζουσι, καὶ καλεῖται κατὰ συγκοπὴν πωμήριον, οἷον ὄπισθεν τείχους ἢ μετὰ τεῖχος.* hoc eſt, *illo igitur ſulco murum deſignant, & vocatur* (ſulcus ſeu ſpatium illud, in quo ductus erat) *per ſyncopen pomœrium, ut quod eſſet ab averſa muri parte, ſeu poſt murum.* Ex quo loco patet lapſum eſſe Magium, dum ſecutus pravam verſionem, Plutarchum erroris incuſat, eo quod *pomœrium* poſuerit intra muros. Hæc ad me Perizonius; pro quibus ut veriſſimis & ab excellente judicii ſubtilitate profectis publice illi gratias agere dubitandum non putavi. *Jac. Gron.*

1 *Quum conſenſum deoſque conſociatos laudaret*] Codex Rott. *laudare.* Scripſit nimirum Livius: *Quem conſenſum Deoſque conſociatos laudare mire Servius inter proceres Latinorum, cum quibus p. p. hoſpitia amicitiaſque de induſtria junxerat. Sæpe iterando eadem perpulit*, &c. *Idem.*

1 Ea

iterando eadem, perpulit tandem, ut Romæ fanum Dianæ populi Latini cum populo Romano facerent. [1] Ea erat confeſſio, caput rerum Romam eſſe; de quo toties armis certatum fuerat. Id quanquam omiſſum jam ex omnium cura Latinorum, ob rem toties infeliciter tentatam armis, videbatur; uni ſe ex Sabinis fors dare viſa eſt privato conſilio imperii recuperandi. Bos in Sabinis nata cuidam patrifamiliæ dicitur, miranda magnitudine, ac ſpecie. Fixa per multas ætates cornua in veſtibulo templi Dianæ, monumentum ei fuere miraculo. Habita, ut erat, res prodigii loco eſt: & cecinere vates, cujus civitatis eam civis Dianæ immolaſſet, ibi fore imperium, idque carmen pervenerat ad antiſtitem fani Dianæ. [2] Sabinus, ut primum apta dies ſacrificio viſa eſt, bovem Romam actam deducit ad fanum Dianæ, & ante aram ſtatuit. Ibi antiſtes Romanus, quum eum magnitudo victimæ celebrata fama moviſſet, memor reſponſi, Sabinum ita alloquitur: *Quidnam tu hoſpes paras?* inquit, *inceſte ſacrificium Dianæ facere? Quin tu ante vivo perfunderis flumine? Infima valle præfluit Tiberis.* Religione tactus hoſpes, qui omnia, ut prodigio reſponderet eventus, cuperet ritè facta, ex templo deſcendit ad Tiberim. Interea Romanus immolat Dianæ bovem. id mirè

1 *Ea erat confeſſio caput rerum Romam eſſe*] Quia quærit Glareanus, ſi ea confeſſio erat; caput rerum Romam eſſe, cur bovem Romam Sabinus adduxerit, hujus loci ſententiam aperiemus. Templum, inquit, Dianæ a Latinis conditum, eam confeſſionem Latinorum extorſerat, Romam ipſam imperii caput eſſe, de quo toties armis certatum fuerat. Quæ res quamquam omni ex omnium cura Latinorum ob tot clades acceptas erat, ſubiit tamen cogitatio Sabino cuidam imperii priſtini privato conſilio recuperandi, ſi ipſe bovem Dianæ ſacrificaſſet eam, de qua vates cecinerant, cujus civitatis civis Dianæ immolaſſet, apud eam imperium fore. Ergo bovem Romam deduxit, ut imperium recuperaret. Sabinos autem inter Latinos numerat. Paulo poſt, *Infima valle præfluit Tiberis*: verba ſunt Romani antiſtitis, non Hiſtorici. porro autem antiſtitem fani Cornelium; Sabinum Antronem Curatium nominat Plutarchus in libro τῶν κεφαλαίων. *Sigonius.*

2 *Sabinus ut primum apta dies*] Quinque ſcripti: *ut prima apta dies.* Quod ne dubites, quin Livii ſit, vide quæ notavimus 1 Obſerv. 7. *J. F. Gron.*

1 *Ad-*

mirè gratum regi atque civitati fuit. Servius, quamquam jam uſu haud dubie regnum poſſederat, tamen quia interdum jactari voces à juvene Tarquinio audiebat, ſe injuſſu populi regnare, conciliata prius voluntate plebis, agro capto ex hoſtibus viritim diviſo, auſus eſt ferre ad populum, vellent juberentne ſe regnare? tantoque conſenſu, quanto haud quiſquam alius ante rex eſt declaratus. Neque ea res Tarquinio ſpem affectandi regni minuit: imo eo impenſius, quia de agro plebis [1] adverſa Patrum voluntate ſenſerat agi, criminandi Servii apud Patres, creſcendique in curia ſibi occaſionem datam ratus eſt. & ipſe juvenis ardentis animi, & domi uxore Tullia inquietum animum ſtimulante. Tulit enim & Romana regia ſceleris tragici exemplum, ut tædio regum maturior veniret libertas; ultimumque regnum eſſet, quod ſcelere partum foret. Hic L. Tarquinius, Priſci Tarquinii regis filius nepoſne fuerit, parum liquet: pluribus tamen auctoribus filium [2] ediderim. Fratrem habuerat Aruntem Tarquinium, mitis ingenii juvenem. His duobus, ut ante dictum eſt, duæ Tulliæ regis filiæ nupſerant, & ipſæ longe diſpares moribus. Forte ita inciderat, [3] ne duo violenta ingenia matrimonio jungerentur, fortuna credo populi Romani, quo diuturnius Servii regnum eſſet, conſtituique civitatis mores poſſent. Angebatur ferox Tullia, nihil materiæ in viro neque ad cupiditatem, neque ad audaciam eſſe; tota in alterum verſa Tarquinium, eum mirari, eum virum

46

rum

1 *Adverſum Patrum voluntatem*] Magis placet, quod in Fl. *adverſa Patrum voluntate*. Nec aliter Voſſ. à m. p. Vide ad lib. 21, 63. *J. F. Gron.*

2 *Filium crediderim*] Flor. & Helm. Voſſ. Rott. Gud. *pluribus tamen auctoribus filium ediderim.* Senſus: ſi putare & dicere filium velim, plures auctores habuero. Neque improbem. Quo enim dubitantius hac in re loquitur, eo culpa ejus levior videtur. *Idem.*

3 *Ne duo violenta ingenia*] Hoc ipſum præcipit Plato in ſexto de legibus, & de ſententia illius exponit Appuleius: *Ingenia tamen diverſa miſcenda eſſe, ut iracundo tranquilla jungatur, & ſedato homini incitatior mulier applicetur.* Idem.

1 *Ma*

Digitized by Google

rum dicere, ac regio ſanguine ortum: ſpernere ſororem; quod virum nacta muliebri ceſſaret audacia. Contrahit celeriter ſimilitudo eos, ut fere fit [1] malum malo aptiſſimum. ſed initium turbandi omnia à fœmina ortum eſt. Ea ſecretis viri alieni aſſuefacta ſermonibus, nullis verborum contumeliis parcere, de viro ad fratrem, de ſorore ad virum, & ſe rectius viduam, & illum cœlibem futurum fuiſſe contendere, quam cum impari jungi, ut elangueſcendum aliena ignavia eſſet. Si ſibi eum, quo digna eſſet, Dii dediſſent virum; domi ſe propediem viſuram regnum fuiſſe, quod apud patrem videat. Celeriter adoleſcentem ſuæ temeritatis implet. [2] Aruns Tarquinius, & Tullia minor prope continuatis fune-

1 *Malum malo aptiſſimum*] Videtur legendum, *mali appetentiſſimum*: quia vetus legit *apetentiſſimum*. Franc. Sanctius.

2 *Aruns*] *Aruns*, inquit, *Tarquinius & Tullia major* (ſic enim ex Halicarnaſſeo emendo) *propè continuatis funeribus cum domos vacuas novo matrimonio fecissent, junguntur nuptiis, magis non prohibente Servio quam approbante.* Nam verbum hoc *junguntur*, non ad Aruntem & Tulliam majorem, ſed ad L. Tarquinium & Tulliam minorem, de quibus ante egerat, referri placet. *Briſſon.* de jure connub. pag. 63. Aliter ego, quam Sabellicus & Glareanus, legendum cenſeo *Lucius Tarquinius & Tullia minor.* & ordo etiam contextus rectius conſtabit. *Fr. Sanct.*

Aruns Tarquinius & Tullia major quum domos vacuas novo matrimonio feciſſent, junguntur nuptiis] Sane non illi, qui morte ſua domos vacuas novo matrimonio feciſſe memorantur, juncti fuere nuptiis; nec jungi potuerunt, utpote mortui. Itaque agnoſcenda eſt hoc loco figura Livio uſitata, qua poſterius verbum non ad eos, de quibus loquitur proxime, referre aſſuevit, ſed ad remotiores. Sic 4, 48. *Prenſantur à principibus tribuni; pollicendo id gratum ſingulis, gratum univerſo ſenatui fore, ſex ad interceſſionem comparavere.* nempe principes ſenatorum, quum tamen proxime nominentur tribuni, aut poſſet ſcribere, *comparati ſunt.* 2, 28. *Correpti Conſules, quum quid ergo ſe facere vellent, percunctarentur; decernunt, ut delectum quam acerrimum habeant.* Ubi ſub τῷ *decernunt* patres intelligit. 1, 4. *Sacerdos vincta in cuſtodiam datur; pueros in profluentem mitti jubet.* Sic maluit Livius ſubaudiendo τῷ *rex*, quum poſſet alias *pueri miſſi*, abſque τῷ *jubet*, vel *pueri mitti jubentur.* Negari tamen nequit, phraſin qua utitur Livius potius reſpicere debere ad eos, qui parricidium admiſere, quam ad necatos, ut merito & cum ratione objiciebat idem, qui jam antea nobile ſui judicii ſpecimen Livio exhibuit, Perizonius, idque ex auctoribus, qui eandem adhibent, perſpicue probabat. Cicero Catil. 1. *Cum morte ſuperioris uxoris domum vacuam novis nuptiis feciſſes.* Salluſtius Catil. 15. *Pro certo creditur necato filio vacuam domum ſceleſtis nuptiis feciſſe.* Valerius Max. 9, 1, 5 extern. *Ipſam dimiſit, ut vacuum locum nuptiis puella faceret.* Ad quæ licet reſponderi poſſit æque de interfectis

funeribus, quum domos vacuas novo matrimonio fe-
ciſſent, junguntur nuptiis; magis non prohibente Ser-
vio quam approbante. Tum vero indies infeſtior Tullii 47
ſenectus, infeſtius cœpit regnum eſſe. jam enim [1] ab
ſcelere aliud ſpectare mulier ſcelus: nec nocte, nec in-
terdiu virum conquieſcere pati, ne gratuita præterita par-
ricidia eſſent. *Non ſibi defuiſſe, cui nupta diceretur, nec cum
quo tacita ſerviret: defuiſſe qui ſe regno dignum putaret: qui
meminiſſet ſe eſſe Priſci Tarquinii filium.* [2] *qui habere, quam
ſperare regnum mallet. Si tu is es, cui nuptam eſſe me arbitror,
& virum & regem appello: ſin minus, eo nunc pejus mutata eſt
res, quod iſthic cum ignavia eſt ſcelus. Quin accingeris? Non
tibi ab Corintho, nec ab Tarquiniis, ut patri tuo, peregrina re-
gna moliri neceſſe eſt. Dii te penates, patriique, & patris ima-
go, & domus regia, & in domo regale ſolium, & nomen Tar-
quinium creat vocatque regem. Aut ſi ad hæc parum eſt animi,
quid fruſtraris civitatem? quid te ut regium juvenem conſpici
ſinis? Faceſſe hinc Tarquinios, aut Corinthum. Devolvere retro
ad ſtirpem, fratri ſimilior, quam patri.* His aliiſque incre-
pando

ctis quam interfectoribus id dici poſſe, non ſecus ac *luctu complere locum* æque dici queunt qui lugentur quam qui lugent (de quo pater ad 5, 39); nihilominus idem amicus meus leviter putabat ſic refici poſſe: *Ita L. Tarquinius & Tullia minor* (nam ſic MSS. omnes) *prope continuatis*, &c. ſuſpicatus primas duas literas voculæ *it* abſorptas ab fine præcedentis verbi *impler*; ſic reliquas duas *al* librariis in *Ar* mutantibus factum τὸ Arruns. Et ſic ſolet Livius τὸ *ita* præponere connectendi cauſa, ut videre eſt capp. 5, 26, 52 hujus libri. De hoc tu, qui leges, diſceptator ſede. Certe non tanta vis eſt, quantam Sabellicus, Glareanus ac Briſſonius Livio injungunt. Muretus ſuo codici annotavit: *matrimonio feciſſent, L. Tarquinius & Tullia major junguntur. t.v.* Jac. Gron.

1 *Ab ſcelere aliud*] Flor. Rott. Gud. & Voſſ. 2. *jam enim ab ſcelere ad aliud ſpectare.* J. F. Gron.

2 *Qui habere quam ſperare*] Vir eruditus, *exſpectare*. Haud abſurde: ſed cur ingratiis vett. cod. oggeratur, cauſam non video. Virgilius 4 Æneid. *Et ſpes heredis Iüli.* Livius lib. 44. *Ego autem pater, quemadmodum nec nunc ſperare regnum, nec ambigere unquam de eo forſitan debeam.* ſic Demetrius, indicans eam ſpem eſſe proximi ſucceſſoris à patre deſtinati Perſei. Lib. 45, Stratius medicus Eumenis fratrem Attalum monens, *ſibi ipſum ſpem propinquam regni erepturum.* Ne dicam, quam bene *res* componitur *ſpei*, id quod frequenter faciunt, tam bene componi *habere* ac *ſperare*. Qui non contentus ſpe regni præſens illud tractare ac poſſidere vellet. *Idem.*

1 *Etiam*

Digitized by Google

pando juvenem inſtigat, nec conquieſcere ipſa poteſt: ſi, quum Tanaquil peregrina mulier tantum moliri potuiſſet animo, ut duo continua regna, viro, ac deinceps genero, dediſſet; ipſa regio ſemine orta, nullum momentum in dando adimendoque regno faceret. His muliebribus inſtinctus furiis Tarquinius, circumire & prehenſare minorum maxime gentium Patres, admonere paterni beneficii; ac pro eo gratiam repetere: allicere donis juvenes: tum de ſe ingentia pollicendo, tum regis criminibus omnibus locis creſcere. poſtremò, ut jam agendæ rei tempus viſum eſt, ſtipatus agmine armatorum, in forum, irrupit: inde omnibus perculſis pavore, in regia ſede pro curia ſedens, Patres in curiam per præconem ad regem Tarquinium citari juſſit. Convenere extemplo, alii jam ante ad hoc præparati, alii metu, ne, non veniſſe, fraudi eſſet: novitate ac miraculo attoniti, [1] & jam de Servio actum rati. Ibi Tarquinius maledicta ab ſtirpe ultima orſus; *Servum, ſervaque natum poſt mortem indignam parentis ſui, non interregno, ut antea inito, non comitiis habitis, non per ſuffragium populi, non auctoribus Patribus, muliebri dono regnum occupaſſe. Ita natum, ita creatum regem, fautorem infimi generis hominum, ex quo ipſe ſit, odio alienæ honeſtatis ereptum primoribus agrum ſordidiſſimo cuique diviſiſſe: omnia onera, quæ communia quondam fuerint, inclinaſſe in primores civitatis: inſtituiſſe cenſum, ut inſignis ad invidiam locupletiorum fortuna eſſet,* [2] *& parata, un-*
48 *de, ubi vellet, egentiſſimis largiretur.* Huic orationi Servius quum interveniſſet, trepido nuncio excitatus, extemplo à veſtibulo curiæ magna voce, *Quid hoc*, inquit, *Tarquini rei eſt? qua tu audacia me vivo vocare auſus es Patres; aut in ſede conſidere mea?* Quum ille ferociter ad hæc,

Se

1 *Etiam de Servio actum rati*] Vet. lib. *& jam de Servio.* Vere. *Sigonius.*

2 *Et parata, ubi vellet*] Neceſſaria particula integrat orationem Fl. *& parata, unde, ubi vellet, egentiſſimis largiretur.* Ex qua largitiones faceret. *J. F. Gron.*

1 *Quum*

Se Patris ſui tenere ſedem, multo quam ſervum potiorem filium regis regni hæredem: ſatis illum diu per licentiam eludentem inſultaſſe dominis; clamor ab utriuſque fautoribus oritur & concurſus populi fiebat in curiam: apparebatque regnaturum, qui viciſſet. Tum Tarquinius, neceſſitate jam etiam ipſa cogente, ultima audere, multo & ætate & viribus validior, medium arripit Servium: elatumque è curia, in inferiorem partem per gradus dejicit. Inde ad cogendum Senatum in curiam redit. Fit fuga regis apparitorum, atque comitum. Ipſe prope exſanguis [1] quum ſemianimi regio comitatu domum ſe reciperet, perveniſſetque ad ſummum Cyprium vicum, ab iis qui miſſi ab Tarquinio fugientem conſecuti erant, interficitur. Creditur, quia non abhorret à cætero ſcelere, admonitu Tulliæ id factum. carpento certe (id quod ſatis conſtat) in forum invecta, nec reverita cœtum virorum, evocavit virum è curia: regemque prima appellavit. à quo faceſſere juſſa ex tanto tumultu, quum ſe domum reciperet, perveniſſetque ad ſummum Cyprium vicum; ubi Dianium nuper fuit; [2] flectente carpentum dextra in Virbium

1 *Quum ſemianimi regio comitatu*] Atqui regius comitatus, apparitores & comites diffugerant. Dionyſius ait vidiſſe circa ſe τῶν αὐτοῦ φίλων πολλὴν ἐρημίαν, & abiſſe gementem κρατούντων καὶ συμπεμπόντων αὐτὸν ὀλίγων. Vide igitur an melius: *quum ſenum minime regio comitatu.* Niſi forte: *Ipſe prope exſanguis cum minime regio comitatu domum ſe recipere. Quum perveniſſet ad.* J. F. Gron.

2 *Flectente carpentum dextra in Virbium clivum, ut in collem*] Vide quid ſit, quod omnes manuſcripti libri ita habent, *Flectere carpentum in dextram juſſit aurigam, ut in collem.* Ceterum ſupra Urbicum clivum habitaſſe Ser. Tullium regem ſcribit Solinus cap. 2. *Sigonius.*

Flect. carp. dextra in Virbium] Clivus iſte ſitne *Virbius*, ut habent Liviani codices, an *Urbicus*, ut vulgo apud Solinum legitur, & retulit in regiones urbis Onuphrius, an Ὄλβιος, ut Dionyſius, an denique *Urbius*, ut ſuggerunt ſcripti Solini & Aldinus Livius cum Fl. & Helm. adhuc ſub judice lis eſt. *Virbius* eſſe vix videtur poſſe, quippe qui fuerit alibi, & quidem non in urbe, ubi ex hoc uno loco dubio nimis ſecure ponit eum Cluverius. *Orbium* videtur velle Feſtus; *Orbius clivus videtur appellatus eſſe ab orbibus, per cujus flexuoſos orbes filia Servii Tullii regis & L. Tarquinius Superbus gener interfecto rege properaverunt tendentes una in regiæ domus poſſeſſionem. Cœptus eſt autem iſte clivus appellari Orbius, quod pronus cum eſſet, per orbes in Æſquiliarum collem duceret: unde Orbius ab ipſis orbibus ſic appellatus.* Nomen viri *Orbius* in oratione Ciceronis pro

Virbium clivum, ut in [1] collem Eſquiliarium eveheretur, reſtitit pavidus, atque inhibuit frenos is qui jumenta agebat, jacentemque dominæ Servium trucidatum oſtendit. Fœdum inhumanumque inde traditur ſcelus, [2] monumentoque locus eſt: Sceleratum vicum vocant, quo amens agitantibus furiis ſororis ac viri, Tullia per patris corpus carpentum egiſſe fertur: partemque ſanguinis ac cædis paternæ cruento vehiculo contaminata ipſa reſperſaque tuliſſe ad penates ſuos virique ſui: quibus iratis, malo regni principio ſimiles propediem exitus ſequerentur. Servius Tullius regnavit annos quatuor & quadraginta, ita ut bono etiam moderatoque ſuccedenti regi difficilis æmulatio eſſet. Cæterum id quoque ad gloriam acceſſit, quod cum illo ſimul juſta ac legitima regna occiderunt. Idipſum tam mite ac tam moderatum imperium, tamen quia unius eſſet, deponere eum in animo habuiſſe quidam auctores ſunt, [3] ni ſcelus inteſtinum liberandæ patriæ conſilia agitanti interveniſſet. Inde L. Tarquinius regnare occœpit, cui

Su-

Flacco. Quod jubet nos Sigonius videre quid ſit, quod omnes MSS. habeant: *flectere carpentum in dextram juſſit aurigam, ut in collem*: qui ſic habent, unus & alter, corruptiſſimi ſunt: omnes alii vulgatum ſervant. Eſt tamen aliquid morbi in τῷ *flectente*. Scribe tantiſper: *flectens carpentum dextra in Orbium clivum*. Nempe is qui jumenta agebat. Hoc eſt, dum flectit. Servius ad Virgilii ſexto Æneid. *Præcipitans traxi mecum. Dum præcipitarer.* Vel etiam *flectendo*. inter flectendum. *J. F. Gron.*

Flectente carpentum dextra in Virbium Clivum] Poſſet alicui in mentem venire legendum *Oppium Clivum*, ex Varrone lib. 4 de L. L. *Oppius mons princeps lucum Æſquilinum, lucum Fagutalem ſiniſtra, qua ſub mœrum eſt. Oppius mons bicepſos ſimplex. Oppius mons terticepſos lucum Æſquilinum, dexterior via in tabernola eſt.* Idem.

1 *Collem Eſquiliarum*] *Eſquiliarium* habent veteres libri. *Sigonius.*

2 *Monumentoque locus eſt: Sceleratum vicum vocant*] Et paulo ante: *Perveniſſetque ad ſummum Cyprium vicum* Dionyſius hunc vicum primum *Beatum*, poſt *Sceleratum* appellatum eſſe tradit: οὗτος ὁ στενωπὸς Ὄλβιος καλούμενος πρότερον, ἐξ ἐκείνου τοῦ δεινοῦ καὶ μυσαροῦ πάθους ἀσεβὴς ὑπὸ Ῥωμαίων, κατὰ τὴν πάτριον γλῶτταν καλεῖται. Recte. Nam *Cyprum*, *Bonum* ſignificat auctore Varrone de lingua Latina, *Vicus Cyprius*, inquit, *à Cypro, quod ibi Sabini cives additi conſederunt, qui à bono omine id appellarunt. Nam* Cyprum *Sabine Bonum, prope hunc vicus Sceleratus dictus à Tullia Tarquinii Superbi uxore,* &c. *Idem.*

3 *Niſi ſcelus*] Flor. *ni ſcelus inteſtinum.* J. F. Gron.

1 *Pri-*

Digitized by Google

Superbo cognomen facta indiderunt, quia ſocerum gener ſepultura prohibuit; *Romulum quoque inſepultum periſſe* dictitans: [1] primores Patrum, quos Servii rebus faviſſe credebat, interfecit. conſcius deinde male quærendi regni ab ſeipſo adverſus ſe exemplum capi poſſe, armatis corpus circumſepſit. Neque enim ad jus regni quicquam præter vim habebat: ut qui neque populi juſſu, neque auctoribus Patribus regnaret. Eo accedebat, ut in caritate civium nihil ſpei reponenti metu regnum tutandum eſſet: quem ut pluribus incuteret, cognitiones capitalium rerum, ſine conſiliis per ſe ſolus exercebat: perque eam cauſſam occidere, in exilium agere, [2] bonis multare poterat: non ſuſpectos modo aut inviſos, ſed unde nihil aliud quam prædam ſperare poſſet. Ita Patrum præcipue numero imminuto, ſtatuit nullos in Patres legere; quo contemptior paucitate ipſa ordo eſſet: minuſque per ſe nihil agi indignarentur. Hic enim regum primus traditum à primoribus morem de omnibus Senatum conſulendi ſolvit. domeſticis conſiliis rempublicam adminiſtravit. bellum, pacem, fœdera, ſocietates per ſe ipſe cum quibus voluit, injuſſu populi ac Senatus fecit, diremitque. Latinorum ſibi maxime gentem conciliabat, ut peregrinis quoque opibus tutior inter cives eſſet. neque hoſpitia modo cum primoribus eorum, ſed affinitates quoque jungebat. [3] Octavio Mamilio

1 *Primoreſque Patrum*] Tolle copulativam, ignoratam ſcriptis omnibus, ignoratam editis ab Andrea uſque ad Frobenium. Cælii Curionis additamentum eſt. Nec duæ ſolum cauſæ, quare Superbus ſit appellatus: ſubjungitur tertia, & deinde plures. *J. F. Gron.*

2 *Bonis mulctare poterat*] Nihil moveo: ſic enim libri, quos vidi conſtatque ſenſus. Sed idem non modo conſtabit, verum & non paulo augebitur, ſi τὸ *poterat* recidamus. Parum enim fuit ei potuiſſe: fecit quod potuit acrius quam debuit. *Idem.*

3 *Octavio Mamilio Tuſculano*] Si nomen gentis hujus eſt *Mamilius*, ut Dionyſius & Feſtus ſcribunt, ergo *Octavius* prænomen eſt, quod alias *Octavia* gentis eſt nomen: quia vero nuſquam prænomina loco nominum uſurpata ſunt, propterea ſuſpicor, ne *Octavo Mamilio* ſit legendum, ut *Octavus* ſit prænomen, perinde ac in viris *Quintus, Sextus, Decimus*; & in feminis, *Prima, Secunda, Tertia, Quarta*,

milio Tuſculano, (is longe princeps Latini nominis e-
rat, ſi famæ credimus, ab Ulyſſe Deaque Circe oriun-
dus:) ei Mamilio filiam nuptum dat: perque eas nu-
50 ptias multos ſibi cognatos amicoſque ejus conciliat. Jam
magna Tarquinii auctoritas inter Latinorum proceres
erat, quum in diem certam ut ad Lucum Ferentinæ
conveniant, indicit: eſſe, quæ agere de rebus commu-
nibus velit. Conveniunt frequentes prima luce. ipſe
Tarquinius diem quidem ſervavit, ſed paulo antequam
ſol occideret, venit. Multa ibi tota die in concilio va-
riis jactata ſermonibus erant. Turnus Herdonius ab A-
ricia ferociter in abſentem Tarquinium erat invectus;
[1] *Haud mirum eſſe, Superbo ei inditum Romæ cognomen:*
(jam enim ita clam quidem muſſitantes, vulgo tamen
eum appellabant) *An quicquam ſuperbius eſſe quam ludifica-
ri ſic omne nomen Latinum? Principibus longe ab domo excitis,
ipſum qui concilium indixerit, non adeſſe. tentari profecto pa-
tientiam, ut ſi jugum acceperint, obnoxios premat. Cui enim
non apparere, affectare eum imperium in Latinos? Quod ſi ſui
bene crediderint cives, aut ſi creditum illud & non raptum par-
ricidio ſit, credere &* [2] *Latinos (quanquam ne ſic quidem alie-
nigenæ)*

ta, & *Quinta*, auctore Varrone. Livius etiam poſt libro tertio, *L. Mamilio Tuſculano* datam civitatem ſcribit. *Sigonius.*

Octavo Mamilio Tuſculano] Sic ſcripſit Sigonius: ſic ſcribendum monuit & Carrio: ſed omnes libri & vett. edit. *Octavio.* Cauſantur, ut *Quintus*, *Sextus*, *Decimus*, ita *Octavus* prænomen eſſe; *Octavius* vero nomen gentile. Sed alia ratio eſt Romanorum nominum, alia reliquæ Italiæ: horum videas prænomina, quæ Romanis familiarum vel gentium nomina ſunt, ut obſervavit Gerhardus Voſſius filius, brevia gaudia noſtra, ad Velleium. *Marius Statilius* præfectus equitum Lucanorum lib. 22, 42. *Decius Magius*, 23, 7. quem perperam *Decimum* facit Sigonius, & ibidem *Marius Bloſius*, quem idem *Marcum* vel *Marinum* fingit. *J. F. Gron.*

1 *Haud mirum eſſe Superbo ei inditum*] Et hæc Curionis ſiniſtra cura. Ante illum nuſquam τὸ *ei*, nec agnoſcunt manu exarati. Ergo inducatur. *Idem.*

2 *Latinos: quanquam ne ſic quidem alienigenæ deberent*] Meo periculo diſtingue & lege: *credere & Latinos (quanquam ne ſic quidem alienigenæ) debere.* infinitis locis infinitam hujuſmodi orationem additamentis ſuis fulcire ſunt aggreſſi: quorum acervum congeſſimus in Obſervationibus. Cæterum quo minus dubites, ſcito *debere* plane in Florentino legi. *Idem.*

1 *Quod*

Digitized by Google

nigenæ) debere. Sin ſuos ejus pœniteat (quippe qui alii ſuper alios trucidentur, exulatum eant, bona amittant) quid ſpei melioris Latinis portendi? Si ſe audiant, domum ſuam quemque inde abituros. neque magis obſervaturos diem concilii, quam ipſe, qui indixerit, obſervet. Hæc atque alia eodem pertinentia ſeditioſus facinoroſuſque homo, hiſque artibus opes domi nactus, quum maxime diſſereret, intervenit Tarquinius. Is finis orationi fuit. Averſi omnes ad Tarquinium ſalutandum. qui ſilentio facto, monitus à proximis ut purgaret ſe, [1] quod id temporis veniſſet, diſceptatorem ait ſe ſumptum inter patrem & filium. Cura reconciliandi eos in gratiam, moratum eſſe. & quia ea res exemiſſet illum diem, poſtero die acturum, quæ conſtituiſſet. [2] Ne id quidem ab Turno tuliſſe tacitum ferunt. dixiſſe enim, Nullam breviorem eſſe cognitionem, quam inter patrem & filium, paucisque tranſigi verbis poſſe: ni pareat patri, habiturum infortunium eſſe. Hæc Aricinus in regem Romanum increpans, ex 51
concilio abiit. Quam rem Tarquinius aliquanto, quam videbatur, ægrius ferens, confeſtim Turno necem machinatur, ut eundem terrorem, quo civium animos domi oppreſſerat, Latinis injiceret. & quia pro imperio palam interfici non poterat, oblato falſo crimine inſontem

1 *Quod id temporis veniſſet*] Flor. *fuiſſet.* Forte: *quod ad id temporis abfuiſſet*, vel *afuiſſet*, ut ſæpe veteres libri. *J. F. Gron.*

2 *Ne id quidem ab Turno tuliſſe taciturni ferunt, dixiſſe en.*] Vet. lib. *ne id quidem Turnum tuliſſe tacitum ferunt, d. e.* Recte. nam in priore lectione *tuliſſe* ad Superbum, in hac ad Turnum refertur. quo fit oratio rectior. nam addit: *Dixiſſe enim.* Sic lib. 7. *Non patientibus tacitum tribunis.* Sigonius.

Ne id quidem ab Turno tuliſſe tacitum ferunt] Adfert Sigonius ex veteri ſuo: *Turnum tuliſſe:* probatque, & minus recta ei videtur oratio, ſi *tuliſſe* ad Superbum referatur. At non ita viſum Livio, qui ſimiliter lib. 3. *Ferro hinc tibi ſummovendus ſum, Appi, ut tacitum feras, quod celari vis.* Cicero ad Atticum 2, 3. *Cætera ſi reprehenderis, non feres tacitum, niſi quid erit ejuſmodi, quod ſine ſumptu corrigi poſſit.* Plautus Aſin. 4, 2. *Suſpendas potius me, quam tacita hæc tu auferas.* Dicitur igitur quis & *tacitum ferre* dictum vel factum, cui nemo reclamat & obmurmurat. Perinde ut dicimus *ferre impunitum.* Ad ſententiam Turni pertinet l. 4 D. de judic. *Lis nulla nobis eſſe poteſt cum eo, quem in poteſtate habemus, niſi ex caſtrenſi peculio.* J. F. Gron.

Digitized by Google

ſontem oppreſſit. per adverſæ factionis quoſdam Aricinos, [1] ſervum Turni auro corrupit, ut in diverſorium ejus vim magnam gladiorum inferri clam ſineret. ea quum una nocte perfecta eſſent, Tarquinius paulo ante lucem accitis ad ſe principibus Latinorum, quaſi re nova perturbatus, *moram ſuam heſternam, velut Deorum quadam providentia illatam*, ait, *ſaluti ſibi atque illis fuiſſe. ab Turno dici ſibi & primoribus populorum parari necem, ut Latinorum ſolus imperium teneat. Aggreſſurum fuiſſe heſterno die in concilio. dilatam rem eſſe, quod auctor concilii abfuerit, quem maxime peteret. Inde illam abſentis inſectationem eſſe natam,* [2] *quod morando ſpem deſtituerit. Non dubitare, ſi vera deferantur, quin prima luce, ubi ventum in concilium ſit, inſtructus cum conjuratorum manu armatuſque venturus ſit. Dici gladiorum ingentem numerum eſſe ad eum convectum. id vanum necne ſit, extemplo ſciri poſſe. Rogare eos, ut inde ſecum ad Turnum veniant.* Suſpectam fecit rem, & ingenium Turni ferox, & oratio heſterna, & mora Tarquinii; quod videbatur ob eam differri cædes potuiſſe. Eunt inclinatis quidem ad credendum animis, tamen niſi gladiis deprehen-

1 *Servum Turni auro corrupit in*] Flor. *Servos T. a. corrupit, ut in diverſorium e. v. m. gl. inf. clam ſinerent.* Dionyſius: τῶν γὰρ προκομιζόντων τινὰ ὑποζύγια καὶ τὴν ἀποσκευὴν τοῦ Τύρνου θεραπόντων τοὺς πονηροτάτους ἐξελεγὼν καὶ διαφθείρας χρήμασιν. Particula exſtabat in editis ante Rhenanum, quam malo conſilio ille ſuſtulit. *J. F. Gron.*

2 *Quod morando ſpem deſtituerit*] Vet. lib. *ſpes deſtituerit.* Videat autem eruditus lector, an rectius dicatur, *ſpem deſtituo*, an, *me ſpes deſtituit.* Livius quidem lib. 29 ait: *Scipio magna ſpe deſtitutus erat.* Sigonius.

Quod morando ſpem deſtituerit] Videri jubet Sigonius, utrum rectius dicatur, *deſtituo ſpem*, an *Spes me deſtituit.* Sed neutrum rectius altero, utrumque recte ſatis dicimus: priore enim me defuiſſe ſpei, poſteriore me à ſpe fruſtra habitum pronuntio. In iſto culpam facimus aliquam ejus, quem deſtituiſſe ſpem noſtram dicimus; in hoc nullius exprimitur culpa. Livius lib. 35. *Si tu ſpem meam deſtitueris, ubicunque vires, ubi arma eſſe ſciam, inveniam toto orbe terrarum quærens aliquos Romanis hoſtes.* Juſtinus lib. 4. *Seu pudore male acta rei, ſeu deſtituta ſpei civium.* Sic *deſtituere exſpectationem* Livius 26, 18. 35, 44. Hoc igitur aptius eo, quia fingit Tarquinius infenſiorem fuiſſe Turnum ira Fimbriana, quod non ultro oblato corpore ferrum receperit: doluiſſe quod adveniendo tardius irritas fecerit inſidias ſibi paratas. Polybius lib. 17. εἰς αὐτὰς συνεκλείσθη τὰς ἐν τοῖς ἰδίοις οἰκέταις καὶ φίλοις ἐλπίδας, ἀλλ᾽ ὅμως καὶ ταύτας ἐγκατέλιπεν. *J. F. Gron.*

1 *Miſit*

Digitized by Google

prehenſis, cætera vana exiſtimaturi. Ubi eſt eo ven-
tum, Turnum ex ſomno excitatum circumſiſtunt cuſto-
des; comprehenſiſque ſervis, qui caritate domini vim
parabant, quum gladii abditi ex omnibus locis diverti-
culi protraherentur; enimvero manifeſta res viſa. in-
jectæque Turno catenæ: & confeſtim Latinorum con-
cilium magno cum tumultu advocatur. Ibi tam atrox
invidia orta eſt, gladiis in medio poſitis, ut indicta cauſ-
ſa, novo genere lethi, dejectus ad caput aquæ Ferenti-
næ, crate ſuperne injecta, ſaxiſque congeſtis, mergere-
tur. Revocatis deinde ad concilium Latinis, Tarqui- 52
nius, collaudatiſque qui Turnum novantem res pro ma-
nifeſto parricidio merita pœna affeciſſent, ita verba fecit:
*Poſſe quidem ſe vetuſto jure agere, quod quum omnes Latini ab
Alba oriundi ſint, in eo fœdere teneantur, quo ab Tullo res omnis
Albana cum colonis ſuis in Romanum ceſſerit imperium. Cæte-
rum ſe utilitatis id magis omnium cauſſa cenſere, ut renovetur
id fœdus: ſecundaque potius fortuna populi Romani, ut parti-
cipes Latini fruantur, quam urbium excidia, vaſtationeſque a-
grorum quas Anco prius, patre deinde ſuo regnante, perpeſſi
ſint, ſemper aut exſpectent, aut patiantur.* Haud difficulter
perſuaſum Latinis, quanquam in eo fœdere ſuperior
Romana res erat. cæterum & capita nominis Latini ſta-
re, ac ſentire cum rege videbant, & Turnus ſui cuique
periculi, ſi adverſatus eſſet, recens erat documentum.
Ita renovatum fœdus, indictumque junioribus Latino-
rum, ut ex fœdere die certa ad lucum Ferentinæ armati
frequentes adeſſent. Qui ubi ad edictum Romani regis
ex omnibus populis convenêre: ne ducem ſuum, neve
ſecretum imperium, propriave ſigna haberent, [1] miſcuit
mani-

1 *Miſcuit manipulos---ut ex binis ſingulos faceret, lin. e. ſ. Ita*] Mirus ſermo: an *binis* pro dimidiatis intelligit? Illud autem *ita geminatis manipulis centuriones impoſuit*: dubium an ſolos Romanos intelligere debeamus. Et paulo poſt *divendita præda*, rectius alii legunt, quam *dividendo prædam*. Et, *quadraginta auri argentique talenta*, ita intelligo, tantum videlicet, auri argentique fuiſſe, ut in pecunia fierent XL talenta. *Glareanus.*

manipulos ex Latinis Romaniſque, ut ex binis ſingulos faceret, binoſque ex ſingulis. ita geminatis manipulis,
53 centuriones impoſuit. Nec ut injuſtus in pace Rex, ita dux belli pravus fuit. quin ea arte æquaſſet ſuperiores reges, [1] ni degeneratum in aliis, huic quoque decori offeciſſet. Is primus Volſcis bellum in ducentos amplius poſt ſuam ætatem annos movit: Sueſſamque Pometiam ex his vi cepit. [2] ubi quum divendita præda quadringenta [3] talenta argenti aurique recepiſſet; concepit animo eam amplitudinem Jovis templi, quæ digna Deum hominumque rege, quæ Romano imperio, quæ ipſius etiam loci majeſtate eſſet. Captivam pecuniam in ædificationem ejus templi ſepoſuit. Excepit deinde eum lentius ſpe bellum, quo Gabios [4] propinquam urbem nequicquam vi adortus, quum obſidendi quoque urbem

Miſc. manip. ex Latinis, Romaniſque, ut ex binis ſingulos faceret, &c.] *Manipulus* teſte Vegetio, *decem continet milites.* Ex binis ergo ſingulos fecit, cum ex duobus manipulis altero Latinorum Romanorum altero quinos ex hoc, & ex illo quinos milites ſumeret, & unum miſtum componeret. Ex ſingulis porro binos, cum duas unius manipuli partes in duos divideret. Quos geminavit cum eundem manipulum ex Latinis, Romaniſque miſcuiſſet. *Sigonius.*

1 *Ni degeneratum in aliis*, &c.] Quærit Glareanus quo referatur vox illa, *degeneratum.* is ergo accipiat, referri ad verbum, *offeciſſet.* eſt autem hic modus dicendi Livio uſitatus. Sic lib. 7. *Diu non perlitatum tenuerat Dictatorem.* Item: *Tentatum domi per dictatorem, ut ambo patricii conſules crearentur, rem ad interregnum perduxit.* Et illud Virgilii: *Notumque furens quid femina poſſit.* Sumitur autem ſententia pro nomine uno, & caſu recto. *Idem.*

2 *Ubi quum divendita præda*] Sic cœperunt edere Moguntini, Scripti & priores editi ab Andrea ad Aſcenſium, *dividenda.* Legimus igitur: *divendenda præda*: eodem ſenſu & genere loquendi, de quo ad cap. 34 monuimus. *J. F. Gron.*

3 *Talenta argenti aurique recepiſſet*] Andreas & quicquid præſto eſt veterum ante Juntam: *aurique cepiſſet.* Florent. *argenti refeciſſet, cepiſſet.* Vides ex duobus, quorum alterum Livii eſt, alterum correctoris, pejus illos legiſſe. Juſtinus lib. 8. *More negotiantium, impenſas belli alio bello refecturus.* Vide ad lib. 35, 1. Dionyſius quoque tantum argenti definit in concipienda ſumma: τὸ δὲ τοῖς θεοῖς δεκατευθὲν ἀργύριον τετρακοσίων οὐ μεῖον ἐγένετο ταλάντων. Nec tamen *recepiſſet* Latinum eſſe negamus: nam ita Plautus Perſa 1, 1. *Quin ſi egomet totus veneam, vix recipi poteſſit Quod tu me rogas.* Cicero pro Rabirio repetundarum reo: *ſi tantum ex ejus bonis, quanta ſumma litium fuiſſet, populus recepiſſet.* Idem.

4 *Propinquam urbem nec quicquam vi adortus, quum obſidendi quoque urbem*] Dele fidenter poſtremam vocem. *Idem.*

1 Ne

bem ſpes pulſo à mœnibus adempta eſſet, poſtremo minime arte Romana, fraude ac dolo, aggreſſus eſt. nam quum velut poſito bello fundamentis templi jaciendis, aliiſque urbanis operibus intentum ſe eſſe ſimularet; Sextus filius ejus, qui minimus ex tribus erat, transfugit ex compoſito Gabios, patris in ſe ſævitiam intolerabilem conquerens; *Jam ab alienis in ſuos vertiſſe ſuperbiam: & liberorum quoque eum frequentiæ tædere, ut quam in curia ſolitudinem fecerit, domi quoque faciat: ne quam ſtirpem, ne quem hæredem regni relinquat. Se quidem inter tela ac gladios patris elapſum, nihil uſquam ſibi tutum, niſi apud hoſtes* L. Tar*quinii credidiſſe. Nam*, [1] *ne errarent, manere his bellum, quod poſitum ſimuletur: & per occaſionem eum incautos invaſurum. Quod ſi apud eos ſupplicibus locus non ſit*, [2] *pererraturum ſe omne Latium: pulſumque ſe inde, Volſcos & Æquos, & Hernicos petiturum: donec ad eos perveniat, qui à patrum crudelibus atque impiis ſuppliciis tegere liberos ſciant. Forſitan etiam ardoris aliquid ad bellum armaque ſe adverſus ſuperbiſſimum regem* [3] *ac ferociſſimum populum inventurum.* Quum ſi nihil moraren-

1 *Ne errarent, manere his bellum*] Et hic oportuit infuſcare Sigonianum codicem: *imminere.* At multo grandius eſt fortiuſque *manere*: illo futurum dicitur, hoc præſens. Quod putatis poſitum eſſe bellum, cum maxime geritur & continuatur: conſiſtit modo paullum, dum occaſio invadendi exſpectatur. Utitur arte Livius, quam in alio ſimulato transfuga Sinone ponit Virgilius 2 Æneidos: *Et nunc quod patrias vento petiere Mycenas, Arma deoſque parant comites, pelagoque remenſo Improviſi aderunt.* Ubi bene Servius: *Sicut & factum eſt. Et artificioſe: neque enim mentitur, & tamen decipit: nam verum metum falſo metu abegit, ut dum reverſuros timent, non timeant, ne non abierint.* Sic enim ibi legendum. Ita Sextus injiciendo, quaſi prodita arcana re, metum à patre, facit incautos ſibi. Phraſis eſt nota. Juſtinus lib. 6. *Quippe Athenienſibus, etſi fracta ſint opes, manere tamen navalem uſum.* J. F. Gron.

2 *Pererraturum ſe omne Latium, Volſcoſque ſe inde, & Æquos, & Hern. pet.*] Vet. lib. pleniores. *P. ſ. o. Latium, pulſumque ſe inde Volſcos, & Æquos.* Sigonius.

Pulſumque ſe inde Volſcos] Flor. Helm. & Gud. ut lectum eſt ante Sigonium: *pererraturum ſe omne Latium, Volſcoſque ſe inde & Æquos.* Ubi tantum *ſe* ſuperare videtur: aut ſcribendum: *Volſcoſque deinde.* Rottend. plane: *Volſcoſque inde.* Sed poſtea τὸ *ſe* ſuperſcriptum. *J. F. Gron.*

3 *Ac ferociſſimum populum*] Qui tandem? tunc ferociſſimus populus? ſub tyrannide? Nugæ. Lego *patrem*, non *populum*: ita ut Tarquinius dicatur ſuperbus rex, ferociſſimus pater. Eadem figura ſupra, *perfidos hoſpites*,

 imbelles

rarentur, inſenſus ira porro inde abiturus videretur; benigne ab Gabinis excipitur. vetant mirari, ſi qualis in cives, qualis in ſocios, talis ad ultimum in liberos eſſet. [1] In ſeipſum poſtremo ſæviturum, ſi alia deſint. Sibi vero gratum adventum ejus eſſe: futurumque credere brevi, ut illo adjuvante, ab portis Gabinis ſub Roma-
54 na mœnia bellum transferatur. Inde in concilia publica adhiberi. ubi quum de aliis rebus aſſentire ſe veteribus Gabinis diceret, quibus hæ notiores eſſent; [2] ipſe identidem belli auctor eſſe, in eo ſibi præcipuam prudentiam aſſumere, quod utriuſque populi vires noſſet, ſciretque inviſam profecto ſuperbiam regiam civibus eſſe, quam ferre ne liberi quidem potuiſſent. Ita quum ſenſim ad rebellandum primores Gabinorum incitaret, ipſe cum promptiſſimis juvenum prædatum atque in expeditiones iret, & dictis factiſque omnibus ad fallendum inſtructis vana accreſceret fides; dux ad ultimum belli legitur. Ibi quum, inſcia multitudine quid ageretur, prœlia parva inter Romam Gabioſque fierent, quibus plerumque Gabina res ſuperior eſſet: tum certatim ſummi infimique Gabinorum Sex. Tarquinium dono Deûm ſibi miſſum ducem credere. Apud milites vero obeundo pericula ac labores, pariter prædam munifice largiendo, tanta caritate eſſe, ut non pater Tarquinius potentior Romæ, quam filius Gabiis eſſet. Itaque poſtquam ſatis virium collectum ad omnes conatus videbat: tum è ſuis unum ſuſcitatum Romam ad patrem mittit, quidnam ſe facere vellet? quandoquidem ut omnia unus Gabiis poſſet, ei Dii dediſſent. Huic nuncio, quia credo dubiæ fidei videbatur, nihil voce reſponſum eſt. rex velut delibera-

imbelles hoſtes. Infra, *Superbo quondam regi, tum infeſto exſuli.* Denique emendatio firmatur illis verbis: *qui à patrum crudelibus ſuppliciis.* Tan. Faber.

1 *In ſeipſum poſtremo ſæviturum, ſi alia deſint*] Forte, *alii.* J. F. Gron.

2 *Ipſe identidem belli auctor eſſet*] Lege, *Eſſe*, ex vet. lib. ut eadem ſit forma dicendi, atque ea, quæ ſequitur: *In eo ſibi præcipuam ſcientiam aſſumere.* Sigonius.

1 *Divi-*

berabundus, in hortum ædium tranſit, ſequente nun-
cio filii: ibi inambulans tacitus, ſumma papaverum ca-
pita dicitur baculo decuſſiſſe. Interrogando expectan-
doque reſponſum nuncius feſſus, ut re imperfecta, re-
dit Gabios, quæ dixerit ipſe, quæque viderit, refert.
ſeu ira, ſeu odio, ſeu ſuperbia inſita ingenio, nullam
eum vocem emiſiſſe. Sexto ubi quid vellet parens, quid-
ve præciperet, tacitis ambagibus, patuit; primores ci-
vitatis, criminando alios apud populum, alios ſua ipſos
invidia opportunos interemit. multi palam: quidam,
in quibus minus ſpecioſa criminatio erat futura, clam
interfecti. Patuit quibuſdam volentibus fuga, aut in
exilium acti ſunt, abſentiumque bona juxta atque in-
teremptorum [1] diviſa fuere. Largitionis inde prædæ-
que & privati dulcedine commodi, ſenſus malorum
publicorum adimi, donec orba conſilio auxilioque Ga-
bina res, regi Romano ſine ulla dimicatione in manum
traditur. Gabiis receptis, Tarquinius pacem cum Æ- 55
quorum gente fecit: fœdus cum Tuſcis renovavit. In-
de ad negotia urbana animum convertit. quorum erat
primum, ut Jovis templum in monte Tarpeio, monu-
mentum regni ſui nominiſque relinqueret: Tarqui-
nios reges ambos, patrem voviſſe, filium perfeciſſe.
Et ut libera à cæteris religionibus area eſſet tota Jovis
templique ejus, quod inædificaretur; [2] exaugurare fa-
na ſacellaque ſtatuit: quæ aliquot ibi à Tatio rege pri-
mum in ipſo diſcrimine adverſus Romulum pugnæ vo-
ta, conſecrata inaugurataque poſtea fuerant. Inter prin-
cipia condendi hujus operis, moviſſe numen ad indi-
candam tanti imperii molem traditur Deos: nam quum
omnium ſacellorum exaugurationes admitterent aves,
in

1 *Diviſa fuere*] Quod ad lib. 4 cap. 56 pater ſuſpicatus eſt *diviſui*, id plane perfecteque exhibitum fuit in Flor. S. Marci, ſed recens nuper manus alterum ſuperinſcripſit. *Jac. Gron.*

2 *Exaugurare fana*] Cato Originum lib. 1 apud Feſtum: *Fana in eo loco compluria fuere. ea exauguravit, prater-quam quod Termino fanum fuit. id nequitum exaugurari.* J. F. Gron.

1 *In*

[1] in Termini ſano non addixere. [2] idque omen auguriumque ita acceptum eſt, non motam Termini ſedem, unumque eum Deorum non evocatum ſacratis ſibi finibus, firma ſtabiliaque cuncta portendere. Hoc perpetuitatis auſpicio accepto, ſecutum aliud magnitudinem imperii portendens prodigium eſt. caput humanum integra facie aperientibus fundamenta templi dicitur apparuiſſe. Quæ viſa ſpecies, haud per ambages, arcem eam imperii caputque rerum fore portendebat. idque ita cecinere vates, quique in urbe erant, quoſque ad eam rem conſultandam ex Etruria acciverant. Augebatur ad impenſas regis animus. Itaque Pometinæ manubiæ, quæ perducendo ad culmen operi deſtinatæ erant, vix in fundamenta ſuppeditavere. eo magis Fabio, præterquam quod antiquior eſt, crediderim, quadringenta ea ſola talenta fuiſſe; quam Piſoni, qui quadraginta millia pondo argenti ſepoſita in eam rem ſcribit; [3] ſummam pecuniæ,

1 *In Termini fano*] Et Juventatis, ut ſcribit Dionyſ. lib. 3 pag. 202, qui hoc eveniſſe ait regnante Tarquinio Priſco, cum Capitolini templi fundamenta poneret. Et Florus & Livii Epitome. *Henricus Valeſius.* Sed neque in Juventatis. Quod cum ſit in Epitome, mirum cur in Livio non ſit. *Muretus.* Etiam pater ad marginem: Et Juventatis. Livius 5, 54. *Hic quum augurato liberaretur Capitolium, Juventas Terminuſque moveri ſe non paſſi.* Jac. Gron.

2 *Idque omen auguriumque*] Flor. S. Marci, *Id omen aug.* 5, 34. *Id Galli fortuna ſua omen rati adjuvere.* Idem.

3 *Quam ſummam pecunia neque --- ſperandam, & --- exſuperaturam*] Rhenanus ex fide vetuſti libri corrigit, *Quia ſummam pecunia.* hoc ſenſu, ſe credere potius Fabio, quam Piſoni, quia ſummam pecuniæ ſcribit, neque ex unius tum urbis præda ſperandam. Itaque verbum, *Scribit*, ſubaudiendum putat. Nos autem in vet. lib. invenimus ita legi: *Quia ſumma pecunia*, & cætera in recto caſu, ut ſit hæc ſententia: ſe credere potius Fabio, quam Piſoni de XL millibus pondo argenti, quia ſumma pecunia ea ſit, neque ex unius tum urbis præda ſperanda. *Sigonius.*

Quam ſummam pecunia] Si Piſo ipſe ſcriberet, ſummam illam quadraginta millium pondo argenti eſſe immodicam, nec vel tum ſperandam ex unius urbis manubiis; vel ad ædificii fundamenta neceſſariam futuram, Rhenano manus darem reponenti: *quia ſummam.* Sigonianus autem librarius cum pingeret: *quia ſumma ſpernenda*: & cætera in recto caſu, fruſtra religioni habuit plenius dare: *quia ea ſumma pecunia erat*: nihilo enim minus temeritas hominis agnoſcitur. Unica ratio curandi hunc locum eſt exigere τὸ *quam*, moram & nodum omnis boni ſenſus. Sic enim voluerat Livius: *qui quadraginta millia pondo argenti ſepoſita in eam rem ſcribit: ſummam pecuniæ.*

Digitized by Google

niæ, neque ex unius tum urbis præda ſperandam; & nullius, ne horum quidem magnificentiæ operum fundamenta non exſuperaturam. Intentus perficiendo tem- 56
plo, fabris undique ex Etruria accitis, non pecunia ſolum ad id publica eſt uſus. ſed operis etiam ex plebe, qui quum [1] haud parvus & ipſe militiæ adderetur labor, minus tamen plebs gravabatur, ſe templa Deûm exædificare manibus ſuis: quæ poſthac & ad alia, ut ſpecie minora, ſic laboris aliquanto majoris, traducebatur opera: foros in circo faciendos, cloacamque maximam receptaculum omnium purgamentorum urbis ſub terram agendam: quibus duobus operibus vix nova hæc magnificentia quicquam adæquare potuit. His laboribus exercita plebe, quia & urbi multitudinem, ubi uſus non eſſet, oneri rebatur eſſe: & colonis mittendis occupari latius imperii fines volebat; Signiam Circeioſque colonos miſit: præſidia urbi futura terra marique. Hæc agenti, portentum terribile viſum, anguis ex columna lignea elapſus, quum terrorem fugamque in regiam feciſſet, ipſius regis non tam ſubito pavore perculit pectus, quam anxiis implevit curis. Itaque quum ad publica prodigia Etruſci tantum vates adhiberentur, hoc velut domeſtico exterritus viſu, Delphos ad maxime inclitum in terris oraculum mittere ſtatuit. neque reſponſa ſortium ulli alii committere auſus, duos filios per ignotas ea tempeſtate terras, ignotiora maria in Græciam miſit. Titus & Aruns

pecuniæ. per epexegeſin, quam Grammatici vocant: eſtque pro eo ac ſi dixiſſet, *quæ ſumma neque ex unius tum urbis præda erat ſperanda*, &c. Quod cum obſervaſſem, vidi deinde Glareano idem animadverſum. Quadraginta talenta ſunt ſeſtertium nonagies ſexies, noſtri nummi 240000 Philippum, pondo argenti 24000. At quadraginta millia pondo argenti ſunt centies ſexagies ſeſtertium, noſtri nummi 400000 Philippum, talenta 666, minæ quadraginta. *J. F. Gron.*

1 *Haud parvus & ipſe*] Vet. lib. *Qui cum haud parvus & ipſi militiæ*, id eſt, cum ædificandi labor haud parvus & ipſi militiæ adderetur. *Sigonius.*

Haud parvus & ipſe] Quis hic toleret Sigonianum, *ipſi*? Qui labor ædificandi, & ipſe haud parvus, cum adderetur militiæ, inquit. *J. F. Gron.*

1 *L. Ju.*

Aruns profecti. comes his additus [1] L. Junius Brutus, Tarquinia ſorore regis natus, juvenis longe alius ingenio quam cujus ſimulationem induerat. Is quum primores civitatis, in quibus fratrem ſuum, ab avunculo interfectum audiſſet; neque in animo ſuo quicquam regi timendum, neque in fortuna concupiſcendum relinquere ſtatuit: [2] contemptu tutus eſſe, ubi in jure parum præſidii eſſet. Ergo ex induſtria factus ad imitationem ſtultitiæ, quum ſe ſuaque prædæ eſſe regi ſineret, Bruti quoque haud abnuit cognomen: ut ſub ejus obtentu cognominis, liberator ille populi Romani animus, latens [3] opperiretur tempora ſua. Is tum ab Tarquiniis ductus Delphos, ludibrium verius quam comes, aureum baculum incluſum corneo cavato ad id baculo tuliſſe donum Apollini dicitur, per ambages effigiem ingenii ſui. Quo poſtquam ventum eſt, perfectis patris mandatis, cupido inceſſit animos juvenum, ſciſcitandi ad quem eorum Regnum Romanum eſſet venturum. Ex infimo ſpecu vocem redditam ferunt; *Imperium ſummum Romæ habebit, qui veſtrum primus, ô juvenes, oſculum matri tulerit.* Tarquinii, ut Sextus qui Romæ relictus fuerat, ignarus reſponſi, experſque imperii eſſet, rem ſumma ope taceri jubent; ipſi inter ſe uter prior, quum Romam rediſſet, matri oſculum daret, ſorti permittunt. Brutus alio ratus ſpectare Pythicam vocem, velut

ſi

1 *L. Junius Brutus Tarquinia ſorore regis*] Dionyſius hanc amitam regis facit, Priſci Tarquinii filiam, id quod veriſimilius eſt. Et Tarquinium Superbum, non multo majorem natu fuiſſe Bruto: imo Bruti filios cum Tarquinii filiis prope eadem fuiſſe ætate, ex conjuratione poſtea patet. *Glarean.*

2 *Contemptu tutus eſſe*] Flor. S. Marci, Rott. Gud. Voſſ. *contemptuque*, Jac. Gron.

3 *Aperiretur tempore ſuo*] MSS. fere *opperiretur*. Valde ſalivam movet Rhenani, quod & Fl. habet, Helm. & Rott. notavitque è ſuo Muretus: *latens opperiretur tempora ſua.* Sic noſter lib. 4. *Si Ardeates ſua tempora exſpectare vellent.* Lib. 22. *Si maturitas temporum exſpectata foret.* Lib. 31. *Deliberationis ejus, cujus ipſe maturitatem exſpectandam putaret.* Seneca de benef. 2, 25. *Illum velut in certamen curſus compoſitum & carceribus incluſum, operiri debere tempus ſuum, ad quod velut ſigno dato proſiliat.* Plutarchus in Pyrrho: *μηδὲν ἐπιεικὲς ἀποκρινάμενος, ἀλλὰ φροντίζας ἡσυχίαν ἄγειν καὶ περιμένειν τὸν ἑαυτοῦ καιρόν.* J. F. Gron.

1 *Divi*

Digitized by Google

ſi prolapſus cecidiſſet, terram oſculo contigit: ſcilicet quod ea communis mater omnium mortalium eſſet. Reditum inde Romam, ubi adverſus Rutulos bellum ſumma vi parabatur. Ardeam Rutuli habebant, gens ut
in ea regione atque in ea ætate, [1] divitiis præpollens. 57
eaque ipſa cauſſa belli fuit, quod rex Romanus tum ipſe ditari, exhauſtus magnificentia publicorum operum, tum præda delinire popularium animos ſtudebat; præter aliam ſuperbiam regno infeſtos etiam, quod ſe in fabrorum miniſteriis ac ſervili tamdiu habitos opere ab rege indignabantur. [2] Tentata res eſt, ſi primo impetu capi Ardea poſſet. ubi id parum proceſſit, obſidione munitionibuſque cœpti premi hoſtes. In iis ſtativis, ut fit longo magis quam acri bello, ſatis liberi commeatus erant: primoribus tamen magis, quam militibus. Regii quidem juvenes interdum otium conviviis comeſſationibuſque inter ſe terebant. forte potantibus his apud Sextum Tarquinium, ubi & Collatinus cœnabat Tarquinius Egerii filius, incidit de uxoribus mentio: ſuam quiſque laudare miris modis. inde certamine accenſo, Collatinus negat *verbis opus eſſe, paucis id quidem horis poſſe ſciri, quantum cæteris præſtet Lucretia ſua. Quin, ſi vigor juventæ ineſt, conſcendimus equos, inviſimuſque præſentes noſtrarum*

1 *Divitiis præpollens*] *Eſt quidem foris, læta opum perſona, at intus plena amaritudine eſt. Neque enim ſolummodo Divitem quocunque bello vincit indigentior*: ſed ideo proprie oppugnatur quia dives eſt. Conſulatur inter alios Seneca lib 6 de Benef. cap. 3.

2 *Tentata res eſt primum, ſi primo impetu*] Sic veteres. Vacare adverbium ait Rhenanus: ego potius ἐπίθετον. nam ut *primo impetu* caperetur illa difficilis & magnanimis regnata viris Ardea, ne Tarquinius quidem videtur ſperaſſe. Sed *impetu* capi poſſe, id eſt, corona vel alioqui vi oppugnando, poſt aliquot certe conatus, non improbum erat ſperare. Lib. 6. *Fuſis hoſtibus cæſiſque cum caſtra impetu cepiſſet dictator.* Lib. 10. *Poſthumius Milioniam oppugnare adortus vi primo atque impetu: deinde poſtquam ea parum procedebant, opere ac vineis demum injunctis muro cepit.* Tacitus 14 ann. *Ex duobus caſtellis, in quæ confugerant Armenii, alterum impetu captum; qui primam vim depulerant, obſidione coguntur.* Eodemque: *Et cætera quidem impetu direpta aut incenſa ſunt: templum, in quo ſe miles conglobaverat, biduo obſeſſum oppugnatumque*, Prioris membri ſimile eſt lib. 2. *Ac primo tentata res eſt, ſi diſpoſitis clientibus disjicere rem poſſent.* J. F. Gron.

1 *Age*

ſtrarum ingenia? Id cuique ſpectatiſſimum ſit, quod nec opinato viri adventu occurrerit oculis. Incaluerant vino. [1] age ſane, omnes citatis equis advolant Romam. Quo quum [2] primis ſe intendentibus tenebris perveniſſent, pergunt inde Collatiam: ubi Lucretiam, haudquaquam ut regias nurus, quas [3] in convivio luxuque cum æqualibus viderant tempus terentes, ſed nocte ſera deditam lanæ inter lucubrantes ancillas [4] in medio ædium ſedentem inveniunt. Muliebris certaminis laus penes Lucretiam fuit. adveniens vir Tarquiniique excepti benigne. victor maritus comiter invitat regios juvenes. Ibi Sextum Tar-

1 *Age ſane, omnes citatis*] Diſtinguendum videtur: *Incaluerant vino. age ſane, omnes. Citatis equis advolant Romam.* Intellige omnes ita dixiſſe & adſenſum teſtatos. Plautus Menæchmis: *Hunc comburamus diem. P. Age ſane, quando æquum rogas, quam mox incendo rogum.* Pſeudolo; *quid minitare? habeo tergum. B. Age ſane.* Cicero 2 de finibus. *Recte, inquit, intelligis. Age ſane, inquam, ſed erat æquius Triarium aliquid de noſtra diſſenſione judicare.* J. F. Gron.

2 *Primis ſe intendentibus tenebris*] Vir doctiſſimus ad Ammianum corrigit: *primis incedentibus tenebris.* Sed illud præter veteres libros firmant hæc. Virgilius in Georg. *& obtenta denſantur nocte tenebræ.* Curtius lib. 4. *Cum ſubito ſpiſſa nubes intendere ſe cælo, & quicquid lucis internitebat, offuſa caligine exſtinctum eſt.* Ita lege: non *effuſa.* Lib. 8. *Adeo ſpiſſa intendere ſe nubes, ut conderent lucem.* Tacitus 3 hiſtor. *Tantum fœdarum volucrum ſupervolitavit, ut nube atra diem obtenderent.* Ideo amictus noctis, vela, peplum, imaginantur poëtæ. Euripides Ione: Μελάμπεπλος δὲ νὺξ ἀσείρωτον ζυγοῖς Ὄχημ' ἔπαλλεν. Nonus 2 Διονυσ. σιγαλέη νὺξ Οὐρανὸν ἀστερόεντι διεχλαίνωσε χιτῶνι. Et Muſæus, Κυανόπεπλον ἐπιβρίσκουσαν ὁμίχλην. Denique Livius ipſe lib. 7. *Namque & lapidibus pluit, & nox interdiu viſa intendi.* Idem.

3 *In convivio luxuque*] Malim: *quas in convivio luſuque cum æqualibus viderant tempus terentes.* non *luxuque.* Statius 5 Theb. *Dapibus ludoque licenti Fit modus.* Noſter lib. 40. *Qua lætitia, quo luſu apud me celebratum heſternum convivium ſit.* Idem.

4 *In medio ædium ſedentem*] Tertiam vocem lineola ſubnotatam à patre invenio. Sicuti divinare ipſius ſenſum nequeo, ita hoc duntaxat animadverto, jure eam admodum ſuſpectam eſſe. Id quilibet ſentiet, qui conſideraverit, quid Livius indigitet per τὸ *medio ædium*; quod plane patet ex libro 5 cap. 41, ubi de proceribus Romanis Gallos exſpectantibus ſic ait. *Ea veſtiti medio ædium eburneis ſellis ſedere.* Hanc ipſam rem paulo poſt ibidem ita profert: *intuebantur in ædium veſtibulis ſedentes viros.* At procul dubio parthenon, in qua domus parte ſedit Lucretia, non fuit ædium veſtibulum. Non tamen diffiteor per τὸ *medium ædium* alias quoque partes poſſe denotari. Sed præterea id quidam diſerte referunt, Lucretiam mediam ancillarum ſediſſe. Propertius 3, 5. *Triſtes ſua penſa miniſtræ Carpebant. medio nebat & ipſa loco.* Delibera igitur, quam notam vox *ædium* mereatur. Ovidius 2 Faſt. 32. *Ecce anus in mediis reſidens annoſa puellis.* Jac. Gron.

1 *Poſt-*

Tarquinium mala libido Lucretiæ per vim ſtuprandæ
capit. tum forma, tum ſpectata caſtitas incitat. Et tum
quidem ab nocturno juvenili ludo in caſtra redeunt.
Paucis interjectis diebus, Sextus Tarquinius inſcio Col- 58
latino cum comite uno Collatiam venit. ubi exceptus
benigne ab ignaris conſilii, quum poſt cœnam in hoſpi-
tale cubiculum deductus eſſet; amore ardens, [1] poſtquam
ſatis omnia tuta circa, ſopitique omnes videbantur, ſtri-
cto gladio ad dormientem Lucretiam venit, ſiniſtraque
manu mulieris pectore oppreſſo, *Tace Lucretia*, inquit,
*Sextus Tarquinius ſum, ferrum in manu eſt: moriere, ſi emi-
ſeris vocem.* Quum pavida è ſomno mulier, nullam opem
prope mortem imminentem videret, tum Tarquinius
fateri amorem; orare, miſcere precibus minas: verſare
in omnes partes muliebrem animum. ubi obſtinatam
videbat, & ne mortis quidem metu inclinari, addit ad
metum dedecus. cum mortua jugulatum ſervum nudum
poſiturum ait, ut in ſordido adulterio necata dicatur.
Quo terrore quum viciſſet obſtinatam pudicitiam velut
victrix libido, profectuſque inde Tarquinius ferox ex-
pugnato decore muliebri eſſet; Lucretia mœſta tanto
malo nuncium Romam eundem ad patrem, Ardeam-
que ad virum mittit, ut cum ſingulis fidelibus amicis ve-
niant: ita facto maturatoque opus eſſe: rem atrocem
incidiſſe. Sp. Lucretius cum [2] P. Valerio Voleſi filio,
Collatinus cum L. Junio Bruto venit; cum quo forte
Romam rediens, ab nuncio uxoris erat conventus. Lu-
cretiam ſedentem mœſtam in cubiculo inveniunt. ad-
ventu ſuorum lacrimæ obortæ. quærentique viro, *Sa-
tin ſalvæ? minime*, inquit, *quid enim ſalvi eſt mulieri amiſ-
ſa pudicitia? Veſtigia viri alieni, Collatine, in lecto ſunt tuo.*
Cæte-

1 *Poſtquam ſatis omnia tuta circa ſopitique omnes*] Sic loquitur 24, 41. *Quia omnia circa hoſtium plena erant.* 27, 42. *Poſtquam ſatis tuta omnia eſſe exploratum eſt.* In noſtro tamen loco Flor. duo. Rott. Gud. Voſſ. Helm. prorſus ignorant τὸ *omnia*. Jac. Gron.

2. *P. Valerio Voleſi filio*] *Voluſi* ſcribendum, ex Capit. conſulibus. *Sigonius.*

Cæterum corpus eſt tantum violatum, animus inſons. mors teſtis erit. Sed date dextras fidemque, haud impune adultero fore. Sextus eſt Tarquinius, qui hoſtis pro hoſpite priore nocte vi armatus mihi ſibique, ſi vos viri eſtis, peſtiferum hinc abſtulit gaudium. Dant ordine omnes fidem: conſolantur ægram animi, avertendo noxam ab coacta in auctorem delicti. mentem peccare; non corpus: & unde conſilium abfuerit, culpam abeſſe. *Vos*, inquit, *videritis quid illi debeatur: ego me, etſi peccato abſolvo, ſupplicio non libero. nec ulla deinde impudica Lucretiæ exemplo vivet.* Cultrum, quem ſub veſte abditum habebat, eum in corde defigit: prolapſaque in vulnus, moribunda cecidit. Conclamant vir paterque. Brutus illis luctu occupatis cultrum ex vulnere Lucretiæ extractum manantem cruore præ ſe te-
59 nens, *Per hunc*, inquit, *caſtiſſimum ante regiam injuriam ſanguinem juro, voſque Dii, teſtes facio, me L. Tarquinium Superbum, cum ſcelerata conjuge, & omni liberorum ſtirpe,* [1] *ferro, igni, quacunque dehinc* [2] *vi poſſim, exſequuturum. nec illos, nec alium quenquam regnare Romæ paſſurum.* Cultrum deinde

1 *Ferro, igni, quacunque dehinc vi poſſim*] Vet. lib. *& quacumque d. vi p.* ut lib. 2. *Pontem ferro, igni & quacumque vi poſſent, interrumpant.* Itaque Cicero pro domo ait: *Deinde cum ille ſaxis & ignibus, & ferro vaſtitatem meis ædibus intuliſſet.* Et pro Plancio: *Quorum vidiſti toto illo anno ferrum in foro, flammam in ædibus, vim in tota urbe verſari.* Sigonius.

2 *Vi poſſim, exacturum*] Ab Rhenano eſt, cum libri MSS. & edd. antiquæ, vel *exſequuntur*, vel *exſecuturum*. Et hoc placebat olim, ut *exſequi* ponitur interdum, ut ſignificet, perſequi, ulciſci. lib. 3. *Cum deorum hominumque ſimul violata jura exſequemur.* Lib. 4. *Iis publici privatique doloris exſequendi jus poteſtatemque ex duobus noxiis capitibus datum.* Veſpaſianus Suetonio *offenſarum inimicitiarumque minime exſecutor.* Tertullianus lib. 1 adv. nationes 9. *Nam non iraſcerentur nobis in animadverſione cunctantibus, ſi ipſi exſequi poſſent.* Ita maneat: nec conjectemus: *ſi ipſi ex ſe quid poſſent.* Utitur ſæpe alibi. Et quis ignorat in reſcripto D. Antonini: *ſciat me hoc admiſſum adverſus ſe ſeverius exſecuturum.* Sed in his omnibus multiſque aliis deſidero exemplum, quo *exſequi aliquem* dicatur. Aut enim ſine caſu aut non cum caſu perſonæ, ſed rei poſitum invenio. Contra video alterum perſæpe, ubi hujus hiſtoriæ Livius meminit, conſpici. Lib. 2. *Qui tantum gloriæ Superbo exacto rege meruit.* Lib. 4. *Claudiam certe gentem, poſt reges exactos, ex Sabinis in civitatem accepimus.* Iterumque: *ex qua urbe reges exactos ſciret.* Lib. 6. *Cum Pop. Romanum vere exactos ex urbe reges & ſtabilem libertatem ſuam exiſtimaturum.* Lib. 9. *Exactores regum Junii Valeriique.* J. F. Gr.

1 *Inde*

Digitized by Google

deinde Collatino tradit;inde Lucretio ac Valerio,ſtupentibus miraculo rei, unde novum in Bruti pectore ingenium. Ut præceptum erat, jurant: totique ab luctu verſi in iram, Brutum jam inde ad expugnandum regnum vocantem ſequuntur ducem. Elatum domo Lucretiæ corpus, in forum deferunt, concientque miraculo, ut fit, rei novæ atque indignitate homines; pro ſe quiſque ſcelus regium ac vim queruntur. Movet tum patris mœſtitia, tum Brutus, caſtigator lacrimarum atque inertium querelarum, auctorque, quod viros, quod Romanos deceret; arma capiendi adverſus hoſtilia auſos. Ferociſſimus quiſque juvenum cum armis voluntarius adeſt. ſequitur & cætera juventus. [1] Inde pari præſidio relicto Collatiæ ad portas; cuſtodibuſque datis, ne quis eum motum regibus nunciaret; cæteri armati duce Bruto Romam profecti. Ubi eo ventum eſt, quacunque incedit armata multitudo, pavorem ac tumultum facit. rurſus ubi anteire primores civitatis vident, quicquid ſit, haud temere eſſe rentur. Nec minorem motum animorum Romæ tam atrox res facit, quam Collatiæ fecerat. Ergo ex omnibus locis urbis in forum curritur. Quo ſimul ventum eſt, præco [2] ad tribunum Celerum, in quo tum magiſtratu forte Brutus erat, populum advocavit. Ibi oratio habita, nequaquam ejus pectoris ingeniique quod ſimulatum ad eam diem fuerat, de vi ac libidine Sexti Tarquinii, de ſtupro infando Lucretiæ & miſerabili cæde, de orbitate Tricipitini; cui morte filiæ cauſa mortis indignior ac miſerabilior eſſet. addita ſuperbia ipſius regis, miſeriæque & labores plebis in foſſas cloacaſque exhauriendas demerſæ. Romanos homi-

1 *Inde pari præſidio*] Rott. *inde patres pr.* Scribe: *Inde pars præſidio relicti Collatiæ, ad portas cuſtodibus datis*, &c. *Idem.*

2 *Ad tribunum Celerum, in quo tum magiſtratu*, &c.] Hoc addit, quia niſi magiſtratui populum convocare non licebat, ut ait Dionyſius lib. 4: ſic enim quærit à Bruto Valerius, περὶ δὲ τῆς ἐκκλησίας ἔτι βούλομαι μαθεῖν, τίς ὁ καλέσων ἐστὶ αὐτὴν κατὰ νόμους, καὶ τὴν ψῆφον ἀναδώσων ταῖς φράτραις· ἄρχοντι γὰρ ἀποδίδοται τοῦτο ποιεῖν. ὁ δὲ ὑπολαβών, ἔφη, ἐγώ, ὦ Βαλέριε, τῶν γὰρ κελερίων ἄρχων εἰμί, καὶ ἀποδίδοταί μοι κατὰ νόμους ἐκκλησίαν, ὅτε βούλομαι, συγκαλεῖν. *Sigonius.*

homines victores omnium circa populorum, opifices ac lapicidas pro bellatoribus factos. Indigna Servii Tullii regis memorata cædes, & invecta corpori patris nefando vehiculo filia: invocatique ultores parentum Dii. His atrocioribuſque, credo, aliis, quæ præſens rerum indignitas haudquaquam relatu ſcriptoribus facilia ſubjicit, memoratis, incenſam multitudinem perpulit, ut imperium regi abrogaret, exuleſque eſſe juberet L. Tarquinium cum conjuge ac liberis. Ipſe junioribus qui ultro nomina dabant, lectis armatiſque, ad concitandum inde adverſus regem exercitum Ardeam in caſtra eſt profectus; imperium in urbe Lucretio, præfecto urbis jam ante ab rege inſtituto, relinquit. Inter hunc tumultum Tullia domo profugit: execrantibus quacunque incedebat invocantibuſ-
60 que parentum furias viris mulieribuſque. Harum rerum nunciis in caſtra perlatis; quum re nova trepidus rex pergeret Romam ad comprimendos motus, flexit viam Brutus (ſenſerat enim adventum) ne obvius fieret; eodemque fere tempore diverſis itineribus Brutus Ardeam, Tarquinius Romam, venerunt. Tarquinio clauſæ portæ, exiliumque indictum: liberatorem urbis, læta caſtra accepere; exactique inde liberi regis. Duo patrem ſecuti ſunt, qui exulatum Cære in Etruſcos ierunt. Sextus Tarquinius Gabios, tanquam in ſuum regnum profectus, ab ultoribus veterum ſimultatum, quas ſibi ipſe cædibus rapiniſque conciverat, eſt interfectus. L. Tarquinius Superbus regnavit annos quinque & viginti. Regnatum Romæ ab condita urbe ad liberatam annos ducentos quadraginta quatuor. [1] Duo conſules inde comitiis centuriatis à præfecto urbis ex commentariis Servii Tullii creati ſunt; L. Junius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus.

EPI-

1 *Duo conſules inde comitiis centuriatis à præfecto urbis*, &c.] Ita prope Dionyſius, prӕterquam quod comitia à Sp. Lucretio patre Lucretiæ Interrege, non præfecto, habita fuiſſe ſcribit. Quod autem ex commentariis Ser. Tullii ait, ad Centuriata comitia pertinet, quorum ille rationem habendorum primus tradidit. *Sigonius.*

Digitized by Google

EPITOME

LIBRI II.

BRutus jurejurando populum adſtrinxit, neminem regnare Romæ paſſurum: Tarquinium Collatinum collegam ſuum propter affinitatem Tarquiniorum ſuſpectum, coëgit conſulatu ſe abdicare, & civitate cedere. bona regum diripi juſſit: agrum Marti conſecravit: qui Campus Martius nominatus eſt. adoleſcentes nobiles, in quibus [1] *ſuos quoque & ſororis filios, quia conjuraverant de recipiendis regibus, ſecuri percuſſit, ſervo indici, cui Vindicius nomen fuit, libertatem dedit: ex cujus nomine vindicta eſt appellata. Quum adverſus reges, qui contractis* [2] *Veientium & Tarquinienſium copiis bellum intulerant, exercitum duxiſſet, in acie cum Arunte filio Superbi commortuus eſt: eumque matronæ annum luxerunt. P. Valerius conſul legem de provocatione ad populum tulit. Capitolium dedicatum eſt. Porſena Rex Cluſinorum, bello pro Tarquiniis ſuſcepto, quum ad Janiculum veniſſet, ne Tiberim tranſiret, virtute Coclitis Horatii prohibitus eſt; qui, dum alii pontem ſublicium reſcindunt, ſolus Etruſcos ſuſtinuit: & ponte rupto, armatus ſe in flumen miſit: & ad ſuos tranavit. Alterum acceſſit virtutis exemplum à Mucio: qui, quum ad feriendum Porſenam caſtra hoſtium intraſſet, occiſo ſcriba, quem regem eſſe putabat, comprehenſus, impoſitam altaribus manum in quibus ſacrificatum erat, exuri paſſus eſt: dixitque tales trecentos eſſe conjuratos in mortem ipſius regis. quorum admiratione coactus Porſena pacis conditiones ferre, bellum omiſit, acceptis obſidibus. ex quibus virgo una Clœlia deceptis cuſtodibus per Tiberim ad*

1 S*Vos quoque & fratris filios*] Lege, *& ſororis filios*, ſic enim lib. 4 locutus eſt. intelligit autem Aquillios, Vitelliosque natos ex ſororibus duabus Collatini collegæ ſui. *Sigonius.*

2 *Veientium, & Tarquiniorum*] Vetuſti libri habent, *Tarquinienſium*, quod placet: nam, ut à *Veiis*, *Veientes*, ſic à *Tarquiniis Tarquinienſes* dicti ſunt. *Idem.*

Digitized by Google

ad ſuos tranavit: [1] *& quum reddita eſſet Porſenæ; honorifice remiſſa, equeſtrique ſtatua donata eſt. Ap. Claudius ex Sabinis Romam transfugit: ob hoc Claudia tribus adjecta eſt. Numerus tribuum ampliatus eſt,* [2] *ut eſſent viginti una. Adverſus Tarquinium Superbum cum Latinorum exercitu bellum inferentem, A. Poſtumius dictator proſpere pugnavit apud lacum Regillum. Plebs, quum propter nexos ob æs alienum Sacrum in montem ſeceſſiſſet, conſilio Menenii Agrippæ à ſeditione revocata eſt. Idem Agrippa quum deceſſiſſet, propter paupertatem publico impendio elatus eſt. Tribuni plebis quinque creati ſunt. Oppidum Volſcorum Corioli captum eſt virtute & opera* [3] *C. Marcii, qui ob hoc Coriolanus vocatus eſt.* [4] *Tib. Atinius, vir de plebe, quum in viſu admonitus eſſet, ut de quibuſdam religionibus ad Senatum perferret, & neglexiſſet, amiſſo filio, debilis factus, poſteaquam delatus ad Senatum lectica eadem illa indicaverat, uſu pedum recepto, domum reverſus eſt.* [5] *Quum C. Marcius Coriolanus, qui in exilium erat pulſus, dux Volſcorum factus, exercitum hoſtium urbi Romæ admoviſſet, & miſſi ad eum primum legati, poſtea ſacerdotes fruſtra deprecati eſſent, ne bellum patriæ inferret: Veturia mater, & Volumnia uxor impetraverunt ab eo, ut recederet. Lex agraria primum lata eſt. Sp. Caſſius conſularis regni crimine damnatus eſt, necatuſque. Oppia virgo Veſtalis ob inceſtum viva defoſſa eſt. Quum vicini hoſtes Veientes, incommodi magis, quam graves eſſent, familia Fabiorum id bellum gerendum depopoſcit. miſitque in id trecentos ſex*

1 *Et cum reddita eſſet à Porſena honorifice remiſſa, equeſtrique ſtatua donata eſt*] Lege, & interpunge ita ex vet. lib. *Et cum reddita eſſet Porſenæ, honorifice remiſſa, equeſtri ſtatua donata eſt.* Sigonius.

2 *Ut eſſent triginta una*] Ex fide vetuſtorum librorum ſcribendum eſt, *viginti una*, ut paulo poſt oſtendam. *Idem.*

3 *Cn. Martii*] *C. Marcii*, ſcribe. eſt enim apud Dionyſium, & Plutarchum Γαΐος Μάρκιος. Item in quibuſdam etiam veterib. libris. *C. Marcius.* Et præterea genti *Marciæ* familiare prænomen *Caii*, non *Cnæi*. Idem.

4 *T. Latinus*] *T. Latinius* ſcribendum eſt ex vet. lib. Accedit, quod Lanctantius Firmianus lib. 2 *Ti. Atinium*, Macrob. lib. 1 *Annium* vocant errore non admodum à veritate alieno. *Idem.*

5 *Cum Cn. Martius Coriolanus, qui in exilium pulſus, dux Volſcorum factus exercitum hoſtium urbi primo admoviſſet*] Lege ad fidem veteris lectionis: *Cum C. Marcius Coriolanus, qui in exilium erat pulſus, dux Volſcorum factus exercitum hoſtium urbi Romæ admoviſſet* Idem.

1 *Par-*

Digitized by Google

ſex armatos: qui ad Cremeram ad unum ab hoſtibus cæſi ſunt: uno impubere domi relicto. Appius Claudius conſul, quum adverſus Volſcos contumacia exercitus male pugnatum eſſet, decimum quemque militum fuſte percuſſit. Res præterea adverſum Volſcos, & Æquos & Veientes, & ſeditiones inter Patres, plebemque continet.

LIBERI jam hinc populi Romani res, pace 1
belloque geſtas, annuos magiſtratus, imperiaque legum potentiora quam hominum peragam. Quæ libertas ut lætior eſſet, proximi regis ſuperbia fecerat. nam priores ita regnarunt, ut haud immerito omnes deinceps conditores [1] partium cœptæ urbis, quas novas ipſi ſedes ab ſe [2] auctæ multitudini addiderunt, numerentur: neque ambigitur, quin Brutus idem, qui tantum gloriæ Superbo exacto rege meruit, peſſimo publico id facturus fuerit, ſi libertatis immaturæ cupidine priorum regum alicui regnum extorſiſſet. Quid enim futurum fuit, ſi illa paſtorum convenarumque plebs transfuga ex ſuis populis, ſub tutela inviolati templi, aut libertatem, aut certe impunitatem adepta, ſoluta regio metu, agitari cœpta eſſet [3] tribuniciis procellis? & in aliena urbe cum patribus ſerere certamina, priuſquam pignora conjugum ac liberorum, caritaſque ipſius ſoli, cui longo tempore aſſueſcitur, animos eorum conſociaſſet? Diſſipatæ res nondum adultæ diſcordia forent: quas fovit tranquilla moderatio imperii, eoque nutrien-

1 *Partium cœptæ urbis*] *Certe*, quod Rhenanus ex Borbet. profert, legitur & in Helmſtadienſi, Rott. Gud. & quo magis conſidero, magis placet. Eſt enim temperamentum vocabuli præcedentis: quaſi dixiſſet: *conditores* (*ne nimium putes, non dico Urbis ſed*) *partium duntaxat urbis: partium minimum urbis*. Sed & placet ejuſdem Helm. libri *multitudinis*. Eſt enim integrum: quas partes, ſedes ab ſe auctæ multitudinis, ipſi addiderunt urbi à Romulo conditæ. *J. F. Gron.*

2 *Auctæ multitudinis*] Diſſentio à Rhenano, qui legendum putat, *Multitudinis*, cum vetuſti omnes libri habeant, *Multitudini*. Sigonius.

3 *Tribunitiis procellis*] *Tribunicium c*, litera, non *t*, ſcribendum eſſe ex Capitolinis lapidibus intelligitur. *Idem.*

nutriendo perduxit, ut bonam frugem libertatis matu-
ris jam viribus ferre poſſent. Libertatis autem originem
inde magis, quia annuum imperium conſulare factum
eſt, quam quod deminutum quicquam ſit ex regia po-
teſtate, numeres. Omnia jura, omnia inſignia primi
conſules tenuere. id modo cautum eſt, ne, ſi ambo faſces
haberent, duplicatus terror videretur. Brutus prior con-
cedente collega faſces habuit: qui non acrior vindex li-
bertatis fuerat, quam deinde cuſtos fuit. Omnium pri-
mum avidum novæ libertatis populum, ne poſtmodum
flecti precibus aut donis regiis poſſet, jurejurando ade-
git, neminem Romæ paſſuros regnare. Deinde quo plus
virium in ſenatu frequentia etiam ordinis faceret, cædi-
bus regis deminutum Patrum numerum, primoribus e-
queſtris gradus lectis ad trecentorum ſummam explevit.
traditumque inde fertur, ut in ſenatum vocarentur, qui
patres quique conſcripti eſſent. [1] conſcriptos videli-
cet in novum ſenatum appellabant lectos. Id mirum
quantum profuit ad concordiam civitatis, jungendoſ-
2 que Patribus plebis animos. Rerum deinde divinarum
habita cura. & quia quædam publica ſacra per ipſos re-
ges factitata erant, [2] ne ubiubi regum deſiderium eſſet,
regem

1 *Conſcriptos videlicet novum ſenatum*] Lege ex antiquæ lectionis fide: *Conſcriptos videlicet in novum ſenatum appellabant lectos*, id eſt, qui in novum ſenatum lecti erant, ii conſcripti vocabantur. Sic ſupra dixit: *In patres legere.* Hic idem locus tractatur apud Feſtum lib. 15, ſed mendoſe. Legendum eſt autem ita: *Qui patres, quique conſcripti, vocati ſunt in curiam, quo tempore regibus urbe expulſis P. Valerius conſul propter inopiam patriciorum ex plebe adlegit in numerum ſenatorum centum ſexaginta & quatuor, ut expleret numerum trecentorum. ſic duo genera appellavere.* Sigonius.

2 *Necubi ibi regum deſiderium eſſet*] Rhenanus quia incidit in unum librum, in quo erat, forte per incuriam librarii ſcriptum: *Necubi ubi*, ut ille, ait: correxit. *Necubi ibi*, id eſt, ut ne in eo miniſterio regem deſideraret populus. ego autem probo magis, ut legatur, *Necubi regum*, quomodo legitur in omnibus antiquis libris, ut ſit hic ſenſus, Ne quo in munere rex deſideraretur. *Idem.*

Necubi regum deſiderium eſſet] Rhenanus in Borbet. reperit, *Necubi, ubi regum.* Unde fecit: *necubi ibi*, ut eſt in Helm. improbante Sigonio. Sed eadem ipſa ſcriptura viſebatur in optimo Palatinorum, Gud. & Rott. Scribimus: *ne ubiubi regum deſiderium eſſet.* i. e. quacunque demum in re, quocunque loco. Sic loquitur lib. 42. *Facile,*

[1] regem ſacrificulum creant. Id ſacerdotium pontifici ſubjecere, [2] ne additus nomini honos aliquid libertati, cujus tunc prima erat cura, officeret. ac neſcio an nimis undique eam minimis quoque rebus muniendo, modum exceſſerint; Conſulis enim alterius, quum nihil aliud offenderit, nomen inviſum civitati fuit. *Nimium Tarquinios regno aſſueſſe. initium à Priſco factum. Regnaſſe deinde Servium Tullium. ne intervallo quidem facto oblitum tanquam alieni regni Superbum Tarquinium, velut hæreditatem gentis ſcelere ac vi repetiſſe. Pulſo Superbo, penes Collatinum imperium eſſe. Neſcire Tarquinios privatos vivere. non placere nomen. periculoſum libertati eſſe.* Hic primo ſenſim tentantium animos ſermo per totam civitatem eſt datus, ſollicitamque ſuſpicione plebem Brutus ad concionem vocat. Ibi omnium primum jusjurandum populi recitat. *Neminem regnare paſſuros, nec eſſe Romæ unde periculum libertati foret. Id ſumma ope tuendum eſſe: neque ullam rem quæ eo pertineat, contemnendam.* [3] *Invitum ſe dicere hominis cauſſa; nec dicturum*

cile, ubiubi eſſent, ſe, qui equitatu & levi armatura plus poſſent, converſuros aciem. Plautus Curcul. *ubiubi eſt, prope me eſt.* Caſina: *quoque adveniunt, ubiubi ſunt, duplici damno dominos mulctant.* Noſter lib. 41. *Liberos ſuos quibusquibus Romanis in conditionem, ut manumitterentur, mancipio dabant.* J. F. Gron.

1 *Regem ſacrificulum creant*] Non improbo hanc lectionem. Illud tantum admoneo, in veteribus libris legi, *Regem ſacrificiorum*, quo modo alibi etiam Livius loquutus eſt. Quamquam ſæpius, *ſacrorum* ait: Itaque Plut. in Problematis inquit, à Romanis appellari ῥῆγα σακρόρυμ. Dion. βασιλέα τῶ ἱερῶν. Alias etiam *Rex ſacrificus.* Sigonius.

2 *Ne additus nomini honos*] Placebat, *nomine.* regio videlicet, quo id ſacerdotium erat honeſtatum. Lib. 6. *Si quo inſigni magis imperii honoriſve nomine veſtrum appellabitis ducem.* Sed nunc magis placet retineri veterem ſcripturam, cujus hæc eſt ſententia: ne nomini ſacerdotii illius ſuperbo, ne ſacerdotio iſti, præter nomen amplum regis, additus honos primi loci vel τῆς αὐθεντίας libertati eſſet periculoſus. Poterat enim fieri cum tempore, ut nomen cum tanto honore conjunctum vis ac poteſtas ſequeretur. Lib. 1 de claſſibus: *Deinde eſt honos additus.* Lib. 5. *Matronis gratia acta, honoſque additus.* 10, 9. *Tribus duæ additæ.* 22, 36. *Quantæ autem additæ ſint copiæ.* 27, 25. *Ita additæ Virtutis ædes approperato opere.* Capitolinus in Marco cap. 11. Leges etiam addidit de viceſima hæreditatum, de tutelis. Ubi male Lipſius *edidit* Excurſu [illegible] ad 13 ann. Taciti. Vide Plinium 22, 7. *J. F. Gron.*

3 *Invitum ſe dicere hominis cauſa*] Περιπτάλιϛεν hoc eſt, ſed Dionyſius longè veriſimilius hæc narrat. Quis enim credat quemquam ejici è civitate propter nomen? *Glareanus.*

 1 *Re-*

rum fuiſſe, ni caritas reipubl. vinceret. Non credere populum Romanum, ſolidam libertatem recuperatam eſſe. [1] *Regium genus, regium nomen, non ſolum in civitate, ſed etiam in imperio eſſe. Id officere, id obſtare libertati. Hunc tu*, inquit, *tua voluntate, L. Tarquini, remove metum. Meminimus, fatemur, ejeciſti reges. Abſolve beneficium tuum. Aufer hinc regium nomen. Res tuas tibi non ſolum reddent cives tui, auctore me: ſed ſi quid deeſt, munifice augebunt. Amicus abi. exonera civitatem vano forſitan metu. Ita perſuaſum eſt animis, cum gente Tarquinia regnum hinc abiturum.* Conſuli primo tam novæ rei ac ſubitæ admiratio incluſerat vocem. Dicere deinde incipientem primores civitatis circumſiſtunt, eadem multis precibus orant. Et cæteri quidem movebant minus: poſtquam Sp. Lucretius major ætate ac dignitate, ſocer præterea ipſius, agere varie, rogando alternis ſuadendoque cœpit, ut vinci ſe conſenſu civitatis pateretur, timens conſul, ne poſtmodum privato ſibi eadem illa cum bonorum amiſſione, additaque alia inſuper ignominia, acciderent, abdicavit ſe conſulatu: rebuſque ſuis omnibus Lavinium tranſlatis, civitate ceſſit. Brutus ex Senatusconſulto ad populum tulit, [2] ut omnes Tarquiniæ gentis exules eſſent: collegam ſibi comitiis centuriatis creavit P. Valerium, quo adjutore reges ejecerat.
3 Quum haud cuiquam in dubio eſſet, bellum ab Tarquiniis imminere, id quidem ſpe omnium ſerius fuit. cæterum id quod non timebant, per dolum ac proditionem prope libertas amiſſa eſt. Erant in Romana juventute adoleſcentes aliquot, nec ii tenui loco orti, quorum in regno

1 *Regium genus*] Miror orationem Bruti, quod & ipſe genus maternum à Tarquiniis traxerit. Et certe ridiculus fuiſſet Brutus, ſi collegam ob gentilitatem duntaxat Tarquiniani nominis abire in exilium rogaſſet ipſe materno genere junctus tyrannis. Rectius igitur Dionyſius lib. 5, & in Publicolæ vita Plutarchus oſtendiſſe Collatinum ſcribunt & ob nominis odium, & quod Aquilios ſororis filios dedere ad pœnam recuſaſſet. *Henr. Valeſius.*

2 *Ut omnes Tarquiniæ gentis exules eſſent*] Ita Varro rerum Romanarum lib. 20 auctore Marcello: *Omnes Tarquinios ejecerunt, ne quam reditionis per gentilitatem ſpem haberent.* Sigonius.

1 *Regem*

regno libido ſolutior fuerat, æquales ſodaleſque adoleſcentium Tarquiniorum; aſſueti more regio vivere. Eam tum æquato jure omnium licentiam quærentes, libertatem aliorum in ſuam vertiſſe ſervitutem inter ſe conquerebantur. [1] *Regem hominem eſſe, à quo impetres, ubi jus,* [2] *ubi injuria opus ſit: eſſe gratiæ locum, eſſe beneficio; & iraſci & ignoſcere poſſe: inter amicum atque inimicum diſcrimen noſſe. Leges, rem ſurdam, inexorabilem eſſe, ſalubriorem melioremque inopi quam potenti: nihil laxamenti nec veniæ habere, ſi modum exceſſeris. periculoſum eſſe, in tot humanis erroribus ſola innocentia vivere.* Ita, jam ſua ſponte ægris animis, legati ab regibus ſuperveniunt, ſine mentione reditus, bona tantum repetentes. eorum verba poſtquam in ſenatu audita ſunt, per aliquot dies ea conſultatio tenuit: ne non reddita belli cauſſa, reddita belli materia & adjumentum eſſent. Interim legati alii alia moliri, aperte bona repetentes, clam recuperandi regni conſilia ſtruere. &, tanquam ad id quod agi videbatur, ambientes nobilium adoleſcentium animos pertentant. à quibus placide oratio accepta eſt, his literas ab Tarquiniis reddunt: & de accipiendis clam nocte in urbem regibus colloquuntur.
[3] Vitelliis Aquiliiſque fratribus primo commiſſa res eſt. 4
Vitelliorum ſoror conſuli nupta Bruto erat; jamque ex eo matrimonio adoleſcentes erant liberi, Titus Tiberiuſque: eos quoque in ſocietatem conſilii avunculi aſſumunt, præterea & nobiles aliquot adoleſcentes conſcii aſſumpti, quorum vetuſtate memoria abiit. Interim

quum

1 *Regem hominem eſſe*] Lege, *hominem unum eſſe*. Et erit oppoſitio inter hominem unum & Leges, quæ plures. *Tan. Faber.*

2 *Ubi injuria opus ſit*] In hanc ſententiam Oreſtes ad Menelaum apud Euripidem v. 646. Α᾽δικον; λαβεῖν χρή Μ᾽ ἀντὶ τοῦδε τοῦ κακοῦ Α᾽δικόν τι παρὰ σοῦ. Vide cætera. Cicero pro Cœlio: *ſervire temporibus ſuorum omnium pecunia, gratia, labore corporis, ſcelere etiam, ſi opus eſſet, & audacia.* J. F. Gron.

3 *Vitellii, Aquiliiſque*] *Aquillii* duobus *ll* ſcribendi, ſic eſt enim in Capitolinis monumentis. Cæterum ne quis putet Dionyſium diſſentire à Livio, qui pro *Vitelliis*, *Gellios* nominet. nam mendum eſt in voce Γελλίους pro Οὐιτελλίους, ut eſt recte apud Plutarchum, in cujus Coriolano eſt etiam vitioſe, Οὐιγγίνιος pro Λαικινίους eadem ratione mendi. *Sigonius.*

1 De

quum in ſenatu viciſſet ſententia, quæ cenſebat reddenda bona; eamque ipſam cauſam moræ in urbe haberent legati, quod ſpatium ad vehicula comparanda à conſulibus ſumpſiſſent, quibus regum aſportarent res; omne id tempus cum conjuratis conſultando abſumunt: evincuntque inſtando, ut literæ ſibi ad Tarquinios darentur: nam aliter quî credituros eos, non vana ab legatis ſuper rebus tantis afferri? Datæ literæ, ut pignus fidei eſſent, manifeſtum facinus fecerunt. nam quum, pridie quam legati ad Tarquinios proficiſcerentur, & cœnatum forte apud Vitellios eſſet, conjuratique ibi, remotis arbitris, multa inter ſe, de novo, ut fit, conſilio egiſſent; ſermonem eorum ex ſervis unus excepit, qui jam antea id ſenſerat agi: ſed eam occaſionem, ut literæ legatis darentur, quæ deprehenſæ rem coarguere poſſent, expectabat. poſtquam datas ſenſit, rem ad conſules detulit. Conſules ad deprehendendos legatos conjuratoſque profecti domo, ſine tumultu rem omnem oppreſſere: literarum in primis habita cura, ne interciderent. proditoribus extemplo in vincula conjectis, de legatis paullulum addubitatum eſt: & quanquam viſi ſunt commiſiſſe, ut hoſtium loco eſſent, jus tamen gentium valuit. [1] De bonis

1 *De bonis regiis, quæ reddenda ante cenſuerant*] Omnes ſcripti alicujus numeri: *quæ reddi ante cenſuerant*. Mutarunt quia non erat publici ſaporis. Columella 8, 17. *Hos autem meatus fieri cenſemus per imam conſepti partem*. Idem ſæpe: *Quod etiam nos facere cenſemus: locus, ubi vivarium conſtituere cenſemus*. A. Gellius 20, 1. *Propterea prætores poſtea hanc oboleſcere & relinqui cenſuerunt*. Cicero 5 Verr. 26. *Appellitur navis Syracuſas, ſpectatur ab omnibus, ſupplicium ſumi putatur*. Secat Lambinus ob locutionem ultimi membri, ut ait, duriuſculam & propemodum inſolentem. Etiam Gruterus utcunque toleret, ambigit tamen & verum ſenſum non expedire ſe fatetur. Quaſi *ſumi putatur* aliud ſit quam ſumtum iri creditur, vel, ut ſumatur, exſpectatur. Atque eo accuratius dixit *ſumi*, quia in manifeſtos ſceleris præjudicatum erat, & à prima captivitate uſque præſens & jamjam fore credebatur. Sic juriſconſulti dicunt ſatiſdationes *judicatum ſolvi*, pro ſolutum iri; *rem ratam haberi* pro habitum iri. Plautus Mil. 2, 2. *Et ego impetrare me dico id, quod petis*. i. e. impetraturum, & quidem tam certo, quaſi jam habeamus. *Me* autem ait, quoniam & ſua intereſſe vult intelligi propter ſtudium erga amantes. Mira hic pertinacia editorum, qui, cum fateantur ſic eſſe in MSS. tamen exhibuerunt, *impetraturum*. Saltem *impetraſſere* feciſſent:

Digitized by Google

bonis regiis, quæ reddi ante cenſuerant, res integra refertur ad Patres. illi victi ira vetuêre reddi, vetuêre in publicum redigi. Diripienda plebi ſunt data; ut contacta regia præda ſpem in perpetuum cum his pacis amitteret. Ager Tarquiniorum, qui inter urbem ac Tiberim fuit, conſecratus Marti, Martius deinde campus fuit. Forte ibi tum ſeges farris dicitur fuiſſe matura meſſi. quem campi fructum quia religioſum erat conſumere, deſectam cum ſtramento ſegetem magna vis hominum ſimul [1] immiſſa corbibus fudere in Tiberim, tenui fluentem aqua, ut mediis caloribus ſolet. ita in vadis hæſitantis frumenti acervos ſediſſe illitos limo. Inſulam inde paulatim, & aliis, quæ fert temere flumen, eodem invectis, factam. [2] poſtea credo additas moles, manuque adjutum, ut tam eminens area, firma templis quoque ac porticibus ſuſtinendis eſſet. Direptis bonis regum, damnati proditores, ſumtumque ſupplicium. conſpectius eo, quod pœnæ capiendæ miniſterium patri de liberis conſulatus impoſuit: & qui ſpectator erat amovendus, eum ipſum fortuna exactorem ſupplicii dedit. Stabant deligati ad palum nobiliſſimi juvenes. ſed à cæteris, velut ab ignotis capitibus, conſulis liberi omnium in ſe averterant oculos, miſerebatque non pœnæ magis homines quam ſceleris, quo pœnam meriti eſſent; illos eo potiſſimum anno, patriam liberatam, patrem liberatorem, conſulatum ortum ex domo Junia, Patres, plebem, quicquid Deorum hominumque Romanorum eſſet, induxiſſe in animum, ut Superbo quondam regi, tum infeſto exuli proderent. Conſules in ſedem proceſſere

ciſſent: eſſet id tolerabilius. Cicero ad Atticum 4, 16. *Cato tamen adſirmat, ſe vivo illum non triumphare.* J. F. Gron.

1 *Immiſſa corbibus*] Corbes meſſorios intelligit, de quibus auctores rei rusticæ. *Henr. Valeſius.*

2 *Poſtea credo additas moles, manuque adjutum*] Corrige, *adjutam.* refertur enim ad *inſulam* vel *aream.* Seneca conſ. ad Marc. c. 17. *Videbis portum quietiſſimum omnium, quos aut natura poſuit in tutelam claſſium, aut adjuvit manus.* J. F. Gron.

1 *Præ-*

ſere ſuam, miſſique lictores ad ſumendum ſupplicium, nudatos virgis cædunt, ſecurique feriunt: quum inter omne tempus pater, vultuſque & os ejus, ſpectaculo eſſet; eminente animo patrio inter publicæ pœnæ miniſterium. Secundum pœnam nocentium, ut in utramque partem arcendis ſceleribus exemplum nobile eſſet, [1] præmium indici, pecunia ex ærario, libertas & civitas data. Ille primum dicitur vindicta liberatus. quidam vindictæ quoque nomen tractum ab illo putant; [2] Vindicio ipſi nomen fuiſſe. Poſt illum obſervatum, ut qui ita liberati eſſent, in civitatem accepti viderentur.
6 His, ſicut acta erant, nunciatis, incenſus Tarquinius non dolore ſolum tantæ ad irritum cadentis ſpei, ſed etiam odio iraque, poſtquam dolo viam obſeptam vidit, bellum aperte moliendum ratus: circumire ſupplex Etruriæ urbes; orare maxime Veientes Tarquinienſeſque, [3] *ne ſe ortum, ejuſdem ſanguinis, extorrem, egentem, ex tanto modo regno cum liberis adoleſcentibus ante oculos ſuos perire ſinerent. Alios peregre in regnum Romam accitos: ſe regem augentem bello Rom. imperium, à proximis ſcelerata conjuratione pulſum. Eos inter ſe, quia nemo unus ſatis dignus regno viſus ſit, partes regni rapuiſſe:*

1 *Præmium indici pecunia ex ærario*] Lib. 2 de bello Macedonico, & ejuſdem Decados lib. 9 liberi indicis præmium erat c millia gravis æris, ſervi autem xxv millia æris & libertas. Hic nihil definiunt de pecunia ſcriptores. Salluſtius in immenſum auget, Bello Catilin. Certum igitur eſt, tempore variatum eſſe hoc pretium, quod pluribus locis in Livio oſtendi poteſt. *Glareanus.*

2 *Vindicio ipſi nomen fuiſſe*] *Vindici* lego, quia Plutarchus in problemat. ait Οὐίνδικις ἦν ὄνομα. Et Dionyſius: Nominabatur, inquit, Οὐίνδικις. *Sigonius.*

3 *Ne ſe ortum ejuſdem ſanguinis*] Rhenanus cenſet legendum eſſe, *ortu.* Verum & quia ſine auctoritate veterum codicum ita ſentit, & quia durum genus dicendi utrumque eſt, utramque lectionem mendum ſuſpicor continere. Vereor autem ne legendum ſit hoc modo: *Ne ſe ortum ab iis ejuſdem ſanguinis.* Nam infra de eodem ita loquitur. *Ne ſe ortum ab Etruſcis, ejuſdem ſanguinis nominiſque, egentes*, &c. *Idem.*

Ne ſe ortum, ejuſd. ſang.] Hærent Rhenanus & Sigonius: ille *ortu*, hic *ortum ab iis* legunt. Atqui nihil eſt difficultatis, modo diſtinguas, ut fecimus, & pronomen *ſe* non accuſandi, ut ad ejectos Tarquinios referatur, ſed auferendi, ut Vejentes Tarquinienſeſque Etruſcos reſpiciat, caſu accipias ἀντὶ τοῦ *ex ipſis*: ſecus atque infra cap. 9. *J. F. Gron.*

puiſſe: bona ſua diripienda populo dediſſe, ne quis expers ſceleris eſſet. Patriam ſe regnumque ſuum repetere, & perſequi ingratos cives velle. Ferrent opem, adjuvarent, ſuas quoque veteres injurias ultum irent, toties cæſas legiones, agrum ademptum. Hæc moverunt Veientes, ac pro ſe quiſque, Romano ſaltem duce ignominias demendas, belloque amiſſa repetenda, minaciter fremunt. Tarquinienſes nomen ac cognatio movet. pulchrum videbatur ſuos Romæ regnare. Ita duo duarum civitatum exercitus, ad repetendum regnum, belloque perſequendos Romanos, ſecuti Tarquinium. Poſtquam in agrum Romanum ventum eſt, obviam hoſti conſules eunt. Valerius quadrato agmine peditem ducit: Brutus ad explorandum cum equitatu anteceſſit. Eodem modo primus eques hoſtium agminis fuit. Præerat Aruns Tarquinius filius regis. Rex ipſe cum legionibus ſequebatur. Aruns, ubi ex lictoribus procul conſulem eſſe: deinde jam propius, ac certius facie quoque Brutum cognovit, inflammatus ira, *Ille eſt vir*, inquit, *qui nos* [1] *extorres expulit patria. Ipſe, en ille noſtris decoratus inſignibus, magnifice incedit. Dii regum ultores adeſte.* Concitat calcaribus equum, atque in ipſum infeſtus conſulem dirigit. Senſit in ſe iri Brutus. Decorum erat tum ipſis capeſſere pugnam ducibus: avide itaque ſe certamini offert. adeoque infeſtis animis concurrerunt, neuter, dum hoſtem vulneraret, ſui protegendi corporis memor, ut contrario ictu per parmam uterque transfixus, duabus hærentes haſtis moribundi ex equis lapſi ſint. ſimul & cætera equeſtris pugna cœpit, neque ita multo poſt & pedites ſuperveniunt. Ibi varia victoria, & velut æquo Marte pugnatum eſt. dextra utrinque cornua vicere, læva ſuperata. Veientes vinci ab Romano milite aſſueti, [2] fuſi fugatique ſunt. Tarquinienſis novus

1 *Extorres expulit patria*] Voſſ. *pepulit*. J. F. Gron.

2 *Fuſi fugatique ſunt*] Illud *ſunt* ignoratur à MSS. Pall. o. Voſſ. utr. Rott. Gud. Flor. S. Marci. *Idem.*

I *Arſia*

vus hoſtis non ſtetit ſolum, ſed etiam ab ſua parte Roma-
7 num pepulit. Ita quum pugnatum eſſet, tantus terror Tarquinium atque Etruſcos inceſſit, ut omiſſa irrita re, nocte ambo exercitus, Veiens Tarquinienſiſque ſuas quiſque abirent domos. Adjiciunt miracula huic pugnæ; ſilentio proximæ noctis ex [1] ſilva Arſia ingentem editam vocem, Silvani vocem eam creditam, hæc dicta, [2] *Uno plus Etruſcorum cecidiſſe in acie: vincere bello Romanum.* Ita certe inde abiere Romani ut victores, Etruſci pro victis. Nam poſtquam illuxit, nec quiſquam hoſtium in conſpectu erat, P. Valerius Conſul ſpolia legit: triumphanſque inde Romam rediit: collegæ funus quanto tum potuit apparatu, fecit. ſed multo majus morti decus publica fuit mœſtitia, eo ante omnia inſignis, quia matronæ annum, ut parentem eum luxerunt: quod tam acer ultor violatæ pudicitiæ fuiſſet. Conſuli deinde qui ſuperfuerat, ut ſunt mutabiles vulgi animi, ex favore, non invidia modo, ſed ſuſpicio etiam cum atroci crimine orta. Regnum eum affectare, fama ferebat: quia nec collegam ſubrogaverat in locum Bruti, & ædificabat in ſumma Velia. ibi alto atque munito loco arcem inexpugnabilem fore. Hæc dicta vulgo creditaque quum indignitate angerent conſulis animum, vocato ad concilium populo, ſummiſſis faſcibus in concionem aſcendit. Gratum id multitudini ſpectaculum fuit; ſummiſſa ſibi eſſe imperii inſignia: confeſſionemque factam, populi quam con-

1 *Arſia ſilva*] Sic etiam Valerius cap. de Miraculis. at Plutarch. ὄρσον ἄλσος appellat. *Sigonius.*

2 *Uno plus Etruſcorum cecidiſſe*] Plutarch. apertius in Poplicola: ὡς ἑνὶ πλείους ἐν τῇ μάχῃ τεθνήκασι Τυῤῥηνῶν, ἢ Ῥωμαίων, id eſt, *Uno plures obiiſſe Tuſcos, quam Romanos.* Idem Dionyſius. *Idem.*

Uno plus Etruſcorum] Æſtuant in hac appellatione ſcripti. Vulgatam retinent Voſſ. 2 & Gud. At Florent. S. Marci, Voſſ. 1, Rott. *Tuſcorum.* Id ſi modo Livium audimus, præferendum eſt: nam & hanc variationem affectat. Sic cap. 9. *Tum Etruſca gentis regem amplum Tuſcis ratus.* Et cap. 46 quum dixiſſet *ſpatium Etruſcis fuit*, maluit tamen ſubjungere *ferox armorum arte Tuſcus.* Sic 9, 33. *Etruſci circa ſigna ceciderunt:* adnectit tamen *obſtinatos mori Tuſcos.* Adde 10, 30 & 45. *Jac. Gron.*

1 *Num.*

Digitized by Google

conſulis majeſtatem vimque majorem eſſe. Ubi audire juſſi, conſul laudare fortunam collegæ, *quod liberata patria in ſummo honore pro republica dimicans, matura gloria, nec dum ſe vertente in invidiam, mortem occubuiſſet. ſe ſuperſtitem gloria ſua ad crimen atque invidiam, ſupereſſe: ex liberatore patriæ ad Aquilios Vitellioſque recidiſſe.* [1] *Nunquamne ergo*, inquit, *ulla adeo à vobis ſpectata virtus erit, ut ſuſpicione violari nequeat? Ego me illum acerrimum regum hoſtem, ipſum cupiditatis regni crimen ſubiturum timerem? Ego ſi in ipſa arce Capitolioque habitarem, metui me crederem poſſe à civibus meis?* [2] *tam levi momento mea apud vos fama pendet? Adeone eſt fundata leviter fides, ut ubi ſim, quam qui ſim, magis referat? Non obſtabunt P. Valerii ædes libertati veſtræ, Quirites: tuta erit vobis Velia. Deferam non in planum modo ædes, ſed colli etiam ſubjiciam: ut vos ſupra ſuſpectum me civem habitetis. In Velia ædificent, quibus melius quam P. Valerio creditur libertas.* Delata confeſtim materia omnis infra Veliam: & [3] ubi nunc

1 *Nunquamne ergo ulla adeo à vobis ſpectata*] Nec male foret deleta præpoſitione: *adeo vobis ſpectata.* Sic lib. 1. *Id cuique ſpectatiſſimum ſit, quod necopinato viri adventu occurrerit oculis.* Catilina ad ſocios apud Salluſtium: *Ni virtus fideſque veſtra ſpectata mihi forent.* Nec habet Voſſianus. *J. F. Gron.*

2 *Tam levi momento mea apud vos fama pendet*] Non poſſum celare, quod notavi ex Flor. S. Marci: *tam levi momentaneaque apud vos fama pendere.* Itidem in Chiflet. & Pall. legi me docent excerpta. Etſi vix decerno, tamen infinitus hic modus elegantior eſt, quam ut à ſcribis profectum opiner, & Livium non abhorruiſſe à voce *momentaneus* docent ſimilia *ſupervacaneus*, *conſentaneus*, quibus alibi uſum memini. *Jac. Gron.*

3 *Ubi nunc vicus publicus eſt*] Miror Rhenanum corrigendum putaſſe, *Viriplaca.* cum unum tantum librum invenerit in quo eſſet, *Ubi nunc vica poca.* Quos quidem ego legi, ii habent: *Ubi nunc via publica eſt:* verum vitioſe utrumque. Nam Plutarch. in Poplic. ait: *ὅπου νεὼ ἱερὸν ὅτι εἶκος πόπλικος ὀνομαζόμενος.* Front. de aquæduct. 2 meminit *vici Publicii*, ut verear, ne legendum ſit, *vicus Publicius*. Sigonius.

Ubi nunc Vicapota] Rhenanus, *Viriplaca.* Sigonius *vicus publicus:* quia apud Plutarchum: *ὅπου νεὼ ἱερὸν ὅτι εἶκος πόπλικος ὀνομαζόμενος.* ſed quis templum audivit Vici publici? Aſconius: *Varronem tradere, M. Valerio, quia ſæpius vicerat, ædes in Palatio tributas L. Higinius dicit in libro priore de viris claris: & P. Valerio Voleſi filio Poplicolæ ædes publicas ſub Velia, ubi nunc ædes Victoriæ eſt, Populum ex lege, quam ipſe tulerat, conceſſiſſe.* Hæc eſt dea quæ ſignificatur etiam libris MSS. in quibus eſt *Vica poca* vel *Vicepote.* Scribe, *Vicapota*: Sic ipſam Victoriam videntur dixiſſe priſci. Seneca in ludo: *Proximus interrogatur ſententiam Dieſpiter Vicapotæ filius.* Plutarchum etiam emendem

nunc Vlcæpotæ eſt, domus in infimo clivo ædificata.
8 Latæ deinde leges non ſolum, quæ regni ſuſpicione conſulem abſolverent, ſed quæ adeo in contrarium verterent, ut popularem etiam facerent. inde cognomen factum [1] Publicolæ eſt. ante omnes de provocatione adverſus magiſtratus ad populum, [2] ſacrandoque cum bonis capite ejus, qui regni occupandi conſilia iniſſet. Gratæ in vulgus leges fuere, quas quum ſolus pertuliſſet, ut ſua unius in his gratia eſſet; tum deinde comitia, collegæ ſubrogando habuit. Creatus Sp. Lucretius Conſul, qui magno natu non ſufficientibus jam viribus ad conſularia munera obeunda, intra paucos dies moritur. Suffectus in Lucretii locum M. Horatius Pulvillus. Apud quoſdam veteres auctores non invenio Lucretium conſulem: Bruto ſtatim Horatium ſuggerunt. credo, quia nulla geſta res inſignem fecerit conſulatum, memoria intercidiſſe. Nondum dedicata erat in Capitolio Jovis ædes. Valerius Horatiuſque Conſules ſortiti uter dedicaret. Horatio ſorte evenit. Publicola ad Veientium bellum profectus. Ægrius quam dignum erat, tulere Valerii neceſſarii, dedicationem tam incliti templi Horatio dari. id omnibus modis impedire conati, poſtquam alia fruſtra tentata erant; poſtem jam tenenti conſuli, fœdum inter precationem Deûm nuncium incutiunt: mortuum ejus filium eſſe funeſtaque familia dedi-

mendem ad Livii exemplum. *Lipſius.* Nicolaus Faber in Senecæ ludum docet legendum *Vica Pota* ex MSS. *Hen. Valeſius.*

1 *Publicola*] Scribe *Poplicolæ*, ex fide Capitolinorum marmorum, & Græcorum librorum Dionyſii, Plutarchi, Dionis, præterea ex etymologia vocis. eſt enim *Poplicola*, ut ait Dionyſius, δημοκηδὴς, id eſt, *populum colens*, quamquam Priſcianus ait vetuſtiſſimis Latinis *Poblicum* eſſe dictum. *Sigonius.*

2 *Sacrandoque cum bonis capite ejus, qui regni occupandi conſilia iniſſet*] *Sacratum* caput, expono *execratum*, Græcis κατάρατος. Sic Horat. lib. 2 Sat. 6. *Inteſtabilis & ſacer eſto.* Hominem itaque abominandum intelligit, atque ab omnibus averſandum, cujuſmodi ſunt hi, quos nos *excommunicatos* vocamus, hoc eſt, ab hominum Chriſtianorum conſortio abactos. Hujuſmodi homines ethnicis antiquis violare impune fas erat. *Marcell. Donat.*

1 *Por-*

Digitized by Google

dedicare eum templum non poſſe. Non crediderit factum, an tantum animo roboris fuerit; nec traditur certum, nec interpretatio eſt facilis. Nihil aliud ad eum nuncium à propoſito averſus, quam ut cadaver efferri juberet, tenens poſtem, precationem peragit, & dedicat templum. Hæc poſt exactos reges domi militiæque geſta primo anno. Inde P. Valerius iterum, T. Lucretius, conſules facti. Jam Tarquinii ad Lartem [1] Porſe- 9
nam Cluſinum regem perfugerant. ibi miſcendo conſilium preceſque, nunc orabant, ne ſe oriundos ex Etruſcis, ejuſdem ſanguinis nominiſque, egentes exulare pateretur: nunc monebant etiam, *ne orientem morem pellendi reges inultum ſineret. Satis libertatem ipſam habere* [2] *dulcedinis. Niſi quanta vi civitates eam expetant, tanta regna reges defendant, æquari ſumma infimis. nihil excelſum, nihil quod ſupra cætera emineat, in civitatibus fore. Adeſſe finem regnis; rei inter Deos hominesque pulcherrimæ.* Porſena tum regem eſſe Romæ, tum Etruſcæ gentis regem, amplum Tuſcis ratus, Romam infeſto exercitu venit. Non unquam alias ante tantus terror ſenatum invaſit. Adeo valida res tum Cluſina erat, magnumque Porſenæ nomen. nec hoſtes modo timebant, ſed ſuoſmet ipſi cives, ne Romana plebs metu perculſa, receptis in urbem regibus, vel cum ſervitute pacem acciperet. Multa igitur blandimenta plebi per id tempus ab ſenatu data. annonæ imprimis habita cura, & ad frumentum com-

1 *Porſenam*] *Porſennam* Rott. Voſſ. ut. Helm. Chiſl. Flor. Sic *Porſenna* MS. Voſſ. apud Plinium 34, 6 & 14. 36, 13. Frontin. 2 Stratag. 13, 5. MS. Eutropius Acad. Lugd. Caſſius Hemina apud Nonium pag. 267. Virgilius 8 Æ. 646. Chariſius lib. 1. *Lar ſi familiaris erit, genitivo Laris; ſi Tolumnii vel Porſennæ Lartis.* J. F. Gron.

2 *Dulcedinis, niſi quanta vi civitates eam expetant, tanta regna reges defendant. Æquari*] Ita magno errore huc uſque diſtinctus fuit hic locus; quaſi vero minus dulcedinis haberet libertas, ſi jam regna reges defendant. Itaque quam diſtinctionem nobis indicavit accuratiſſimus Jac. Perizonius, non cunctati ſumus hac vice in contextum admittere, maxime quum jam anteriores quædam editiones, *defendant, æquari.* τὸ *æquari*, eſt, rem in eo eſſe, ut æquentur, immo jam æquari, atque ita nihil excelſum in civitatibus fore. *Jac. Gron.*

comparandum miſſi, alii in Volſcos, alii Cumas. Salis quoque vendendi arbitrium, [1] quia impenſo pretio venibat

1 *Quia impenſo pretio venibat, in publicum omni ſumptu*] Hoc receptum eſt ab interpunctione Turnebi, *omni ſumptu in publicum*, breviter dici cenſentis, ut ſignificetur datum plebi ſalem de publico, onere & ſumptu illo in rempublicam recepto. Sed præter durum loquendi genus inſolentiſſima foret hæc largitio in tanta egeſtate reipublicæ. Lipſius prodidit, *in publicum omni ſumpto*, ne hoc quidem ſermone tolerabili. Nimis audacter Glareanus & Urſinus: ille *omni ſumptu adempto conceſſum privatis*, etſi eodem inclinet Sigonius; hic *cum omni ſumptu ademptum*, reciſo τοῦ *Privatis*. Cujus gravis eſt error, quod *impenſo pretio*, interpretatur nullo ſoluto pretio, quaſi ſal nulla impenſa in publicum veniret, eoque iniquum eſſet eum divendi. Et enim res falſa eſt, nec verba illam patiuntur. Apud Ciceronem, quibus abutitur, ad Atticum 14, 12. *Minuſculam vero villam utique Quinto traditurum vel impenſo pretio.* Manutius etiam, *non ſoluto*. At id prohibent exempla tot alia, voluntque intelligi, pretio vel maximo, aut quantumvis magno. *Vel* eo ſenſu, quo alias *etiam*, aut, *& id quidem*. Si nihil aliud, introductio, de qua ſequitur, dotatæ Aquilliæ hunc ſenſum adfirmat. Nannius: *venibat in publicum, ſine omni ſumptu ademptum privatis.* Quod ſit, venditum fuiſſe publice, detractis oneribus itinerum & vectigalium, ut præter pretium ſalis nihil ſit ſolutum. Ne hoc quidem ex iſtis verbis poteſt confici. *Venire in publicum* dicitur, quod emitur pecunia ærarii. Ut contra lib. 40. *Forum piſcatorium circumdatis tabernis, quas vendidit in privatum.* Non poteſt autem eſſe cauſa, cur adimeretur privatis illud commercium, quod magno pretio à republica compararetur. Cur enim reſpublica compararet? Dein plebi conſultum eſt hoc inſtituto: plebs igitur gravata erat antea, non ærarium. Sed & poſtrema verba nihil habent ſani. Ego ita cenſeo. Salinas Oſtia deducta inſtituerat olim Ancus. Eæ, ut ſolent publica, haud dubie locabantur redemptoribus exercendæ. Qui quum magno conducerent, atque ideo excandefacerent annonam ſalis, Patres plebis demerendæ cauſa tum non locaverunt ſalinas privatis vectigal pro eo penſuris, ſed mandaverunt operis publicis, quæ in publicum colligerent omne ſal, conſtitueruntque inſtitores, qui ſalubriore pretio plebi divenderent. Suetonius Caligula cap. 40. *Vectigalia nova atque inaudita primum per publicanos, deinde quia lucrum exuberabat, per centuriones tribunoſque prætorianos exercuit.* Quod hic fecit avaritia & invidia in redemptores, id illi indulgentia in plebem. Hanc mentem Livii, conceptamque his fuiſſe verbis exiſtimo: *Salis quoque vendendi arbitrium quia impenſo pretio venibat, in publicum omne ſumptum, ademptum privatis. Arbitrium* non modo eſt poteſtas vel copia, ſed etiam ipſa merces vel pecunia vectigalis, quam ſocii ſolvebant reipublicæ ob jus monopolii vel vendendi per ipſos ſolos. Ut Cicero in Senatu poſt reditum: *Nondum palam factum erat concidiſſe rempublicam, cum tibi arbitria funeris ſolvebantur.* Pro domo: *videre prætextatos inimicos, nondum morte complorata, arbitria petentes funeris.* In Piſonem: *atque eodem in templo, eodem & loci veſtigio & temporis arbitria non mei ſolum ſed patriæ funeris abſtuliſti.* Illud Vectigal ait *impenſo pretio veniſſe*, id eſt magno conductum eſſe, ut *vendere decumas: emi viceſimam*, de quibus lib. 4 de pec. vet. cap. 5. Denique id *in publicum omne ſumptum, ademptum privatis.* Hoc eſt, non ad haſtam locaverunt ſociis, ſed ad ſe receptum

nibat in publicum omni ſumptu, ademptum privatis. Portoriis quoque & tributo [1] plebe liberata, ut divites conferrent, qui oneri ferendo eſſent. pauperes ſatis ſtipendii pendere, ſi liberos educarent. Itàque hæc indulgentia Patrum, aſperis poſtmodum rebus in obſidione ac fame, adeo concordem civitatem tenuit, ut regium nomen non ſummi magis quam infimi horrerent: nec quiſquam unus malis artibus poſtea tam popularis eſſet, quam tum bene imperando univerſus ſenatus fuit. Quum hoſtes adeſſent, pro ſe quiſque in urbem ex agris demigrant: urbem ipſam ſepiunt præſidiis: alia muris, alia Tiberi objecto videbantur tuta. Pons ſublicius iter penè hoſtibus dedit. ni unus vir fuiſſet, Horatius Cocles: id munimentum illo die fortuna urbis Romanæ habuit: qui poſitus fortè in ſtatione pontis, quum captum repentino impetu Janiculum, atque inde citatos decurrere hoſtes vidiſſet, trepidamque turbam ſuorum arma ordineſque relinquere, reprehenſans ſingulos, [2] obſiſtens, obteſtanſque Deûm & hominum fidem, teſtabatur: *nequicquam deſerto præſidio eos fugere. Si [3] tranſitum pontem à tergo reliquiſſent: jam plus hoſtium in Pala-*

ceptum Patres actoribus publicis mandaverunt. Παραλαμβάνειν παρὰ τῶν ἰδιωτῶν τὴν πόλιν Ariſtoteles ait 2 Oeconom. Defectus ille conjunctionis non novus Livio. Sic lib. 24. *Tribuque omnes moti; ærarii facti. Sumere in publicum*, ut *redigere in publicum*, *referre in publicum:* qualia paſſim frequentat Cato in Oppium: *vinum redemiſti, prædia pro vini quadrantalibus ſexaginta in publicum dediſti.* Varro lib. 4 de L. L. *Cum pecore diceretur multa, & id eſſet coactum in publicum.* Livius lib. 26. *Servorum opera, qui in publicum redempti ac manumiſſi ſunt.* Lib. 42. *Pars agri Campani, quem privati ſine diſcrimine poſſederant, reciperata in publicum erat.* Lib. 44. *Ædes Africani, laniena ſque & tabernas conjunctas in publicum emit.* J. F. Gron.

1 *Plebe liberata*] Scribendum videtur: *plebes liberata.* Et ſic Gud. Aliud enim hoc levamenti genus latius patens, nec reſtringendum ad ea, quæ præceſſerunt. Sed & Flor. ac Voſſ. 1 à manu prima *Portoriiſque.* Et ſufficit τὸ *quoque* in præcedenti periodo. *Idem.*

2 *Obſ. obteſtanſque Deûm & hominum fidem teſtabatur*] In Pal. deerat τὸ *teſtabatur.* Voſſ. à m. p. *obſiſtens obſtanſque.* Et certe ingrata eſt verbi repetitio. Suſpicari poſſis fuiſſe: *obſiſtens obſecranſque, Deum & hominum fidem teſtabatur.* Idem.

Obſiſtens obteſtanſque] 10, 19. *Plures abeunti Volumnio obſiſtere atque obteſtari.* Jac. Gron.

3 *Tranſitum pontem*] Sic omnes libri. Lib. 21. *Ab tergo Alpes urgent, vix integris vobis ac vigentibus tranſitæ.*

Palatio Capitolioque, quam in Janiculo fore. [1] *Itaque monere, prædicere, ut pontem,* [2] *ferro, igni, quacunque vi poſſent, interrumpant. Se impetum hoſtium, quantum corpore uno poſſet obſiſti, excepturum.* Vadit inde in primum aditum pontis: inſigniſque inter conſpecta [3] cedentium pugnæ terga, obverſis cominus ad ineundum prœlium armis, ipſo miraculo audaciæ obſtupefecit hoſtes. duos tamen cum eo pudor tenuit, [4] Sp. Lartium ac T. Herminium, ambos claros genere factiſque. Cum his primam periculi procellam, & quod tumultuoſiſſimum pugnæ erat, parumper ſuſtinuit. deinde eos quoque ipſos [5] exigua parte pontis relicta, revocantibus qui reſcindebant, cedere in tutum coëgit. Circumferens inde truces minaciter oculos ad proceres Etruſcorum; nunc ſingulos provocare, nunc increpare omnes, *Servitia regum ſuperborum, ſuæ libertatis immemores, alienam oppugnatum venire.* Cunctati aliquamdiu ſunt, dum alius alium, [6] ut prœlium incipiant, circumſpectant. pudor deinde commovit aciem, & clamore ſublato undique in unum hoſtem tela conjiciunt. Quæ quum in objecto cuncta ſcuto hæſiſſent, neque ille minus obſtinatus [7] ingenti pontem obtineret gradu; jam impe-

Nec tamen refuto Nannianum *tranſitui.* J. F. Gron.

1 *Itaque monere, præcipere*] Si veteres ita libri haberent, non ſollicitarem. Cicero pro Sextio; *Moneo vos, adoleſcentes, atque hoc meo jure præcipio.* Nunc conjecturam Rhenani hucuſque patimur: nam & ipſius & alii libri: *monere, prædicere.* quod reſtituendum eſt. Lib. 21. *Per Deos fœderum teſtes ac arbitros monuiſſe, prædixiſſe ſe.* Cæterum offert Sigonius è ſuo: *igni, & quacunque.* Eodem jure quo primo libro in verbis Bruti: *Ferro, igni quacunque dehinc vi poſſim.* Idem.

2 *Ferro, igni, quacumque vi*] Vet. lect. *& quacumque vi poſſent.* Sigonius.

3 *Cedentium pugna terga*] Malo *pugna.* Hoc libro de Collatino: *civitate ceſſit.* Et, *Cominium bellum geſſiſſe cum Volſcis memoria ceſſiſſet.* Lib. 21. *Hannibal ſaucius pugna exceſſit.* Cicero Phil. 10. *Eundem vidi poſtea Velia cedentem Italia.* J. F. Gron.

4 *Sp. Largium*] Glareanus ubique *Largium* ſcribendum cenſet: nos *Lartium*: partim antiquorum librorum auctoritate, partim etymologia vocis. *Lartius* enim à *Larte* prænomine dictus eſt. Græcorum tamen codices ubique Λάρκιον habent. *Sigonius.*

5 *Exigua parte pontis*] Tò *coëgit*, hac ſcriptura, non poteſt referri niſi ad Coclitem. At non ille magis coëgit, quam revocantes. Scribe: *Exigua parte pontis relicta.* J. F. Gron.

6 *Ut prœlium incipiant, circumſpectant*] Lege: *incipiat.* Idem.

7 *Ingenti pontem obtineret gradu*] Locus mihi ſuſpectus. An *auſu*? Illud quidem

Digitized by Google

impetu conabantur detrudere virum. quum ſimul fragor
rupti pontis, ſimul clamor Romanorum alacritate per-
fecti operis ſublatus, pavore ſubito impetum ſuſtinuit.
Tum Cocles, [1] *Tiberine pater*, inquit, *te ſancte precor, hæc
arma & hunc militem propitio flumine accipias.* Ita ſic arma-
tus in Tiberim deſiluit: multiſque ſuper incidentibus te-
lis incolumis ad ſuos tranavit; rem auſus plus famæ ha-
bituram ad poſteros, quam fidei. Grata erga tantam
virtutem civitas fuit: ſtatua in comitio poſita; agri quan-
tum uno die circumaravit, datum. Privata quoque in-
ter publicos honores ſtudia eminebant. nam in magna
inopia pro domeſticis copiis unuſquiſque ei aliquid, frau-
dans ſe ipſe victu ſuo, contulit. Porſena primo conatu 11
repulſus, conſiliis ab oppugnanda urbe ad obſidendam
verſis, præſidio in Janiculo locato, ipſe in plano ripiſ-
que Tiberis caſtra poſuit: navibus undique accitis, &
[2] ad cuſtodiam, ne quid Romam frumenti ſubvehi ſine-
ret; & ut prædatum milites trans flumen per occaſiones
[3] aliis atque aliis locis trajicerent. brevique adeo infe-
ſtum omnem Romanum agrum reddidit, ut non cæte-
ra ſolum ex agris, ſed pecus quoque omne in urbem com-
pelleretur, neque quiſquam extra portas propellere au-
deret. Hoc tantum licentiæ Etruſcis, non metu magis
quam conſilio conceſſum. namque Valerius conſul, in-
tentus in occaſionem, multos ſimul & effuſos improvi-
ſo adoriundi, in parvis rebus negligens ultor, gravem ſe
ad majora vindicem ſervabat. Itaque, ut eliceret præ-
datores,

quidem eſſet *μακρὰ βιβὰς* Homeri-
cum: ſed nihil cum *Obtinet*. Tan.
Faber.

1 *Tiberine pater, inquit, te ſancte pre-
cor*] Tiberinum deum loci videtur in-
telligere, de quo etiam Virgil. lib. 8.
*Hic Deus ipſe loci fluvio Tiberinus amœ-
no, Populeas inter ſenior ſe attollere fron-
des Viſus.* Quo in loco docet Servius,
in ſacris *Tiberinum*, in communi lo-
quendi ſermone, *Tiberim*; in carmi-
ne, *Tibrim* vocari. *Sigonius.*

2 *Ad cuſtodiam, ne quid*] Deſidera-
tur vox, *Poſitis*, quæ eſt in vet. lib. *&
ad cuſtodiam poſitis.* Idem.

3 *Aliis atque aliis locis trajicerent*]
Malim *trajiceret*. id eſt, tranſponeret
ipſe Porſena. Et ſic video eſſe in Voſ-
ſiano. *J. F. Gron.*

datores, edicit ſuis, poſtero die frequentes porta Eſquilina, quæ averſiſſima ab hoſte erat, expellerent pecus: ſcituros id hoſtes ratus, quod in obſidione & fame ſervitia inſida transfugerent. Et ſcière perſugæ indicio: multoque plures, ut in ſpem univerſæ prædæ, flumen trajiciunt. P. Valerius inde T. Herminium cum modicis copiis ad ſecundum lapidem Gabina via occultum conſidere jubet: Sp. Lartium, cum expedita juventute, ad portam Collinam ſtare, donec hoſtis prætereat. deinde ſe objicere, ne ſit ad flumen reditus. [1] Conſulum alter T. Lucretius porta Nævia cum aliquot manipulis militum egreſſus: ipſe Valerius Cœlio monte cohortes delectas educit. hique primi apparuere hoſti. Herminius, ubi tumultum ſenſit, concurrit ex inſidiis: [2] verſiſque in Valerium Etruſcis, terga cædit. dextra lævaque, hinc à porta Collina, illinc ab Nævia redditus clamor. ita cæſi in medio prædatores, neque ad pugnam viribus pares, & ad fugam ſeptis omnibus viis. finiſque ille tam [3] ef-
12 fuſe vagandi Etruſcis fuit. Obſidio erat nihilominus, & frumenti cum ſumma caritate inopia; ſedendoque expugnaturum ſe urbem, ſpem Porſena habebat: [4] quum C. Mu-

1 *Conſulum alter*] Vet. lib. *Conſul alter.* Sigonius.

2 *Verſiſque in Lucretium Etruſcis*] Probo conjecturam Glareani, legendum eſſe, *in Valerium* propter ea quæ ſequuntur, *Dextra lævaque hinc à porta Collina, illinc ab Nævia redditus clamor:* nimirum ab Lartio, & Lucretio; quorum ille Collina, hic Nævia porta egreſſus erat. *Idem.*

3 *Effuſe vagandi*] Flor. Voſſ. Helm. Rott. Gud. *evagandi.* Sic quoque in Flor. S. Marci legitur. 3, 7. *per ignota capita late evagata eſt vis morbi.* Jac. Gron.

4 *Quum C. Mucius adoleſcens nobilis*] Sigonio videtur hæc periodus ἀνακόλουθον continere, quia nullum ſubdat verbum, quod reſpondeat recto illi caſui, *C. Mucius.* Ecce & in promptu ſubſervientes ei libri MSS. ex quibus jubet nos legere: *C. Mucio adoleſcenti nobili indignum videbatur.* Quibus quidem Livium reſtituendum nunquam committemus. Neque eſt ἀνακόλουθον, niſi quæ hoc nomine figura loquendi referenda eſt inter veterum eleganter dicta. Neque verum eſt nihil reſpondere recto caſui: ſubjiciuntur enim multa, ut *ratus*, *conſtituit*, *metuens*, *iret*, *deprehenſus*, &c. ſed in errorem induxit doctiſſimum virum illud *itaque*, quo putabat novam omnino periodum incipi, non illam, quæ interciſa & ſuſpenſa erat, continuari. Poterat quidem abeſſe, & πλεονάζει. ſed utiliter additur orationi propter hyperbaton, & valet perinde

C. Mucius adoleſcens nobilis, cui indignum videbatur, populum Romanum ſervientem, quum ſub regibus eſſet, nullo bello, nec ab hoſtibus ullis obſeſſum eſſe; liberum eundem populum ab iiſdem Etruſcis obſideri, quorum ſæpe exercitus fuderit: itaque magno audacique aliquo facinore eam indignitatem vindicandam ratus, primo ſua ſponte penetrare in hoſtium caſtra conſtituit: dein metuens, ne ſi conſulum injuſſu & ignaris omnibus iret, forte deprehenſus à cuſtodibus Romanis retraheretur ut transfuga, fortuna tum urbis crimen affirmante, ſenatum adiit: *Tranſire Tiberim*, inquit, *Patres, & intrare, ſi poſſim, caſtra hoſtium volo: non prædo, nec populationum invicem ultor. Majus, ſi Dii juvant, in animo eſt facinus.* Approbant Patres: abdito intra veſtem ferro proficiſcitur. Ubi eo venit, in confertiſſima turba prope regium tribunal conſtitit. Ibi quum ſtipendium forte militibus daretur, & ſcriba cum rege ſedens pari fere ornatu multa ageret, eum milites vulgo adirent; timens. ſciſci-

de ac ſi plenius dixiſſet: *is itaque, ut occœpi dicere, Mucius.* Cicero lib. 4 de finib. *Poſtea tuus ille Pœnulus (ſcis enim Cittiaos, clientes tuos è Phœnicia profectos) homo igitur acutus, cauſam non obtinens, repugnante natura, verba verſare cœpit.* Hic abundat τὸ *igitur*, ut illic τὸ *itaque*. Lib. 2 Tuſcul. Quæſt. *Etenim ſi orationes, quas nos multitudinis judicio probari volebamus (popularis eſt enim illa facultas, & effectus eloquentiæ eſt audientium approbatio) ſed ſi reperiebantur nonnulli, qui nihil laudarent, niſi quod ſe imitari poſſe confiderent, quemque ſperandi ſibi eundem & bene dicendi finem proponerent, &c. quid futurum putamus, cum adjutore populo: quo utebamur antea, nunc minime nos uti poſſe videamus?* Exemplum inſigne, unde vides, & quæ reſpondere deberent, interdum ad ſenſum potius quam ad vocabula referri. Pro Plancio: *Aliquid præterea, (timide dico, tamen dicendum) non enim opibus, non invidioſa gratia, non potentia vix ferenda, ſed commemoratione beneficii, ſed miſericordia, ſed precibus, aliquid attulimus etiam nos.* Juſtinus lib. 12. *Auctor inſidiarum Antipater fuit, qui cum cariſſimos amicos ejus interfectos videret, &c.* hinc longo ambitu ſuſpenditur oratio uſque ad *arbitrabatur:* ibi demum: *igitur ad occupandum regem, Caſſandrum filium dato veneno ſubornat.* Idem ſcilicet Antipater, cum illa omnia videret ac reputaret. Herodotus lib. 1. Κροῖσος δὲ μεμφθεὶς κατὰ τὸ πλῆθος τὸ ἑωυτοῦ στράτευμα (ἦν γάρ οἱ ὁ συμβαλὼν στρατὸς πολλὸν ἐλάσσων ἢ ὁ Κύρου) τοῦτο μεμφθείς, ἀπήλαυνε ἐς τὰς Σάρδις. Sic apud Xiphilinum in prodigiis cladis Craſſianæ: ὁ γὰρ ἀετὸς ὀνομαζόμενος (ἔστι δὲ ναΐσκος μικρὸς, &c, quibus deſcribit aquilam: inde, τούτων οὖν αἰετῶν εἷς οὐκ ἠθέλησε τὸν Εὐφράτην αὐτοῖς τότε συνδιαβῆναι. *J. F. Gron.*

ſciſcitari uter Porſena eſſet, ne ignorando regem ſemetipſe aperiret quis eſſet, quo temere traxit fortuna facinus, ſcribam pro rege obtruncat. Vadentem inde qua per trepidam turbam cruento mucrone ſibi ipſe fecerat viam, quum concurſu ad clamorem facto, comprehenſum regii ſatellites retraxiſſent, ante tribunal regis deſtitutus, tum quoque inter tantas fortunæ minas, metuendus magis quam metuens: *Romanus ſum*, inquit, *civis: C. Mucium vocant. hoſtis hoſtem occidere volui. nec ad mortem minus animi eſt, quam fuit ad cædem. Et facere & pati fortia, Romanum eſt. Nec unus in te ego hos animos geſſi: longus poſt me ordo eſt idem petentium decus. Proinde in hoc diſcrimen, ſi juvat, accingere, ut in ſingulas horas capite dimices tuo: ferrum hoſtemque in veſtibulo habeas regiæ. Hoc tibi juventus Romana indicimus bellum. Nullam aciem, nullum prœlium timueris. Uni tibi, & cum ſingulis, res erit.* Quum rex, ſimul ira infenſus, periculoque conterritus, circumdari ignes minitabundus juberet, niſi expromeret propere, quas inſidiarum ſibi minas per ambages jaceret: *En tibi*, inquit, *ut ſentias quam vile corpus ſit iis* [1] *qui magnam gloriam vident:* dextramque accenſo ad ſacrificium foculo injicit. quam quum velut alienato ab ſenſu torreret animo; prope attonitus miraculo Rex, quum ab ſede ſua proſiluiſſet, amoverique ab altaribus juvenem juſſiſſet: *Tu vero abi*, inquit, *in te magis quam in me hoſtilia auſus.* [2] *Juberem macte virtute*

1 *Qui magnam gloriam vident*] Sic optime Gruterus è libris. Male ſubjecerant, *petunt*: male Rhenanus, qui primus verum produxit, addebat, *propoſitam*. Cicero pro Sext. *Qui dignitatem, qui rempublicam, qui gloriam ſpectant*. Liv. 3. *Cujus mens nihil præter publicum commodum videt*. Lib. 6. *Camillus in utraque veſtra fortuna ſuam gloriam videt*. Lib. 7 in oratione Corvi: *Proinde ſummum quodque ſpectate, milites, decus*. Seneca de benef. 4, 20. *Ingratus eſt, quia in referenda gratia ſecundum datum videt, qui ſperat cum reddit*, Lucianus Hermotimo: Οὐ γὰρ ἔτι χρυσίον ἔτι, ἔτι ἡδονὰς, ἔτι δόξας ὁρῶσιν, ὡς διαγελᾶν περὶ αὐτῶν. *J. F. Gron.*

2 *Juberem macte virtute eſſe*] Vetus lectio. *Juberem te macte virtute eſſe*. Modus eſt autem jubendi is, de quo Livius lib. 4. *Tum Dictator, Macte virtute, inquit, C. Servili eſto*. Ut autem ibi, *Macte*, pro *Mactus*, ponitur, auctore Priſciano, ſic hic *Macte* pro *Mactum*. Sigonius.

Digitized by Google

virtute eſſe, ſi pro mea patria iſta virtus ſtaret. Nunc jure belli liberum te, intactum, inviolatumque hinc dimitto. Tum Mucius, quaſi remunerans meritum, *Quandoquidem*, inquit, *eſt apud te virtuti honos, ut beneficio tuleris a me, quod minis nequiſti; trecenti conjuravimus principes juventutis Romanæ, ut in te hac via graſſaremur. Mea prima ſors fuit. cæteri, ut cuique ceciderit primo, quoad te opportunum fortuna dederit, ſuo quiſque tempore aderunt.* Mucium dimiſſum, cui poſtea 13
[1] Scævolæ à clade dextræ manus cognomen inditum, legati à Porſena Romam ſecuti ſunt. Adeo moverat eum & primi periculi caſus, quo nihil ſe præter errorem inſidiatoris texiſſet; & ſubeunda dimicatio toties quot conjurati ſupereſſent; ut pacis conditiones ultro ferret Romanis. Jactatum in conditionibus nequicquam de Tarquiniis in regnum reſtituendis, magis [2] quia id negare ipſe nequiverat Tarquiniis, quam quod negatum iri ſibi ab Romanis ignoraret. De agro Veientibus reſtituendo, impetratum: expreſſaque neceſſitas obſides dandi Romanis, ſi Janiculo præſidium deduci vellent. His conditionibus compoſita pace, exercitum ab Janiculo deduxit Porſena, & agro Romano exceſſit. Patres C. Mucio virtutis cauſa trans Tiberim agrum dono dedere, quæ poſtea ſunt Mucia prata appellata. Ergo ita honorata virtute, feminæ quoque ad publica decora excitatæ. Clœlia virgo, una ex obſidibus, quum caſtra Etruſcorum forte haud procul ripa Tiberis locata eſſent, fruſtrata cuſtodes, dux agminis virginum inter tela hoſtium Tiberim tranavit: ſoſpiteſque omnes Romam ad propinquos reſtituit. Quod ubi regi nunciatum eſt, primo incenſus ira,

1 *Scævolæ*] Cap. lapid. edunt; *Scævolæ*. Sigonius.

Scævolæ à clade dextræ manus] Inepte: quomodo enim a Græco σκαιᾶς σκαιόλας Scævola fiat? Melius eſt dicere cum Varrone lib. 6 L. L. *Pueris turpicula res in collo quædam ſuſpenditur hujus Scævæ cauſa: inde Scævola appellatus.* Certe cognomen Romanum eſt Scæva, Livius pag. 289; & nobilis ille centurio Cæſaris Scæva dicitur. *Hen. Valeſius.*

2 *Quia id negare ipſe nequiverit*] Flor. Rott. Chiſl. & Voſſ. *nequiverat*. Iidem & Helm. ut Rhenanus: *Et Clœlia*. J. F. Gron.

ira, oratores Romam miſit ad Clœliam obſidem depoſcendam; alias haud magni facere: deinde in admirationem verſus, *Supra Coclites Mucioſque dicere id facinus eſſe*, & præ ſe ferre, *quemadmodum, ſi non dedatur obſes, pro rupto ſe fœdus habiturum; ſic deditam, inviolatam ad ſuos remiſſurum.* Utrinque conſtitit fides: & Romani pignus pacis ex fœdere reſtituerunt: & apud regem Etruſcum non tuta ſolum, ſed honorata etiam virtus fuit: laudatamque virginem parte obſidum ſe donare dixit: ipſa quos vellet, legeret. Productis omnibus [1] elegiſſe impuberes dicitur: quod & virginitati decorum, & conſenſu obſidum ipſorum probabile erat, eam ætatem potiſſimum liberari ab hoſte, quæ maxime opportuna injuriæ eſſet. Pace redintegrata, Romani novam in femina virtutem novo genere honoris, ſtatua equeſtri, donavere.
14 in ſumma Sacra via fuit poſita virgo inſidens equo. Huic tam pacatæ profectioni ab urbe regis Etruſci abhorrens mos, traditus ab antiquis, uſque ad noſtram ætatem [2] inter cætera ſolennia manet bonis vendendis, bona Porſenæ regis vendendi. Cujus originem moris, neceſſe eſt aut inter bellum natam eſſe, neque omiſſam in pace: aut mitiore creviſſe principio, quam hic præ ſe ferat titulus, bona hoſtiliter vendendi. Proximum vero eſt ex iis quæ traduntur: Porſenam deſcendentem ab Janiculo, caſtra opulenta, convecto ex propinquis ac fertilibus Etruriæ arvis commeatu, Romanis dono dediſſe; inopi tum urbe ab longinqua obſidione. ea deinde, ne populo immiſſo diriperentur hoſtiliter, [3] veniſſe, bona-

que

1 *Elegiſſe impuberes*] Chifl. Helm. Rott. Flor. uterque *impubes*. J.F.Gron.

2 *Inter cætera ſolennia manet, bona Porſenæ regis*] In omnibus vet. lib. duæ amplius voces ſunt, *Bonis vendendis*, quas eximit Rhenanus, quod in uno quem ipſe legit libro non reperit, ex quo ſuſpicatus eſt, eas eſſe interpretis alicujus gloſſema. Videndum eſt tamen an ita ſit. Etenim Cicer. in Verr. 3. *Ubi illa conſuetudo in bonis, prædiis, prædibuſque vendendis Conſulum, Cenſorum, Prætorum, Quæſtorum, ut optima conditione ſit is, cuja res ſit, cujum periculum.* Sigonius.

3 *Veniſſe bona, quæ Porſenæ appellata*] Refinge, ut voluit Glareanus & habent non MSS. modo, ſed & vetuſtæ

editio-

que Porſenæ appellata, gratiam muneris magis ſignificante titulo; quam auctionem fortunæ regiæ, [1] quæ ne in poteſtatem quidem populi Romani eſſet. Omiſſo Romano bello Porſena, ne fruſtra in ea loca exercitus adductus videretur, cum parte copiarum filium Aruntem Ariciam oppugnatum mittit. Primo Aricinos res necopinata perculerat. arceſſita deinde auxilia & à Latinis populis, & à Cumis, tantum ſpei fecere, ut acie decernere auderent. Prœlio inito, adeo concitato impetu ſe intulerant Etruſci, ut funderent ipſo incurſu Aricinos. Cumanæ cohortes arte adverſus vim uſæ, declinavere paululum; effuſeque prælatos hoſtes converſis ſignis ab tergo adortæ ſunt. Ita in medio prope jam victores cæſi Etruſci: pars perexigua, duce amiſſo, quia nullum propius perfugium erat, Romam inermes & fortuna & ſpecie ſupplicum delati ſunt. ibi benigne excepti, diviſique in hoſpitia. Curatis vulneribus alii profecti domos, nuncii hoſpitalium beneficiorum. Multos Romæ hoſpitum urbiſque caritas tenuit. his locus ad habitandum datus, quem deinde *Tuſcum vicum* appellarunt.

[2] P. Lucretius inde & P. Valerius Publicola tertium con- 15
ſules

editiones: *Veniſſe, bonaque Porſenæ appellata,* Nam τὸ *ea* refertur ad *caſtra opulenta*, non ad *bona*, ut putarunt. Neque incommode dicitur, *veniſſe opulenta caſtra*, pro ſectione rerum in caſtris. Cicero in de l. agrar. *Num obſcure videntur prope haſta præconis inſectari Cn. Pompeii exercitum, qui venire jubeant eos ipſos agros, in quibus ille etiam nunc bellum gerat?* J. F. Gron.

1 *Quæ ne in poteſtatem quidem pop. Rom. eſſet*] Quis non de hac anomalia aliquid notavit? aut eam alicubi jure injuria applicare ſtuduit? Non iſta libentes iteramus, quæ pœne in Homericum τὸν δ' ἀπαμειβόμενος abierunt: conſenſu tamen ſcriptorum permotus non inſuper habere volui dictum, ut apud Ciceronem: *ab exteris nationibus, quæ in amicitiam Pop. R. ditionemque eſſent: cum veſtros portus in prædonum fuiſſe poteſtatem ſciatis*: apud JC. *Veſpertinis temporibus in publicum eſſe, in poſſeſſionem eſſe*: & id genus infinita. Cæſar lib. 1 Civ. *Quo facilius omne Adriaticum mare, extremis Italiæ partibus regionibuſque Græciæ, in poteſtatem haberet.* Livius lib. 22, 25. *M. Minucium magiſtrum equitum, ne hoſtem videret, ne quid rei bellicæ gereret, prope in cuſtodiam habitum.* Sic optimi. Lib. 45. *Inde Octavius regem in caſtra ad conſulem miſit, præmiſſis literis, ut in poteſtatem eum eſſe & adduci ſciret.* Valerius Maximus 1, 6. *Vejos in poteſtatem Pop. Romani futuros.* Sic libri veteres. nunc eſt *venturos*. Idem.

2 *P. Lucret. inde & P. Valer.*] Dionyſius

ſules facti. Eo anno poſtremum legati à Porſena de reducendo in regnum Tarquinio venerunt. quibus quum reſponſum eſſet, miſſurum ad regem ſenatum legatos; miſſi confeſtim honoratiſſimus quiſque ex Patribus. *Non, quin breviter reddi reſponſum potuerit, non recipi reges, ideo potius delectos Patrum ad eum miſſos, quam legatis ejus Romæ daretur reſponſum: ſed ut in perpetuum mentio ejus rei finiretur, neu in tantis mutuis beneficiis invicem animi ſollicitarentur: quum ille peteret, quod contra libertatem populi Romani eſſet: Romani, niſi in perniciem ſuam faciles eſſe vellent, negarent, cui nihil negatum vellent. Non in regno populum Romanum, ſed in libertate eſſe. ita induxiſſe in animum, hoſtibus potius, quam regibus portas patefacere. Eam eſſe voluntatem omnium, ut qui libertati erit in illa urbe finis, idem urbi ſit. Proinde ſi ſalvam eſſe vellet Romam, ut patiatur liberam eſſe, orare.* Rex verecundia victus, *Quando id certum atque obſtinatum eſt*, inquit, *neque ego obtundam ſæpius eadem nequicquam agendo: nec Tarquinios ſpe auxilii, quod nullum in me eſt, fruſtrabor. Alium hinc, ſeu bello opus eſt, ſeu quiete, exilio quærant locum, ne quid meam vobiſcum pacem diſtineat.* Dictis facta amiciora adjecit. obſidum quod reliquum erat, reddidit. agrum Veientem, fœdere ad Janiculum icto ademptum, reſtituit. Tarquinius ſpe omni reditus inci-

ſa

nyſius ac Livius in Conſulum nominibus, quod ad primos duos attinet annos liberatæ Urbis conveniunt; in tertio ac deinceps differunt. Nam Dionyſius tertii anni Coſſ. facit P. Valerium Publicolam tertium; ac M. Horatium iterum. Livius pro Horatio P. Lucretium ponit, quod nomen mihi ſuſpectum. Et ſic alibi. *Glareanus.* in proœm. h. L.

P. Lucretius inde & P. Valerius] Conſtat inter Faſtorum conditores Livium hic eſſe mutilum. Nam Dionyſius, Caſſiodorus, Cuſpiniani vetus liber, Marianus ſuggerunt *P. Valerium Poplicolam III. M. Horatium Pulvillum II.* his *Sp. Lartium Flavum, T. Herminium Aquilinum.* Et Livio quoque traditos eos perſuadent mihi utcumque corrupti veteres libri. Rhenanus ex ſuo affert *Purius Publius Lucretius.* Florentinus, *Spurius Publius Lucretius.* Ubi vides jam prænomen Lartii. Sed longe magis confirmor in ſuſpicione, quum conſidero, quod eſt in Voſſiano altero: *Publius Lucretius inde & Titus Herminius cum Publius Valerium Publicolam conſul facti.* Lartii collegam prænomine & nomine exhibet. Ipſa tamen Livii verba quis concipiet? Sed videtur hujuſmodi aliquid fuiſſe: *M. Horatius iterum & P. Valerius Poplicola tertium; tum Sp. Lartius & T. Herminius conſules facti.* J. F. Gron.

1 *Pax*

ſa exulatum ad generum Mamilium Octavium Tuſcu-
lum abiit. Romanis [1] pax fida ita cum Porſena fuit. Con- 16
ſules deinde M. Valerius, [2] P. Poſtumius. Eo anno be-
ne pugnatum cum Sabinis, conſules triumpharunt. Ma-
jore inde mole Sabini bellum parabant. adverſus eos, &
ne quid ſimul ab Tuſculo, (unde etſi non apertum,
ſuſpectum tamen bellum erat,) repentini periculi ori-
retur, P. Valerius quartum, T. Lucretius iterum con-
ſules facti. Seditio inter belli paciſque auctores orta in
Sabinis, aliquantum inde virium tranſtulit ad Roma-
nos. [3] namque Atta Clauſus, cui poſtea Appio Claudio
fuit Romæ nomen, [4] cum pacis ipſe auctor à turbatori-
bus

1 *Pax fida cum Porſena fuit. Conſules deinde*] Ego aſteriſcum ponendum cenſeo inter *fuit* & *Conſules*, ut intelligatur deeſſe aliquid: deſunt autem nomina Conſulum Sp. Lartii, & T. Herminii. Quorum meminit Dionyſ. & Caſſiodorus, qui tabulas ſuas conſulares ex Liviana hiſtoria concinnaſſe videtur. puto autem deeſſe non Livii, ſed librariorum vitio, ut aperte infra in Chronologia oſtendam. *Sigon.*

2 *P. Poſthumius*] *Poſtumus* & *Poſtumius* ſcribendum eſt ſine aſpiratione, nam ita & in manuſcriptis lib. eſt, & in vet. lapid. præſertim vero iis, qui in Capitolio ſunt. *Idem.*

3 *Namque Ap. Clauſus, cui poſtea App. Claudio fuit Roma cognomen*] Nemo miretur me & hoc loco, & infra in x ubi ait: *Sive Ap. Clauſum, ſive Ap. Claudium mavultis*, legere *Actium Clauſum.* Hæc enim eſt lectio vetuſtorum librorum. Quæ auctoritate etiam Valerii confirmatur, qui ſcribit *Appium* prænomen ab *Actio* Sabinorum prænomine ortum eſſe. Ex quo intelligere poſſumus *Actium Clauſum Sabinum*, ubi Romam commigravit, utrunque nomen immutaſſe, perinde atque Lucumo Tarquinienſis, qui ſe L. Tarquinium appellari voluit. Quod cum ita ſit, non eſt dubium, quin mendoſe Suetonius in Tiberio hunc *Tatium* vocet, pro *Actio.* Et Dionyſius Τίτος Κλαύδιος mendoſe habeat pro Ἄκτπος Κλαῦτος, ut Plutarchus in Poplicola. Præterea pro voce *cognomen*, reſtitue, *Nomen.* nam hæc vox, & aptior eſt huic loco, & eſt in vet. lib. *Idem.*

Namque Atta] Sic leg. *Atta Clauſus, cui poſtea Appio Claudio Romæ nomen fuit.* & lib. x. *Principem nobilitatis veſtræ, ſeu Attam Clauſum, ſeu Appium Claudium vultis.* Lipſius in Tacit. lib. 1 annal.

Namque Atta Clauſus] Buſlidianus *Attius Clauſus.* Chiflet. (duo Pall. Voſſ. Helm.) *Attius Clauſus.* Dubito etiam nunc, quodnam illi prænomen fuerit, *Atta, Attius*, an *Attus.* Nam *Attium* appellant plerique MSS. Livii: *Attam* codex Vaticanus Suetonii in Tiberio, quamvis alii MSS. varient: *Attum* vero vel *Actum* vocat auctor de nominibus Romanorum, qui Valerio Maximo ſubnectitur, & codex Vaticanus Taciti, & forte etiam Ovidius lib. 4 Faſt. *Claudia Quinta genus Clauſo referebat ab Atto:* Nam MSS. ibi habent *Alto.* Rubenius.

4 *Cum pacis ipſe auctor à turbatoribus belli prem.*] Legerem: *à turbatoribus reipublicæ premeretur.* Illud *belli* relictum eſt ex aliqua annotatione adſcripta. *Tan. Faber.*

Cum pac. i. a. à turbatoribus belli premeretur] Hæc inepte dicuntur: qui enim

bus belli premeretur, nec par factioni eſſet, [1] ab Regillo magna clientium comitatus manu, Romam transfugit. His civitas data, agerque trans Anienem. vetus Claudia tribus, additis poſtea novis tribulibus qui ex eo venerant agro, appellata. Appius inter Patres lectus, haud ita multo poſt in principum dignationem pervenit. Conſules infeſto exercitu in agrum Sabinum profecti, quum ita vaſtatione, deinde prœlio afflixiſſent opes hoſtium, ut diu nihil inde rebellionis timere poſſent, triumphantes Romam redierunt. P. Valerius omnium conſenſu princeps belli paciſque artibus, anno poſt, Agrippa Menenio, P. Poſtumio Conſulibus, moritur, gloria ingenti, copiis familiaribus adeo exiguis, ut funeri ſumptus deeſſet: de publico eſt elatus. Luxere matronæ, ut Brutum. Eodem anno duæ coloniæ Latinæ, [2] Pometia & Cora ad Auruncos deficiunt. cum Auruncis bellum initum: fuſoque ingenti exercitu, qui ſe ingredientibus fines conſulibus ferociter obtulerat, omne Auruncum bellum Pometiam compulſum eſt. Nec magis poſt prœlium, quam in prœlio cædibus temperatum eſt.

nim *turbatores belli*? Aut ergo ſcribendum: *bello:* ut lib. 3 de Cæſone Quinctio: *eo acrius obſtare legi, agitare plebem, tribunos velut juſto perſequi bello.* Iterumque: *falſum teſtem juſto ac pio bello perſequebatur.* Solent enim hæc ad minora transferri. Ut cum Terentius: *Ut homini adoleſcentulo, in alio occupato amore, filiam darem in ſeditionem atque incertas nuptias.* Et noſter lib. 45. *Domeſticam ſeditionem* appellat diſſenſionem fratrum. Aut etiam: *ab auctoribus belli.* Prius ſatis placet. Niſi malis, *à turbatoribus vulgi.* Ut lib. 4. *Turbatores vulgi erant Sp. Macilius quartum & Metilius tertium tribuni plebis.* J. F. Gron.

1 *A lacu Regillo*] Quidam ab *urbe Regillo* legunt: quidam *à Regillo*, omiſſo *lacu.* Cæterum lacus Regilli meminit Plin. lib. 33 cap. 2. Dionyſ. lib. 5 *Regillum* urbem facit. Idem lib. 6 fatetur lacum eſſe, ut & Livius paulo poſt. Poteſt autem fieri ut & urbs & lacus id nominis habuerint. *Glareanus.*

Ab Regillo] *Regillum* urbs eſt hoc in loco, non lacus, ad quem cum Latinis poſt debellatum eſt. Nam Stephanus ait: Ῥήγιλλος πόλις Σαβίνων. Hoc dixi, quia Glareanus incertus eſſe ſententiæ videtur, cum tamen urbs ſit in Sabinis, lacus in agro Tuſculano, ut ait Livius. *Sigonius.*

2 *Pometia & Cora ad Aruncos deficiunt*] Dionyſ. Ἀρύσκους vocat; Cap. Fragm. *Auruncos.* Sigonius. Sunt autem *Aurunci* veteris Latii, quod à Tiberi Circeios uſque erat, incolæ, teſte Plin. lib. 3 cap. 5. Mirum autem de hoc bello nihil meminiſſe Dionyſium. *Glareanus.*

1 *Nec*

Digitized by Google

eſt. & cæſi aliquanto plures erant quam capti, & captos paſſim trucidaverunt. [1] ne ab obſidibus quidem, qui ccc accepti numero erant, [2] iram belli hoſtis abſtinuit.
Et hoc anno Romæ triumphatum. Secuti conſules Opi- 17
ter Virginius, & Sp. Caſſius Pometiam primo vi, deinde vineis aliiſque operibus oppugnaverunt. in quos Aurunci magis jam inexpiabili odio, quam ſpe aliqua, aut occaſione coorti, quum plures igni quam ferro armati [3] excurriſſent, cæde incendioque cuncta complent: vineis incenſis, multis hoſtium vulneratis & occiſis, conſulum quoque alterum (ſed utrum, nomen auctores non adjiciunt) gravi vulnere ex equo dejectum prope interfecerunt. Romam inde male geſta re reditum. inter multos ſaucios conſul ſpe incerta vitæ relictus. Interjecto deinde haud magno ſpatio, quod vulneribus curandis ſupplendoque exercitui ſatis eſſet: tum ira majore belli, tum viribus etiam auctis Pometiæ arma illata. & quum vineis refectis, aliaque mole belli [4] jam in eo eſſet, ut in muros evaderet miles, deditio eſt facta. cæterum nihilominus fœde dedita urbe, quam ſi capta foret, Aurunci paſſim principes ſecuri percuſſi, ſub corona venierunt coloni alii; oppidum dirutum, ager veniit. Conſules magis ob iras graviter ultas, quam ob magnitudinem perfecti belli triumpharunt. Inſequens annus [5] Poſtumum 18
Comi-

1 *Nec ab obſidibus quidem*] Flor. S. Marci, Rott. Gud. Voſſ. 1 clare *ne ab obſ.* Et cap. 28. lib. 4. *Jam ne duces quidem.* Sic lib. 8 cap. 7. *Nec te quidem recuſare cenſeam.* notavit in margine pater. *Sic o. leg. ne te.* Itaque haud dubius correxi quoque 1, 10. *Ne Cruſtimini quidem* ubi editur hactenus *nec*, quum tamen jam & Sigonius ex vet. lib. aliud monuerit. *Jac. Gron.*

2 *Ira belli abſtinuit*] MSS. magno conſenſu, *qui trecenti accepti numero erant, ira belli hoſtilis abſtinuit.* Niſi potius eſt Lipſii: *iram belli hoſtis:* ſcribe mecum: *ira belli hoſtilia abſtinuit.* Supra: *in te magis quam in me hoſtilia auſus.* Lib. 3. *Etiam nunc, pœnitere ſua ſponte Æquos, quam pati hoſtilia malle.* Perſæpe ſic Tacitus. *J. F. Gron.*

3 *Excurriſſent*] Flor. S. Marci, Rott. Gud. Voſſ. 1. *excucurriſſent.* Jac. Gron.

4 *Jam in eo eſſet*] Vet. lectio melior. *Jam in eo res eſſet, ut.* Sigonius.

5 *Poſtumium Cominium*] Glareanus vehementer hoc loco errat, qui *Poſtumium* hoc in loco gentis eſſe nomen putat, & *C. Poſtumium* dici vult: eſt enim ſcribendum, *Poſtumum Cominium,*

 ut

Cominium & T. Lartium, Conſules habuit. Eo anno Romæ, quum per ludos ab Sabinorum juventute [1] per laſciviam ſcorta raperentur, concurſu hominum rixa ac prope prœlium fuit: [2] parvaque ex re ad rebellionem ſpectare res videbatur. Supra belli Latini metum id quoque acceſſerat, quod triginta jam conjuraſſe populos, concitante Octavio Mamilio, ſatis conſtabat. In hac tantarum

ut ſit prænomen, quemadmodum oſtendi in Prænominibus à me editis. *Sigonius.*

1 *Per laſciviam ſcorta raperentur*] Lipſium & Bulengerum capientes hoc de proſtibulis quæ in ſcena publicabantur, removet Gruterus, quia hac ætate ſcenici Romæ nulli ludi fuerint: ipſe fingit Conſualibus in memoriam raptus Sabinarum propoſita fuiſſe viliſſima ſcorta colore veſtis notabilia, quæ finitis ludis à juventute ſine ulteriore injuria raperentur. Subtilitas in aliam occaſionem differenda. Non enim narratur hic aliquid ſolenne & legitimum ludis, ſed quod ſæpe factum ſitque hodie vel ludis vel alio tempore, prout ſors dederit, ubi diſciplina ſolutior & lenocinia exercere liberum. Scilicet peccavit Terentius, qui non circum conſtituit aut aliam ſcenam in fabula, ubi Æſchinus Sannioni fidicinam eripit. Nam iſto quoque ævo juventutem ad hanc petulantiam prorupiſſe non debuit mirari optimus ſenex memor illius Terentiani, *Non eſt flagitium*, & Catoniani, *huc juvenes æquum eſt deſcendere.* Strictior Chriſtiana caſtitas. Cicero pro Plancio: *Raptam eſſe mimulam, quod dicitur Atinæ factum à juvene, vetere quodam in ſcenicos jure, maximeque oppidano.* J. F. Gron.

2 *Parvaque ex re ad rebellionem ſpectare res videbatur*] Suſpecta mihi repetitio τ̃ *res*: eo magis quod quidam MSS. *parvaque ex re res ad reb. ſp. vid.* Poſſes ſcribere: *ad rebellionem ſpectare videbantur.* nempe Sabini. Ut lib. 40. *Apuanos ad rebellionem ſpectare.* Neque hic ſolum ea vox nolenti Livio addita eſt. Probat Sigonii liber cap. præcedenti. Probat Rhenani aliquanto melior, ſed tamen malus lib. 5, 12. *Reſque militiæ ita proſpere gererentur, ut nullo bello veniretur ad exitum ſpei.* Ubi fuit in cauſa, ut per tot annos legeremus *rei*. Lib. 25, 23. *Ad Marcellum rem defert. haud ſpernenda res viſa.* Optimi poſteriore loco non agnoſcunt. Lib. 30, 34. *Adhoc dictu parva, ſed magni eadem in re gerenda momenti res.* Hic quoque vox eadem in fine ὑποτεθεῖς, ut ibi dicimus. Sunt tamen & in quibus minor mendi ſuſpicio. Ut lib. 3, 38. *Indignitate rerum ceſſerant in agros, ſuarumque rerum erant amiſſa publica.* Lib. 8, 42. *Præter Velitrarum obſidionem, tardi magis rem exitus quam dubii, quieta externa res Romanis eſſent.* Minor, dico, non tamen nulla. Pariter offendor ad illud l. 29, 6. *Spes autem adfectandæ ejus rei ex minima re adfulſit. latrociniis magis quam juſto bello in Bruttiis gerebantur res.* Videbimus ubi eo ventum fuerit. omnino autem non vellicandum lib. 39. *Quia multis actiones & res peribant, cogerentur prætores per ſenatum res in diem trigeſimum differre.* At eodem libro cap. 18. *Nec earum rerum ullam rem, in quas jurejurando obligati erant, in ſe aut in alios admiſerant:* τὸ *rem* in tribus membranaceis deerat. Nec magis illud mirum tamen, quam lib. 4 ad Herennium: *Non pecuniam publicam præſto eſſe viderent, non denique ullam rem, quæ res pertinet ad bellum adminiſtrandum.* Idem.

1 *M. Va-*

rum exſpectatione rerum ſollicita civitate, dictatoris primum creandi mentio orta, ſed nec quo anno, nec quibus conſulibus, quia ex factione Tarquinia eſſent (id quoque enim traditur) parum creditum ſit, nec quis primum dictator creatus ſit, ſatis conſtat. apud veterrimos tamen auctores T. Lartium Dictatorem primum, Sp. Caſſium magiſtrum equitum, creatos invenio. Conſulares legêre: ita lex jubebat, de dictatore creando lata. Eo magis adducor, ut credam Lartium, qui conſularis erat, potius quam [1] Manium Valerium, M. filium, Voleſi nepotem, qui nondum conſul fuerat, [2] moderatorem & magiſtrum conſulibus appoſitum. qui ſi maxime ex ea familia legi dictatorem vellent, patrem multo potius, M. Valerium ſpectatæ virtutis & conſularem virum legiſſent. Creato dictatore primum Romæ, poſtquam præferri ſecures viderunt, magnus plebem metus inceſſit, ut intentiores eſſent ad dicto parendum. neque enim ut in conſulibus, qui pari poteſtate eſſent, alterius auxilium, neque provocatio erat: neque ullum uſquam niſi in cura parendi auxilium. Sabinis etiam, creatus Romæ dictator (eo magis quod propter ſe creatum crediderant) metum incuſſit. itaque legatos de pace mittunt: quibus

1 *M. Valerium M. F. Voleſi nepotem*] Hunc primum Dictatorem creatum eſſe, contra, atque tradit Livius, eundemque *Voluſi*, non *Voleſi* nepotem fuiſſe, quemadmodum etiam ſcriptum eſt in Capitolinis lapidibus, docet Feſtus lib. 13. cujus verba ſubjungam, partim quia vulgo mendoſe leguntur, partim etiam, quia digna ſunt, quæ recitentur: inquit autem: *Optima lex cum nominabatur in magiſtro populi faciendo, qui vulgo Dictator appellatur, quam pleniſſimum poſſet jus eſſe ſignificabatur. Ut fuit M. Valerii Marci filii Voluſi nepotis, qui primus magiſter populi creatus eſt: poſtquam vero provocatio ab eo magiſtratu ad populum data eſt, quæ antea non erat, deſitum eſt dici, ut optima lege, utpote imminuto jure poſteriorum magiſtratuum*. Erravit porro Rhenanus, qui *M. Voleſi nepotem* correxit, nam *Voluſus* prænomen eſt *Valeriorum*, ita ut *Marcus* ſit ſupervacaneum. *Sigonius.*

2 *Moderatorem & magiſtrum*] Copulativam in duabus poſtremis editionibus omiſſam, ut opinor, lapſu typorum revocavi, quod nec à patre quidquam annotatum inveniebam, & ipſe ex Flor. S. Marci eam adſcripſeram. Utique habes hoc lib. cap. 23. *Ipſi futuri arbitri moderatoreſque publici conſilii.* Et 33. *Huic interpreti arbitroque concordiæ.* Sic *legati oratoreſque*, vel *legati fecialeſque*. Jac. Gron.

quibus orantibus dictatorem ſenatumque, ut veniam er-
roris hominibus adoleſcentibus darent; reſponſum, igno-
ſci adoleſcentibus poſſe, ſenibus non poſſe, qui bella ex
bellis ſererent. actum tamen eſt de pace: impetrataque
foret, ſi quod impenſæ factum in bellum erat, præſtare
Sabini (id enim poſtulatum erat) in animum induxiſ-
ſent. Bellum indictum. [1] tacitæ induciæ quietum an-
19 num tenuere. [2] Conſules Servius Sulpicius, Manius Tul-
lius. nihil dignum memoria actum. [3] T. Æbutius dein-
de & C. Vetuſius. His conſulibus Fidenæ obſeſſæ, Cru-
ſtumeria capta, Præneſte ab Latinis ad Romanos deſci-
vit. nec ultra bellum Latinum, gliſcens jam per aliquot
annos, dilatum. A. Poſtumius dictator, T. Æbutius
magiſter equitum magnis copiis peditum equitumque
profecti ad lacum Regillum in agro Tuſculano agmini
hoſtium occurrerunt. & quia Tarquinios eſſe in exerci-
tu Latinorum auditum eſt, ſuſtineri ira non potuit,
quin extemplo confligerent. Ergo etiam prœlium ali-
quanto quam cætera gravius atque atrocius fuit. non e-
nim duces ad regendam modo conſilio rem affuere, [4] ſed
ſuiſmet

1 *Tacitæ induciæ quietum*, &c.] Vet. lib. *Datæ induciæ*. Quanquam lib. extremo ait: *Velut tacitis induciis quiete utrimque ſumpta*. Sigonius.

2 *Coſſ. Ser. Sulpitius, M. Manlius Tullus*] Fœde erratum eſt in altero horum conſulum nominando: eſt enim ſcribendum *Ser. Sulpicius, M' Tullius*, id eſt, *Manius Tullius*. Hujus lectionis auctor eſt Dionyſius, qui inquit, Σέρουιος Σουλπίκιος, Μάνιος Τύλλιος Λόγγος. Et Cicero in Bruto, qui ait: *M' Tullium* cum *Ser. Sulpicio* Conſulem fuiſſe anno x poſt reges exactos. Quod Glareanus non vidit. *Manius* autem apud antiquos ita ſcribebatur, *M'* ut in Capitolinis conſulibus: aut ita *M;* ut eſt in nummis argenteis multis, quos cum apud alios, tum maxime apud patrem tuum virum clariſſimum legi, ut *M; Sergius, M; Cordius*. Idem.

Conſules Ser. Sulpicius, Manius Tullius] Voſſianus prior: *Conſ. Servilio Supplicio M. Manlio Tullo*. Suſpicor rotundius ſcripſiſſe Livium: *Conſulibus Ser. Sulpicio M' Tullio nihil dignum memoria actum. T. Æbutio deinde & C. Vetuſio Fidenæ obſeſſæ*. J. F. Gron.

3 *T. Ebutius*] Diphthongus non negligenda eſt, quam affert Dionyſius Τίτος Αἰβύτιος. *Sigonius*.

4 *Sed ſuiſmetipſis corporibus*] Scribo, *ſuiſmet ipſi*: & ſemper hæc duo diverſis ita caſibus poſuiſſe Livium exiſtimo, quoties oratio pateretur. Sic ſupra cap. 9. *Nec hoſtes modo timebant, ſed ſuoſmet ipſi cives*. quod è Rhenani libro reſtitutum male ſollicitat è malo ſuo Sigonius. Infra cap. 42. *Ad bella*
externa

Digitized by Google

ſuiſmet ipſis corporibus dimicantes miſcuere certamina. nec quiſquam procerum ferme hac aut illac ex acie ſine vulnere, præter dictatorem Romanum exceſſit. In Poſtumium, prima in acie ſuos adhortantem inſtruentemque, [1] Tarquinius Superbus, quamquam jam ætate & viribus erat gravior, equum infeſtus admiſit: ictuſque ab latere, concurſu ſuorum, receptus in tutum eſt. Et ad alterum cornu Æbutius magiſter equitum in Octavium Mamilium impetum dederat: nec fefellit veniens Tuſculanum ducem: contra quem & ille concitat equum. [2] tantaque vis infeſtis venientium haſtis fuit, ut brachium Æbutio trajectum ſit, Mamilio pectus percuſſum. Hunc quidem in ſecundam aciem Latini recepere. Æbutius quum ſaucio brachio tenere telum non poſſet, pugna exceſſit. Latinus dux nihil deterritus vulnere, prœlium ciet: & quia ſuos perculſos videbat, arceſſit cohortem exulum Romanorum, cui L. Tarquinii filius

externa prope ſuperarant vires, abutebanturque iis inter ſemet ipſi certando. Cap. 44. *Æternas opes eſſe Romanas, niſi inter ſemet ipſi ſeditionibus ſæviant.* Sic Andreas, Becharius, Aſcenſius, Moguntina. Lib. 3, 56. *A cujus crudelitate voſmet ipſi armis vindicaviſtis.* quod iterum male ſollicitat Sigonianus. Cap. 61. *Sibimet ipſos victuros, non, ut decemvirorum victores præmium eſſent.* Lib. 7, 35. *Erumpendo hinc voſmet ipſi ſervate.* Hæc cur ita malim, ſi cauſſam quæras, tot occurrent exempla, ut annotare tædio ſit futurum. Habe tamen hoc libro: *Ne ignorando regem ſemet ipſe aperiret, quis eſſet.* Lib. 5. *Compreſſique ab Cædicio centurione, quem ſibimet ipſi præfecerant.* Lib. 8. *In tenebris & multitudine ſemet ipſa impediente.* J. F. Gron.

1 *Tarquinius Superbus quanquam jam ætate, &c.*] Rurſus σφάλλεται Livius, ſed fruſtra. Nam Dionyſ. lib. 6 negat parentem Tarquinium huic adfuiſſe pugnæ, quippe jam nonagenarium. Filium autem Titum cum dictatore congreſſum: Sextum etiam hac pugna occiſum, quem Gabiis periiſſe Livius ad finem libri primi ſcriptum reliquit. Hoc in loco Livius Tarquinii filii nomen omiſit, ut variatum in hiſtoria hic non dubitem. *Glareanus.*

2 *Tantaque vis infeſtis venientium haſtis fuit*] Loco non moveo. tamen quia proxime præcedit *veniens*, duo Pall. *invenientium*, fortaſſis fuerit, *invehentium.* Subaudi, *ſe*, qualibus de nonnullis 2 Obſervat. 7. Sed & *vehens*, qui vehitur. Lib. 22. *Quum prævehens equo ſedentem in ſaxo cruore oppletum conſulem vidiſſet.* Et *vectores* Petronio epibatæ, qui navibus vehuntur. Juſtinus lib. 11. *Plauſtrum, quo vehenti, regnum delatum fuerat.* Cicero lib. 1 de nat. Deorum: *Qualis ille maritimus Triton pingitur, natantibus invehens belluis, adjunctis humano corpori.* J. F. Gron.

lius præerat. [1] ea quo majore pugnabat ira ob erepta bona, patriamque ademptam, pugnam parumper reſtituit.
20 Referentibus jam pedem ab ea parte Romanis, M. Valerius, Publicolæ frater, conſpicatus ferocem juvenem Tarquinium oſtentantem ſe in prima exulum acie, domeſtica etiam gloria accenſus, ut cujus familiæ decus ejecti reges erant, ejuſdem interfecti forent; ſubdit calcaria equo, & Tarquinium infeſto ſpiculo petit. Tarquinius retro in agmen ſuorum infenſo ceſſit hoſti. Valerium temere invectum in exulum aciem, ex tranſverſo quidam adortus transfigit: nec quicquam equitis vulnere equo retardato, moribundus Romanus labentibus ſuper corpus armis, ad terram defluxit. Dictator Poſtumius, poſtquam cecidiſſe talem virum, exules ferociter citato agmine invehi, ſuos perculſos cedere, animadvertit; cohorti ſuæ, [2] quam delectam manum præſidii cauſa circa ſe habebat, dat ſignum, ut quem ſuorum fugientem viderint, pro hoſte habeant. ita metu ancipiti verſi à fuga Romani in hoſtem, & reſtituta acies. Cohors dictatoris tum primum prœlium iniit. integris corporibus animiſque, feſſos adorti exules, cædunt. Ibi alia inter proceres coorta pugna. Imperator Latinus, ubi cohortem exulum à dictatore Romano prope circumventam vidit, ex ſubſidiariis manipulos aliquot in primam aciem ſecum rapit. hos agmine venientes T. Herminius legatus conſpicatus, interque eos inſignem veſte armiſque

1 *Ea quo majore pugnabat*] Aldinæ debetur vitium omnium deinceps editionum. Verius Andreæ Romana, & ejus traduces, tum Aſcenſiana & Moguntina: *ea, quoniam majore.* Voſſianus, *quod.* J. F. Gron.

2 *Quam de electa manu*] Ab Rhenano eſt, quum ederetur: *quam delecta manu.* Sed utraque oratio aſpera. Flor. vere: *quam delectam manum.* Tò *quam* ad ſequens pertinet, non ad præcedens. Potuiſſet enim dicere: *cohorti ſuæ, quod præſidium circa ſe habebat.* ut lib. 7. *Scribendi alterius exercitus, quod ad incertos belli caſus reipubl. ſubſidium eſſet.* Cicero 1 ad Att. ep. 14. *Judices a prætore legi, quo conſilio idem prætor uteretur.* 4 Acad. 19. *Cimmeriis ignes tamen aderant, quo tum illis uti lumine licebat.* Perſius Sat. 2. *Quidnam eſt quo tu mercede Deorum Emeris auriculas.* Silius lib. 13. *Quis delecta manus, centeni cuique, ferebant Excubias.* Idem.

1 *Rom*

miſque Mamilium noſcitans, tanto vi majore, quam paulo ante magiſter equitum cum hoſtium duce prœlium iniit, ut & uno ictu transfixum per latus occiderit Mamilium, & ipſe inter ſpoliandum corpus hoſtis veruto percuſſus, quum victor in caſtra eſſet relatus, inter primam curationem exſpiraverit. Tum ad equites dictator advolat, obteſtans, ut feſſo jam pedite, deſcendant ex equis, & pugnam capeſſant. Dicto paruere: deſiliunt ex equis, provolant in primum, & pro anteſignanis parmas objiciunt. Recipit extemplo animum pedeſtris acies, poſtquam juventutis proceres æquato genere pugnæ ſecum partem periculi ſuſtinentes vidit. Tum demum impulſi Latini, perculſaque inclinavit acies. Equitibus admoti equi, ut perſequi hoſtem poſſent. ſecuta & pedeſtris acies. Ibi nihil nec divinæ nec humanæ opis Dictator prætermittens, ædem Caſtori voviſſe fertur: ac pronunciaſſe militi præmia, qui primus, qui ſecundus, caſtra hoſtium intraſſet. tantuſque ardor fuit, ut eodem impetu, quo fuderant hoſtem, Romani caſtra caperent. Hoc modo ad lacum Regillum pugnatum eſt. Dictator & magiſter equitum, triumphantes in urbem rediere. Triennio deinde nec cer- 21
ta pax nec bellum fuit. Conſules Q. Clœlius & T. Lartius. Inde A. Sempronius & M. Minutius. his conſulibus ædes Saturno dedicata: Saturnalia inſtitutus feſtus dies. A. deinde Poſtumius & T. Virginius conſules facti. Hoc demum anno ad Regillum lacum pugnatum, apud quoſdam invenio: A. Poſtumium, quia collega dubiæ fidei fuerit, ſe conſulatu abdicaſſe. dictatorem inde factum. Tanti errores implicant temporum, aliter apud alios ordinatis magiſtratibus, ut nec qui conſules ſecundum quoſdam, nec quid quoque anno actum ſit, in tanta vetuſtate, non rerum modo, ſed etiam auctorum, digerere poſſis. Ap. Claudius deinde & P. Servilius conſules facti. Inſignis hic annus eſt nuncio Tarquinii mortis. Mortuus eſt Cumis, quo ſe poſt fractas opes Latinorum ad Ariſtode-

Digitized by Google

mum tyrannum contulerat. Eo nuncio erecti Patres, erecta plebes. ſed Patribus nimis luxurioſa ea fuit lætitia: plebi, cui ad eam diem ſumma ope inſervitum erat, injuriæ à primoribus fieri cœpere. Eodem anno Signia colonia, quam rex Tarquinius deduxerat, ſuppleto numero colonorum iterum deducta eſt. [1] Romæ tribus una & viginti factæ. Ædes Mercurii dedicata eſt idibus
22 Maiis. Cum Volſcorum gente, Latino bello neque pax, neque bellum fuerat. nam & Volſci comparaverant auxilia, quæ mitterent Latinis, ni maturatum ab dictatore Romano eſſet: & maturavit Romanus, ne prœlio uno cum Latino Volſcoque contenderet. Hac ira conſules in Volſcum agrum legiones duxere. Volſcos conſilii pœnam non metuentes, nec opinata res perculit. Armorum immemores, obſides dant trecentos principum à Cora atque Pometia liberos. ita ſine certamine inde abdu-

1 *Romæ tribus una & triginta factæ*] Hic numerus eſt mendoſe non ſolum apud Livium, ſed etiam in Epitome. Non enim *triginta una*, ſed *viginti una* ſcribendum eſt. Id quod & vetuſta exemplaria habent omnia, & Dionyſius confirmat, qui in explicando judicio Coriolani habito paulo poſt hunc annum, non niſi XXI tribus fuiſſe aperte oſtendit. Idem error fœdavit etiam ſextum Livii librum, ubi ait, Quatuor tribus additas eſſe, Stellatinam, Tromentinam, Sabatinam, Arnienſem, atque *triginta quinque* numerum repleviſſe. Non enim *triginta quinque*, ſed *viginti quinque* legendum eſt, quomodo in vetuſtis exemplaribus legitur. Quæ vero triginta quinque numerum expleverint, eæ in ſubſequentibus libris nominantur à Livio. Præſtat autem, ut quo facilior hujus quæſtionis explicatio ſit, quæ quoque tempore tribus additæ ſunt, ex ſententia Livii exponamus. Primum igitur tres à Romulo rege tribus factæ ſunt, Tatienſium, Ramnenſium, & Lucerum. Hæ deinde à Ser. Tullio Rege quatuor additæ, à regionibus Urbis appellatæ ſunt, & urbanæ propterea nominatæ, Suburrana, Eſquilina, Palatina, Collina. Idem rex, Dionyſio auctore, agro Romano diviſo ruſticas alias tribus fecit. Earum ne certum ipſe quidem numerum affert. Livius VI poſt R. E. anno, veterem tribum Claudiam appellatam, quod in eam clientes Ap. Claudii conjecti eſſent, ait. Poſt autem anno CCLIX, tribus XXI Romæ factas ſcribit, quem numerum Dionyſius etiam tradit in judicio Coriolani à tribubus facto anno CCLXXIII. Livio autem auctore decennio poſt quatuor additæ ſunt, Stellatina, Tromentina, Sabatina, Arnienſis. eæque XXV numerum expleverunt. Hinc decem aliæ acceſſerunt: duæ quidem anno CCCXCVII Pontina, & Poblitia. Item duæ anno CDXXIII Mæcia & Scaptia. Itemque duæ anno CDXXXVI Ufentina, & Falerina. Et duæ anno CDLIII Anienſis, & Terentina. Poſtremo etiam duæ circa annum DX Velina & Quirina. *Sigonius.*

1 At-

abductæ legiones. Nec ita multo poſt Volſcis levatis metu, ſuum rediit ingenium: rurſus occultum parant bellum; Hernicis in ſocietatem armorum aſſumptis. Legatos quoque ad ſollicitandum Latium paſſim dimittunt. Sed recens ad Regillum lacum [1] accepta clades, Latinos ira odioque ejus, quicumque arma ſuaderet, ne ab legatis quidem violandis abſtinuit. Comprehenſos Volſcos Romam duxere. Ibi traditi conſulibus. indicatumque eſt, Volſcos Hernicoſque parare bellum Romanis. Relata re ad Senatum, adeo fuit gratum Patribus, ut & captivorum ſex millia Latinis remitterent: & de fœdere, quod prope in perpetuum negatum fuerat, rem ad novos magiſtratus rejicerent. Enimvero tum Latini gaudere facto, [2] pacis auctores in ingenti gloria eſſe. Coronam auream Jovi donum in Capitolium mittunt. cum legatis donoque, qui captivorum remiſſi ad ſuos fuerant, magna circumfuſa multitudo venit. Pergunt domos eorum apud quem quiſque ſervierant: gratias agunt, liberaliter habiti cultique in calamitate ſua. inde hoſpitia jungunt. Nunquam alias ante publice privatimque Latinum nomen Romano imperio conjunctius fuit.
23 Sed & bellum Volſcum imminebat, & civitas ſecum ipſa diſcors inteſtino inter Patres plebemque flagrabat odio; maxime propter nexos ob æs alienum. Fremebant, ſe foris pro libertate & imperio dimicantes, domi à civibus

1 *Accepta clades Latinos*] Probo magis hanc lectionem, quam eam, quæ eſt in quibuſdam libris manuſcriptis, *Sed recens ad Regillum lacum accepta clade Latinus*: præſertim vero cum hæc forma loquendi ſit frequens. *Sigonius*.

Accepta clades Latinos ira odioque ejus] *Cladis* videtur manus prima Voſſ. codicis habuiſſe. Forte: *Sed recens ad Reg. lacum accepta cladis ira, Latinos odio ejus, quicunque*, &c. *J. F. Gron.*

2 *Pacis auctores in ingenti gloria eſſe*] Scripti quidam & Campani editio: *pacis auctores ingenti gloria eſſe*. Quod ſane conſiderandum. Cicero 4 famil. 15. *Neque periculo te proprio exiſtimares eſſe*. Lib. 6 ep. 4. *Quanto fuerim dolore, meminiſti*. Lib. 5 ad Attic. 14. *Spero meos omnes ſervire laudi meæ, tamen magno timore ſum*. Cæſar 3 civ. *Excuſat Bibulum, quod is iracundia ſumma erat*. Noſter lib. 1. *Apud Patres plebemque longe maximo honore Servius Tullius erat*. Eodem: *Tanta caritate eſſe, ut non pater Tarquinius potentior Romæ, quam filius Gabiis eſſet*. Lib. 5, 47. *Interim arx Romæ Capitoliumque ingenti periculo fuit*. Sic duo meliores Pall. *Idem*.

bus captos & oppreſſos eſſe: tutioremque in bello quam in pace, inter hoſtes quam inter cives libertatem plebis eſſe. invidiamque eam ſua ſponte gliſcentem, inſignis unius calamitas accendit. Magno natu quidam cum omnium malorum ſuorum inſignibus ſe in forum projecit. obſita erat ſqualore veſtis, fœdior corporis habitus, pallore ac macie perempti. Ad hoc promiſſa barba & capilli efferaverant ſpeciem oris. Noſcitabatur tamen in tanta deformitate, & ordines duxiſſe ajebant, aliaque militiæ decora vulgo, miſerantes eum, jactabant. ipſe teſtes honeſtarum aliquot locis pugnarum, cicatrices adverſo pectore oſtentabat. Sciſcitantibus unde ille habitus, unde deformitas, quum circumfuſa turba eſſet prope in concionis modum; *Sabino bello*, ait, *ſe militantem, quia propter populationes agri non fructu modo caruerit, ſed villa incenſa fuerit, direpta omnia, pecora abacta,* [1] *tributum iniquo ſuo tempore imperatum, æs alienum feciſſe: id cumulatum uſuris, primo ſe agro paterno avitoque exuiſſe, deinde fortunis aliis: poſtremo velut tabem perveniſſe ad corpus. Ductum ſe ab creditore, non in ſervitium, ſed in ergaſtulum & carnificinam eſſe.* Inde oſtentare tergum fœdum recentibus veſtigiis verberum. Ad hæc viſa auditaque, clamor ingens oritur. Non jam foro ſe tumultus continet, ſed paſſim totam urbem pervadit. [2] Nexu vincti, ſolutique ſe undique in publicum proripiunt, implorant Quiritium fidem. Nullo loco deeſt ſeditionis voluntarius comes. multis paſſim agminibus per omnes vias cum clamore in forum curritur. Magno cum periculo ſuo, qui forte Patrum in foro erant,

1 *Tributum iniquo ſuo tempore imperatum*] Legendum eſſe: *tributo iniquo ſuo tempore imperato æs alienum feciſſe*, docuimus lib. 4 Obſerv. 17. *J. F. Gron.*

2 *Nexu vincti, ſolutique*] Non vereor ne legendum ſit, *Nexi, vincti, ſolutique*: ſic enim locutus eſt lib. 8. *Ita Nexi ſoluti, cautumque in poſterum ne necteretur.* Item, *Eo anno initium libertatis factum eſt, quod ligari nexi deſierunt.* *Nexos* enim vocatos ait Varro *liberos, qui ſuas operas in ſervitute pro pecunia quam debebant, domino, dum ſolverent præſtarent:* Itaque Livius libro octavo: *Cui cum C. Publilius ob æs alienum paternum nexum dediſſet.* Sigonius.

rant, in eam turbam inciderunt. nec temperatum manibus foret: ni propere conſules, P. Servilius, & Ap. Claudius, ad comprimendam ſeditionem interveniſſent. [1] In eos multitudo verſa, oſtentare vincula ſua, deformitatemque aliam. Hæc ſe meritos dicere, exprobrantes ſuam quiſque alius alibi militiam. Poſtulare multo minaciter magis quam ſuppliciter, ut ſenatum vocarent: curiamque ipſi futuri arbitri moderatoreſque publici conſilii, [2] circumſiſtunt. Pauci admodum Patrum, quos caſus obtulerat, contracti ad conſules: cæteros metus non curia modo, ſed etiam foro arcebat. nec agi quicquam per infrequentiam poterat ſenatus. Tum vero eludi atque extrahi ſe multitudo putare: & Patrum qui abeſſent, non caſu, non metu, ſed impediendæ rei cauſſa abeſſe, & conſules ipſos tergiverſari: nec dubie ludibrio eſſe miſerias ſuas. Jam prope erat, ut ne conſulum quidem majeſtas coërceret iras hominum. quum, incerti, morando an veniendo plus periculi contraherent, tandem in ſenatum veniunt: [3] frequentique tandem curia, non modo inter Patres, ſed ne inter conſules quidem ipſos, ſatis conveniebat. Appius vehementis ingenii vir, imperio conſulari rem agendam, cenſebat: uno aut altero arrepto, quieturos alios. Servilius lenibus remediis aptior, concitatos animos flecti, quam frangi putabat quum tutius, tum facilius eſſe. Inter hæc major alius terror. Latini equites cum tumultuoſo advolant nuncio: 24
Volſcos infeſto exercitu ad urbem oppugnandam venire. quæ audita (adeo duas ex una civitate diſcordia fecerat)

1 *At in eos multitudo verſa*] Dele illud inſiticium, *At*: nam & vanum ſenſu eſt, & non modo in ſcripto Col. Helm. Rott. Gud. ſed nec in vetuſtis edd. Romana, Aſcenſii, Becharii, Moguntina reperitur. *J. F. Gron.*

2 *Circumſiſtunt*] Vet. lectio, *Circumſiſtere*, magis placet: ita enim fit, ut ſervetur ſuperior forma dicendi, *Dicere*, *Poſtulare*, *Circumſiſtere*. Sigonius.

3 *Frequentique tandem curia*] Ingrata repetitio ꝑ *tandem*. An fuit: *frequentique jam curia*. Suetonius Julio 22. *Non temperavit, quin paucos poſt dies frequenti curia jactaret*. J. F. Gron.

1 *Nec*

rat) longe aliter Patres ac plebem affecere. Exultare gaudio plebes; ultores ſuperbiæ Patrum adeſſe dicere Deos. alius alium confirmare, ne nomina darent: cum omnibus potius, quam ſolos perituros. Patres militarent, Patres arma caperent, ut penes eoſdem pericula belli, penes quos præmia eſſent. At vero curia mœſta ac trepida ancipiti metu, & ab cive, & ab hoſte, Servilium conſulem, cui ingenium magis populare erat, orare, ut tantis circumventam terroribus expediret rempublicam. Tum conſul, miſſo ſenatu, in concionem prodit. ibi curæ eſſe Patribus oſtendit, ut conſulatur plebi. cæterum deliberationi de maxima quidem illa, ſed tamen parte civitatis, metum pro univerſa republ. interveniſſe. nec poſſe, quum hoſtes prope ad portas eſſent, bello prævertiſſe quicquam: [1] nec, ſi ſit laxamenti aliquid, aut plebi honeſtum eſſe, niſi mercede prius accepta, arma pro patria non cepiſſe: neque Patribus ſatis decorum, per metum potius, quam poſtmodum voluntate, afflictis civium ſuorum fortunis conſuluiſſe. Concioni deinde edicto addidit fidem, quo edixit, *Ne quis civem Romanum vinctum aut clauſum teneret, quo minus ei nominis edendi apud conſules poteſtas fieret. Ne quis militis, donec in caſtris eſſet, bona poſſideret, aut venderet: liberos nepoteſve ejus moraretur.* Hoc propoſito edicto, & qui aderant nexi, profiteri extemplo nomina; & undique ex tota urbe proripientium ſe ex privato, quum retinendi jus creditori non eſſet, concurſus in forum, ut ſacramento dicerent,

1 *Nec ſi ſit laxamenti aliquid*] Verba hæc non ad plebem modo Romanam, ſed omnem rempublicam ſpectant; & ſunt contraria præcedentibus, *quum hoſtes prope portas eſſent.* Dicit enim Livius; nec ſi mora ac ſpatium ſuperſit de plebe prius quam de hoſte cogitandi: ſi hoſtium incurſus tam acer non ſit, quin ante ſalva republica providere plebi patres queant. In eadem cauſa hoc vocabulo utitur 5, 5. *Quum ſi laxamentum dederis, major frequentiorque legatio itura ſit.* hoc eſt, ſi ab obſidione ad tempus aliquod receſſerit. 22, 37. *Ut & hoſtes in terra ſua bellum haberent, minuſque laxamenti daretur iis ad auxilia Annibali ſubmittenda.* 43, 18. *Nec ab Romano bello tantum regi laxamenti fore, ut poſſet morari.* Jac. Gron.

1 Coſ.

cerent, fieri. Magna ea manus fuit: neque aliorum magis in Volſco bello virtus atque opera enituit. Conſul copias contra hoſtem educit. parvo dirimente intervallo caſtra ponit. Proxima inde nocte Volſci diſcordia Ro- 25
mana freti, ſi qua nocturna tranſitio proditiove fieri poſſit, tentant caſtra. Senſere vigiles: excitatus exercitus: ſigno dato concurſum eſt ad arma. Ita fruſtra id inceptum Volſcis fuit. reliquum noctis utrimque quieti datum. Poſtero die prima luce Volſci, foſſis repletis, vallum invadunt. Jamque ab omni parte munimenta vellebantur, quum conſul quamquam cuncti undique, & nexi ante omnes, ut ſignum daret, clamabant, experiendi animos militum cauſſa parumper moratus, poſtquam ſatis apparebat ingens ardor, dato tandem ad erumpendum ſigno, militem avidum certaminis emittit. Primo ſtatim incurſu pulſi hoſtes: fugientibus, quoad inſequi pedes potuit, terga cæſa: eques uſque ad caſtra pavidos egit. mox, ipſa caſtra legionibus circundatis, quum Volſcos inde etiam pavor expuliſſet, capta direptaque. Poſtero die ad Sueſſam Pometiam, quo confugerant hoſtes, legionibus ductis, intra paucos dies oppidum capitur: captum prædæ datum. inde paulum recreatus egens miles. Conſul cum maxima gloria ſua victorem exercitum Romam reducit. decedentem Romam Ecetranorum Volſcorum legati, rebus ſuis timentes, poſt Pometiam captam, adeunt. His ex Senatuſconſulto data pax, ager ademptus. [1] Confeſtim & Sabini Romanos 26
territavere: tumultus enim fuit verius quam bellum. Nocte in urbe nunciatum eſt, exercitum Sabinum prædabundum ad Anienem amnem perveniſſe. ibi paſſim diripi atque incendi villas. Miſſus extemplo eo cum omnibus copiis equitum A. Poſtumius, qui dictator bello Latino fuerat. ſecutus conſul Servilius cum delecta peditum

1 *Confeſtim & Sabini Romanos territavere*] Suſpectum mihi τὸ *Romanos*, & abeſſe velim. *J. F. Gron.*

1 *Aut*

tum manu. Pleroſque palantes eques circumvenit. nec advenienti peditum agmini reſtitit Sabina legio. Feſſi tum itinere tum populatione nocturna, magna pars, in villis repleti cibo vinoque, vix fugæ quod ſatis eſſet virium, habuere. Nocte una audito perfectoque bello Sabino, poſtero die in magna jam ſpe undique partæ pacis, legati Aurunci ſenatum adeunt; ni decedatur Volſco agro, bellum indicentes. Cum legatis ſimul exercitus Auruncorum domo profectus erat. cujus fama haud procul jam ab Aricia viſi, tanto tumultu concivit Romanos, ut nec conſuli ordine Patres, nec pacatum reſponſum arma inferentibus, arma ipſi capientes dare poſſent. Ariciam infeſto agmine itur: nec procul inde cum Auruncis ſigna collata: prœlioque uno debellatum eſt.

27 Fuſis Auruncis, victor tot intra paucos dies bellis, Romanus, promiſſa conſulis, fidemque ſenatus exſpectabat: quum Appius & inſita ſuperbia animo, & ut collegæ vanam faceret fidem, quam aſperrime poterat, jus de creditis pecuniis dicere. deinceps & qui ante nexi fuerant, creditoribus tradebantur, & nectebantur alii. Quod ubi cui militi inciderat, collegam appellabat, concurſus ad Servilium fiebat; illius promiſſa jactabant, illi exprobrabant ſua quiſque belli merita, cicatriceſque acceptas. Poſtulabant, ut referret ad ſenatum, [1] ut auxilio eſſet conſul civibus ſuis, imperator militibus. Movebant conſulem hæc, ſed tergiverſari res cogebat. [2] adeo in alteram cauſam non collega ſolum præceps ierat,

1 *Aut ut auxilio eſſet*] Variant in particulis libri. Scribendum eſt: *Poſtulabant, ut referret ad ſenatum, ut auxilio eſſet conſul civibus ſuis, imperator militibus.* Utrumque volebant fieri, non alterutrum modo: alterum, ut fides & promiſſa Patrum exſolverentur; alterum, ut impediretur ſæva juriſdictio Appii. *J. F. Gron.*

2 *Adeo in alteram cauſam non collega ſolum præceperat, ſed*] Locus proculdubio mendoſus. Rhenanus legit, *Adeo vi alteram cauſam.* quam lectionem non probo. Veteres libri alii *ſteterat*, alii, *præſtiterat* habent. Quæ lectio ſuſpicionem mihi affert, ne ſit legendum, *præceps erat*: nam & ſententiæ congruit, & locutio eſt Livio familiaris: ſic enim loquitur lib. 23. *Quamquam præceps ingenio in iram erat.* Sigon.

Adeo

Digitized by Google

rat, ſed omnis factio nobilium. ita medium ſe gerendo, nec plebis vitavit odium, nec apud Patres gratiam iniit. Patres mollem conſulem & ambitioſum rati; plebes fallacem. brevique apparuit, æquaſſe eum Appii odium. Certamen conſulibus inciderat, uter dedicaret Mercurii ædem. Senatus à ſe rem ad populum rejecit: utri eorum dedicatio juſſu populi data eſſet, eum præeſſe annonæ, mercatorum collegium inſtituere, ſolennia pro pontifice juſſit ſuſcipere. Populus [1] dedicationem ædis dat M. Lætorio [2] primipili centurioni: quod facile appareret, non tam ad honorem ejus, cui curatio altior faſtigio ſuo data eſſet, factum, quam ad conſulum ignominiam. Sævire inde utique conſulum alter, Patreſque. ſed plebi creverant animi, & longe alia quam primo inſtituerant via graſſabantur. Deſperato enim conſulum ſenatuſque auxilio, quum in jus duci debitorem vidiſſent, undique convolabant. neque decretum exaudiri conſulis præ ſtrepitu & clamore poterat: neque, quum decreſſet, quiſquam obtemperabat. Vi agebatur, [3] metuſque omnis & periculum libertatis, quum in conſpectu con-

Adeo in alteram cauſam non collega ſolum praceps erat] Hæc Campani, Sabellici, Sigonii ſcriptura eſt: nam libri fere, *praceperat:* unde Rhenanus: *vi praceperat.* Malim autem ego alteram Sabellici: *praceps ierat.* quam Becharius & Aſcenſius & Aldus Juntaſque & Gryphius jam receperunt. Salluſtius Catilin. *Sed urbana plebes ea vero praceps ierat multis de cauſis.* puta in cauſam factionis. Cicero 6 fam. 1. *Si id evenit, quod ingredientibus nobis in cauſam propoſitum fuit accidere poſſe.* J. F. Gron.

1 *Dedicat. ad. dat M. Lectori*] *Latorius*, & *Platorius* ſcribi debet. Quod Capitolinis lapidibus, & nummis argenteis comprobatur. *Sigonius.*

2 *Primipili centurioni*] *Primus centurio erat* (inquit hic noſter auctor lib. 7 ſub finem) *quem nunc primipilum appellant.* Dionyſ. autem lib. 9 ait centum ac ſexaginta milites ſubeſſe primipili imperio, ſi codices non fallunt, quod ſuſpicor. Vide & Veget. lib. 2 cap. 8. Et rurſus Liv. lib. 34 de bello Macedonico ait, in pugna qua T. Sempronius coſ. adverſus Boios conflixit, *Q. Victorium primipili centurionem*, &c. Et Salluſtius in Jugurth. *Et centurio primipili tertia legionis.* Ex his videtur *primipilus* nomen & centurionis eſſe & ordinis in legione. *Glareanus.*

3 *Metuſque omnis & periculum libertatis*] Non hæc *libertas*, ſed tumultus: nec in libertate, quam quocunque modice juſto imperio, plus licet creditoribus in debitores. Itaque ſi vocem illam expungas, non intercedam. Imo ſic jubent membr. Flor. unde illa excluſiſſima. *J. F. Gron.*

1 *Debi-*

Digitized by Google

conſulis ſinguli à pluribus violarentur, in creditores à [1] debitoribus verterat. Super hæc timor inceſſit Sabini belli: delectuque decreto, nemo nomen dedit, furente Appio, & inſectante ambitionem collegæ; qui populari ſilentio rempublicam proderet, & ad id, quod de credita pecunia jus non dixiſſet, adjiceret, ut ne delectum quidem ex ſenatus conſulto haberet. *non eſſe tamen deſertam omnino rempublicam, neque projectum conſulare imperium. Se unum & ſuæ & patrum majeſtatis vindicem fore.* Quum circumſtaret quotidiana multitudo licentia accenſa, arripi unum inſignem ducem ſeditionum juſſit. Ille, quum à lictoribus jam traheretur, provocavit: nec ceſſiſſet provocationi conſul, quia non dubium erat populi judicium; niſi ægre victa pertinacia foret; conſilio magis & auctoritate principum, quam populi clamore. adeo ſupererant animi ad ſuſtinendam invidiam. Creſcere inde malum indies, non clamoribus modo apertis, ſed, quod multo pernicioſius erat, ſeceſſione occultiſque colloquiis. Tandem inviſi plebi conſules magiſtratu abeunt, Servilius neutris, Appius Patribus mire gratus.
28 A. Virginius inde, & T. Vetuſius conſulatum ineunt. Tum vero plebes, incerta quales habitura conſules eſſet, cœtus nocturnos, [2] pars in Eſquiliis, pars in Aventino facere, ne in foro ſubitis trepidaret conſiliis, & omnia temere ac fortuito ageret. Eam rem conſules rati,

1 *Debitoribus verterant*] Multo melior priſca lectio, *Verterat*. Quo verbo ſæpe utitur Livius pro ſuo paſſivo. Ita enim fiet, ut ſuperiori formæ reſpondeat, *Vt agebatur*. Sigonius.

2 *Pars in Eſquilinu*] Flor. *pars Æſquiliis*. Helm. Voſſ. Pall. Rott. Gud. Camp. *pars Eſquiliu*. An de partibus urbis ſic interdum loquebantur? Cicero lib. 4 ad Att. ep. 3. *Milonis domum eam, qua Germalo*. Immo Suetonius Tiberio cap. 15. *Statim è Carinis ac Pompeiana domo Æſquilias in hortos Mecænatianos tranſmigravit*. Nerone cap. 31. *Domum à Palatio Æſquilias uſque fecit*. Solinus cap. 2. *Servius Tullius* (habitavit) *Æſquiliis ſupra clivum Orbium*, *qui regnavit annis* IV *&* XL. *Tarquinius Superbus & ipſe Æſquiliis*. Quod vellem viri docti non ſollicitarent. Auctor vitæ Horatii: *Humatus & conditus eſt extremis Æſquiliis juxta Mecænatis tumulum*. Sic etiam lib. 26. *Transfugas Numidarum media urbe tranſire Æſquilias juſſerunt*. J. F. Grono.

1 *Con-*

rati, ut erat, pernicioſam, ad Patres deferunt: ſed delâtam conſulere ordine non licuit. adeo tumultuoſe excepta eſt clamoribus undique, & indignatione Patrum, ſi quod imperio conſulari exſequendum eſſet, invidiam ejus conſules ad ſenatum rejicerent. *Profecto ſi eſſent in republica magiſtratus, nullum futurum fuiſſe Romæ niſi publicum concilium. Nunc in mille curias, concioneſque (quum alia in Eſquiliis, alia in Aventino fiant concilia) diſperſam & diſſipatam eſſe rempublicam. Unum Hercule virum (id enim plus eſſe quam conſulem) qualis Appius Claudius fuerit, momento temporis diſcuſſurum illos cœtus fuiſſe.* Correpti conſules, quum quid ergo ſe facere vellent (nihil enim ſegnius molliuſve, quam Patribus placeat, acturos) percunctarentur; decernunt, ut delectum quam acerrimum habeant. otio laſcivire plebem. Dimiſſo ſenatu, [1] conſules in tribunal aſcen-

1 *Conſules in tribunal aſcendunt*] Duo meliores Pall. *deſcendunt*; alter cum nota ſignificante primam literam expungendam eſſe. Scribe igitur: *in tribunal eſcendunt*. Verbum hoc quoque à multis jactatum, & nonnunquam intempeſtive. Tamen quia ubique fere deleverunt male docti, neceſſe fuit ſæpe commemorari. Analogia quidem optima eſt, ut in *elevare*, *emicare*, *eminere*, & pluribus ejuſmodi. Ne nobis ergo ſit indictus Hylas, congeremus aliquot loca, ubi optimis in codd. id deprehendimus, & reſtituendum putamus. Supra cap. 7 Flor. & V. *Summiſſis faſcibus in concionem eſcendit*. Lib. 7, 30. *Uſque ad nos contemtus Samnitium pervenit, ſupra non eſcendit*. Sic pervetus Thuanæus, qui à ſexto libro orditur. lib. 8, 10. *Eo magiſtratum Romanum eſcendere fas non eſſe*. Sic idem haud ambigue & Fulvii liber. Pall. duo, *excedere*. Vulgo, *deſcendere*. Lib. 21, 61. *Bovem in tertiam contignationem ſua ſponte eſcendiſſe*. Lib. 23, 14. *Latoque ut ſolet, ad populum, ut equum eſcendere liceret*. Eodemque cap. 23. *Ubi cum lictoribus in Roſtra eſcendit*. Lib. 24, 22. *Ibi in aram Concordiæ, ex qua pridie Polyanus concionatus erat, eſcendit*. Lib. 26, 48. *Q. Trebellium & Sex. Digitium pariter in murum eſcendiſſe*. Sic quinque proximis locis omnium antiquiſſimus Puteanorum codex. Lib. 28, 19. *Seipſum, ſi cæteri cunctentur, eſcenſurum minatur*: idem. Pal. unus *oſtenſurum*: alii omnes *& ſcenſurum*. Eodem lib. cap. 26. *Simul & imperator in tribunal eſcendit*: idem. alii *aſcendit*: vulgo, *conſcendit*. Lib. 29, 37. *Et in ærarium eſcendiſſet*: idem. Men. *exceſſiſſet*. Lib. 30, 15. *In tribunal eſcendit, & concionem advocari juſſit*: idem. Cap. 17. *Cum C. Lælio in Roſtra eſcendit*: idem, remanſitque in Men. codice. Cap. ſequenti: *Juſſoſque eſcendere in equos repente in hoſtem emittit*. Cap. 25. *Juſſus è nauticis eſcendere in malum*: utrobique idem & in poſteriori loco unus è Pall. quamvis quid attinet alios poſt illum nominare? Lucret. lib. 5 v. 1303. *Et quam falciferôs inventum eſcendere currus*. Sic Voſſianus. Cæſar l. 7 Gall. 27. *Iis, qui primi murum eſcendiſſent, præmia propoſuit*. Eodemque libro infe-

 rius

aſcendunt. citant nominatim juniores. Quum ad nomen nemo reſponderet, circumfuſa multitudo in concionis modum, negare, *Ultra decipi plebem poſſe. Nunquam unum militem habituros, ni præſtaretur fides publica. libertatem unicuique prius reddendam eſſe, quam arma danda: ut pro patria civibuſque, non pro dominis pugnent.* Conſules quid mandatum eſſet à ſenatu, videbant: ſed eorum, qui intra parietes curiæ ferociter loquerentur, neminem adeſſe invidiæ ſuæ participem: & apparebat atrox cum plebe certamen. Prius itaque quam ultima experirentur, ſenatum iterum conſulere placuit. tum vero ad ſellas conſulum propere convolavere minimus quiſque natu Patrum, abdicare conſulatu jubentes, & deponere imperium, ad quod
29 tuendum animus deeſſet. Utraque re ſatis experta; tum demum conſules: *Ne prædictum negetis, Patres Conſcripti, adeſt ingens ſeditio. Poſtulamus, ut ii qui maxime ignaviam increpant, adſint nobis habentibus delectum. Acerrimi cujuſque arbitrio, quando ita placet, rem agemus.* Redeunt in tribunal, citari nominatim unum ex iis qui in conſpectu erant, dedita opera jubent. Quum ſtaret tacitus, & circa eum aliquot hominum, ne forte violaretur, conſtitiſſet globus, lictorem ad eum conſules mittunt. quo repulſo, tum vero, indignum facinus eſſe, clamitantes, qui Patrum conſulibus aderant, devolant de tribunali, ut lictori auxilio eſſent. Sed ab lictore nihil aliud quam prehendere prohibito, quum converſus in Patres impetus eſſet, [1] conſulum intercurſu rixa ſedata eſt: in qua tamen

rius cap. 46. *Oppidi murus ab planitie atque initio eſcenſus, recta regione,* &c. Sic utrobique membranæ Andibus. Nihil his omnibus in locis conjecturæ indulſimus. *J. F. Gron.*

1 *Conſulum interceſſu rixa ſedata eſt*] Mendum editionum proximis L. annis factarum. Scripti & editi ad Curionem (qui non aliter) omnes: *intercurſu.* Quæ libido novandi? Lib. 21. *Periculum intercurſu tum primum pubeſcentis filii propulſatum.* Lib. 34. *Non intercurſu matronarum inter acies duas prœlium ſedatum eſt?* Lib. 37. *Impeditus intercurſu ſuorum uſus prælongarum haſtarum.* Nec inelegans aut protritus uſus verbi. Lib. 5. *Ipſe interim Vejos ad confirmandos militum animos intercurrit.* Cicero in Philip. *Pugnatur acerrime: qui intercurrerent, miſimus tres principes civitatis.* Idem.

I Pub-

Digitized by

tamen ſine lapide, ſine telo, plus clamoris atque irarum quam injuriæ fuerat. Senatus tumultuoſe vocatus, tumultuoſius conſulitur, quæſtionem poſtulantibus iis qui pulſati fuerant, decernente ferociſſimo quoque, non ſententiis magis, quam clamore & ſtrepitu. Tandem quum iræ reſediſſent, exprobrantibus conſulibus, nihilo plus ſanitatis in curia, quam in foro eſſe, ordine conſuli cœpit. Tres fuere ſententiæ. P. Virginius rem non vulgabat: *de iis tantum, qui fidem ſecuti P. Servilii conſulis, Volſco, Aurunco Sabinoque militaſſent bello, agendum cenſebat.* T. Largius, *Non id tempus eſſe, ut merita tantummodo exſolverentur. totam plebem ære alieno demerſam eſſe: nec ſiſti poſſe, ni omnibus conſulatur. quin ſi alia aliorum ſit conditio, accendi magis diſcordiam, quam ſedari.* Ap. Claudius, & natura immitis, & efferatus, hinc plebis odio, illinc Patrum laudibus, *Non miſeriis*, ait, *ſed licentia tantum concitum turbarum: & laſcivire magis plebem, quam ſævire. Id adeo malum ex provocatione natum. quippe minas eſſe conſulum, non imperium; ubi ad eos, qui una peccaverint, provocare liceat. Agedum*, inquit, *dictatorem, à quo provocatio non eſt, creemus. Jam hic, quo nunc omnia ardent, conticeſcet furor.* [1] *Pulſet tum mihi lictorem, qui ſciet jus de tergo vitaque ſua penes unum illum eſſe, cujus majeſtatem violavit.* [2] Multis, ut erat, hor- 30
rida

1 *Pulſet tum mihi lictorem*] Rott. Helm. Gud. Voſſ. 1. *Pulſet & tum.* An fuit? *Pulſitet tum mihi lictorem.* J. F. Gron.

2 *Multis, ut erat, horrida & atrox --- exemplo haud ſalubres, utique Largii putabant ſententiam*] Cum hunc locum mendoſe legi animadverteret Rhenanus, homo de T. Livio optime meritus, hunc in modum demum emendavit; & interpunxit, hoc ſenſu: Appii atrox ſententia videbatur, Virginii, Lartiique ſententiæ exemplo haud ſalubres erant. Lartii ſententia totam fidem tollebat. Moderatum erat Virginii conſilium. Non intellexit autem Virginii ſententiam, ſi ita legatur, modo probari, modo improbari. Melior igitur lectio eſt ea, quam ipſe in vetuſtis exemplaribus reperi, quæ eſt ejuſmodi: *Multis, ut erat horrida, & atrox Appii ſententia videbatur, rurſus Virginii, Largiique exemplo pernicioſa, haud ſalubrem utique Largii putabant ſententiam, quæ totam fidem tolleret.* Quamquam non *Virginii, Largiique exemplo*, legendum eſt, ſed *Virginii, Vetuſiique.* Hi enim hoc anno conſules cum coërcendæ plebis cauſa ſevere delectum haberent, majorem ſeditionem fecerunt. Qua de cauſa ait, Appii ſententiam partim atrocem, par-

tim

rida & atrox videbatur Appii ſententia: rurſus Virginii Largiique exemplo haud ſalubres: utique Largii putabant ſententiam, quæ totam fidem tolleret. medium maxime, & moderatum utroque conſilium Virginii habebatur. Sed factione reſpectuque rerum privatarum, quæ ſemper offecere officientque publicis conſiliis, Appius vicit: ac prope fuit, ut dictator ille idem crearetur. quæ res utique alienaſſet plebem periculoſiſſimo tempore, quum Volſci Æquique & Sabini forte una omnes in armis eſſent. Sed curæ fuit conſulibus & ſenioribus Patrum, ut imperium, ſuo vehemens, manſueto permitteretur ingenio. [1] Manium Valerium dictatorem Voleſi filium creant.

tim pernicioſam eſſe viſam, Virginii Vetuſiique exemplo, quibus eadem ſeveritate uſis, quæ Appii ſententia continebatur, male res ceſſit. Tollebat autem totam fidem Lartius, quia omnibus ſatis fieri oportere cenſebat, ut Appius nemini. *Sigonius.*

· *Multis, ut erat, &c. utique Lartii putabant ſententiam*] Cepit utique Rhenanus, fruſtra objiciente Sigonio, ſi Virginii modo ſententia dicatur haud ſalubris exemplo, modo conſilium maxime moderatum, eandem rem nunc probari, nunc improbari. Nihil in his abſurdi. Erat ſane non tota ſalubris exempli. Etſi enim æquum erat, eorum, qui fidem Conſ. Servilii ſecuti eſſent, & Volſco Auruncoque ac Sabino bello militaſſent, rationem haberi: tamen hoc æquum per ſeditionem impetrari, cogique ſenatum vel æquum facere per ſeditionem, utique boni exempli non erat. Semper hoc anceps & miſerabile remedium, & quo, ubi ſemel introductum eſt, cum bonis in bona cauſa proceſſit, plerumque mox mali in cauſa peſſima & nefaria utantur. Sic quod in præſens prodeſt, in futurum poteſt eſſe noxium. Ut Velleius ait Clodium jugulatum, *exemplo inutili, ſed facto ſalutari reipublicæ.* Lucanus: *In ſcelus it Pharium Romani pœna tyranni Exemplumque perit.* Sic T. Manlii conſilium *non civilis exempli, tamen pietate laudabile* dicit lib. 7 noſter. Apud Curtium lib. 8 quidam præfecti ſui Perſæ interfecti caput & arma tulerunt ad Alexandrum. *Ille*, inquit, *facto impunitatem dedit, honorem denegavit exemplo.* At eadem ſententia comparata cum duabus alteris recte media & maxime moderata vocatur. Nec enim atrox erat ut Appii, nec tam mali exempli, ut totam fidem tolleret novis tabulis, ut Lartii. Cicero 2 de Officiis: *Ne ſit æs alienum, quod reipublicæ noceat, providendum eſt: quod multis rationibus caveri poteſt: non, ſi fuerit, ut locupletes ſuum perdant, debitores lucrentur alienum. nec enim ulla res vehementius rempublicam continet quam fides; quæ eſſe nulla poteſt, niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarum.* Cæterum in verbis Livii delenda ſunt τὰ *putabant ſententiam*, quæ è ſcholio irrepſerunt, & totum interturbant: id quod Gebhardo etiam viſum, Gruteroque approbatum. Sigonii nec liber hic nec conjectura unius aſſis. *J. F. Gron.*

1 *M. Valerium dictatorem Voleſi filium*] Non eſt hic M. Valerius Voluſi filius, qui paulo ante mortuus eſt, ſed frater ejus prænomine *Manius*, ut Dionyſius & Capitolina fragmenta oſten-

creant. Plebes etſi adverſus ſe creatum dictatorem videbat; tamen quum provocationem fratris lege haberet, nihil ex ea familia triſte nec ſuperbum timebat. Edictum deinde à dictatore propoſitum confirmavit animos, Servilii fere conſulis edicto conveniens. ſed & homini & poteſtati melius rati credi, omiſſo certamine nomina dedere. Quantus numquam ante exercitus, legiones decem effectæ. ternæ inde datæ conſulibus: quatuor dictator uſus. Nec poterat jam bellum differri. Æqui Latinum agrum invaſerant. oratores Latinorum à Senatu petebant, ut aut mitterent ſubſidium, aut ſeipſos tuendorum finium cauſſa capere arma ſinerent. Tutius viſum eſt, defendi inermes Latinos, quam pati retractare arma. Vetuſius conſul miſſus eſt. is finis populationibus fuit. Ceſſere Æqui campis: locoque magis quam armis freti, ſummis ſe jugis montium tutabantur. Alter conſul in Volſcos profectus, ne & ipſe tereret tempus, vaſtandis maxime agris hoſtem ad conferenda propius caſtra, dimicandumque acie, excivit. Medio inter caſtra campo ante ſuum quiſque vallum infeſtis ſignis conſtitere. multitudine aliquantum Volſci ſuperabant. Itaque effuſi, & contemptim pugnam iniere. Conſul Romanus nec promovit aciem, nec clamorem reddi paſſus, defixis pilis ſtare ſuos juſſit: ubi ad manum veniſſet hoſtis, tum coortos tota vi gladiis rem gerere. Volſci curſu & clamore feſſi, quum ſe velut ſtupentibus metu intuliſſent Romanis, poſtquam impreſſionem ſenſere ex adverſo factam, [1] & ante oculos micare gladios, haud ſecus quam ſi in inſidias incidiſſent, turbati vertunt

oſtendunt. Quæ res valde torſit Glareanum, Quare *M; Valerium* ſcribe. *Sigonius.*

1 *Et ante oculos micare gladios*] Bene. ſed non foret pejus, ſi legeremus, *gladii.* Lib. 1. *Ut primo ſtatim concurſu concrepuere arma, micanteſque fulſere gladii.* Lib. 6. *Ubi illi vana jecerint miſſilia, & effuſi ſtantibus vobis ſe intulerint, tum micent gladii.* Lib. 21. *Jam non pro mœnibus modo atque turri tela micare.* Sed & lib. 7. *Qui ferrum ante oculos micare cerneret.* Itaque ſine veterum libb. auctoritate nihil temere muto. *J. F. Gron.*

tunt terga: & ne ad fugam quidem ſatis virium fuit, quia curſu in prœlium ierant. Romani contra, quia principio pugnæ quieti ſteterant, vigentes corporibus facile adepti feſſos; & caſtra impetu ceperunt, & caſtris exutum hoſtem Velitras perſecuti, uno agmine victores cum victis in urbem irrupere. pluſque ibi ſanguinis promiſcua omnium generum cæde, quam in ipſa dimicatione factum. paucis data venia, qui inermes in deditionem venerunt.
31 Dum hæc in Volſcis geruntur, dictator Sabinos, ubi longe plurimum belli fuerat, [1] fundit fugatque, exuitque caſtris. Equitatu immiſſo mediam turbaverat hoſtium [2] aciem, qua, dum ſe cornua latius pandunt, parum apte introrſum ordinibus aciem firmaverant. turbatos pedes invaſit. eodem impetu caſtra capta, debellatumque eſt. Poſt pugnam ad Regillum lacum non alia illis annis pugna clarior fuit. dictator triumphans urbem invehitur. Super ſolitos honores locus in circo ipſi poſteriſque ad ſpectaculum datus. ſella in eo loco curulis poſita. Volſcis devictis Veliternus ager ademptus: Velitras coloni ab urbe miſſi & colonia deducta. Cum Æquis poſt aliquanto pugnatum eſt; invito quidem conſule, quia loco iniquo ſubeundum erat ad hoſtes: ſed milites extrahi rem criminantes, ut dictator, priuſ-

1 *Fundit fugatque exuitque caſtris*] Borbet. Pall. Voſſ. Rott. & Aleriensis Romana: *exuit caſtris*. Scribe: *fundit fugatque & exſuit caſtris*. Nec ſane ſuavius alterum. *J. F. Gron.*

2 *Aciem, qua dum ſe*] Salmaſius in poſtumo de re militari legit: *quia dum ſe*. Sed quis ferat *turbaverat aciem, qua* vel *quia aciem firmaverant*? Alterum utique redundat, & ſcribendum: *mediam turbaverat hoſtium aciem, quam, dum ſe cornua latius pandunt, parum apte introrſum ordinibus firmaverant*. Sane τὸ *quam* habent & ſcripti quidam. Lib. 4. *Non ſubſidiis firmata acie, non equite apte locato*. Et iterum: *Aut in tempore pugnam iniſſe, aut firmaſſe ſubſidiis aciem*. Lib. 25. *Et in longitudinem porrecta acies, clamantibus tribunis, nihil introrſus roboris ac virium eſſe*. Lib. 32. *Conferri pluribus introrſus ordinibus firmata acie*. Lib. 33. *Simul ne facile perrumperetur acies, dimidium de fronte demptum introrſus porrectis ordinibus duplicat, ut longa potius quam lata acies eſſet*. Auctor belli Africani: *Dextrum & ſiniſtrum cornu magnis equitum copiis firmaverant*. Tacitus 3 Hiſt. *Subſignano milite media firmare*. Lib. 4 Hiſt. *Id ſolum, ut in tumultu, monuit, ſubſignano milite media firmare*. Quod ſi etiam deleveris τὸ *ſe*, nihil ſententiæ nocueris. *Idem.*

priuſquam ipſi redirent in urbem, magiſtratu abiret: irritaque, ſicut ante conſulis, promiſſa ejus caderent, perpulere, ut forte temere in adverſos montes agmen erigeret. Id male commiſſum, ignavia hoſtium in bonum vertit: qui, priuſquam ad conjectum teli veniretur, obſtupefacti audacia Romanorum, relictis caſtris, quæ munitiſſimis tenuerant locis, [1] in adverſas valles deſiluere. ubi ſatis prædæ & victoria incruenta fuit. Ita trifariam re bello bene geſta, de domeſticarum rerum eventu, nec Patribus nec plebi cura deceſſerat. tanta quum gratia tum arte præparaverant fœneratores, quæ non modo plebem, ſed ipſum etiam dictatorem fruſtrarentur. Namque Valerius, poſt Vetuſii conſulis reditum, omnium actionum in Senatu primam habuit pro victore populo, retulitque quid de nexis fieri placeret. quæ cum rejecta relatio eſſet, *Non placeo*, inquit, *concordiæ auctor. optabitis Medius fidius propediem, ut mei ſimiles Romana plebes patronos habeat. Quod ad me attinet, neque fruſtrabor ultra cives meos, neque ipſe fruſtra dictator ero. Diſcordiæ inteſtinæ, bellum externum, fecere, ut hoc magiſtratu egeret reſpublica. Pax foris parta eſt, domi impeditur. privatus potius quam dictator ſeditioni interero.* ita curia egreſſus, dictatura ſe abdicavit. Apparuit cauſſa plebi, ſuam vicem indignantem magiſtratu abiſſe. itaque, velut perſoluta fide, quoniam per eum non ſtetiſſet quin præſtaretur, [2] decedentem domum cum favore ac laudibus proſecuti ſunt.
Timor inde Patres inceſſit, ne ſi dimiſſus exercitus fo- 32
ret, rurſus cœtus occulti conjurationeſque fierent. itaque

1 *In adverſas valles*] Legerem, *averſas*. & mox *ibi* pro *ubi*. nam non in vallibus, ſed in caſtris. *Tan. Faber.*

In adverſas valles deſiluere] Scribe, *averſas*, quæ videlicet ipſis à tergo eſſent: nam frons caſtrorum ad alteram partem in Romanos vergebat. Lib. 27. *Nocte jugum ſuperare & in averſis vallibus conſidere jubet.* Alibi vocat *ſupinas*. Lib. 4. *Repentino impetu Æquorum per ſupinam vallem fuſi ſunt.* Lib. 6. *Verſus itaque in victorem terror & novo hoſte & ſupina valle Romanam inclinavit aciem.* J. F. Gron.

2 *Decedentem domum*] Puto *diſcedentem*. Iſti alius locus. Cicero 4 Verr. *Itaque tum de foro, cum jam adveſperaſceret, diſceſſimus.* Idem.

que quamquam per dictatorem delectus habitus eſſet, tamen, quoniam in conſulum verba juraſſent, ſacramento teneri militem rati, per cauſſam renovati ab Æquis belli, educi ex urbe legiones juſſere. quo facto maturata eſt ſeditio. Et primo agitatum dicitur de conſulum cæde, ut ſolverentur ſacramento: doctos deinde nullam ſcelere religionem exolvi, Sicinio quodam auctore injuſſu conſulum in Sacrum montem ſeceſſiſſe, trans Anienem amnem, tria ab urbe millia paſſuum. ea frequentior fama eſt, quam, cujus Piſo auctor eſt, in Aventinum ſeceſſionem factam eſſe. Ibi, ſine ullo duce, vallo foſſaque communitis caſtris, quieti, rem nullam niſi neceſſariam ad victum ſumendo, per aliquot dies neque laceſſiti, neque laceſſentes ſeſe tenuere. Pavor ingens in urbe, metuque mutuo ſuſpenſa erant omnia. Timere relicta ab ſuis plebes violentiam Patrum, timere Patres reſidem in urbe plebem, incerti, manere eam an abire mallent. quam diu autem tranquillam, quæ ſeceſſerit, multitudinem fore? quid futurum deinde, ſi quod externum interim bellum exiſtat? nullam profecto, niſi in concordia civium, ſpem reliquam ducere. eam per æqua, per iniqua, reconciliandam civitati eſſe. Placuit igitur oratorem ad plebem mitti Menenium Agrippam, facundum virum, & quod inde oriundus erat, plebi carum. Is intromiſſus in caſtra, priſco illo dicendi & horrido modo, nihil aliud, quam hoc narraſſe fertur: *Tempore, quo in homine, non, ut nunc, omnia in unum conſentiebant, ſed ſingulis membris ſuum cuique conſilium, ſuus ſermo fuerat, indignatas reliquas partes, ſua cura, ſuo labore ac miniſterio ventri omnia quæri: ventrem in medio quietum, nihil aliud, quam datis voluptatibus frui. Conſpiraſſe inde, ne manus ad os cibum ferrent, nec os acciperet datum, nec dentes conficerent. hac ira dum ventrem fame domare vellent, ipſa unà membra, totumque corpus, ad extremam tabem veniſſe. Inde apparuiſſe, ventris quoque haud ſegne miniſterium eſſe: nec magis ali quam alere eum; reddentem in omnes corporis partes*

hunc

hunc, quo vivimus vigemuſque, diviſum pariter in venas maturum confecto cibo, ſanguinem. Comparando hinc quam inteſtina corporis ſeditio ſimilis eſſet iræ plebis in Patres, flexiſſe mentes hominum. [1] Agi deinde de concordia cœptum, conceſſumque in conditiones, ut plebi ſui magiſtratus 33
eſſent ſacroſancti, [2] quibus auxilii latio adverſus conſules eſſet. neve cui Patrum capere eum magiſtratum liceret. Ita tribuni plebei creati duo, [3] C. Licinius, & L. Albinus. hi tres collegas ſibi creaverunt. in his Sicinium fuiſſe ſeditionis auctorem; de duobus qui fuerint, minus convenit. Sunt qui duos tantum in Sacro monte creatos tribunos eſſe dicant, ibique ſacratam legem latam. Per ſeceſſionem plebis Sp. Caſſius, & [4] Poſtumus Cominius conſulatum inierunt: his conſulibus cum Latinis populis ictum fœdus. ad id feriendum conſul alter Romæ manſit, alter ad Volſcum bellum miſſus, Antiates Volſcos fundit fugatque: compulſos in oppidum Longulam perſecutus, mœnibus [5] potitur. inde Poluſcam,

1 *Agi deinde de concordia cœptum*] Cum hæc ſeditio propter nexos cœperit, ut ipſe paulo ante dixit, ubi de Valerio loquitur: mirum eſt Livium ne unum quidem verbum amplius de nexis dicere, quomodo tandem cum iis actum. Vide Dionyſ. lib. 6 in oratione Menenii Agrippæ S.C. de nexis. *Glareanus.*

2 *Quibus auxiliatio adverſus conſules eſſet*] Et hoc novum: nam Curionis quoque, non modo omnes ante illum editiones: *auxilii latio.* J. F. Gron.

3 *C. Licinius, & L. Albinus*] Hi primi tribuni plebis creati ſunt ex Livii ſententia. Porro autem aſſentior quibuſdam libris manuſcriptis, qui non hunc ſolum, ſed etiam alium *L. Albinum*, & *M. Albinum* de plebe homines, quos infra commemorabit Livius, *Albinios* vocant. Eſt enim veriſimile, ſi qui duo nomina ferrent, caruiſſe eos cognomine, prænomen autem, & nomen tuliſſe, id quod in IUS deſinit: Albinus autem *Poſtumiorum*, qui patricii ſunt, eſt cognomen. Idem de *Latinio* ante dictum eſt. Diſſentit autem à cæteris ſcriptorib. omnibus Livius in horum tribunorum nominib. recitandis. Dionyſius enim Λεύκιον Ἰούνιον Βροῦτον, Γάϊον Σικίνιον Βελλοῦτον. Itemque Plut. in Poplicola, & Suidas in voce δήμαρχοι, tradiderunt, parique ratione Pædianus in Corneliana, *C. Sicinium L. F. Bellutum, L. Junium C. F. Paterculum* edit. Quamquam apud eum mendum eſſe puto. Legitur enim, *L. Sicinium Velutum*, cum ex Græcorum auctoritate *C. Sicinium Bellutum* legendum eſſe videatur. *Bellutus* autem belluæ ſimilem ſignificare docet Feſtus. De duobus tribunis pleb. primum creatis citat auctorem Livium Pædianus. *Sigonius.*

4 *Poſthumius Cominius*] Lege *Poſtumus Cominius*, ut ante docui. *Idem.*

5 *Potitur. inde protinus Mucamitem Volſcorum capit*] Mirari ſatis non poſ-

ſcam, item Volſcorum, cepit: tum magna vi adortus eſt Coriolos. Erat tum in caſtris inter primores juvenum [1] C. Marcius, adoleſcens, & conſilio & manu promptus, cui cognomen poſtea Coriolano fuit. Quum ſubito exercitum Romanum Coriolos obſidentem, atque in oppidanos, quos intus clauſos habebat, intentum, ſine ullo metu extrinſecus imminentis belli, Volſcæ legiones profectæ ab Antio invaſiſſent, eodemque tempore ex oppido erupiſſent hoſtes; forte in ſtatione Marcius fuit. Is cum delecta militum manu, non modo impetum erumpentium retudit, ſed per patentem portam ferox irrupit: [2] cædeque in proxima urbis facta, ignem temere arreptum, imminentibus muro ædificiis injecit. Clamor inde oppidanorum miſtus muliebri puerilique ploratu ad terrorem, ut ſolet, primo ortu, & Romanis auxit animum, & turbavit Volſcos: utpote capta urbe, cui
ad

ſum neminem adhuc vocis hujus *Mutamitem* novitate offenſum eſſe, neque fœdiſſimum mendum ſenſiſſe: eſt enim legendum ita: *Inde Poluſcam item Volſcorum capit.* Nam paulo poſt Livius, ubi hæc tria oppida Romanis adempta ſcribit, ait: *Longulam, Poluſcam, Coriolos novella hæc oppida Romanis ademit.* Quamquam eo in loco vitioſe legitur etiam *Polluſtiam*, pro *Poluſcam.* Huic autem lectioni fidem afferunt manuſcripti libri, qui hoc in loco, *protinus Vlſcamitem*: & paulo poſt, *Poluſcam, Coriolos*, aperte habent. Itemque Dionyſius, qui priore loco Πολῦσκα, poſteriore Πολυσκανῶν πόλις, habet. Quamquam priore quidem loco mendum etiam eſt, inquit enim, ἐξῆγε τὴν δύναμιν ἐπ' ἑτέραν πόλιν τῶν Οὐολούσκων, ἣ καλεῖται μὲν Πόλυκς, κατὰ διάστημα δ' οὐ πολὺ τῆς Λογγόλας ἀπέχει. Legendum eſt enim Πολῦσκα, κατὰ διάστημα, id eſt, *Adduxit autem exercitum ad alteram civitatem Volſcorum, quæ Poluſca vocatur, ſpatio autem non longe à Longula diſtat.* Sigonius.

1 *Cn. Martius*] *C. Marcius* ut ante dixi, in Coriolano, legendum eſt. *Idem.*

2 *Cædeque in proxima urbis facta*] Sic jam olim Andreæ Romana. Poſtea fecerunt *proximo*, quod corrigit è ſcripto Rhenanus. Nondum videntur omnia ſalva. Quidam MSS. *in proxima urbe.* Placeret ſatis, ſicubi invenirem: *Cædeque in proximam turbam facta.* Statimque: *Clamor inde oppidanorum, miſtus muliebri puerilique ploratu, ad terrorem, ut ſolet, primum ortus.* J. F. Gron.

Cædeque in proxima urbe facta] Ex MSS. lectione *in proxima urbe* videtur commodiſſime deduci *in prima urbe.* Nota loquendi elegantia eſt, & Liviana 42, 63. *Qui prima obſidione mœnia intraverant.* 5, 45. *Prima noctis ſilentio.* Ut ſcias quam facile hæ voces confundantur, 28, 35 pro illis, *Proximos Hiſpanos agros*, Cantabrig. Voſſ. Gud. MSS. habent *primos Hiſpaniæ agros.* Eademque vel apud Sigonium vel apud Patrem occurrunt 5, 47. 9, 39. 30, 5. *Jac. Gron.*

1 *Vit*

Digitized by Google

ad ſerendam opem venerant. Ita fuſi Volſci Antiates, Corioli oppidum captum. tantumque ſua laude obſtitit famæ conſulis Marcius, ut, niſi fœdus cum Latinis, columna ænea inſculptum monumento eſſet, ab Sp. Caſſio uno, quia collega abſuerat, ictum; Poſtumum Cominium bellum geſſiſſe cum Volſcis, memoria ceſſiſſet. Eodem anno Agrippa Menenius moritur; [1] vir omni vita pariter Patribus ac plebi carus: poſt ſeceſſionem carior plebi factus. Huic [2] interpreti arbitroque concordiæ civium, legato Patrum ad plebem, reductori plebis Romanæ in urbem ſumptus funeri defuit. extulit eum plebs ſextantibus collatis in capita. Conſules deinde T. Gega- 34
nius, [3] P. Minucius facti. Eo anno, [4] quum & foris quieta omnia à bello eſſent, & domi ſanata diſcordia, aliud multo gravius malum civitatem invaſit. caritas primum annonæ, ex incultis per ſeceſſionem plebis agris: fames deinde, qualis clauſis ſolet. ventumque ad interitum ſervitiorum utique & plebis eſſet, ni conſules providiſſent, dimiſſis paſſim ad frumentum coëmendum, non in Etruriam modo dextris ab Oſtia littoribus, [5] lævoque

1 *Vir omni vita pariter P. ac p. carus*] Sic loquitur 8, 12. *Juventutem & tunc & omni vita deinde averſatam*. 22, 61. *Cæteri non foro ſolum, omni deinde vita, ſed prope luce caruerint*. Attamen MSS. hoc loco, in quibus Flor. S. Marci, Rott. Gud. Voſſ. 1. *omnium vita*. Vide an velint *omni in vita*. Habes enim 7, 1. *Fuit enim vir unicus in omni fortuna*. Cicero Brut. 34. *Huic diſſimilis in tribunatu reliquaque omni vita*. Poſt reditum ad Quirites: *Numenque veſtrum æque mihi grave & ſanctum ac deorum immortalium in omni vita futurum*. Jac. Gron.

2 *Interpreti arbitroque conc.*] *Interpres* eſt medius, ſeu ſequeſter, notat Servius. Sic Cicero de legibus. Livius 7, 40 & pag. 300. *Hen. Valeſius*.

3 *P. Minutius*] *Minucios* ſcribe, non *Minutios*, auctoritatem ſequutus Capitolinæ ſcripturæ, & Græcorum librorum, & veterum Latinorum. *Sigonius*.

4 *Quum & foris quieta omnia bella eſſent*] Mendum nuperarum pro *bello*, quod habent ſuperiores. Sed integrius in duobus Pall. & Voſſ. 2. *Quieta omnia à bello eſſent*. Lib. 39. *Et quia à bello quieta ut eſſet provincia, effecerat*. J. F. Gron.

5 *Lævoque per Volſcos mari uſque ad Cumas*] Satis clare hoc loco Volſcorum ſitus deſcribitur. Nam Antium etiam Volſcorum civitas fuit. Plin. autem lib. 3 cap. 5 Volſcos ultra Circeios emovet. Porro quod hic Livius vocat *Pontinum*, Dionyſ. lib. 7 ab initio vocat *Pometinum* campum. *Glareanus*.

1 Qui-

Digitized by Google

voque per Volſcos mari uſque ad Cumas, ſed [1] quæſitum in Sicilia quoque. adeo finitimorum odia longinquis coëgerant indigere auxiliis. Frumentum Cumis quum coëmptum eſſet, naves, pro bonis Tarquiniorum, ab Ariſtodemo tyranno, qui hæres erat, retentæ ſunt. [2] in Volſcis Pomptinoque ne emi quidem potuit: periculum quoque ab impetu hominum ipſis frumentatoribus fuit. [3] Ex Tuſcis frumentum Tiberi venit: eo ſuſtentata eſt plebs. Incommodo bello in tam arctis commeatibus vexati forent, ni Volſcos jam moventes arma, peſtilentia ingens invaſiſſet. ea clade conterritis hoſtium animis, ut etiam ubi ea remiſiſſet, terrore aliquo tenerentur, & Velitris auxere numerum colonorum Romani, [4] & Norbæ in montes novam coloniam, quæ arx in Pomptino eſſet, miſerunt. M. Minucio deinde, & A. Sempronio conſulibus, magna vis frumenti ex Sicilia advecta: agitatumque in Senatu, quanti plebi daretur. Multi veniſſe tempus premendæ plebis putabant, recuperandique jura, quæ extorta ſeceſſione ac vi Patribus eſſent: in primis Marcius Coriolanus, hoſtis tribuniciæ poteſtatis. *Si annonam*, inquit, *veterem volunt, jus priſtinum reddant Patribus. Cur ego plebeios magiſtratus, cur Sicinium potentem pollentemque video, ſub jugum miſſus, tamquam à latronibus redemptus. Egone has indignitates diutius patiar, quam neceſſe eſt?* [5] *Tarquinium regem qui non tulerim, Sicinium feram?*

Sece-

1 *Quæſitum in Sicilia quoque*] Borb. Fl. Voſſ. Rott. Gud. Hel. Pal. Camp. *Siciliam.* Sed quid *quæſitum*? An, *ſed trans fretum in Siciliam quoque.* J. F. Gron.

2 *In Volſcis, Pomptinoque*] Dionyſius Πωμεντῖνον πεδίον vocat. Vet. lib. *In Pontino* habent. *Sigonius.*

3 *Ex Etruſcis frumentum*] Nihil intereſt, ſic legas, an *ex Tuſcis*: tamen cum hoc Rhenani codex, & quos modo nominavi ſervent, illud huic concedere juſſimus. *J. F. Gron.*

4 *Et Norbæ in montes nov. c.*] *Norbæ* Plin. meminit, ubi de oppidis claris olim in Latio; Norbanos etiam prope Lavicanos in Latio, ut non exiſtimem longe à Roma verſus Norbam vel Pontinum fuiſſe: ſi quidem Norba arx in Pontino eſſe debuit, ut hic deſcribit Livius. *Glareanus.*

5 *Qui non tulerim Tarquinium*] In tempora peccat Livius ut videtur. Sed tanti non eſt. Antea adoleſcentem fecit: at paullo poſt ſenem. Sed explicari poteſt. *Tan. Faber.*

3 Frum-

Digitized by Google

Secedat nunc, avocet plebem, patet via in Sacrum montem, a-
lioſque colles. Rapiant frumenta ex agris noſtris, quemadmo-
dum tertio anno rapuere. [1] *Fruantur, utantur annona, quam*
furore ſuo fecere. Audeo dicere, hoc malo domitos ipſos potius
cultores agrorum fore, quam ut armati per ſeceſſionem coli pro-
hibeant. Haud tam facile dictu eſt, faciendum ne fuerit,
quam potuiſſe arbitror fieri, ut conditionibus laxandi
annonam, & tribuniciam poteſtatem, & omnia invitis
jura impoſita Patres demerent ſibi. Et Senatui nimis a- 35
trox viſa ſententia eſt, & plebem ira prope armavit. *Fame*
jam ſe ſicut hoſtes peti, cibo victuque fraudari: peregrinum fru-
mentum, quæ ſola alimenta ex inſperato [2] *fortuna dederit, ab*
ore rapi, niſi C. Marcio vincti dedantur tribuni, niſi de tergo
plebis Romanæ ſatisfiat. Eum ſibi carnificem novum exortum, qui
aut mori, aut ſervire jubeat. In exeuntem è curia impetus
factus eſſet, ni peropportune Tribuni diem dixiſſent.
[3] Ibi ira eſt ſuppreſſa. ſe judicem quiſque, ſe dominum
vitæ neciſque inimici factum videbat. Contemptim pri-
mo Marcius audiebat minas tribunicias: auxilii, non pœ-
næ jus datum illi poteſtati: plebiſque, non Patrum tri-
bunos eſſe. [4] ſed adeo infenſa erat coorta plebs, ut unius
pœna

1 *Fruantur, utantur annona, quam furore*] Tò *fruantur* ſolius eſt Rhenani, explicatione ipſa oſtendentis, quam ſit hic incommodum. Subaudit enim *raptis*, & ad priorem ſententiam jubet referri. At id exſulat ſcriptis noſtris veteribuſque editionibus, poſt Curionem demum receptum. Cancelletur igitur. *Furor* autem quis niſi ſeditionis? vel ex Virgilii illo: *furor arma miniſtrat.* Livius ſupra: *nihilo plus ſanitatis in curia quam in foro eſſe.* Infra cap. 42. *Patres ſatis ſuperque gratuiti furoris in multitudine credentes eſſe, largitiones temeritatiſque invitamenta horrebant.* Hoc eſt, ultro etiam & ſine propoſita mercede ſatis prompte inſanire & commoveri plebem. Perperam Rhenanus: *gratuiti favoris in multitudinem.* Frontinus 1 Strateg. 9. *Cum legiones civium Romanorum pernicioſa ſeditione furerent, conſilio reſtituit ſanitatem efferatis.* Sic loquitur & 2, 5, 18. Seditio autem erat cauſa neglectæ agriculturæ, atque inde exortæ famis. Paullo ante: *Caritas primum annonæ ex incultis per ſeceſſionem plebis agris, fames deinde.* Quare alibi audiemus virum doctum, qui non dubitat reſcribendum: *quam furto ſuam fecere.* Nec rapinam & direptionem vi palam factam eſſe *furtum* concedunt juriſconſulti, neque ex eo, quod patriciorum ex agris ante triennium rapta frumenta, fames plebi. *J. F. Gron.*

2 *Fortuna dederat*] Melior priſca lectio, *dederit*. Sigonius.

3 *Ibi ira eſt ſuppreſſa*] Lege ex fide vet. lib. *Ubi ira eſt.* Idem.

4 *Sed adeo coorta erat infenſa plebs*]

Luxatæ

pœna defungendum eſſet Patribus. Reſtiterunt tamen adverſa invidia, uſique ſunt, qua ſuis quiſque, qua totius ordinis viribus. Ac primo tentata res eſt, ſi diſpoſitis clientibus abſterrendo ſingulos à coitionibus, conciliiſque, disjicere rem poſſent. Univerſi deinde proceſſere (quicquid erat Patrum, reos diceres) precibus plebem expoſcentes: unum ſibi civem, unum Senatorem, ſi innocentem abſolvere nollent, pro nocente donarent. [1] Ipſe quum die dicta non adeſſet, perſeveratum in ira eſt. Damnatus abſens in Volſcos exulatum abiit, minitans patriæ, hoſtileſque jam tum ſpiritus gerens. Venientem Volſci benigne excepere. benigniuſque indies colebant: quo major ira in ſuos eminebat, crebræque, nunc querelæ, nunc minæ percipiebantur. Hoſpitio utebatur [2] Attii Tulli. Longe is tum princeps Volſci nominis erat, Romaniſque ſemper infeſtus. ita quum alterum vetus odium, alterum ira recens ſtimularet, conſilia conferunt de Romano bello. Haud facile credebant, plebem ſuam impelli poſſe, ut toties infeliciter tentata arma caperent. Multis ſæpe bellis, peſtilentia poſtremo amiſſa juventute, fractos ſpiritus eſſe, arte agendum in exoleto jam vetuſtate odio, ut recenti aliqua ira exacer-
36 barentur animi. [3] Ludi forte ex inſtauratione magni Romæ

Luxatæ ſunt voces hæ, ex vet. lib. ita ordinandæ, *ſed adeo infenſa erat coorta plebs*. Sigonius.

1 *Ipſe cum die dicta non adeſſet, perſev.*] Non perſequar nunc hiſtoriæ variationem, quæ apud Dionyſium longe luculentius meo quidem judicio, quam apud Livium narratur. Id quod fuit neceſſarium ad hujus hiſtoriæ lucem, omiſiſſe videtur Livius, ſcil. quomodo judicium hoc perlatum novo ritu, nec antea conſueto. Vide Dionyſ. *Glareanus.*

2 *Accii Tullii, longe is tum princeps*] Hic vir *Attius Tullus* dictus eſt, ita ut *Tullus* prænomen, *Attius* nomen gentis eſſet, ut in Tullo Hoſtilio. Quod autem dico, ex fide veterum librorum dico, & Græci exemplaris Dionyſii, à quo Τύλλος Ἄττιος dicitur ubique, ſemel per mendum Τύλλος Ἀττίδιος, ut à Plutarcho in Coriolano Τύλλος Ἀμφίδιος. Major autem etiam labes inſidet in principio vitæ Ciceronis, ubi Τύλλιος Ἄππιος nominatur, pro Τύλλος Ἄττιος. *Sigonius.*

3 *Ludi forte ex inſtauratione magni*] Ludi acti erant, ſed non rite, ideoque inſtaurantur. Porro & hoc loco, & novum annum, & alios coſſ. ponit Dionyſius. *Glareanus.*

Digitized by Google

mæ parabantur. [1] inſtaurandi hæc cauſſa fuerat. Ludis mane ſervum quidam paterfamiliæ, nondum commiſſo ſpectaculo, ſub furca cæſum medio egerat circo. cœpti inde ludi, velut ea res nihil ad religionem pertinuiſſet. Haud ita multo poſt, Tib. Atinio, de plebe homini, ſomnium fuit. [2] Viſus Jupiter dicere, *Sibi ludis præſultatorem diſplicuiſſe: niſi magnifice inſtaurarentur hi ludi, periculum urbi fore. iret, ea conſulibus nunciaret.* Quanquam haud ſane liber erat religione animus; [3] verecundia tamen majeſtatis magiſtratuum timorem vicit, ne in ora hominum pro ludibrio abiret. Magno illi ea cunctatio ſtetit. filium namque intra paucos dies amiſit. cujus repentinæ cladis ne cauſa dubia eſſet, ægro animi eadem illa in ſomnis

1 *Inſtaurandis hac cauſa fuerat ludis. Mane ſervum*] Pulchra & vera Livii ſcriptura Rhenano debetur: *Inſtaurandi hac cauſa fuerat. Ludis mane ſervum.* niſi quod male vult, *hoc cauſa*. Lib. 27 Haſdrubalis fratris Hannibal *hauquaquam tam facilem maturumque tranſitum exſpectabat. ea tardius movendi ex hibernis cauſa fuit.* Reliquum ſi intellexiſſent editores, utique approbaſſent. *Inſtaurandi* ſervavit unus ex Pall. & Voſſ. 2. Utitur vero & alibi noſter abſolute. Lib. 27. *Et plebeiis ludis biduum inſtauratum ab Q. Mamilio & M. Cæcilio Metello ædilibus plebis.* Sic etiam ſcribendum lib. 31, 4. *Ludi Romani ſcenici eo anno magnifice apparateque facti ab ædil. cur. L. Valerio Flacco & L. Quinctio Flaminino. biduum inſtauratum eſt.* non *inſtaurati ſunt*. Porro *ludis* dicebant breviter pro die ludorum, aut quo ludi fierent. Cicero 1 ad Att. 16. *Itaque & ludis & gladiatoribus mirandas* ἐπισημαςίας *ſine ulla paſtoricia fiſtula auferebamus.* Statim noſter: *Sibi ludis præſultatorem diſplicuiſſe.* Ubi melior Sigonius libris vett. ſuis, in quibus ait legi *ludi*. Suetonius Julio cap. 39. *Ludis D. Laberius eques Romanus mimum ſuum egit.* J. F. Gron.

2 *Viſus Jupiter dicere, ſibi ludis præſultatorem diſplicuiſſe*] Quamquam legitur in veteribus libris, *Ludi*, probatur tamen magis, *Ludis*. Nam Dionyſius ſic ait: ἔπι μοι τῇ νεωςὶ πομπῇ τ̀ ἡγεμόνον ὀρχηςὴν οὐ καλὸν ἔδωκαν, id eſt, *nuncia, mihi proximis ludis præſultatorem haud bellum eos dediſſe. Præſultatorem* autem vocat eum, qui quaſi ludorum prima pars fuerit, qui antequam ludi committerentur ſaltaverit. Itaque Plut. in Coriolano ait: τ̀ ὀρχηςὴν περὶ τ̀ πομπῆς. Cicero de Div. primo, *præſultorem ſibi non placuiſſe ludis.* Sigonius.

3 *Verecundia tamen magiſtratuum timorem vicit*] Vetus lectio, pro, *timorem vicit*, habet, *timorem injecit*. Idem.

Verecundia tamen majeſtatis Magiſtratuum timorem vicit] Prava & hic vetus lectio Sigonii: *Timorem injecit* nam *timor* Livio non refertur ad id quod ſequitur, ſed eſt ipſa religio & metus Deum. Lib. 27. *Turbata tota acies eſt, dein prorſus fuſa, & vincente pudorem metu, terga dabant.* Lib. 28. *Tamen vincente verecundiam metu terga extemplo data.* Lib. 40. *Exſecrationeſque in regem, vincente odio metum, exaudiebantur.* Salluſt. 3 hiſt. in concione Lepidi: *Sed præter ſpem bonam ex vobis quæ metum vicit.* J. F. Gron.

1 *Ludi*

ſomnis obverſata ſpecies, viſa eſt rogitare, *Satin' magnam ſpreti numinis haberet mercedem? majorem inſtare, ni eat propere ac nunciet conſulibus.* Jam præſentior res erat: cunctantem tamen, ac prolatantem, ingens vis morbi adorta eſt, debilitate ſubita. Tum enimvero Deorum ira admonuit. feſſus igitur malis præteritis inſtantibuſque, conſilio propinquorum adhibito, quum viſa atque audita, & obverſatum toties ſomno Jovem, minas iraſque cœleſtes repræſentatas caſibus ſuis expoſuiſſet; conſenſu inde haud dubio omnium qui aderant, in forum ad conſules lectica defertur. inde in curiam juſſu conſulum delatus, eadem illa quum Patribus ingenti omnium admiratione enarraſſet; ecce aliud miraculum: qui captus omnibus membris delatus in curiam eſſet, eum functum officio pedibus ſuis domum rediiſſe, traditum memoriæ
37 eſt. [1] Ludi quam ampliſſimi ut fierent, ſenatus decernit. Ad eos ludos, auctore Attio Tullo, vis magna Volſcorum venit. Priuſquam committerentur ludi, Tullus, ut domi compoſitum cum Marcio fuerat, ad conſules venit. dicit eſſe, quæ ſecreto agere de republica velit. Arbitris remotis, *Invitus*, inquit, *quod ſequius ſit, de meis civibus loquor. Non tamen admiſſum quicquam ab iis, criminatum venio, ſed cautum, ne admittant. Nimio plus quam velim, noſtrorum ingenia ſunt mobilia. Multis id cladibus ſenſimus. Quippe qui non noſtro merito, ſed veſtra patientia incolumes ſimus. Magna hic nunc Volſcorum multitudo eſt. ludi ſunt. ſpectaculo intenta civitas erit. Memini quid per eandem occaſionem ab Sabinorum juventute in hac urbe commiſſum ſit. horret animus, ne quid inconſulte ac temere fiat. Hæc, noſtra veſtraque cauſſa, prius dicenda vobis, conſules, ratus ſum. Quod ad me attinet, extemplo hinc domum abire in animo eſt, ne cujus facti dictive contagione præſens violer.* Hæc locutus, abiit.

Con-

1 *Ludi quam ampliſſimi ut fierent, Senat.*] Et hoc loco Dionyſius initio lib. 8 & novum annum, & novos refert coſſ. In Livii codice, ea omnia omiſſa. *Glareanus.*

1 *Præ-*

Conſules quum ad Patres rem dubiam ſub auctore certo detuliſſent, auctor magis, ut fit, quam res ad præcavendum vel ex ſupervacuo movit. factoque ſenatuſconſulto, ut urbem excederent Volſci, præcones dimittuntur, qui omnes eos proficiſci ante noctem juberent. Ingens pavor primo diſcurrentes ad ſuas res tollendas in hoſpitia perculit. Proficiſcentibus deinde indignatio oborta: Se, ut conſceleratos contaminatoſque, ab ludis, feſtis diebus, cœtu quodammodo hominum Deorumque, abactos eſſe. Quum prope continuato agmine irent, 38
[1] prægreſſus Tullus ad caput Ferentinum, ut quiſque veniret, primores eorum excipiens, [2] quærendo, indignandoque, & eos ipſos ſedulo audientes ſecunda iræ verba, & per eos multitudinem aliam in ſubjectum viæ campum deduxit. Ibi in concionis modum [3] orationem exorſus, *Veteres populi Romani injurias, cladeſque gentis Volſcorum, ut omnia*, inquit, *obliviſcamini alia, hodiernam hanc contumeliam, quo tandem animo fertis*, [4] *qui per noſtram ignominiam*

1 *Prægreſſus Tullus ad caput Ferentinum*] Libro priore de morte Turni Herdonii, *aquam Ferentinam* appellat; hic vero *caput Ferentinum*. Libro autem VII Hernicorum oppidum *Ferentinum* aſſerit, & eodem libro anno ab urbe condita 406 ad lucum Ferentinæ ait Latinorum concilia habita. Sed de hoc etiam antea. *Glareanus.*

Prægr. Tull. ad caput Ferentinum] Priore libro, *caput aquæ Ferentinæ* dixit, ad quod Turnum Herdonium dejectum fuiſſe narravit. Eodemque libro *Lucum Ferentinæ* nominavit, ad quem conveniſſe Latinos ſcribit, parique ratione lib. 7 ad *Lucum Ferentinæ* Latinorum concilium tradit eſſe habitum. Quod concilium Dionyſius τὴν ἐν Φερεντίνῳ ἀγορὰν, ubi de Superbo Rege agit, vocat: Plutarchus autem in Romulo quorundam ſacrorum meminit, quæ fiebant à Latinis ἐπὶ Φερεντίνης πύλης. Ut autem ad lucum Ferentinæ Latinorum, ſic ad fanum Voltumnæ Etruſcorum populorum concilia habebantur. *Sigonius.*

2 *Quærendo*] Vet. lib. *querendo*. & paulo ante *urbe excederent* non *urbem exc.* Idem.

3 *Orationem exorſus, Veteres populi*] Conſidera paulo attentius, nec denique te fugiet ſcabitudo in oratione male connexa: *veteres injurias, cladeſque, ut omnia obliviſcamini*. Non poteſt hoc probare docta auris. Cæterum unica litera abundat, & ſciendum verba Tulli non incipere à vocabulo, *Veteres*, ſed, *Ut omnia*: quæ præcedunt, ex hiſtorici perſona dicuntur. Scribe: *Ibi in concionis modum oratione exorſus veteres populi Romani injurias cladeſque gentis Volſcorum; Ut omnia, inquit, obliviſcamini alia, hodiernam*, &c. Cicero 15 famil. 21. *Ut hæc recentia, quæ meminero ſemper, obliviſcar, quæ tua ſollicitudo*, &c. *J. F. Gron.*

4 *Quæ per noſtram*] Vet. lib. *Qui*,

miniam ludos commiſere? An non ſenſiſtis triumphatum hodie de vobis eſſe? Vos omnibus civibus, peregrinis, tot finitimis populis, ſpectaculo abeuntes fuiſſe? Veſtras conjuges, veſtros liberos traductos per ora hominum? Quid eos, qui audivere vocem præconis? quid, qui vos vidêre abeuntes? quid eos, qui huic ignominioſo agmini fuere obvii, exiſtimaſſe putatis? niſi aliquod profecto nefas eſſe, quo, ſi interſimus ſpectaculo, violaturi ſimus ludos, piaculumque merituri. ideo nos ab ſede piorum, cœtu, concilioque abigi. Quid, deinde, illud non ſuccurrit, vivere nos, [1] *quod maturarimus proficiſci? ſi hæc profectio, & non fuga eſt. Et hanc urbem vos non hoſtium ducitis, ubi ſi unum diem morati eſſetis, moriendum omnibus fuit? Bellum vobis indictum eſt: magno eorum malo, qui indixere, ſi viri eſtis.* Ita & ſua ſponte irarum pleni, & incitati, domos inde digreſſi ſunt, inſtigandoque ſuos quiſque populos
39 effecêre, ut omne Volſcum nomen deficeret. Imperatores ad id bellum de omnium populorum ſententia lecti Attius Tullus, & C. Marcius exul Romanus, in quo aliquanto plus ſpei repoſitum. [2] Quam ſpem nequaquam fefellit: ut facile appareret, ducibus validiorem, quam exercitu rem Romanam eſſe. Circeios profectus, primum colonos inde Romanos expulit: liberamque eam urbem Volſcis tradidit. Inde in Latinam viam tranſverſis tramitibus tranſgreſſus, Satricum, [3] Longulam, Poluſcam, Coriolos,

ut referatur non ad *contumeliam*, ſed ad *populi Romani*. Sigonius.

1 *Quod maturavimus proficiſci*] Flor. Rott. & Helm. *quod maturarimus*. Pall. *maturaverimus*. J. F. Gron.

2 *Quem ſpes nequaquam fefellit*] Vet. lib. *Quæ ſpes nequaquam fefellit*, quod probo. *Sigonius*.

Quam ſpem nequaquam fefellit] Sigonius: Vetus liber, *Quæ ſpes nequaquam fefellit*. quod probo. Ego vero non probo, & à mala manu eſſe ajo. Meliores libri omnes tenent vulgatum. Juſtinus ex Trogo lib. 2 de Cimone: *Nec in bello judicium diligentium fefellit*. Ita non fefellit ſpem Volſcorum Coriolanus. Auctor de bello Alexandrino: *Nobis rem committe. nos prælium ſuſtinebimus, neque judicium tuum fallemus*. Et iterum: *Ne ſuam atque omnium falleret opinionem, quorum judicio delectus ad pugnam proficiſceretur*. Polybius lib. 2. ἵνα μήτε προπετῶς κινδυνεύοντες σφάλλωσι τὰς τῶν πεπιστευκότων ἐλπίδας. *J. F. Gron.*

3 *Longulam, Polluſtiam, Coriolos novella hæc Romanis oppida ademit*] Paulo ante docui *Poluſcam* legendum eſſe. *Novella* autem hæc oppida vocat, quia triennio ante in poteſtatem populi R. venerant. *Sigonius*.

Longul. Pol. Cor. novella hæc Romanis oppida

riolos, novella hæc Romanis oppida ademit. Inde Lavinium recepit: tunc deinceps Corbionem, Vitelliam,[1] Trebiam,[2] Labicos, Pedum cepit. Poſtremum, ad urbem [3] à Pedo ducit: &[4] ad foſſas Cluilias quinque ab urbe millia paſſuum caſtris poſitis, populatur inde agrum Romanum: cuſtodibus inter populatores miſſis, qui patriciorum agros intactos ſervarent. ſive infenſus plebi magis, ſive ut diſcordia inde inter Patres plebemque oriretur. Quæ profecto orta eſſet, adeo tribuni jam ferocem per ſe plebem criminando in primores civitatis inſtigabant. ſed externus timor maximum concordiæ vinculum, quamvis

oppida] Cur *novella*? Sigonius, quia triennio ante in poteſtatem eorum venerant. Et ſic forte lib. 41. *Cn. & L. Gavilli, novelli Aquilejenſes.* Sed quinque noſtri & Mureti codices *novellam.* Videtur in ea voce nomen alicujus oppidi latere. Et fortaſſe *Bovillas*: nam has quoque non ſine labore cepiſſe Marcium teſtis Dionyſius. Pro *Trebia* non incommode Cluverius *Toleriam.* J. F. Gron.

Longulam, &c. novella hac Romanis oppida ademit] Etiam Flor. S. Marci, & Mureti vetus liber *Novellam.* In qua voce celari nomen urbeculæ demonſtrat Livii ſtylus, qui lib. 1 cap. 38 ſic loquitur: *Corniculum, Medullia, Nomentum, hæc de priſcis Latinis aut qui ad Latinos defecerant, capta oppida.* Ubi eorundem verborum appoſitio: ſic ut prorſus crediderim, obſcurum & propter præcipitem ruinam infrequens oppidi nomen fuiſſe *Mugillam*, vel Mœgillam. Quippe & Dionyſius Halic. poſt Satricum, Longulam, Poluſcam captas, plane ut Livius ſubjungit Ἀλβιῆτας μὲν ἐν τῇ Μοιγιλλανῶν ἐκ τειχομαχίας αἱρεῖ. Non enim audio Sylburgium, dum Οὐεπλανὰς propinat, etſi id repertum animadvertam à Cluverio in lib. 11 Italiæ ant. Ipſe ordo captarum urbium id refutat. Et Mugillam urbem fuiſſe ſine reprehenſione probat ſatis cognomen Lucii Papirii *Mugilanus*, ſeu ut alibi ſcribitur *Mugillanus*; ſive Papirius primus eam ceperit, ut Coriolanus; ſive inde emigraverit, ut Regillenſis Appius; ſive id cognomen beneficio aliave qua cauſa meruerit; ea enim tunc fuiſſe frequentia oſtendunt Macerinus, Medullinus, Camerinus, Maluginenſis, Tolerinus, Vibulanus, Tuſciveicanus. *Jac. Gron.*

1 *Trebiam*] Servius exponens Virgilii locum in VII. *Oliviferaque Mutiſcæ. Hæc*, inquit, *Trebia poſtea dicta eſt, quam modo Trebulam dicunt.* Sigonius.

2 *Labicos*] Nec Græci, nec Latini libri ſibi conſtant in hoc oppido nominando: modo enim *Labicos & Labicanos*, modo *Lavicos & Lavicanos*, modo Λαβικοὺς & Λαβικανοὺς, modo Λαουΐκους & Λαουϊκανοὺς edunt. *Idem.*

3 *A Pedo*] Vet. lib. *ab Pedo.* Idem.

4 *Ad foſſas Cluilias quinque ab Urbe*] Non eſt dubium, quin de iis loquatur foſſis, de quibus lib. 1 in Tullo Hoſtilio, eas enim fecerant Albani duce Cluilio, à quo & nomen habent. Diſtantia earum foſſarum utroque in loco apud Dionyſ. & Liv. eadem narratur. *Glareanus.*

Ad foſſas Cluilias] *Foſſas Clœlias* legendum ex Dionyſio & Feſto, ut ante docui. *Sigonius.*

vis ſuſpectos, inſenſoſque inter ſe jungebat animos. [1] Id modo non conveniebat; quod ſenatus conſuleſque, nuſquam alibi ſpem, quam in armis ponebant: plebes omnia quam bellum malebat. Sp. Nautius jam, & Sex. Furius conſules erant. Eos recenſentes legiones, præſidia per muros, aliaque, in quibus ſtationes vigiliaſque eſſe placuerat, loca diſtribuentes, multitudo ingens pacem poſcentium primum ſeditioſo clamore conterruit. deinde vocare ſenatum, referre de legatis ad C. Marcium mittendis coëgit. Acceperunt relationem Patres; poſtquam apparuit labare plebis animos, miſſique de pace ad Marcium oratores, atrox reſponſum retulerunt: *Si Volſcis ager redderetur, poſſe agi de pace: ſi præda belli per otium frui velint, memorem ſe & civium injuriæ, & hoſpitum beneficii, adniſurum, ut appareat, exilio ſibi irritatos, non fractos, animos eſſe.* Iterum deinde iidem miſſi, non recipiuntur in caſtra. Sacerdotes quoque ſuis inſignibus velatos iſſe ſupplices ad caſtra hoſtium, [2] traditum eſt, ni-
40 hilo magis quam legatos flexiſſe animum. Tum matronæ ad Veturiam matrem Coriolani, Volumniamque uxorem frequentes coëunt. id publicum conſilium, an muliebris timor fuerit, parum invenio. Pervicere certe, ut & Veturia magno natu mulier, & Volumnia, duos parvos ex Marcio ferens filios ſecum, in caſtra hoſtium irent: & quam armis viri defendere urbem non poſſent, mulieres precibus lacrimiſque defenderent. Ubi ad caſtra ventum eſt, nunciatumque Coriolano, adeſſe ingens

1 *Id modo non conveniebat*] Vet. lib. *Id modo, ſicut alias, non conveniebat:* ſic infra. *Extremo anno pacis aliquid fuit, ſed, ut ſemper alias, ſolicita certamine patrum & plebis.* Sigonius.

2 *Traditum eſt, nihilo magis*] Convenientior oratio procedet, ſi legas: *Sacerdotes quoque ſuis inſignibus velatos iſſe ſupplices ad caſtra hoſtium traditum, & nihilo magis quam legatos flexiſſe animum.* Sic 8, 24. *Eodem anno Alexandriam in Ægypto proditum conditam.* 6, 1. *Inde ut poſtridie Calendas quoque ac Nonas eadem religio eſſet, traditum putant.* Et pari ope Livius adjutus eſt 7, 40. *Ubi primum in conſpectum ventum, & arma ſignaque agnovere.* 22, 14. *Ut in extrema juga Maſſici montis ventum, & hoſtes ſub oculis erant.* Vulgo: *ventum eſt, arma,* & *ventum eſt, hoſteſque ſub,* Jac. Gron.

1 *Prima*

gens mulierum agmen, in [1] primo, ut qui nec publica majeſtate in legatis, nec in ſacerdotibus tanta offuſa oculis animoque religione motus eſſet; multo obſtinatior adverſus lacrimas muliebres erat. Dein familiarium quidam qui inſignem mœſtitia inter cæteras cognoverat Veturiam, inter nurum nepoteſque ſtantem; *Niſi me fruſtrantur*, inquit, *oculi, mater tibi conjunxque & liberi adſunt*. Coriolanus prope ut amens, conſternatus, ab ſede ſua quum ferret matri obviæ complexum; mulier in iram ex precibus verſa, [2] *Sine, priuſquam complexum accipio, ſciam*, inquit, *ad hoſtem, an ad filium venerim: captiva mater-ne in caſtris tuis ſim? In hoc me longa vita, & infelix ſenecta traxit, ut exulem te, deinde hoſtem viderem? Potuiſti populari hanc terram, quæ te genuit atque aluit? Non tibi, quamvis infeſto animo & minaci perveneras, ingredienti fines, ira cecidit? [3] non quum in conſpectu Roma, fuit, ſuccurrit, intra illa mœnia domus ac penates mei ſunt, mater, conjunx liberique? Ergo ego niſi peperiſſem, Roma non oppugnaretur. niſi filium haberem, libera in libera patria mortua eſſem. Sed ego nihil jam pati, nec tibi turpius quam mihi miſerius poſſum: nec ut ſim miſerrima, diu futura ſum. De his videris: quos ſi pergis, aut immatura mors, aut longa ſervitus manet*. Uxor deinde ac liberi amplexi. Fletuſque ab omni turba mulierum ortus, & comploratio ſui patriæque, fregêre tandem virum. complexus inde ſuos, dimittit: ipſe retro ab urbe caſtra movit. Abductis deinde legionibus ex agro Romano, invidia rei oppreſſum periſſe tradunt; alii alio leto.

1 *Primo ut qui nec publica majeſtate*] Flor. Voſſ. Helm. Rott. Pal. expreſſe: *agmen, in primo ut qui nec*. Vide ad lib. 10, 14. *J. F. Gron.*

2 *Sine, priuſquam amplexum accipio*] Quaſi aliquid ſit in repetitione vocis efficaciæ, Pal. *ſine, ſine, priuſquam*. Terent. Heaut. 1, 1. *Sine, ſine, vacuum tempus ne quod dem mihi laboris*. Appulejus l. 1 met. *At ille, ut erat capite velato, ſine, ſine, inquit, fruatur diutius tropæo fortuna, quod fixit ipſa*. Sed non ſuccinunt alii. *Idem.*

3 *Non quum in conſpectu Roma fuit*] Excerpta libri Helmæſtad. negant τὸ *quum* illic legi. Etiam video abeſſe à Rottendorffiano. An ſcripſit? *Non ut conſpecta Roma fuit*. *Ut*, pro, poſtquam. *Jac. Gron.*

leto. apud Fabium longe antiquiſſimum auctorem, uſque ad ſenectutem vixiſſe eundem invenio. Refert certe hanc ſæpe eum exacta ætate uſurpaſſe vocem, *Multo miſerius ſeni exilium eſſe.* [1] Non inviderunt laudes ſuas mulieribus viri Romani. adeo ſine obtrectatione gloriæ alienæ vivebatur. [2] Monumento quoque quod eſſet, [3] templum Fortunæ Muliebri ædificatum dedicatumque eſt. Rediêre deinde Volſci adjunctis Æquis, in agrum Romanum. ſed Æqui Attium Tullum haud ultra tulere ducem. Hinc ex certamine, Volſci Æqui-ne imperatorem conjuncto exercitui darent, ſeditio, deinde atrox prœlium ortum. Ibi fortuna populi Romani [4] duos hoſtium exercitus, haud minus pernicioſo quam pertinaci certamine confecit. Conſules T. Sicinius, & C. Aquilius. Sicinio Volſci, Aquilio Hernici (nam ii quoque in armis erant) provincia evenit. Eo anno Herni-
41 ci devicti: cum Volſcis æquo Marte diſceſſum eſt. Sp. Caſſius deinde & Proculus Virginius conſules facti. cum Hernicis fœdus ictum, agri partes duæ ademptæ. inde dimidium Latinis, dimidium plebi diviſurus conſul Caſſius erat. Adjiciebat huic muneri agri aliquantum, quem publicum poſſideri à privatis criminabatur. Id mul-

1 *Non inviderunt laudes ſuas*] Flor. uterque Rott. Voſſ. Helm. Chifl. *laude ſua.* An adhibuit Græciſmum οὐκ ἐφθόνησαν αὐταῖς τῆς δόξης? Potius dictum videbitur, ut illud Ciceroni 2 Orat. 56. *Niſi interdum in hoc, Craſſo paullum inviderem.* Cæterum adſcripſit huic loco Muretus: Hic multa deſunt quæ pete è Cujacio lib. 12 c. 24. Tunc enim primum ſancitum fuit, ut mulieribus de via cederetur, ut inauribus aureis, ut purpurea veſte, ut aureis ſegmentis, ut novo vittæ diſcrimine uterentur. Cuj. ex libro vetere. *Jac. Gron.*

2 *Monumento quoque*] Si quis honos alius matribus familias habitus & à Livio narratus eſſet, recte interponeret τὸ *quoque.* Sed quia perſequitur eandem rem, quam incepit, ſcripſiſſe videtur: *Non inviderunt laudes ſuas mulieribus viri Romani, (adeo ſine obtrectatione gloriæ alienæ vivebatur) monumentoque quod eſſet.* Heſiodus in Theogonia: Σῆμ' ἵμεν ἐξοπίσω, θαῦμα θνητοῖσι βροτοῖσιν. *J. F. Gron.*

3 *Templum Fortunæ Muliebri ædificatum*] Plut. in lib. de Fort. Romanorum, primum templum Fortunæ Virili ab Anco Marcio rege Romæ dicatum ait: alterum Fortunæ Muliebri hoc tempore. *Sigonius.*

4 *Duos hoſtium exercitus*] Flor. S. Marci, *duoſtium*, hoc eſt, *duo hoſtium.* Jac. Gron.

1 *Mu-*

multos quidem Patrum, ipſos poſſeſſores, periculo rerum ſuarum terrebat. ſed & publica Patribus ſollicitudo inerat; largitione conſulem periculoſas libertati opes ſtruere. Tum primum lex agraria promulgata eſt: nunquam deinde uſque ad hanc memoriam ſine maximis motibus rerum agitata. Conſul alter largitioni reſiſtebat, auctoribus Patribus, nec omni plebe adverſante. quæ primo cœperat faſtidire, [1] munus vulgatum à civibus iſſe in ſocios: ſæpe deinde & Virginium conſulem in concionibus velut vaticinantem, audiebat, *Peſtilens collegæ munus eſſe. Agros illos ſervitutem iis qui acceperint, laturos. regno viam fieri. Quid ita enim aſſumi ſocios, & nomen Latinum? Quid attinuiſſe, Hernicis paulo ante hoſtibus capti agri tertiam partem reddi, niſi ut hæ gentes pro Coriolano duce Caſſium habeant?* Popularis jam eſſe diſſuaſor, & interceſſor legis agrariæ cœperat: [2] uterque deinde conſul certatim plebi indulgere. Virginius dicere, paſſurum ſe aſſignari agros, dum ne cui, niſi civi Romano, aſſignentur: Caſſius, quia in agraria largitione ambitioſius in ſocios, eoque civibus vilior erat; ut alio munere ſibi reconciliaret civium animos, jubere pro Siculo frumento pecuniam acceptam retribui populo. Id vero haud ſecus, quam præſentem mercedem regni aſpernata plebes: adeo propter ſuſpicionem inſitam regni, velut abundarent omnia, munera ejus in animis hominum reſpuebantur. [3] Quem, ubi primum magiſtratu abiit, damnatum necatumque conſtat. Sunt qui patrem actorem ejus ſupplicii ferant. Eum

1 *Munus vulgatum à civibus iſſe in ſocios*] Monet Rhenanus in vetuſto codice ſcripſiſſe quendam *eſſe*. Flor. *egiſſe*. Ego vero & *iſſe* & *eſſe* & *egiſſe* furcillis ejicio. Quid enim *faſtidire*? Sane cum ſine appoſito caſu Plautus uſurpat, alio ſenſu eſt, quam qui hic requiritur. Scribe: *Quæ primo cœperat faſtidire munus vulgatum à civibus in ſocios*. J. F. Gron.

2 *Uterque deinde Conſul certatim*] Fl. & Voſſ. & Borb. *Conſul ut certatim*. Lege: *uterque deinde conſulum certatim*. Idem.

3 *Quem ubi primum magiſtratu abiit*] Vox prima ſupplementum palpabile & inexcuſabile. Fuerat: *In animis hominum reſpuebantur. Ubi primum Magiſtratu abiit, damnatum necatumque conſtat*. Idem.

Digitized by Google

Eum cognita domi cauſſa verberaſſe ac necaſſe, peculiumque filii Cereri conſecraviſſe. ſignum inde factum eſſe, & inſcriptum, EX CASSIA FAMILIA DATUM. Invenio apud quoſdam, idque propius fidem eſt, à quæſtoribus [1] Cæſone Fabio, & L. Valerio, diem dictam perduellionis: damnatumque populi judicio: dirutas publice ædes. ea eſt area ante Telluris ædem. Cæterum ſive illud domeſticum, ſive publicum fuit judicium, damnatur Ser. Cornelio, Q. Fabio conſulibus.

42 Haud diuturna ira populi in Caſſium fuit. Dulcedo agrariæ legis ipſa per ſe dempto auctore ſubibat animos. accenſaque ea cupiditas eſt, malignitate Patrum, qui, devictis eo anno Volſcis Æquiſque, militem præda fraudavere. quicquid captum ex hoſtibus eſt, vendidit Fabius conſul, ac redegit in publicum. Inviſum erat Fabium nomen plebi, propter noviſſimum conſulem: tenuêre tamen Patres, [2] ut cum L. Æmilio Cæſo Fabius conſul crearetur. Eo infeſtior facta plebes, ſeditione domeſtica bellum externum excivit: bello deinde civiles diſcordiæ intermiſſæ. uno animo Patres ac plebes rebellantes Volſcos & Æquos, duce Æmilio, proſpera pugna vicere. Plus tamen hoſtium fuga quam prœlium abſumpſit: adeo pertinaciter fuſos inſecuti ſunt equites. Caſtoris ædes eodem anno Idibus Quintilibus dedicata eſt. vota erat Latino bello, Poſtumio dictatore. filius ejus duumvir ad id ipſum creatus dedicavit. Sollicitati & eo anno ſunt dulcedine agrariæ legis animi plebis. Tribuni

1 *Cæſone Fabio*] *Cæſonem* prænomen eſſe, & ſingulari litera K notari ſolitum eſſe ab antiquis, docui in prænominibus à me editis ex Capitolinis lapidibus. In libris etiam ejuſmodi notam uſurpatam eſſe, id eſſe argumento poteſt, quod *C. Fabius* pro *K. Fabio* ſit ſæpe vitioſe, ut ſigillatim ſuo loco oſtendam. Itaque antiquam prænominis notam hoc loco reſtituendam cenſeo: ſic paulo poſt, *Cæſo Fabius*, *K. Fabius*. Sigonius.

2 *Ut cum L. Æmilio Cæſo Fabius coſ.*] Hunc annum Dionyſius lib. 8 ait ducenteſimum ſeptuageſimum annum ab Urbe condita; ergo ab liberata Urbe hactenus tres omiſſi ſunt anni in Livii codice, ut ſæpius nunc oſtendimus. *Glareanus.*

Digitized by Google

buni plebis popularem poteſtatem lege populari cele-
brabant. Patres ſatis ſuperque gratuiti furoris in multi-
tudine credentes eſſe, [1] largitiones temeritatiſque invi-
tamenta horrebant. acerrimi Patribus duces ad reſiſten-
dum conſules fuere. Ea igitur pars reipublicæ vicit. nec
in præſens modo, ſed in venientem etiam annum M. Fa-
bium Cæſonis fratrem, & magis inviſum alterum plebi
accuſatione Sp. Caſſii, [2] L. Valerium conſulem dedit.
Certatum eo quoque anno [3] cum tribunis eſt. vana lex,
vanique legis auctores, jactando irritum munus, facti.
Fabium inde nomen ingens poſt tres continuos conſula-
tus, unoque velut tenore omnes expertos tribuniciis cer-
taminibus, habitum. itaque ut bene locatus manſit in
ea familia aliquandiu honos. Bellum inde Veiens ini-
tum: & Volſci rebellarunt. ſed ad bella externa prope
ſupererant vires: [4] abutebanturque iis inter ſemetipſos
certando. Acceſſere ad ægras jam omnium mentes pro-
digia cœleſtia, prope quotidianis in urbe agriſque oſten-
tantia minas. motique ira numinis, cauſſam nullam a-
liam vates canebant, publice privatimque nunc extis,
nunc per aves conſulti, quam haud rite ſacra fieri. qui
terrores tamen eo evaſere, ut Oppia virgo Veſtalis da-
mnata inceſti pœnas dederit. [5] Q. Fabius inde, & C. Ju- 43
lius conſules facti. Eo anno non ſegnior diſcordia do-
mi, & bellum foris atrocius fuit. Ab Æquis arma ſum-
pta.

1 *Largitiones temeritatiſque invitamenta horrebant*] An non melius abeſſet conjunctio, & epexegeſi dicerentur *largitiones, temeritatis invitamenta*? J. F. Gron.

2 *L. Valerium conſulem dedit*] Antiqua lectio habet, *Conſules*, & recte; ut & *M. Fabium*, & *L. Valerium* conſules datos à patribus eſſe intelligamus. *Sigonius.*

3 *Cum tribunis*] Vet. lib. *cum tribunis plebis.* Idem.

4 *Abutebantur iis*] Hic male deleverunt particulam. Scribe: *Abutebanturque iis inter ſemet ipſi certando.* Habent enim & MSS. & edd. omnes veteres. *J. F. Gron.*

5 *Q. Fabius inde, & C. Tullius conſules*] Ut ſupra *Tullios* pro *Julis* eſſe vitioſe monuimus, ſic hoc loco *Tullius* pro *Julius*: Quod ex Caſſiodoro & Dionyſio intelligi poteſt, & ex ipſomet etiam Livio, qui infra *C. Julium* decemvirum factum eſſe, cum conſularis eſſet, ſcribit. *Sigonius.*

Digitized by Google

pta. Veientes agrum quoque Romanorum populantes inierunt. quorum bellorum creſcente cura, Cæſo Fabius, & Sp. Furius conſules fiunt. [1] Ortonam Latinam urbem Æqui oppugnabant. Veientes pleni jam populationum Romam ipſam ſe oppugnaturos minitabantur. Qui terrores, quum compeſcere deberent, auxere inſuper animos plebis: redibatque non ſua ſponte plebi mos detrectandi militiam. ſed [2] Sp. Licinius tribunus plebis, veniſſe tempus ratus, per ultimam neceſſitatem legis agrariæ Patribus injungendæ, ſuſceperat rem militarem impediendam. Cæterum tota invidia tribuniciæ poteſtatis verſa in auctorem eſt, nec in eum conſules acrius, [3] quam ipſius ejus collegæ coorti ſunt. auxilioque eorum delectum conſules habent. Ad duo ſimul bella exercitus ſcribitur. ducendus [4] Fabio in Æquos, in

1 *Artonam Latinam urbem*] Legendum puto *Ortonam*: me in hanc ſententiam ducunt cum Livius ipſe, tum Dionyſius. Sic enim eſt in veteribus libris Livianis, atque Dionyſius ipſe, quamquam mendoſe, tamen ita aperte, ut veſtigia veræ ſcripturæ inſideant, idem ſcripſiſſe videtur: inquit enim hoc in loco *πόλιν ὀρὺς κατὰ κράτος αἱρῶν*. Libro autem X *Βιρτῶνα*, inquit, *τῶν Λατίνων ἔθνος*. Quam urbem vulgati Livii libri *Hortanam* vocant: manuſcripti *Hortonam*. Quibus ex locis illud conjici poteſt, ubique *Ortonam* eſſe legendum. Quamquam ſi aut Dionyſium, aut fragmenta quædam, quæ dicuntur eſſe Catonis originum, ſequimur, *Ortonem* legendum eſt. in quibus ita legitur: *In Pelignis Curſellum, Orton & Sulmo. Artenam* autem unam ſtatuit Livius in Volſco agro: alteram *Coretum* fuiſſe ait libro quarto extremo. *Sigonius.*

2 *Sp. Licinius tribunus plebis*] Dionyſius in hunc annum edit tribunum plebis *Sp. Icilium*, quamquam mendoſe eſt apud eum *Σπόριος Σικίλιος* pro *Ἰκίλιος*. Quare & hoc loco ita legendum: movet enim me maxime gens *Icilia* ex qua multi per hæc tempora tribuni fuerunt, infeſtiſſimi patribus: movet etiam prænomen *Spurius*, quod nuſquam alias in gente *Licinia* fuiſſe reperio, in *Icilia* autem ſæpe, ita ut decem abhinc annis *Sp.* item *Icilius* tribunus plebis à Livio memoretur, & in annum CCCXLVI tres *Icilii* tribuni plebis prodantur, ſic enim ait Livius: *Auctores fuiſſe tam liberi populo ſuffragii Icilios accipio ex familia infeſtiſſima patribus; tres in eum annum tribunos plebis creatos.* Idem.

3 *Quam ipſius ejus collegæ*] Lege cum Mureto: *ipſi ejus collegæ*. J. F. Gron.

4 *Fabio in Veientes, in Æquos Furio datur. Et in Æquis quid. nihil dignum memoria geſtum eſt*] Hic locus eſt, in quo primum Sabellicus, deinde etiam Glareanus ſe valde jactarunt, & Livium duobus verbis ſui oblitum eſſe contenderunt. Movet enim eos, quod *Fabium* primum ſcribit cum *Veientibus* pugnantem ab exercitu deſertum eſſe, in *Æquis* à *Furio* nihil geſtum; deinde vero haud ita multo poſt, contraria ſuggerit, *Fabium* nimirum cum *Æquis*

Digitized by Google

in Veientes Furio datur. Et in Veientes quidem nihil dignum memoria geſtum eſt. Fabio aliquanto plus negotii cum civibus, quam cum hoſtibus fuit. [1] unus ille vir ipſe conſul rempublicam ſuſtinuit, quam exercitus odio conſulis, quantum in ſe fuit, prodebat. Nam quum conſul præter cæteras imperatorias artes, quas parando gerendoque bello edidit plurimas, ita inſtruxiſſet aciem, ut ſolo equitatu emiſſo exercitum hoſtium funderet, inſequi fuſos pedes noluit. [2] nec illos, & ſi non adhortatio inviſi ducis, ſuum ſaltem flagitium, & publicum in præſentia dedecus, poſtmodo periculum, ſi animus hoſti rediſſet, cogere potuit gradum accelerare; aut, ſi aliud nihil, inſtare inſtructos. Injuſſu ſigna referunt, mœſtique (crederes victos,) execrantes nunc imperatorem, nunc navatam ab equite operam, redeunt in caſtra. Nec huic tam peſtilenti exemplo remedia ulla ab imperatore quæſita ſunt. adeo excellentibus ingeniis citius defuerit ars, qua civem regant, quam qua hoſtem ſuperent. Conſul Romam rediit, non tam belli gloria aucta, quam irritato exacerbatoque in ſe militum odio. Obtinuere tamen Patres, ut in Fabia gente conſulatus maneret. M. Fabium conſulem creant: Fabio collega Cn.

Æquis pugnantem fuiſſe deſertum. ait enim: *Proximo bello in ipſa acie, in ipſo certamine, conſenſu exercitus traditam ultro victoriam victis Æquis.* Item, *Non magis ſecum pugnaturos, quam pugnaverint cum Æquis.* Omnis autem ejuſmodi reprehenſio tollitur, ſi legamus, quemadmodum legitur in antiquo exemplari. *Fabio in Æquos, in Veientes Furio datur. Et in Veientibus quidem nihil dignum memoria geſtum eſt.* Quod enim opponit Glareanus, Livium ita, ut vulgata lectio eſt, ſcriptum reliquiſſe, quia idem à Dionyſio traditum ſit, id mihi leviſſimum eſſe videtur. quaſi vero nunc primum Livius à Dionyſio in hac hiſtoria explicanda diſſentiat. Eſt enim multo magis ferendum, duos inter ſe diſſidere, qui raro conveniunt, quam unum non ſibi conſtare, & duobus verbis repugnantia dicere. *Sigonius.*

1 *Unus ille vir, ipſe conſul, rempublicam*] Sic infra: *Unus è Patribus, ipſe Appius Claudius, & tribunos & plebem & ſuum judicium pro nihilo habebat.* Lib. 8. *Tantum momenti in uno viro, L. Papirio, fuit.* Itaque ſatis ſero, nec ab aliena manu irrepſiſſe cum viro docto ſuſpicor, *ipſe conſul.* ut nec lib. 4, 28. *Uni viro Meſſio fortuna hoſtium innititur,* τὸ *Meſſio.* J. F. Gron.

2 *Nec illos etſi non adhortatio*] Muretus expungit τὸ *&*. Idem mox: *ſi aliud nihil, ſtare inſtructos.* Idem.

1 *Tib.*

Digitized by Google

44 Cn. Manlius datur. Et hic annus tribunum auctorem legis agrariæ habuit. [1] Tib. Pontificius fuit. is eandem viam, velut proceſſiſſet [2] Sp. Licinio, ingreſſus, delectum pauliſper impediit. Perturbatis iterum Patribus, Appius Claudius *Victam tribuniciam poteſtatem* dicere *priore anno; in præſentia re ipſa, exemplo in perpetuum. quando inventum ſit, ſuis ipſam viribus diſſolvi. Neque enim unquam defuturum,* [3] *qui & ex collega victoriam ſibi & gratiam melioris partis bono publico velit quæſitam. Et plures, ſi pluribus opus ſit, tribunos, ad auxilium conſulum paratos fore: & unum vel adverſus omnes ſatis eſſe. Darent modo & conſules & primores Patrum operam, ut ſi minus omnes, aliquos tamen ex tribunis reipublicæ ac ſenatui conciliarent.* Præceptis Appii moniti Patres, & univerſi comiter ac benigne tribunos appellare: & conſulares, [4] ut cuique privatim aliquid juris adverſus ſingulos erat, partim gratia, partim auctoritate obtinuere, ut tribuniciæ poteſtatis vires ſalubres vellent reipublicæ [5] eſſe. quatuorque tribunorum adverſus unum moratorem publici commodi auxilio delectum con-

1 *Tib. Pontificius*] Cum ante legeretur *T. Pontificius*, recte Rhenanus emendavit ad vetuſti codicis fidem *Tiberius Pontificius*. nam eo prænomine affecit eum etiam Dionyſius, Id autem prænomen duabus literis, ut ab antiquis accepimus, ſcribebatur, *Ti.* non *Tib.* Sigonius.

2 *Sp. Licinio*] *Sp. Icilio*, ut dixi. *Idem.*

3 *Qui ex collega victoriam*] Lege ex ſcriptis & Campano: *qui & ex collega victoriam ſibi & gratiam.* J. F. Gron.

4 *Ut cuique eorum privatim*] Abundat, *eorum*, nec videtur in compluribus ſcriptis. Lib. 3. *Ut quiſque occurrerat, plebem ad repetendam libertatem creandoſque tribunos adhortantes.* Et, *de capite noſtro fortuniſque tunc, ut quæque cauſa erit, ſtatuite.* Lib. 4. *Ut ad quoſque ventum erat, numerus juniorum conſcribebatur.* Lib. 5. *Ut quoſque ſtudium privatim aut gratia occupaverunt.* Lib. 9. *Ut quiſque gradu proximus erat.* Et alibi, ſic ut plurimum Livius. *Idem.*

5 *Eſſe. novumque tribunorum*] Mendum eſt in voce, *Novum*, quam vocem invexit Rhenanus, cum antea *Novem*, legeretur: neque enim *Novem* tribunos uni reſiſtere potuiſſe putavit, quia his temporibus non *decem*, ut poſtea, ſed *quinque* tantum tribuni crearentur, Livio ipſo auctore. Itaque *Novum*, ad vocem, *Delectum*, referendum cenſuit. Qua lectione nihil eſſe durius poteſt. Ego autem lego libenter, quomodo legi animadverti in vetuſto libro: *Quatuorque tribunorum*, præſertim vero cum Dionyſius eundem edat numerum, inquiens, τέτταρες ἐκ τῶν δημάρχων. lib. 9. Mendi cauſa ex notis numerorum, ut ſæpe fit, orta eſt, IV & IX. ſæpe enim X pro V mendoſe eſt. *Sigonius.*

1 *Me-*

conſules habent. Inde ad Veiens bellum profecti, quo undique ex Etruria auxilia convenerant, non tam Veientium gratia concitata: quam quod in ſpem ventum erat, diſcordia inteſtina diſſolvi rem Romanam poſſe. Principeſque in omnium Etruriæ populorum conciliis fremebant, *Æternas opes eſſe Romanas, niſi inter ſemet ipſi ſeditionibus ſæviant. id unum venenum, eam labem civitatibus opulentis repertam, ut magna imperia mortalia eſſent. Diu ſuſtentatum id malum, partim Patrum conſiliis, partim patientia plebis, jam ad extrema veniſſe. Duas civitates ex una factas: ſuos cuique parti magiſtratus, ſuas leges eſſe. Primum in delectibus ſævire ſolitos, eoſdem in bello tamen paruiſſe ducibus. qualicunque urbis ſtatu, manente diſciplina militari, ſiſti potuiſſe: jam non parendi magiſtratibus morem in caſtra quoque Romanum militem ſequi. Proximo bello in ipſa acie, in ipſo certamine, conſenſu exercitus traditam ultro victoriam victis Æquis: ſigna deſerta, imperatorem in acie relictum, injuſſu in caſtra reditum. Profecto, ſi inſtetur, ſuo milite vinci Romam poſſe. Nihil aliud opus eſſe, quam indici oſtendique bellum, cætera ſua ſponte fata & Deos geſturos.* Hæ ſpes Etruſcos armaverant; multis invicem caſibus victos victoreſque. Con- 45
ſules quoque Romani, nihil præterea aliud quam ſuas vires, ſua arma horrebant: [1] memoria peſſimi proximo bello exempli terrebantur; ne rem committerent eo, ubi duæ ſimul acies timendæ eſſent. Itaque caſtris ſe tenebant, tam ancipiti periculo averſi. diem tempuſque forſitan ipſum leniturum iras, ſanitatemque animis allaturum. Veiens hoſtis Etruſcique eo magis præpropere agere. laceſſere ad pugnam: primo obequitando caſtris provocandoque: poſtremo, ut nihil movebant, qua conſules ipſos, qua exercitum increpando, *Simulationem inteſtinæ diſcordiæ, remedium timoris inventum: & conſu-*

1 *Memoria peſſimi proximo bello exempli terrebantur*] Placet magis quod in Flor. Voſſ. Helm. *terrebat*, nempe ipſos conſules. *J. F. Gron.*

1 *Cor.*

[1] *conſules magis non confidere, quam non credere ſuis militibus. Novum ſeditionis genus, ſilentium otiumque inter armatos.* ad hæc in novitatem generis originiſque, qua falſa, qua vera jacere. Hæc quum ſub ipſo vallo portiſque ſtreperent, haud ægre conſules pati. [2] at imperitæ multitudini nunc indignatio nunc pudor pectora verſare, & ab inteſtinis avertere malis: nolle inultos hoſtes, nolle ſucceſſum, non Patribus, non conſulibus; externa & domeſtica odia certare in animis. Tandem ſuperant externa, adeo ſuperbe inſolenterque hoſtis eludebat. frequentes in prætorium conveniunt, poſcunt pugnam, poſtulant ut ſignum detur. Conſules velut deliberabundi capita conferunt, diu colloquuntur. pugnare cupiebant, ſed retro revocanda & abdenda cupiditas erat, ut adverſando remorandoque incitato ſemel militi adderent impetum. Redditur reſponſum, immaturam rem agi, nondum tempus pugnæ eſſe: caſtris ſe tenerent. Edicunt inde, ut abſtineant pugna. ſi quis injuſſu pugnaverit, ut in hoſtem animadverſuros. Ita dimiſſis, quo minus conſules velle credunt, creſcit ardor pugnandi. accedunt inſuper hoſtes ferocius multo, ut ſtatuiſſe non pugnare conſules cognitum eſt. Quippe impune ſe inſultaturos. non credi militi arma. rem ad ultimum ſeditionis erupturam, finemque veniſſe Romano imperio. His freti [3] occurſant portis, ingerunt probra, ægre abſtinent, quin caſtra oppugnent. Enimvero, non ultra contumeliam pati Romanus poſſe: totis caſtris undique ad conſules curritur. non jam ſenſim, ut ante, per centurionum principes poſtulant, ſed paſſim omnes clamoribus agunt. Ma-

1 *Conſules magis non confidere*] Flor. *conſules magis confidere*. Forte: *magis non fidere quam non credere*. J. F. Gron.

2 *Ac imperitæ multitudini*] Flagitante ſenſu ex libb. vett. ſcripſimus: *at imperitæ*. Sunt enim diverſi plane motus animorum, quos in imperatoribus & exercitu ortos ait. Forte & legendum, *multitudinis*, ut eſt in Voſſ. Forte & *illudebat*. Idem.

3 *Concurſant portis*] Repone ex MSS. & omnibus vetuſtioribus, *occurſant portis*. Idem.

Maturà res erat, tergiverſantur tamen. Fabius deinde, [1] ad creſcentem tumultu jam metum ſeditionis collega concedente, quum ſilentium claſſico feciſſet; *Ego iſtos, Cn. Manli, poſſe vincere ſcio, velle ne ſcirem, ipſi fecerunt. Itaque certum atque decretum eſt, non dari ſignum, niſi victores ſe redituros ex hac pugna jurent. Conſulem Romanum miles ſemel in acie feſellit, Deos nunquam fallet.* Centurio erat M. Flavoleius, inter primores pugnæ flagitator. [2] *Victor*, inquit, *M. Fabi, revertar ex acie.* Si fallat, Jovem patrem, Gradivumque Martem, alioſque iratos invocat Deos. Idem deinceps omnis exercitus in ſe quiſque jurat. Juratis datur ſignum, arma capiunt, eunt in pugnam irarum ſpeique pleni. Nunc jubent Etruſcos probra jacere, nunc armatis ſibi quiſque lingua promptum hoſtem offerri. Omnium illo die, qua plebis, qua Patrum, eximia virtus fuit. Fabium nomen, Fabia gens maxime enituit. multis civilibus certaminibus infenſos plebis animos illa pugna ſibi reconciliare ſtatuunt. Inſtruitur acies: nec Veiens hoſtis Etruſcæque legiones detrectant. Prope certa ſpes erat, non magis ſecum pu- 46
gnaturos, quam pugnaverint cum Æquis. majus quoque aliquod, in tam irritatis animis, & occaſione ancipiti, haud deſperandum eſſe facinus. Res aliter longe evenit. nam non alio ante bello infeſtior Romanus (adeo hinc contumeliis hoſtes, hinc conſules mora exacerbaverant) prœlium iniit. [3] Vix explicandi ordinis ſpatium Etruſcis, fuit, quum pilis inter primam trepidationem

1 *Ad creſcentem tumultum*] Duo Pal. *Ad creſcentem tumultu jam metum ſeditionis collega concedente.* Quod conſiderandum. *J. F. Gron.*

2 *Victor, inquit, M. Fabi, revertar ex acie, &c.*] Locus videbatur non bene habere; ſed eſt converſus ſermo à ſecunda perſona in tertiam. notandum autem eſt genus locutionis. Illud vero, *Gradivum patrem*, Servius in tertium Æneid. interpretatur θοῦρον Ἄρηα, id eſt exilientem in prœlia. *Glareanus.*

3 *Vix explicandi ordinis ſpatium Etruſcis fuit*] Annon potius *ordines*? Sic l. 1 de Fufetio: *Fluctuanſque animo, ut tereret tempus, ordines explicat.* Lib. 3. *Nec omnes dum eductos, nec qui erant, ſatis explicatis ordinibus.* J. F. Gron.

1 *Pu-*

nem abjectis temere magis quam emiſſis, [1] pugna jam in manus, jam ad gladios, ubi Mars eſt atrociſſimus, venerat. Inter primores genus Fabium inſigne ſpectaculo exemploque civibus erat. ex his Q. Fabium (tertio hic anno ante conſul fuerat) principem in confertos Veientes euntem, ferox viribus & armorum arte Tuſcus, incautum inter multas verſantem hoſtium manus, gladio per pectus transfigit. telo extracto, [2] præceps Fabius in vulnus abiit. Senſit utraque acies unius viri caſum, cedebatque inde Romanus: quum M. Fabius conſul tranſiluit jacentis corpus, objectaque parma, *Hoc juraſtis*, inquit, *milites, fugientes vos in caſtra redituros? adeo ignaviſſimos hoſtes magis timetis, quam Jovem Martemque, per quos juraſtis? At ego injuratus aut victor revertar, aut prope te hîc, Q. Fabi, dimicans cadam.* Conſuli tum Cæſo Fabius prioris anni conſul, *Verbiſne iſtis, frater, ut pugnent te impetraturum credis? Dii impetrabunt, per quos juravere. Et nos, ut decet proceres, ut Fabio nomine eſt dignum, pugnando potius quam adhortando accendamus militum animos.* Sic in primum infeſtis haſtis provolant duo Fabii, totamque moverunt
47 ſecum aciem. Prœlio ex parte una reſtituto, nihilo ſegnius

gnius

1 *Pugna jam ad manus*] Codex Borbetom. Flor. tres Pall. Voſſ. Helm. Rott. Andreæ Romana (nam in aliis licet inde expreſſis jam mutatum eſt) *pugna jam in manus*. Et minime ſpernendum puto. Salluſtius Jugurth. cap. 89. *Sed conſul, uti ſtatuerat, oppida, caſtellaque munita adire: partim vi, alia metu, aut præmia oſtentando avertere ab hoſtibus: ac primo mediocria* (gerebat;) *exiſtumans Jugurtham ob ſuos tutandos in manus venturum: ſed ubi illum procul abeſſe & aliis negotiis intentum accepit, majora & magis aſpera aggredi tempus viſum eſt.* Virgulis ſecluſi τὸ *gerebat*, quod ab indocto additum homine cenſeo: & *mediocria* enim & *majora aſperaque* oppida & caſtella intelligo. Inferius idem: *ab jaculis eminus emiſſis corpora tegere, & ſi qui in manus venerant, obtruncare.* Cæſar 2 Gall. 19. *His facile pulſis & proturbatis, incredibili celeritate ad flumen decucurrerunt, ut pæne uno tempore & ad ſilvas & in flumine & jam in manibus noſtris hoſtes viderentur.* Ubi τὸ *noſtris* mihi juxta ſuſpectum, ut deleri velim. Sic edendum fuit apud Tacitum 4 hiſtor. 71. *Ut ventum in manus, deturbati ruinæ modo præcipitantur.* Vide Pichenam. Dictys Cretenſis optimorum æmulus lib. 2. *At ubi in manus ventum eſt, cohortati ſuos quiſque, acie conflixere.* Virg. 10 Æn. *In manibus mars ipſe, viri.* Et noſtro lib. 4. *Quum tantum belli in manibus eſſet.* J. F. Gron.

2 *Præceps F. i. v. abiit*] Vet. codices, *obiit*. Sigonius.

1 *Dum*

Google

gnius in altero cornu Cn. Manlius conſul pugnam ciebat. Ubi prope ſimilis fortuna eſt verſata. nam ut altero in cornu Q. Fabium, ſic in hoc ipſum conſulem Manlium, jam velut fuſos agentem hoſtes, & impigre milites ſecuti ſunt, & ut ille gravi vulnere ictus ex acie ceſſit, interfectum rati, gradum retulere. ceſſiſſentque loco, ni conſul alter cum aliquot turmis equitum in eam partem citato equo advectus, vivere clamitans collegam, ſe victorem fuſo altero cornu adeſſe, rem inclinatam ſuſtinuiſſet. Manlius quoque ad reſtituendam aciem ſe ipſe coram offert. Duorum conſulum cognita ora accendunt militum animos. ſimul & vanior jam erat hoſtium acies, dum, abundante multitudine freti, ſubtracta ſubſidia, mittunt ad caſtra oppugnanda. in quæ haud magno certamine impetu facto, [1] dum prædæ magis quam pugnæ memores tererent tempus; triarii Romani, qui primam irruptionem ſuſtinere non potuerant, miſſis ad conſules nunciis quo loco res eſſent, conglobati ad prætorium redeunt, & ſua ſponte prœlium ipſi renovant: & Manlius conſul revectus in caſtra, ad omnes portas milite oppoſito, hoſtibus viam clauſerat. Ea deſperatio Tuſcis rabiem magis quam audaciam accendit. nam quum incurſantes quacunque exitum oſtenderet ſpes, vano aliquoties impetu iſſent; globus juvenum unus in ipſum conſulem inſignem armis invadit. Prima excepta à circumſtantibus tela. ſuſtineri deinde vis nequit. [2] Conſul mortifero vulnere ictus cadit, fuſique circa omnes. Tuſcis creſcit audacia. Romanos terror per tota caſtra trepidos agit. & ad extrema ventum foret, ni legati rapto conſulis corpore patefeciſſent una porta hoſtibus viam. Ea erumpunt, conſternatoque agmi-

1 *Dum præda magis quam pugnæ m. tererent tempus*] Scribendum: *cum prædæ*. Nam ſi malis illud *terunt*, faciendum, ut paullo ante, *dum mittunt ad caſtra oppugnanda*. Simile vitium lib. 10, 18. *Dum ea in Samnio cujuſcumque ductu auſpicioque gererentur*. Lege: *Cum*. aut *Dum geruntur*. J. F. Gron.

2 *Conſul mortifero*] Vet. lib. *Demum conſul*. Sigonius.

Digitized by Google

agmine abeuntes, in victorem alterum incidunt conſulem. ibi iterum cæſi, fuſique paſſim. [1] Victoria egregia parta, triſtis tamen duobus tam claris funeribus. Itaque conſul, decernente ſenatu triumphum, *Si exercitus ſine imperatore triumphare poſſit*, [2] *pro eximia eo bello opera facile paſſurum*, reſpondit: *ſe familia funeſta Q. Fabii fratris morte, republica ex parte orba conſule altero amiſſo, publico privatoque deformem luctu lauream non accepturum.* Omni acto triumpho depoſitus triumphus clarior fuit. adeo, ſpreta in tempore gloria, interdum cumulatior redit. Funera deinde duo deinceps, collegæ fratriſque ducit. idem in utroque laudator, quum concedendo illis ſuas laudes, ipſe maximam partem earum ferret. [3] neque immemor ejus, quod initio conſulatus imbiberat, reconciliandi animos plebis, ſaucios milites curandos dividit Patribus. Fabiis plurimi dati: nec alibi majore cura habiti. Inde populares jam eſſe Fabii: nec hoc ulla, niſi
48 ſalubri reipubl. arte. Igitur non Patrum magis quam plebis ſtudiis Cæſo Fabius cum T. Virginio conſul factus, neque bella, neque delectus, neque ullam aliam priorem curam agere, quam ut jam aliqua ex parte inchoata concordiæ ſpe, primo quoque tempore cum Patribus coaleſcerent animi plebis. Itaque principio anni cenſuit, priuſquam quiſquam agrariæ legis auctor tribunus exiſteret, occuparent Patres ipſi ſuum munus facere: captivum agrum plebi quam maxime æqualiter darent.

1 *Victoria egregie parta*] Lege cum o. vett. *egregia*. Lib. 9. *Coſſ. egregia victoria parta, protinus inde ad Bovianum oppugnandum legiones ducunt*. J. F. Gron.

2 *Pro eximia eo bello opera facile paſſurum*] Duo Pall. Andreæ Romana & complures edd. *Pro eximia belli opera*. Tertius Pal. *ejus belli*. Liv. 3. *Secunda belli res extemplo urbanos motus excitaverunt*. Alterum edidit Campanus, & exſtat in Voſſ. Buſl. & Chiſl. Flor. antiquiſſ. *pro exim eque bello*. Inde utrumque propagatum. *Idem*.

3 *Neque immemor ejus, quod initio conſulatus imbiberat, reconciliandi animos plebis*] Sic Cic. Orat. pro P. Quinctio: *Quod ſi facere nolit, atque imbiberit ejuſmodi rationibus illum ad ſuas conditiones perducere*, &c. *Imbiberit* enim eſt, hoc ſibi plane propoſuerit, hoc ita in mente ac cogitatione ſua defixerit; ut evelli non queat. *Muretus*.

Digitized by Google

rent. [1] verum eſſe habere eos, quorum ſanguine ac ſudore partus ſit. Aſpernati Patres ſunt: queſti quoque quidam, nimia gloria luxuriare & evaneſcere vividum quondam illud Cæſonis ingenium. Nullæ deinde urbanæ factiones fuere. Vexabantur incurſionibus Æquorum Latini. eo cum exercitu Cæſo miſſus, in ipſorum Æquorum [2] agrum depopulandum tranſit. Æqui [3] ſe in oppida receperunt, muriſque ſe tenebant: eo nulla pugna memorabilis fuit. At à Veiente hoſte clades accepta temeritate alterius conſulis. actumque de exercitu foret, ni Cæſo Fabius in tempore ſubſidio veniſſet. Ex eo tempore, neque pax, neque bellum cum Veientibus fuit; [4] res proxime formam latrocinii venerat. legionibus Romanis cedebant in urbem. Ubi abductas ſenſerant legiones, agros incurſabant; bellum quiete, quietem bello invicem eludentes. Ita neque omitti tota res, neque perfici poterat. & alia bella aut præſentia inſtabant, ut ab Æquis Volſciſque, non diutius, quam recens dolor proximæ cladis tranſiret, quieſcentibus: aut mox moturos ſe apparebat Sabinos ſemper infeſtos, Etruriamque omnem. ſed Veiens hoſtis, aſſiduus magis quam gravis, contumeliis ſæpius quam periculo animos agitabat: quod nullo tempore negligi poterat, aut averti alio ſinebat. Tum Fabia gens ſenatum adit: conſul pro gente loquitur: *Aſſiduo magis quam magno præſidio, ut ſcitis, Patres*

1 *Æquum eſſe habere eos*] Lege cum MSS. *verum eſſe habere eos, quorum ſanguine ac ſudore partus ſit.* Idem loquendi genus perierat lib. 23, 11. *Pro his tantis totque victoriis verum eſſe grates deis immortalibus agi haberique.* Sic lib. 32. *Ceterum & ſociorum audiri poſtulata verum eſſe.* Lib. 39. *Multo verius eſſe, quæ ſub Antiocho fuerint, præmia belli Eumenem quam Philippum habere.* Lib. 40. *Verius fuiſſe, conſules, quorum provincia eſſet, quam ſe, quid è republ. eſſet, decernere.* J. F. Gron.

2 *In agrum depopulandum tranſit*] Vet. lib. *depopulabundus tranſit*: ſic lib. 3. *Cum populabundus iſſet.* Sigonius.

3 *Se in oppida receperunt, muriſque ſe tenebant*] Poſterius *ſe* videtur exterendum, *J. F. Gron.*

4 *Res proxime formam latrocinii venerat*] Male Sigonius: *in formam.* Imitatio Salluſtii, cujus in Jugurthino: *quæ proxime Carthaginem Numidia appellatur.* Et rurſus: *proxime Hiſpaniam Mauri ſunt.* Noſter lib. 29. *Proxime ſpeciem muros oppugnantium navium.* Idem.

tres conſcripti, bellum Veiens eget. Vos alia bella curate: Fabios hoſtes Veientibus date. Auctores ſumus, tutam ibi majeſtatem Romani nominis fore. Noſtrum id nobis velut familiare bellum, privato ſumptu gerere in animo eſt. Reſpublica & milite illic, & pecunia vacet. Gratiæ ingentes actæ. Conſul è curia egreſſus, comitante Fabiorum agmine, qui in veſtibulo curiæ ſenatuſconſultum expectantes ſteterant, domum rediit. Juſſi armati poſtero die ad limen conſulis
49 adeſſe, domos inde diſcedunt. Manat tota urbe rumor: Fabios ad cœlum laudibus ferunt. Familiam unam ſubiiſſe civitatis onus: Veiens bellum in privatam curam, in privata arma verſum. [1] Si ſint duæ roboris ejuſdem in urbe gentes; depoſcant, hæc Volſcos ſibi, illa Æquos; populo Romano tranquillam pacem agente, omnes finitimos ſubigi populos poſſe. Fabii poſtera die arma capiunt: quo juſſi erant, conveniunt. Conſul paludatus egrediens, in veſtibulo gentem omnem ſuam inſtructo agmine videt. acceptus in medium, ſigna ferri jubet. Nunquam exercitus neque minor numero, neque clarior fama & admiratione hominum per urbem inceſſit. Sex & trecenti milites, omnes patricii, omnes unius gentis, quorum neminem ducem ſperneret [2] egregius quibuſlibet temporibus ſenatus, ibant, unius familiæ viribus Veienti populo peſtem minitantes. Sequebatur turba, propria alia cognatorum ſodaliumque; nihil medium, nec ſpem, nec curam, ſed immenſa omnia volventium animo: alia publica ſollicitudine excitata, favore & admiratione ſtupens; *ire fortes, ire felices jubent, inceptis eventus pares reddere: Conſulatus inde ac triumphos, o-*

mnia

1 *Si ſint duæ roboris ejuſdem*] Par Virgiliano: *Si duo præterea tales Idæa tuliſſet Terra viros, ultro Inachias veniſſet ad urbes Dardanus, & verſis lugeret Græcia fatis.* J. F. Gron.

2 *Egregius quibuſlibet temporibus ſenatus*] Non placet, *egregius ſenatus*. Et Eutropius legerat *egregius exercitus*. Sic enim ſcribit: *profecti omnes nobiles, & qui ſinguli magnorum exercituum duces eſſe deberent.* Decius apud Livium lib. 7. *Veniendo huc exercitum egregium populi Romani ſervaſtis.* L. Camillus lib. 8. *Unde ſociali egregio exercitu per multa bella magnaque ſæpe uſi eſtis.* Tan. Faber.

1 *Inſe-*

Digitized by Google

mnia præmia ab ſe, omnes honores ſperare. Prætereuntibus Capitolium arcemque & alia templa, quicquid Deorum oculis, quicquid animo occurrit; precantur, ut illud agmen fauſtum atque felix mittant: ſoſpites brevi in patriam ad parentes reſtituant. Incaſſum miſſæ preces. [1] infelici via dextro Jano portæ Carmentalis profecti, ad Cremeram flumen perveniunt. is opportunus viſus locus communiendo præſidio. [2] L. Æmilius inde, & C. Servilius conſules facti. & donec nil aliud quam in populationibus res fuit: non ad præſidium modo tutandum Fabii ſatis erant, ſed tota regione qua [3] Tuſcus ager Romano adjacet, ſua tuta omnia, infeſta hoſtium, vagantes per utrumque finem, fecere. Intervallum deinde haud magnum populationibus fuit: dum & Veientes accito ex Etruria exercitu præſidium Cremeræ oppugnant: & Romanæ legiones ab L. Æmilio Conſule adductæ cominus cum Etruſcis dimicant acie. quanquam vix dirigendi aciem ſpatium Veientibus fuit. adeo inter primam trepidationem, dum poſt ſigna ordines introëunt, ſubſidiaque locant, invecta ſubito ab latere Romana equitum ala, non pugnæ modo incipiendæ, ſed conſiſtendi ademit locum. Ita fuſi retro ad ſaxa Rubra (ibi caſtra habebant) pacem ſupplices petunt. cujus impetratæ, ab inſita animis levitate, ante deductum Cremera Romanum præſidium pœnituit.
Rurſus cum Fabiis erat Veienti po- 50
pulo ſine ullo majoris belli apparatu certamen: nec erant incurſiones modo in agros, aut ſubiti impetus incur-

1 *Infelici via à dextro Jano porta Carmentalis profecti*] Sic jam & Andreas. Florentinus., tres Pal. Voſſ. Helm. Rott. carent præpoſitione: *Infelici via dextro Jano*, i. habentes vel quæ habet dextrum ſive ab dextra Janum. Ovid. l. 2 Faſtor. *Carmentis porta dextro eſt via proxima Jano.* J. F. Gron.

2 *L. Æmylius*] Reſpuunt Latini literam *y*, in vocibus Latinis, quæ neſcio quomodo temere invaſit in multa nomina Romanorum, ut in *Æmilios* & *Papirios*. Quod ex Græcis & manuſcriptis libris, & ex antiquis lapidibus præſertim Capitolinis, & argenteis nummis, percipitur. *Sigonius.*

3 *Thuſcus ager*] *Tuſcus* ſine aſpiratione ſcribitur in tabulis Capitolinis, in veteribus Latinis & in vulgatis Græcis libris. *Idem.*

curſantium, ſed aliquoties æquo campo collatiſque ſignis certatum. genſque una populi Romani ſæpe ex opulentiſſima, ut tum res erant, Etruſca civitate victoriam tulit. Id primo acerbum indignumque Veientibus viſum. inde conſilium ex re natum, inſidiis ferocem hoſtem captandi: gaudere etiam, multo ſucceſſu Fabiis audaciam creſcere. Itaque & pecora prædantibus aliquoties, velut caſu incidiſſent, obviam acta: & agreſtium fuga vaſti relicti agri: & ſubſidia armatorum ad arcendas populationes miſſa, ſæpius ſimulato quam vero pavore refugerunt. Jamque Fabii adeo contempſerant hoſtem, ut ſua invicta arma, neque loco neque tempore ullo crederent ſuſtineri poſſe. hæc ſpes provexit, ut ad conſpecta procul à Cremera magno campi intervallo pecora (quanquam rara hoſtium apparebant arma) decurrerent. & quum improvidi effuſo curſu inſidias circa ipſum iter locatas ſuperaſſent, palatique paſſim vaga, ut fit pavore injecto, raperent pecora: ſubitò ex inſidiis conſurgitur, & adverſi & undique hoſtes erant. Primo clamor circumlatus exterruit, dein tela ab omni parte accidebant. coëuntibuſque Etruſcis, jam continenti agmine armatorum ſepti, quo magis ſe hoſtis inferebat, cogebantur breviore ſpatio & ipſi orbem colligere. quæ res & paucitatem eorum inſignem, & multitudinem Etruſcorum, [1] multiplicatis in arcto ordinibus, faciebat. Tum omiſſa pugna quam in omnes partes parem intenderant, in unum locum ſe omnes inclinant. eo, niſi corporibus armiſque, rupere cuneo viam. Duxit via in editum leniter collem. inde primo reſtitere. mox ut reſpirandi ſuperior locus ſpatium dedit, recipiendique à pavore tanto animum, pepulere etiam ſubeuntes: vincebatque auxi-

1 *Multiplicatis in arcto ordinibus*] Hoc quid velit, Glareanus homo ingenuus profitetur ſe neſcire. Eſt autem ſenſus: Aciem quo breviore in ſpatio cogitur, & orbem colligit, eo pauciores ordines habere; quo majore in ſpatio explicatur, eo plures. *Sigonius.*

auxilio loci paucitas, ni jugo circummiſſus Veiens in verticem collis evaſiſſet. ita ſuperior rurſus hoſtis factus. Fabii cæſi ad unum omnes, præſidiumque expugnatum. CCCVI periſſe ſatis convenit: [1] unum prope puberem ætate relictum ſtirpem genti Fabiæ, dubiiſque rebus populi Romani ſæpe domi bellique vel maximum futurum auxilium. Quum hæc accepta clades eſſet, jam C. Ho- 51
ratius & T. Menenius conſules erant. Menenius adverſus Tuſcos victoria elatos confeſtim miſſus: tum quoque male pugnatum eſt, & Janiculum hoſtes occupavere: obſeſſaque urbs foret: ſuper bellum annona premente (tranſierant enim Etruſci Tiberim) ni Horatius Cos. ex Volſcis eſſet revocatus: adeoque id bellum ipſis inſtitit mœnibus, ut primo pugnatum ad Spei ſit æquo Marte, iterum ad portam Collinam. Ibi quamquam parvo momento ſuperior Romana res fuit: meliorem tamen militem, recepto priſtino animo, in futura prœlia id certamen fecit. A. Virginius & Sp. Servilius conſules fiunt. [2] poſt acceptam proximam pugnæ cladem Veientes abſtinuere acie. populationes erant, & velut ab arce Janiculi paſſim in Romanum agrum impetus dabant. non uſquam pecora tuta, non agreſtes erant. Capti deinde eadem arte ſunt, qua ceperant Fabios. ſecuti dedita opera paſſim ad illecebras propulſa pecora, præcipitavere in inſidias. quo plures erant, major cædes fuit. Ex hac clade atrox ira majoris cladis cauſſa atque initium fuit. trajecto enim nocte Tiberi caſtra Servilii Cos. adorti ſunt oppugnare. inde fuſi magna cæde in Janiculum ſe ægre receperunt. Confeſtim conſul & ipſe tranſit Tibe-

1 *Unum prope puberem ætate*] Videndum num fuerit: *prope puberem ætatem.* Certe ſic loquitur lib. 1. *Tamen id imperium ei ad puberem ætatem incolume manſit.* Et rurſus: *Jam filii prope puberem ætatem erant.* J. F. Gron.

2 *Poſt acceptam proximam*] Vet. lib. *Proxima pugnæ.* Sigonius.

Poſt acceptam proximam pugnæ cladem] Sigonianus & alii libri: *proxima.* Malim: *poſt acceptam proxima pugna cladem Veientes abſtinuere acie.* J. F. Gron.

Digitized by Google

Tiberim, caſtra ſub Janiculo communit. poſtero die luce orta, nonnihil & heſterna felicitate pugnæ ferox; magis tamen, quod inopia frumenti, [1] quamvis in præcipitia, dum celeriora eſſent, agebat conſilia; temere adverſo Janiculo ad caſtra hoſtium aciem erexit, fœdiuſque inde pulſus quam pridie pepulerat, interventu collegæ [2] ipſe exercituſque ejus eſt ſervatus. inter duas acies Etruſci, quum invicem his atque illis terga darent, occidione occiſi. Ita oppreſſum temeritate felici Veiens
52 bellum. Urbi cum pace laxior etiam annona rediit, & advecto ex Campania frumento, & poſtquam timor ſibi cuique futuræ inopiæ abiit, eo quod abditum fuerat, prolato. Ex copia deinde otioque laſcivire rurſus animi: & priſtina mala, poſtquam foris deerant, domi quærere. tribuni plebem agitare ſuo veneno, agraria lege: in reſiſtentes incitare Patres, nec in univerſos modo, ſed in ſingulos. [3] Q. Conſidius & T. Genucius auctores agrariæ legis, T. Menenio diem dicunt. invidiæ

1 *Quamvis in præcipitia*] Vetus lectio eſt, *quamvis præcipitia*, Quod placet, ut reddatur trita illa locutio, *Agere præcipitem*. Sigonius.

Quamvis in præcipitia, &c. *agebat conſilia*] Ego malim legere, *urgebat*, ut ſit ſenſus: Inopia urgebat in præcipitia conſilia. *Glareanus*.

Quamv. in præcipitia, dum celeriora eſſent, agebat conſilia] Sic optime Rhenanus. At quid in mentem venit Sigonio, ut præpoſitionem tolleret auctore ſcripto, hoc eſt, priorum editionum vitium referret? Placet, inquit, ut reddatur trita illa locutio, *agere præcipitem*. At quis audivit unquam, *conſilia agere præcipitia*? Quam belle congrueret huic loco? Foret enim omne conſilium tollere ac proturbare. Immo quid eſt *agere conſilia*? Hæc profecto adeo non ſunt trita, ut ne quidem unquam extiterint in ſermone Latino. Dira fames Romanos cogebat ardentiora & audentiora conari, ut eo citius tanto malo liberarentur. Hoc melius, quam iſtis verbis, non poteſt explicari. *J. F. Gron.*

2 *Ipſe exercituſque eſt ſervatus*] Duo Pall. *exercituſque ejus eſt ſervatus*. Non eſt ſuperfluum. Lib. 22. *Quod mihi tibique, quod exercitibuſque his tuis, ſervata & conſervatori, ſit felix*. Idem.

3 *Q. Conſidius, & T. Genutius*] Ne quis moveatur Dionyſii lectione velim, qui Κοιντίλλιον pro Κονσίδιον habet: diſplicet autem *Quintilii* nomen in tribuno plebis hoc tempore, quia *Quintilia* gens patricia eſt. Porro autem *Genucius* ſcribe ad fidem Græcæ, & Capitolinæ ſcripturæ. Idem *Genucius* in vet. libris non *Titus* ſed *Caius*. Apud Dionyſium modo Τίτος modo Γναῖος nominatur. *Sigonius*.

Q. Conſidius & Genutius] Rott. Voſſ. ut. Flor. S. Marci *& T. Genucius*. J. F. Gron.

1 *Eum*

Digitized by Google

vidiæ erat amiſſum Cremeræ præſidium, quum haud
procul inde ſtativa conſul habuiſſet. [1] Eum oppreſſere:
quum & Patres haud minus quam [2] pro Coriolano anni-
xi eſſent: & patris Agrippæ favor haud dum exoleviſſet.
In mulcta temperarunt tribuni: quum capitis anqui-
ſiſſent, duo millia æris damnato mulctam edixerunt. ea
in caput vertit. Negant tuliſſe ignominiam, ægritudi-
nemque: inde morbo abſumptum eſſe. Alius deinde
reus Sp. Servilius, ut conſulatu abiit, C. Nautio & P.
Valerio conſulibus, initio ſtatim anni ab [3] L. Cædicio
& T. Statio tribunis die dicta, non ut Menenius, preci-
bus ſuis aut Patrum, ſed cum multa fiducia innocentiæ
gratiæque tribunicios impetus tulit. Et huic prœlium
cum Tuſcis ad Janiculum erat crimini. ſed fervidi ani-
mi vir, ut in publico periculo ante, ſic tum in ſuo, non
tribunos modo, ſed plebem oratione feroci refutando,
exprobrandoque T. Menenii damnationem mortemque
(cujus patris munere reſtituta quondam plebs, eos ipſos
quibus tum ſæviret magiſtratus, eas leges haberet)
periculum audacia diſcuſſit. juvit & Virginius collega
teſtis productus participando laudes: magis tamen Me-
nenianum (adeo mutaverant animum) profuit judi-
cium. [4] Certamina domi finita. Veiens bellum exor- 53
tum; quibus Sabini arma conjunxerant. P. Valerius Con-
ſul accitis Latinorum Hernicorumque auxiliis, cum ex-
ercitu

1 *Eum oppreſſit*] Vet. lib. *Eum oppreſſerunt*, ut ſit Q. Conſidius, & T. Genucius trib. pleb. Menenium oppreſſerunt. *Sigonius.*

Eum oppreſſere] Ab Sigonio eſt. Junti: *Eam oppreſſerunt*. Reliquæ omnes ab Andrea ad Curionem & Gryph. cum MSS. Voſſ. Helm. Flor. Rott. *Eam oppreſſit.* Nimirum legendum: *Ea oppreſſit.* nempe invidia Menenium. Brevitas, qualis paulo ſuperius: *hac ſpes provexit:* & paſſim noſtro. Deinceps diſtingue: *Quum & Patres haud minus quam pro Coriolano annixi eſſent, & patris Agrippæ favor haud dum exoleviſſet; in mulcta temperarunt tribuni.* J. F. Gron.

2 *Pro Coriolano annixi eſſent*] Vet. lib. *Pro Coriolano ante annixi eſſent.* Sigonius.

3 *L. Ceditio*] *Cædicio* ſcribe, Græcum librorum, & Capitolinorum marmorum auctoritatem ſequutus. *Idem.*

4 *Certamina domi finita. Veiens*] Cenſeo uno ſpiritu legendum: *Certamine domi finito, Vejens bellum exortum.* J. F. Gron.

ercitu Veios miſſus, caſtra Sabina, quæ pro mœnibus ſociorum locata erant, confeſtim aggreditur: tantamque trepidationem injecit, ut dum diſperſi alii alia manipulatim excurrunt ad arcendam hoſtium vim, ea porta, cui ſigna primum intulerat, caperetur. intra vallum deinde cædes magis quam prœlium eſſe. tumultus è caſtris & in urbem penetrat, tanquam Veiis captis, ita pavidi Veientes ad arma currunt. pars Sabinis eunt ſubſidio, pars Romanos toto impetu intentos in caſtra adoriuntur. Pauliſper averſi turbatique ſunt. deinde & ipſi utroque verſis ſignis reſiſtunt: & eques ab conſule immiſſus Tuſcos fundit fugatque. eademque hora duo exercitus, duæque potentiſſimæ & maximæ finitimæ gentes, ſuperatæ ſunt. Dum hæc ad Veios geruntur, Volſci Æquique in Latino agro poſuerant caſtra, populatique fines erant. eos per ſe ipſi Latini aſſumptis Hernicis ſine Romano aut duce, aut auxilio caſtris exuerunt. Ingenti præda præter ſuas recuperatas res potiti ſunt. miſſus tamen ab Roma conſul in Volſcos C. Nautius. Mos credo non placebat, ſine Romano duce exercituque ſocios propriis viribus conſiliiſque bella gerere. nullum genus calamitatis contumeliæque non editum in Volſcos eſt: nec tamen perpelli potuere, ut acie dimicarent. L.
54 Furius inde & [1] C. Manlius, conſules. Manlio Veientes provincia evenit. non tamen bellatum. induciæ in annos quadraginta petentibus datæ, frumento ſtipendioque imperato. Paci externæ confeſtim continuatur diſcordia domi. agrariæ legis tribuniciis ſtimulis plebs furebat. Conſules nihil Menenii damnatione, nihil periculo deterriti Servilii, ſumma vi reſiſtunt. abeuntes magiſtratu conſules Genucius tribunus plebis arripuit. L. Æmilius & Opiter Virginius conſulatum ineunt. Vopiſcum

1 *C. Manlius*] Dionyſius Αὖλον Μάνλιον nominat, cui aſſentior: eſt enim idem *Manlius*, qui paulo poſt in decemviratu & à Dionyſio, & ab ipſo Livio *Auli* prænomine afficitur. *Sigonius.*

1 *Sua-*

ſcum Julium in quibuſdam pro Virginio annalibus conſulem invenio. Hoc anno (quoſcunque conſules habuit) rei ad populum Furius & Manlius circumeunt ſordidati : non plebem magis quam juniores Patrum. [1] ſuadent, monent, *Honoribus & adminiſtratione reipublicæ abſtineant; conſulares vero faſces, prætextam, curulemque ſellam, nihil aliud quam pompam funeris putent. claris inſignibus velut inſulis velatos ad mortem deſtinari. Quod ſi conſulatus tanta* [2] *dulcedo ſit, jam nunc ita in animum inducant; conſulatum captum & oppreſſum ab tribunicia poteſtate eſſe. conſuli, velut apparitori tribunicio, omnia ad nutum imperiumque tribuni agenda eſſe. Si ſe commoverit, ſi reſpexerit Patres, ſi aliud quam plebem eſſe in republ. crediderit; exilium C. Marcii, Menenii damnationem & mortem, ſibi proponat ante oculos.* His accenſi vocibus Patres, [3] conſilia inde non publica, ſed in privato, [4] ſeductaque à plurium conſcientia habere. ubi quum id modo conſtaret, jure an injuria eripiendos eſſe reos, atrociſſima quæque maxime placebat ſententia. nec auctor quamvis audaci facinori deerat. Igitur judicii die, quum plebs in foro erecta exſpectatione ſtaret, [5] mirari primo quod non deſcenderet tribunus: deinde quum jam mora ſuſpectior fieret, deterritum à primoribus credere, & deſertam ac proditam cauſam publicam queri. Tandem, qui obverſati veſtibulo tribuni fuerant, nunciant domi mortuum eſſe inventum. quod

1 *Suadent, monent*] Vet. lib. *Monentque*. Sigonius.

2 *Dulcedo ſit, ita animum nunc jam inducant*] Luxatæ & depravatæ voces ita leguntur in antiquis lib. *Jam nunc ita in animum inducant*. Qui dicendi modus olet undique Livianam formam. *Idem*.

3 *Conſilia inde non publica*] Puto *concilia*. cœtus enim, conventus, congreſſus conſiliorum ergo intelligit. *J. F. Gron.*

4 *Seductaque à plurium conſcientia habere*] Vet. lib. *Seducta à plurium conſcientia habere*, ut ſit dicendi modus ille frequentiſſimus, qui Infinitivo profertur. *Sigonius*.

5 *Mirari primo quod non deſcenderet*] Pal. unus ex melioribus & Rott. *quid non*, ut & Sigonianus: alter, *qui non deſcenderet*. Ea vera lectio eſt. Sic lib. 26, 3 reſtituimus: *Qui autem ſolum ſe reſtantem prodeſſe reipublicæ, niſi ſi mors ſua remedio publicis cladibus futura eſſet, potuiſſe?* Lib. 30. *Qui enim reſtitiſſent agili & nautico inſtrumento apta & armata claſſi naves tormenta machinaſque portantes*. J. F. Gron.

1 *Noxia*

Digitized by Google

quod ubi in totam concionem pertulit rumor; ſicut acies funditur duce occiſo, ita dilapſi paſſim alii alio. Præcipuus pavor tribunos invaſerat; quam nihil auxilii ſacratæ leges haberent, morte collegæ monitos. Nec Patres ſatis moderate ferre lætitiam. adeoque neminem [1] noxæ pœnitebat, ut etiam inſontes feciſſe videri vellent, [2] palamque ferretur, malo domandam tribuniciam
55 poteſtatem. [3] Sub hac peſſimi exempli victoria delectus edicitur: paventibuſque tribunis ſine interceſſione ulla conſules rem peragunt. Tum vero iraſci plebes tribunorum magis ſilentio, quam conſulum imperio: & dicere, *Actum eſſe de libertate ſua: rurſus ad antiqua reditum, cum Genucio una mortuam ac ſepultam tribuniciam poteſtatem. aliud agendum, ac cogitandum, quomodo reſiſtatur Patribus. Id autem unum conſilium eſſe, ut ſe ipſa plebs, quando aliud nihil auxilii habeat, defendat. Quatuor & viginti lictores apparere conſulibus, & eos ipſos plebis homines. Nihil contemptius, neque infirmius, ſi ſint qui contemnant. Sibi quemque ea magna atque horrenda facere.* His vocibus alii alios quum incitaſſent, ad [4] Voleronem Publilium de plebe hominem, [5] quia quod ordines duxiſſet, negaret ſe militem fieri debere, lictor miſſus eſt à conſulibus. Volero appellat tribunos. Quum auxilio nemo eſſet, conſules ſpoliari hominem, & virgas expediri jubent. *Provoco*, inquit, *ad popu-*

1 *Noxiæ pœnitebat*] Vet. lib. *Noxæ*. Sigonius.

2 *Palamque ferretur*] Vet. lectio, *Palamque ferrent*. Idem.

3 *Sub hac peſſimi exempli victoria*] Magis forſitan ex more Livii: *ſub hanc peſſimi exempli victoriam*. Lib. 4. *Sub judicii tempus plebem offenſurum*. Lib. 21. *Africo bello, quod fuit ſub recentem Romanam pacem*. Alibi: *ſub hanc vocem fremitus variantis multitudinis fuit*. Hoc ſimplicius puto. Poſſis alias interpretari vulgatum: quaſi ſubnixi hac victoria patres delectum decreverint edixerintque. quod dicerent Galli: *à la faveur de cette victoire*. J. F. Gron.

4 *Voleronem Publium de plebe hominem*] *Volero* Prænomen eſt, ut ait Valerius. *Publius* item prænomen: itaque ne duo prænomina conjungantur, *Publilium* lege, quod plebeiæ nomen gentis eſt. Quæ ſcriptura extat etiam in Capitolinis fragmentis. *Sigonius*.

5 *Quia quod ordines*] Forte malis: *qui, quod ordines duxiſſet, negare ſe militem fieri debere, lictor eſt miſſus*. Sed parum intereſt, *qui* an *quia* legas. *J. F. Gron.*

1 *Quum*

populum, Volero; *quoniam tribuni civem Romanum in conſpectu ſuo virgis cædi malunt, quam ipſi in lecto ſuo à vobis trucidari.* quo ferocius clamitabat, eo infeſtius circumſcindere & ſpoliare lictor. Tum Volero, & prævalens ipſe, & adjuvantibus advocatis, repulſo lictore, ubi indignantium pro ſe acerrimus erat clamor, eo ſe in turbam confertiſſimam recipit, clamitans, *Provoco, & fidem plebis imploro! adeſte cives! adeſte commilitones! nihil eſt quod exſpectetis tribunos, quibus ipſis veſtro auxilio opus eſt.* Concitati homines, veluti ad prœlium ſe expediunt: apparebatque omne diſcrimen adeſſe, nihil cuiquam ſanctum, non publici fore, non privati juris. Huic tantæ tempeſtati quum ſe conſules obtuliſſent, facile experti ſunt parum tutam majeſtatem ſine viribus eſſe. violatis lictoribus, faſcibus fractis, è foro in curiam compelluntur; incerti quatenus Volero exerceret victoriam. Conticeſcente deinde tumultu, [1] quum in ſenatum vocari juſſiſſent, queruntur injurias ſuas, vim plebis, Voleronis audaciam. Multis ferociter dictis ſententiis, vicere ſeniores, quibus, ira Patrum adverſus temeritatem plebis certari, non placuit.
Voleronem amplexa favore plebs, proximis comitiis 56
[2] tribunum plebi creat, in eum annum, qui L. Pinarium, P. Furium Conſules habuit. contraque omnium opinionem, qui eum vexandis prioris anni conſulibus [3] permiſſurum tribunatum credebant, poſt publicam cauſam

1 *Quum ſenatum vocari juſſiſſent*] Valde placet Rhenani ex Borbet. *quum in ſenatum vocari juſſiſſent.* Nec placere magis illi vulgata lectio debuit. Nam & Flor. Voſſ. Hel. Rott. ſic, & reſtituimus ex optimis lib. 23, 32. *Quoties in ſenatum vocaſſent.* Lib. 24. *In hac turbatione rerum, in concionem vocare placuit.* Valerius Maximus 8,13,4. *Jam vero de M. Perperna quid loquar? qui omnibus, quos in ſenatu conſul rogaverat, ſuperſtes fuit.* Fanovictorienſes membr. *In ſenatum convocaverat.* Conjeci ſtatim: *quos in ſenatum conſul vocaverat;* quod fatetur Pighius plane in veteribus eſſe; ſed probare non potuit: cum ſit unice verum. *J. F. Gron.*

2 *Tribunum plebis creat*] Tò *plebis* videtur abundare: etſi Flor. Rott. & Helm. *plebi.* quod eſt *plebei.* Idem.

3 *Permiſſurum tribunatum*] Refert è ſcripto Rhenanus: *permiſſurum adminiſtraturum*: & facit, *permiſſum adminiſtraturum*: quaſi plebs illi tribunatum plane, ut loquitur, permiſerit. At mihi certum τò *adminiſtraturum* eſſe hominis, qui pro captu ſuo explicabat τò *permiſſurum*: quod docte Livius

Digitized by Google

cauſam privato dolore habito, ne verbo quidem violatis conſulibus, rogationem tulit ad populum; ut plebeii magiſtratus tributis comitiis fierent. Haud parva res, ſub titulo prima ſpecie minime atroci, ferebatur; ſed quæ patriciis [1] omnem poteſtatem per clientium ſuffragia creandi quos vellent tribunos, auferret. Huic actioni gratiſſimæ plebi, quum ſumma vi reſiſterent Patres; nec, quæ una vis ad reſiſtendum erat, ut intercederet aliquis ex collegio, auctoritate aut conſulum, aut principum adduci poſſet; res tamen ſuo ipſa molimine [2] gravis, certaminibus in annum extrahitur. Plebs Voleronem tribunum reficit. Patres ad ultimum dimicationis rati rem venturam, [3] Ap. Claudium Appii filium, jam inde à paternis certaminibus inviſum infeſtumque plebi,

vius ſumpſit ab illis, qui *permittere equum* dicunt: hoc eſt, incitare & ei frenos immittere ad liberum curſum. Vide lib. 2 Obſervat. Eſt igitur *permiſſurum tribunatum vexandis Conſulibus*, tribunatui frena laxaturum, poteſtate impotenter uſurum ad vexandos Conſules. *J. F. Gron.*

1 *Omnem poteſtatem*] Nempe curiata comitia erant in patrum poteſtate. nec enim haberi poterant, niſi ſenatus juſſiſſet, & populus per curias convocatus approbaſſet, & aves auſpiciaque addixiſſent. Erant vero augures illi ex patriciis. At tributa habebantur, etiamſi nec Senatuſconſultum factum eſſet, nec de cœlo ſervabant augures, unoque die peragebantur, ut in hac eadem narratione docet Dionyſius lib. 9 pag. 598. Vide Livium pag. 189. Porro tam centuriatis quam curiatis comitiis patres auctores fiebant teſte Livio pag. eadem, quod notandum. Sed maxime notandum, ut legum comitiis centuriatis ferundarum ante initum ſuffragium patres auctores fierent, ut pag. 224. *Hen. Valeſius.*

2 *Gravis certaminibus*] Vet. codex plenior, *gravis magnis certaminibus*, & recte. *Sigonius.*

Grav. magnis certaminibus in annum extrahitur] Tò *magnis*, quod inſeruit Sigonius, nos auctoribus ſcriptis & vett. ed. ejecimus. Eſt enim uſus ablativi nudi veteribus Latinis ſatis frequens, nobis non ita tritus. Sic lib. 3. *Mediaque urbe agmine in Aventinum pergunt.* Eodem: *Armati per urbem ſilentio in Aventinum perveniunt.* Sed & hinc non longe: *lex ſilentio perfertur.* Ut Græci τῆλα σιωπῇ ἦσαν. &, ἴσαν μένεα πνείοντες Ἀχαιοὶ Σιγῇ δειδιότες. Prorſus autem, ut hic voluimus, lib. 4. *Quum pars major inſequentis anni per novos trib. plebis & aliquot interreges certaminibus extracta eſſet.* Lib. 5, 45. *Caſtra Gallorum intuta neglectaque ab omni parte nacti, clamore invadunt.* Ita MSS. Male inſertum vulgo: *cum ingenti.* Lib. 7, 7. *Relictis equis clamore provolant ante ſigna.* Sic lectum ante Sigonium, qui hic iterum inferſit è pravo libro, *ingenti.* J. F. Gron.

3 *Appium Claudium Appii filium*] Duæ poſtremæ voces non agnoſcuntur ab Rott. & Voſſ. 2. Et ſane Pighius è Faſtis Capitolinis *M. F.* vocat. *Idem.*

1 *Late-*

Digitized by Google

pleبi, conſulem faciunt. Collega ei T. Quintius datur. Principio ſtatim anni nihil prius quam de lege agebatur. ſed ut inventor legis Volero, ſic [1] Lætorius, collega ejus, auctor quum recentior, tum acrior erat. Ferocem faciebat belli gloria ingens, quod ætatis ejus haud quiſquam manu promptior erat. Is, quum Volero nihil præterquam de lege loqueretur, inſectatione abſtinens conſulum, ipſe in accuſationem Appii familiæque ſuperbiſſimæ, ac crudeliſſimæ in plebem Romanam, exorſus, quum à Patribus non conſulem, ſed carnificem, ad vexandam & lacerandam plebem creatum eſſe, contenderet; rudis in militari homine lingua non ſuppetebat libertati animoque. Itaque deficiente oratione, [2] *Quandoquidem non tam facile loquor*, inquit, *Quirites, quam quod locutus ſum, præſto; craſtino die adeſte. Ego hic aut in conſpectu veſtro moriar, aut perferam legem.* Occupant tribuni templum poſtero die. conſules nobilitaſque ad impediendam legem in concione conſiſtunt. Submoveri Lætorius jubet, præterquam qui ſuffragium ineant. Adoleſcentes nobiles ſtabant, nihil cedentes viatori. tum ex his prehendi quoſdam Lætorius jubet. Conſul Appius negare, jus eſſe tribuno in quenquam, niſi in plebeium. Non enim populi, ſed plebis eum magiſtratum eſſe. nec illum ipſum ſubmovere pro imperio poſſe more majorum: quia ita dicatur: *Si vobis videtur, diſcedite Quirites.* Facile

1 *Lætorius, collega ejus, auctor*] Male cum Buſl. Nannius *actor*. non enim *auctor* ſemper idem qui *inventor*, ſed ſæpe approbator, quique alias Livio *ſuaſor* dicitur. Sic ſupra: *Et hic annum tribunum auctorem legis agrariæ habuit.* At *inventor* ejus Spurius Caſſius. Item: *priuſquam quiſquam agrariæ legis auctor tribunus exiſteret.* Qui auctoritatem ei præſtet. Cicero ad Att. 8, 3. *Ille legibus per vim & contra auſpicia ferendis auctor.* De Pompeio loquitur, & Julias intelligit. *J. F. Gron.*

2 *Quandoquidem non tam facile loquor*] In MSS. & editionibus antiquis Andreæ, Campani, Becharii, Aſcenſii: *Quandoquidem non facile loquor*: particula deſecta. Non fecit melius Moguntina, quæ prima addidit. Lib. 25, 17. *Quem facile elici ad certamen rebantur poſſe, non militum, quos perpaucos habebat, fiducia, quam juventutis Thurinæ.* Sic optimi. Adde quæ ad lib. 26, 18 & 31 tum quæ ad libr. 5, 21. 25, 29. 28, 44. 30, 28 dicemus. *Idem.*

1 Per-

Digitized by Google

Facile & contemptim de jure diſſerendo [1] perturbare Læ-torium poterat. Ardens igitur ira tribunus, viatorem mittit ad conſulem: conſul lictorem ad [2] tribunum, privatum eſſe clamitans, ſine imperio, ſine magiſtratu, violatuſque eſſet tribunus, ni & concio omnis atrox coorta pro tribuno in conſulem eſſet: & concurſus hominum in forum ex tota urbe concitatæ multitudinis fieret. Suſtinebat tamen Appius pertinacia tantam tempeſtatem: certatumque haud incruento prœlio foret, ni Quintius, conſul alter, conſularibus negotio dato, ut collegam vi, ſi aliter non poſſent, de foro abducerent; ipſe nunc plebem ſævientem precibus leniſſet; nunc oraſſet tribunos, ut concilium dimitterent. Darent iræ ſpatium. non vim ſuam illis tempus adempturum; ſed conſilium viribus additurum. & Patres in populi, & conſulem in Pa-
57 trum fore poteſtate. Ægre ſedata ab Quintio plebs, multo ægrius conſul alter à Patribus. Dimiſſo tandem concilio plebis, ſenatum conſules habent. ubi quum timor atque ira invicem ſententias variaſſent; quo magis, ſpatio interpoſito, ab impetu ad conſultandum advocabantur, eo plus abhorrebant à certatione animi. adeó ut Quintio gratias agerent, quod ejus opera mitigata diſcordia eſſet. Ab Appio petitur, *Ut tantam conſularem maje-*

ſtatem

1 *Perturbare Latorium poterat*] Si quid video, nullus hic idoneus ſenſus τ̃ *poterat*, ſed ſcriptum ab auctore fuit: *perturbare Latorium parat.* Ut lib. 1. *Urbem novam conditam vi & armis, jure eam legibuſque ac moribus de integro condere parat.* Lib. 22. *Italiam ab Hannibale reciperare parat.* Lib. 38. *Legem parabat ferre.* J. F. Gron.

2 *Tribunum, privatum eſſe clamitans*] Hunc locum in quo tribunum pleb. privatum, non magiſtratum eſſe traditur, ne quem forte Romanæ antiquitatis ignarum perturbaret, verbis Plutarchi prolatis viſum eſt explanare. Ea ſunt in libro τ̃ κεφαλαίων, in hanc ſententiam: *Cur cum purpura alii magiſtratus utuntur, tribunus pl. non utitur? an quia tribunus pleb. magiſtratus non eſt? neque enim ex ſella tribuni jus dicunt, neque principio anni ut reliqui magiſtratus ineunt, neque creato dictatore ſe abdicant: verum omni tranſlato ad Dictatorem imperio, ipſi tamen poteſtatem ſuam retinent, quaſi magiſtratus non ſint: quemadmodum autem tranſlationem judicium eſſe rhetores quidam negant, ſic tribunatus impedimento potius eſt magiſtratui, quam magiſtratus. Etenim reſiſtere potentiæ magiſtratus, & nimiam ejus licentiam coërcere ad ejus auctoritatem pertinet.* Sigonius.

1 Tri-

ſtatem eſſe vellet, quanta in concordi civitate eſſe poſſet. Dum [1] *tribuni conſuleſque ad ſe quiſque omnia trahant,* [2] *nihil relictum eſſe virium in medio. diſtractam* [3] *laceratamque rempubl. magis quorum in manu ſit, quam ut incolumis ſit, quæri.* Appius contra, *teſtari Deos atque homines, rempublicam prodi per metum ac deſeri. non conſulem ſenatui, ſed ſenatum conſuli deeſſe. graviores accipi leges, quam in Sacro monte acceptæ ſint.* Victus tamen Patrum conſenſu quievit. lex ſilentio perfertur. Tum primum tributis comitiis creati tribuni 58 ſunt: [4] numero etiam addito tres, perinde ac duo ante fuerint, Piſo auctor eſt. Nominat quoque [5] tribunos, C. Si-

1 *Tribunique conſuleſque*] Non probo hanc lectionem Rhenani, quæ antiquis libris, quos vidi, repugnat, ſed *tribuni, conſuleſque.* Sigonius.

2 *Nihil relictum eſſe virium*] Non tento ſane. Sed non video ſic Livium loqui, ut ex his patet. 37, 23. *Extremo agmini nihil loci ad terram relicti erat.* 40, 12. *Ut ne ego quidem apud te quicquam ſpei reliqua habeam.* 9, 6. *Quia nihil ſatis præparati erat ad obſidionem tolerandam.* Jac. Gron.

3 *Laceratamque rempublicam per magiſtratus. Magis*] Tà *per magiſtratus* nec in MSS. nec in edd. principibus Andreæ Romana & Tarviſina, Campani, Aſcenſii, Saveterii reperiuntur. Veneta de Zanis & Becharii: *rempublicam per magiſtratus quorum.* Moguntina denique: *rempublicam per magiſtratus, magis:* quam omnes ſunt ſecutæ. Nos vero reducimus & magnopere probamus primam illam, optimis auctoribus ſubnixam lectionem: *diſtractam laceratamque rempublicam magis, quorum in manu ſit, quam ut incolumis ſit quæri.* Eſt enim enallage accuſativi pro nominativo, *diſtracta & lacerata reſpublica,* longe elegantiſſima. quam Senecæ etiam ſartam tectam eſſe primi juſſimus 4 de benef. 32. Varro l. 2 de Re ruſt. 9. *Quod ſi lupus aliuſve quis his vulneratus eſt, reliquas quoque canes facit, quæ id non habent, ut ſint in tuto.* αὐτὶ τὲ *reliquæ canes.* Cicero ſecunda agraria: *quæ eſt iſta æquitas, ceteros, etiamſi privati ſint, permittere, ut publici judicentur; hunc excipere nominatim, qui publicus eſſe fateatur?* Structura ordinaria: *permittere, ut ceteri, etiamſi privati, publici judicentur.* Sed illud oppido ſcitius, ſi non mihi, ſaltem Ciceroni, & tot Romanis credatur. Salluſtius Jugurthino: *Ita omnia in duas partes diſtracta ſunt: reſpublica, quæ media fuerat, dilacerata.* J. F. Gron.

4 *Numero etiam addito tres*] Sic Pall. Voſſ. 1. Helm. Flor. uterque, Rott. idque longe præſtat vulgato *additos.* Vide 2, 2. *Jac. Gron.*

5 *Tribunos, Cn. Siccium, L. Num. M. Duilium, Sp. Icilium, L. Mec.*] Hos tribunos nominat Diodorus lib. 10 Μάρκον Δυίλλιον, Σπόριον Ἰκίλλιον, Γάϊον Σικίνιον, Λεύκιον Νομιτώριον. Scribe igitur *Duilius*, non *Duellius*. partim Græcis, partim Capitolinis monumentis auctoribus. Quamquam Cicero in Oratore *Duellium* videtur defendere, inquit enim: *ut duellum bellum, ſic Duellium, qui Pœnos claſſe devicit Bellium nominarunt.* Præterea *C. Sicinium*, non *Cn. Siccium*, partim Diodori ſcriptura motus, partim etiam Livii, qui paulo poſt *C. Sicinium* cum *M. Duilio* tribunum prodit. De *C.* autem *Sicinio*, & *Sp. Icilio* tribunis pl. ſupra etiam dictum eſt. *Sigonius.*

C. Sicinum, L. Numitorium, M. Duilium, Sp. Icilium, L. Mecilium. [1] Volſcum Æquicumque, inter ſeditionem Romanam, eſt bellum coortum. vaſtaverant agros, ut ſi qua ſeceſſio plebis fieret, ad ſe receptum haberet. Compoſitis deinde rebus, caſtra retro movere. Ap. Claudius in Volſcos miſſus. Quintio Æqui provincia evenit. Eadem in militia ſævitia Appii quæ domi eſſe; eo liberior, quod ſine tribuniciis vinculis erat. Odiſſe plebem plus quam paterno odio: [2] ſe victum ab ea: ſe unico

1 *Volſci tum Æquique inter ſeditionem Romanam & bellum coortum vaſtaverant agros*] Audiamus Sigonium. Hic locus fœde legebatur ante ita: *Volſcum Æquicumque inter ſeditionem.* Quam lectionem etſi valde non probo, moveor tamen (ſcilicet ad dubitandum etiam de vulgata) cum in vetuſtis libris omnibus ita lego: *Ex SC. bellum indictum contra Volſcum Æquumque, qui inter ſeditionem & bellum coortum vaſtaverant agros.* Hæc vero, meo judicio, additamentis effertiſſima pinguiſſimaque, vulgataque longe pejor eſſe non poteſt niſi libri inquinatiſſimi. Nam, *in omnibus*, ferant hoc doctiſſimi viri merita, ne quid dicam ſequius, ſed non addidiſſe mallem. Ubi peritia ſermonis Latini, cum *indicere bellum contra aliquem* dicere Livium potuiſſe autumavit? Illam, quæ nunc obtinet, Campanus prodidit, quem tamen imitatus nemo ante Baſileenſes, cum è Laureacenſi monaſterio locupletarunt Livium. Et facile eſt ejus quoque diſcutere ineptias. Quæ enim illa temporis deſignatio: *inter ſeditionem Romanam & bellum coortum*? Si duo tempora ſunt, quibus media intervenerit vaſtatio, falſum eſt; nihil enim interceſſit ſpatii: ſin unum eſt, ut ſit, dum durat ſeditio & bellum exoritur, hac à poſteriori parte non poteſt ſeparari agrorum vaſtatio; nam hos populando bellum ſunt orſi. Lib. 3. *Si quem ſimilem ejus priore anno inter morbum bellumque irati dii tribunum dediſſent.* Verum eſt, quod dedit Andreas, & tot alii habuerunt olim: *Volſcum Æquicumque inter ſeditionem Romanam eſt bellum coortum. Vaſtaverant agros, ut ſi qua ſeceſſio plebis fieret, ad ſe receptum haberet.* Niſi quod operarum vitio in nonnullis antiquioribus: *equicunque* & *cohortum.* Et huc ſcripti meliores aurigantur. Offendit homines illud *Æquicum*, quod etiam deleverunt lib. 10 in principio: *M. Livio Dentre M. Æmilio coſſ. redintegratum eſt Æquicum bellum.* Illi ſuffecerunt *Æquorum.* Tranſiluerunt tamen lib. 3, *iſque miles per bellum Æquicum vel acerrimus fuit.* Sic *Nervico prœlio* à Nerviis, *Albicos* Albii Intemelii & Ingauni incolas dixit Cæſar. *Heduicus* ab Heduus Auſonius in Parentalibus: *Tarbella matris, patris & Heduici.* Sic *colonicos* Suetonius, & *leges colonicas* Varro; *cohorteſque colonicas* Cæſar. Sic dixerunt *nauticos genticos.* Quod poſtremum cum apud Avienum inveniſſet Barthius, dubitabat an apud antiquiorem exſtaret unum. Habet tamen bis Tacitus. Habet quoque Tertullianus de anima: *pro gentica, pro avita, pro publica, pro privata devotione.* J. F. Gron.

2 *Quod ſe victum videbat ab ea, ſe unico c. obj.*] Vet. lect. *Et ſe unico conſule objecto.* Sigonius.

Quod ſe victum videbat ab ea, & ſe unico conſule electo] Scripti codices & Campanus ignorant τὸ *videbat* cum particula *&*: quibus acceſſionem damus

unico conſule objecto adverſus tribuniciam poteſtatem, perlatam legem eſſe, quam minore conatu, [1] nequaquam tanta Patrum ſpe, priores impedierint conſules: hæc ira indignatioque ferocem animum ad vexandum ſævo imperio exercitum ſtimulabat. nec ulla vi domari [2] poterat, tantum certamen animis imbiberant. Segniter, otioſe, negligenter, contumaciter omnia agere. nec pudor, nec metus coërcebat. Si citius agi vellet agmen, tardius ſedulo incedere: ſi adhortator operis adeſſet, omnes ſua ſponte motam remittere induſtriam. præſenti vultus demittere, tacite prætereuntem execrari: ut invictus ille odio plebeio [3] animus, interdum moveretur. Omni nequicquam acerbitate prompta nihil jam cum militi-

mus etiam τὸ *quod*, non noſtræ tantum conjecturæ, ſed & Borbetomagenſis codicis fiducia: omnia enim hæc adleverunt imperiti elegantiæ, quam veteres ponunt hujuſmodi locis in ſermone per infinitivos. Vide lib. 2 Obſervationum. *Objecto*, quod è ſuo ſcripto adfert Sigonius, & plurium aliorum eſt, & veterum editionum omnium ante Rhenanum, qui juſſit *electo* ſcribi, diſputatque idem Nannius in Miſcellaneis. Immo poſt illos Gryphius quoque & Curio tamen etiam *objecto*. Nannii contra id declamatiuncula tota nititur eo, quod τὸ *unico* intelligere vel noluit vel non potuit. Quid miti, inquit, ſi victa ſit unius auctoritas? Tum, qui potuerint Patres tantum ſpei habere in impedienda lege, ſi unum tantummodo conſulem pro ſe habebant? Reſpondeo, potuerunt tamen, ſi unus ille pro omnibus: ut Marcius Philippus Pompejum non modo proconſule, ſed etiam pro conſulibus ajebat mittere. Et hoc vult Livius τοῦ *unico*, hoc eſt, unice & ſupra omnes ad id apto fortique. Itaque *objecto* multo grandius & efficacius, & ad vim quæ inſtabat, & ad præſidium, quod in eo ponebatur, exprimendum. qui unus tanto torrenti velut obex & firmiſſima moles opponeretur. Inde enim petita tranſlatio: aggeres *obices*, *objectus*, & *objici* dicuntur. Statius 3 Thebaid. *Cum vagus in campos fruſtra prohibentibus exit Objicibus.* Lib. 4. *Magnumque objectus detinet amnem.* Lib. 6. *Objectus geminis umbonibus agger Campum exire vetat.* Livius infra de Appio: *Propugnatorem ſenatus majeſtatiſque vindicem ſua, ad omnes tribunicios plebeioſque oppoſitum tumultus.* 42, 5. *Seu quia eum objectum eſſe Romanis volebant.* J. F. Gron.

1 *Nequaquam tanto patrum ſuperiores impedierint conſules*] Vet. lib. omnes: *Nequaquam tanta patrum ſpe priores impedierint conſules.* Sigonius.

2 *Poterat --- imbiberant*] Vet. lib. *Poterant.* Quo fit ut numerus congruat cum eo, qui ſequitur, *Imbiberant.* Alii, *poterat* & *imbiberat.* Quod magis probo. *Idem.*

3 *Animus interdum moveretur, omni n. a. prompta: nihil j. c. civibus ageret --- diceret, --- vocaret*] Ex manuſcriptis libris ita interpunge & lege, *Interdum moveretur. Omni nequicquam acerbitate prompta nihil jam cum civibus agere*, &c. item paulo poſt, *dicere*, item, *vocare*. Idem.

Digitized by Google

militibus agere: à centurionibus corruptum exercitum dicere: tribunos plebei cavillans interdum, & Volerones vocare.
59 Nihil eorum Volſci neſciebant, inſtabantque eo magis, ſperantes idem certamen animorum adverſus Appium habiturum exercitum Romanum, quod adverſus Fabium conſulem habuiſſet. Cæterum multo Appio quam Fabio violentior fuit. Non enim vincere tantum noluit, ut Fabianus exercitus, ſed vinci voluit. Productus in aciem, turpi fuga petit caſtra, nec ante reſtitit, quam ſigna inferentem Volſcum munimentis vidit, fœdamque extremi agminis cædem. Tum expreſſa vis ad pugnandum, ut victor jam à vallo ſubmoveretur hoſtis: ſatis tamen appareret, capi tantum caſtra militem Romanum noluiſſe. alii gaudere ſua clade atque ignominia. Quibus nihil infractus ferox Appii animus, quum inſuper ſævire vellet concionemque advocaret; concurrunt ad eum legati tribunique, monentes, ne utique experiri vellet imperium, cujus vis omnis in conſenſu obedientium eſſet. Negare vulgo milites ſe ad concionem ituros: paſſimque exaudiri voces poſtulantium, ut caſtra ex Volſco agro moveantur. Hoſtem victorem paulo ante prope in portis ac vallo fuiſſe; ingentiſque mali non ſuſpicionem modo, ſed apertam ſpeciem obverſari ante oculos. Victus tandem (quandoquidem nihil præter [1] tempus noxæ lucrarentur) remiſſa concione, iter in ſequentem diem pronunciari quum juſſiſſet, prima luce claſſico ſignum profectionis dedit. Quum maxime agmen è caſtris explicaretur, Volſci, ut eodem ſigno excitati, noviſſimos adoriuntur. A quibus perlatus ad primos tumultus, eo pavore ſignaque & ordines turbavit, ut neque imperia exaudiri, neque inſtrui acies poſſent. nemo ullius niſi fugæ memor. Ita effuſo agmine per ſtragem corporum armorumque evaſere, ut prius

1 *Tempus noxæ lucr.*] Vet. lib. *Rixæ lucrarentur*. Sigonius.

prius hoſtis deſiſteret ſequi, quam Romanus fugere.
Tandem collectis ex diſſipato curſu militibus, conſul
quum revocando nequicquam ſuos perſecutus eſſet, in
pacato agro caſtra poſuit, advocataque concione, inve-
ctus haud falſo in proditorem exercitum militaris diſci-
plinæ, deſertorem ſignorum; ubi ſigna, ubi arma eſ-
ſent, ſingulos rogitans, inermes milites, [1] ſigno amiſſo
ſigniferos; ad hoc centuriones duplicarioſque, qui re-
liquerant ordines, virgis cæſos ſecuri percuſſit. cætera
multitudo ſorte decimus quiſque ad ſupplicium lecti.
Contra ea, in Æquis inter conſulem ac militem, comi- 60
tate ac beneficiis certatum eſt. & natura Quintius erat le-
nior, & ſævitia infelix collegæ, quo is magis gauderet
ingenio ſuo, effecerat. Huic tantæ concordiæ ducis ex-
ercituſque non auſi offerre ſe Æqui; vagari populabun-
dum hoſtem per agros paſſi. Nec ullo ante bello latius in-
de actæ prædæ. [2] omnis militi data eſt. Addebantur &
laudes, quibus haud minus quam præmio gaudent mili-
tum animi. Tum duci, tum propter ducem Patribus
quoque placatior exercitus rediit; ſibi parentem, alteri
exercitui dominum datum ab ſenatu, memorans. Varia
fortuna belli, atroci diſcordia domi foriſque annum ex-
actum, inſignem maxime comitia tributa efficiunt. Res
major victoria ſuſcepti certaminis quam uſu. plus enim
dignitatis comitiis ipſis detractum eſt, Patribus ex con-
cilio ſubmovendis, quam virium aut plebi additum,
aut ademptum Patribus. Turbulentior inde annus exce- 61
pit,

1 *Signo amiſſo, ſigniferos, ad hoc centuriones, duplicarioſque, qui reliquerant ordines, virgis cæſos, ſecuri percuſſit*] Varro lib. 4 de ling. Lat. *duplicarios* ſcribit eſſe, *quibus ob virtutem duplicia dabantur cibaria.* Ita & Vegetius lib. 2 cap. 7. *Duplares*, inquit, *torquati & ſimplares torquati erant, quibus torquis aureus ſolidus virtutis præmium fuit, quem qui meruiſſet, præter laudes, interdum duas conſequebatur annonas.* Idem *duplares armaturas* vocat, quæ conſequantur duplas annonas; *ſimplares* vero quæ ſimplas. Livius lib. 7 ſcribit, Conſulem milites, qui in præſidio cum Decio fuerant, duplici frumento in perpetuum donaſſe. Vetuſtum autem morem honorandi fuiſſe, dare virtutis ergo duplicia cibaria, conſtat ex Herodoto lib. VI.

2 *Ea omnis militi data eſt*] Τὸ *ea* ab omnibus MSS. ignoratur. *J. F. Gron.*

pit, [1] L. Valerio, Tiberio Æmilio Conſulibus, tum propter certamina ordinum de lege agraria: tum propter judicium Ap. Claudii. cui acerrimo adverſario legis, cauſſamque poſſeſſorum publici agri, [2] tanquam tertio conſuli, ſuſtinenti, [3] M. Duilius & C. Sicinius diem dixere. Nunquam ante tam inviſus plebi reus ad judicium vocatus populi eſt; plenus ſuarum, plenus paternarum irarum. Patres quoque non temere pro ullo æque annixi ſunt: propugnatorem ſenatus, majeſtatiſque vindicem ſuæ, ad omnes tribunicios plebeioſque oppoſitum tumultus, modum duntaxat in certamine egreſſum, objici iratæ plebi. Unus è Patribus, ipſe Ap. Claudius, & tribunos & plebem & ſuum judicium pro nihilo habebat. Illum non minæ plebis, non ſenatus preces perpellere unquam potuere, non modo ut veſtem mutaret, aut ſupplex prenſaret homines; ſed ne ut ex conſueta quidem aſperitate orationis (quum ad populum agenda cauſſa eſſet) aliquid leniret atque ſubmitteret. Idem habitus oris, eadem contumacia in vultu, idem in oratione ſpiritus erat: adeo ut magna pars plebis Appium non minus reum timeret, quam conſulem timuerat. Semel cauſſam dixit, quo ſemper agere omnia ſolitus erat, accuſatorio ſpiritu. adeoque conſtantia ſua & tribunos obſtupefecit & plebem, ut diem ipſi ſua voluntate prodicerent: trahi deinde rem ſinerent. Haud ita multum interim

1 *L. Val. T. Æmylio*] Lege *Ti. Æmilio* ex Dionyſio, qui Τιβέριον Αἰμίλιον hunc ubique nominat. Fuiſſe autem *Æmiliis* familiare hoc prænomen Tiberii, facile Capitolinæ tabulæ demonſtrare poſſunt. *Sigonius.*

2 *Tanquam tertio coſ. ſuſtinenti*] Appius diviſioni agrorum contradicebat, Coss. vero non reſiſtebant tribunis, ut luculenter ex Dionyſ. colligitur; & ipſe Livius ab initio ſequentis libri de Æmilio idem fatetur. Porro de Appii judicio cauſam accuſationis omittit, rem apud Dionyſium eleganter ac copioſe explicatam; ut haud immerito negligentiæ queat accuſari Livius hoc in loco ab optimo quoque viro, ne dum à C. Caligula monſtroſo quidem illo Imperatore, non tamen prorſus nullius judicii. *Glareanus.*

3 *M. Duellius, & Cn. Siccius*] *M. Duilius*, ut ante dixi: itemque *C. Sicinius* ex vetuſtis libris, atque ex Diodori auctoritate, de quo etiam ante dictum eſt, lego. *Sigonius.*

1 *T. Nu-*

terim temporis fuit. ante tamen quam prodicta dies veniret, morbo moritur. cujus laudationem cum tribuni plebis impedire conarentur; plebs fraudari ſolenni honore ſupremum diem tanti viri noluit: & laudationem tam æquis auribus mortui audivit, quam vivi accuſationem audierat: & exequias frequens celebravit. Eodem 62
anno Valerius conſul, cum exercitu in Æquos profectus, quum hoſtem ad prœlium elicere non poſſet, caſtra oppugnare eſt adortus. Prohibuit fœda tempeſtas, cum grandine ac tonitribus cœlo dejecta. Admirationem deinde auxit, ſigno receptui dato adeo tranquilla ſerenitas reddita: ut velut numine aliquo defenſa caſtra oppugnare iterum, religio fuerit. omnis ira belli ad populationem agri vertit. Alter conſul Æmilius in Sabinis bellum geſſit. & ibi, quia hoſtis mœnibus ſe tenebat, vaſtati agri ſunt. Incendiis deinde, non villarum modo, ſed etiam vicorum, quibus frequenter habitabatur, Sabini exciti, quum prædatoribus occurriſſent, ancipiti prœlio digreſſi, poſtero die retulere caſtra in tutiora loca. Id ſatis conſuli viſum, cur pro victo relinqueret hoſtem; integro inde decedens bello. Inter hæc bella, manente 63
diſcordia domi, [1] T. Numicius Priſcus, A. Virginius, conſules facti. Non ultra videbatur latura plebes dilationem agrariæ legis, ultimaque vis parabatur, quum Volſcos adeſſe, fumo ex incendiis villarum fugaque agreſtium cognitum eſt. ea res maturam jam ſeditionem, prope erumpentem repreſſit. Conſules coacti extemplo ab ſenatu ad bellum; educta ex urbe juventute tranquilliorem cæteram plebem fecerunt. Et hoſtes quidem nihil aliud quam perfuſis vano timore Romanis, citato agmine abeunt. Numicius Antium adverſus Volſcos, Virginius contra Æquos profectus. ibi ex inſidiis prope magna accepta clade, virtus militum, rem prolapſam negli-

1 *T. Numitius*] *Numicius*, ut *Minucius*, videtur *c* litera eſſe ſcribendum: nam Græci Νομίκιος. *Sigonius.*

negligentia conſulis, reſtituit. Melius in Volſcis imperatum eſt. Fuſi primo prœlio hoſtes, fugaque in urbem Antium, ut tum res erant, opulentiſſimam acti. quam conſul oppugnare non auſus, [1] Cenonem aliud oppidum, nequaquam tam opulentum, ab Antiatibus cepit. Dum Æqui Volſcique Romanos exercitus tenent, Sabini uſque ad portas urbis populantes inceſſere. deinde ipſi paucis poſt diebus à duobus exercitibus, utroque per iram conſule ingreſſo in fines, plus cladium quam intu-
64 lerant, acceperunt. Extremo anno pacis aliquid fuit: ſed ut ſemper alias ſollicitæ, certamine Patrum & plebis. Irata plebs intereſſe conſularibus comitiis noluit. per Patres clienteſque Patrum conſules creati, [2] T. Quintius, Q. Servilius. [3] ſimilem annum priori conſules habent, ſeditioſa initia, bello deinde externo tranquilla. Sabini Cruſtuminos campos citato agmine tranſgreſſi, [4] quum cædes & incendia circum Anienem flumen feciſſent, à porta prope Collina mœnibuſque pulſi, ingentes tamen prædas hominum pecorumque egere. quos Servilius conſul infeſto exercitu inſecutus, ipſum quidem agmen adipiſci æquis locis non potuit: populationem adeo effuſe fecit, ut nihil bello intactum relinqueret, multiplicique capta præda rediret. Et [5] in Volſcis reſpublica egregie

1 *Cenonem oppidum*] Dionyſius non ponit nomen, ſed oppidulum maritimum vocat. Vet. lib. *Cerionem*. Sigonius.

2 *T. Quintius & Q. Servilius*] Sic vulgati. Nos copulam ex auctoritate MS. Flor. S. Marci induximus. Adde 3, 22. *Jac. Gron.*

3 *Similem annum priori conſules*] Aut hic aut præcedenti membro adſcriptitium τὸ *conſules*. Videtur ab Livio fuiſſe: *Irata plebs intereſſe conſularibus comitiis noluit. per Patres clienteſque Patrum creati T. Quinctius & Q. Servilius, ſimilem annum priori, conſules habent, ſeditioſa initia, bello deinde externo tranquillum.* nempe annum. *Initia* intelligis ejus vel anni. Sic elegantiſſime omnia intertexta. Niſi malis: *ſimilem annum prioribus conſulibus habent.* J. F. Gron.

4 *Cum cædes & incendium*] Vet. lib. *Incendia*. Sigonius.

5 *In Volſcis reſpublica egregie geſta*] Lego *res egregie geſta*, ex vet. lib. De quo dicendi genere dicam infra. Sic etiam libr. 3. *Ab altero conſule res geſta egregie eſt*. Idem.

In V. res egregie geſta] Flor. Voſſ. Helm. Rott. ne de vett. editis dicam, *reſpublica*. Et verius. vide ad lib. 8, 31. *J. F. Gron.*

gie geſta, tum ducis tum militum opera. Primum æquo campo ſignis collatis pugnatum, [1] ingenti cæde utrinque plurimo ſanguine, & Romani, quia paucitas damno ſentiendo propior erat, gradum retuliſſent, ni ſalubri mendacio conſul, fugere hoſtes ab cornu altero clamitans, concitaſſet aciem. impetu facto, dum ſe putant vincere, vicere. Conſul metuens, ne nimis inſtando renovaret certamen, ſignum receptui dedit. Interceſſere pauci dies, velut tacitis induciis utrinque quiete ſumpta: per quos ingens vis hominum [2] ex omnibus Volſcis Æquiſque populis in caſtra venit: haud dubitans, ſi ſenſerint, Romanos nocte abituros. Itaque tertia fere vigilia ad caſtra oppugnanda veniunt. Quintius ſedato tumultu, quem terror ſubitus exciverat, quum manere in tentoriis quietum militem juſſiſſet, Hernicorum cohortem in ſtationem educit: cornicines tubicineſque [3] in equis impoſitos, canere ante vallum jubet, ſollicitumque hoſtem ad lucem tenere. reliquum noctis adeo tranquilla omnia in caſtris fuere, ut ſomni quoque Romanis copia eſſet. Volſcos ſpecies armatorum peditum, quos & plures eſſe, & Romanos putabant, fremitus hinnituſque equorum, qui & inſueto ſedente equite, & inſuper aures agitante ſonitu, ſæviebant, intentos velut ad impetum
hoſtium tenuit. Ubi illuxit, Romanus integer ſatiatuſ- 65
que ſomno, productus in aciem; feſſum ſtando & vigiliis Volſcum primo impetu perculit. quamquam ceſſere magis, quam pulſi hoſtes ſunt: quia ab tergo erant cli-

vi,

1 *Ingenti cæde utrimque plurimo ſanguine*] Videntur inſiticia, *ingenti cæde*. ſtatim quoque malim, *damno ſentiendo*. Et ſic Voſſianus uterque & Rott. *J. F. Gron.*

Ingenti cæde utrimque plurimo ſanguine] Singulis adeſt ſua Venus, nec putem quidquam ſupervacuum. Τὸ *cæde* enim exprimit occiſos, τὸ *ſanguine* vulneratos tantum. 7, 8. *Multi utrinque cadunt, plures vulnera accipiunt*. 39, 4. *Pluribus ea die vulneratis quam interfectis*. 44, 42. *Ceciderunt non plus centum, vulnerati aliquanto plures ſunt*. 4, 28. *Multa utrinque vulnera, multa paſſim cædes eſt*. Jac. Gron.

2 *Ex omnibus Volſcis, Æquiſque populis*] Vox *populis*, abeſt à vet. lib. neque neceſſaria eſt. *Sigonius.*

3 *In equos impoſitos*] Vet. lib. *in equis*: ſic lib. 1 dictum eſt, *dextra in capite impoſita*. Idem.

vi, in quos poſt principia integris ordinibus tutus receptus fuit. Conſul, ubi ad iniquum locum ventum eſt, ſiſtit aciem. miles ægre teneri, clamare & poſcere, ut perculſis inſtare liceat. Ferocius agunt equites circumfuſi duci: vociferantur ſe ante ſigna ituros. Dum cunctatur conſul virtute militum fretus, loco parum fidens; conclamant ſe ituros: clamoremque res eſt ſecuta. Fixis in terram pilis, quo leviores in ardua evaderent, curſu ſubeunt. Volſcus effuſis ad primum impetum miſſilibus telis, ſaxa objacentia pedibus ingerit in ſubeuntes, turbatoſque ictibus crebris urget ex ſuperiore loco. ſic prope oneratum eſt ſiniſtrum Romanis cornu, ni referentibus jam gradum, conſul increpando ſimul temeritatem, ſimul ignaviam, pudore metum excuſſiſſet. Reſtitere primo obſtinatis animis: [1] deinde, ut in obtinentes locum vires ferebant, audent ultro gradum inferre; & clamore renovato commovent aciem. tum rurſus impetu capto enituntur atque exſuperant iniquitatem loci. Jam prope erat ut in ſummum clivi jugum evaderent, quum terga hoſtes dedere: effuſoque curſu penè agmine uno fugientes ſequenteſque caſtris incidere. In eo pavore caſtra capiuntur. qui Volſcorum effugere potuerunt, Antium petunt. Antium & Romanus exercitus ductus: paucos circumſeſſum dies deditur, nulla oppugnantium nova vi; ſed quod jam inde ab infelici pugna, caſtriſque amiſſis ceciderant animi.

EPI-

1 *Deinde ut obtinentes*] Lege ex vetuſtis exemplaribus, *Deinde ut in obtinentes locum*. Sigonius.

1 *Vi-*

EPITOME
LIBRI III.

SEditiones de agrariis legibus factæ. Capitolium ab exulibus & ſervis occupatum, cæſis iis receptum eſt. Cenſus bis actus. priore luſtro cenſa civium capita, centum quatuor & [1] *viginti millia ducenta quatuordecim, præter orbos, orbaſque. ſequenti, centum triginta duo millia quadringenta novem. Quum adverſus Æquos res male geſta eſſet, L. Quintius Cincinnatus dictator factus, quum rure intentus ruſtico operi eſſet,* [2] *ad id bellum gerendum arceſſitus eſt. Is victos hoſtes ſub jugum miſit. Tribunorum plebis numerus ampliatus eſt: ut eſſent decem, trigeſimo ſexto anno à primis tribunis plebis. Petitis per legatos, & allatis Atticis legibus, ad conſtituendas eas proponendaſque decemviri pro conſulibus ſine ullis aliis magiſtratibus creati, altero & trecenteſimo anno, quam Roma condita erat: & ut à regibus ad conſules, ita à conſulibus ad decemviros tranſlatum imperium. Ii decem tabulis legum poſitis, quum modeſte ſe* [3] *in eo honore geſſiſſent, & ob id in alterum quoque annum* [4] *eundem eſſe magiſtratum placuiſſet, duabus tabulis ad decem adjectis, quum complura impotenter feciſſent, magiſtratum noluerunt deponere, &* [5] *in tertium annum retinuerunt:* [6] *donec invicto eorum imperio finem attulit libido*

Ap.

1 *Viginti millia ducenta quatuordecim*] Putaveram hoc loco corrigi debere *quindecim* ex Livio cap. 3. quum contra vidi illic in MS. omnibus reperiri XIIII. Quare ego nullus dubitavi nunc ita edere. Sed & Sigonius ita invenit contra Rhenanum. *Jac. Gron.*

2 *Ad bellum gerendum*] Vet. lib. *Ad id bellum.* Sigonius.

3 *In honore*] Vet. lib. *Se in eo honore.* Idem.

4 *Eund. eſſe mag. placuiſſet, cum complura impotenter feciſſent*] Ex veſtigiis depravatæ antiquæ lectionis, & ex Livianis verbis, ita hæc verba legenda ſunt, *Duabus tabulis ad decem adjectis, cum complura impotenter feciſſent.* Idem.

5 *In tertium annum detinuerant*] Vetus lectio, *Retinuerunt.* Idem.

6 *Donec invicto eorum imperio*] Quare *invicto*? an quia ſine provocatione erat. Ut de dictatura lib. 6. *Invicta ſibi quadam patientiſſima juſti imperii civitas fecerat.* Lib. 3. *Vincebatur conſulare imperium.* Gryphius edidit, *invito.* Potius *injuſto.* Infra: *Cupiditas in injuſta dominatione retinenda.* Et ſic quoque Muretus. *J. F. Gron.*

1 *Hi-*

Digitized by Google

Ap. Claudii. Qui quum in amorem virginis incidiſſet, ſubmiſſo, qui eam in ſervitutem peteret; neceſſitatem patri ejus Virginio impoſuit, rapto ex taberna proxima cultro, ut filiam interimeret, cum aliter eam tueri non poſſet, ne in poteſtatem ſtuprum illaturi veniret. Hoc tam magnæ luxuriæ exemplo plebs incitata, montem Aventinum occupavit: coëgitque decemviros abdicare ſe magiſtratu. ex quibus Appius, & unus collegarum, qui præcipue pœnam meruerant, in carcerem conjecti; cæteri in exilium acti. Res præterea contra Sabinos, & Volſcos, & Æquos proſpere geſtas continet. & parum honeſtum populi Romani judicium: qui judex inter Ardeates & Aricinos ſumptus, agrum de quo ambigebatur, ſibi adjudicavit.

1 ANTIO capto Tib. Æmilius & Q. Fabius conſules fiunt. [1] Hic erat Fabius Quintus, qui unus exſtinctæ ad Cremeram genti ſuperſuerat. Jam priore conſulatu Æmilius dandi agri plebi fuerat auctor. Itaque ſecundo quoque conſulatu ejus, & agrarii ſe in ſpem legis erexerant; & tribuni, rem contra conſules ſæpe tentatam, adjutore utique conſule, obtineri poſſe rati, ſuſcipiunt: & conſul manebat in ſententia ſua. Poſſeſſores & magna pars Patrum, tribuniciis ſe jactare actionibus principem civitatis, & largiendo de alieno popularem fieri querentes, totius invidiam rei à tribunis in conſulem averterant. Atrox certamen aderat, ni Fabius conſilio neutri parti acerbo rem expediſſet. T. Quintii ductu & auſpicio agri capti

1 *Hic erat Fabius, qui unus*] MSS. & vett. edd. uſque ad Baſileenſem: *Fabius Quintius, qui unus.* ea primum delevit τὸ *Quintius.* Mogunt. *Hic erat Fabius Quintus.* Hoc verum puto. nec novum videri debuit prænomen nomini poſtponi. Hoc lib. cap. 29. *Minucio Fabius Quintus ſucceſſor in Algidum miſſus.* Ubi quum vulgo ſolum nomen haberetur, *Q. Fabius* reddidit Sigonius: ſed Flor. Voſſ. Pall. omnes edd. vet. ab Andrea uſque ad Gryphium, qui omiſit, volunt iſtud exhibendo, *Fabius Quintius.* Sic alibi *Manlium Cnæum* dixit. Sic Ciceronis *Pola Servius.* Sic apud Senecam *Vinicium Publium* deteximus. Suetonius Tiberio c. 2. *Contra Claudius Appius Regillianus decemvir.* J. F. Gron.

1 Hæc

capti priore anno aliquantum à Volſcis eſſe. Antium propinquam, opportunam, & maritimam urbem, coloniam deduci poſſe: ita ſine querelis poſſeſſorum plebem in agros ituram, civitatem in concordia fore. [1] Hæc ſententia accepta eſt. Triumviros agro dando creat T. Quintium, A. Virginium, P. Furium. juſſi nomina dare, qui agrum accipere vellent. Fecit ſtatim (ut fit) faſtidium copia; adeoque pauci nomina dedere, ut ad explendum numerum coloni Volſci adderentur: cætera multitudo poſcere Romæ agrum malle, quam alibi accipere. Æqui à Q. Fabio (is eo cum exercitu venerat) pacem petiere, irritamque eam ipſi ſubita incurſione in agrum Latinum fecere. Q. Servilius inſequenti anno, 2
(is enim cum Sp. Poſtumio conſul fuit) in Æquos miſſus, in Latino agro ſtativa habuit. [2] intra caſtra quies neceſſaria morbo implicitum exercitum tenuit. Extractum in tertium annum bellum eſt, Q. Fabio & T. Quintio conſulibus. Fabio extra ordinem, quia is victor pacem Æquis dederat, ea provincia data. qui haud dubia ſpe profectus, famam nominis ſui pacaturam Æquos, legatos in concilium gentis miſſos nunciare juſſit, *Q. Fabium Cos. dicere, ſe ex Æquis pacem Romam tuliſſe, ab Roma Æquis bellum afferre, eadem dextra armata, quam pacatam illis antea dederat. quorum id perfidia & perjurio fiat, Deos nunc, teſtes eſſe, mox fore ultores. Se tamen, utcumque ſit, etiam nunc, pœnitere ſua ſponte Æquos, quam pati hoſtilia, malle. Si pœniteat, tutum receptum ad expertam clementiam fore: ſin perjurio gaudeant, Diis magis iratis quam hoſtibus geſturos bellum.* Hæc dicta adeo nihil moverunt quemquam, ut legati

prope

1 *Hæc ſententia accepta eſt: Triumviros agro dando creat*] Editi ante Rhenanum *creant* & ſic quoque Voſſ. uterque, Rott. Forte: *Hac ſententia accepta, triumviros agro dando creant.* J. F. Gron.

2 *Intra caſtra quies neceſſaria*] Campanum ſic habere intelligo, quem inter meos primum video ſecutum Juntam. Andreas, Tar. Bec. Ven. Alc. Mog, duobus prioribus vocabulis deficiuntur. Flor. tres Pall. Voſſ. Helm. Rott. *Stativa habuit caſtra, quies:* Lege: *Stativa habuit. Caſtris quies.* Ut hoc libro: *Nulla magnopere clade accepta caſtris ſe pavidus tenuit.* Idem.

1 Quid

prope violati ſint; exercituſque in Algidum adverſus Romanos miſſus. Quæ ubi Romam ſunt nunciata, indignitas rei magis quam periculum, conſulem alterum ab urbe excivit. ita duo conſulares exercitus ad hoſtem acceſſere, acie inſtructa, ut confeſtim dimicarent. Sed quum forte haud multum diei ſupereſſet, unus ab ſtatione hoſtium exclamat: *Oſtentare hoc eſt, Romani, non gerere bellum. in noctem imminentem aciem inſtruitis. longiore luce ad id certamen quod inſtat, nobis opus eſt. Craſtino die oriente ſole redite in aciem: erit copia pugnandi, ne timete.* His vocibus irritatus miles in diem poſterum in caſtra reducitur; longam venire noctem ratus, quæ moram certamini faceret. Tum quidem corpora cibo ſomnoque curant. ubi illuxit poſtero die, prior aliquanto conſtitit Romana acies; tandem & Æqui proceſſere. Prœlium fuit utrinque vehemens, [1] quod & Romanus ira odioque pugnabat; & Æquos conſcientia contracti culpa periculi, & deſperatio futuræ ſibi poſtea fidei, ultima audere & experiri cogebat. Non tamen ſuſtinuere aciem Romanam Æqui: pulſique quum in fines ſuos ſe recepiſſent, nihilo inclinatioribus ad pacem animis ferox multitudo increpare duces, quod in aciem, qua pugnandi arte Romanus excellat, commiſſa res ſit. Æquos populationibus incurſionibuſque meliores eſſe, & multas paſſim manus, quam magnam molem unius exercitus,
3 rectius bella gerere. Relicto itaque caſtris præſidio, egreſſi tanto cum tumultu invaſere fines Romanos, ut ad urbem

urbem

1 *Quod & Romanus miles ira odioque pugnabat*] Expunxi τὸ *miles* volentibus MSS. & impreſſis antiquis ante Curionem. is primus hoc centone auctior. Sed nec illud inſolens. Lib. 4. *Romanus odio incenſus, impium Fidenatem, prædonem Vejentem compellans factis ſimul dictiſque odium explet.* Lib. 6 dictator ad milites: *Veniat in mentem unicuique deos eſſe, qui Romanum adjuvent.* Lib. 34, 4. *Mirantes barbari a tergo apparuiſſe Romanum.* Sic MSS. & veteres. Vulgo, *Romanos.* Tacitus 12 annalium 58. *Romanum Troja demiſſum & Juliæ ſtirpis auctorem Æneam aliaque haud procul fabulis facunde exſequutus.* i. e. Romanos Troja demiſſos. Juſtinus lib. 31. *Juvabat Ilienſes, nepotes ſuos, Occidente & Africa domita, Aſiam ut avitum regnum vindicare.* Nihil itaque addendum Tacito, ut ſuſpicabatur vir ſummus. *J. F. Gron.*

1 *Qui*

Digitized by Google

urbem quoque terrorem pertulerint. necopinata etiam res plus trepidationis fecit, quod nihil minus quam ne victus, ac prope in caſtris obſeſſus hoſtis, memor populationis eſſet, timeri poterat. agreſteſque pavidi incidentes portis non populationem, nec prædonum parvas manus, ſed omnia vano augentes timore, exercitus & legiones adeſſe hoſtium, & infeſto agmine ruere ad urbem, clamabant. Ab his proximi audita incerta, eoque vaniora, ferre ad alios. curſus clamorque vocantium ad arma, haud multum à pavore captæ urbis abeſſe. Forte ab Algido Quintius conſul redierat Romam: id remedium timori fuit. tumultuque ſedato, victos timeri increpans hoſtes, præſidia portis impoſuit. Vocato deinde ſenatu, quum ex auctoritate Patrum juſtitio indicto profectus ad tutandos fines eſſet, Q. Servilio præfecto urbis relicto, hoſtem in agro non invenit. Ab altero conſule res geſta egregie eſt. [1] qui qua venturum hoſtem ſciebat, gravem præda, eoque impeditiore agmine incedentem aggreſſus, funeſtam ei populationem fecit. Pauci hoſtium evaſere ex inſidiis: præda omnis recepta eſt. ſic finem juſtitio quod quatriduum fuit, reditus Quintii conſulis in urbem fecit. Cenſus deinde actus, & conditum à Quintio luſtrum. [2] cenſa civium capita centum quatuor & viginti millia ducenta quindecim dicuntur; præter orbos orbaſque. In Æquis nihil deinde memorabile actum. in oppida ſua ſe recepere, uri ſua populari-

rique

1 *Qui qua venturum hoſtem ſciebat*] Forſan divinabat Rhenanus, cum hic aliquid ſupereſſe putaret: ſed quod recidendum poſſit videri, *τὸ qui*, non advertit hominem. nam in iſtis: *funeſtam ei populationem fecit*: pronomen non magis abeſſe poteſt, quam in his lib. 1. *Armatus mihi ſibique, ſi vos viri eſtis, peſtiferum hinc abſtulit gaudium.* Lib. 8. *Cade inermes, cruentamque illis prædam redde.* Lib. 27. *Ire adverſus eum, brevem illi lætitiam, qua exſultet, facturum.* J. F. Gron.

2 *Cenſa ſunt civium capita centum quatuor, & viginti millia* CCXIV.] Hic numerus eſt in omnibus libris, & bene habet. Hoc admoneo, ne quis Rhenanum ſequatur, qui putat legendum *quater centena millia* CCXIV non intelligens hanc ſummam civium his temporibus non convenire: nam per multos annos CC & CCC millia cenſa ſunt: ſero autem CCCC millia, ut infra oſtendam. *Sigonius.*

1 *Con-*

rique paſſi. Conſul, quum aliquoties per omnem hoſtium agrum infeſto agmine populabundus iſſet, cum
4 ingenti laude prædaque Romam rediit. [1] Conſules inde A. Poſtumius Albus, Sp. Furius Fuſus. Furios Fuſios ſcripſere quidam: id admoneo, ne quis immutationem virorum ipſorum eſſe, quæ nominum eſt, putet. Haud dubium erat, quin cum Æquis alter conſulum bellum gereret. Itaque Æqui ab Ecetranis Volſcis præſidium petiere, quo cupide oblato (adeo civitates hæ perpetuo in Romanos odio certavere) bellum ſumma vi parabatur. Sentiunt Hernici, & prædicunt Romanis, Ecetranum ad Æquos deſciſſe. ſuſpecta & colonia Antium fuit, quod magna vis hominum inde, quum oppidum captum eſſet, confugiſſet ad Æquos. iſque miles per bellum Æquicum vel acerrimus fuit. Compulſis deinde in oppida Æquis, ea multitudo dilapſa quum Antium rediſſet, ſua ſponte jam infidos colonos Romanis abalienavit. Nec dum matura re, quum defectionem parari delatum ad ſenatum eſſet, datum negotium eſt conſulibus, ut principibus coloniæ Romam excitis, quærerent, [2] quidnam rei eſſet. qui quum haud [3] gravate veniſſent, introducti à conſulibus ad ſenatum, ita reſponderunt ad interrogata, ut magis ſuſpecti quam venerant, dimitterentur. Bellum inde haud dubium haberi. Sp. Furius, conſulum alter, cui ea provincia evenerat, profectus in Æquos, Hernicorum in agro populabundum hoſtem invenit: ignaruſque multitudinis, quia nuſquam

1 *Conſules inde Poſtumius Albus, Sp. Furius*] Legendum *A. Poſtumius Albus, Sp. Furius Fuſus*, prætermiſſum eſt enim prænomen prioris conſulis, quod & apud Dionyſium eſt, & in Capitolinis conſulibus, & ab ipſo infra affertur. Veteres autem libri in poſteriore conſule habent, *Sp. Furius Fuſcus*, mendoſe, pro *Fuſus*. Quod fuit *Furiorum* cognomen, ut *Julus* Juliorum. Quod ex Capitolinis fragmentis intelligi poteſt. *Sigonius*.

2 *Quidnam rei eſſet*] Borb. Flor. duo Pall. & Voſſ. Rott. Chiſſ. Helm. *quid rei eſſet*. Ut & Campanus edidit. Pal. tertius, *qui rei eſſent*. Videtur ſcribendum: *quid id rei eſſet*. J. F. Gron.

3 *Gravate veniſſ.*] Vet. Lib. *gravatim*. utrumque recte. *Sigonius*.

1 *Pro-*

nuſquam univerſa conſpecta fuerat, imparem copiis exercitum temere pugnæ commiſit. primo concurſu pulſus ſe in caſtra recepit. neque is finis periculi fuit, namque & proxima nocte & poſtero die tanta vi caſtra ſunt circumſeſſa atque oppugnata, ut ne nuncius quidem inde mitti Romam poſſet. Hernici & male pugnatum, & conſulem exercitumque obſideri, nunciaverunt. tantumque terrorem incuſſere Patribus, ut (quæ forma ſenatuſconſulti ultimæ ſemper neceſſitatis habita eſt) Poſtumio alteri conſulum negotium daretur, Videret ne quid reſpubl. detrimenti caperet. Ipſum conſulem Romæ manere ad conſcribendos omnes qui arma ferre poſſent, optimum viſum eſt: [1] proconſule T. Quintium ſubſidio caſtris cum ſociali exercitu mitti. ad eum explendum Latini Hernicique, & colonia Antium dare Quintio ſubitarios milites (ita tum repentina auxilia
appellabant) juſſi. Multi per eos dies motus, multique 5
impetus hinc atque illinc facti, quia ſuperante multitudine hoſtes carpere multifariam vires Romanas, ut non ſuffecturas ad omnia, aggreſſi ſunt. ſimul caſtra oppugnabantur, ſimul pars exercitus ad populandum agrum Romanum miſſa; urbemque ipſam, ſi qua fortuna daret, tentandam. L. Valerius ad præſidium urbis relictus, conſul Poſtumius ad arcendas populationes finium miſſus. Nihil remiſſum ab ulla parte curæ aut laboris. vigiliæ in urbe, ſtationes ante portas, præſidiaque in muris diſpoſita: & (quod neceſſe erat in tanto tumultu) juſtitium per aliquot dies ſervatum. Interim in caſtris

1 *Proconſulem T. Quint. ſubſidio caſtris*, &c.] Vet. lib. *proconſule*. Proconſulatus autem non eſt magiſtratus, ſed imperium, quod aut extra ordinem privato datum eſt, ut hoc loco T. Quinctio, aut ex conſulatu prorogatum eſt, ut Q. Publilio Philoni, de quo Livius poſtea lib. 8 ita: *Actum cum tribunis plebis eſt, ad populum ferrent, ut cum Publilius Philo conſulatu abiſſet, pro conſule rem gereret*. Et paulo poſt: *Duo ſingularia hæc ei viro contigere, prorogatio imperii non ante in ullo facta, & acto honore triumphus*. In Capitolinis etiam triumphis *Q. Publilius Philo* primus *pro conſule* fuiſſe traditur. *Sigonius*.

Digitized by Google

ſtris Furius Cos. quum primo quietus obſidionem paſſus eſſet, in incautum hoſtem decumana porta erupit: & quum perſeqtui poſſet, metu ſubſiſtit, ne qua ex parte altera in caſtra vis fieret. Furium legatum (frater idem conſulis erat) longius extulit curſus: nec ſuos ille redeuntes perſequendi ſtudio, neque hoſtium ab tergo incurſum vidit. ita excluſus, multis ſæpe fruſtra conatibus captis, ut viam ſibi ad caſtra faceret, acriter dimicans, cecidit. Et conſul nuncio circumventi fratris converſus ad pugnam, [1] dum ſe temere magis quam ſatis caute [2] in mediam dimicationem infert, vulnere accepto, ægre ab circumſtantibus ereptus, & ſuorum animos turbavit, & ferociores hoſtes fecit. qui cæde legati, & conſulis vulnere accenſi, nulla deinde vi ſuſtineri potuere, [3] quum compulſi in caſtra Romani rurſus obſiderentur, nec ſpe, nec viribus pares: veniſſetque in periculum ſumma rerum, ni T. Quintius peregrinis copiis cum Latino Hernicoque exercitu ſubveniſſet. Is intentos in caſtra Romana Æquos, legatique caput ferociter oſtentantes, ab tergo adortus, ſimul ad ſignum à ſe procul editum ex caſtris eruptione facta, magnam vim hoſtium circumvenit. Minor cædes, fuga effuſior Æquorum in agro fuit Romano. in quos palatos, prædam agentes, Poſtumius aliquot locis, quibus opportuna impoſuerat præſidia, impetum dedit. ii vagi diſſipato agmine fugientes, in Quintium victorem cum ſaucio conſule revertentem incidere. Tum conſularis exercitus egregia pugna

1 *Dum ſe temere magis quam caute*] MSS. & vett. edd. ne Gryphio quidem excepto: *temere magis quam ſatis caute.* rotundiore, ut videtur, dictione & prægnantiore ſententia. *J. F. Gron.*

2 *In mediam dimicationem*] Flor. *in medio dimicationis.* Forte: *in medium dimicationis.* 2, 56. *Ad ultimum dimicationis rem venturam.* Idem.

3 *Quum compulſi in caſtra*] Palat. & Voſſ. 1. *Nulla deinde vi ſuſtineri potuere, quin compulſi in caſtra Romani rurſus obſiderentur.* Certe, *quum*, quod vulgo eſt, ſcopas reddit diſſolutas. Et videtur ratio loquendi imperare; *quin compulſos in caſtra Romanos rurſus obſiderent.* Niſi malis: *Quum compulſi*, &c. *veniſſet in periculum.* Aſcenſius, ſi forte malis, edidit: *potuere. Compulſi in caſtra Romani rurſus obſidebantur.* Idem.

1 *Quin-*

pugna consulis vulnus, legati & cohortium ultus eſt cædem. magnæ clades ultro citroque illis diebus & illatæ & acceptæ. Difficile ad fidem eſt in tam antiqua re, quot pugnaverint, ceciderintve, exacto affirmare numero: audet tamen Antias Valerius concipere ſummas: Romanos cecidiſſe in Hernico agro [1] quinque millia ac trecentos: ex prædatoribus Æquorum, qui populabundi in finibus Romanis vagabantur, ab A. Poſtumio conſule duo millia quadringentos cæſos: cæteram multitudinem prædam agentem quæ inciderit in Quintium, nequaquam pari defunctam eſſe cæde. interfecta inde quatuor millia, & exſequendo ſubtiliter numerum CC ait & XXX. [2] Inde Romam reditum eſt: juſtitium remiſſum. Cœlum viſum eſt ardere plurimo igni: portentaque alia aut obverſata oculis, aut vanas exterritis oſtentavere ſpecies. His avertendis terroribus in triduum feriæ indictæ, per quas omnia delubra pacem Deûm expoſcentium virorum mulierumque turba implebantur. Cohortes inde Latinæ Hernicæque ab ſenatu, gratiis ob impigram militiam actis, remiſſæ domos. Antiates mille milites, quia ſerum auxilium [3] poſt prœlium venerat, prope cum ignominia dimiſſi. [4] Comitia inde habita. creati 6
conſu-

1 *Quinque millia*] Hæc ſumma ſuperat fidem, id quod ex Dionyſio intelligi poteſt. Itaque placet magis vetus lectio: *Duo millia.* & paulo poſt, non *duo millia*, ſed *tria.* Sigonius.

2 *Inde Romam red. eſt: juſtit. remiſſum eſt*] Vet. lib. *Juſtitium remiſſum:* quod placet, ne bis ponatur, *eſt*. Idem.

Inde Romam reditum eſt, juſtitium remiſſum eſt] Rhenanus ex Borb. propinat: *Ut Romam:* ſine τοῦ *Inde*, Sigonius hoc diſſimulato poſterius *Eſt* tollit. And. Schottus profert & ſequitur è vet. libro: *Inde ut Romam.* Sed ambo libri, & Sigonianus & Schottanus, ſuſpecti. Nam Flor. Voſſ. Hel. Pal. And. Camp. Tarviſ. utrumque Venetum, Bechar. Mog. Aſcenſii, hæc, inquam, omnia exemplaria: *Numerum* CC *ait &* XXX. *Ut Romam reditum eſt, juſtitium remiſſum eſt.* Τὸ *Inde* apud me in primo videtur Junta, deinde Frobenio. Suſpicor: *& exſequendo ſubtiliter numerum* CC *ait &* XXXVI. *Romam reditum & juſtitium remiſſum eſt.* J. F. Gron.

3 *Poſt prælium venerat*] Andreas Bech. Voſſ. 1, Flor. Rott. *venerant.* Sed etiam pro duabus prioribus habent Pall. o. Chifl. Voſſ. 2. *poſt prædam*, Voſſ. 1. *poſt bellum.* Forte: *Poſt rem actam venerant.* Lib. 17. *Haſdrubal & Mago venere, ſerum poſt male rem geſtam auxilium.* Idem.

4 *Comitia inde habita*] Vet. lib. *deinde.* Sigonius.

conſules L. Æbutius, P. Servilius, [1] Kalendis Sextilibus, ut tunc principium anni agebatur, conſulatum ineunt. Grave tempus & forte annus peſtilens erat urbi agriſque, nec hominibus magis quam pecori, & auxere vim morbi terrore populationis pecoribus agreſtibuſque in urbem acceptis. Ea colluvio miſtorum omnis generis animantium, & odore inſolito urbanos & agreſtem confertum in arcta tecta æſtu ac vigiliis angebat, miniſteriaque invicem ac contagio ipſa vulgabant morbos. Vix inſtantes ſuſtinentibus clades, repente legati Hernici nunciant, in agro ſuo Æquos Volſcoſque conjunctis copiis caſtra poſuiſſe. inde ingenti exercitu fines ſuos depopulari. Præterquam quod infrequens ſenatus indicio erat ſociis afflictam civitatem peſtilentia eſſe; mœſtum etiam reſponſum tulere: ut per ſe ipſi Hernici cum Latinis res ſuas tutarentur. Urbem Romanam ſubita Deûm ira morbo populari. Si qua ejus mali quies veniat, ut anno ante, ut ſemper alias, ſociis opem laturos. Diſceſſere ſocii, pro triſti nuncio [2] triſtiorem domum referentes; quippe quibus per ſe ſuſtinendum bellum erat, quod vix Romanis fulti viribus ſuſtinuiſſent. Non diutius ſe in Hernico hoſtis continuit. pergit inde infeſtus in agros Romanos; etiam ſine belli injuria vaſtatos. Ubi quum obvius nemo ne inermis quidem fieret, perque omnia non præſidiis modo deſerta, ſed etiam cultu agreſti, tranſirent; pervenere ad tertium lapidem Gabina via. Mortuus Æbutius erat Romanus conſul. collega ejus Servilius exigua in ſpe trahebat animam; affecti plerique principum, Patrum major pars, militaris fere ætas omnis: ut non modo ad expeditiones quas in tanto tumultu res poſcebat, ſed vix ad quietas ſtationes viribus ſufficerent. Munus vigiliarum ſenatores, qui per ætatem

1 *Calendis*] In antiquis & libris & lapidibus *Kalendæ* ſcribuntur, non *Calendæ*. Sigonius.

2 *Triſtiorem*] Vet. libr. *triſtiora* Idem.

tatem ac valetudinem poterant, per ſe ipſi obibant: [1] cir-
cuitio ac cura ædilium plebei erat. ad eos ſumma rerum
ac majeſtas conſularis imperii venerat. Deſerta omnia, 7
ſine capite, ſine viribus, Dii præſides ac fortuna Urbis
tutata eſt, quæ Volſcis Æquiſque, prædonum potius
mentem quam hoſtium dedit. adeo enim nulla ſpes non
potiundi modo, [2] ſed ne adeundi quidem Romana mœ-
nia animos eorum cepit: tectaque procul viſa atque im-
minentes tumuli avertere mentes eorum: ut totis paſ-
ſim caſtris fremitu orto; [3] quid in vaſto ac deſerto agro
inter tabem pecorum hominumque, deſides ſine præda
tempus tererent: quum integra loca, Tuſculanum a-
grum, opimum copiis, petere poſſent; ſigna repente
convellerent: tranſverſiſque itineribus per [4] Lavicanos
agros in Tuſculanos colles tranſirent. [5] eo vis omnis tem-
peſtaſque belli converſa eſt. Interim Hernici Latinique,
pudore etiam, non miſericordia ſolum, moti, ſi nec
obſtitiſſent communibus hoſtibus, infeſto agmine Ro-
manam urbem petentibus, nec opem ullam obſeſſis ſo-
ciis ferrent, conjuncto exercitu Romam pergunt. Ubi
quum hoſtes non inveniſſent, ſecuti famam ac veſtigia,
obvii fiunt deſcendentibus [6] ab Tuſculano in Albanam
vallem. ibi haudquaquam æquo prœlio pugnatum eſt: fi-
deſque ſua ſociis parum felix in præſentia fuit. Haud mi-
nor Romæ fit morbo ſtrages, quam quanta ferro ſocio-
rum facta erat. conſul qui unus ſupererat, moritur. mor-
tui

1 *Circuitio ac cura ædilium plebis erat*] Quidam amphibolon putant. Nam ſi poſt *ædilium* diſtinguas, videtur dicere velle, Quæ cura ædilium eſſe conſueverat, eam plebis nunc factam. Sed mihi ſenſus videtur conjunctim legendo: Quæ munia proceres obire debebant,, ea ad ædiles plebis perveniſſe. *Glareanus.*

2 *Sed ne adeundi quidem Romana mœnia*] Dionyſ. ait Volſcos Æquoſque urbem tentaſſe, ſed fruſtra id conatos. Ipſe Livius paulo poſt Romanos ab hoſtibus obſeſſos ait: hic vero, non auſos adire Romana mœnia. *Idem.*

3 *Quid in vaſto ac deſerto agro*] Delendum videtur τὸ *Quid*. Tan. Faber.

4 *Labicanos agros*] Vet. lib. *Lavicanos*. Sigonius.

5 *Eo vis omnis converſa eſt*] Vet. lib. *obverſa eſt*. Sic lib. 6 *obverti aciem* dixit. *Idem.*

6 *A Tuſculano*] Vet. lib. *Ab Tuſculano*. Idem.

Digitized by Google

tui & alii clari viri, M. Valerius, [1] T. Virginius Rutilus, augures; Ser. Sulpicius, Curio Maximus; & per ignota capita late evagata eſt vis morbi: inopſque ſenatus auxilii humani, ad Deos populum ac vota vertit. juſſi cum conjugibus ac liberis ſupplicatum ire, pacemque expoſcere Deûm. Ad id quod ſua quemque mala cogebant, auctoritate publica evocati, omnia delubra implent. [2] ſtratæ paſſim matres crinibus templa verrentes, veniam irarum cœleſtium, finemque peſti expoſcunt.

8 Inde paullatim, ſeu pace Deûm impetrata, ſeu graviore tempore anni jam circumacto, defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe incipere: verſiſque animis jam ad publicam curam, quum aliquot interregna exiſſent, P. Valerius Publicola, tertio die quam interregnum inierat, conſules creat L. Lucretium Tricipitinum, & T. Veturium Geminum; ſive ille Vetuſius fuit. Ante diem tertium Idus Sextiles conſulatum ineunt, jam ſatis valida civitate, ut non ſolum arcere bellum, ſed ultro etiam inferre poſſet. Igitur nunciantibus Hernicis, in fines ſuos tranſcendiſſe hoſtes; impigre promiſſum auxilium. duo conſulares exercitus ſcripti. Veturius miſſus in Volſcos ad bellum ultro inferendum. Tricipitinus populationibus arcendis ſociorum agro oppoſitus, non ultra quam in Hernicos procedit. Veturius primo prœlio hoſtes fundit fugatque. Lucretium, dum in Hernicis ſedet, prædonum

1 *T. Virginius Rutilius*] *Rutilius* nomen eſt gentis, ut in *P. Rutilio Lupo*. Hic autem cognomen quæritur. Ergo *Rutilus* ſcribendum, quod in Capitolinis fragmentis eſt. *Rutilius* quidem ea de cauſa reſpuitur, quod cognomina in *ius* non deſinant ea terminatione, quæ patronymicum ſignificat. Itaque *Rutilius*, *Flavius*, *Flaminius*, *Licinius*, *Pacilius* & ejuſmodi alia, quæ in vulgatis libris pro cognominibus uſurpantur, ſunt corrigenda, *Rutilus*, *Flavus*, *Flaminus*, *Licinus*, *Pacilus*. Sigonius.

2 *Stratæ paſſim matres crinibus templa verrentes, veniam irarum cœleſtium finemque peſti expoſcunt*] In placandis enim diis ſupplices procumbebant, limina oſculabantur, poſti caput allidebant, & per templum ad ſacram aram accedebant, aut ad ſedem ejus Dei, quem placare cupiebant, ſupplices repebant: etiam matronæ, ſuis crinibus ſolum templi ſtratæ verrebant. Vide Turneb. lib. 29 cap. 30 Adverſ.

1 *Inde*

Digitized by Google

donum agmen feſellit, ſupra montes Præneſtinos ductum, [1] inde demiſſum in campos. Vaſtavere agros Præneſtinum Gabinumque: ex Gabino in Tuſculanos flexere colles. urbi quoque Romæ ingens præbitus terror, magis in re ſubita, quam quod ad arcendam vim parum virium eſſet. Q. Fabius præerat urbi. is armata juventute, diſpoſitiſque præſidiis, tuta omnia ac tranquilla fecit. Itaque hoſtes præda ex proximis locis rapta, appropinquare urbi non auſi, quum circumacto agmine redirent, quanto longius ab urbe hoſtium abſcederent, eo ſolutiore cura in Lucretium incidunt conſulem, jam ante exploratis itineribus ſuis inſtructum, & ad certamen intentum. Igitur præparatis animis, repentino pavore perculſos adorti, aliquanto pauciores multitudinem ingentem fundunt, fugantque. & compulſos in cavas valles, [2] quum exitus haud in facili eſſent, circumveniunt. Ibi Volſcum nomen prope deletum eſt. tredecim millia quadringentos ſeptuaginta cecidiſſe in acie ac fuga, mille ducentos quinquaginta vivos captos, ſigna viginti ſeptem militaria relata, in quibuſdam annalibus invenio. ubi etſi adjectum aliquid numero ſit, magna certe cædes fuit. Victor conſul ingenti præda potitus, eadem in ſtativa rediit. Tunc conſules caſtra conjungunt: & Volſci Æquique afflictas vires ſuas in unum contulere. Tertia

1 *Inde dimiſſum in campos vaſtavere*] Muta diſtinctionem & ſcribe: *Lucretium, dum in Hernicis ſedet, prædonum agmen feſellit, ſupra montes Præneſtinos ductum, inde demiſſum in campos. Vaſtavere agros Præneſtinum Gabinumque.* J. F. Gron.

2 *Cum exitus haud in facili eſſent*] Vet. lib. *Cum exitus haud inde faciles eſſent.* Sigonius.

Quum exitus haud in facili eſſent] Sic Rhenani, ſic Modii, ſic Pall. codices. Quid igitur Sigonius: *haud inde faciles eſſent.* Hoc libro infra: *adeo moderatio libertatis, dum æquari velle ſimulando ita ſe quiſque extollit, ut deprimat alium, in difficili eſt.* Seneca de Clement 1, 7. *At cui ultio in facili eſt, is omiſſa ea certam laudem manſuetudinis conſequitur.* Plinius 18, 28. *Contentus ita probaſſe, opes ſibi, cum vellet, in facili fore.* Quid Gruterus ex Andrea maluit, *exitus eſſet*? Quaſi neſcirent eſſe plures. Liv. lib. 39 de Hannibale: *ſeptem exitus è domo fecerat; ex iis quoſdam occultos, ne cuſtodia ſepirentur.* Et apud Ciceronem *clauſum ad exitus.* Hoc libro: *priuſquam undique vallo clauderent exitus.* Alibi: *Iniqua & difficilia ad exitus loca.* J. F. Gron.

P 4 1 C. Te-

tia illa pugna eo anno fuit. eadem fortuna victoriam de-
9 dit. fuſis hoſtibus etiam caſtra capta. Sic res Romana in
antiquum ſtatum rediit: ſecundæque belli res extemplo
urbanos motus excitaverunt. [1] C. Terentillus Arſa, tribunus plebis eo anno fuit. is conſulibus abſentibus ratus locum tribuniciis actionibus datum, per aliquot dies Patrum ſuperbiam ad plebem criminatus; maxime in conſulare imperium, tamquam nimium, nec tolerabile liberæ civitati, invehebatur: *nomine enim tantum minus invidioſum, re ipſa prope atrocius quam regium eſſe. Quippe duos pro uno dominos acceptos* [2] *immoderata, infinita poteſtate: qui ſoluti atque effrenati ipſi, omneis metus legum omniaque ſupplicia verterent in plebem. Quæ ne æterna illis licentia ſit, legem ſe promulgaturum, ut quinque viri creentur legibus de imperio conſulari ſcribendis. Quod populus in ſe jus dederit, eo conſulem uſurum: non ipſos libidinem ac licentiam ſuam pro lege habituros.* Qua promulgata lege, quum timerent Patres, ne abſentibus conſulibus jugum acciperent, ſenatus à præfecto urbis Q. Fabio vocatur; qui adeo atrociter in rogatio-

1 *C. Terentillus Arſa*] Vet. lib. *Terentilus*: Legendum eſt *Terentius*. Et paulo poſt, *Lex Terentia*, ex Dionyſio, & ratione gentium, & legum Romanarum. *Sigonius.*

2 *Immoderata, infinita poteſtate*] Vet. lib. *Infinitaque poteſtate.* Idem.

Immoderata, infinita poteſtate] Quis crederet hæc ſollicitari? Titius tamen: *in eos delata infinita poteſtate*: compreſſus à Villiomaro: qui & ipſe fruſtra offenditur *infinita poteſtate*, quod fuerit annua, legitque: *immoderata vi, finita poteſtate.* Nam primo τὸ *infinita* non proprie tempus reſpicit, ſed magnitudinem, & quam late pateat, quaſi diceret, qui poteſtatis nec modum nec finem haberent. Cicero lib. 2 in Verr. *Poſtquam M. Antonii infinitum illud imperium ſenſerant.* Sic effuſiones pecuniarum vocat in 2 de Off. *infinitos ſumptus*, qui tamen brevi, ut ipſe ait, fontem ipſum benignitatis exhauriunt. Valerius Maximus lib. 5, 7. *Antiochus novercæ Stratonices infinito amore correptus.* Id eſt, immoderato, intemperantiſſimo, inſanabili. Male Lipſius *infrunito* conjecit; pejus Colerus, qui etiam edidit. Cicero lib. 4 Tuſc. *De L. Bruto fortaſſe dubitarim, an propter infinitum odium tyranni effrenatius in Aruntem invaſerit.* Ovidius 13 Met. *Hunc ego, me Cyclops nullo cum fine petebat.* Cicero 2 agraria: *Cum imperio, cum judicio omnium rerum, cum infinita poteſtate.* Deinde cogitandum ad invidiam hæc exaggerari ab inimico conſulatus: itaque non ab eo exigendum, ut nihil ſupra modum dicat. Sed & defectus conjunctionis & velut hiatus graviorem ponderoſioremque reddit orationem: eoque nihil moramur Sigonianum *infinitaque*. J.F.Gron.

1 *Siſi*

gationem latoremque ipſum eſt invectus, ut nihil, ſi ambo conſules infeſti circumſtarent tribunum, relictum minarum atque terroris ſit: *inſidiatum eum, & tempore capto adortum rempublicam. Si quem ſimilem ejus priore anno inter morbum bellumque, irati Dii tribunum dediſſent, non potuiſſe* [1] *ſiſti. Mortuis duobus conſulibus, jacente ægra civitate in colluvione omnium rerum, ad tollendum è republica conſulare imperium laturum leges fuiſſe; ducem Volſcis Æquiſque ad oppugnandam urbem futurum.* [2] *Quid? tandem illi non licere, ſi quid conſules ſuperbe in aliquem civium aut crudeliter fecerint, diem dicere: accuſare his ipſis judicibus, quorum in aliquem ſævitum ſit? Non illum conſulare imperium, ſed tribuniciam poteſtatem inviſam, intolerandamque facere:* [3] *quam pacatam reconciliatamque patribus de integro in antiqua redigi mala. neque illum ſe deprecari, quo minus pergat ut cœperit. Vos,* inquit Fabius, *cæteri tribuni oramus, ut primum omnium cogitetis, poteſtatem iſtam ad ſingulorum auxilium, non ad perniciem univerſorum comparatam eſſe. tribunos plebis vos creatos, non hoſtes* Patribus. *Nobis miſerum, invidioſum vobis eſt, deſertam rempub. invadi. non jus veſtrum, ſed invidiam minueritis. Agite cum collega, ut rem integram in adventum conſulum differat. ne Æqui quidem ac Volſci, morbo abſumptis priore anno conſulibus, crudeli ſuperboque nobis bello inſtitere.* Agunt cum Terentillo tribuni, dilataque in ſpeciem actione, re ipſa ſublata, conſules extemplo arceſſiti. Lucretius cum in- 10
genti præda, majore multo gloria rediit. & auget gloriam adveniens, expoſita omni in Campo Martio præda,

1 *Siſti, mortuis duobus conſulibus. jacente*] Diſtinguimus: *irati Dii tribunum dediſſent, non potuiſſe ſiſti. Mortuis duobus conſulibus, jacente ægra civitate, in colluvione omnium rerum,* &c. *J. F. Gron.*

2 *Quid tandem illi non licere? Si quid*] Mendoſe hic quoque ſuſpenditur oratio. Nam ſententia requirebat: *Quid? tandem illi non licere, ſi quid conſules ſuperbe in aliquem civium aut crudeliter fecerint, diem dicere?* Nunc demum non eſſe copiam accuſandi depoſito honore, ut de nova inauditaque ratione fuerit cogitandum. Sed ejuſmodi vulnera ſæpius curavimus in contextu operis, quam hic monere neceſſarium duximus. *Idem.*

3 *Quam pacatam reconciliatamque*] Flor. *Quam placatam reconciliatamque Patribus.* Melius. *Idem.*

da, ut ſuum quiſque per triduum cognitum abduceret. reliqua vendita, quibus domini non exſtitere. Debebatur omnium conſenſu conſuli triumphus: ſed dilata res eſt, tribuno de lege agente: id antiquius conſuli fuit. Jactata per aliquot dies tum in ſenatu res, tum ad populum eſt. ceſſit ad ultimum majeſtati conſulis tribunus, & deſtitit. tum imperatori exercituique honos ſuus redditus. Triumphavit de Volſcis Æquiſque: triumphantem ſecutæ ſuæ legiones. alteri conſuli datum, ut ovans ſine militibus urbem iniret. [1] Anno deinde ſequenti lex Terentilla ab toto relata collegio, novos aggreſſa conſules eſt. erant conſules P. Volumnius, Ser. Sulpicius. Eo anno cœlum ardere viſum; terra ingenti concuſſa motu eſt. bovem locutam, cui rei priore anno fides non fuerat, creditum. [2] inter alia prodigia & carne pluit: quem imbrem ingens numerus avium intervolitando rapuiſſe fertur. quod intercidit, [3] ſparſum ita jacuiſſe per aliquot dies, ut nihil odor mutaret. [4] Libri per duumviros ſacrorum aditi: pericula à conventu alienigenarum prædicta, ne qui in loca ſumma urbis impetus cædeſque inde fierent. inter cætera monitum, ut ſeditionibus abſtineretur. Id factum ad impediendam legem tribuni criminabantur, ingenſque aderat certamen. Ecce (ut idem

1 *Anno deinde inſequenti*] Vet. lib. *Sequenti*. Sigonius.

2 *Inter alia prodigia & carnem pluiſſe*] Sic MSS. & intelligimus ἀπὸ κρεῶν τὸ *fertur*. Male Andreas & Rhenanus: *carne pluit*. Lib. 10. *Nam & terram multifariam pluiſſe, nuntiatum eſt.* Τὸ *intercidere*, ut hic, ita & lib. 26. *Ita in arcto ſtipatæ erant naves, ut vix ullum telum in mari vanum intercideret.* ne cogites corrigendum, *in terram cecidit*. J. F. Gron.

3 *Sparſum ita jacuiſſe per aliquot dies ut nihil odor mutaret*] Vet. lib. *Sparſum humi*: Ita Valerius ubi hac de re agit cap. de ominibus: *Reliquum humi per aliquot dies proſtratum jacuit*. Et Dionyſ. τὰ δ' ἐπὶ γῆν ἐνεχθέντα. Dein pro *odor* puto legendum *odoris*, quia Valerius ait: *Reliquum humi per aliquot dies neque odore tetro, neque deformi aſpectu mutatum jacuit*. Et Dionyſ. οὔτε χρόας μεταβάλλοντα, οὔτε σηπεδόνι διαλυόμενα ὤζετο ἀπ' αὐτῶν οὐδὲν πονηρόν. niſi ſi, *mutaret*, paſſive accipiamus, ut apud Græcos μεταβάλλειν. *Sigonius*.

4 *Libri per Duumviros ſacrorum aditi*] Sibyllinos haud dubie intelligit, cum tamen ne uno quidem verbo de iis quicquam antea. Dionyſius autem nec hoc loco, nec in Tarquinio neglexit. *Glareanus*.

Digitized by Google

idem in ſingulos annos orbis volveretur) Hernici nunciant, Volſcos & Æquos, etſi acciſæ res ſint, reficere exercitus: Antii ſummam rei poſitam: Ecetræ Antiates colonos palam concilia facere. id caput, eas vires belli eſſe. Ut hæc dicta in ſenatu ſunt, delectus indicitur: conſules belli adminiſtrationem inter ſe diſpartiri juſſi; alteri ut Volſci, alteri ut Æqui provincia eſſet. Tribuni coram in foro perſonare, *Fabulam compoſitam Volſci belli, Hernicos ad partes paratos. jam ne virtute quidem premi libertatem populi Rom. ſed arte eludi. quia occidione prope occiſos Volſcos, & Æquos movere ſua ſponte arma poſſe, id fides abierit; novos hoſtes quæri. coloniam fidam, propinquam, infamem fieri. bellum innoxiis Antiatibus indici: geri cum plebe Romana. quam oneratam armis ex urbe præcipiti agmine acturi eſſent; exilio & relegatione civium ulciſcentes tribunos.* [1] *Sic, ne quid aliud actum putent, victam legem eſſe;* [2] *niſi dum in integro res ſit, dum domi, dum togati ſint, caveant, ne poſſeſſione urbis pellantur, ne jugum accipiant. Si animus ſit, non defore auxilium. conſentire omnes tribunos. nullum terrorem externum, nullum periculum eſſe. Caviſſe Deos priore anno, ut tuto libertas defendi poſſet.* Hæc tribuni. At ex parte altera conſules in conſpe- 11
ctu eorum, poſitis ſellis, delectum habebant. eo decurrunt tribuni, concionemque ſecum trahunt. citati pauci; velut rei experiundæ cauſa, & ſtatim vis coorta. Quemcunque lictor juſſu conſulis prehendiſſet, tribunus mitti jubebat. neque ſuum cuique jus modum faciebat, [3] ſed virium ſpe & manu obtinendum erat quod intenderes.

1 *Sic ne quid aliud actum putent, victam*] Et hic ſenſus obſcurus eſt; puto illum plebi perſuadere velle, Conſules nil aliud egiſſe, nihil aliud, quam quo pacto legem tollant, cogitaſſe: Nec aliud cogitent ipſi, quam *victam eſſe legem, niſi dum in integro res ſit,* &c. *Glareanus.*

2 *Niſi dum integra res ſit*] Sic prima, quod ſciam, Curionis: priores omnes, ut & plures melioreſque MSS. *dum in integro res ſit.* nec mutandum fuiſſe putamus. Infra: *pudicitia ſaltem in tuto ſit.* Cæſar 2 Gall. *Hoſtes ab utroque latere inſtare & rem eſſe in anguſto vidit.* Senec. epiſt. 3. *Quidam adeo in latebras refugerunt, ut putent in turbido eſſe, quicquid in luce eſt.* Curtius lib. 3. *Cuncta in expedito fore.* Tacitus 3 ann. *Vita Lutorii in integro eſt.* J. F. Gron.

3 *Sed virium ſpe & manu*] Reſtitue quod abolevit Rhenanus: *ſed virium ſpe,*

Digitized by Google

res. Quemadmodum ſe tribuni geſſiſſent in prohibendo delectu, ſic patres in lege, quæ per omnes comitiales dies ferebatur, impedienda, gerebant. Initium erat rixæ, [1] quum diſcedere populum juſſiſſent tribuni, quod patres ſe ſummoveri haud ſinebant. nec fere ſeniores rei intererant; quippe quæ non conſilio regenda, ſed permiſſa temeritati audaciæque eſſet. [2] Multum & conſules ſe abſtinebant, ne cui in colluvione rerum majeſtatem ſuam contumeliæ offerrent. Cæſo erat Quintius, ferox juvenis, qua nobilitate gentis, qua corporis magnitudine ac viribus. ad ea munera data à Diis, & ipſe addiderat multa belli decora, facundiamque in foro; ut nemo, non lingua, non manu promptior, in civitate haberetur. Hic quum in medio Patrum agmine conſtitiſſet, eminens inter alios, velut omnes dictaturas conſulatuſque gerens in voce ac viribus ſuis, unus impetus tribunicios populareſque procellas ſuſtinebat. Hoc duce, ſæpe pulſi foro tribuni, fuſa ac fugata plebs eſt. qui obvius fuerat, mulcatus nudatuſque abibat: ut ſatis appareret, ſi ſic agi liceret, victam legem eſſe. Tum prope jam perculſis aliis tribunis, A. Virginius, ex collegio unus, Cæſoni capitis diem dicit. atrox ingenium accenderat eo facto magis, quam conterruerat: eo acrius obſtare legi, agitare plebem, tribunos velut juſto perſequi bello. Accuſator pati reum ruere, invidiæque flammam ac materiam criminibus ſuis ſuggerere: legem interim non tam ad ſpem perferendi, quam ad laceſſendam Cæſonis temeritatem ferre. Ibi multa ſæpe ab juventute inconſulte dicta factaque, in unius Cæſonis ſuſpectum incidunt

ſpe, ſed manu obtinendum erat. Sic reddidimus lib. 24,14. *Libertatis auctorem eis non ſe fore ſolum, ſed conſ. M. Marcellum, ſed univerſos patres.* J. F. Gron.

1 *Cum diſcedere populum juſſiſſent Tribuni*] Manifeſte hic vides *populi* voce etiam *patres* intelligi. *Glareanus.*

2 *Multum & conſules ſe abſtinebant*] Cicero 4 fam. 7. *Neque tu multum interfuiſti rebus gerendis.* Erunt tamen, quibus magis ad guſtum Cl. Puteani conjectura: *Tumultu & conſules.* J. F. Gron.

1 *Ec-*

dunt ingenium: tamen legi reſiſtebatur. Et A. Virginius identidem plebi: [1] *Ecquid*, inquit, *ſentitis*, *jam vos*, *Quirites*, *Cæſonem ſimul civem & legem quam cupitis*, *habere non poſſe? Quanquam quid ego legem loquor? libertati obſtat*, *omnes Tarquinios ſuperbia exſuperat. Exſpectate dum conſul aut dictator fiat*, *quem privatum viribus & audacia regnantem videtis.* Aſſentiebantur multi, pulſatos ſe querentes; & tribunum ad rem peragendam ultro incitabant. Jam ade- 12
rat judicio dies, apparebatque vulgo homines in damnatione Cæſonis libertatem agi credere. tum demum coactus cum multa indignitate prenſabat ſingulos. ſequebantur neceſſarii, principes civitatis. T. Quintius Capitolinus, qui ter conſul fuerat, quum multa referret ſua familiæque decora, affirmabat: *Neque in Quintia gente*, *neque in civitate Romana tantam indolem tam maturæ virtutis unquam extitiſſe. Suum primum militem fuiſſe*, *ſe ſæpe vidente pugnaſſe in hoſtem.* [2] Sp. Furius, *miſſum ab Quintio Capitolino ſibi eum in dubiis ſuis rebus veniſſe ſubſidio. neminem unum eſſe*, [3] *cujus magis opera putet rempublicam reſtitutam.* L. Lucretius Cos. anni prioris, recenti gloria nitens, ſuas laudes participare cum Cæſone, memorare pugnas, referre egregia facinora, nunc in expeditionibus, nunc in acie: ſuadere & monere, *juvenem egregium*, *inſtructum naturæ* [4] *fortunæque omnibus bonis maximum momentum rerum e-*

jus

1 *Ecquid ſentitis jam vos Quir.*] Vet. lib. *Ecquid ſentitis, inquit, jam vos Quirites.* Sigonius.

2 *Sp. Furius, miſſum ab Quinctio*] MSS. o. *Sp. Furius ipſum miſſum*, vel *& ipſum.* nec aliter Becharius, Bartol. de Zanis, Aſcenſius, Moguntina. Fortaſſis: *Sp. Furius id ipſum, miſſum ab Quintio Capitolino ſibi eum in dubiis ſuis rebus veniſſe ſubſidio.* Una enim geſſerant res Furius & Quinctius. *J. F. Gron.*

Sp. Furius, ipſum miſſum ab Quintio Capitolino ſibi eum] Hanc veterum codicum ſcripturam interpretor & explano, quaſi eſſet, eum ipſum miſſum ſibi ab Quintio. Non ſemel Livius vocum ordinem pervertit. Nec aliter 42, 21. *Patres ipſum eum quærere juſſerunt.* Et cap. 25. *Fœdus cum Philippo ictum cum ipſo eo poſt mortem patris renovatum.* 40, 34. *Is erat, qui ipſe eam ædem voverat.* Nec noſtrum eſt de hoc Livii placito pronunciare. *Jac. Gron.*

3 *Cujus magis opera putet rempublicam reſtitutam*] Lege cum Fl. Voſſ. Rott. Gud. *Putet rem reſtitutam.* Hoc ſat ei laudis. Sic infra: *qui rem perculſam reſtitueret.* J. F. Gron.

4 *Fortunæ*] Vet. lib. *Fortunæque.* Sigonius.

1 *St.*

jus civitatis, in quamcunque veniſſet, ſuum quam alienum mallent civem eſſe. Quod offendat in eo, fervorem & audaciam, ætatem quotidie auferre; quod deſideretur conſilium, id indies creſcere. Seneſcentibus vitiis, matureſcente virtute, ſinerent tantum virum [1] *ſenem in civitate fieri.* Pater inter hos L. Quintius, cui Cincinnato cognomen erat, non iterando laudes, ne cumularet invidiam, ſed veniam errori, atque adoleſcentiæ petendo, ſibi, qui non dicto, non facto quemquam offendiſſet, ut condonarent filium, orabat. Sed alii averſabantur preces, aut verecundia, aut metu: alii ſe ſuoſque mulcatos querentes, atroci reſponſo judicium ſuum præferebant.
13 Premebat reum, præter vulgatam invidiam, crimen unum; quod M. Volſcius Fictor, qui ante aliquot annos tribunus plebis fuerat, teſtis exſtiterat, *Se haud multo poſt quam peſtilentia in urbe fuerat, in juventutem graſſantem in Subura incidiſſe. ibi rixam natam eſſe, fratremque ſuum majorem natu, nec dum ex morbo ſatis validum, pugno ictum à Cæſone cecidiſſe ſemianimem. Inter manus domum ablatum, mortuumque inde arbitrari; nec ſibi rem exequi tam atrocem per conſules ſuperiorum annorum licuiſſe.* Hæc Volſcio clamitante, adeo concitati homines ſunt, ut haud multum abfuerit, quin impetu populi Cæſo interiret. Virginius arripi jubet hominem & in vincula duci. [2] patricii vi contra vim reſiſtunt. T. Quintius clamitat, *Cui rei capitalis dies dicta ſit, & de quo futurum propediem judicium, eum indemnatum indicta cauſa non debere violari.* Tribunus *ſupplicium negat ſumpturum ſe de indemnato; ſervaturum tamen in vinculis eſſe ad judicii diem. ut qui hominem necaverit, de eo ſupplicii ſumendi copia populo Romano fiat.* Appellati tribuni medio decreto [3] jus auxilii

1 *Senem in civitate fieri*] Vet. lib. *In civitate ſeneſcere.* Sigonius.

2 *Patricii vi contra vim reſiſtunt*] Duo Pall. *Patricii vi reſiſtunt.* Unus: *Patricii contra vi reſiſtunt.* quomodo & Aldus Juntaſque edidere. Et hanc veram ſcripturam puto. Notum illud: *tu contra audacior ito.* J. F. Gron.

3 *Jus auxilii ſui expediunt*] Vet. lib. *Protinus jus auxilii ſui expediunt.* Sigonius.

1 *Hic*

lii ſui expediunt: in vincula conjici vetant: ſiſti reum, pecuniamque, niſi ſiſtatur, populo promitti, placere pronunciant. Summam pecuniæ quantam æquúm eſſet promitti, veniebat in dubium: id ad ſenatum rejicitur. Reus, dum conſulerentur Patres, retentus in publico eſt. vades dare placuit. unum vadem tribus millibus æris obligarunt. quot darentur, permiſſum tribunis eſt. decem finierunt. tot vadibus accuſator vadatus eſt reum. [1] Hic primus vades publicos dedit. dimiſſus è foro, [2] nocte proxima, in Tuſcos in exilium abiit. Judicii die quum excuſaretur ſolum vertiſſe exilii cauſa, nihilominus Virginio comitia habente, collegæ appellati dimiſere concilium: pecunia à patre exacta crudeliter, [3] ut divenditis omni-

1 *Hic primo vades publicos dedit*] Valde malim, *publico*. nam nulli ſunt privati vades. *Publicum* autem accipio, ut ſupra notatum hoc libro cap. 9. Nec objiciant mihi, quod viros doctos cenſere video, inter *vadem* & *pradem* hoc intereſſe, quod *vas* in publicis, *pras* in privatis: tamen quia *vadimonium* in privatis etiam dicatur, à conjugatis etiam *vadem*. Nam ſi veterum accurate loquentium conſuetudinem reſpiciamus, *vades* dicti ſemper capitis, *prades* ſemper pecuniæ, ut bene novit Auſonius: utrique autem non niſi publico dati, præterquam prædes litis vindiciarum: *vas* judiciis publicis interponitur, & promittit reum, cui rei capitalis dies dicta eſt, judicio ſiſti: *pras* aut litis vindiciarum eſt, aut mancipum ſive eorum qui publicum conduxerunt, aut denique mulctæ nomine datur. Sic nulla cura conjugatorum dialecticorum Latini. Cæterum *Prades vadeſque pœnitudinis reos*, non Seneca dixit, ſed Auſonius. *J. F. Gron.*

2 *Nocte prox. juſſu conſulum in Tuſcos, &c.*] Vet. lib. *Inſcius conſulibus*. & *Tuſculum*, ſed placet magis, *in Tuſcos*, quia Dionyſius habet εἰς Τυῤῥηνίαν. *Sigonius.*

Nocte proxima inſciis conſulibus, in Tuſcos in exilium abiit] Nihil ad rem facit, inſciis ſive conſciis conſulibus in exilium ierit Cæſo. Et à temeritate librariorum id ortum eſſe, cum τὸ *in Tuſcos*, forte male diviſum fuiſſet, *intus Coſ.* (unde *in Tuſculum*, & *juſſu conſulum* & *viſu conſulum* alii formarunt) jam olim ſuſpicatus eſt Claud. Puteanus. Placet idem Grutero & Modii membranæ confirmant ſufficere: *nocte proxima in Tuſcos.* Par mendum lib. 25 cap. 3 ſuſtulit Sigonius: *M. Junio inter conſules legiones urbana prioris anni data.* Recte autem ille: *M. Junio in Tuſcos.* J. F. Gron.

3 *Ut divenditis omnibus bonis --- veluti relegatus devio quodam in tugurio viveret*] Vet. lib. *Ut is divenditis*; &: *relegatus vili quodam in tugurio habitaret*: vocem autem *devio*, invexerat temere Rhenanus leviſſima conjectura fretus: probatur autem, *vili*, quia inquit Dionyſius, ἐν ᾧ ταπεινή τις ἦν καλύβη; id eſt, *in quo agro humile quoddam erat tugurium*. Sigonius.

Ut divend. &c. in vili quodam tugurio] Andreas: *relegatus agello quodam in tugurio.* Borbet. *relegatus devo quodam tugurio.* Unde Rhenanus *devio*: ut & ante illum Campanus. Sigonius leviſſima conje-

omnibus bonis, aliquandiu trans Tiberim, veluti rele-
14 gatus, in devio quodam tugurio viveret. Hoc judicium, & promulgata lex exercuit civitatem, ab externis armis otium fuit. Quum, velut victores tribuni, perculſis Patribus Cæſonis exilio prope perlatam eſſe crederent legem, & quod ad ſeniores Patrum pertineret, ceſſiſſent poſſeſſione reipublicæ; juniores, id maxime quod Cæſonis ſodalium fuit, auxere iras in plebem, non minuerunt animos. ſed ibi plurimum profectum eſt, quod modo quodam temperavere impetus ſuos. Quum primo poſt Cæſonis exilium lex cœpta ferri eſt, inſtructi paratique cum ingenti clientium exercitu, ſic tribunos, ubi primum ſummoventes præbuere cauſam, adorti ſunt, ut nemo unus inde præcipuum quicquam gloriæ domum invidiæve ferret; mille pro uno Cæſones extitiſſe, plebes quereretur. Mediis diebus, quibus tribuni de lege non agerent, nihil eiſdem illis placidius aut quietius erat. benigne ſalutare, alloqui plebis homines, domum invitare, adeſſe in foro, tribunos ipſos cætera pati ſine interpellatione concilia habere: nunquam ulli neque publice, neque privatim truces eſſe, niſi quum de lege agi cœptum eſſet. Alibi popularis juventus erat. nec cætera modo [1] tribuni tranquille peregere; ſed refecti quoque in inſequentem annum, ne voce quidem incommoda, nedum ut ulla vis fieret, paulatim permul-

cendo

conjectura ductum Rhenanum ſic edidiſſe ait: oſtentatque è ſuo: *relegatus vili quodam in tugurio habitaret.* At Flor. quoque, *devo quodam tugurio viveret.* Lib. 26. *Commeatus paratos & in urbibus haberent & ex agris deviis in viam proferrent.* Suetonius Veſpaſ. *Succeſſit in parvam & deviam civitatem.* J. F. Gron.

1 *Tribuni tranquille peregere*] Flor. Rott. Helm. duo Voſſiani, Gud. tres Pal. & Mureti libri cum Campani editione *tranquillo.* Quem conſenſum ſpernere non poſſum. *Tranquillo* fieri proprie dicitur, quod fit, cum cœlum eſt tranquillum & ſine tempeſtate. Plinius lib. 2, 43. *E mari videmus, & quidem tranquillo, conſurgere.* Lib. 9 cap. 7. *Sæpe adnotata piſcium æſtivo calore quædam anhelatio, & alia tranquillo velut oſcitatio.* Livius eleganter poſuit, ut ſignificet ſine tumultu. Vide ad lib. 28, 27. Plautus Caſina: *Tranquillum eſt, alcedonia ſunt circa forum.* Seneca epiſt. 85. *Tranquillo enim, ut ajunt, quilibet gubernator eſt.* Idem.

1 *Ad*

Digitized by Google

tendo tractandoque manſuefecerant plebem. His per totum annum artibus lex eluſa eſt. Accipiunt civitatem placidiorem conſules C. Claudius Appii filius, & P. Valerius Publicola. Nihil novi novus annus attulerat. legis ferendæ aut accipiendæ cura civitatem tenebat. Quantum juniores Patrum plebi ſe magis inſinuabant, eo acrius contra tribuni tendebant, ut plebi ſuſpectos eos criminando facerent. *Conjurationem factam, Cæſonem Romæ eſſe: interficiendorum tribunorum, trucidandæ plebis conſilia inita. Id negotii datum ab ſenioribus Patrum, ut juventus tribuniciam poteſtatem è republica tolleret, formaque eadem civitatis eſſet, quæ ante Sacrum montem occupatum fuerat.* Et ab Volſcis & Æquis ſtatum jam ac prope ſolenne in ſingulos annos bellum timebatur: propiuſque aliud novum malum, necopinato exortum. Exules, ſervique ad quatuor millia hominum, & quingenti, duce Ap. Herdonio Sabino, nocte Capitolium atque arcem occupavere. Confeſtim in arce facta cædes eorum, qui conjurare & ſimul capere arma noluerant. alii inter tumultum præcipites pavore in forum devolant. alternæ voces, *Ad arma*, & *Hoſtes in urbe ſunt*, audiebantur. Conſules & armare plebem, & inermem pati timebant. Incerti, quod malum repentinum, externum an inteſtinum, ab odio plebis, an ab ſervili fraude, urbem invaſiſſet, ſedabant tumultus, ſedando interdum movebant. nec enim poterat pavida & conſternata multitudo regi imperio. Dant tamen arma, non vulgo; tantum ut incerto hoſte præſidium ſatis fidum ad omnia eſſet. Sollicti reliquum noctis incertique, qui homines, quantus numerus hoſtium eſſet, in ſtationibus diſponendis [1] ad opportuna omnis urbis loca, egere. Lux deinde aperuit bellum, ducemque belli. Servos ad libertatem

1 *Ad opportuna omnia urbis loca*] Sex codices duce Florentino: *omnis urbis*. Neque aliter ab Andrea ad Aſcenſium editi. Moguntini mutarunt. Aldus reduxit. Sed poſt eum Frobenius & omnes *omnia*. Illud omnino Livii eſt. Sic reſtituimus lib. 5, 42. *Seu non omnis delendæ urbis libido erat.* Hic *omnis urbis* eſt per totam urbem. *J. F. Gron.*

Digitized by Google

tem Ap. Herdonius ex Capitolio vocabat, *Se miſerrimi cujuſque ſuſcepiſſe cauſam, ut exules injuria pulſos in patriam reduceret, [1] & ſervitiis grave jugum demeret. id malle populo Romano auctore fieri. Si ibi ſpes non ſit, ſe Volſcos, & Æquos,*
16 *& omnia extrema tentaturum, & concitaturum.* Dilucere res magis Patribus atque conſulibus. præter ea tamen quæ denunciabantur, ne Veientium neu Sabinorum id conſilium eſſet, timere: & quum tantum in urbe hoſtium eſſet, mox Sabinæ Etruſcæque legiones, ex compoſito adeſſent, tum æterni hoſtes Volſci & Æqui, non ad populandos, ut ante, fines, ſed ad urbem, ut ex parte captam, venirent. Multi & varii timores. inter cæteros eminebat terror ſervilis, ne ſuus cuique domi hoſtis eſſet. cui nec credere, nec non credendo, ne infeſtior fieret, fidem abrogare, ſatis erat tutum. Vixque concordia ſiſti videbatur poſſe: tantum ſuperantibus aliis ac emergentibus malis, nemo tribunos aut plebem timebat. manſuetum id malum, & per aliorum quietem malorum ſemper exoriens, [2] tumque eſſe peregrino terrore ſopitum videbatur. At id prope unum maxime inclinatis rebus, incubuit: tantus enim tribunos furor tenuit, ut non bellum, ſed vanam imaginem belli, ad avertendos ab legis cura plebis animos, Capitolium inſediſſe contenderent: patriciorum hoſpites clienteſque, ſi perlata lege fruſtra tumultuatos eſſe ſe ſentiant, majore quam venerint ſilentio abituros. Concilium inde legi perferendæ habere, avocato populo ab armis. Senatum interim conſules habent, alio ſe majore ab tribunis metu oſten-
17 dente, quam quem nocturnus hoſtis intulerat. Poſtquam arma poni & diſcedere homines ab ſtationibus nunciatum eſt, P. Valerius, collega ſenatum retinente, ſe ex curia

1 *Et ſervitutis grave jugum demeret*] Repoſuimus ex MSS. *ſervitiis*. Quis ignorat *ſervitia* eſſe ſervos? Mox infra: *qui ſervitia veſtra non commovit auctor*. Libro ſequenti: *vulgarique contactu in homines morbi, & primo in agreſtes ingruerant ſervitiaque*. J. F. Gron.

2 *Tumque eſſe*] Deme vocem, *Que*, ex vet. lib. *Sigonius*.

1 Qui

curia proripit, inde in templum ad tribunos venit: *Quid hoc rei eſt*, inquit, *tribuni? Ap. Herdonii ductu & auſpicio rempublicam everſuri eſtis? Tam felix vobis corrumpendis fuit,* [1] *qui ſervitia veſtra non commovit auctor? Quum hoſtes ſupra caput ſint, diſcedi ab armis, legeſque ferri placet?* Inde ad multitudinem oratione verſa: *Si vos urbis, Quirites, ſi veſtri nulla cura tangit; at vos veremini* [2] *Deos patrios ab hoſtibus captos. Jupiter optimus maximus, Juno regina, & Minerva, alii Dii Deæque obſidentur. caſtra ſervorum publicos veſtros penates tenent. Hæc vobis forma ſanæ civitatis videtur?* [3] *Tantum hoſtium non ſolum intra muros eſt, ſed in arce ſupra forum, curiamque: comitia interim in foro ſunt: ſenatus in curia eſt: velut quum otium ſuperat, ſenator ſententiam dicit: alii Quirites ſuffragium ineunt. Non quicquid Patrum plebiſque eſt,* [4] *conſules, tribunos, Deos homineſque omnes armatos opem ferre;*

1 *Qui ſervitia non comm.*] Vet. lib. *qui ſervitia veſtra.* Sigonius.

Qui ſervitia veſtra non comm.] Tò *veſtra* ab Sigonio venit. Abeſt autem ab Helm. Voſſ. utroque, Rott. Gud. *J. F. Gron.*

Qui ſervitia non commovit auctor] Vetus liber, *nunc commovit auctor.* quod haud ſcio an magis ad fidem. Bellum enim hoc ſervile fuit. Nam à quatuor millibus ſervorum & quingentis Capitolium inſeſſum fuit, nec liberorum capitum ibi ulla mentio eſt. Illud tamen ſpecioſius ob contentionem ἀντιθέσεως, ut ille qui ſervos non commoverit, liberos homines commoveat: ſed, ut dixi, fides læditur. *Schott.* Obſervat. lib. 3 cap. 38.

2 *Deos veſtros*] Vet. lib. *Deos patrios.* Sigonius.

3 *Tantum hoſtium non ſolum*] Non ingratum erit conferre hæc verba cum verbis Ciceronis ad Atticum 9, 12. *Populi Romani exercitus Cn. Pompeium circumſidet; foſſa & vallo ſeptum tenet; fuga prohibet: nos vivimus, & ſtat urbs iſta? prætores jus dicunt? ædiles ludos parant? viri boni uſuras perſcribunt? ego ipſe ſedeo?* Indignatio valde ſimilis. *J. F. Gron.*

4. *Conſules, tribunos, deos homineſque armatos*] Dii illi male ſunt huc advocati. Primum cum τοὶ *armatos* & *currere* ad omnia, quæ appellavit, genera ordinum incolarumque urbis pertineant, & proprie accipiantur, inepte referuntur ad Deos. Deinde loquitur de officio illorum, qui pro parte, quam in civitate obtinent, hoc reipublicæ debent, quibus id poteſt imperari. Horum autem è numero dii profecto non ſunt. Quare mox patellare ac novicium numen Romuli adorat & veneratur: tantum abeſt, ut Deos generatim tanquam oblitos officii admonere, & oportuiſſe, armati & ſuccincti currerent, dicere velit. Certum eſt igitur corruptam hanc eſſe lectionem; probabile vero ſic inſtaurandam: *Non quicquid Patrum plebiſque eſt, conſules, tribunos, cives homineſque omnes armatos opem ferre, in Capitolium currere, liberare ac pacare auguſtiſſimam illam domum Jovis Opt. Max. decuit?* Ita luculenta eſt gradatio à ſummo ad infimum. Multa ho-

Digitized by Google

ferre, in Capitolium currere, liberare ac pacare auguſtiſſimam illam domum Jovis optimi maximi decuit? Romule pater, tu mentem tuam, qua quondam arcem ab his iiſdem Sabinis auro captam recepiſti, da ſtirpi tuæ. jube hanc ingredi viam, quam tu dux, quam tuus ingreſſus exercitus eſt. Primus en ego conſul, quantum mortalis Deum poſſum, te, ac tua veſtigia ſequar. Ultimum orationis fuit, *Se arma capere, vocare omnes Quirites ad arma. ſi quis impediat, jam ſe conſularis imperii, jam tribuniciæ poteſtatis,* [1] *ſacratarumque legum oblitum, quiſquis ille ſit, ubicunque ſit, in Capitolio, in foro, pro hoſte habiturum. Juberent tribuni, quoniam in Ap. Herdonium vetarent, in P. Valerium conſulem ſumi arma. auſurum ſe in tribunis,* [2] *quod princeps familiæ ſuæ auſus in regibus eſſet.* Vim ultimam apparebat futuram, ſpectaculoque ſeditionem Romanam hoſtibus fore. nec lex tamen ferri, nec ire in Capitolium conſul potuit: nox certamina cœpta oppreſſit, tribuni ceſſere nocti, timentes conſulum arma. Amotis inde ſeditionis auctoribus, Patres circumire plebem, inferenteſque ſe in circulos, ſermones tempori aptos ſerere: admonere; *Ut viderent in quod diſcrimen rempubl. adducerent. Non inter Patres ac plebem certamen eſſe; ſed ſimul Patres, plebemque, arcem urbis, templa Deorum, penates publicos privatoſque hoſtibus dedi.* Dum hæc in foro ſedandæ diſcor-

minum genera, ut adſolet, erant in urbe, quæ civium numero non erant. Lib. 4. *Nec quod nos ex connubio veſtro petamus, quicquam eſt, præterquam ut hominum, ut civium numero ſimus.* Eodem: *Nihil eſſe in his auxilii dicerent, qui non civium, non denique hominum numero eſſent.* Liv. 5. *Si quicquam in vobis, non dico civilis, ſed humani eſſet.* Cicero pro Plancio: *L. Flaccus, qui homo, qui civis?* J. F. Gron.

1 *Sacrarumque legum oblitum*] Lolio victitarunt editores, cum hoc tolerarunt. nam & ſcripti & omnis ratio, vel abſque ſcriptis eſſet, jubent, *ſacratarumque*. Idem.

2 *Quod princeps familiæ*] Glareanus ſubſannat Livium, qui Valerium introducat loquentem, quaſi de tritavo aut atavo, quum Dionyſius lib. 2 eum filium ejus fuiſſe ſcribat. Sed vir bonus parum intellexit, quid hic eſſet *familia*. *Princeps ſuæ familiæ* eſt auctor ſui cognominis. Eum vero non atavum aut tritavum, ſed patrem fuiſſe ipſius nemo ignorabat. Valeriæ gentis familiam Poplicolarum exorſus erat Publius ille Bruti adjutor & collega. Et erant jam aliæ familiæ Valeriorum, ut Valerii Voluſi & Valerii Maximi vel Lacticini. Vide Sigonium ad lib. 3. *Idem.*

1 Ne

Digitized by Google

diſcordiæ cauſſa aguntur, conſules interim [1] ne Sabini, ne Veiens hoſtis moveretur, circa portas muroſque diſceſſerant. Eadem nocte & Tuſculum de arce capta, Ca- 18
pitolioque occupato, & alio turbatæ urbis ſtatu nuncii veniunt. L. Mamilius Tuſculi tum dictator erat. is confeſtim convocato ſenatu, atque introductis nunciis, magnopere cenſet, *Ne exſpectent, dum ab Roma legati auxilium petentes veniant: periculum ipſum, diſcrimenque ac ſociales Deos, fidemque fœderum, id poſcere. Demerendi beneficio tam potentem, tam propinquam civitatem, nunquam parem occaſionem daturos Deos.* Placet ferri auxilium, juventus conſcribitur, arma dantur. Romam prima luce venientes, procul ſpeciem hoſtium præbuere. Æqui aut Volſci venire viſi ſunt. deinde ubi vanus terror abiit, accepti in urbem agmine in forum deſcendunt. ibi jam P. Valerius, relicto ad portarum præſidia collega, inſtruebat aciem. Auctoritas viri moverat, affirmantis, *Capitolio recuperato, & urbe pacata,* [2] *ſi edoceri ſe ſiſſent qua fraus à tribunis occulta in lege ferretur; memorem ſe majorum ſuorum,* [3] *memorem cognominis, quo populi colendi velut hæreditaria cura ſibi à majoribus tradita eſſet, concilium plebis non impediturum.* Hunc ducem ſecuti, nequicquam reclamantibus tribunis, in clivum Capitolinum erigunt aciem. adjungitur & Tuſculana legio. certare ſocii civeſque, utri recuperatæ arcis ſuum decus facerent. dux uterque ſuos adhortatur. Trepidare tum hoſtes, nec ulli ſatis rei, præterquam

1 *Ne Sabini*] Vet. lib. *Ne Sabinus.* Sigonius.

Ne Sabinus, ne Vejens hoſtis moveretur] Sic quidem Sigonianus: ſed alii & priſcæ editiones: *ne Sabini, ne Vejens hoſtis.* Et obſervavi Livium iſta variatione delectatum. Lib. 2. *Nec Vejens hoſtis Etruſcæque legiones detrectant.* Iterumque: *Vejens hoſtis Etruſcique eo magis præpropere agere.* Lib. 28. *Umbriæ populi, & præter hos Nurſini & Reatini & Amiternini, Sabinuſque omnis ager.* Lib. 33. *Ad depopulandos ſimul Pellenenſium Sicyoniumque agros & Phliaſium.* J. F. Gron.

2 *Si ſe doceri ſiviſſent*] Flor. quoque, Voſſ. Hel. duo Pall. Gud. *Si ſe doceri ſenſiſſent.* Rott. *Si ſe doceri ſenſiſent.* Ut non dubitem de Rhenani conjectura: *Si edoceri ſe ſiſſent.* Idem.

3 *Memorem cognominis, quod populi*] Haud dubie: *quo populi colendi velut hæreditaria cura ſibi à majoribus tradita eſſet.* Idem.

1. *In*

terquam loco fidere. trepidantibus inferunt ſigna Romani, ſociique. Jam in veſtibulum perruperant templi, quum P. Valerius, inter primores pugnam ciens, interficitur. P. Volumnius conſularis vidit cadentem. is dato negotio ſuis, ut corpus obtegerent, ipſe in locum vicemque conſulis provolat. Præ ardore impetuque tantæ rei ſenſus non pervenit ad militem: prius vicit, quam ſe pugnare ſine duce ſentiret. Multi exulum, cæde ſua fœdavere templum, multi vivi capti. Herdonius interfectus. Ita Capitolium recuperatum. De captivis, ut quiſque liber aut ſervus eſſet, ſuæ fortunæ à quoque ſumptum ſupplicium eſt. Tuſculanis gratiæ actæ: Capitolium purgatum atque luſtratum. In conſulis domum plebes quadrantes, ut funere ampliore efferretur,
19 jactaſſe fertur. Pace parta, inſtare tum tribuni Patribus, ut P. Valerii fidem exolverent: inſtare Claudio, *ut Collegæ Deos manes fraude liberaret, agi de lege ſineret.* Conſul, *antequam collegam ſibi ſubrogaſſet*, negare *paſſurum agi de lege.* Hæ tenuere contentiones uſque ad comitia conſulis ſubrogandi. Decembri menſe ſummo Patrum ſtudio L. Quintius Cincinnatus pater Cæſonis conſul creatur, qui magiſtratum ſtatim occiperet. Perculſa erat plebes conſulem habitura iratum, potentem favore Patrum, virtute ſua, tribus liberis, quorum nemo Cæſoni cedebat magnitudine animi; conſilium & modum adhibendo, ubi res poſceret, priores erant. Is ut magiſtratum iniit, aſſiduis concionibus pro tribunali, non in plebe coërcenda, quam ſenatu caſtigando, vehementior fuit. *cujus ordinis languore, perpetui jam tribuni plebis, non ut in republica populi Romani, ſed ut in perdita domo, lingua, criminibuſque regnarent. Cum Cæſone filio ſuo virtutem, conſtantiam, omnia juventutis belli domique decora pulſa ex urbe Romana, & fugata eſſe. loquaces, ſeditioſos, ſemina diſcordiarum, iterum atque tertium tribunos peſſimis artibus regia licentia vivere. Aulus*, inquit, *ille Virginius, quia* in

in Capitolio non fuit, minus ſupplicii, quam Ap. Herdonius, meruit? plus hercule aliquanto, qui vere rem æſtimare velit. Herdonius, ſi nihil aliud, hoſtem ſe fatendo prope denunciavit, ut arma caperetis: hic negando bella eſſe, arma vobis ademit, nudoſque ſervis veſtris & exulibus objecit. Et vos (C. Claudii pace, & P. Valerii mortui loquar) prius in clivum Capitolinum ſigna intuliſtis, quam hos hoſtes de foro tolleretis? Pudet Deorum hominumque. quum hoſtes in arce, in Capitolio eſſent, exulum & ſervorum dux profanatis omnibus in cella Jovis optimi maximi habitaret, Tuſculi antequam Romæ ſumpta ſunt arma. In dubio fuit, utrum L. Mamilius Tuſculanus dux, an P. Valerius, & C. Claudius conſules Romanam arcem liberarent, & qui ante Latinos, ne pro ſe quidem ipſis, quum in finibus hoſtem haberent, attingere arma paſſi ſumus: nunc, niſi Latini ſua ſponte arma ſumpſiſſent, capti & deleti eramus. Hoc eſt, tribuni, auxilium plebi ferre: inermem eam hoſti trucidandam objicere? Scilicet, ſi quis vobis humilimus homo de veſtra plebe, quam partem, veluti abruptam à cætero populo veſtram patriam peculiaremque remp. feciſtis, ſi quis ex his domum ſuam obſeſſam à familia armata nunciaret, ferendum auxilium putaretis. Jupiter optimus maximus, exulum atque ſervorum ſeptus armis, nulla humana ope dignus erat? & hi poſtulant, ut ſacroſancti habeantur, quibus ipſi Dii neque ſacri, neque ſancti ſunt. At enim divinis humaniſque obruti ſceleribus, legem vos hoc anno perlaturos dictitatis? Tum hercule illo die quo ego conſul ſum creatus, male geſta reſpub. eſt, pejus multo quam cum Valerius conſul periit, ſi tuleritis. Jam primum omnium, inquit, *Quirites, in Volſcos & Æquos mihi atque collegæ legiones ducere, in animo eſt. Neſcio quo fato, magis bellantes quam pacati propitios habemus Deos. quantum periculum ab illis populis fuerit, ſi Capitolium ab exulibus obſeſſum ſciſſent, ſuſpicari de præterito, quam re ipſa experiri eſt melius.* Moverat plebem oratio con- 20
ſulis: erecti Patres reſtitutam credebant rempublicam: conſul alter, comes animoſior quam auctor, ſuſcepiſſe collegam priorem actionem tam gravis rei facile paſ-

 ſus,

ſus, [1] in peragendis conſularis officii partem ad ſe vindicabat. Tum tribuni eludentes velut vana dicta, perſequi

1 *In peragendis conſularis officii partem ad ſe vindicabat*] Vet. lectio, *In peragendis conſulariis conſularem officii partem.* Hinc ego ſuſpicatus ſum eſſe legendum, *In peragendis conſiliis conſularis officii partem:* ut ſit ſenſus, Conſul alter comes animoſior erat, quam auctor, ita ut ille conſiliorum eſſet princeps: hic conſilia ipſa exequeretur, & conſulari officio in ea re non deeſſet. *Sigonius.*

In peragendis conſiliis conſularis] Conjectura hæc Sigonii ex libro manu exarato, qui exhibebat: *in peragendis conſulariis conſularem of. p.* Quam & dederunt omnem Campanus & Andreas, niſi quod *conſularis.* Utra lectio ſit ſanior, digitis micare nihil attinet, cum utrumque ſenſus refutet. Moguntini: *paſſus, peragendi conſularis officii.* Quinctium vult Sigonius principem fuiſſe conſiliorum, collegam in exſequendis iis non defuiſſe. Atqui majoris eſt animi laudiſque, generoſum & audax conſilium in actum deducere, quam concipere idem & promere. Livius omnino vult Quinctium ſolum hanc actionem & ſuſcepiſſe & peregiſſe; collegam quidem faviſſe & ſuſcipienti & peragenti, neque impediſſe, ſed juviſſe parum aut nihil; in aliis vero, quæ ſolenni more atque ordine conſules adminiſtrabant, nomen ſui magiſtratus probaſſe. Becharius, Veneti, Aſcenſius, Juntas, Gryphius: *in peragendiis conſularis officii partem ad ſe vindicabat.* Flor. *Peragentis.* Voſſ. *Peragendis conſulariis conſularem.* Helm. *Peragendis conſularibus conſularem.* Poſſimus explicare, ut *peragenda conſularis officii*, intellectu frequentiſſimo τῶν *negotia*, ſint quæ vulgo à conſulibus geruntur, quæ ordinaria ſunt officii atque adminiſtrationis conſularis. Ita ſolet uti Livius participiis pro orationibus finitis. Lib. 3. *Ut demptum de vi magiſtratus populi libertati adjiceret.* Id eſt, quod dempſiſſet. Lib. 4. *Refellit falſum imaginis titulum lege cautum, ne tribunis collegam adoptare liceret*, i. quod cautum erat. Lib. 27. *Liberatas religione mentes turbavit rurſus nuntiatum, Fruſinone infantem natum eſſe quadrimo parem.* Lib. 28. *Poſt Haſdrubalis exercitum cum duce deletum, cedendoque in angulum Bruttium cætera Italia conceſſum.* Lib. 29. *Libris Sibyllinis propter crebrius eo anno de cælo lapidatum inſpectis.* Et ſic *exſequenda belli*, lib. 27. *Haſdrubal & Mago venere, ſerum poſt male geſtam rem auxilium, conſilio in cætera exſequenda belli haud parum opportuni.* Sententia eſt ergo: non contendens cum collega de actione contra tribunos ſuſcipienda, ſed facile hanc eximiam illi concedens, in iis, quæ præter actiones hujuſmodi extraordinarias, graves & invidioſas, conſularis ſunt officii, partem ejuſdem officii capeſſebat, in iiſque conſulem ſe demonſtrabat. Poſtrema hac phraſi utitur & lib. 9. *Summum flagitium fore, ſi alterum exercitum utriuſque victoria compotem ſinerent fieri, nec ad ſe ſui belli vindicarent decus.* Blanditur tamen ex priori lectione formatum; *in peragendo cenſu conſularis officii partem.* Nam cenſum eo anno actum teſtis Livius cap. 22. luſtrum propter Capitolium captum, conſulem occiſum condi religioſum fuiſſe. Is cenſus cœptus haud dubie fuerat à Coſſ. C. Claudio, P. Valerio: ſed interruptus tumultu ſervili. Quo compreſſo repetiit, & peregit cenſum Claudius, interim dum collega Valerio ſubrogatus partim luctatur cum tribunis, partim judicia ἐκ πολλῶν παρειλκυσμένα χρόνων δι᾽ ὅλης ἡμέρας ἐπὶ τοῦ βήματος καθεζόμενος, ut ait Dionyſius, celebrat, ita moderate, ut nemo nec provocationem, nec tribunos, nec legem Terentillam deſideraret. *J. F. Gron.*

2 *De*

by Google

qui quærendo, *quonam modo exercitum educturi conſules eſſent, quos delectum habere nemo paſſurus eſſet? Nobis vero*, inquit Quintius, *nihil delectu opus eſt, quum, quo tempore P. Valerius ad recipiendum Capitolium arma plebi dedit, omnes in verba juraverint, conventuros ſe juſſu conſulis, nec injuſſu abituros. Edicimus itaque, omnes qui in verba juraſtis, craſtina die armati ad lacum Regillum adſitis.* Cavillari tum tribuni, *& populum exolvere religione velle: privatum eo tempore Quintium fuiſſe, quum ſacramento adacti ſint.* Sed nondum hæc, quæ nunc tenet ſeculum, negligentia Deûm venerat: nec interpretando ſibi quiſque jusjurandum & leges aptas faciebat, ſed ſuos potius mores ad ea accommodabat. Igitur tribuni, ut impediendæ rei nulla ſpes erat, [1] de proferendo exercitu agere. eo magis quod & *augures juſſos adeſſe ad Regillum lacum* fama exierat: *locumque inaugurari, ubi auſpicato cum populo agi poſſet. ut quicquid Romæ vi tribunicia rogatum eſſet, id comitiis ibi abrogaretur. Omne, id juſſuros, quod conſules vellent. neque enim provocationem eſſe longius ab urbe mille paſſuum: & tribunos, ſi eo adveniant in alia turba Quiritium, ſubjectos fore conſulari imperio.* Terrebant hæc: ſed ille maximus terror animos agitabat, quod ſæpius Quintius dictabat, *Se conſulum comitia non habiturum. Non ita civitatem ægram eſſe, ut conſuetis remediis ſiſti poſſit. dictatore opus eſſe reipubl. ut qui ſe moverit ad ſollicitandum ſtatum civitatis, ſentiat ſine provocatione dictaturam eſſe.* Senatus in Capitolio erat. eo tribuni cum perturbata 21
plebe veniunt. multitudo clamore ingenti, nunc conſulum,

1 *De proferendo exercitu agere*] Lipſius deleta voce: *de proferenda agere.* Sed ipſum *impedire* nihil eſt aliud quam *proferre*, neque enim volebant, nunquam delectum haberi, ſed non tum haberi, nec prius, quam ipſi, quæ cuperent, à Patribus impetraſſent. Cogita an ſcribi poſſit; *de perterrendo exercitu agere.* Quum enim impedire non poſſent, quin juniores reverentia priſtini ſacramenti nomina darent, & exercitus conſcriberetur; id egerunt, ut eundem exercitum, quaſi ea de cauſa educerent conſules, ut præſidia libertatis ipſum abolere ſibi cogerent, vano metu perterrerent, ſi forte hic metus religionem vinceret. Ideo mox: *Terrebant hæc: ſed ille maximus terror animos agitabat, quod ſæpius Quintius dictitabat.* J. F. Gron.

1 *Se-*

lum, nunc Patrum fidem implorant. nec ante moverunt de ſententia conſulem, quam tribuni ſe in auctoritate Patrum futuros eſſe, polliciti ſunt. Tunc referente conſule de tribunorum & plebis poſtulatis, [1] ſenatuſconſulta fiunt, *Neque tribuni legem eo anno ferrent, neque conſules ab urbe exercitum educerent. In reliquum magiſtratus continuari, & eoſdem tribunos refici, judicare Senatum contra rempublicam eſſe.* Conſules fuere in Patrum poteſtate, tribuni reclamantibus conſulibus refecti. Patres quoque ne quid cederent plebi, & ipſi L. Quintium conſulem reficiebant. Nulla toto anno vehementior actio conſulis fuit. *Mirer*, inquit, *ſi vana veſtra, Patres conſcripti, ad plebem auctoritas eſt? Vos elevatis eam, quippe quia plebs ſenatuſconſultum in continuandis magiſtratibus ſolvit, ipſi quoque ſolutum vultis, ne temeritati multitudinis cedatis: tanquam id ſit plus poſſe in civitate, plus levitatis ac licentiæ habere. levius enim, vaniuſque profecto eſt, ſua decreta & conſulta tollere, quam aliorum. Imitamini, Patres conſcripti, turbam inconſultam: & qui exemplo aliis eſſe debetis, aliorum* [2] *exemplo peccetis potius, quam alii veſtro recte faciant; dum ego ne imiter tribunos, nec me contra Senatuſconſultum conſulem renunciari patiar. Te vero, C. Claudi, adhortor, ut & ipſe populum Rom. hac licentia arceas: & de me hoc tibi perſuadeas, me ita accepturum, ut non honorem meum à te impeditum, ſed gloriam ſpreti honoris auctam invidiamque quæ continuato eo impenderet, levatam putem.* Communiter inde edicunt, *Ne quis L. Quintium conſulem face-*

1 *Senatuſconſulta fiunt, neque trib. pl.*] Vet. lib. *Senatuſconſultum fit, ut neque tribuni plebis.* Sigonius.

Senatuſconſulta fiunt] Sigonius, quaſi hoc argumentum non ſit plurium, *Senatuſconſultum fit.* Quemadmodum & unus è Pal. Sed cæteri omnes, ut editur, & ſciendum non ita fuiſſe in unum conſultum Senatus conſtipatas materias, ut de eadem re ſæpe plura facta non fuerint. Exemplum in illa nobili epiſtola M. Cœlii apud Ciceronem. Noſter hoc libro cap. 54. *Factum Senatuſconſultum, ut decemviri ſe primo quoque tempore magiſtratu abdicarent: Q. Furius pontifex maximus tribunos plebis crearet: & ne cui fraudi eſſet ſeceſſio militum plebiſque.* Ubi intelliges, *item factum S C. ut Q. Furius*: tum, *& aliud, ne cui.* Ideo ſubjicit Livius: *His ſenatuſconſultis perfectis.* J. F. Gron.

2 *Exemplo peccetis*] Vet. lib. *Peccatis.* Sigonius.

1 *Coſſ.*

faceret. ſi quis feciſſet, ſe id ſuffragium non obſervaturos. [1] Conſules creati Q. Fabius Vibulanus tertium, & L. Cornelius 22
Maluginenſis. Cenſus actus eo anno. luſtrum propter Capitolium captum, conſulem occiſum, condi religioſum fuit. [2] Q. Fabio, L. Cornelio conſulibus, principio anni ſtatim res turbulentæ. Inſtigabant plebem tribuni. bellum ingens à Volſcis & Æquis Latini atque Hernici nunciabant. jam Antii Volſcorum legiones eſſe: & ipſam coloniam ingens metus erat defecturam. ægreque impetratum à tribunis, ut bellum præverti ſinerent. [3] Conſules inde partiti provincias. Fabio ut Antium legiones duceret, datum: [4] Cornelio ut Romæ præſidio eſſet, ne qua pars hoſtium, qui Æquis mos erat, ad populandum veniret. Hernici & Latini juſſi milites dare ex fœdere: duæque partes ſociorum in exercitu, tertia civium fuit. Poſtquam ad diem præſtitutum venerunt ſocii, conſul extra portam Capenam caſtra locat, inde luſtrato exercitu Antium profectus, haud procul oppido, ſtativiſque hoſtium conſedit. Ubi quum Volſci, quia nondum ab Æquis veniſſet exercitus, dimicare non auſi, quemadmodum quieti vallo ſe tutarentur, pararent; poſtero die Fabius non permiſtam unam ſociorum civiumque, ſed trium populorum tres ſeparatim acies circa vallum hoſtium inſtruxit. Ipſe erat medius

1 *Coſſ. creati Q. Fabius Vibulanus tertium*] Non eſt dubium, quin de eo Fabio loquatur, cujus ab initio hujus libri mentio, & cujus bis à Livio omiſſum cognomen eſt. *Glareanus.*

2 *Q. Fabio & L. Cornelio Coſſ.*] Florentinus ignorat copulam. *J. F. Gron.*

3 *Conſules inde partiti provincias*] Eſt lib. 23, 26 ubi vulgo legebatur: *nihilo ſegnius in Hiſpania bellum erat, ſed ad eam magis diem proſperum Romanis. P. & Cn. Scipiones ita inter ſe partiti copias, ut Cn. terra, P. mari navibuſque rem gereret.* ſed reſtituimus ex optimis libris: *proſperum Romanis. Publio & Cnæo Scipionibus ita inter ſe partitis copias.* Ea res mihi ſuſpicionem movit, paſſim idem genus mendi irrepſiſſe. Itaque dubitabam an non hic quoque fuerit: *Conſulibus inter ſe partitis provincias, Fabio, ut Antium legiones duceret, datum, Cornelio ut Romæ præſidio eſſet.* Quin & ſupra hoc libro cap. 10. *Ut hæc dicta in ſenatu ſunt, delectus indicitur, conſulibus belli adminiſtrationem inter ſe diſpartiri juſſis, alteri ut Volſci, alteri ut Æqui provincia eſſet.* Sed dubitabam tantum, nec ea propter cum quoquam litigabo. Plura occurrent hujuſmodi, quæ in tempore tangemus. *Idem.*

4 *Cornelius, ut Romæ*] Vet. lib. *Cornelio*, quo pacto ſine controverſia legendum eſt. *Sigonius.*

1 *Equi-*

dius cum legionibus Romanis. inde ſignum obſervare juſſit, ut pariter & ſocii rem inciperent, referrentque pedem, ſi receptui ceciniſſet. [1] equites item ſuæ cuique parti poſt principia collocat. Ita trifariam adortus caſtra circumvenit: & quum undique inſtaret, non ſuſtinentes impetum, Volſcos vallo deturbat. Tranſgreſſus inde munitiones, pavidam turbam inclinatamque in partem unam caſtris expellit. Inde effuſe fugientes eques, cui ſuperare vallum haud facile fuerat, quum ad id ſpectator pugnæ aſtitiſſet, libero campo adeptus, parte victoriæ fruitur, territos cædendo. Magna & in caſtris & extra munimenta cædes fugientium fuit: ſed præda major, quia vix arma ſecum efferre hoſtis potuit, dele-
23 tuſque exercitus foret, ni fugientes ſilvæ texiſſent. Dum ad Antium hæc geruntur, interim Æqui robore juventutis præmiſſo, arcem Tuſculanam improviſo nocte capiunt: reliquo exercitu haud procul mœnibus Tuſculi conſidunt, ut diſtenderent hoſtium copias. Hæc celeriter Romam, ab Roma in caſtra Antium perlata, movent Romanos haud ſecus, quam ſi Capitolium captum nunciaretur. adeo & recens erat Tuſculanorum meritum, & ſimilitudo ipſa periculi, repoſcere datum auxilium videbatur. Fabius omiſſis omnibus, prædam ex caſtris raptim Antium convehit. Ibi modico præſidio relicto, citatum agmen Tuſculum rapit. nihil præter ar-

ma

1 *Equites item ſua cuique parti poſt principia collocat*] Legendum eſt *ſua*. Ut ad *principia* referatur: quamquam & *ſuos* vel *ſua quemque* aut *ſua quoſque* ſcribere potuerit, ut ad equites referret. Ita enim dicimus: *ſuam rem cuique domino tribuere*, aut *ſuo quidque domino tribuere*: non *ſuum quidque* aut *ſuo cuique*. Varro de re ruſt. 1, 7. *Quæ ſuo quidque loco ſunt poſita, ea minus loci occupant*. Cæſar 7 Gall. *Diviſum ſenatum, diviſum populum in ſuas cujuſque eorum clientelas*. Livius ſupra: *Neque ſuum cuique jus modum faciebat*. Hinc noſcas apud Virgilium ecl. VII. *Strata jacent paſſim ſua quaque ſub arbore poma*, non modo delirare G. Canterum, quia *ſua* κατὰ συνεκφώνησιν una ſyllaba, & auferendi caſu accipit, ſed nihilo minus viros doctiſſimos, cum *ſua* nominativo quidem plurali prolatum, *quaque* tamen etiam defendunt. Non potuit aliter Virgilius dicere quam, *ſua quaque ſub arbore poma*. Livius lib. 25, 17. *Moribuſque armorum & corporum ſua cuique genti adſuetis*. Scribe *unicuique genti*. J. F. Gron.

1 *Ea*

ma & quod cocti ad manum fuit cibi, ferre militi licuit. Commeatum ab Roma conſul Cornelius ſubvehit. Aliquot menſes Tuſculi bellatum. parte exercitus conſul caſtra Æquorum oppugnabat: partem Tuſculanis dederat ad arcem recuperandam. Vi nunquam [1] eo ſubiri potuit. fames poſtremo inde detraxit hoſtem. Quo poſtquam ventum ad extremum eſt, inermes nudique omnes ſub jugum ab Tuſculanis miſſi. hos ignominioſa fuga domum ſe recipientes, Romanus conſul in Algido conſecutus, ad unum omnes occidit. Victor ad Columen (id loco nomen eſt) [2] exercitu relicto, caſtra locat. Et alter conſul, poſtquam mœnibus Romanis jam pulſo hoſte periculum eſſe deſierat, & ipſe ab Roma profectus. Ita bifariam conſules ingreſſi hoſtium fines, ingenti certamine hinc Volſcos hinc Æquos populantur. Eodem anno deſciſſe Antiates, apud pleroſque auctores invenio. L. Cornelium conſulem id bellum geſſiſſe, oppidumque cepiſſe; certum affirmare, quia nulla apud vetuſtiores ſcriptores ejus rei mentio eſt, non auſim.

Hoc bello perfecto tribunicium domi bellum Patres ter- 24
ritat. Clamant fraude fieri, quod foris teneatur exercitus: fruſtrationem eam legis tollendæ eſſe. ſe nihilominus rem ſuſceptam peracturos. Obtinuit tamen P. Lucretius præfectus urbis, ut actiones tribuniciæ in adventum conſulum differrentur. Erat & nova exorta cauſſa motus. A. Cornelius, & Q. Servilius quæſtores, M. Volſcio, quod falſus [3] haud dubie teſtis in Cæſonem extitiſſet, diem dixerant. multis enim emanabat indiciis, neque fratrem Volſcii, ex quo ſemel fuerit æger, unquam non modo viſum in publico, ſed ne aſſurrexiſſe quidem ex morbo, [4] multorumque tabe menſium mortuum:

1 *Eo ſubire*] Vet. lib. *Subiri*. Sigon.

2 *Exercitu relicto*] Recte Sabellicus vidit τῷ *relicto* hic locum non obtinere. Ego aut *relato* ſcriberem, aut *reducto*. Rubenius.

3 *Haud dubio*] Vet. lib. *Haud dubie*. Sigonius.

4 *Multorumque tabe menſium*] Vet. lib. *M. t. menſium mortuum*. Idem.

1 *Frequen-*

Digitized by Google

tuum: nec his temporibus, in quæ teſtis crimen conjeciſſet, Cæſonem Romæ viſum: affirmantibus, qui una meruerant, ſecum eum tum [1] frequentem ad ſigna ſine ullo commeatu fuiſſe. ni ita eſſet, [2] multi privatim ferebant Volſcio judicem. Quum ad judicium ire non auderet, omnes eæ res in unum congruentes, haud magis dubiam damnationem Volſcii, quam Cæſonis Volſcio teſte fuerat, faciebant. In mora tribuni erant, qui comitia quæſtores habere de reo, niſi prius habita de lege eſſent, paſſuros negabant. ita extracta utraque res in conſulum adventum eſt. Qui ubi triumphantes victore cum exercitu urbem inierunt, quia ſilentium de lege erat, perculſos magna pars credebant tribunos. At illi (etenim extremum anni jam erat) quartum affectantes tribunatum, in comitiorum diſceptationem ab lege certamen averterant. & quum conſules nihilo minus adverſus continuationem tribunatus, quam ſi lex minuendæ ſuæ majeſtatis cauſſa promulgata ferretur, tetendiſſent: victoria certaminis penes tribunos fuit. Eodem anno Æquis pax eſt petentibus data. Cenſus, res priore anno inchoata, perficitur: idque luſtrum ab origine urbis decimum conditum. Fuerunt cenſa civium capita, centum triginta duo millia quadringenta novem. Conſulum magna domi bellique eo anno gloria fuit: quod & foris pacem peperere, & domi, etſi non concors, mi-
25 nus tamen quam alias infeſta civitas fuit. L. Minucius inde; [3] & C. Nautius conſules facti, duas reſiduas anni prioris cauſſas exceperunt. Eodem modo conſules legem,

1 *Frequentemque ad ſigna*] Vet. lib. *frequentem ad ſigna*. Sigonius.

2 *Multi privatim ferebant Volſcio judicem*] Ab Curione eſt. Andreas & omnes uſque ad Frobenium, *judices*. Ego etſi in membranis promiſcuis illud reperiam, tamen quia omnium optimæ Florentinæ *judicis*, probo *judices*. Sic enim locutus eſt, quia præceſſit *multi*, & alius alium. Tale in duodecim: *libras farris in dies dato*. Quia enim *dies*, ideo *libras*: quod eſt quovis die libram. Vide ad 4, 15. *J. F. Gron.*

3 *Et L. Nautius*] Ego ſequutus Dionyſii, Diodori, & Capitolinorum lapidum auctoritatem, *C. Nautius* lego. *Sigonius.*

gem, tribuni judicium de Volſcio impediebant: ſed in quæſtoribus novis major vis, major auctoritas erat. Cum [1] M. Valerio Valerii filio, Voleſi nepote, quæſtor erat T. Quintius Capitolinus, qui ter conſul fuerat. Is quoniam neque Quintiæ familiæ Cæſo, neque reipubl. maximus juvenum reſtitui poſſet, falſum teſtem, qui dicendæ cauſſæ innoxio poteſtatem ademiſſet, juſto ac pio bello perſequebatur. [2] Quum Virginius maxime & tribuni de lege agerent, duum menſium ſpatium conſulibus datum eſt ad inſpiciendam legem: ut, cum edocuiſſent populum, quid fraudis occultæ ferretur, ſinerent deinde ſuffragium inire. hoc intervalli datum, res tranquillas in urbe fecit. [3] Nec diuturnam quietem Æqui dederunt. qui rupto fœdere, quod ictum erat priore anno cum Romanis, imperium ad [4] Gracchum Clœlium

1 *M. Valerio Valerii filio Voleſi nepote*] Supra duos Marcos Valerios mortuos legimus, unum ad lacum Regillum, alterum augurem in peſtilentia: Quorum unus pater, alter filius fuit. Qui vero nunc Quæſtor eſſe dicitur, is eſt proculdubio, qui biennio poſt Conſul in Capitolinis tabulis *Manii filius*, *Voluſi nepos* dicitur. Itaque hoc loco lego, *M. Valerio M' F. Voluſi nepote.* Neque enim cum quis nominabatur, à patris nomine gentilicio, ſed à prænomine oſtendebatur. Horum autem ſtemma eſt ejuſmodi:

Voluſus Valerius.

P. Valerius Poplicola quater conſul, anno 245, 246, 247, 250.	M. Valerius conſul an. 249. ad lacũ Regillum periit.	M' Valerius dictator anno 260.
P. Valerius Poplicola cos. anno 252. in prœlio contra Herdonium cecidit.	M. Valerius, quem quidam ajunt dictatorem fuiſſe ann. 235. augur mortuus an. 289.	M. Valerius quæſtor anno 294. cos. an. 296.

Sigonius.

2 *Quum Virginius maxime è tribunis*] Repone cum MSS. & Aldina: *Quum Virginius maxime & tribuni.* Quia tribunus erat ipſe Virginius, putaverunt non bene dici: *Virginius & tribuni.* At notum eſt illud: Ζεῦ ϗ θεοί. Plautus Captiv. *Jovi deiſque ago gratias.* Petronius: *Pindarus novemque Lyrici.* Sic lib. 9, 15. *An conſulum Papiriique præcipuum id decus ſit.* Ita omnes calamo exarati: quod quibus inſolens videbatur, ita mutarunt: *Conſulis Papirii.* Idem genus non intellectum lib. 30, 12. *Miſſo Syphace & captivis, ceteras urbes Numidiæ.* Hæc vetus lectio eſt. Quoniam vero captivus & ipſe Syphax, fecerunt: *Miſſo Syphace & ceteris captivis, urbes.* J. F. Gron.

3 *Nec diuturnam quietem Æqui dederunt*] Valerius Max. lib. 2 cap. 2 cum Æquicolis hoc bellum fuiſſe ait. Quare lector ſecum perpendat, num Æquicoli, aut Æquicolæ cum Æquis idem ſit populus, an apud Valerium menda. Cum Livio enim concordat in nomine Dionyſius. *Glareanus.*

4 *Gracchum Cluilium*] Veteres libri omnes

lium deferunt. is tum longe princeps in Æquis erat. Graccho duce in Lavicanum agrum, inde in Tuſculanum hoſtili populatione veniunt, plenique præda in Algido caſtra locant. In ea caſtra Q. Fabius, P. Volumnius, A. Poſtumius legati, ab Roma venerunt queſtum injurias, & [1] ex fœdere res repetitum. eos Æquorum imperator, *quæ mandata habeant ab ſenatu Romano, ad quercum jubet dicere. ſe alia interim acturum.* quercus ingens arbor prætorio imminebat, cujus umbra opaca ſedes erat. Tum ex legatis unus abiens, *& hæc*, inquit, *ſacrata quercus, & quicquid Deorum eſt, audiant fœdus à vobis ruptum: noſtriſque & nunc querelis adſint, & mox armis, quum Deorum hominumque ſimul violata jura exequemur.* Romam ut rediere legati, ſenatus juſſit alterum conſulem contra Gracchum in Algidum exercitum ducere: alteri populationem finium Æquorum provinciam dedit. Tribuni ſuo more impedire delectum. & forſitan ad ultimum impediſſent;

26 ſed novus ſubito additus terror eſt. Vis Sabinorum ingens prope ad mœnia urbis infeſta populatione venit. fœdati agri, terror injectus urbi eſt. Tum plebs benigne arma cepit. reclamantibus fruſtra tribunis, magni duo exercitus ſcripti. alterum Nautius contra Sabinos duxit: caſtriſque ad Eretum poſitis, per expeditiones parvas [2] plerumque nocturnis incurſionibus, tantam vaſtitatem in Sabino agro reddidit, ut comparati ad eam prope intacti bello fines Romani viderentur. Minucio neque fortuna nec vis animi eadem in gerendo negotio fuit. nam

omnes conſtantiſſime habent, *Clœlium*. Quamquam Dionyſii liber Κοίλιον edit, ut puto, mendoſe. *Sigonius.*

1 *Ex* τὸ *fœdere*] Vox, *eo*, ſupervacanea eſt. Id & veteres declarant libri, & Liviana forma dicendi. Sic enim etiam lib. 1. *Injurias & non redditas res ex fœdere, quæ repetitæ ſunt.* Idem.

2 *Plerumque nocturnis incurſionibus*] Plures ſcripti: *incurſibus*. Ipſe lib. 25 de Maſiniſſa: *Noctibus quoque ſæpe incurſu repentino in portis valloque trepidatum eſt. nec aut locus aut tempus ullum vacuum à metu ac ſollicitudine erat Romanis.* Tacitus 4 ann. *Non gravi nec uno incurſu conſectandum hoſtem vagum.* Lib. 3 hiſtor. *Igitur repentino incurſu Antonius ſtationes hoſtium irrupit.* Suſtineo tamen quia intelligo in Fl. optimo eſſe *incurſionibus*. J. F. Gron.

1 *Mu-*

Digitized by Google

nam quum haud procul ab hoſte caſtra poſuiſſet, nulla magnopere clade accepta caſtris ſe pavidus tenebat. Quod ubi ſenſerunt hoſtes, crevit ex metu alieno, ut fit, audacia: & nocte adorti caſtra, poſtquam parum vis aperta profecerat, [1] munitiones poſtero die circumdant. quæ priuſquam undique [2] vallo objecto clauderent exitus, quinque equites inter ſtationes hoſtium emiſſi, Romam pertulere, conſulem exercitumque obſideri. [3] Nihil tam nec inopinatum, nec inſperatum accidere potuit. Itaque tantus pavor, [4] tanta trepidatio fuit, quanta, ſi urbem, non caſtra hoſtes obſiderent. Nautium conſulem arceſſunt, in quo quum parum præſidii videretur, dictatoremque dici placeret, qui rem perculſam reſtitueret; L. Quintius Cincinnatus conſenſu omnium dicitur. Operæ pretium eſt audire, qui omnia præ divitiis humana ſpernunt, neque honori magno locum, neque virtuti putant eſſe, niſi ubi effuſe affluant opes. Spes unica imperii populi Romani L. Quintius, trans Tiberim, contra eum ipſum locum, ubi nunc navalia ſunt, quatuor jugerum colebat agrum, quæ prata Quintia vocantur. Ibi ab legatis, ſeu foſſam fodiens [5] palæ innixus, ſeu

1 *Munitiones circumdant*] Hoc expreſſit Dionyſius his verbis: περιτάφρευσέ τε καὶ περιεχαράκωσε. id eſt, *foſſa valloque caſtra Romana circumdedit*, vel *munitiones caſtris objecit*: ſic autem etiam paulo poſt, *Exercitum omnem longo agmine circumdat hoſtium caſtris*. Sigonius.

2 *Vallo objecto*] *Objecto* ex vet. lib. *Idem*.

3 *Nihil tam necopinatum nec tam inſperatum accidere potuit*] Ab Rhenano eſt immemore pleonaſmi, quo gaudet in his negationem geminare Livius. Ut lib. 2. *Nolle ſucceſſum, non Patribus, non conſulibus*. Hoc libro ſupra: *Nemo, non lingua, non manu, promptior*. Lib. 4. *Non ante unquam Volſcos, nec ducibus legendis, nec exercitui ſcribendo, intentiores fuiſſe*. Et perſæpe alibi. Sit igitur cum MSS. & editionibus antiquis: *Nihil tam nec inopinatum, nec inſperatum*. Nihil planius. Tamen & hic Sigonius cupreſſum appingit, infertque: *Nihil nec tam inopinatum, nec tam inſperatum*. Quid opus? aut quod decus in τῇ *tam* repetitione? Sic ſtatim veteres: *tantus pavor, tanta trepidatio*. Non *tantaque*. At inferius ex eodem Sigoniano noſtriſque ſcriptis, ſed & edd. antiquis auge: *Dictatorem eum legati gratulantes conſalutant*. J. F. Gron.

4 *Tanta trepidatio fuit*] Vet. lib. *Tantaque trepidatio*. Sigonius.

5 *Bipalio innixus*] Veteres libri omnes, *Palo*. Quod etiam ante me Rhenanus docuit. *Idem*.

Bipalio innixus] Archetypi lectio, *palo*,

ſeu quum araret; operi certe, id quod conſtat, agreſti intentus; ſalute data invicem redditaque, rogatus *ut quod bene verteret ipſi, reique publicæ, togatus mandata ſenatus audiret.* admiratus, rogitanſque, *ſatin' ſalva eſſent omnia,* togam propere è tugurio proferre uxorem Raciliam jubet. Qua ſimul, abſterſo pulvere ac ſudore, velatus proceſſit; [1] dictatorem eum legati gratulantes conſalutant: in urbem vocant: qui terror ſit in exercitu, exponunt. Navis Quintio publice parata fuit, tranſvectumque tres obviam egreſſi filii excipiunt. inde alii propinqui atque amici, tum Patrum major pars. Ea frequentia ſtipatus, antecedentibus lictoribus deductus eſt domum, & plebis concurſus ingens fuit. ſed ea nequaquam tam læta Quintium vidit; & imperii nimium, & virum in ipſo imperio vehementiorem rata. Et illa quidem nocte ni-
27 hil præterquam vigilatum eſt in urbe. Poſtero die dictator, quum ante lucem in forum veniſſet, magiſtrum equitum dicit [2] L. Tarquitium patriciæ gentis, ſed qui quum ſtipendia pedibus propter paupertatem feciſſet, bello tamen primus longe Romanæ juventutis habitus eſſet.

palo, inquit Rhenanus, & ſenſum, L. Quinctium inclinaſſe in palum, qui forte illic erat terræ infixus. Ergo etiam, Veteres libri omnes *palo*, quod etiam ante ſe Rhenanus docuerit, ſubnotat Sigonius. Vere illi, ſed iidem ambo monere poterant, non modo ſcriptis legi in omnibus *palo*, ſed etiam omnibus in editis ab Andrea uſque ad Moguntinos. Hi quum in margine Aſcenſii vidiſſent, *Pala*, aut *Bipalio* melius forſan, (quod & Savetterius expreſſit) pejus elegerunt. Nam, *pala innixus*, ſcribendum. Stare otioſum, inclinatum ad palum forte terræ infixum, quaſi Claudii Cæſaris poplites haberet, & tantum oculos operi ruſtico præſtare non erat tam duri viri. Nec ſtando inclinatis ad palum fodiuntur foſſæ, ſed palæ incumbentibus ſeu incurvis palam ſtrenue moventibus. Plautus Pœnulo: *Palas vendendas ſibi ait & mergas datas, Ut hortum fodiat, atque ut frumentum metat.* Cato in ruſticis inſtrumentis ponit *palas quatuor, rutra quinque, raſtros quadridentes duos.* Columella lib. 10. *Tunc mihi ferrato verſetur robore palæ Dulcis humus, ſi jam pluviis defoſſa madebit.* Plinius 18, 28. *Cuſpis effigiem palæ habet.* J. F. Gron.

1 *Dictatorem eum gratulantes conſal.*] Vet. lib. *Legati gratulantes.* Sigonius.

2 *L. Tarquinium patriciæ gentis*] In tabulis Capitolinis eſt *L. Tarquitius.* Quibus danda fides eſt. nam *Tarquinii* ex urbe exacti omnes fuerant. Et de Tarquinio non dixiſſet *patriciæ gentis*, cum id ſatis conſtaret. *Idem.*

2 Non

Digitized by Google

eſſet. Cum magiſtro equitum in concionem venit, juſti-
tium edicit, claudi tabernas tota urbe jubet, vetat quem-
quam privatæ quicquam rei agere. Tum quicunque æ-
tate militari eſſent, armati cum cibariis in dies quinque
coctis, valliſque duodenis, ante ſolis occaſum Martio
in campo adeſſent. quibus ætas ad militandum gravior
eſſet, vicino militi, dum is arma pararet, vallumque pe-
teret, cibaria coquere juſſit. Sic juventus diſcurrit ad
vallum petendum. ſumpſere, unde cuique proximum
fuit: prohibitus nemo eſt: impigreque omnes ad edi-
ctum dictatoris præſto fuere. Inde compoſito agmine,
[1] non itineri magis apto, quam prœlio, ſi res ita tuliſ-
ſet, legiones ipſe dictator, magiſter equitum ſuos equi-
tes ducit. In utroque agmine, quas tempus ipſum po-
ſcebat, adhortationes erant: *adderent gradum, maturato
opus eſſe*, [2] *ut nocte ad hoſtem pervenire poſſent. conſulem exer-
citumque Romanum obſideri. tertium diem jam clauſos eſſe:
quid quæque nox aut dies ferat, incertum eſſe: puncto ſæpe tem-
poris maximarum rerum momenta verti. accelera ſignifer, ſe-
quere miles*, inter ſe quoque gratificantes ducibus clama-
bant. media nocte in Algidum perveniunt: & ut ſenſe-
re ſe jam prope hoſtes eſſe, ſigna conſtituunt. Ibi dicta- 28
tor quantum nocte proſpici poterat, equo circumve-
ctus, contemplatuſque qui tractus caſtrorum, quæque
forma eſſet, tribunis militum imperavit, ut ſarcinas in
unum conjici jubeant. militem cum armis valloque redi-
re in ordines ſuos. facta, quæ imperavit. [3] Tum quo
fuerat

1 *Non itineri magis apto*] Aut *compoſito* aut *apto* videntur abundare. Sed opportune tres Pall. & Voſſ. *Non itineri magis apti quam prœlio.* Ut referatur ad dictatorem & magiſtrum equitum: & intelligas quo habitu duces, eodem & milites fuiſſe: denique in fine ſcribas, *ducunt*. Durius enim forte in hoc propius reſpexiſſe. *J. F. Gron.*

2 *Ut nocte ad hoſtem pervenire poſſent*] In optimis pleriſque reperio *poſſet*, indicio ſcribendum *perveniri poſſet*, quod ex ſuo v. l. notavit Muretus. *Idem.*

3 *Tum quo fuerat ordine in via exercitum*] Iidem *fuerant*. quod tuto repone. *Exercitum* enim cum appellat, perinde eſt ac ſi dixiſſet *legiones* vel *milites*. Idem.

fuerat ordine in via, exercitum omnem longo agmine circumdat hoſtium caſtris, & ubi ſignum datum ſit, clamorem omnes tollere jubet. clamore ſublato, ante ſe quemque ducere foſſam, & jacere vallum. Edito imperio, ſignum ſecutum eſt. juſſa miles exſequitur, clamor hoſtes circumſonat. Superat inde caſtra hoſtium, & in caſtra conſulis venit: alibi pavorem, alibi gaudium ingens facit. Romani, civilem eſſe clamorem, atque auxilium adeſſe, inter ſe gratulantes, ultro ex ſtationibus ac vigiliis territant hoſtem. Conſul differendum negat. *Illo clamore non adventum modo ſignificari, ſed rem ab ſuis cœptam: mirumque eſſe, ni jam exteriore parte caſtra hoſtium oppugnentur. Itaque arma ſuos capere; & ſe ſubſequi* jubet. Nocte [1] initum prœlium eſt à legionibus: dictatori clamore ſignificant, ab ea quoque parte rem in diſcrimine eſſe. Jam ſe ad prohibenda circumdari opera Æqui parabant, quum ab interiore hoſte prœlio cœpto, ne per media ſua caſtra fieret eruptio, à munientibus ad pugnantes introrſum verſi, vacuam noctem operi dedere. pugnatumque cum conſule ad lucem eſt. Luce prima jam circumvallati ab dictatore erant, & vix adverſus unum exercitum pugnam ſuſtinebant. tum à Quintiano exercitu, qui confeſtim à perfecto opere ad arma rediit, invaditur vallum. hic inſtabat nova pugna: nihil remiſerat prior. Tum ancipiti malo urgente à prœlio ad preces verſi, hinc dictatorem, hinc conſulem

1 *Initum prœl. eſt, legionibus dictatoris clamore ſignificantibus*] Veram lectionem, præterquam una litera, & cum mala interpunctione protulit Rhenanus. Legendum enim: *Nocte initum prœlium eſt à legionibus: dictatori clamore ſignificant, ab ea quoque parte rem in diſcrimine eſſe.* Sic MSS. Pal. Perperam Rhenanus: *A legionibus dictatoris ſignificant.* Nam ab illis clamorem editum acceptumque ab obſeſſis jam ante affirmavit: hic clamor eſt obſeſſorum, Dictatori ſignificantium; ſe ad ſignum ab ipſo datum expediri. *J. F. Gron.*

Legionibus Dictatoris clamore ſignificant] Senſus eſt perquam obſcurus. Rem autem in diſcrimine eſſe de hoſtibus intelligo, quaſi diceret, non ab Conſulis tantum parte res hoſtium in diſcrimine erat, ſed ab dictatoris quoque parte, id quod legionum clamor ſatis ſignificabat. *Glareanus.*

2 *Coi*

lem orare, ne in occidione victoriam ponerent, ut in-
ermes ſe inde abire ſinerent. Ab conſule ad dictatorem
ire juſſis, ignominiam inſenſus addidit. Gracchum
Clœlium ducem, principeſque alios, vinctos ad ſe ad-
duci jubet, oppido Corbione decedi; *Sanguinis ſe Æquo-
rum non egere: licere abire: ſed ut exprimatur tandem con-
feſſio, ſubactam domitamque eſſe gentem, ſub jugum abituros.*
Tribus haſtis jugum fit; humi fixis duabus, ſuperque
eas transverſa una deligata. ſub hoc jugo dictator Æ-
quos miſit. Caſtris hoſtium receptis, plenis omnium re- 26
rum (nudos enim emiſerat) prædam omnem ſuo tan-
tum militi dedit: conſularem exercitum, ipſumque con-
ſulem increpans, *Carebis*, inquit, *prædæ parte, miles, ex
eo hoſte, cui prope præda fuiſti. & tu L. Minuci, donec conſu-
larem animum incipias habere, legatus his legionibus praeris.*
Ita ſe Minucius abdicat conſulatu, juſſuſque ad exerci-
tum manet. Sed adeo tum imperio meliori animus man-
ſuete obediens erat, ut beneficii magis, quam ignomi-
niæ hic exercitus memor, & [1] coronam auream dictato-
ri libram pondo decreverit, & proficiſcentem eum pa-
tronum ſalutaverit. Romæ à Q. Fabio præfecto urbis
ſenatus habitus triumphantem Quintium, quo veniebat
agmine, urbem ingredi juſſit. ducti ante currum ho-
ſtium duces: militaria ſigna prælata: ſecutus exercitus
præda onuſtus. Epulæ inſtructæ dicuntur fuiſſe ante o-
mnium domos: epulanteſque cum carmine triumphali,
& ſolennibus jocis, comiſſantium modo, currum ſecu-
ti ſunt. Eo die L. Mamilio Tuſculano, approbantibus
cunctis, civitas data eſt. Confeſtim ſe dictator magi-
ſtratu abdicaſſet, ni comitia M. Volſcii falſi teſtis te-
nuiſſent: ea ne impedirent tribuni, dictatoris obſtitit
metus. Volſcius damnatus Lanuvium in exſilium abiit.
Quin-

1 *Coronam auream dictatori libra pondo*] Flor. Rott. & Helm. ut ex Bor. Rhenanus *libram pondo*. Neque aliter potuiſſe Livium ſcribere demonſtravimus de Pecunia vetere l. 1 cap. 6. *J. F. Gron.*

Quintius ſextodecimo die dictatura in ſex menſes acceptâ ſe abdicavit. Per eos dies conſul Nautius ad Eretum cum Sabinis egregie pugnat. ad vaſtatos agros ea quoque clades acceſſit Sabinis. Minucio [1] Fabius Quintus ſucceſſor in Algidum miſſus. Extremo anno agitatum de lege ab tribunis eſt. ſed quia duo exercitus aberant, ne quid ferretur ad populum, Patres tenuere. plebes vicit, ut quintum eoſdem tribunos crearent. Lupos viſos in Capitolio ferunt à canibus fugatos; ob id prodigium luſtratum Capitolium eſſe. Hæc eo anno geſta. Sequuntur conſules, [2] Q. Minucius, C. Horatius Pulvillus: cujus initio anni quum foris otium eſſet, domi ſeditiones iidem tribuni, eadem lex faciebat. ulteriuſque ventum foret (adeo exarſerant animi) ni velut dedita opera, nocturno impetu Æquorum Corbione amiſſum præſidium, nunciatum eſſet. Senatum conſules vocant, jubentur ſubitarium ſcribere exercitum, atque in Algidum ducere. Inde poſito legis certamine, nova de delectu contentio exorta. vincebaturque conſulare imperium tribunicio auxilio, quum alius additur terror: Sabinum exercitum prædatum deſcendiſſe in agros Romanos, inde ad urbem venire. [3] Is metus perculit, ut ſcribi militem tribuni

1 *Fabius ſucceſſor*] Vet. lib. *Q. Fabius ſucceſſor*. Sigonius.

2 *Q. Minucius, M. Horatius*] Emendo, *C. Horatius*, partim quia Dionyſius & Capitolini ſcriptores eo prænomine hunc afficiunt, partim etiam, quia poſt Livius idem facit, ubi de *C. Horatio* augure mortuo loquitur. *Idem*.

3 *Is metus perculit, ut ſcribi*] Lego, *perpulit*. Neque aliter infra cap. 38. *Is pavor perpulit decemviros, ut ſenatum conſulerent*. Sane *percelli metu*, *perculſus pavore*, nota & pueris: verum ad faciendum aliquid metu, non *percelli*, ſed *perpelli* dicimur. Nam *percelli* eſt everti, ſubverti, affligi; *perpelli* eſt adigi, permoveri ad aliquid. *Percellere ut facias* juxta eſt ineptum ac ſi dicas, *affligere ut facias*, *proſternere ut facias*. Livius lib. 2. *Illum non minæ plebis, non ſenatus preces perpellere unquam potuere, ut veſtem mutaret*. Lib. 31. *Gomphos metu perpulit ad deditionem*. Longe aliter altero verbo utitur. Lib. 1. *Ipſius regis non tam ſubito pavore perculit pectus, quam magnis implevit curis*. Lib. 2. *Primo Aricinos res inopinata perculerat*. Lib. 3. *Nuncius deinde vincentibus Romanis animos auxit, & referentes gradum perculit Æquos*. Peccant in contrarium Giſanius & alii docti viri, qui *perpellere* volunt eſſe nonnunquam pulſando evertere, neque locis auctorum nituntur, niſi corruptis aut alienis. Veluti Plauti Epid. 4, 1, 15.

buni ſinerent; non ſine pactione tamen, ut quoniam ipſi quinquennium eluſi eſſent, parvumque id plebi præſidium foret, decem deinde tribuni plebis crearentur. Expreſſit hoc neceſſitas Patribus. id modo excepere, ne poſtea eoſdem tribunos juberent. Tribunicia comitia (ne id quoque poſt bellum, ut cætera vanum eſſet) extemplo habita. Triceſimo-ſexto anno à primis tribunis plebis, decem creati ſunt, bini ex ſingulis claſſibus. itaque cautum eſt ut poſtea crearentur. Delectu deinde habito, Minucius contra Sabinos profectus, non invenit hoſtem. Horatius, quum jam Æqui Corbione interfecto præſidio Ortonam etiam cepiſſent, in Algido pugnat: multos

1, 15. *Qui mihi in Epidauro primus pudicitiam perpulit.* Neque enim negare poſſunt libros optimos *pepulit* habere. Trinummo 2, 2, 26. *Si animus hominem perpulit*, &c. *Si ipſe animum perpulit.* Nam omnis ratio jubet illic etiam invitis libris legi *perculit*, ut voluit Lambinus. hoc enim victoris eſt perculiſſe hoſtem. Lex 1 π. 4 D. de ſervo corrupto, fruſtra opponitur, *perpulit ad delinquendum*, i. induxit, commovit, vulgari vi verbi. Apud Ciceronem de oratore 1, 10. *Cn. ipſum Carbonem, quem tu adoleſcens perculiſti*, haud dubie ſcribendum eſt, non *perpuliſti*. Ut lib. 2. *Scipionis illius, qui Tib. Gracchum perculit.* Pro Cœlio cap. 15. *Vicinum adoleſcentulum adſpexiſti? candor te hujus & proceritas, vultus oculique perculerunt*: ſane pariter corruptum eſt: ſed non ſcribendum, *perpulerunt*, ut voluit Lambinus, verum *pepulerunt*. Eſt enim Ciceroni nonnunquam *pellere* idem quod tangere, afficere, commovere. Ut in 3 de Officiis de Romulo: *Species enim utilitatis animum pepulit ejus, cui cum viſum eſſet utilius, ſolum ſe quam cum altero regnare, fratrem interemit.* Vim hujus verbi cognoſcas ex his ejuſdem ſuperioribus verbis: *cum igitur aliqua ſpecies utilitatis objecta eſt, nos commoveri neceſſe eſt.* Lib. 4 Academ. *Quæ vis eſſet in ſenſibus, quemadmodum prima viſa nos pellerent, donec appetitio ab his pulſa ſequeretur.* i. e. admonita, ſollicitata. In Oratore: *cum, ut fit, fortuito ſæpe aliquid concluſe apteque dicerent, quod cum animos hominum aureſque pepuliſſet.* Pertentaſſet, titillaſſet. Superius: *aures civitatis ad hujus generis dicendi audiendi incredibilia ſtudia convertimus.* Lib. 2 de finibus: *Neque enim movere poteſt appetitum animi, neque illum habet ictum, quo pellat animum ſtatus hic non dolendi. Itaque in hoc eodem peccat Hieronymus. At ille pellit, qui permulcet ſenſum voluptate.* Livius lib. 30. *Eo fœdiora hæc videbantur Scipioni, quod ipſum in Hiſpania juvenem nullius forma pepulerat captivæ.* Gellius 19, 1. *Quibus mens hominis prima ſtatim ſpecie accidentis animum rei pellitur.* Ibidem: *Qualia eſſe primo animi ſui pulſu viſa ſunt ſæva & aſpera.* Ex his omnibus colligere eſt legendum eſſe apud Ciceronem in Bruto cap. 87. *Longi ſermonis initium pepuliſti, inquam, Attice, remque commoviſti nova diſputatione dignam*, ut Victorius edidit. non *detuliſti*, ut Manucius & Lambinus: non *depuliſti*, ut Gruterus. Admones nos rei non paucis expediendæ, laceſſis materiam quantumvis longi ſermonis. Sumpſit à Platone, cujus eſt in Philebo: πάλιν ἂν ἐ αὐτὸν λόγον ἀνακρουώμεθα. *J. F. Gron.*

tos mortales occidit, fugat hoſtem non ex Algido modo ſed [1] à Corbione Ortonaque. Corbionem etiam diruit propter proditum præſidium.
31 Deinde M. Valerius, Sp. Virginius conſules facti. Domi foriſque otium fuit. annona propter aquarum intemperiem laboratum eſt. De Aventino publicando lata lex eſt. Tribuni plebis iidem refecti. [2] Hi ſequente anno, T. Romilio, C. Veturio conſulibus; legem omnibus concionibus ſuis celebrant, Pudere ſe numeri ſui nequicquam aucti, ſi ea res æque ſuo biennio jaceret, ac toto ſuperiore luſtro jacuiſſet. Quum maxime hæc agerent, trepidi nuncii ab Tuſculo veniunt, Æquos in agro Tuſculano eſſe. Fecit pudorem recens ejus populi meritum morandi auxilii: ambo conſules cum exercitu miſſi, hoſtem in ſua ſede in Algido inveniunt. Ibi pugnatum. ſupra ſeptem millia hoſtium cæſa: alii fugati: præda parta ingens. Eam propter inopiam ærarii conſules vendiderunt. [3] Invidiæ tamen

1 *A Corbione Hortanam*] Supra oſtendi, quid de hoc loco ſentirem: *Ortonam* enim credere legendum eſſe. *Sigonius.*

2 *Hi ſeq. an. T. Romulio, & C. Veturio conſulibus*] Dionyſius & Diodorus auctor eſt, *Romilium* eſſe ſcribendum. Quæ eadem ſcriptura eſt in Capitolinis tabulis. *Veturius* autem una cum *T. Romilio* collega ejus poſt fit decemvir. Quo in magiſtratu Diodorus & Capitolini ſcriptores prænomine *Spurii* eum afficiunt. In vulgatis autem Livii libris *L. Veturius* ſcribitur: itaque ut uterque locus ſibi conſtet *Sp. Veturium* utrobique vocandum cenſeo. Si quidem, qui decemvir factus eſt, idem conſularis erat. *Idem.*

Hi ſequente anno T. Romilio & C. Veturio] Pronomen *hi* cum particula copulativa deficiunt in MSS. Prænomen autem Veturio non *Cajo*, ſed *Spurio* fuiſſe docuit Sigonius. Mox iidem ſcripti *celebrabant*. Sic igitur omnia refinge: *Tribuni plebis iidem refecti ſequente anno T. Romilio, Sp. Veturio Coſſ. legem omnibus concionibus ſuis celebrabant. pudere ſe*, &c. *J. F. Gron.*

T. Romulio & C. Veturio Coſſ.] Si uſpiam alibi, certe hoc loco Livius Romanam hiſtoriam nimium decurravit. Omittit enim L. Siccii Dentati acerrimam illam adverſus Coſſ. actionem, ut taceam Tribunorum pleb. adverſus eoſdem Coſſ. ob nimis aſperum delectum, contentionem habitam. Unde cauſam, poſtquam magiſtratu abiere, ſumpſere Tribuni in jus utrumque ducendi. Eſt autem hic Siccius, cujus Gellius lib. 2 cap. 11 & Plinius lib. 7 cap. 28 meminere. Livius vix videtur noſſe eum, quippe qui adeo frigide poſtea à Decemviris occiſum referat. *Glareanus.*

3 *Invidiæ tam. res*, &c.] Malim: *Invidiæ tamen res ad exercitum fuit, & denique tribunis materiam criminandi ad plebem conſules præbuit.* Ut peccatum in contrarium lib. 21, 14, ubi *& ſex millia*, pro, *ea ſex millia*, legebatur. Muretus

tamen res ad exercitum fuit. ea denique tribunis materiam criminandi ad plebem conſules præbuit. [1] Itaque ergo, ut magiſtratu abiere, [2] Sp. Tarpeio, A. Aterio conſulibus, dies dicta eſt. Romilio [3] ab C. Claudio Cicerone, tribuno plebis, Veturio ab L. Allieno, ædili plebis. Uterque magna Patrum indignatione damnatus, [4] Romilius x millibus æris, Veturius xv millibus. Nec hæc priorum calamitas conſulum, ſegniores novos fecerat conſules; & ſe damnari poſſe ajebant: & plebem, & tribunos legem ferre non poſſe. Tum abjecta lege, quæ promulgata conſenuerat, tribuni lenius agere cum Patribus. *Finem tandem certaminum facerent; ſi plebeiæ leges diſplicerent, at illi communiter legum latores, & ex plebe, & ex Patribus, qui utriſque utilia ferrent, quæque æquandæ libertatis eſſent, ſinerent creari.* Rem non aſpernabantur Patres: daturum leges neminem niſi ex Patribus ajebant. Quum de legibus conveniret, de latore tantum diſcreparet; miſſi legati Athenas Sp. Poſtumius Albus, [5] A. Manlius, P. Sul-

vetus è ſuo notavit: *eademque.* & ſic Rott. *J. F. Gron.*

Invidia tamen res ad exercitum fuit ea. denique tribunis] Mirum ni ita diſtinxerit Livius. Certe gemina his ſunt 6, 14. *Quum major domi exorta moles coëgit acciri Romam eum.* 8, 19. *Ædes in Palatio fuere ejus.* Jac. Gron.

1 *Itaque ergo, ut magiſtratu abiere*] Non offendor particulis iſtis conjunctis, qui meminerim Livium iiſdem uſum, lib. 1, 25. 9, 31. 28, 12. & alibi. Sed contextui videtur congruentius: *Utrique ergo, ut magiſtratu abiere, Sp. Tarpejo, A. Aterio Conſulibus, dies dicta eſt; Romilio ab C. Claudio Cicerone, tribuno plebis, Veturio ab L. Allieno, ædili plebis. Uterque magna Patrum indignatione damnatus; Romilius decem millibus æris, Veturius quindecim millibus.* Si mavis alterum, fruere. *J. F. Gron.*

2 *Sp. Tarpeio, A. Æternio*] Variant omnes omnium auctorum libri in altero horum conſulum nominando: Plin. lib. 7 cap. 18 *Æternium*, Caſſiodorus *Aternium*, Diodorus Ἀτέριον, Gellius lib. 2 cap. 11 *Thermum*, Dionyſius Τερμίνιον, vetuſti Liviani libri *Tercinium.* Ego, ſi conjecturæ locus dandus eſt, *Aterium*, maxime, ut eſt apud Diodorum, probo. alia enim nomina gentium numquam legi. *Sigonius.*

3 *Ab C. Claudio Cicerone*] Pro hoc tribuno *C. Siccium Dentatum* edit Dionyſius. *Idem.*

Ab C. Cl. Cic.] Lege *ab L. Siccio* ex Plinio 7, 28. *Franc. Sanctius.*

4 *Romilius decem millibus æris, Veturius quindecim millibus*] Tolle à fine ſermonis hujus τὸ *millibus.* Id enim intellectum Livius voluit. Neque conſpicitur in membranis. *J. F. Gron.*

5 *A. Manlius, P. Sulpicius*] Dionyſius legatos hos viros conſulares fuiſſe tradit. Itaque Sulpicius idem eſt, qui conſul fuit anno CCXCI, poſt autem decem-

Digitized by Google

P. Sulpicius Camerinus. juſſique inclitas leges Solonis deſcribere, & aliarum Græciæ civitatum inſtituta, mores, juraque noſcere.
32 Ab externis bellis quietus annus fuit, quietior inſequens, [1] P. Curatio & Sexto Quintilio conſulibus, perpetuo ſilentio tribunorum: quod primo legatorum qui Athenas ierant, legumque peregrinarum exſpectatio præbuit; deinde duo ſimul mala ingentia exorta, fames peſtilentiaque fœda homini, fœda pecori. Vaſtati agri ſunt: urbs aſſiduis exhauſta funeribus; multæ & claræ lugubres domus. Flamen Quirinalis Ser. Cornelius mortuus: augur C. Horatius Pulvillus: in cujus locum [2] C. Veturium eo cupidius, quia damnatus à plebe erat, augures legere. Mortuus conſul Quintilius: quatuor tribuni plebis. Multiplici clade fœdatus annus. ab hoſte otium fuit. inde conſules [3] C. Menenius, [4] P. Seſtius Capitolinus. Neque eo anno quicquam belli externi fuit. domi motus orti. Jam redierant legati cum Atticis legibus. eo intentius inſtabant tribuni, ut tandem ſcribendarum legum initium fieret. Placet creari decemviros ſine provocatione, & ne quis eo anno alius magiſtratus eſſet. Admiſcerenturne plebeii, controverſia aliquamdiu fuit. poſtremo conceſſum Patribus, modo ne [5] lex Icilia de Aventino, aliæque ſacratæ

decemvir erit. Quod cum ita ſit profecto, cum in conſulatu *Ser. Sulpicius* nominetur, etiam in legatione, & poſt in decemviratu *Servius* appelletur neceſſe eſt. *Sigonius.*

1 *P. Curatio & Sext. Quintilio Coſſ.*] Dionyſius P. Horatium cum hoc loco, tum poſtea inter Decemviros ponit: verum Livium Dionyſiumque diverſos ſecutos auctores crediderim, ut lib. 1 de Curiatiis ac Horatiis accidit. Cæterum ante hos Coſſ. idem Dionyſius ait trecentos annos ab Urbe condita expletos. Hic igitur annus eſt trecenteſimus primus, quod nos in ratione temporum ſecuti ſumus. *Glar.*

2 *C. Veturium*] Ut dixi, lege *Sp. Veturium*. Sigonius.

3 *C. Menenius*] Diodorus & Feſtus hunc *T. Menenium* vocant. placet autem ut ſit *T. Menenii* ante conſulis filius. *Idem.*

4 *P. Sextius*] Dionyſius & Diodorus, Σήστιον, auctores Capitolini *Seſtium* hunc nominant. *Seſtii* autem patricii, *Sextii* plebeii fuerunt, ex quibus is extitit, qui primus è plebe conſulatum cepit. *Idem.*

5 *Lex Acilia de Aventino*] Hæc lex à *L. Icilio* tribuno plebis lata eſt, anno CCXCVIII: ut ait Dionyſius. Itaque legendum proculdubio, *Icilia*. Idem.

3 *Anno*

Digitized by Google

cratæ leges abrogarentur. [1] Anno trecenteſimo altero, 33
quam condita Roma erat, iterum mutatur forma civitatis, ab conſulibus ad decemviros, quemadmodum ab regibus ante ad conſules venerat, tranſlato imperio. Minus inſignis, quia non diuturna mutatio fuit. læta enim principia magiſtratus ejus nimis luxuriavere. eo citius lapſa res eſt: repetitumque, duobus uti mandaretur [2] conſulum nomen imperiumque. Decemviri creati Ap. Claudius, [3] T. Genucius, P. Seſtius, L. Veturius, C. Julius, A. Manlius, Ser. [4] Sulpicius, P. Curatius, T. Romilius, [5] Sp. Poſtumius. Claudio & Genucio, quia deſignati conſules in eum annum fuerant, pro honore honor redditus: & Seſtio alteri conſulum prioris anni, quod eam rem collega invito ad Patres retulerat. His proximi legati tres habiti, qui Athenas ierant. ſimul ut pro legatione tam longinqua præmio eſſet honos: ſimul peritos legum peregrinarum ad condenda nova jura uſui fore credebant. Supplevere cæteri numerum. Graves quoque ætate electos noviſſimis ſuffragiis ferunt, quo minus ferociter aliorum ſcitis adverſarentur. Regimen totius magiſtratus penes Appium erat, favore plebis. adeoque novum ſibi ingenium induerat, ut plebicola repente, omniſque auræ popularis captator evaderet, pro truci ſævoque inſectatore plebis. Decimo die jus populo ſinguli reddebant. eo die penes præfectum juris faſces duodecim erant: collegis novem ſinguli accenſi apparebant.

1 *Anno trecenteſimo altero quam condita*] Ab urbe condita uſque ad primos Coſſ. fuere anni 244. A primis autem Conſulibus uſque ad Decemviros anni ſunt quinquaginta octo. Ergo nunc treocenteſimus alter expletus eſt, & priores Decemviri anno trecenteſimo imperarunt. Apud Liv. de his quinquaginta octo annis omiſſi ſunt tres anni, injuria temporum, ut jam aliquoties, ſed ſuis locis admonuimus. *Glareanus.*

2 *Conſulum nomen imperiumque*] Vellem ut vellent veteres libri: *repetitumque, duobus uti mandaretur conſulum nomine imperium.* J. F. Gron.

3 *T. Genutius, P. Sextius, L. Veturius*] *T. Genucius, P. Seſtius, Sp. Veturius*, ex tabulis Capitolinis, ut ante dixi. *Sigon.*

4 *Sulpitius, P. Curatius, T. Romulius*] *Ser. Sulpicius, P. Curatius, T. Romilius*, ut ante dixi. *Idem.*

5 *Sp. Poſthumius*] Vet. lib. *Poſtumius Albus.* Idem.

1 *Deceſ-*

bant. & in unica concordia inter ipſos (qui conſenſus privatis interdum inutilis eſſet) ſumma adverſus alios æquitas erat. Moderationis eorum argumentum exemplo unius rei notaſſe, ſatis erit. Quum ſine provocatione creati eſſent; defoſſo cadavere, domi apud P. Seſtium patriciæ gentis virum, invento prolatoque in concionem, in re juxta manifeſta atque atroci, C. Julius decemvir diem Seſtio dixit, & accuſator ad populum extitit, cujus rei judex legitimus erat: [1] deceſſitque jure ſuo, ut demptum de vi magiſtratus, populi libertati adjice-
34 ret. Quum promptum hoc jus velut ex oraculo incorruptum pariter ab his ſummi infimique ferrent, tum legibus condendis opera dabatur: ingentique hominum exſpectatione propoſitis decem tabulis populum ad concionem advocaverunt: &, *quod bonum, fauſtum, felixque reipublicæ, ipſis, liberiſque eorum eſſet, ire, & legere leges propoſitas juſſere. Se, quantum decem hominum ingeniis provideri potuerit, omnibus ſummis infimiſque jura æquaſſe. plus pollere multorum ingenia, conſiliaque. Verſarent in animis ſecum unamquamque rem, agitarent deinde ſermonibus: atque in medium, quid in quaque re plus minuſve eſſet, conferrent. Eas leges habiturum populum Romanum,* [2] *quas conſenſus omnium, non juſſiſſe latas magis, quam tuliſſe videri poſſet.* Quum ad rumores hominum de unoquoque legum capite edito, ſatis correctæ viderentur, centuriatis comitiis decem tabularum leges perlatæ ſunt: qui nunc quoque in hoc immenſo aliarum ſuper alias acervatarum legum cumulo, fons

1 *Deceſſitque jure ſuo*] Ita legendum. Sic infra cap. 46. *A M. Claudio petiturum, ut decederet jure ſuo.* Henr. Valeſius.

Diſceſſitque jure ſuo] Et purus ſermo poſcebat, *deceſſitque*, & ſervaverunt tum calamo exarati, tum veteres impreſſi. Cicero 2 de offic. *Eſt enim non modo liberale, paululum nonnunquam de jure ſuo decedere, ſed interdum fructuoſum.* Brutus & Caſſius ad Antonium 11 famil. Ciceronis: *Per edictum de jure ſuo decedere.* J. F. Gron.

2 *Quas conſenſus omnium invaſiſſe, nec juſſiſſe, &c. videri poſſet*] Nuſquam alias legi hoc genus dicendi, *Invadere*, pro *Inferre* & *Invehere*. Itaque pro certo habeo, legendum eſſe, *invexiſſe.* Sigonius.

1 *Comi-*

Digitized by Google

ſons omnis publici privatique eſt juris. Vulgatur deinde rumor, duas deeſſe tabulas; quibus adjectis, abſolvi poſſe velut corpus omnis Romani juris. Ea exſpectatio, quum dies comitiorum appropinquaret, deſiderium decemviros iterum creandi fecit. Jam plebs, præterquam quod conſulum nomen haud ſecus quam regum peroſa erat, ne tribunicium quidem auxilium cedentibus invicem appellatione decemviris, quærebat. Poſtquam ve- 35
ro [1] comitia decemviris creandis in trinum nundinum indicta ſunt; tanta exarſit ambitio, ut primores quoque civitatis (metu credo, ne tanti poſſeſſio imperii vacuo ab ſe relicto loco, haud ſatis dignis pateret) [2] prenſarent homines; honorem ſumma ope ab ſe impugnatum, ab ea plebe, cum qua contenderant, ſuppliciter petentes. [3] Demiſſa jam in diſcrimen dignitas, ea ætate, [4] eiſque honoribus actis, ſtimulabat Ap. Claudium. neſcires utrum inter decemviros, an inter candidatos numerares. Propior interdum petendo, quam gerendo magiſtratui erat. criminari optimates, extollere candidatorum leviſſimum quemque humillimumque. ipſe medius inter tribunicios [5] Duilios Iciliosque in foro volitare, per illos ſe plebi venditare: donec collegæ quoque, qui unice illi dediti fuerant ad id tempus, conjecere in eum oculos; mirantes quid ſibi vellet. Apparere nihil ſinceri

1 *Comitia --- in trinum nundinum indicta ſunt*] Recte *trinum nundinum*, quamquam plerique libri habent, *trinundinum*. Id enim ſignificat; *in tertias nundinas*. Quod Græci dicunt, *εἰς τρίτην ἀγορὰν*, ut Dionyſ. lib. 7. προτεθέντων δὲ πάλιν τῶν δημάρχων εἰς τρίτην ἀγορὰν τῆς περὶ τοῦ νόμου διάγνωσιν. Plutarch. in Coriolano, σοὶ δὲ Μάρκιε προσαγορευόμεν' εἰς τρίτην ἀγορὰν παρεῖναι. & poſt, ἐν δὲ τῷ μεταξὺ χρόνῳ τῆς τρίτης ἀγορᾶς. ἀγορὰς δὲ ποιοῦσι Ῥωμαῖοι δι' ἡμέρας ἐνάτης, νουνδίνας καλοῦντες. De nundinis copioſius Macrob. lib. 1 Saturn. Quod autem dixit Cicero pro Cornelio *ex prorogatione trinundinum*, Priſcianus interpretatur dictum eſſe pro *trinundinarum*, lib. 7. *Sigonius.*

2 *Prehenſarent homines*] Vet. lib. *prenſarent*. Idem.

3 *Dimiſſa in diſcrimen*] Scribe: *Demiſſa in diſcrimen dignitas.* Ut *deſcendere in certamen* dicimus, Cicero 7 ad Att. ep. 12. *Demittamne me penitus in cauſſam.* J. F. Gron.

4 *Hiſque honoribus*] Vet. lib. *iiſque.* Sigonius.

5 *Duellios*] *Duilios*, ut ante. *Idem.*

1 *De-*

ceri eſſe; *Profecto haud gratuitam in tanta ſuperbia comitatem fore. nimium in ordinem ſeipſum cogere, & vulgari cum privatis, non tam properantis abire magiſtratu, quam viam ad continuandum magiſtratum quærentis eſſe.* Propalam obviam ire cupiditati parum auſi, obſecundando mollire impetum aggrediuntur. comitiorum illi habendorum, quando minimus natu ſit, munus conſenſu injungunt. Ars hæc erat, ne ſemetipſe creare poſſet; quod præter tribunos plebis (& idipſum peſſimo exemplo,) nemo umquam feciſſet. ille enimvero, quod bene vertat, habiturum ſe comitia profeſſus, impedimentum pro occaſione arripuit. [1] dejectiſque honore per coitionem duobus Quintiis, Capitolino & Cincinnato, & patruo ſuo C. Claudio, conſtantiſſimo viro in optimatium cauſſa, & aliis ejuſdem faſtigii civibus, nequaquam ſplendore vitæ pares decemviros creat, ſe in primis, quod haud ſecus factum improbabant boni, quam nemo facere auſurum crediderat. Creati cum eo M. Cornelius Maluginenſis, M. Sergius, L. Minucius, Q. Fabius Vibulanus, [2] Q. Pœtilius, T. Antonius Merenda, Cæſo Duilius, Sp. Oppius Cornicen, [3] Man. Rabuleius.

36 Ille finis Appio alienæ perſonæ ferendæ fuit. ſuo jam inde vivere ingenio cœpit, novoſque collegas jam prius quam inirent magiſtratum, in ſuos mores formare. Quotidie coibant remotis arbitris: inde impotentibus inſtructi conſiliis, quæ ſecreto ab aliis coquebant, jam haud diſſimulando ſuperbiam, rari aditus, colloquentibus difficiles, ad Idus Maias rem perduxere. Idus tum Maiæ ſolennes ineundis magiſtratibus erant. Initio igitur magiſtratus primum hono-

1 *Dejectiſque honore per concionem duobus Quintiis*] Lego vel repugnantibus libris omnibus, *per coitionem:* nam lib. 9 ait, *Coitiones honorum adipiſcendorum cauſa factas adverſus remp. eſſe.* & lib. 39. *Coierantque canditati omnes ad dejiciendum honore eum.* & Pæd. in orat. de toga: *Coierant ambo, ut Ciceronem conſulatu dejicerent.* Sigonius.

2 *Q. Petilius*] Veteres quidam libri habent, *Q. Pœtilius.* Dionyſ. Παιτέλιος. Capitolinæ tabulæ, *Pœtelius:* ergo ita ſcribendum. *Idem.*

3 *M. Rabulejus*] Hic à Dionyſio Μάνιος vocatur. Quare *M' Rabuleius* caſtigo. *Idem.*

1 *Poſſeſ-*

honoris diem denunciatione ingentis terroris inſignem fecere. nam quum ita priores decemviri ſervaſſent, ut unus faſces haberet, & hoc inſigne regium in orbem, ſuam cujuſque vicem per omnes iret, ſubito omnes cum duodenis faſcibus prodiere. Centum viginti lictores forum impleverant, & faſcibus ſecures illigatas præferebant. nec attinuiſſe demi ſecurim, quum ſine provocatione creati eſſent, interpretabantur. Decem regum ſpecies erat; multiplicatuſque terror non infimis ſolum, ſed primoribus Patrum, ratis cædis cauſſam ac principium quæri. ut ſi quis memorem libertatis vocem aut in ſenatu, aut in populo miſiſſet, ſtatim virgæ ſecureſque etiam ad cæterorum metum expedirentur. Nam præterquam quod in populo nihil erat præſidii, ſublata provocatione, interceſſionem quoque conſenſu ſuſtulerant: quum priores decemviri appellatione collegæ corrigi reddita ab ſe jura tuliſſent; & quædam quæ ſui judicii videri poſſent, ad populum rejeciſſent. Aliquandiu æquatus inter omnes terror fuit: paulatim totus vertere in plebem cœpit. Abſtinebatur à Patribus: in humiliores libidinoſe crudeliterque conſulebatur: hominum, non cauſſarum toti erant; ut apud quos gratia vim æqui haberet. Judicia domi conflabant, pronunciabant in foro. Si quis collegam appellaſſet, ab eo, ad quem venerat, ita decedebat, ut pœniteret non prioris decreto ſtetiſſe. Opinio etiam ſine auctore exierat, non in præſentis modo temporis eos injuriam conſpiraſſe, ſed fœdus clandeſtinum inter ipſos jurejurando ictum, ne comitia haberent, perpetuoque decemviratu [1] poſſeſſum ſemel

1 *Poſſeſſum ſemel retinerent imperium*] Ocius refinge ex o. ſcriptis editiſque priſcis ante Curionem & Gryphium: *obtinerent*. Eſt enim hic *obtinere*, non conſequi, ſed perſeverare in tenendo, obſtinate tenere. Ut in illo: *antiquum obtines*. Livius lib. 4. *Nec deinde id plebem conceſſum ſemel obtinuiſſe.* Lib. 7. *Si quod duorum hominum virtute partum ſit, id obtinere univerſi non poſſint.* Lib. 26. *Laudavitque milites, quod duabus tantis cladibus deinceps icti, provinciam obtinuiſſent.* Lib. 27. *Pœnus ad obtinendum heſternum decus adnitentibus.* i.e. conſervandum, ne eriperetur. Plautus Milite: *Taret artem & diſciplinam, obtineat*

37 ſemel obtinerent imperium. Circumſpectare tum patriciorum vultus plebeii: & inde libertatis captare auram, unde ſervitutem timendo, in eum ſtatum rempublicam adduxerant. Primores Patrum odiſſe decemviros, odiſſe plebem: nec probare quæ fierent; & credere haud indignis accidere. avide ruendo ad libertatem [1] in ſervitutem elapſos juvare nolle: cumulare quoque injurias, ut tædio præſentium conſules duo tandem & ſtatus priſtinus rerum in deſiderium veniant. Jam & proceſſerat pars major anni, & duæ tabulæ legum ad prioris anni decem tabulas erant adjectæ: nec quicquam jam ſupererat, ſi hæ quoque leges centuriatis comitiis perlatæ eſſent, cur eo magiſtratu reipublicæ opus eſſet. Exſpectabant quam mox conſulibus creandis comitia edicerentur. Id modo plebes agitabat, quonam modo tribuniciam poteſtatem, munimentum libertati, rem intermiſſam, repararent. Quum interim mentio comitiorum nulla fieri, & decemviri, qui primo tribunicios homines, quia id populare habebatur, circum ſe oſtentaverant plebi, patriciis juvenibus ſepſerant latera: eorum catervæ tribunalia obſederant. Hi ferre, agere plebem plebiſque res; [2] cum fortuna, qua quicquid cupitum foret, potentioris eſſet. Et jam ne tergo quidem abſti-

obtineat colorem. Hanc vim verbi nec adſequutus Pighius Noct. Attic. l. 13, 14 in verbis Meſſallæ auguris: *At cenſores inter ſe, rurſus prætores conſuleſque inter ſe, & vitiant & obtinent*: ſcribere mavult, *retinent*, lib. 4 annalium. Valerius Maximus 1, 1. *Conſtantia obtinendæ religionis.* J. F. Gron.

1 *In ſervitutem elapſos*] Non male Guilelmius, *relapſos.* Aſcenſius *delapſos.* Ipſum quoque *lapſos* alioqui ſufficiebat. Infra: *Miſericordia ſe in ſpeciem crudelitatis lapſum.* Lib. 27 de Marcello & Criſpino: *In necopinatam fraudem lapſos eſſe.* Idem.

2 *Quum fort. qua quicquid*] Vet. lib. *quicquam.* Sigonius.

Quum fortuna, qua quicquid] Locus depravatus. Sigonius ex ſuo propinat, *quicquam.* Nec ſubſcribunt noſtri, neque id prodeſt quicquam. Fortaſſe: *plebem plebiſque res & fortunas, quum, quicquid cupitum foret, potentioris eſſet.* J. F. Gron.

Cum fortuna, qua quicquid cupitum foret, potentioris eſſet] An potius? *Cum fortuna, quicquid cupitum foret, potentioris feciſſet.* 22, 22. *Circumſpectis igitur omnibus, quæ fortuna poteſtatis ejus facere poterat.* Jac. Gron.

2 *Vir-*

Digitized by Google

abſtinebatur: [1] virgis cædi, alii ſecuri ſubjici. & ne gratuita crudelitas eſſet, bonorum donatio ſequi domini ſupplicium. Hac mercede juventus nobilis corrupta, non modo non ire obviam injuriæ; ſed propalam licentiam ſuam malle, quam omnium libertatem. [2] Idus 38
Maiæ

1 *Virgis cædi alii, alii ſecuri ſubjici*] Jam monuerat Rhenanus, prius *alii* non reperiri in Borbetomagenſi. Nec in noſtris eſt. Reſtitue igitur: *Et jam ne tergo quidem abſtinebatur: virgis cædi, alii ſecuri ſubjici.* Quaſi diceret: cædebantur virgis, nonnulli etiam ſecuri feriebantur. Ita ſolent nonnunquam brevius veteres. Livius lib. 5, 8. *Pauci reipublicæ; huic atque illi, ut quoſque ſtudium privatim aut gratia occupaverunt, adſunt.* Ubi Cl. Puteanus notaverat eſſe in Cujaciano: *multi huic atque illi.* Quod à male ſollicitis, ne quid deeſſet, inſertum non dubitamus. Eodem libro cap. 20. *Duæ ſenatum diſtinebant ſententiæ: ſenis P. Licinii, quem primum dixiſſe à filio interrogatum ferunt,* &c. *altera Ap. Claudii.* Quis eſt, exclamat Sigonius, qui non ſentiat huic ſententiæ explicandæ vocem *una* maxime neceſſariam deeſſe? Ego, ut ſi adfuiſſe conſtet è bonis libris, eam non moverim, ita cum meliores eam non agnoſcant, Sigonianis tantum deferre nequeo, ut neceſſariam exiſtimem. Rurſus lib. 5, de Vejentibus: *Jam in partem prædæ ſuæ vocatos Deos, alios votis ex urbe ſua evocatos hoſtium templa novaſque ſedes ſpectare.* Denique eodem: *Hæc omnia in profano deſeri placet ſacra, æqualia urbi, quædam vetuſtiora origine urbis.* Lib. 10. *Ita in medio circumventi hoſtes cæſique, pars capti.* Lib. 22, 33. *Legati & ad Philippum regem miſſi, & alii in Ligures.* Lib. 35, 17. *Et quum Hypatam tuendam Heracleamque depopoſciſſent, neutram tutati refugerunt in juga montium, pars Heracleæ incluſerunt ſeſe.* Sic MSS. Cæſar Gall. 1, 8. *Helvetii ea ſpe dejecti, navibus junctis ratibuſque compluribus factis, alii vadis Rhodani qua minima altitudo fluminis erat, nonnunquam interdiu, ſæpius noctu, ſi perrumpere poſſent, conati.* Sic MSS. & vett. edd. Fr. Hotmannus judicavit primum deeſſe τὸ *alii*, ſcripſitque: *Ratibuſque compluribus factis alii, alii vadis.* Quod ſecuti ſunt magni viri, qui poſtremam Cæſari manum admovere. Perperam. Lib. 5. *Itaque ex legionibus fabros deligit, & ex continenti alios arceſſit.* Salluſtius de republ. ordin. *Et ea cauſa exercitus ſtipendiis confectis, optimos & veterrimos omnium, adverſum fratres parenteſque, alii liberos contendere.* Idem Jugurth. *Incedunt per ora veſtra magnifice, ſacerdotia & conſulatus, pars triumphos ſuos oſtentantes.* Ibidem cap. 83. *Rurſus imperator contra poſtulata Bocchi nuntios mittit. Ille probare, partim abnuere.* Ita prima editio, teſte Grutero, & fideliores ſcripti. Vulgo additum, *alia.* Suetonius Octavio cap. 75. *Feſtos & ſolennes dies profuſiſſime, nonnunquam joculariter tantum celebrabat.* Ubi ſententiam imperfectam, ut retur, explet Caſaubonus, ſcribendo: *Profuſiſſime nonnunquam, nonnunquam joculariter.* Tale Silii libro 1. *Armis conſulta ſenatus Vertere, nunc donis.* Fruſtra Dauſquejus, *nunc ſcita ſenatus.* Curtius lib. 3. *Obſtat metus, aliis cupiditas.* Sic MSS. & recte ex illis Freinshemius. *J. F. Gron.*

2 *Idus Maja venere*] Hic novus eſt annus & tertius Decemvirorum, quod oſtenditur ex oratione Pub. Sempronii tribuni pleb. lib. 9 adverſus Appium cenſorem concionantis, ubi obiter de hoc decemviro mentionem facit. *Et hic eſt*, inquit, *Quirites illius Appii progenies*, &c. Atque hic primus eſt locus ad probandum alium eſſe annum tertium quo decemviri

Maiæ venere. Nullis ſubrogatis magiſtratibus, privati pro decemviris, neque animis ad imperium inhibendum imminutis, neque ad ſpeciem honoris inſignibus prodeunt. id vero regnum haud dubie videri. Deploratur in perpetuum libertas; nec vindex quiſquam exiſtit, aut futurus videtur. nec ipſi ſolum deſponderant animos, ſed contemni cœpti erant à finitimis populis: [1] imperiumque ibi eſſe, ubi non eſſet libertas, indignabantur. Sabini magna manu incurſionem in agrum Romanum fecere: lateque populati, quum hominum atque pecudum inulti prædas egiſſent, recepto [2] ad Eretum, quod paſſim vagatum erat, agmine, caſtra locant: ſpem in diſcordia Romana ponentes. eam impedimentum delectui fore. Non nuncii ſolum, ſed per urbem agreſtium fuga trepidationem injecit. Decemviri conſultant quid opus facto ſit. deſtitutis inter Patrum & plebis odia addit terrorem inſuper alium fortuna. Æqui alia ex parte [3] caſtra in Algido locant: depopulatumque inde excurſionibus Tuſculanum agrum, legati ab Tuſculo præſidium orantes, nunciant. Is pavor perculit decemviros, ut ſenatum ſimul duobus circumſtantibus urbem bellis conſulerent. citari jubent in curiam Patres, haud ignari quanta invidiæ immineret tempeſtas: omnes vaſtati agri periculorumque imminentium cauſſas in ſe congeſturos: tentationemque eam fore abolendi ſibi magiſtratus, ni conſenſu reſiſterent, imperioque inhibendo acriter in paucos præferocis animi, conatus aliorum comprimerent. Poſtquam audita vox in foro eſt præconis,

fuere in imperio, & alium quo Valerius ac Horatius Coſſ. fuerunt. *Glareanus.*

1 *Imperiumque ibi eſſe*, &c. *indignabantur*] Vicinis potius populis adſcriberem hanc indignationem, quam plebi Romanæ, jam humili & animos deſpondenti, legeremque: *contemni cœpti erant à finitimis populis, imperium ibi eſſe, ubi non eſſet libertas, indignantibus.* J. F. Gron.

2 *Ad Eretum*] Dionyſius pro *Ereto* habet mendoſe, ut puto, ἐν Ῥήγῳ. *Sigonius.*

3 *Caſtra in Algido locant*] Eutropius montem *Algidum* vocat. Dionyſius modo ait: ἐν Ἀλγιδῶνι πόλει, modo ἐν Ἀλγίδῳ. *Idem.*

1 *Con-*

conis, Patres in curiam ad decemviros vocantis; velut nova res, quia intermiſerant jamdiu morem conſulendi ſenatus; mirabundam plebem convertit, *quidnam incidiſſet, cur ex tanto intervallo rem deſuetam uſurparent. Hoſtibus belloque gratiam habendam, quod ſolitum quicquam liberæ civitatis fieret.* Circumſpectare omnibus fori partibus ſenatorem, raroque uſquam noſcitare. curiam inde, ac ſolitudinem circa decemviros intueri; quum & ipſi [1] conſenſu inviſum imperium, & plebs, quia privatis jus non eſſet vocandi ſenatum, non convenire Patres, interpretarentur, jam caput fieri [2] libertatem repetentium, ſi ſe plebs comitem ſenatui det, & quemadmodum Patres vocati non coëant in ſenatum; ſic plebs abnuat delectum. Hæc fremebat plebes. Patrum haud fere quiſquam in foro, in urbe rari erant. [3] indignitate rerum ceſſerant in agros; [4] ſuarumque rerum erant, amiſſa publica: tantum ab injuria ſe abeſſe rati, quantum è cœtu congreſſuque impotentium dominorum ſe amoviſſent. Poſtquam citati non conveniebant, dimiſſi circa domos apparitores ſimul ad pignora capienda, ſciſcitandumque, num conſulto detrectarent? referunt, ſenatum in agris eſſe. Lætius id decemviris accidit, quam ſi præſentes detrectare imperium referrent. Jubent acciri omnes, [5] ſenatumque in diem poſterum edicunt. qui aliquanto ſpe ipſorum frequentior convenit. quo facto prodi-

1 *Conſenſu inviſum imperium*] Vet. lib. *Inviſum conſenſu imperium.* Sigonius.

2 *Libertatem repetentium*] Vet. lib. *libertatis repetendæ.* idem.

3 *Indignitate rerum ceſſerant in agros, ſuarumque rerum*] Prius illud *rerum*, ſi abeſſet, non deſiderares. Hoc libro: *Ad id, quod ſua ſponte ſatis collectum animorum erat indignitate etiam Romani accendebantur.* Lib. 7. *Plenis iræ atque indignitatis militum animis.* J. F. Gron.

4 *Suarum, quæ rerum erant, ſoliciti, amiſſa publica*] Vetus lectio, *Suarumque rerum erant, amiſſa publica*, id eſt, ſuis rebus operam dabant. Quam formam dicendi, qui non agnoverunt mutarunt addendo de ſuo, *Soliciti.* Sic lib. 6. *Plebs cum jam unius hominis eſſet.* Sic hoc libro paulo ante: *Hominum non cauſarum toti erant.* Sigonius.

5 *Senatumque in poſterum diem indicunt*] Tres Pall. Rott. & Voſſ. ut & Sig. *edicunt.* Suetonius Julio: *Poſtquam ſenatus Idibus Martiis in Pompeii curiam edictus eſt.* Alterum eſt à conjectura Rhenani. *J. F. Gron.*

proditam à Patribus plebs libertatem rata, quod iis qui jam magiſtratu abiſſent, [1] privatiſque ſi vis abeſſet, tanquam jure cogentibus, ſenatus paruiſſet.
39 Sed magis obedienter ventum in curiam, quam obnoxie dictas ſententias, accepimus. L. Valerium Potitum proditum memoriæ eſt, poſt relationem Ap. Claudii, priuſquam ordine ſententiæ rogarentur, poſtulando ut de republ. liceret dicere; prohibentibus minaciter decemviris, proditurum ſe ad plebem denunciantem, tumultum exciviſſe. Nec minus ferociter M. Horatium Barbatum iſſe in certamen, *Decem Tarquinios* appellantem, *admonentemque, Valeriis & Horatiis ducibus pulſos reges.* [2] *Nec nominis homines tum pertæſum eſſe; quippe quo Jovem appellari fas ſit, quo Romulum conditorem urbis, deincepſque reges appellatos, quod ſacris etiam ut ſolenne retentum ſit. Superbiam, violentiamque tum peroſos regis, quæ ſi in rege tum eodem, aut in filio regis ferenda non fuerint, quem laturum in tot privatis? Viderent, ne vetando in curia libere homines loqui, extra curiam etiam moverent vocem. neque ſe videre qui ſibi minus privato ad concionem populum vocare, quam illis ſenatum cogere liceat. Ubi vellent, experirentur* [3] *quanto ferocior dolor in libertate ſua vindi-*

1 *Privatiſque jus abeſſet*] Memini, quod præceſſit: *Quia privatis jus non eſſet vocandi ſenatum.* Nihilominus non quiſquiliæ, ut ille ait, eſſe judico illud, *jus abeſſe.* Hic utique. Cl. Puteanus notat in Fulv. Urſini codice lectum *ſuis* (ſic & Chiſl.) αὐτὶ τ̃ *jus.* Unde felici conjectura eruit: *Quod iis, qui jam magiſtratu abiſſent, privatiſque, ſi vis abeſſet, tanquam jure cogentibus, ſenatus paruiſſet.* Ita tuto, per me licet, emendes. Nam ſic prorſus Buſſid. Rott. Gud. & Mureti: In Helm. Voſſianoque: *ſi jus abeſſet.* J. F. Gron.

2 *Nec nominis homines tam pertæſum eſſe*] Ut Rhenanus ex Borbet. ſic duo Pall. *nomen.* Voſſ. ambiguus: *nomen is homines.* Lege: *nec nomen homines tum pertæſus eſſe.* Idem.

3 *Quanto ferocior dolor in libert. ſua vindic. quam cupiditas in injuſta dominatione eſſet*] Rhenanus, qui putat particulas duas, *In*, tollendas eſſe, idem non ſenſit vocem huic ſententiæ deeſſe, quæ eſt in vet. libris, *In injuſta dominatione retinenda eſſet.* Sigonius.

Quanto ferocior dolor in libertate, &c. quam cupiditas in inj. d. retinenda] Rhenanus ex Borb. *fortior.* Neque aliter Voſſ. Helm. Pall. Chiſl. Rott. ſed & Andreas omneſque antiquæ præter Juntam, quem primum video ſecutum Frobenium. Et ſatis id placet, nec pro eo alterum deſiderem. Hoc tranſmittit Sigonius. At quod idem Rhenanus præpoſitiones negat in eodem codice fuiſſe; id notat: additque Rhenanum non ſenſiſſe vocem ſententiæ deeſſe, nempe *retinenda*, quam ipſe

vindicanda, quam cupiditas in injuſta dominatione retinenda eſſet. De bello Sabino eos referre; tanquam majus ullum populo Romano bellum ſit, quam cum iis, qui legum ferendarum cauſſa creati, nihil juris in civitate reliquerint: qui comitia, qui annuos magiſtratus, qui viciſſitudinem imperitandi ([1] quod unum exæquandæ ſit libertatis) ſuſtulerint: qui privati faſces & regium imperium habeant. Fuiſſe regibus exactis, patricios magiſtratus, creatos poſtea poſt ſeceſſionem plebis, plebeios. Cujus illi partis eſſent, rogitare. Populares? quid enim eos per populum egiſſe? Optimates? qui anno jam prope ſenatum non habuerint: tunc ita habeant ut de republ. loqui prohibeant? Ne nimium in metu alieno ſpei pouerent. graviora quæ patiantur videri jam hominibus, quam quæ metuant. Hæc vociferante Ho- 40
ratio, quum decemviri nec iræ, nec ignoſcendi modum reperirent, nec quo evaſura res eſſet, cernerent; C. Claudii, qui patruus Appii decemviri erat, oratio fuit precibus quam jurgio ſimilis, orantis per ſui fratris, parentiſque ejus manes; *Ut civilis potius ſocietatis, in qua natus eſſet, quam fœderis nefarie icti cum collegis meminiſſet. multo id magis ſe illius cauſa orare, quam reipublicæ. Quippe remp. ſi à volentibus nequeat, ab invitis jus expetituram. Sed ex magno certamine magnas excitari ferme iras, earum eventum ſe horrere.* Quum aliud præterquam de quo retuliſſent, decemviri dicere prohiberent, Claudium interpellandi verecundia fuit. Sententiam igitur peregit, nullum placere ſenatuſconſultum fieri. Omneſque ita accipiebant, privatos eos à Claudio judicatos: multique

ipſe de ſuo libro interpoſuit. Hoc vero apud me nuſquam, niſi in uno Palatinorum, qui fere omnia Sigoniani codicis ſtigmata exhibet. Voſſianus: *Quanto fortior dolor libertate ſua vindicanda quam cupiditas in injuſta dominatione eſſet.* Helm. quoque, *quam cupiditas injuſta dominatione eſſet.* Quos vides τὸ *IN*, quod utrobique Borber. faſtidierat, alterum priore, alterum poſteriore loco præterire. Et poteſt ſine eo *libertate ſua vindicanda* accipi pro libertatem ſuam vindicando: poteſt in ſequentibus commode ſubaudiri τὸ *vindicanda*. Si malis tamen, *dolor libertatis ſuæ vindicandæ quam injuſtæ dominationis eſſet*, per me licet. *J. F. Gron.*

1 *Quod unum exequenda ſit libertatis*] Lege *exæquandæ*, ex vet. lib. *Sigonius.*

ex conſularibus verbo aſſenſi ſunt. Alia ſententia aſperior in ſpeciem, vim minorem aliquanto habuit, quæ patricios coire ad prodendum interregem jubebat. [1] cenſendo enim, quoſcunque magiſtratus eſſe, qui ſenatum haberent, judicabat; quos privatos fecerat auctor nullius ſenatuſconſulti faciendi. Ita labante jam cauſa decemvirorum, L. Cornelius Maluginenſis, M. Cornelii decemviri frater, quum ex conſularibus ad ultimum dicendi locum conſulto ſervatus eſſet, ſimulando curam belli, fratrem collegaſque ejus tuebatur: *quonam fato incidiſſet, mirari ſe dictitans, ut decemviros, qui decemviratum petiſſent, aut ſocii, aut hi maxime oppugnarent? aut quid ita, quum per tot menſes vacua civitate nemo, juſtine magiſtratus ſummæ rerum præeſſent, controverſiam fecerit; nunc demum quum hoſtes prope ad portas ſint, civiles diſcordias ſerant: niſi quod in turbido minus perſpicuum fore putent, quid agatur.* [2] *Cæterum neminem, majore cura occupatus animus, verum eſſe,*

1 *Cenſendo enim quoſcunque magiſtratus eſſe*] Et hic perquam obſcurus eſt ſermo: ſed probat C. Claudii ſententiam re aſperiorem fuiſſe quam aliorum, quod Decemviros prorſus privatos cenſebat. Aliam autem, aliquos adhuc in magiſtratu eſſe utcunque admittere. *Quoſcunque* igitur ita accepit, ut nunc vulgo *qualeſcunque* dicimus. *Glareanus.*

Cenſendo enim quoſcunque magiſtratus eſſe] In antiquo exemplari ſcriptum vidi *concedendo*, ſed non placet. Quia tamen loci hujus vel me tacente, magna obſcuritas eſt, ita explicandum cenſeo. Duæ hic ſententiæ. *Prima* fuit, ne aliquod Senatuſconſultum fieret. Quod indicabat oblique eos, qui Senatum coëgiſſent, privatos eſſe, nec habuiſſe jus convocandi Senatus. Jam Senatu illegitime coacto non potuit rite fieri Senatuſconſultum. *Secunda* ſententia fuit ut patricii coirent ad prodendum interregem. Quod ideo aſperum in ſpeciem, quia declarabat Decemviros, qui ſummam poteſtatem uſurpaverant, non eſſe Conſularis imperii. Interregnum enim celebratur, ubi novi Conſules creandi ſunt: quod veteres vel magiſtratu abierint, vel præmortui ſint. Sed quia auctor iſtius ſententiæ Senatuſconſultum vult fieri de prodendo interrege, indicat eos aliquo modo eſſe magiſtratus, qui Senatum rite coëgiſſent, licet eos Conſularis eſſe poteſtatis pernegaret. Alios enim magiſtratus præter Conſules Senatum in curiam citare poſſe paſſim liquet. *Prima* igitur ſententia verbis lenior, re aſperior, quæ Decemviros nullos magiſtratus cenſebat. *Secunda* verbis atrocior, re mitior, quæ eos in aliquo numero magiſtratuum reponebat. *Schott.* Obſerv. 3 cap. 38.

2 *Cæterum neminem majore cura*] Vide hic Rhenanum & Sigonium. Ut miſere moliuntur doctiſſimi viri! Ille quidem refingit: *Cæterum nemini non, majore c. oc. an. verum eſſe, præjudicium tanta*

ſe, præjudicium rei tantæ afferre. Sibi placere de eo, quod Valerius Horatiuſque ante Idus Maias decemviros abiſſe magiſtratu inſimulent, bellis, quæ immineant perfectis, repub. in tranquillum redacta, ſenatu diſceptante, agi: & jam nunc ita ſe parare Ap. Claudium, ut comitiorum, quæ decemviris creandis decemvir ipſe habuerit, ſciat ſibi rationem reddendam eſſe, utrum in unum annum creati ſint, an donec leges, quæ deeſſent, perferrentur. In præſentia omnia præter bellum omitti placere: cujus ſi falſo famam vulgatam, vanaque non nuncios ſolum, ſed Tuſculanorum etiam legatos attuliſſe putent; ſpeculatores mittendos cenſere, qui certius explorata referant. Sin fides & nunciis & legatis habeatur, delectum primo quoque tempore haberi, decemviros quo cuique eorum videatur, exercitus ducere: nec rem aliam præverti. In hanc ſententiam ut diſcederetur, 41 juniores Patrum evincebant. [1] Ferociores iterum coorti Valerius Horatiuſque, vociferari, *ut de republ. liceret dicere. dicturos ad populum, ſi in ſenatu per factionem non liceat. Neque enim ſibi privatos aut in curia aut in concione poſſe obſtare, neque ſe imaginariis faſcibus eorum ceſſuros eſſe.* Tum Appius, jam prope eſſe ratus, ut, ni violentiæ eorum pari reſiſteretur audacia, victum imperium eſſet: [2] *Non erit melius*

tantæ rei auferri: alter autem: *verum eſſe: præjudicium tantæ rei differri poſſe.* Glareanus quoque magis placere ſibi, *verum poſſe præjudicium*, teſtatur. Quæ tamen omnia præter ipſos nemo facile intelligit, cum expeditiſſimi ſit ſenſus vulgata: juſtum & æquum non eſſe, dum præſentior alia ſit magna cura (nempe de bello Sabinorum Æquorumque propulſando) quemquam controverſiam ſtatus movere decemviris: vel æquum eſſe, à nemine, jurene ſint magiſtratus an non, præjudicari. Neque enim aliter concepta ſunt verba quam lib. 4. *Non eſſe æquum, mandatum ſibi à populo eripi honorem.* Lib. 7. *An æquum eſſe dediticios ſuos illa fertilitate atque amœnitate perfrui?* Id ipſum eſt *verum eſſe*. Vide ad lib. 2,48. *J. F. Gron.*

1 *Ferociores iterum coorti*] Sic primus Curio. Ante illum omnes & ſcripti *ferocioreſque*. Muretus, ut videtur, de conjectura: *cum ferociores*. Eleganter certe. *Idem.*

2 *Non erit melius, inquit*] Dictum monentis, ſed hic per iram, eoque turbato ſermone, pro hoc: *Melius erit, non miſiſſe vocem, niſi de quo conſulimus.* Fruſtra igitur Sigonius contra ſcriptos: *ne erit melius:* & hinc inſultat Glareano. Infra hoc libro Appius in tyrannico judicio: *Proinde quieſſe erit melius.* Terentius Adelphis: *ante adeis non feciſſe erit melius hic convicium.* Plautus Menæch. 5, 2, 51. *Melius ſanam eſt, mulier, mentem ſumere.* Apud Tacitum Piſo ad Senecam lib. 15. *Cur Piſonem aditu arceret? melius fore, ſi amicitiam familiari congreſſu exercuiſſent.*

melius, inquit, *niſi de quo conſulimus, vocem miſiſſe.* & ad Valerium negantem ſe privato reticere, lictorem accedere juſſit. Jam Quiritium fidem implorante Valerio à curiæ limine, L. Cornelius complexus Appium, [1] non cui ſimulabat conſulendo, diremit certamen. factaque per Cornelium Valerio dicendi gratia quæ vellet. Quum libertas non ultra vocem exceſſiſſet, decemviri propoſitum tenuere. Conſulares quoque ac ſeniores ab reſiduo tribuniciæ poteſtatis odio, cujus deſiderium plebi multo acrius, quam conſularis imperii rebantur eſſe, prope malebant poſtmodum ipſos decemviros voluntate abire magiſtratu, quam invidia eorum exſurgere rurſus plebem. ſi leniter ducta res ſine populari ſtrepitu ad conſules rediſſet, aut bellis interpoſitis, aut moderatione conſulum in imperiis exercendis, poſſe in oblivionem [2] tribunorum plebem adduci. Silentio Patrum edicitur delectus. juniores, quum ſine provocatione imperium eſſet, ad nomina reſpondent. legionibus ſcriptis, inter ſe decemviri comparabant, quos ire ad bellum, quos præeſſe exercitibus oporteret. Principes inter decemviros erant Q. Fabius & Ap. Claudius. bellum domi majus, quam foris apparebat. Appii violentiam aptiorem rati ad comprimendos urbanos motus: [3] in Fabio minus in bono conſtans, quam gnavum in malitia ingenium eſſe. Hunc enim virum egregium olim domi militiæque decemviratus collegæque ita mutaverant, ut Appii quam

ſui

Ælianus 6 animal. 40. *ἵνα μὴ περιφρονῶνται ἂν διγειν ὡς ἄμεινον.* Sic ὁ Χῆρ. ἔργον ὅτι cod. lib. cap. 42. *J. F. Gron.*

1 *Non cui ſimulabant*] Vet. lib. *ſimulabat.* Sigonius.

2 *Tribunorum adduci*] Vet. lib. addunt vocem ita: *Poſſe in oblivionem tribunorum plebem adduci.* Idem.

3 *In Fabio minus in bono conſtans, quam gnavum in malitia ing. eſſe*] Rectus hujus loci ſenſus eſt, Fabium non ita induſtrium in ſceleribus exercendis, quam non conſtantem in tuendo juſto fuiſſe. Habet tamen codex perantiquus Gymnaſii trium linguarum Lovanii longe aliam ſententiam, & haud ſcio, an ferri queat: *In Fabio minus in bono conſtans, quam ignavum in militia ingenium eſſe:* ut intelligas eò magis partes bellicas illi fuiſſe commiſſas, quod militiæ minus ignavus eſſet, quam pertinax in tuendis rectis moribus & juſto defendendo. *Schott.* Obſerv. lib. 3 cap. 38.

1 *M. Ra-*

ſui ſimilis mallet eſſe. huic bellum in Sabinis, [1] Man. Rabuleio, & Q. Petilio additis collegis, mandatum. M. Cornelius in Algidum miſſus cum L. Minucio, & T. Antonio, & [2] Cæſone Duilio, & M. Segio: Sp. Oppium Ap. Claudio adjutorem ad urbem tuendam æquo omnium decemvirorum imperio decernunt. Nihilo mi- 42
litiæ quam domi melius reſpublica adminiſtrata eſt. Illa modo in ducibus culpa, quod, ut odio eſſent civibus, fecerant. alia omnis penes milites noxa erat: qui ne quid ductu atque auſpicio decemvirorum proſpere uſquam gereretur, vinci ſe per ſuum atque illorum dedecus patiebantur. Fuſi & ab Sabinis ad Eretum, & in Algido ab Æquis exercitus erant. ab Ereto per ſilentium noctis profugi propius urbem inter [3] Fidenas Cruſtumeriamque loco edito caſtra communierant. perſecutis hoſtibus nuſquam ſe æquo certamine committentes, natura loci ac vallo, non virtute aut armis tutabantur. Majus flagitium in Algido, major etiam clades accepta: caſtra quoque amiſſa erant, exutiſque omnibus utenſilibus miles, Tuſculum ſe fide miſericordiaque victurus [4] hoſpitum (qui tum non fefellerunt) contulerat. Romam tanti terrores allati, ut poſito jam decemvirali odio Patres vigilias in urbe habendas cenſerent: omnes qui per ætatem arma ferre poſſent, cuſtodire mœnia, ac pro portis ſtationes agere juberent; [5] arma Tuſculum ad ſupplementum decernerent, decemviroſque ab arce Tuſculi degreſſos in caſtris militem habere: caſtra alia à Fidenis in Sabinum agrum transferri: belloque ultro inferendo deterreri hoſtes à conſilio urbis oppugnandæ. Ad

1 *M. Rabuleio, Q. Pætilio*] *M' Rabuleio, Q. Pætelio*, ut dixi. *Sigonius.*

2 *Cæſone Duellio*] *K. Duilio*, ut ſupra. *Idem.*

3 *Fidenas, Cruſtumeniamque*] *Cruſtomeriamque*, ut dixi in primum lib. *Idem.*

4 *Hoſpitum, qua tamen non fefellerunt, cont.*] Vet. lib. *Hoſpitum, qui tum non fefellerunt, contulerat.* Idem.

5 *Arma Tuſculum ad ſupplementum*] Quid eſt *arma* decernere *ad ſupplementum*? Immo *arma ac ſupplementum. Arma* illis, qui inter fugam illa jactaſſent aut dereliquiſſent; *ſupplementum* in occiſorum locum. *J. F. Gron.*

43 Ad clades ab hoſtibus acceptas, duo nefanda facinora decemviri belli domique adjiciunt. L. Siccium in Sabinis, per invidiam decemviralem, tribunorum creandorum ſeceſſioniſque mentiones ad vulgus militum ſermonibus occultis ferentem, proſpeculatum ad locum caſtris capiendum mittunt. datur negotium militibus, quos miſerant expeditionis ejus comites, ut eum opportuno adorti loco interficerent. Haud inultum interfecere. nam circa repugnantem aliquot inſidiatores cecidere, quum ipſe ſe prævalidus pari viribus animo circumventus tutaretur. Nunciant in caſtra cæteri, præcipitatum in inſidias eſſe Siccium egregie pugnantem militeſque quoſdam cum eo amiſſos. Primo fides nunciantibus fuit. Profecta deinde cohors ad ſepeliendos qui ceciderant, decemvirorum permiſſu, poſtquam nullum ſpoliatum ibi corpus, Sicciumque in medio jacentem, armatumque omnibus in eum verſis corporibus videre, hoſtium neque corpus ullum, nec veſtigia abeuntium; profecto ab ſuis interfectum memorantes, retulere corpus. Invidiæque plena caſtra erant, & Romam ferri protinus Siccium placebat, ni decemviri funus militare ei publica impenſa facere maturaſſent. Sepultus ingenti militum mœſtitia, peſſima decemvirorum in vulgus fama eſt. Sequitur aliud in urbe nefas ab libidine ortum,
44 haud minus fœdo eventu, quam quod per ſtuprum cædemque Lucretiæ urbe regnoque Tarquinios expulerat: ut non finis ſolum idem decemviris, qui regibus, ſed cauſſa etiam eadem imperii amittendi eſſet. Ap. Claudium virginis plebeiæ ſtuprandæ libido cepit. Pater virginis L. Virginius, honeſtum ordinem in Algido ducebat, vir exempli recti domi militiæque. [1] Perinde uxor

1 *Perinde uxor inſtituta fuerat, liberique inſtituebantur*] Vet. lib. *Liberi quoque inſtituebantur.* Sigonius.

Liberi quoque inſtituebantur] Magis ad guſtum meum quod ſuſtulit Sigonius ſervatum in ſcriptis editiſque antiquis: *Perinde uxor inſtituta fuerat, liberique inſtituebantur.* Neſcio quomodo alter ſermo hiat. *J. F. Gron.*

Perinde uxor inſtituta fuerat, l.i.] Tempora

uxor inſtituta fuerat, liberique inſtituebantur. [1] Deſponderat filiam L. Icilio tribunicio, viro acri, & pro cauſſa plebis expertæ virtutis. Hanc virginem adultam, forma excellentem, [2] Appius amore ardens, pretio ac ſpe pellicere adortus; poſtquam omnia pudore ſepta animadverterat, ad crudelem ſuperbamque vim animum convertit. M. Claudio clienti negotium dedit, ut virginem in ſervitutem aſſereret. neque cederet ſecundum libertatem poſtulantibus vindicias: quod pater puellæ abeſſet, locum injuriæ eſſe ratus. Virgini venienti in forum (ibi namque in tabernis literarum ludi erant) miniſter decemviri libidinis manum injecit; ſerva ſua natam ([3] ſervamque appellans) eſſe. ſequique ſe jubebat; cunctantem vi abſtracturum. Pavida puella ſtupente, ad clamorem nutricis, fidem Quiritium implorantis, fit concurſus. Virginii patris ſponſique Icilii populare nomen celebratur. notos gratia eorum, turbam indignitas rei virgini conciliat. Jam à vi tuta erat; quum aſſertor, nihil opus eſſe multitudine concitata ait, ſe jure graſſari, non vi. Vocat puellam in jus; [4] auctoribus qui aderant, ut

pora declinationum ideo confuſa ſunt, quod interierat jam pridem Numitoria mater, auctore Dionyſio, & ipſo paulo poſt Livio: & *liberi* de unica filia dixiſſe videtur. Porro gener Virginii, & cui filiam deſponderat Virginius, L. Icilius, Sp. Icilii, qui Tribunus plebis fuerat, filius. *Glareanus.*

1 *Deſponderant*] Lege ex vet. lectione, *Deſponderat*, ut ad patrem L. Virginium referatur, non ad matrem, quam multis ante annis mortuam eſſe tradit Dionyſius. *Sigonius.*

2 *Appius amore ardens*] Sic primo video expreſſiſſe Juntam, ex Aldo, credo: non enim hic mihi nunc ad manum. Andreas, Becharius, Moguntini, Aſcenſius: *Appius amore amens.* Utique melius, præſertim cum & hoc habuerit Borbetomagenſis. Nam quod ibi eſt, *ardens mens*, ex eo eſt, quod librarius vel diverſorum librorum lectionem utramque reddere, vel erratum in præcedenti voce corrigere voluit, ita ut deleretur, *rdens*, *a* vero conjunctum cum τῷ *mens* remaneret. Itaque fruſtra eſt Rhenanus cum ſuis conjecturis. Helm. quoque Rott. Gud. *amens.* J. F. Gron.

3 *Servamque appellans eſſe ſequique ſe jubebat*] Multo rotundius illæ, quas dixi vetuſtiores: *ſerva ſua natam, ſervamque appellans ſequi ſe jubebat.* Intelligitur enim *dicens*, aut includitur ſenſui verbi, *appellans.* Idem.

4 *Auctoribus, qui aderant, ut ſequeretur*] Vide quid ſit, quod quidam libri veteres habent, *Adjutoribus, qui aderant, aſſequentibus.* Sigonius.

1 *Ad*

ut ſequeretur. [1] Ad tribunal Appii perventum eſt. notam judici fabulam petitor, quippe apud ipſum auctorem argumenti, peragit, puellam domi ſuæ natam, furtoque inde in domum Virginii tranſlatam, [2] ſuppoſitam eſſe. Id ſe indicio compertum afferre: probaturumque vel ipſo Virginio judice, ad quem major pars injuriæ ejus pertineat. Interim dominum ſequi ancillam, æquum eſſe. Advocati puellæ, quum Virginium reip. cauſſa dixiſſent abeſſe, biduo affuturum, ſi nunciatum ei ſit; iniquum eſſe, abſentem de liberis dimicare; poſtulant, ut rem integram in patris adventum differat. lege ab ipſo lata vindicias det ſecundum libertatem. neu patiatur virginem adultam, famæ prius, quam libertatis periculum

45 adire. Appius decreto præfatus, *quam libertati faverit, eam ipſam legem declarare, quam Virginii amici poſtulationi ſuæ prætendant. Ceterum ita in ea firmum libertati fore præſidium, ſi nec cauſſis, nec perſonis variet.* [3] *In his enim quæ aſſerantur in libertatem, quia quivis lege agere poſſit, id juris eſſe: in ea quæ in patris manu ſit neminem eſſe alium, cui dominus poſſeſſione cedat. Placere itaque patrem arceſſi. interea juris ſui*

1 *Ad tribunal Appii perventum eſt*] Aut particula excidit, ſcribendumque: *Ut ad tribunal Appii perventum eſt, notam judici fabulam,* &c. aut certe aliter diſtinguendum: *Vocat puellam in jus. Auctoribus qui aderant, ut ſequeretur, ad tribunal Appii perventum eſt. Notam judici fabulam petitor.* Quod videndum cenſet Sigonius, quid ſit, quod quidam libri veteres habent; *Adjutoribus, qui aderant, aſſequentibus:* ego idipſum non prius videndum quam conſpuendum cenſeo, tanquam audaciæ & ignorantiæ ſubolem. *Qui aderant*, id eſt, advocati, periphraſi eleganti, ut veteres malunt interdum, *Qui conſuluntur*, quam juriſperiti; *Qui res judicant*, quam judices; *Quod natum eſt*, quam infans. Tacitus 11 annal. *Adhibitis qui obſignarent*, pro ſignatoribus; Cicero lib. 2 in Verrem: *Minucius, qui Sopatrum defendebat*, pro Sopatri advocato. *Auctoribus qui aderant, ut ſequeretur*, eſt, ſuadentibus advocatis; ne judicium defugeret: de ſententia advocatorum vel proximorum puella ſecuta. Lib. 2. *Conſenſu inde haud dubio omnium, qui aderant, in forum ad conſules lectica defertur.* Dixerat ante: *Conſilio propinquorum adhibito.* Sic lib. 5. *Reſtitit pavidus atque inhibuit frenos is qui jumenta agebat.* Hoc ſi illi *adjutorum adſequentium* conditores intellexiſſent, brachium intra togam continuiſſent. *J. F. Gron.*

2 *Suppoſitam eſſe*] Rott. Gud. Voſſ. uterque Flor. Helm. *ſuppoſitam ei eſſe.* Idem.

3 *In his enim quæ aſſerantur in lib.*] Vet. lib. *In iis enim qui aſſerantur.* Sigonius.

2 *Quin*

Digitized by Google

ſui jacturam aſſertorem non facere, [1] *quin ducat puellam, ſiſtendamque in adventum ejus, qui pater dicatur, promittat.* Adverſus injuriam decreti [2] quum multi magis fremerent [3] quam quiſquam unus recuſare auderet; [4] P. Numitorius, puellæ avunculus, & ſponſus Icilius, interveniunt. dataque inter turbam via, quum multitudo Icilii maxime interventu reſiſti poſſe Appio crederet, lictor *decreſſe* ait: vociferantemque Icilium ſummovet. [5] Placidum quoque ingenium tam atrox injuria accendiſſet.

1 *Quin ducat puellam*] Fruſtratio mera. Nec dubium quin tunc quoque obtinuerit, quod ſancit Paullus l. 3 π. 10 D. de acq. poſſ. *Si ſervus, quem poſſidebam, pro libero ſe gerat, ut fecit Spartacus, & judicium liberale pati paratus ſit, non videbitur à domino poſſideri, cui ſe adverſarium præparat. Sed hoc ita verum eſt, ſi diu in libertate moratur. Alioquin ſi ex poſſeſſione ſervitutis in libertatem reclamaverit, & liberale judicium imploraverit, nihilominus in poſſeſſione mea eſt, & animo eum poſſideo, donec liber fuerit pronunciatus.* J. F. Gron.

2 *Cum multi magis fremerent*] Propemodum tale negotium hoc eſt, quale ſuperius de patriciis in plebem peccantibus poſt Cæſonis damnationem retulit; ſenſus tamen obſcurus eſt. *Glareanus.*

3 *Quam quiſquam unus recuſare auderet*] Non eſt Latinum, *recuſare adverſus injuriam.* Tres Pall. & editio Campani: *reclamare.* Supra: *Tribuni reclamantibus conſulibus refecti.* Lib. 10. *Reclamantibus univerſis ipſe primus,* &c. Sed poteſt intelligi, *quam id recuſare.* J. F. Gron.

4 *P. Numitorius puellæ avunculus*] Quidam codices *avus* habebant, at Dionyſius Numitoriam Virginii uxorem, Numitoriique ſororem ac Virginiæ matrem plane aſſerit lib. 11. Et ipſe Livius poſtea in catalogo novorum tribunorum P. Numitorium Virginiæ *avunculum* ſcribit. *Glareanus.*

P. Num. pu. avunculus] Libri veteres habent, *Avus*, ſed placet magis *avunculus.* quia Dionyſius inquit: πρὸς μητρὸς θεῖος τῆς παρθένου. *Sigonius.*

5 *Placitum quoque*] Vet. lib. *Cum placidum quoque,* &c. *Idem.*

Quum placidum quoque ingenium tam atrox injuria accendiſſet] Auctoritate meliorum ſcriptorum & impreſſorum τὸ *quum* amovimus. Quid enim? Itane placidum & mite ingenium Icilii, ſi nihil aliud, tribunicii hominis, prædicet Livius? Hoc vero ego ſi credam; quæ libro ſecundo & hoc tertio ab ortu tribunorum ad hoc loci perſcripſit, non legerim. Nimirum offendit & librarium & Sigonium oratio ſententia quam verbis plenior. Ait enim, tranquillum quoque & ſedatum ingenium hominis, ſi quod ſic offenſum fuiſſet, potuiſſe primum iniquitate & celeritate decreti, dein faſtu lictoris ſubmoventis irritari ac permoveri. Intelligi præterea vult: nedum Icilii, adſueti tempeſtate tribunicia Patres, plebem, ſeſe agitare. Quod omiſit per artem, ne ipſe longiorem moram rei narrandæ faceret, quam Icilius gerendæ, ſtatimque verba illius ſubjicit. Scribe igitur & diſtingue: *Vociferantem Icilium ſubmovet. Placidum quoque ingenium tam atrox injuria accendiſſet. Ferro hinc tibi ſubmovendus ſum, Appi, inquit.* Tale eſt lib. 28, 5. de Philippo: *Vel ſegnem ducem tot irritare tumultus circumfuſi poterant. Legationes dimittit.* Quaſi additum eſſet, nedum Philippum, unum

diſſet. *Ferro hinc tibi ſummovendus ſum, Appi*, inquit, *ut tacitum feras, quod celari vis. Virginem ego hanc ſum ducturus*, [1] *nuptam pudicamque habiturus. Proinde omnes collegarum quoque lictores convoca, expediri virgas & ſecures jube: non manebit extra domum patris ſponſa Icilii. Non, ſi tribunicium auxilium & provocationem plebi Romanæ, duas arces libertatis tuendæ, ademiſtis, ideo in liberos quoque noſtros conjugeſque regnum veſtræ libidini datum eſt. Sævite in tergum & in cervices noſtras, pudicitia ſaltem in tuto ſit. Huic ſi vis afferetur, ego præſentium Quiritium pro ſponſa, Virginius militum pro unica filia, omnes Deorum hominumque implorabimus fidem. neque tu iſtud unquam decretum ſine cæde noſtra referes. Poſtulo, Appi, etiam atque etiam conſideres quo progrediare. Virginius viderit de filia, ubi venerit, quid agat. Hoc tantum ſciat, ſibi, ſi hujus vindiciis ceſſerit, conditionem filiæ quærendam eſſe. me vindicantem ſponſam in libertatem, vita citius deſeret, quam*

46 *fides.* Concitata multitudo erat certamenque inſtare videbatur. lictores Icilium circumſteterant: nec ultra minas tamen proceſſum eſt. Quum Appius, *Non Virginiam defendi ab Icilio, ſed inquietum hominem, & tribunatum etiam nunc ſpirantem*, [2] *locum ſeditionis quærere* diceret; *non præbiturum ſe illi eo die materiam: ſed ut jam ſciret, non id petulantia ſua, ſed Virginio abſenti & patrio nomini & libertati datum, jus eo die ſe non dicturum, neque decretum interpoſiturum: à M. Claudio petiturum, ut decederet jure ſuo, vindicarique puellam in poſterum diem pateretur. Quod niſi pater poſtero die affuiſſet, denunciare ſe Icilio ſimilibuſque Icilii, neque legi ſuæ latorem,*

num ſuæ ætatis acerrimum regem. Tamen illud *cum* ſe inſinuavit etiam in Romanam Andreæ: habet enim: *Placidum quoque ingenium cum tam atrox.* Sed Tarviſina, Veneta, Becharius, alii mature ſpreverunt. *J. F. Gron.*

1 *Nuptamque pudicam habiturus*] Vetus lectio, *Nuptam, pudicamque habiturus.* Sigonius.

2 *Locum ſeditionis quærere*] Lib. 8. *Indicat Lucanos inſidiis quærere locum.* Lib. 9. *Omnium principum in Samnio eo curæ ſunt intentæ, ut inſidiis quæreretur locus.* Lib. 25. *Mutata repente voluntate locum gratiæ apud Pœnum quærens.* Lib. 27. *Quum Hannibal nocte ſigna moveret, locum inſidiis quærens,* Et rurſus: *totus in ſuas artes verſus locum inſidiis quærebat.* Videtur igitur & hac forma ſcripſiſſe Livius: *locum ſeditioni.* J. F. Gron.

latorem, neque decemviro conſtantiam defore: nec ſe utique collegarum lictores convocaturum ad coërcendos ſeditionis auctores. contentum ſe ſuis lictoribus fore. Quum dilatum tempus injuriæ eſſet, ſeceſſiſſentque advocati puellæ, placuit omnium primum fratrem Icilii, filiumque Numitorii, impigros juvenes, pergere inde recta ad portam: & quantum accelerari poſſet, Virginium acciri è caſtris. In eo verti puellæ ſalutem, ſi poſtero die vindex injuriæ ad tempus præſto eſſet. Juſſi pergunt, citatiſque equis nuncium ad patrem perferunt. [1] Quum inſtaret aſſertor puellæ, ut vindicaret, ſponſoreſque daret; atque id ipſum agi diceret Icilius, ſedulo tempus terens, dum præciperent iter nuncii miſſi in caſtra, manus tollere undique multitudo, & ſe quiſque paratum ad ſpondendum Icilio oſtendere. Atque ille lacrimabundus, *Gratum eſt*, inquit, *craſtina die veſtra opera utar. ſponſorum nunc ſatis eſt.* Ita vindicatur Virginia ſpondentibus propinquis. Appius pauliſper moratus, ne ejus rei cauſa ſediſſe videretur; poſtquam omiſſis rebus aliis, præ cura unius nemo adibat, domum ſe recepit: collegiſque in caſtra ſcribit, *ne Virginio commeatum dent, atque etiam in cuſtodia habeant.* Improbum conſilium ſerum, ut debuit, fuit: [2] Et jam commeatu ſumpto profectus Virginius prima vigilia erat, quum poſtero die mane de retinendo eo nequicquam literæ redduntur. At in urbe, prima luce, quum 47
civitas in foro exſpectatione erecta ſtaret; [3] Virginius ſor-

1 *Cum inſtaret aſſertor puellæ*] *Aſſertorem* vocat puellæ non L. Icilium, ut putat Glareanus, ſed M. Claudium, qui inſtabat, ut Icilius Virginiam vindicaret uſque in poſterum diem, datis ſponſoribus, fore, ut ea poſtridie ſiſteretur. Sic etiam ſupra eum vocavit. *Sigonius.*

2 *Et jam commeatu ſumpto*] Lege ex fide vet. lib. *Jam enim commeatu ſumpto.* Idem.

3 *Virginius ſordidatus filiam ſuam*] Uſque ad Curionem omnes video habere veteres: *filiam ſecum obſoleta veſte.* Ille dedit *ſuam*, contra noſtros certe codices. Suſpicor legendum: *Virginius ſordidatus filiam cum obſoleta veſte* Solent enim particulam illam in his non ſpernere. Ut de Scipione: *cum pallio crepidiſque inambulantem.* Cicero: *Sacrificium publicum cum lana faceret.* Lib. 35. *Liberos & conjugem ejus cum ſordida veſte, tenentes velamenta ſupplicum, concionem frequentem adire jubent.* J. F. Gron.

ſordidatus, filiam ſuam obſoleta veſte comitantibus aliquot matronis, cum ingenti advocatione in forum deducit. Circumire ibi & [1] prenſare homines cœpit: & non orare ſolum precariam opem, ſed pro debita petere, *Se pro liberis eorum ac conjugibus quotidie in acie ſtare: nec alium virum eſſe, cujus ſtrenue ac ferociter facta in bello plura memorari poſſent. Quid prodeſſe, ſi incolumi urbe, quæ capta ultima timeantur, liberis ſuis ſint patienda?* Hæc prope concionabundus circumibat homines. Similia his ab Icilio jactabantur. comitatus muliebris plus tacito fletu, quam ulla vox movebat. Adverſus quæ omnia obſtinato animo Appius (tanta vis amentiæ verius quam amoris mentem turbaverat) in tribunal aſcendit: & ultro querente pauca petitore, *quod jus ſibi pridie per ambitionem dictum non eſſet*; priuſquam aut ille poſtulatum perageret, aut Virginio reſpondendi daretur locus, Appius interfatur. Quem decreto ſermonem prætenderit, forſan aliquem [2] verum auctores antiqui tradiderint. quia nuſquam ullum in tanta fœditate decreti veriſimilem invenio; id quod conſtat, nudum videtur proponendum, [3] Decreſſe vindicias ſecundum ſervitutem. Primo ſtupor omnes admi-

1 *Prehenſare*] Vet. lib. *Prenſare.* Sigonius.

2 *Verum auctores antiqui tradiderunt*] Ante Frobenianam auctiorem invenio ubique *tradiderint.* Sed illud, inquit Glareanus, ſimplicius, & potentialis modus quam huc quadret, non video. Immo quadrat maxime: eſt enim, potuerint tradere, ſi voluiſſent nempe, utpote propiores memoriæ temporum illorum: *Tradiderunt*, non diceret Livius, quippe qui id ignorare non poterat, ſi tradidiſſent; nec adeo faſtidiebat, ut inquirere noluerit. *J. F. Gron.*

3 *Decreſſe vindicias ſecundum ſervitutem.*] Vet. lib. *dediſſe.* Ego, *dare ſe*, legendum puto: nam tempus præſens quæritur. Hoc genere dicendi ſæpius uſus eſt in hac re, nunquam autem *decernere.* inquit enim ſupra: *Vindicias det ſecundum libertatem.* Et infra: *Judicem ſe ab libertate in ſervitutem, vindicias non dediſſe.* Item: *Vindicias ne ab libertate in ſervitutem dederit.* Dicitur autem, *Dare vindicias ab libertate*, vel *ſecundum ſervitutem*, aliquem ſervum eſſe judicare: at, *ab ſervitute*, vel *ſecundum libertatem*, liberum eſſe decernere. Quibus dicendi generibus uſus eſt hoc loco Livius, ac Pædianus pro Cornel. *Quis fuerit ille ex decemviris, qui contra libertatem vindicias dederit.* Eſt autem *dare vindicias ab libertate*, vel *ſecundum ſervitutem*. dare poſſeſſionem ei qui ſervum eſſe adſerit. *Dare vindicias ab ſervitute*, vel, *ſecundum libertatem*; dare poſſeſſionem ei, qui liberum eſſe adſerit. *Sigonius.*

Digitized by Google

admiratione rei tam atrocis defixit. ſilentium inde aliquamdiu tenuit. Deinde quum M. Claudius circumſtantibus matronis iret ad prehendendam virginem, lamentabiliſque eum mulierum comploratio excepiſſet; Virginius intentans in Appium manus, *Icilio*, inquit, *Appi, non tibi filiam deſpondi: & ad nuptias, non ad ſtuprum educavi. Placet pecudum ferarumque ritu promiſcue in concubitus ruere? Paſſurine hæc iſti ſint, neſcio. non ſpero eſſe paſſuros illos qui arma habent.* Quum repelleretur aſſertor virginis à globo mulierum circumſtantiumque advocatorum, ſilentium factum per præconem. [1] Decemvir alienato ad 48
libidinem animo, negat *ex heſterno tantum convicio Icilii violentiaque Virginii, cujus teſtem populum Romanum habeat, ſed certis quoque indiciis compertum ſe habere, nocte tota cœtus in urbe factos eſſe ad movendam ſeditionem. Itaque ſe haud inſcium ejus dimicationis, cum armatis deſcendiſſe: non ut quemquam quietum violaret, ſed ut turbantes civitatis otium, pro majeſtate imperii coërceret. Proinde quieſſe erit melius.* I, inquit, *lictor, ſummove turbam; & da viam domino ad prehendendum mancipium.* Quum hæc intonuiſſet plenus iræ, multitudo ipſa ſe ſua ſponte dimovit, deſertaque præda injuriæ puella ſtabat. Tum Virginius, ubi nihil uſquam auxilii vidit, *Quæſo*, inquit, *Appi, primum ignoſce patrio dolori*, [2] *ſi quid inclementius in te ſum invectus: deinde ſinas hic coram virgine nutricem percontari quid hoc rei ſit. Ut ſi falſò pater dictus ſum, æquiore hinc animo diſcedam.* Data venia, ſeducit filiam ac nutricem [3] prope Cloacinæ ad tabernas, quibus

1 *Decemvir alienato ad libidinem animo*] Cur placeat Rhenano, *Alienatus*, neſcio. Mihi *alienato* magis probatur, ut & in vet. lib. eſt, & in 7 lib. dixit, *Milites alienatis ab memoria periculi animis.* Sigonius.

2 *Si inclementius in te ſum inv.*] Lib. vet. *Si quid inclementius.* Idem.

3 *Prope Cloacinæ*] Plinius *Cluacinam* legit lib. 16 cap. 29 cum ait: *Quippe ita traditur, myrtea verbena Romanos Sabinoſque, cum propter raptas virgines dimicare voluiſſent, depoſitis armis purgatos in eo loco, qui nunc ſigna Veneris Cluacinæ habet. Cluere enim antiqui purgare dicebant.* At Lactant. lib. 1 de Falſa relig. *Cloacinam*, agnoſcit. Verba ejus ſunt: *Cloacinæ ſimulacrum in Cloaca maxima repertum Tatius conſecravit, & quia cujus eſſet effigies, ignorabat, ex loco illi nomen impoſuit.* Idem.

quibus nunc Novis eſt nomen. atque ibi ab lanio cultro arrepto, *Hoc te uno, quo poſſum*, ait, *modo, filia, in libertatem vindico.* Pectus deinde puellæ transfigit: reſpectanſque ad tribunal, *Te*, inquit, *Appi, tuumque caput ſanguine hoc conſecro.* Clamore ad tam atrox facinus orto excitus Appius, comprehendi Virginium jubet. ille ferro, quacunque ibat, viam facere: donec [1] multitudine etiam proſequentium tuente ad portam perrexit. Icilius Numitoriuſque exſangue corpus ſublatum oſtentant populo: ſcelus Appii, puellæ infelicem formam, neceſſitatem patris deplorant. Sequentes clamitant matronæ, *Eamne liberorum procreandorum conditionem? ea pudicitiæ præmia eſſe?* cæteraque quæ in tali re muliebris dolor, quo eſt mœſtior imbecillo animo, eo miſerabilia magis querentibus ſubjicit. Virorum & maxime Icilii vox tota, tribuniciæ poteſtatis ac provocationis ad populum ereptæ,
49 publicarumque indignationum, erat. Concitatur multitudo partim atrocitate ſceleris, partim ſpe per occaſionem repetendæ libertatis. Appius nunc vocari Icilium, [2] nunc detrectantem arripi. poſtremo, quum locus adeundi apparitoribus non daretur, ipſe cum agmine

ne

1 *Multitudine etiam proſequentium tuente*] A Curione eſt. nam quicquid ante illam cum MSS. *tuente.* ſcilicet Virginium à vi lictorum Appii. Lib. 33. *A paucis procurrentibus laceſſita pugna eſt, deinde ſubſidiis tuentium pulſos aucta.* Quod Modius ex Col. annotat, *proſequentium juvenum*, id ſane Romana Andreæ, Veneta, Tarviſina, Becharius, Aſcenſius, Moguntini, Saveterius, expreſſerunt. Aldus omiſiſſe videtur, & ex eo Juntas, Gryphius & cæteri. Sed videtur non rejiciendum, quando & matronarum & virorum ſeparatim mox Livius meminit. Mox: *quo eſt mœſtior imbecillo animo, eo miſerabilia magis quærentibus ſubjicit.* Τὸ *eo* ſi arcerent veteres libri, non profecto revocarem: ſed quare tantopere eliminandum ſit, quam cenſet homo doctus, cauſſam nullus video. *J. F. Gron.*

2 *Nunc retractantem arripi*] Vir doctus, *detrectantem*: ut & pro eo quod eſt cap. 52. *Nullo, qui per ætatem ire poſſent, retractante.* Num ergo & apud Columellam 2, 2. *Nunquam ſtimulo laceſſat juvencum, quod retractantem calcitroſumque eum reddit.* Ciceronem lib. 5 Tuſcul. *Quod paullo ante Peripateticos veteremque Academiam hortari videbare, ut ſine retractatione libere dicere auderent, ſapientes eſſe ſemper beatiſſimos.* Ad Atticum 13, 25. *Conficies igitur, & quidem ſine ulla dubitatione, aut retractatione.* Num, inquam, & his locis mutandum? *Idem.*

1 *Agi-*

Digitized by Google

ne patriciorum juvenum per turbam vadens, in vincula duci jubet. Jam circa Icilium non ſolum multitudo, ſed duces quoque multitudinis erant, L. Valerius & M. Horatius. qui, repulſo lictore, ſi jure ageret, vindicare ſe à privato Icilium ajebant: ſi vim afferre conaretur, ibi quoque ſe haud impares fore. Hinc atrox rixa oritur. Valerium Horatiumque lictor decemviri invadit. Franguntur à multitudine faſces. In concionem Appius aſcendit. Sequuntur Horatius, Valeriuſque, eos concio audit, decemviro obſtrepitur. Jam pro imperio Valerius diſcedere à privato lictores jubebat: quum fractis animis Appius, vitæ metuens, in domum ſe propinquam foro inſciis adverſariis capite obvoluto recepit. Sp. Oppius, ut auxilio collegæ eſſet, in forum ex altera parte irrumpit. videt imperium vi victum. [1] Agitatis deinde conſiliis, atque ex omni parte aſſentiendo multis auctoribus, [2] trepidus, ſenatum poſtremo vocari juſſit. ea res, quod magnæ parti Patrum diſplicere acta decemvirorum videbantur, ſpe per ſenatum finiendæ poteſtatis ejus, multitudinem ſedavit. Senatus nec plebem irritandam cenſuit: & multo magis providendum, ne quid Virginii adventus in exercitu motus faceret. Itaque miſſi juniores Patrum in caſtra, quæ tum in monte Vecilio erant; nunciant decemviris, *ut omni ope à ſeditione milites contineant.* Ubi Virginius majorem, quam reliquerat in urbe, motum excivit. Nam præterquam quod agmine prope quadringentorum hominum veniens, qui ab urbe indignitate rei accenſi comites ei ſe dederant, conſpectus

1 *Agitatus deinde conſiliis*] Pro certo habeo legendum, *agitatis deinde conſiliis*, ut eſt in vet. lib. Nam 4 libro ait, *Conſilia ad movenda bella ad Fanum Voltumnæ agitata.* Et poſt etiam: *Secreta agitare conſilia.* Itemque ſæpius, *agitare conſilia.* Sigonius.

2 *Trepidus ſenatum poſtremo vocari jubet*] Quid ſibi velint tres Pall. Voſſ. Helm. Flor. Rott. & Campanus exhibendo, *trepidaverat*, ignoro, niſi forte: *auctoribus, trepida re, ſenatum poſtremo.* Infra: *plebemque obedientem in re tam trepida Patribus præberent.* Lib. 4. *Et ſenatus, ut in trepidis rebus, dictatorem dici Mamercum Æmilium juſſit.* Lib. 26. *Ut in re tam trepida ſenatu extemplo vocato.* J. F. Gron.

ſpectus eſt; [1] ſtrictum etiam telum, reſperſuſque ipſe cruore tota in ſe caſtra convertit. & togæ multifariam in caſtris viſæ, majoris aliquanto quam erat, ſpeciem urbanæ multitudinis fecerant. Quærentibus quid rei eſſet; flens diu vocem non miſit: tandem ut jam ex trepidatione concurrentium turba conſtitit, ac ſilentium fuit, ordine cuncta ut geſta erant, expoſuit. Supinas deinde tendens manus, commilitones appellans orabat, *Ne, quod ſcelus Ap. Claudii eſſet, ſibi attribuerent: neu ſe ut parricidam liberum averſarentur.* [2] *Sibi vitam filiæ ſuæ cariorem fuiſſe, ſi liberæ ac pudicæ vivere licitum fuiſſet. quum velut ſervam ad ſtuprum rapi videret,* [3] *morte amitti melius ratum,* *quam*

1 *Strictum etiam telum, reſperſuſque ipſe cruore tota in ſe caſtra convertit*] Nemo animadvertit hic vocem unam deeſſe, ſine qua ſenſus eſſe nullus aptus poteſt: ea vero eſt in libris antiquis, ſic: *Strictum etiam telum tenens, reſperſuſque.* Quam eandem affert etiam Dionyſius in eadem re explicanda, τὴν μαγειρικὴν διὰ χειρὸς ἔχων, αἵματι πεφυρμένος ἅπας, id eſt, *lanii cultrum manu tenens, totus ſanguine fœdatus.* Sigonius.

Strictum etiam telum, reſp. &c.] Sane animadvertit nemo deeſſe vocem, ſine qua ſenſus nullus eſſe poſſit: neque enim deerat: ſed facile animadvertere eſt ſupereſſe vocem in codice interpoli Sigonii: *ſtrictum etiam telum tenens.* Ipſum enim illud telum ſtrictum & ſubrectum, quale erat cruore madidum, & ſtillans, non modo tenens telum admirationi hominibus fuit omniumque in ſe ora convertit. Vidit hoc & Robortellus. *J. F. Gron.*

2 *Sibi vitam filiæ ſuæ cariorem fuiſſe, ſi liberæ ac pudicæ viv. lic. fuiſſ.*] Mallem legi hoc loco, *Cariorem futuram fuiſſe.* Cæterum vet. lib. habent, *libere ac pudice*, ſine diphthongo. *Sigonius.*

Sibi vitam filiæ ſuæ cariorem fuiſſe, ſi libere ac pudice] Rhenanus *pudicam.* Malo: *ſi liberæ ac pudicæ vivere licitum fuiſſet.* Quod mutavit Sigonius prætextu ſcriptorum ſuorum. Atqui fuerunt illi omnes, ſiquidem multi fuerunt, adeo recentis manus, ut diphthongos non haberent. Plautus Caſina: *Malo hercle veſtro tam verſuti vivitis.* Bacchid. *benevolens vivit tibi.* Catullus: *Sed tu inſulſa male & moleſta vivis.* Terent. Heaut. *Niſi proſpectum interea aliquid nobis eſt, deſertæ vivimus.* Cicero Philipp. 11. *Agitur autem liberine vivamus, an mortem obeamus.* Lib. 14 Famil. 1. *Quod ſi noſtris conſiliis uſi eſſemus, beatiſſimi viveremus.* J. F. Gron.

3 *Morte amitti melius ratum quam contumelia liberos*] Deeſt verbum, *vivere*, inquit Sigonius. Immo ſuperſit & hic in lutulento illo codice id verbum. Non enim ſenſus eſt, melius ſe eſſe ratum liberos mori, quam contumelia affectos vivere: ſed cum imbibiſſet minus eſſe durum per mortem quam per probrum & dedecus perdere liberos, dum miſeretur filiæ & vicem ejus dolet, non recte æſtimantibus crudeliter in eam ſe conſuluiſſe videri. Non enim minus quam morte amittebat filiam per duplicem contumeliam, alteram certam & expoſitam, cum addiceretur domino pro mancipio, libertateque & civitate excluderetur; alteram diſſimulatam

quam contumelia liberos: miſericordia ſe in ſpeciem crudelitatis lapſum. Nec ſe ſuperſtitem filiæ futurum fuiſſe, niſi ſpem ulciſcendæ mortis ejus in auxilio commilitonum habuiſſet. [1] *Illis quoque enim filias, ſorores, conjugeſque eſſe. nec cum filia ſua libidinem Appii Claudii extinctam eſſe; ſed quo impunitior ſit, eo effrenatiorem fore. Aliena calamitate documentum datum illis cavendæ ſimilis injuriæ. quod ad ſe attineat, uxorem ſibi fato ereptam: filiam, quia non ultra pudica victura fuerit,* [2] *miſera, ſed honeſta, morte occubuiſſe. Non eſſe jam Appii libidini locum in domo ſua. ab alia violentia ejus, eodem ſe animo ſuum corpus vindicaturum, quo vindicaverit filiæ. Cæteri ſibi ac liberis ſuis conſulerent.* Hæc Virginio vociferanti ſucclamabat multitudo, nec illius dolori, nec ſuæ libertati ſe defuturos. Et immiſti turbæ militum togati, quum eadem illa querendo, docendoque quanto viſa quam audita indigniora potuerint videri: ſimul profligatam jam rem nunciando Romæ eſſe, [3] inſecutoſque qui Appium prope interemptum

latam quidem, ſed ſatis multis præviſam intellectamque, cum deſtinaretur Appianæ libidinis victima. Senſus autem ille quem dedimus, oſtendit etiam in diſtinctione vulgo peccari, & ita faciendum: *quum velut ſervam ad ſtuprum rapi videret, morte amitti melius ratum quam contumelia liberos, miſericordia ſe in ſpeciem crudelitatis lapſum.* J. F. Gron.

1 *Illis etiam filias, ſorores, conjuges eſſe*] Ro. Andreæ, Bec. Mog. Aſc. & cæteræ: *illis quoque filias.* Gryphius: *illis quoque etiam.* MSS. & Campanus & Juntas: *illis quoque enim filias.* cui meum calculum appono. Vulgatum in primo reperio Curione. *Idem.*

2 *Miſeram, ſed honeſtam mortem occ.*] Vet. lib. *Miſera ſed honeſta morte.* Sigon.

3 *Inſecutoſque qui*] Non placet eos, qui cum Virginio venerant, narrare, poſt ſuum diſceſſum ſecutos alios, qui Appium deſperatione rerum exſilium ſibi conſciviſſe referrent. Credibile eſt enim ita illos properaſſe, ut ſerius exeuntes aſſequi priores non poſſent. Dein cur ipſi illi, qui ſecuti dicuntur, non loquuntur, ſed iſtis partes ſuas tradunt? Scripſit immo Livius, *inſecutique.* Et ita Voſſianus alter. Duo ait genera hominum perpuliſſe milites, ut ad arma conclamarent, & Romam contenderent: alterum, qui cum Virginio venerant: hi egerunt tum querendo eadem, quæ Virginius, adjiciendoque non poſſe verbis exprimi ſatis mœſtam rei faciem, & quanquam triſtiſſima audirent, multo tamen triſtiora videntibus fuiſſe; tum nunciando Romæ turbarum plena omnia, nec imperii compotes, qui eſſent illic, decemviros: alterum, qui hos inſecuti, auxerunt mendacio rem, ſuperjacientes, Appium pœne manibus hominum diſcerptum ſervili fuga ſe ſubduxiſſe & exſulatum iſſe. Particulas, *quum querendo, ſimul nuntiando*, poſuit; ut *quum tum, qua querendo qua nuntiando, & querendo & nuntiando.* J. F. Gron.

 1 *Si-*

ptum in exilium abiſſe dicerent; perpulerunt, ut ad arma conclamaretur, vellerentque ſigna, & Romam proficiſcerentur. Decemviri [1] ſimul iis quæ videbant, ſimul his quæ acta Romæ audierant, perturbati; alius in aliam partem caſtrorum ad ſedandos motus diſcurrunt. & leniter agentibus reſponſum non redditur. imperium ſi quis inhiberet, & viros & armatos ſe eſſe, reſpondetur. Eunt agmine ad urbem, & Aventinum inſidunt; ut quiſque occurrerat, plebem ad repetendam libertatem, creandoſque tribunos plebis adhortantes, alia vox nulla violenta audita eſt. Senatum Sp. Oppius habet: nihil placet aſpere agi. quippe ab ipſis datum locum ſeditionis eſſe. Mittuntur tres legati conſulares, Sp. Tarpeius, C. Julius, [2] P. Sulpicius, qui quærerent ſenatus verbis, cujus juſſu caſtra deſeruiſſent? aut quid ſibi vellent, qui armati Aventinum obſediſſent? belloque averſo ab hoſtibus patriam ſuam cepiſſent? Non defuit quid reſponderetur: deerat qui daret reſponſum; nullo dum certo duce, nec ſatis audentibus ſingulis invidiæ ſe offerre. id modo à multitudine conclamatum eſt, ut L. Valerium,
51 & M. Horatium ad ſe mitterent. his ſe daturos reſponſum. Dimiſſis legatis, admonet milites Virginius, *in re non maxima paulo ante trepidatum eſſe, quia ſine capite multitudo fuerit: reſponſumque quamquam non inutiliter, fortuito tamen magis conſenſu, quam communi conſilio eſſe. Placere decem creari, qui ſummæ rei præeſſent, militarique honore tribunos militum appellari.* Quum ad eum ipſum primum is honos

1 *Simul iis quæ videbant iiſque*] Sane poteſt tolerari, & alibi Livio adſeremus: tamen quia ex duobus melioris notæ ſcriptis alter: *videbant ſique hiſque acta*: alter, *ſimulque hiiſque acta*: videtur ſcribendum: *Decemviri ſimul his, quæ videbant, ſimul his, quæ acta Romæ audierant.* Ut lib. 1. *Simul quæ curando vulneri opus ſunt, comparat; ſimul ſi deſtituat ſpes, alia præſidia molitur.* Lib. 5. *Romæ ſimul delectu, ſimul tributo conferendo laboratum eſt.* Lib. 8. *Fœneratoris ſimul libidinem, ſimul crudelitatem inſignem.* Et frequenter alibi. *J. F. Gron.*

2 *P. Sulpicius*] Hic *Sulpicius* conſularis eſſe traditur. At in conſulatu *Ser. Sulpicius* nominatus eſt. Ergo & hic *Ser.* etiam *Sulpicius* ſcribendum. *P.* tamen *Sulpicium* conſularem legatum nominat etiam Pædianus pro Cornelio, verum reclamant Græci. *Sigonius.*

I Nec

honos deferretur, *Melioribus meis veſtriſque rebus reſervate*, inquit, *iſta de me judicia.* [1] *Nec mihi filia inulta honorem ullum jucundum eſſe patitur; nec in perturbata republica eos utile eſt praeeſſe vobis, qui proximi invidiæ ſint. Si quis uſus mei eſt, nihilo minor ex privato capietur.* Ita decem numero tribunos militares creant. Neque in Sabinis quievit exercitus. ibi quoque auctore Icilio Numitorioque, ſeceſſio ab decemviris facta eſt; non minore motu animorum [2] Siccii cædis memoria revocata, quam quem nova fama de Virginia adeo fœde ad libidinem petita, accenderat. Icilius ubi audivit tribunos militum in Aventino creatos, ne comitiorum militarium prærogativam urbana comitia iiſdem tribunis plebis creandis ſequerentur; peritus rerum popularium, imminenſque ei poteſtati, & ipſe prius quam iretur ad urbem, pari poteſtate eundem numerum ab ſuis creandum curat. Porta Collina urbem intravere ſub ſignis, mediaque urbe agmine in Aventinum pergunt. ibi conjuncti alteri exercitui, viginti tribunis militum negotium dederunt, ut ex ſuo numero duos crearent, qui ſummæ rerum præeſſent. M. Oppium, Sex. Manilium creant. Patres ſolliciti de ſumma rerum, quum ſenatus quotidie eſſet, jurgiis ſæpius terunt tempus quam conſiliis. Siccii cædes decemviris & Appiana libido, & dedecora militiæ objiciebantur. Placebat Valerium Horatiumque ire in Aventinum. illi negabant ſe aliter ituros, quam ſi decemviri deponerent inſignia magiſtratus ejus, [3] quo anno jam ante abiſſent. Decem-

1 *Nec mihi filia in vita honorem ullum jucundum eſſe patitur*] Rectius idem liber vetus: *Nec mihi filia inulta.* Non enim in omnem vitam honores Virginius recuſat, quos poſtea ſuſcepit, ſed honorem ſibi injucundum dicit, quam diu vindictam de filiæ injuria non ceperit. Poſtea, pro, *non ſuſtinebunt imperium*, quod in vulgus editum video, in membranis *impetum*, ſcriptum video, non *imperium*. Schottus.

2 *Siccii cædis memoria revocata*] Sic ante Rhenanum legebatur, ſic MSS. fidi, nec debuit ille ſupponere, *renovata*. Petronius: *in memoriam revocatus injuriæ.* Livius lib. 33. *Nec præſens omnium modo effuſa lætitia eſt, ſed per multos dies gratis & cogitationibus & ſermonibus revocata.* Adde, ſi tanti eſt, quæ ad Senecæ Beneficia 2, 11 notavimus. *J. F. Gron.*

3 *Quo anno jam ante abiſſent*] Hic alter

Decemviri querentes, ſe in ordinem cogi, non ante quam perlatis legibus, quarum cauſſa creati eſſent, de-
52 poſituros imperium ſe ajebant. Per M. Duilium, qui tribunus plebis fuerat, certior facta plebs, contentionibus aſſiduis nihil tranſigi, in Sacrum montem ex Aventino tranſit: affirmante Duilio non prius quam deſeri urbem videant, curam in animos Patrum deſcenſuram. *admoniturum Sacrum montem conſtantiæ plebis.* [1] *ſcituros, quod ſine reſtituta poteſtate redigi in concordiam res nequeant.* Via Nomentana, [2] cui tum Ficulnenſi nomen fuit, profecti, caſtra in monte Sacro locavere; modeſtiam patrum ſuorum nihil violando imitati. Secuta exercitum plebs, nullo qui per ætatem ire poſſet, retractante. Proſequuntur conjuges liberique, cuinam ſe relinquerent in ea urbe, in qua nec pudicitia, nec libertas ſancta eſſet, miſerabiliter rogitantes. Quum vaſta Romæ omnia inſueta ſolitudo feciſſet, in foro præter paucos ſeniorum nemo eſſet; vocatis utique in ſenatum patribus, deſertum apparuiſſet forum; plures jam quam Horatius & Valerius vociferabantur, *Quid exſpectabitis, Patres Conſcripti? Si decemviri finem pertinaciæ non faciunt, ruere ac deflagrare omnia paſſuri eſtis? Quod autem iſtud imperium eſt, decemviri; quod amplexi tenetis? Tectis ac parietibus jura dicturi eſtis. Non pudet lictorum veſtrorum majorem prope*

alter eſt locus, qui convincit recte nos annum tertium Decemvirorum in Chronologia noſtra ſejunxiſſe ab anno quo L. Valerius & M. Horatius Coſſ. fuere. *Glareanus.*

1 *Scituros quod ſine reſtituta poteſtate*] Illud, *ſcio quod*, auctorum hujus ævi non eſſe ſubſcribo Fr. Sanctio. Itaque, quia MSS. non modo Rhenani, ſed & noſtri: *ſciturosque ſine*, lege, *ſcituros quam ſins*: vel, *ſciturosque quam ſine*: quod utrumque jam ille propoſuit. Lib. 4, 31. *Documentoque fuere, quam plurium imperium bello inutile eſſet.* Ubi mirum vexari à Rhenano. Caſſius ad Ciceronem 15 Famil. 19. *Scis Cnæus quam ſit fatuus: ſcis quomodo crudelitatem virtutem putet: ſcis quam ſe ſemper à nobis deriſum putet.* Valde vellem etiam reperiri alicubi additum: *ſine reſtituta tribunicia poteſtate.* Niſi quia Duilius, qui tribunus fuerat, loquitur, ideo nullam aliam facile intelligi cogitavit. ut cum libro 4 ad tribunos dicitur: *præclarum ipſis poteſtatique fore.* J. F. Gron.

2 *Cui tum Ficulenſi*] Lego, *Ficulnenſi*, ab oppido *Ficulnea*: quaſi vero everſa *Ficulnea*, mutaverit nomen. *Sigonius,*

1 Toga-

Digitized by Google

prope numerum in foro conſpici, quam [1] *togatorum aliorumque? Quid ſi hoſtes ad urbem veniant, facturi eſtis? quid ſi plebs mox, ubi parum ſeceſſione moveamur, armata veniat? Occaſune urbis vultis finiri imperium? Atqui aut plebs non eſt habenda, aut habendi ſunt tribuni plebis. Nos citius caruerimus patriciis magiſtratibus quam illi plebeiis. Novam inexpertamque eam poteſtatem eripuere patribus noſtris,* [2] *ne nunc dulcedine ſemel capti ferant deſiderium. quum præſertim nec nos temperemus imperiis, quo minus illi auxilii egeant.* Quum hæc ex omni parte jactarentur, victi conſenſu decemviri, futuros ſe, quando ita videatur, in poteſtate Patrum affirmant. Id modo ſimul orant ac monent, ut ipſis ab invidia caveatur: nec ſuo ſanguine ad ſupplicia Patrum plebem aſſuefaciant.
Tum Valerius Horatiuſque miſſi ad 53
plebem conditionibus, quibus videretur, revocandam componendaſque res, decemviris quoque ab ira & impetu multitudinis præcavere jubentur. Profecti, gaudio ingenti plebis in caſtra accipiuntur: quippe liberatores haud dubie & motus initio, & exitu rei. Ob hæc iis advenientibus gratiæ actæ. Icilius pro multitudine verba facit. Idem, quum de conditionibus ageretur, quærentibus legatis quæ poſtulata plebis eſſent; compoſito jam

1 *Togatorum aliorum*] Vet. lib. *Togatorum, aliorumque*. Sigonius.

2 *Ne nunc dulcedine ſemel capti ferant deſiderium*] Illud *ne*, inquit Fulvius Urſinus, non videtur ſatis uſitata formula prolatum. Itaque Pantagathus legebat, *ea nunc*, vel *annunc*, vel potius *nunc dulcedine*, interrogandi formula. Nihil horum. Plautus: *vix incedo inanis: ne ire poſſe cum onere exiſtimes.* Nedum poſſim: tantum abeſt, ut poſſim cum onere ire. Donatus ad Terentii And. 4, 2. *Ne vacuum eſſe me nunc ad narrandum credas*] *Ne*, pro *nedum*. Salluſtius ſecundo libro: *ne illa tauro paria ſint*. Cic. 9 Famil. 26. *Me vero nihil iſtorum ne juvenem quidem movit unquam: ne nunc ſenem.* Salluſtius: ſecundæ *res ſapientium animos fatigant: ne illi corruptu moribus victoriæ temperarent.* Adeo non ſperandum fuit, ut illi minime ſapientes in victoria ſe regerent. Vide Rivium in doctis caſtigationibus in Salluſtium. Apuleius Apolog. *Ne ego reprehendar, qui res pauciſſimu cognitas conſcribo.* Ibid. *At hoc ego Æmiliano vix crediдiſſem, ne huic frutici credam.* Floridis. *Quæ mihi ne in mediocribus quidem civitatibus unquam defuere; ne ut Carthagini deſint.* Senſus Livii expreſſus ex Cicerone lib 3 de Legibus: *Senſit enim deberi non poſſe huic civitati illam poteſtatem: quippe quam tantopere populus noſter ignotam expetiſſet, qui poſſet carere cognita?* J. F. Gron.

Digitized by Google

jam ante adventum legatorum conſilio ea poſtulavit, ut appareret in æquitate rerum plus quam in armis reponi ſpei. Poteſtatem enim tribuniciam provocationemque repetebant; quæ ante decemviros creatos auxilia plebis fuerant. & ne cui fraudi eſſet, conciſſe milites aut plebem ad repetendam per ſeceſſionem libertatem. De decemvirorum modo ſupplicio atrox poſtulatum fuit. Dedi quippe eos æquum cenſebant, vivoſque igni concrematuros minabantur. Legati ad ea: *Quæ conſilii fuerunt, adeo æqua poſtulaſtis, ut ultro nobis deferenda fuerint. libertati enim ea præſidia petitis, non licentiæ ad impugnandos alios. Iræ veſtræ magis ignoſcendum quam indulgendum eſt. quippe qui crudelitatis odio in crudelitatem ruitis: & prius penè quam ipſi liberi ſitis, dominari jam in adverſarios vultis. Nunquamne quieſcet civitas noſtra à ſuppliciis, aut Patrum in plebem Romanam, aut plebis in Patres? Scuto vobis magis, quam gladio opus eſt. Satis ſuperque humilis eſt, qui jure æquo in civitate vivit, nec inferendo injuriam, nec patiendo. Etiam, ſi quando metuendos vos præbituri eſtis, quum recuperatis magiſtratibus legibuſque veſtris, judicia penes vos erunt de capite noſtro fortuniſque: tunc, ut quæque cauſſa erit, ſtatuetis. nunc*
54 *libertatem repeti, ſatis eſt.* Facerent ut vellent permittentibus cunctis, mox redituros ſe legati rebus perfectis affirmant. Profecti quum mandata plebis Patribus expoſuiſſent; alii decemviri, quandoquidem præter ſpem ipſorum ſupplicii ſui nulla mentio fieret, haud quicquam abnuere. Appius truci ingenio, & invidia præcipua, odium in ſe aliorum ſuo in eos metiens odio, [1] *Haud ignaro*, inquit, *imminet fortuna. Video donec arma adverſa-*

riis

1 *Haud ignavo, inquit, imminet fortuna*] Sic quidem nuperæ: & habet ſuam Venerem. Sed veteres omnes cum ſcriptis: *Haud ignaro*. Supra: *haud ignari, quanta invidia immineret tempeſtas*. Sed ut ipſi Appio dicere hoc datur, formula eſt obvertentium fortunæ frontem, Sen. ep. 76. *Audimus aliquando voces imperitorum, dicentium: neſciebam hoc mihi reſtare. Sapiens ſcit omnia ſibi reſtare: quicquid factum eſt, dicit, Sciebam.* Conſol. ad Marciam: *Non decipies me, fortuna, nec ſecurum aut negligentem opprimes. ſcio quid pares.* Petronius: *ſciote, inquam, Aſcylte, ad occidendum me veniſſe.* J. F. Gron.

1 *Q. Fu-*

riis tradantur, differri adverſus nos certamen. dandus invidiæ eſt ſanguis. Nihil ne ego quidem moror, quo minus decemviratu abeam. Factum ſenatuſconſultum, *Ut decemviri ſe primo quoque tempore magiſtratu abdicarent.* [1] *Q. Furius pontifex maximus tribunos plebis crearet: & ne cui fraudi eſſet ſeceſſio militum plebiſque.* His ſenatuſconſultis perfectis, dimiſſo ſenatu decemviri prodeunt in concionem, abdicantque ſe magiſtratu, ingenti hominum lætitia. Nunciantur hæc plebi. legatos quicquid in urbe hominum ſupererat, proſequitur. Huic multitudini læta alia turba ex caſtris occurrit. congratulantur libertatem concordiamque civitati reſtitutam. Legati pro concione: *Quod bonum, fauſtum, felixque ſit vobis, reipublicæ, redite in patriam ad penates, conjuges liberoſque veſtros: ſed qua hic modeſtia fuiſtis, ubi nullius ager in tot uſu rerum neceſſario tantæ multitudini eſt violatus; eam modeſtiam ferte in urbem. in Aventinum ite, unde profecti eſtis. Ibi felici loco, ubi prima initia inchoaſtis libertatis veſtræ, tribunos plebi creabitis. præſto erit pontifex maximus, qui comitia habeat.* Ingens aſſenſus alacritaſque cuncta approbantium fuit. [2] Convertunt inde ſigna, profectique

1 *Q. Furius pontifex maximus*] Hunc in oratione pro Cornelio vocat Pædianus ex Livii & aliorum ſententia *M. Papirium.* Cujus ſcripturæ aſſentior magis, quam Livianæ. Nam de *Q. Furio* nulla nec per hos, nec alios annos eſt mentio. De *M.* autem *Papirio*, magna. Qui autem Pontificatum maximum gereret, eum par eſt alios etiam magiſtratus, qui magni habebantur, cepiſſe. Ultimæ autem utriuſque nominis literæ erratum ineſſe indicant, cum ſint eædem. *Sigonius.*

2 *Convertunt inde ſigna*] Hoc ab Rhenano manavit: prius erat *convellunt.* Et utrumque ſane apud Livium eſſe obvium noverat vir optimus: ſed ſi pariter recordatus foret, qua utrumque poteſtate eſſet, crediſſet potius illi veteri manui, quæ in Borbetom. ad marginem correxerat, *convellunt*, quam quæ in contextu poſuerat, *convertunt.* Sciendum igitur *converti ſigna* vel de via in agmine, vel in acie: illud cum ex itinere retrocedunt, hoc cum jam mota & ferri cœpta in aliam partem feruntur. De priore Livius lib. 8. *Et cum portis prima ſigna, & pars agminis eſſet egreſſa, nuntio allato de clade Latinorum, quum converſis ſignis in urbem rediretur.* Lib. 10. Volumnius tantum quod adveniens: *quæ literæ ſi falſæ fuerint, nec uſus ſui ſit in Etruria, extemplo converſis ſignis abiturum.* De poſteriore lib. 5 in prœlio Romanorum cum Gallis: *Brennus ad ſubſidiarios ſigna convertit.* Cæſar 2 Gall. *Monuit, ut paullatim ſeſe legiones conjungerent, & converſa ſigna in hoſtes inferrent.* At ſicubi ſtativa egit exercitus, & fixa fuere ſigna, jamque incipiunt moveri, vel eo unde venerant, nunquam con-

ctique Romam certant cum obviis gaudio. armati per urbem ſilentio in Aventinum perveniunt. ibi extemplo, pontifice maximo comitia habente, tribunos plebis creaverunt, omnium primum, [1] A. Virginium, inde L. Icilium, & P. Numitorium avunculum Virginiæ, auctores ſeceſſionis: tum [2] C. Sicinium, progeniem ejus, quem primum tribunum plebis creatum in Sacro monte, proditum memoriæ eſt: & M. Duilium, qui tribu-

converti, ſed *convelli ſigna* dicuntur. Livius lib. 3. *Ut totis paſſim caſtris fremitu orto, quid in vaſto ac deſerto agro inter tabem pecorum hominumque deſides ſine præda tempus tererent, ſigna repente convellerent.* Lib. 5. *Galli poſtquam accepere ultro honorem habitum violatoribus juris humani eluſamque ſuam legationem eſſe, confeſtim convulſis ſignis citato agmine iter ingrediuntur.* Sic invenies acceptum lib. 7, 39. 22, 3. 25, 1 & alibi. ſic & *ſigna convelli moverique* Suetonius conjungit in Claudio. Valerius Max. 1, 6. *Aquilarum altera vix convelli à primipilo potuit: altera ægerrime extracta in contrariam, ac ferebatur, partem ſe ipſa convertit.* Cicero 1 de Divin. *Itaque ſigna convelli & ſe ſequi juſſit.* Nec aliter Tacitus lib. 1 Annal. 20. *Interea manipuli ante cœptam ſeditionem Nauportum miſſi ob itinera & pontes & alios uſus, poſtquam turbatum in caſtris accepere, vexilla convellunt.* Jam enim manſerant aliquid temporis Nauporti, & opere militari itinera & pontes & ſi quid aliud reficere cœperant: nuntio accepto de ſeditione diſcedunt (hoc eſt, *vexilla convellunt*) inde injuſſu ducum, medio itinere contumelioſi in centuriones, & conjungunt ſe cum legionibus turbidis, quæ in caſtris eſſent. At vir doctus intelligit ſciſſa & derepta haſtilibus: quod Tacitus lib. 2 Hiſtor. *Laceratiſque vexillis, quæ Vitellii nomen præferebant*: quodque lib. 1 hiſt. *Vexillarius comitantis Galbam cohortis dereptam Galbæ imaginem ſolo adflixit*: & in tertio: *magno tumultu Vitellii imagines invadunt*: ibidemque: *recurrens in principia miles præſcriptum Veſpaſiani nomen, projectas Vitellii effigies adſpexit*: ex Frontino poſſis dicere, *ſigna ſubmittere*, etſi auctoritate ducis illic fiat, 4, 1, 43. Sed hoc non faciebant, niſi ad extremam rabiem adacti aut militiam prorſus exſuerent, aut imperatorem imperatore mutarent: nec ullum ſibi receptum ad pœnitendum relinquerent. Neutrum hi cogitabant milites: nec enim volebant exauctorari omnes, nec alium optabant imperatorem: militiam molliorem & fructuoſiorem quærebant. Ergo & hoc Livii loco, quando ex tota narratione conſtat, non veniſſe hos in montem Sacrum, tantum ut abirent, ſed conſediſſe & fixa ſigna habuiſſe, ſaltem dum cogitur & conſulitur ſenatus, dum ultro citroque eunt & redeunt legati, & diſerte dicit Livius eos *caſtra locaviſſe*, multo credibilius, immo certum eſt legendum eſſe *convellunt*: non *convertunt*. J. F. Gron.

1 *A. Virginium inde L. Icilium*] *Virginius* hic pater Virginiæ fuit, ut *Icilius*, ſponſus, auctore Dionyſio. Ergo *L. Virginius* nominandus non *A.* ex iis, quæ ſupra à Livio & Dionyſio, & à Pædiano pro Cornelio dicta ſunt. *Sigonius.*

2 *C. Sicinium progeniem ejus, quem pr.*] Neſcio cur placeat magis hoc loco Rhenano, *progenie*, quam *progeniem*, cum ita loquatur Cicero in epiſtola ad Octavium: *Populum, quem ipſe primo, poſt progenies ejus à regibus liberavit.* Idem.

1 *C. A-*

tribunatum inſignem ante decemviros creatos geſſerat, nec in decemviralibus certaminibus plebi defuerat. Spe deinde magis quam meritis electi, M. Titinnius, M. Pomponius, [1] C. Apronius, P. Villius, C. Oppius. Tribunatu inito L. Icilius, extemplo plebem rogavit, & plebs ſcivit, ne cui fraudi eſſet ſeceſſio ab decemviris facta. Confeſtim de conſulibus creandis cum provocatione M. Duilius rogationem pertulit. ea omnia in pratis Flaminiis concilio plebis acta, quem nunc Circum Flaminium appellant. Per interregem deinde conſules crea- 55
ti, [2] L. Valerius, M. Horatius. qui extemplo magiſtratum occeperunt: quorum conſulatus popularis ſine ulla Patrum injuria, nec ſine offenſione fuit. quicquid enim libertati plebis caveretur, id ſuis decedere opibus credebant. Omnium primum; quum veluti in controverſo jure eſſet, tenerenturne Patres plebiſcitis; legem centuriatis comitiis tulere, [3] *Ut quod tributim plebes juſſiſſet, populum teneret.* qua lege tribuniciis rogationibus telum acerrimum datum eſt. Aliam deinde conſularem legem de provocatione, unicum præſidium libertatis, decemvirali poteſtate everſam, non reſtituunt modo, ſed etiam in poſterum muniunt; [4] ſanciendo novam legem, *Ne quis*

1 *C. Apronius, Ap. Julius*] *Appii* prænomen non probo niſi in *Sabinis* viris, ut in *Claudiis*, ut in *Ap. Herdonio Sabino*, qui Capitolium occupavit. *Julia* gens cum patricia eſt, tum numquam *Appio* vel *Publio* prænomine uſa eſt. Itaque legendum puto in hoc tribuno plebis, *P. Villius*. Eſt enim gens *Villia* plebeia, ubique in vulgatis libris pro *Julia* habita, eaque uſa eſt prænomine *Publio*. Sigonius.

2 *L. Valerius & M. Horatius*] Rott. Voſſ. uterque. Flor. Gud. ignorant copulativam. *J. F. Gron.*

3 *Ut quod tributim plebes juſſiſſet, populum teneret*] Vet. lib. *ut quod tribunus plebis juſſiſſet.* placet tamen magis, *Tributim plebes*, id eſt, *tributis comitiis*. Sic enim ait Dionyſius lib. 11. καὶ τὸν κελεύοντα τοὺς ὑπὸ τοῦ δήμου τεθέντας ἐν ταῖς φυλετικαῖς ἐκκλησίαις νόμους ἅπασι κεῖσθαι Ῥωμαίοις ἐξ ἴσου, τὴν αὐτὴν ἔχοντας δύναμιν τοῖς ἐν ταῖς λοχίτισιν ἐκκλησίαις τεθησομένοις. id eſt, *leges tributis comitiis latas omnibus Romanis eſſe latas, eandemque vim habere, atque eas, quæ centuriatis comitiis latæ ſunt.* Sic lib. 8. *Legem tributim de viceſima eorum, qui manumitterentur, tulit.* Sic alibi *centuriatim*. Sigonius.

4 *Sanciendo novam legem*] Leg. ex vet. lib. *nova lege*. Idem.

Sanc. novam legem] Non male Sigonianus & quidam, *nova lege*. Cicero 3 de off. *Neque more turpe haberi, neque aut lege ſanciri, aut jure civili.* Lib.

by Google

quis ullum magiſtratum ſine provocatione crearet: qui creaſſet; eum jus faſque eſſet occidi: neve ea cædes capitalis noxæ haberetur. Et quum plebem hinc provocatione, hinc tribunicio auxilio ſatis firmaſſent, ipſis quoque tribunis ut ſacroſancti viderentur (cujus rei prope jam memoria aboleverat) relatis quibuſdam ex magno intervallo cærimoniis, renovarunt. & quum religione inviolatos eos, tum lege etiam fecerunt; ſanciendo, *Ut qui tribunis plebis,* [1] *ædilibus, judicibus, decemviris nocuiſſet, ejus caput Jovi ſacrum eſſet. familia* [2] *ad ædem Cereris, Liberi Liberæque venum iret.* Hac lege juris interpretes negant quenquam ſacroſanctum eſſe: [3] ſed eum qui eorum cuiquam nocuerit, ſacrum ſanciri. Itaque ædilem prehendi, ducique à majoribus magiſtratibus: quod etſi non jure fiat (noceri enim ei, cui hac lege non liceat) tamen argumentum eſſe, non haberi pro ſacroſancto ædilem: tribunos vetere jurejurando plebis, quum primum eam poteſtatem creavit, ſacroſanctos eſſe. Fuere qui interpretarentur, eadem

dem

Lib. 4 Tuſc. *Quod ne liceret fieri, ad alterius injuriam, lege ſanxerunt.* Juſtinus lib. 3. *Siquidem nihil lege ulla in alios ſanxit, cujus non ipſe primus in ſe documenta daret.* J. F. Gron.

1 *Ædilibus, judicibus, decemviris nocuiſſet*] Vox *decemviris*, abeſt à veteribus libris, nec videtur neceſſaria. Eſt enim ridiculum, plebem caviſſe decemviris, quos peroſa judicio etiam eſt perſequuta. *Sigonius.*

2 *Ad ædem Cereris, Liberi, Liberaque*] Vide ne quis *ædem* de ſuo addiderit. Nam lib. 4 ait: *Supplicatio ad Cereris, Liberi, Liberaque fuit.* Idem.

3 *Sed eum, qui eorum cuiquam nocuerit, ſacrum ſanciri*] Antea multo fœdius legebatur: *Sed eum qui deorum cuiquam nocuerit id ad ſacrum ſanciri.* Nos autem meliorem, ut remur, hac utraque lectionem reperimus in vetuſtis libris, quæ eſt hæc: *Sed caput ejus, qui eorum cuiquam nocuerit, ſacrum eſſe, id ſanciri.* recte. Sic enim Cicero pro Cornelio: *Sacroſanctum eſſe nihil poteſt, niſi quod populus plebſve ſanxiſſet. Sanctiones autem ſacrandæ ſunt aut genere ipſo, aut obteſtatione & conſecratione legis; aut pæna, cum caput ejus, qui contra facit, conſecratur.* Idem.

Sed eum, qui eor. cuiq. nocuerit, ſacrum ſanciri] Sic Rhenanus, cum peſſime antea: *ſed eum qui deorum cuiquam nocuerit, id ad ſacrum ſanciri.* Sententiam deprehendit, quæ quidem eſt in Sigoniano: *ſed caput ejus qui e. c. n. ſacrum eſſe, id ſanciri.* Sed quis non videt hic malam & audacem manum eſſe verſatam. In MSS. melioribus eſt: *ſed eum qui eorum cui nocuerit id ad ſacrum ſanciri.* Lege mitiore conjectura: *ſed ejus, qui eorum cui nocuerit, caput ſacrum ſanciri.* Lib. 2. *Sacrandoque cum bonis capite ejus, qui regni occupandi conſilia iniſſet.* Lib. 10. *Qui juniorum non conveniſſet ad imperatorium edictum, quique injuſſu abiſſet, caput Jovi ſacratum eſſet.* J. F. Gron.

1 *Voſ-*

Digitized by Google

dem hac Horatia lege conſulibus quoque & prætoribus, quia iiſdem auſpiciis, quibus conſules crearentur, cautum eſſe: judicem enim conſulem appellari. Quæ refellitur interpretatio, quod his temporibus nondum conſulem judicem, ſed prætorem appellari mos fuerit. Hæ conſulares leges fuere. Inſtitutum etiam ab iiſdem conſulibus: ut ſenatuſconſulta in ædem Cereris ad ædiles plebis deferrentur. quæ ante arbitrio conſulum ſupprimebantur, vitiabanturque. M. Duilius deinde tribunus plebis plebem rogavit, plebeſque ſcivit; *qui plebem ſine tribunis reliquiſſet, quique magiſtratum ſine provocatione creaſſet, tergo ac capite puniretur.* Hæc omnia ut invitis, ita non adverſantibus patriciis tranſacta: quia nondum in quemquam unum ſæviebatur. Fundata deinde 56
& poteſtate tribunicia, & plebis libertate; tum tribuni aggredi ſingulos tutum maturumque jam rati, accuſatorem primum Virginium, & Appium reum deligunt. Quum diem Appio Virginius dixiſſet, & Appius ſtipatus patriciis juvenibus in forum deſcendiſſet; redintegrata extemplo eſt omnibus memoria fœdiſſimæ poteſtatis, quum ipſum ſatelliteſque ejus vidiſſent. Tum Virginius, *Oratio*, inquit, *rebus dubiis inventa eſt. Itaque ego accuſando apud vos eum, tempus teram, à cujus crudelitate* [1] *voſmet ipſi armis vindicaſtis: nec iſtum ad cætera ſcelera impudentiam in defendendo ſe adjicere patiar. Omnium igitur tibi, Appi Claudi,* [2] *quæ impie nefarieque per biennium alia ſuper alia es auſus, gratiam facio.* [3] *unius tantum criminis ni judicem*

cem

1 *Voſmet ipſi*] Vetus lectio: *Voſmetipſos.* Sigonius.

2 *Quæ impie nefarieque per biennium*] Hic tertius eſt locus, quo planum fit, recte Valerii Horatiique annum ſejunctum à tertio Decemvirorum, quo per tyrannidem privati regnarunt. *Glareanus.*

3 *Unius tantum criminis niſi vindices judicem te*] Vet. lib. *niſi judicem vindices te.* Senſus: niſi te à judicio unius criminis liberes, id eſt, ab libertate in ſervitutem contra leges vindicias non dediſſe te niſi probes. *Sigonius.*

Unius tantum criminis niſi judicem vindices] Rhenano debetur hæc lectio, quam, credo, ut ſenſus apertior eſſet, hactenus mutatam video in Curione, ut tranſpoſuerit duas voces, *niſi vindices,*

cem dices, te ab libertate in ſervitutem contra leges vindicias non dediſſe, in vincula te duci jubeo. Nec in tribunicio auxilio Appius, nec in judicio populi ullam ſpem habebat. attamen & tribunos appellavit: & nullo morante arreptus à viatore, *Provoco*, inquit. Audita vox una vindex libertatis ex eo miſſa ore, quo vindiciæ nuper ab libertate dictæ erant, ſilentium fecit. Et, dum pro ſe quiſque, *Deos tandem eſſe, & non negligere humana* fremunt, *& ſuperbiæ crudelitatique, etſi ſeras, non leves tamen venire pœnas; provocare qui provocationem ſuſtuliſſet: & implorare præſidium populi, qui omnia jura populi obtriſſet; rapique in vincula egentem jure libertatis, qui liberum corpus in ſervitutem addixiſſet*; ipſius Appii inter concionis murmur fidem populi Romani implorantis vox audiebatur. Majorum merita in rempublicam domi militiæque commemorabat. *Suum infelix erga plebem Romanam ſtudium, quod æquandarum legum cauſſa cum maxima offenſione Patrum conſulatu abiſſet: ſuas leges, quibus manentibus lator earum in vincula*

dices, judicem te. Itaque alteram illam ab ſe quoque nobis fert expenſam Sigonius, cum interpretatione: niſi te a judicio unius criminis liberes. Dixiſſet potius: niſi te à crimine unius judicii liberes. Hoc enim ſpectaverunt illi, judicium de Virginia intelligentes. Vetuſtiores carebant τῷ *judicem* excepta Campani, in qua: *criminis reum in judicem dices.* Tres quoque Pall. & duo regii; *criminis in* (vel *ni*) *judicem dices.* Idem ex Cujacii & Fulvii membranis notaverat Cl. Puteanus, probaveratque ut *judicem dicere* reſpondeat τῷ *judicem ferre*, atque hoc ſit provocantis, illud provocati. Haud incommode. Lege igitur: *Unius tantum criminis ni judicem dices, te ab libertate*, &c. Lite inter duos orta, qui diſceptandæ ejus breviſſimam viam optabat & ad judicem provocabat, is *judicem ferre* alteri dicebatur. Sæpe habes apud Livium & Ciceronem. Livius lib. 8. *Provoco ad populum, eumque tibi fugienti exercitus tui, fugienti ſenatus judicium, judicem fero.* Lib. 9. *Quem tibi tuarum irarum, quem meorum ſuppliciorum judicem feram, neminem neque populum neque privatum fugio.* Ferebat autem aut ipſe nominando virum ſpectatæ moderationis & nemini ſuſpectum, aut jubendo adverſarium nominare quem ſumeret. Prioris exemplum eſt apud Ciceronem in 2 de Orat. *Quum ei M. Flaccus multis probris objectis P. Mucium judicem tuliſſet.* Poſterioris exemplum hic præbet Virginius. Ajebant: *Cape mecum judicem*, vel, *dic judicem, ni ita eſt.* Hinc Virginius in poſteriore oratione: *ſe iterum ac ſæpius judicem illi ferre.* Cur iterum? quia tulerat antea dicendo: *ni judicem dices.* Campani *reum* ſi MSS. ſuffulcirent, poſſet facile juvari, ut ſcriberetur, *reus.* Sed non eſt opus. Voſſ. quoque Rott. & Helm. *niſi judicem dices.* J. F. Gron.

I *Ait*

Digitized by Google

cula ducatur. Cæterum ſua propria bona malaque; quum cauſſa dicendæ data facultas ſit, tum ſe experturum. In præſentia ſe communi jure civitatis civem Romanum die dicta poſtulare, ut dicere liceat, ut judicium populi Romani experiri. non ita ſe invidiam pertimuiſſe, ut nihil in æquitate & miſericordia civium ſuorum ſpei habeat. Quod ſi indicta cauſſa in vincula ducatur; iterum ſe tribunos plebei appellare; & monere ne imitentur quos oderint. Quod ſi tribuni eodem fœdere obligatos ſe fateantur tollendæ appellationis cauſſa; in quam conſpiraſſe decemviros criminati ſint; [1] *ait ſe provocare ad populum: implorare leges de provocatione, & conſulares, & tribunicias, eo ipſo anno latas. Quem enim provocaturum,* [2] *ſi hoc indemnato indicta cauſſa non liceat? Cui plebeio & humili præſidium in legibus fore, ſi Ap. Claudio non ſit? ſe documento futurum, utrum novis legibus dominatio, an libertas firmata ſit: & appellatio provocatioque adverſus injuriam magiſtratuum oſtentata tantum inanibus literis; an vere data ſit.* Contra Virginius, unum Ap. 57
Claudium, & legum expertem & civilis & humani fœderis eſſe ajebat. *Reſpicerent tribunal homines, caſtellum omnium ſcelerum: ubi decemvir ille perpetuus, bonis, tergo, ſanguini civium infeſtus, virgas ſecureſque omnibus minitans, Deorum hominumque contemptor: carnificibus non lictoribus ſtipatus, jam ab rapinis & cædibus animo ad libidinem verſo, virginem ingenuam in oculis populi Romani, velut bello captam, à complexu patris abreptam, miniſtro cubiculi ſui clienti dono dederit. Ubi crudeli decreto, nefandiſque vindiciis dexteram patris*

1 *Ait ſe provocare*] Τὸ *ait* ſuſpectum, tanquam ex eo genere, de quibus affatim lib. 2 Obſerv. 14. *J. F. Gron.*

Ait ſe provocare ad populum] Omnibus modis importunum eſt τὸ *ait*; non tamen ita ſuſpectum, ut aboleri totum debeat. Lege: *Quod ſi tribuni eodem fœdere obligatos ſe fateantur*, &c. *at ſe provocare ad populum.* 9, 1. *Quod ſi nihil cum potentiore juris humani relinquitur inopi; at ego ad Deos vindices ſuperbiæ confugiam.* Videſis paterna ad 24, 37. *Jac. Gron.*

2 *Si hoc indemnato*] Vet. lib. *Si huic indemnato.* Sigonius.

Si huic indemnato] Cogitabam legendum, *hoc*, nempe *provocare*: quum inſpectis libris intellexi Sigoniani codicis eam eſſe mendam. Ipſa indemnati indicta cauſa perſona ſat habet ponderis. Appii perſona in ſequenti membro utetur. *J. F. Gron.*

tris in filiam armaverit: ubi tollentes corpus ſemianime virginis, ſponſum avunculumque in carcerem duci juſſerit; ſtupro interpellato magis, quam cæde motus. & illi carcerem ædificatum eſſe, quod [1] *domicilium plebis Romanæ vocare ſit ſolitus. Proinde ut ille iterum ac ſæpius provocet, ſic ſe iterum ac ſæpius* [2] *judicem illi ferre, ni vindicias ab libertate in ſervitutem dederit. ſi ad judicem non eat, pro damnato in vincula duci jubere.* Ut haud quoquam improbante, ſic magno motu animorum, quum tanti viri ſupplicio ſuamet plebi jam nimia libertas videretur, in carcerem eſt conjectus. tribunus ei [3] diem prodixit. Inter hæc ab Latinis & Hernicis legati gratulatum de concordia Patrum ac plebis Romam venerunt, donumque ob eam Jovi optimo maximo coronam auream in Capitolium tulere parvi ponderis, prout res haud opulentæ erant: colebanturque religiones pie magis quam magnifice. Iiſdem auctoribus cognitum eſt, Æquos Volſcoſque ſumma vi bellum apparare. Itaque partiri provincias [4] conſules juſſi. Horatio

1 *Domicilium plebis Romanæ*] Cicero lib. 5 in Verrem: *Carcer ille, qui eſt à crudeliſſimo tyranno Dionyſio factus Syracuſis, quæ Lautumiæ vocantur, in ipſius imperio domicilium civium Romanorum fuit.* J. F. Gron.

2 *Se judicem illi ferre, ni vindicias, &c.*] Lege procul dubio, pro, *ni vindicias: Vindicias ne:* Senſus eſt, Se ferre illi judicem, qui videat vindicias ille, decemvir cum eſſet, contra libertatem dederit, nec ne. *Sigonius.*

Se judicem illi ferre, ni vindicias] Sigonius conjectura, *vindicias ne:* ſed non bene. Nihil enim elegantius, non rectius tantum, veterum librorum ſcriptura, *ni vindicias ab libertate.* Provocabat hac ſponſione ad judicem Virginius Appium: ejuſmodi ſponſionis formula integra eſt hæc NI VINDICIAS AB LIBERTATE IN SERVITUTEM DEDISSET. Ita ſupra hoc libro *Ni ita eſſet, multi privatim ferebant Volſcio judicem.* Guilelm.

Se judicem illi ferre, ni, &c.] Sic pag. 82 in fine & 234, & 239. Nota formula, ni hoc ita uti dico feciſti, quemvis tibi judicem fero, id eſt, quovis judice contendere & experiri ſum paratus. His dictis pecuniam deponebant: quæ ſacramentum appellabatur, atque id ſponſione provocare dicebant: de qua formula inſignis eſt locus Valerii Maximi cap. 3, lib. 2 exemplo primo. Livius p. 763. *Sponſionem facere* dicit Cicero 3 de Offic. *ni vir bonus eſſet.* Formula judicem ferendi, *Si alios procas, nive eum procas*, ut dicit Feſtus in *Procum*. Hen. Valeſius.

3 *Diem prodixit*] Ita legendum ex Feſto Pompeio, Varrone, non *prædixit.* Idem.

4 *Conſules juſſi*] Suſpicari poſſis: *Itaque partiri provincias conſulibus juſſis, Horatio Sabini, Valerio Æqui Volſcique evenere.* Non moveo tamen vulgatum. *J. F. Gron.*

1 *Va-*

Digitized by Google

tio Sabini, [1] Valerio Æqui Volſcique evenere. Quum
ad ea bella delectum edixiſſent, favore plebis non junio-
res modo, ſed emeritis etiam ſtipendiis, pars magna
voluntariorum, ad nomina danda præſto fuere. eoque
non copia modo, ſed genere etiam militum veteranis
admiſtis firmior exercitus fuit. Priuſquam urbem egre-
derentur, leges decemvirales, quibus *tabulis duodecim* eſt
nomen, in æs inciſas in publico propoſuerunt. Sunt qui
juſſu tribunorum ædiles functos eo miniſterio ſcribant.
C. Claudius, (qui peroſus decemvirorum ſcelera, & 58
ante omnes fratris filii ſuperbiæ infeſtus, Regillum anti-
quam in patriam ſe contulerat) is magno jam natu quum
ad pericula ejus deprecanda rediſſet, cujus vitia fugerat,
ſordidatus cum gentilibus clientibuſque in foro prenſa-
bat ſingulos: orabatque, *Ne Claudiæ genti eam inuſtam
maculam vellent, ut carcere & vinculis viderentur digni: vi-
rum honoratiſſimæ imaginis futurum ad poſteros, legum latorem
conditoremque Romani juris, jacere vinctum inter fures noctur-
nos ac latrones. Averterent ab ira parumper ad cognitionem co-
gitationemque animos: & potius unum tot Claudiis deprecanti-
bus condonarent, quam propter unius odium multorum preces
aſpernarentur. Se quoque id generi ac nomini dare; nec cum eo
in gratiam rediſſe, cujus adverſæ fortunæ velit ſuccurſum. Vir-
tute libertatem recuperatam eſſe: clementia concordiam ordinum
ſtabiliri poſſe.* Erant quos moveret ſua magis pietate,
quam ejus pro quo agebat cauſſa. ſed Virginius *ſui potius
ut miſererentur*, orabat, *filiæque: nec gentis Claudiæ regnum
in plebem ſortitæ, ſed* [2] *neceſſariorum Virginiæ & trium tribu-
norum preces audirent. qui ad auxilium plebis creati, ipſi plebis
fidem atque auxilium implorarent.* Juſtiores hæ lacrimæ vi-
deban-

1 *Valerio Æqui evenere*] Deeſt vox, ut ſit, *Æqui, Volſcique evenere.* Eam vocem habent veteres libri, eandem paulo infra Livius repetit: eandem habet Dionyſ. ἐπὶ Αἰκανὰς ϗ Οὐολούσκους. *Sigonius.*

2 *Neceſſariorum Virginiæ trium tribunorum preces*] Vetus lectio: *Et trium tribunorum*, ita ut altera ratio videatur, cur eorum preces ſint audiendæ, & quod neceſſarii & quod tribuni eſſent. *Idem.*

debantur. itaque ſpe inciſa, priuſquam prodicta dies adeſſet, Appius ſibi mortem conſcivit. Subinde arreptus à P. Numitorio Sp. Oppius, invidiæ proximus, quod in urbe fuerat, qūum injuſtæ vindiciæ à collega dicerentur. Plus tamen facta injuria Oppio, quam non prohibita, invidiæ fecit. teſtis productus, qui ſeptem & viginti enumeratis ſtipendiis, octies extra ordinem donatus, donaque ea gerens in conſpectu populi ſciſſa veſte, tergum laceratum virgis oſtendit, nihilum deprecans, *quin ſi quam ſuam noxam reus dicere poſſet, privatus in ſe iterum ſæviret.* Oppius quoque ductus in vincula eſt, & ante judicii diem finem ibi vitæ fecit. Bona Claudii Oppiique tribuni publicavere. collegæ eorum exilii cauſſa ſolum verterunt: bona publicata ſunt. & M. Claudius aſſertor Virginiæ, die dicta damnatus, ipſo remittente Virginio ultimam pœnam, dimiſſus [1] Tibur exulatum abiit: [2] Maneſque Virginiæ, mortuæ quam vivæ felicioris, per tot domos ad petendas pœnas vagati, nullo
59 relicto ſonte tandem quieverunt. Ingens metus inceſſerat Patres, vultuſque jam iidem tribunorum erant, qui decemvirorum fuerant, quum M. Duilius tribunus plebis [3] inhibito ſalubriter modo nimiæ poteſtatis, *Et libertatis,*

1 *Tybur*] *Tibur* & *Tiburtes* invenio ſcribi in antiquis libris, & in triumphis Capitolinis. *Sigonius.*

2 *Maneſque Virginia mortua quam viva feliciores*] Manes tantum mortuorum, ut vivorum Genii. Itaque non dubito quin verum ſit, *mortua quam viva felicioris.* Quomodo poſtea apud ampliſſimum nobiliſſimumque virum Augerium Busbequium in veteri ejus codice diſerte ſcriptum vidi. *Guilelmius.*

3 *Inhibito ſalubriter modo nimiæ poteſtatis*] Una litera deleta melius erit: *poteſtati.* Verbum *inhibere* ſcita illa ſignificatione, qua *inhibere imperium* non ſemel Livio dicitur. Quod genus dicendi ridicule doctis viris magis poëticum & hiſtoricum, quam oratorium eſſe videtur. Nullum genus aut ſermonis eſt aut ſtyli, cui, ſi res permittat, aptari nequeat. Unde Plautus, poëta ſcilicet, & hiſtoricus Livius ſumpſerunt, niſi ex medio, & quia ſic proprie in illa re loquebantur? An orator non eſt Cicero? Is tamen in Philipp. 13 cap. 18. *Ita ſibi convenisse cum Dolabella, ut ille Trebonium, &, ſi poſſet, etiam Brutum Caſſiumque diſcruciatos necaret, eademque inhiberet ſupplicia nobis.* Neque enim hoc verbo mendoſus ille locus, (etſi videtur fuiſſe: *necaret, hic eadem inhiberet*: nempe Antonius) nec rarum, utique Romanis, erat dicendi genus, ſed & hoc & illud ex eodem capite manant.

Vides

tized by Goo

tatis, inquit, *noſtra & pœnarum ex inimicis ſatis eſt. itaque hoc anno nec diem dici cuiquam, nec in vincula duci quemquam ſum paſſurus. Nam neque vetera peccata repeti jam obliterata placet,* [1] *quum nova expiata ſint decemvirorum ſuppliciis: & nihil admiſſum iri, quod vim tribuniciam deſideret, ſpondet perpetua conſulum amborum in libertate veſtra tuenda cura.* Ea primum moderatio tribuni, metum Patribus dempſit, eademque auxit conſulum invidiam: quod adeo toti plebis fuiſſent, ut Patrum ſalutis libertatiſque prior plebeio magiſtratui, quam patricio cura fuiſſet. & ante inimicos ſatietas pœnarum ſuarum cepiſſet, quam obviam ituros licentiæ eorum conſules appareret. [2] Multique erant qui mollius conſultum dicerent, quod legum ab iis latarum Patres auctores fuiſſent. neque erat dubium, quin turbato reipublicæ ſtatu tempori ſuccubuiſſent.

Vides autem hinc dandi caſum, ſi plenum ſit, requiri. Sic & apud Plautum in Sticho: *Utrum Fontinali an Libero imperium te inhibere mavis?* Eſt ergo perinde ac ſi diceret: *impoſito modo poteſtati.* Liv. lib. 4, 53. *Conſuli damnum aliamve coërcitionem detrectantibus militiam inhibenti.* Ubi ne non ſimiles eſſent ſibi codices Sigoniani, pro *inhibenti* habent *ferenti*: & probat ille. Quod quidem Titium magis quam Sigonium judicium decuit. Ego pignus quicum lubet ponere ſum paratus, ni hoc germen eſt indocti correctoris. Eodem libro cap. 56. *Quum primores Patrum nequidquam conqueſti, non eſſe in auctoritate ſenatus tribunos militum, poſtremo etiam tribunos plebis appellarent, & conſulis quoque ab ea poteſtate vim ſuper tali re inhibitam referrent.* In MSS. fuit: *& Coſſ. quoque*, ut teſtatur ſe repeririſſe in ſuo Rhenanus, idque reddit, *conſulum.* Sed vera lectio eſt: *& conſulibus quoque ab ea poteſtate vim ſuper tali re inhibitam referrent.* itaque plane unus è Pall. alii duo, *conſules.* Ait juſta, & legitima vi, laudabilique metu coactos ab tribunis conſules, ut eſſent in auctoritate ſenatus. Exemplum ejus rei habes hoc ipſo lib. 4 cap. 26. An aliter dicitur *inhibere ſupplicium*, quam *damnum, coërcitionem, vim?* Videtur ita quoque fuiſſe lib. 38, 28. *Nec hercule magnopere nunc curo, quid Ætoli ſatis ex more Græcorum factum eſſe cenſeant, dum ego imperium id habeam in deditos modo decreto ſuo, ante armis victos.* Membranæ: *imperium adhibeam.* Potius, *inhibeam*, id eſt, exerceam & eo utar, ſtatuam in eos pro imperio, juſto certe, quippe victos & deditos. *J. F. Gron.*

1 *Quum nova*] Voſſ. uterque, Rott. Flor. Helm. *quum & nova.* Idem.

2 *Multique erant qui mollius conſultum dicebant*] Senſus eſt, Non recte feciſſe patres, qui legum à Coss. latarum in ſenatus prope ac imperii conſularis contumeliam auctores fuiſſent, hoc eſt, ſua auctoritate confirmaſſent, quæ interituræ erant, turbato Reipub. ſtatu, niſi mollius conſuluiſſent ipſi; ergo illud *mollius*, in malam partem ſonat. *Glareanus.*

60 buiſſent. Conſules rebus urbanis compoſitis, fundatoque plebis ſtatu, in provincias diverſi abiere. Valerius adverſus conjunctos jam in Algido exercitus Æquorum Volſcorumque ſuſtinuit conſilio bellum. Quod ſi extemplo rem fortunæ commiſiſſet, haud ſcio, an (qui tum animi ab decemvirorum infelicibus auſpiciis Romanis hoſtibuſque erant) magno detrimento certamen ſtaturum fuerit. Caſtris mille paſſuum ab hoſte poſitis, copias continebat. hoſtes medium inter bina caſtra ſpatium acie inſtructa complebant. provocantibuſque ad prœlium, reſponſum [1] Romanus nemo reddebat. tandem fatigati ſtando, ac nequicquam exſpectando certamen Æqui Volſcique, poſtquam conceſſum propemodum de victoria credebant; pars in Hernicos, pars in Latinos prædatum abeunt. relinquitur magis caſtris præſidium, quam ſatis virium ad certamen. quod ubi ſenſit conſul, reddit illatum antea terrorem: inſtructaque acie ultro hoſtem laceſſit. Ubi illi, conſcientia quid abeſſet virium, detractavere pugnam; crevit extemplo Romanis animus, & pro victis habebant paventes intra vallum. Quum per totum diem ſtetiſſent intenti ad certamen, [2] nocte ceſſere: & Romani quidem pleni ſpei corpora curabant. Haudquaquam pari hoſtes animo, nuncios paſſim trepidi ad revocandos prædatores dimittunt: recurritur ex proximis locis, ulteriores non inventi. Ubi illuxit, egreditur caſtris Romanus, vallum invaſurus, ni copia pugnæ fieret. & poſtquam multa jam dies erat, neque movebatur quicquam ab hoſte, jubet ſigna inferri conſul. motaque acie indignatio Æquos & Volſcos inceſſit, ſi victores exercitus vallum potius quam virtus & [3] arma contegerent. igitur & ipſi efflagitatum ab

1 *Romanus nemo*] Vet. lib. *Romanorum nemo*. Sigonius.

2 *Nocte ceſſere*] Rott. Voſſ. 1. Helm. Flor. & vett. edd. *nocti*. 4 55. *Poſtquam non ceſſere nec publica tempeſtati*. 5, 2. *Jam ne hiemi quidem aut tempori anni cedere*. J. F. Gron.

3 *Arma tegerent*] Vet. lib. *contegerent*. Sigonius.

1 *Nec*

ab ducibus ſignum pugnæ accepere. Jamque pars egreſſa portis erat: deincepſque alii ſervabant ordinem, in ſuum quiſque locum deſcendentes, quum conſul Romanus prius, quam totis viribus fulta conſtaret hoſtium acies, intulit ſigna: adortuſque [1] nec omnes dum eductos, nec qui erant, ſatis explicatis ordinibus, prope fluctuantem turbam trepidantium huc atque illuc, circumſpectantiumque ſe ac ſuos, addito turbatis mentibus clamore atque impetu, invadit. Retulere primo pedem hoſtes. deinde quum animos collegiſſent & undique duces, victiſne ceſſuri eſſent, increparent; reſtituitur pugna. Conſul ex altera parte *Romanos meminiſſe jubebat*, 61.
illo die primum liberos pro libera urbe Romana pugnare. Sibimetipſis victuros, non ut decemvirorum victores præmium eſſent. Non Appio duce rem geri, ſed conſule Valerio: à liberatoribus populi Romani orto; liberatore ipſo. Oſtenderent prioribus prœliis per duces, non per milites ſtetiſſe, ne vincerent. Turpe eſſe, contra cives plus animi habuiſſe, quam contra hoſtes: & domi, quam foris, ſervitutem magis timuiſſe. Unam Virginiam fuiſſe, cujus pudicitiæ in pace periculum eſſet: unum Appium civem periculoſæ libidinis. at ſi fortuna belli inclinet, omnium liberis ab tot millibus hoſtium periculum fore. Nolle ominari quæ nec Jupiter nec Mars pater paſſuri ſint iis auſpiciis conditæ urbi accidere. Aventini Sacrique montis admonebat, *ut ubi libertas parta eſſet paucis ante menſibus, eo imperium illibatum referrent: oſtenderentque eandem indolem militibus Romanis poſt exactos decemviros eſſe, quæ ante creatos fuerit: nec æquatis legibus imminutam virtutem populi Romani eſſe.* Hæc ubi inter ſigna peditum dicta dedit; advolat deinde ad equites, *Agite juvenes*, inquit, *præſtate virtute peditem, ut honore atque ordine præſtatis. Primo concurſu pedes movit hoſtem. pulſum vos immiſſis equis exigite è campo. Non ſuſtinebunt impetum. & nunc cunctantur magis, quam reſiſtunt.* Concitant equos permittuntque in hoſtem, pedeſtri jam turbatum pugna: & per-

1 *Nec omnes dum eductos*] Vet. lib. *Nec dum omnes eductos*. Sigonius.

& perruptis ordinibus elati ad noviſſimam aciem, pars libero ſpatio circumvecti, jam fugam undique capeſſentes, pleroſque à caſtris avertunt, præterequitanteſque abſterrent. Peditum acies & conſul ipſe, viſque omnis belli fertur in caſtra: captiſque cum ingenti cæde, majore præda potitur. Hujus pugnæ fama perlata non in urbem modo, ſed in Sabinos ad alterum exercitum. In urbe lætitia modo celebrata eſt, in caſtris animos militum ad æmulandum decus accendit. Jam Horatius eos excurſionibus ſufficiendo, prœliiſque levibus experiundo aſſuefecerat ſibi potius fidere, quam meminiſſe ignominiæ decemvirorum ductu acceptæ, parvaque certamina in ſummam totius profecerant ſpei. Nec ceſſabant [1] Sabini feroces ab re priore anno bene geſta, laceſſere atque inſtare, rogitantes, *Quid latrocinii modo [2] procurſantes pauci, recurrenteſque, tererent tempus, & in multa prœlia parvaque carperent ſummam unius belli? Quin illi congrederentur acie, inclinandamque ſemel fortunæ rem darent?*

62 Ad id quod ſua ſponte ſatis collectum animorum erat, indignitate etiam Romani accendebantur. Jam alterum exercitum victorem in urbem rediturum, ſibi ultro per contumelias hoſtem inſultare. quando autem ſe, ſi tum non ſint, pares hoſtibus fore? Ubi hæc fremere militem in caſtris conſul ſenſit, concione advocata, *Quemadmodum*, inquit, *in Algido res geſta ſit, arbitror vos, milites, audiſſe. qualem liberi populi exercitum decuit eſſe, talis fuit. [3] conſultu collegæ, virtute militum victoria parta eſt. Quod*

1 *Sabini feroces ab re priore anno bene geſta*] Quartus hic locus eſt, ad oſtendendum, recte nos tertium Decemvirorum annum, quo in tyrannide fuere, alium fuiſſe ab Horatii Valeriique Coss. anno. *Glareanus.*

2 *Procurſ. p. recurrenteſque*] Vet. lib. *Recurſanteſque.* Sigonius.

3 *Conſilio collegæ, virtute militum*] Ex duobus melioribus Pall. recepi *conſultu collegæ*: quam lectionem eos non temere ſervaſſe putabam. nam & Romæ Andreas dedit, *conſilio conſulto collegæ*, ex libro, ut videtur, qui utramque lectionem expreſſerat: & Voſſ. Rott. Helmſtadianuſque: *fuit conſulto collegæ.* Plautus Trinummo: *inconſultu meo*, Plinius lib. 3, 20. *Sed interdictum id vetere conſultu Patrum, Italia*

Quod ad me attinet, id conſilii animique habiturus ſum, [1] *quod vos, milites, mihi effeceritis. & trahi bellum ſalubriter, & mature perfici poteſt. Si trahendum eſt, ego ut in dies ſpes virtuſque veſtra creſcat, eadem qua inſtitui diſciplina efficiam. Si jam ſatis animi eſt, decernique placet, agitedum clamorem, qualem in acie ſublaturi eſtis, tollite hic, indicem voluntatis virtutiſque veſtræ.* Poſtquam ingenti alacritate clamor eſt ſublatus, *Quod bene vertat, geſturum ſe illis morem,* [2] *poſteroque die in aciem deducturum*, affirmat. Reliquum diei apparandis armis conſumptum eſt. Poſtero die ſimul inſtrui Romanam aciem Sabini videre, [3] & ipſi jam pridem avidi certaminis procedunt. Prœlium fuit, quale inter fidentes ſibimet ambos exercitus, veteris perpetuæque [4] alterum gloriæ, alterum nuper nova victoria elatum. Conſilio etiam Sabini vires adjuvere. nam quum æquaſſent aciem, duo extra ordinem millia, quæ in ſiniſtrum cornu Romanorum in ipſo certamine impreſſionem facerent, tenuere. quæ ubi illatis ex tranſverſo ſignis degravabant prope circumventum cornu; equites duarum legionum [5] ſexcenti fere ex equis deſiliunt, cedentibuſque jam ſuis provolant in primum, ſimulque & hoſti ſe opponunt, & æquato primum periculo, pudore deinde animos peditum accendunt. Verecundiæ erat,

lia parci jubentium. Cicero ad Attic. 4, 2 recitat decretum Pontificum, in quo eſt, *neque populi juſſu; neque plebeiſcitu.* Sic reſtituimus lib. 25, 16. *Et ab occultis cavendum hominibus conſultiſque.* Ad ſenſum facit, quod lib. 5. *Deum immortalium benignitate, ſuis conſiliis, & patientia militum Vejos jam fere in poteſtate pop. Romani.* Quo tamen ne veterem lectionem impugnes. nam & in aliis noſtro ἡ ποικιλία τερπνόν. *J. F. Gron.*

1 *Quod vos, milites, mihi effec.*] Τὸ *milites* ignoratur à Voſſ. Rott. Helm. Etiam Gudianus: *quod vos mihi feceritis.* Idem.

2 *Poſteroque die in aciem deducturum*] Malim *educturum.* Lib. 7. *Addidit & aliam fidentis ſpeciem, quod prior in aciem eduxit.* Idem.

3 *Et ipſi jam avidi*] Rott. Voſſ. duo. Gud. Flor. *Et ipſi jam pridem avidi.* Idem.

4 *Alterum gloria, alterum,* &c.] Mirum eſt neminem ſenſiſſe, hic deeſſe vocem, ſine qua vix conſtare oratio poteſt: quæ eſt in vet. lib. *gloria avidum, alterum,* &c. *Sigonius.*

5 *Sexcenti fere ex equis*] Vet. lib. habent vocem unam præterea: *Sexcenti fere propere ex equis deſiliunt.* Idem.

 1 *Caſti-*

erat, equitem ſuo alienoque marte pugnare: peditem
63 ne ad pedes quidem degreſſo equiti parem eſſe. Vadunt
igitur in prœlium ab ſua parte omiſſum, & locum ex
quo ceſſerant, repetunt: momentoque non reſtituta
modo pugna, ſed inclinatur etiam Sabinis cornu. E-
ques inter ordines peditum tectus ſe ad equos recipit.
tranſvolat inde in partem alteram, ſuis victoriæ nun-
cius, ſimul & in hoſtes jam pavidos, quippe fuſo ſuæ
partis validiore cornu, impetum facit. non aliorum eo
prœlio virtus magis enituit. Conſul providere omnia,
laudare fortes, increpare ſicubi ſegnior pugna eſſet.
[1] Caſtigati fortium ſtatim virorum operam edebant:
tantumque hos pudor, quantum alios laudes excitabant.
Redintegrato clamore undique omnes connixi hoſtem
avertunt, nec deinde Romana vis ſuſtineri potuit. Sa-
bini fuſi paſſim per agros caſtra hoſti ad prædam relin-
quunt. ibi non ſociorum ſicut in Algido res, ſed ſuas
Romanus populationibus agrorum amiſſas recipit. Ge-
mina victoria duobus bifariam prœliis parta, maligne
ſena-

1 *Caſtigati fortium ſtatim virorum opera edebant*] Scribe cum trib. pall. Voſſiano altero & Campano: *operam edebant*. ſic lib. 5. *An ſi ad calculos eum reſpublica vocet, non merito dicat: annua æra habes, annuam operam ede.* Quintilianus avus Decl. 333. *Et velut editu neceſſitate operis ad gratulationem cucurri.* M. Seneca in Tex forti: *Dixit enim ſe non negare reipubl. viri fortis operas, ſed ad neceſſarios uſus reſervare.* Seneca de otio ſapientis: *res appetere ſine ullo virtutum amore & ſine cultu ingenii, ac nudas edere operas.* De Providentia: *ferrum iſtud etiam civili bello purum & innoxium, bonas tandem & nobiles edet operas.* Suet. Tib. 35. *In opera ſcena arenaque edenda.* Frontinus ſtrateg. 1, 9. *Exauctoratos pœnitentia coëgit ſatisfacere imperatori, obſequentioreſque in reliquum operas edere.* Sic *edere operas, & editionem operarum* legas apud JC. Ulpianum, Cajum, alios in titulis D. de operis libertorum & de ſtatuliberis; apud Paullum etiam Julianumque *reddere operas.* Cicero ad Tironem, Famil. 16, 10. *Tu Muſis noſtris para ut operas reddas.* Ubi laborat vir doctus ut nobis perſuadeat legendum: *ut ora ſua reddas.* At Cicero jubet maturare Tironem, ut præſens de more quamprimum ſtudiis ejus inſerviat. Quomodo? vel Tullii ipſius, vel quorum illi libuiſſet, ſcripta recitando, ſcribendo, evolvendo, examinando, bibliothecam curando. Hæ enim erant operæ, quas Tiro edebat Ciceroni. Mela lib. 1, 12. *Literas & literarum operas, aliaſque etiam artes commenti Phœnices.* Paullo aliter Cato in præfatione Juſtini, *& otii reddendam operam putat.* id eſt, ita exigendum otium, ut etiam, quod per illud feceris, opus appareat. *J. F. Gron.*

1 *Popu-*

Digitized by Google

ſenatus in unum diem ſupplicationes conſulum nomine decrevit. [1] Populus injuſſu & altero die frequens iit ſupplicatum. & hæc vaga populariſque ſupplicatio ſtudiis prope celebratior fuit. Conſules ex compoſito, eodem biduo ad urbem acceſſere, ſenatumque in Martium campum evocavere. ubi quum de rebus ab ſe geſtis agerent, queſti primores Patrum ſenatum inter milites dedita opera terroris cauſſa haberi. itaque inde conſules, ne criminationi locus eſſet, [2] in prata Flaminia, ubi nunc ædes Apollinis eſt (Circum jam tum Apollinarem appellabant) avocavere ſenatum. Ubi quum ingenti conſenſu Patrum negaretur triumphus, L. Icilius tribunus plebis tulit ad populum de triumpho conſulum: multis diſſuaſum prodeuntibus, maxime C. Claudio vociferante, *De Patribus, non de hoſtibus conſules triumphare velle. gratiamque pro privato merito in tribunum, non pro virtute honorem peti. nunquam ante de triumpho per populum actum, ſemper æſtimationem arbitriumque ejus honoris penes ſenatum fuiſſe. ne reges quidem majeſtatem ſummi ordinis imminuiſſe. ne ita omnia tribuni poteſtatis ſuæ implerent, ut nullum publicum conſilium ſinerent eſſe. Ita demum liberam civitatem fore, ita æquatas leges, ſi ſua quiſque jura ordo, ſuam majeſtatem teneat.* In eandem ſententiam multa & à cæteris ſenioribus Patrum cum eſſent dicta, omnes tribus eam rogationem acceperunt. Tum primum ſine auctoritate ſenatus, populi juſſu triumphatum eſt. Hæc victoria tri- 64
buno-

1 *Populus injuſſu iit ſupplicatum*] Sic lib. 7. *Si quis injuſſu in hoſtem pugnaſſet.* Et lib. 10. *Nec tamen injuſſu movere ſe auderent.* Sigonius.

2 *In prata Flaminia, ubi nunc æd. Apoll. eſt, circum jam tum Apollinar. vocab.*] Paulo ante ſic, *In prata Flaminia, quem nunc circum Flaminium appellant.* Idem.

Circum jam tum Apollinarem appellabant] *Circum* hunc fabricavit nobis Aldus. Qui proxime illum præceſſere Magontiaci, dedere cum omnibus ab Andrea: *ubi nunc ædes Apollinis, jam tum Apollinarem appellabant.* Neque aliter membranæ, niſi quod addunt τὸ *eſt*, quidam etiam *Apollinare.* Fuiſſe cenſeo: *ubi nunc ædes Apollinis eſt (jam tum Apollinar appellabant) advocavere ſenatum. Apollinar*, ut *Lupercal*, *Erycinal*, *Bacchanal.* Sed maluerunt *Apollinar*, ne litera L repetita inſuavis auribus accideret. Quod ſpectarunt etiam, qui *Parilia* maluerunt ſcribere quam *Palilia.* J. F. Gron.

1 *Utili*

bunorum plebiſque prope in haud ſalubrem luxuriam vertit; conſpiratione inter tribunos facta, ut iidem tribuni reficerentur. & quo ſua minus cupiditas emineret, conſulibus quoque continuarent magiſtratum. Conſenſum Patrum cauſſabantur, quo per contumeliam conſulum jura plebis labefacta eſſent. *Quid futurum, nondum firmatis legibus ſi novos tribunos per factiones ſuas conſules adorti eſſent? non enim ſemper Valerios Horatioſque conſules fore, qui libertati plebis ſuas opes poſtferrent.* Forte quadam [1] utili ad tempus, ut comitiis præeſſet, potiſſimum M. Duilio ſorte evenit, viro prudenti, & ex continuatione magiſtratus invidiam imminentem cernenti. qui quum ex veteribus tribunis negaret ullius ſe rationem habiturum, pugnarentque collegæ ut liberas tribus in ſuffragium mitteret, aut concederet ſortem comitiorum collegis, habituris è lege potius comitia, quam ex voluntate Patrum; injecta contentione Duilius conſules ad ſubſellia accitos, quum interrogaſſet, quid de comitiis conſularibus in animo haberent, reſpondiſſentque, ſe novos conſules creaturos; auctores popularis ſententiæ, haud populares nactus, in concionem cum iis proceſſit. Ubi quum conſules producti ad populum, interrogatique; ſi eos populus Romanus memor libertatis per illos receptæ domi, [2] memor militiæ rerumque geſtarum conſules iterum faceret, quidnam facturi eſſent, nihil ſententiæ ſuæ mutaſſent: collaudatis conſulibus, quod perſeverarent ad ultimum diſſimiles decemvirorum eſſe, comitia habuit: & quinque tribunis plebis creatis, quum præ ſtudiis aperte petentium novem tribunorum [3] alii candi-

1 *Utili ad tempus*] Vet. lib. *Ad id tempus*. Sigonius.

2 *Memor militiæ rerumque geſtarum*] Deleo copulativam poſt τὸ *rerum*. *Rerum militia geſtarum*, ut 5, 12. *Reſque militia ita proſpere gererentur*. 7, 5. *Nullu domi militiaque ad conciliandam gratiam meritis*. Nam & in noſtro hoc loco præcedit *domi*. *Res gerere* proprium temporibus belli. *Jac. Gron.*

3 *Alii candidati tribus non explerent*] Quid ſit *tribus explere*, etiam atque etiam ſecum conſideret Lector, cum hoc tempore haud minus 25 tribus eſſent.

Digitized by Google

candidati tribus non explerent, concilium dimiſit: nec deinde comitiorum cauſſa habuit. Satisfactum legi ajebat, quæ numero nuſquam præfinito tribunis, modo ut relinquerentur, ſanciret: & ab iis qui creati eſſent, cooptari collegas juberet. Recitabatque rogationis carmen, in quo, [1] *Si tribunos plebei decem rogabo, ſi quos minus hodie decem tribunos plebei fecerint: hi tum uti quos ſibi collegas cooptaſſint, ut illi legitimi eadem lege tribuni plebei ſint, ut illi quos hodie tribunos plebei feceritis.* Duilius quum ad ultimum perſeveraſſet, negando quindecim tribunos plebi rempubl. habere poſſe, victa collegarum cupiditate, pariter Patribus plebique acceptus, magiſtratu abiit.

Novi tribuni plebis in cooptandis collegis Patrum vo- 65
luntatem foverunt. duos etiam patricios conſulareſque, Sp. Tarpeium & [2] A. Aterium cooptavere. Conſules creati,

ſent. Utrum *tribus* pro claſſe accepit? An tributa intelligemus comitia, quibus aberant patres? *Glareanus.*

Alii candidati trib. non explerent] *Tribus non explere*, eſt non poſſe legitimum, ac neceſſarium ſuffragiorum numerum ferre. Hoc dixi, quia Glareanus *tribum* pro *claſſe* accipiendum ait: cum tribuni plebis tributis comitiis fierent. Alibi *legitima ſuffragia non conficere* dixit. *Sigonius.*

1 *Si trib. pl. d. r. ſi qui vos minus hodie d. tribunos pl. fec. hi tum utique quos ſibi collegas cooptaſſent, ut illi legitimi*] Vetus lectio: *Si quos minus hodie decem tribunis*, &c. Deinde veteres libri, *Hi tum, quos ſibi*, & pro, *ut illi legitimi, ita illi legitimi.* Porro autem pro *cooptaſſent*, apparet legendum eſſe, *cooptaſſint*, antique dictum, pro *cooptaverint.* Idem.

Si tribunos plebis decem rogabo] Carmen hoc rogationis olim de tribunis decem latæ tentaverunt varie & vetuſti editores, & Rhenanus, Sigonius, Schottus. E quibus hi tres ut ſinguli aliquid boni attulerunt, ita & in partibus defecerunt. MSS. lectio eſt: *Si tribunos plebei decem rogabo, ſi qui nos minus hodie decem tribunos plebu fecerint, hii tum uti quos ſibi collegas cooptaſſent.* Sit igitur univerſum tale: *Si tribunos plebei decem rogabo, ſi qui vos minus hodie decem tribunos feceritis, hi tum uti quos ſibi collegas cooptaſſint, ut illi legitimi eadem lege tribuni plebei ſint, ut illi quos hodie tribunos plebei feceritis.* Principium cur mutet Schottus, cauſſa nulla eſt. Recte autem ille, *Si qui*, id eſt, ſi qua ratione, ſi quo numero. Male Sigonius, *ſi quos*, cum illa non modo ſcriptorum, ſed & veterum editionum lectio ſit. Conſtruendum; *ſi qui tribunos plebei feceritis minus decem.* id eſt, τοῖς δέκα. Repetitio τοῦ *uti*, quod abeſſe poſſet, elegans & alibi quoque nobis adſerenda. Male hoc delet Rhenanus. Recte autem idem & Sigonius, *cooptaſſint.* Sed male alter offenſus repetitione τοῦ *ut*, ſubſtituit, *ita illi legitimi.* Vide quæ ad lib. 28, 9 & lib. 36, 1. *J. F. Gron.*

2 *A. Æternium*] *A. Aterium*, ut ſupra. *Sigonius.*

1 *Sp. Her-*

creati, [1] Lar. Herminius, T. Virginius [2] Cœlimontanus, nihil magnopere ad Patrum aut plebis cauſſam inclinati, otium domi ac foris habuere. L. Trebonius tribunus plebis infeſtus Patribus, quod ſe ab iis in cooptandis tribunis fraude captum, proditum à collegis, ajebat; rogationem tulit, *ut qui plebem Romanam* [3] *tribunos plebi rogaret, is uſque eo rogaret, dum decem tribunos plebei faceret*, inſectandiſque Patribus, unde Aſpero etiam inditum eſt cognomen, tribunatum geſſit. Inde [4] M. Geganius Macerinus, & C. Julius conſules facti, [5] coitiones tribunorum adverſus nobilium juventutem ortas, ſine inſectatione poteſtatis ejus, conſervata majeſtate Patrum, [6] ſedavere. plebem decreto ad bellum Volſcorum & Æquorum delectu, ſuſtinendo rem, ab ſeditionibus continuere: urbano quoque otio foris omnia tranquilla eſſe affirmantes, per diſcordias civiles externos tollere animos. Cura pacis, concordiæ quoque inteſtinæ cauſſa fuit. ſed alter ſemper ordo gravis alterius modeſtiæ erat. quieſcenti plebi ab junioribus Patrum injuriæ fieri cœptæ. ubi tribuni auxilio humilioribus eſſent, in primis parum proderat: deinde [7] ne ipſi quidem invio-

1 *Sp. Herminius, T. Virginius*] *Sp. Herminium* conſulem, Dionyſius Λάρτον Ἑρμίνιον vocat. Diodorus Λάρτιον Ἑρμίνιον, Valerius in prænominib. *Lartem Herminium.* Ergo non *Sp.* ſed *Lar. Herminius* hoc loco reſtituendum eſt, ut etiam dixi in prænominibus à me editis multo latius. *Sigonius.*

2 *Cælimontanus*] *Cœlimontanus*, quia *Cœlius*, non *Cælius* ſcribitur. *Idem.*

3 *Tribunos plebis faceret*] Vet. lib. *Plebi.* Idem.

4 *M. Geganius Macrinus*] Græci, & Capitolini ſcriptores *Macerinum* cognomen addunt *Geganio*: non *Macrinum.* Idem.

5 *Conciones trib. a. n. juv. ortas ſedavere*] Quid eſt *ſedare conciones ortas*? Quando umquam alias dixit, *Oriri conciones*? Quis eſt qui non videat, aut *coitiones*, aut *contentiones* eſſe legendum? vel repugnantibus antiquis exemplaribus. *Idem.*

6 *Sedavere plebem decreto*] In prioribus edd. fœde laboravit hic locus à diſtinctione prava, quam nunc ita digeſſimus. *Jac. Gron.*

7 *Ne ipſi quidem inviolati erant, utique poſtremis menſibus,* &c.] Hic ſenſus miſere laceratur ab iis qui ejus ignari, verba inſcite diſpunxerunt, facile reſtituetur in integrum, ſi ita interpunxeris, ut, *utique poſtremis menſibus*, cum, *inviolati erant*, jungas ſic, *Ne inviolati quidem erant utique poſtremis menſibus*, id eſt, *præſertim poſtremis menſibus*, cui orationi cauſas ſubnectit ſtatim duas. *Sigonius.*

1 *Malle*

Digitized by Google

inviolati erant; utique poſtremis menſibus, quum &
per coitiones potentiorum injuria fieret, & vis poteſta-
tis omnis aliquanto poſteriore anni parte languidior fer-
me eſſet: jamque plebs ita in tribunatu ponere aliquid
ſpei, ſi ſimiles Icilio tribunos haberet: nomine tantum
ſe biennio habuiſſe. Seniores contra Patrum, ut nimis
feroces ſuos credere juvenes eſſe; ita [1] malle, ſi modus
excedendus eſſet, ſuis quam adverſariis ſupereſſe animos.
adeo moderatio tuendæ libertatis, dum æquari velle
ſimulando ita ſe quiſque extollit, ut deprimat alium,
in difficili eſt; cavendoque ne metuant homines, me-
tuendos ultro ſe efficiunt: & injuriam à nobis repul-
ſam, tanquam aut facere aut pati neceſſe ſit, injungi-
mus aliis. [2] T. Quintius Capitolinus quartum, & Agrip- 66
pa Furius conſules inde facti, nec ſeditionem domi, nec
foris bellum acceperunt: ſed imminebat utrumque. Jam
non ultra diſcordia civium reprimi poterat, & tribu-
nis & plebe incitata in Patres, quum dies alicui nobi-
lium dicta novis ſemper certaminibus conciones turba-
ret. ad quarum primum ſtrepitum, velut ſigno accepto,
arma cepere Æqui ac Volſci: ſimul quod perſuaſerant
iis duces cupidi prædarum, biennio ante delectum indi-
ctum haberi non potuiſſe, abnuente jam plebe imperium.
*eo adverſus ſe non eſſe miſſos exercitus. diſſolvi licentia mili-
tandi morem, nec pro communi jam patria Romam eſſe. quic-
quid irarum ſimultatumque cum externis fuerit, in ipſos ver-
ti. occæcatos lupos inteſtina rabie opprimendi occaſionem eſſe.*
Conjunctis exercitibus Latinum primum agrum popula-
ti ſunt: deinde, poſtquam ibi nemo vindex occurrebat,
tum vero exultantibus belli auctoribus, ad mœnia ipſa
Romæ populabundi regioni portæ Eſquilinæ acceſſere;
vaſta-

1 *Malle ſi modus*] Terentius Adelphis: *Non innueram, verum in iſtam partem potius peccato tamen.* J. F. Gron.

2 *T. Quintius Capitolinus* IV *& A. Furius Coſſ.*] Hoc loco ſatis diligenter Livius Capitolini Conſulis annos numeravit, quod libro ſecundo omiſſum bis, ante teſtati ſumus. *Glareanus.*

1 Satis

vaſtationem agrorum urbi per contumeliam oſtentantes: unde poſtquam inulti prædam præ ſe agentes, retro ad Corbionem agmine iere, Quintius conſul ad concionem populum vocavit. Ibi in hanc ſententiam locutum acci-
67 pio: *Etſi mihi nullius noxæ conſcius, Quirites, ſum, tamen cum pudore ſummo in concionem veſtram proceſſi. Hoc vos ſcire, hoc poſteris memoriæ traditum iri, Æquos & Volſcos vix Hernicis modo pares, T. Quintio quartum conſule ad mœnia urbis Romæ impune armatos veniſſe. Hanc ego ignominiam (quamquam jam diu ita vivitur, is ſtatus rerum eſt, ut nihil boni divinet animus) ſi huic potiſſimum imminere anno ſciſſem, vel exilio, vel morte, ſi alia fuga honoris non eſſet, vitaſſem. Ergo, ſi viri arma illa habuiſſent, quæ in portis fuere noſtris, capi Roma me conſule potuit?* [1] *ſatis honorum, ſatis ſuperque vitæ erat. mori conſulem tertium oportuit. Quem tandem ignaviſſimi hoſtium contempſere? nos conſules? an vos Quirites? Si culpa in nobis eſt, auferte imperium indignis: & ſi id parum eſt, inſuper pœnas expetite. Si in vobis, nemo Deorum nec hominum ſit, qui veſtra puniat peccata Quirites,* [2] *voſmet tantum eorum pœniteat. Non illi veſtram ignaviam contempſere, nec ſuæ virtuti confiſi ſunt; quippe toties fuſi fugatique, caſtris exuti, agro mulctati, ſub jugum miſſi, & ſe & vos novere. Diſcordia ordinum eſt venenum urbis hujus; Patrum ac plebis certamina: dum nec nobis imperii, nec vobis libertatis eſt modus, dum tædet vos patriciorum, nos plebeiorum magiſtratuum; ſuſtulere illi animos. Pro Deum fidem, quid vobis vultis? Tribunos plebis concupiſtis. concordiæ cauſſa conceſſimus. Decemviros deſideraſtis. creari paſſi ſumus. Decemvirorum vos pertæſum eſt. coëgimus abire magiſtratu. Manente in eoſdem privatos ira veſtra, mori atque exulare nobiliſſimos viros honoratiſſimoſque paſſi ſumus. Tribunos plebis creari iterum voluiſtis. creaſtis. Conſules facere veſtra-*

1 *Satis honorum, ſatis ſuperque vitæ erat*] In tribus codd. non reperio poſterius *ſatis*. Si cui placet delere, poterit confirmare loco Taciti 4 Annal. *Nam ſibi multum ſuperque vitæ fore, quod tali cum principe explevisſet.* J. F. Gron.

2 *Voſmet tantum pœniteat*] Rott. Voſſ. uterque Flor. & vett. edd. *Voſmet tantum eorum pœniteat.* Idem.

1 *Æſqui-*

veſtrarum partium, etſi Patribus videbamus iniquum; patricium quoque magiſtratum plebi donum fieri vidimus: auxilium tribunicium, provocationem ad populum, ſcita plebis injuncta patribus. ſub titulo æquandarum legum noſtra jura oppreſſa tulimus & ferimus. Qui finis erit diſcordiarum? Ecquando unam urbem habere, ecquando communem hanc eſſe patriam licebit? Victi nos æquiore animo quieſcimus, quam vos victores. ſatiſne eſt, nobis vos metuendos eſſe? Adverſus nos Aventinum capitur, adverſus nos Sacer occupatur mons. [1] *Eſquilias quidem ab hoſte prope captas, & ſcandentem in aggerem Volſcum hoſtem nemo ſubmovit. in nos viri, in nos armati eſtis. Agite dum, ubi hic cu-* 68
riam circumſederitis, & forum infeſtum feceritis, & carcerem impleveritis principibus; iiſdem iſtis ferocibus animis egredimini extra portam Eſquilinam: aut ſi ne hoc quidem audetis, ex muris viſite agros veſtros, ferro ignique vaſtatos, prædam abigi, fumare incenſa paſſim tecta. At enim communis res per hæc loco eſt pejore: ager uritur, urbs obſidetur, belli gloria penes hoſtes eſt. Quid tandem [2] *privatæ res veſtræ quo ſtatu ſunt? Jam unicuique ex agris ſua damna nunciabuntur. quid eſt tandem domi, unde ea expleatis?* [3] *Tribuni vobis amiſſa reddent ac reſtituent?*

1 *Æſquilias quidem ab hoſte captas*] Obſervatio Mureti: Nota inſigne exemplum verbi, quod in utrumque non convenit. Certe enim Exquiliæ *ſummoveri* non poterant. Apponit quaſi locum ſimilem ex lib. 42. *Cum ille vobis bellum, vos ei ſecuram pacem præſtaretis.* Sic ille. Mihi aliter agendum videtur. Duo Pall. & Voſſ. alter ignorant τὸ *Volſcum.* Male hi: ſed tamen aliquid ſupereſt, *hoſtem* nimirum: & ſcribendum: *Æſquiliæ quidem ab hoſte prope captæ, & ſcandentem in aggerem Volſcum nemo ſummovit.* Eandem rem dicit, ſed mutatis verbis, ut invidiam augeat. Æſquilinus collis ab illa parte aditur per aggerem Tarquinii Superbi. Idem hoſtis Volſcus quum ſcandere conatus eſt in aggerem, propemodum cepit Æſquilias. Itaque quemadmodum ubi *Æſquilias* memorat, nihil addit de *aggere*, nec ubi *aggerem*, ibi de *Æſquiliis:* ſic etiam ubi *hoſtem* appellavit, non adſtruxit *Volſcum*, nec ubi *Volſcum* nominavit, adjecit *hoſtem.* J. F. Gron.

2 *Privatæ res veſtræ quo in ſtatu ſunt*] Præpoſitionem non habent boni libri, ut jam monuit Rhenanus. Sic lib. 22. *In ſecretum abductum, velut ignorantem, monet, quo ſtatu ſit res.* Lib. 23. *Ut ex iis præſentibus noſcere Patres poſſent, quo ſtatu eſſet reſpublica.* Cicero in paradox. *Conſecutus ſum, ut eo ſtatu eſſem, quem neque fortunæ temeritas, neque inimicorum labefactaret invidia.* Idem.

3 *Tribuni vobis amiſſa reddent ac reſtituent*] Duo MSS. per fictam reſponſionem: *expleatis? ſunt tribuni. vobis amiſſa reddent ac reſt.* Quaſi diceret: nempe tantorum damnorum pretium habetis tribunos, rem præ-

 claram

tuent? vocis verborumque quantum voletis, ingerent, & criminum in principes & legum aliarum ſuper alias, & concionum. Sed ex illis concionibus numquam veſtrum quiſquam re, fortuna, domum auctior rediit. Ecquis retulit aliquid ad conjugem & liberos, præter odia, offenſiones, ſimultates publicas privataſque? à quibus ſemper non veſtra virtute innocentiaque, ſed auxilio alieno tuti ſitis. At Hercules, quum ſtipendia, nobis conſulibus, non tribunis ducibus, & in caſtris, non in foro faciebatis, & [1] in acie veſtrum clamorem hoſtes, non in concione Patres Romani horrebant, præda parta, agro ex hoſte capto, pleni fortunarum gloriæque ſimul publicæ, ſimul privatæ, triumphantes domum ad penates redibatis. nunc oneratum veſtris fortunis hoſtem abire ſinitis. Hærete affixi concionibus, & in foro vivite. ſequitur vos neceſſitas militandi quam fugitis. Grave erat in Æquos & Volſcos proficiſci? Ante portas eſt bellum. ſi inde non pellitur, jam intra mœnia erit, & arcem & Capitolium ſcandet, & in domos veſtras vos perſequetur. Biennio ante ſenatus delectum haberi, & educi exercitum in Algidum juſſit. ſedemus deſides domi, mulierum ritu inter nos altercantes; præſenti pace læti, nec cernentes ex otio illo brevi multiplex bellum rediturum. His ego gratiora dictu alia eſſe ſcio: ſed me vera pro gratis loqui, etſi meum ingenium non moneret, neceſſitas cogit. Vellem equidem vobis placere, Quirites, ſed multo malo vos ſalvos eſſe; qualicumque erga me animo futuri eſtis. Natura hoc ita comparatum eſt, ut qui apud multitudinem ſua cauſa loquitur, gratior eo ſit, cujus mens nihil præter publicum commodum videt. niſi forte aſſentatores publicos, plebicolas iſtos, qui vos nec in armis, nec in otio eſſe ſinunt, veſtra vos cauſſa incitare & ſtimulare putatis. Concitati, aut honori aut quæſtui illis eſtis: & quia in concordia ordinum nullos ſe uſquam eſſe vident, malæ rei ſe

quam

claram! ſed an illi detrimenta rei familiaris ſarcient & penſabunt? *J. F. Gron.*

1 *In acie veſtrum clamorem hoſtes*] Sumpſit à Demoſthene de Cherſoneſo: ἐγὼ, τοὐναντίον ἢ νῦν, ἅπαντας τοὺς πολιτευομένους ἐν μὲν τῶν ἐκκλησίαις πράους καὶ φιλανθρώπους ὑμᾶς ἐθίζειν εἶναι, ἐν δὲ ταῖς παρασκευαῖς ταῖς τοῦ πολέμου φοβεροὺς καὶ χαλεποὺς ἐπιδεικνύναι. *Idem.*

1 Signa

quam nullius, turbarum ac ſeditionum, duces eſſe volunt. Quarum rerum ſi vos tædium tandem capere poteſt, & patrum veſtroſque antiquos mores vultis pro his novis ſumere, nulla ſupplicia recuſo, niſi paucis diebus hos populatores agrorum noſtrorum fuſos fugatoſque caſtris exuero. & a portis noſtris mœnibuſque ad illorum urbes hunc belli terrorem, quo nunc vos attoniti eſtis, tranſtulero. Raro alias tribuni popularis oratio ac- 69
ceptior plebi, quam tunc ſeveriſſimi conſulis fuit. Juventus quoque quæ inter tales metus detrectationem militiæ, telum acerrimum adverſus Patres habere ſolita erat, bellum & arma ſpectabat, & agreſtium fuga, ſpoliatique in agris & vulnerati, fœdiora iis, quæ ſubjiciebantur oculis, nunciantes, totam urbem ira implevere. In ſenatum ubi ventum eſt, ibi vero in Quintium omnes verſi, ut unum vindicem majeſtatis Romanæ intueri, & primores Patrum *dignam* dicere *concionem imperio conſulari, dignam tot conſulatibus anteactis, dignam vita omni plena honorum ſæpe geſtorum, ſæpius meritorum. Alios conſules aut per proditionem dignitatis Patrum plebi adulatos, aut acerbe tuendo jura ordinis aſperiorem domando multitudinem feciſſe: T. Quintium orationem memorem majeſtatis Patrum, concordiæque ordinum, & temporum inprimis habuiſſe. Orare eum collegamque, ut capeſſerent rempubl. orare tribunos, ut uno animo cum conſulibus bellum ab urbe ac mœnibus propulſari vellent, plebemque obedientem in re tam trepida Patribus præberent: appellare tribunos communem patriam, auxiliumque eorum implorare, vaſtatis agris, urbe prope oppugnata.* Conſenſu omnium delectus decernitur habeturque. Quum conſules in concione pronunciaſſent, *Tempus non eſſe cauſſas cognoſcendi: omnes juniores poſtero die prima luce in campo Martio adeſſent: cognoſcendis cauſis eorum qui nomina non dediſſent, bello perfecto ſe daturos tempus; pro deſertore futurum, cujus non probaſſent cauſſam;* omnis juventus affuit poſtero die. Cohortes ſibi quæque centuriones legerunt: bini ſenatores ſingulis cohortibus præpoſiti. Hæc omnia adeo

mature perfecta accepimus, ut [1] ſigna eo ipſo die à quæſtoribus ex ærario prompta delataque in campum, quarta diei hora mota ex campo ſint: exercituſque novus, paucis cohortibus veterum militum voluntate ſequentibus, manſerit ad decimum lapidem. Inſequens dies hoſtem in conſpectum dedit: caſtraque ad Corbionem caſtris ſunt conjuncta. Tertio die quum ira Romanos; illos, quum toties rebellaſſent, conſcientia culpæ ac deſperatio irritaret, mora dimicandi nulla eſt facta.
70 In exercitu Romano quum duo conſules eſſent poteſtate pari; quod ſaluberrimum in adminiſtratione magnarum rerum eſt, ſumma imperii, concedente Agrippa, penes collegam erat: & prælatus ille facilitati ſummittentis ſe comiter reſpondebat; communicando conſilia laudeſque, & æquando imparem ſibi. In acie Quintius dextrum cornu, Agrippa ſiniſtrum tenuit: Sp. Poſtumio Albo legato datur media acies tuenda: [2] legatum alterum Ser. Sulpicium equitibus præficiunt. Pedites ab dextro cornu egregie pugnavere; haud ſegniter reſiſtentibus Volſcis. Ser. Sulpicius per mediam hoſtium aciem cum equitatu perrupit. unde quum eadem reverti poſſet ad ſuos, priuſquam hoſtis turbatos ordines reficeret,

1 *Signa à quæſtoribus ex ærario prompta*] Nota morem. Dionyſius lib. 10 pag. 645. *ἐπελθόντες ἐκ τῶν ἱερῶν τὰ σημεῖα καταφέρειν*. hoc eſt, *ex templo*. Gelenius *ex ærario* vertit. Idem eſt. ærarium enim populi R. erat in æde Saturni, teſte Plutarcho in Poplicola. Hinc *ἱερὰ σημεῖα* vocantur à Dionyſio non ſemel, quæ magna religione obſervata magnoque in cultu habita fuiſſe à militibus Romanis idem docet, ut lib. 11 pag. 723 & lib. 6 pag. 375 non minori religione culta fuiſſe, quam ſimulacra Deorum immortalium. Sub Impp. etiam Rom. ſemper ædicula erat in caſtris, in qua ſigna poſita erant, quæ adorabantur etiam ab Impp. teſte Herodiano in Caracalla. Similiter & Labarum Francorum, quod Auriflammeum dicebatur, olim in æde D. Dionyſii ad Lutetiam ſervabatur, & cum Rex copias movebat, proferre mos erat, nec niſi nobili viro ferendum dabatur; ſed puditum eſt, cum illud auriflammeum amiſimus, ſeu Auriflammulum mavis. Livius lib. 4 pag. 119. Sed & Galli Inſubres ſigna quædam aurea quæ Immobilia vocabant, habebant in templo Minervæ condita, unde nonniſi ad graviſſima bella promebantur, teſte Polybio lib. 2 pag. 119. *Henr. Valeſius.*

2 *Legat. alter. P. Sulpicium*] *Ser. Sulpicium*, ut ſupra dixi. *Sigonius.*

ceret, terga impugnare hoſtium ſatius viſum eſt. momentoque temporis in averſam incurſando aciem ancipiti terrore diſſipaſſet hoſtes, ni ſuo proprio cum prœlio equites Volſcorum & Æquorum exceptum aliquandiu tenuiſſent. Ibi vero Sulpicius, *Negare cunctandi tempus eſſe, circumventos interclusoſque ab ſuis* vociferans, *ni equeſtre prœlium conniſi omni vi perficerent. Nec fugare equitem integrum ſatis eſſe, conficerent equos viroſque, ne quis reveheretur inde ad prœlium, aut integraret pugnam. non poſſe illos reſiſtere ſibi, quibus conſerta peditum acies ceſſiſſet.* Haud ſurdis auribus dicta: impreſſione una totum equitatum fudere, magnam vim ex equis præcipitavere: ipſos, equoſque ſpiculis confodere. is finis pugnæ equeſtris fuit. Tunc adorti peditum aciem, nuncios ad conſules rei geſtæ mittunt, ubi jam inclinabatur hoſtium acies. nuncius deinde & vincentibus Romanis animos auxit, & referentes gradum perculit Æquos. In media primum acie vinci cœpti, [1] qua permiſſus equitatus turbaverat ordines. Siniſtrum deinde cornu ab Quintio conſule pelli cœptum; in dextro plurimum laboris fuit. Ibi Agrippa, ætate viribuſque ferox, quum omni parte pugnæ melius rem geri, quam apud ſe videret; accepta ſigna ab ſigniferis ipſe inferre, quædam jacere etiam in confertos hoſtes cœpit. Cujus ignominiæ metu concitati milites, invaſere hoſtem. ita æquata ex omni parte victoria eſt. Nuncius tum à Quintio venit, victorem jam ſe imminere hoſtium caſtris, nolle irrumpere, antequam ſciat debellatum & in ſiniſtro cornu eſſe. Si jam fudiſſet hoſtes, conferret ad ſe ſigna, ut ſimul omnis exercitus præda potiretur. Victor Agrippa cum mutua gratulatione ad victorem collegam, caſtraque hoſtium venit,

1 *Qua præmiſſus equitatus*] Scribendum eſt, *permiſſus*, id eſt, effuſo curſu immiſſus. Et ſic præter MSS. Voſſ. utrumque, ac Rott. Romana Andreæ: ſed proximæ ſtatim mutarunt præter Aldinam. Supra: *Concitant equos permittuntque in hoſtem*. Reſtituimus & alibi Livio. *J. F. Gron.*

 1 *Con-*

nit, ibi paucis defendentibus momentoque fuſis, ſine certamine in munitiones irrumpunt: prædaque ingenti compotem exercitum, ſuis etiam rebus recuperatis, quæ populatione agrorum amiſſæ erant, reducunt. Triumphum nec ipſos poſtulaſſe, nec delatum iis ab ſenatu, accipio: nec traditur cauſſa ſpreti aut non ſperati honoris. Ego quantum in tanto intervallo temporum conjicio, quum Valerio atque Horatio conſulibus, qui præter Volſcos & Æquos Sabini etiam belli perfecti gloriam pepererant, negatus ab ſenatu triumphus eſſet, verecundiæ fuit pro parte dimidia rerum conſulibus petere triumphum. ne etiam ſi impetraſſent, magis hominum ratio, quam meritorum habita videretur.
71 Victoriam honeſtam ex hoſtibus partam, turpe domi de finibus ſociorum judicium populi deformavit. Aricini atque Ardeates de ambiguo agro quum ſæpe bello certaſſent, multis invicem cladibus feſſi, judicem populum Romanum cepere. Quum ad cauſſam orandam veniſſent, concilio populi à magiſtratibus dato, magna contentione actum. jamque editis teſtibus quum tribus vocari & populum inire ſuffragium oporteret, [1] conſurgit P. Scaptius de plebe, magno natu: &, *Si licet*, inquit, *conſules, de republica dicere; errare ego populum in hac cauſſa non patiar.* Quum, ut vanum, eum negarent conſules audiendum eſſe, vociferantemque prodi publicam cauſſam, ſummoveri juſſiſſent, tribunos appellat. Tribuni, ut fere ſemper reguntur à multitudine magis quam regunt, dedere cupidæ audiendi plebi, ut quæ vellet, Scaptius diceret. Ibi infit, [2] *Annum ſe tertium & octogeſimum*

1 *Conſurgit P. Scaptius de pl. m. natu. Et ſi licet, inquit, Conſules*] Inconſequens oratio videatur, ſi ita legas, neque enim vox ſubſequitur, quæ illi præcedenti, *Etſi*, reddatur. Intelligendum eſt autem orationem incipere à voce, *Si licet*: Vocem autem *Et*, eſſe Hiſtorici, qui ait: P. Scaptius conſurgit, & inquit, *Si licet conſules*, &c. quare ita diſpunge, *magno natu, &, Si licet inquit, conſules.* Sigonius.

2 *Annum ſe tertium, & octogeſimum agere*] Neſcio cur in mentem venerit Glareano probare, *tertium & nonageſimum*, potius, quam *tertium, & octogeſimum*: præſertim vero cum hunc nume-

mum agere, & in eo agro de quo agitur, militaſſe, [1] *non juvenem, viceſima jam ſtipendia merentem,* [2] *quum ad Coriolos ſit bellatum. Eo ſe rem vetuſtate obliteratam, cæterum ſuæ memoriæ infixam afferre. Agrum, de quo ambigitur, ſinium Coriolanorum fuiſſe, captiſque Coriolis jure belli publicum populi Romani factum. Mirari ſe, quonam more Ardeates Aricinique, cujus agri jus nunquam uſurpaverint incolumi Coriolana re, eum ſe à populo Romano; quem pro domino judicem fecerint, intercepturos ſperent. Sibi exiguum vitæ tempus ſupereſſe: non potuiſſe ſe tamen inducere in animum, quin quem agrum miles pro virili parte manu cepiſſet, eum ſenex quoque voce, qua una poſſet, vindicaret. Magnopere ſe ſuadere populo, ne inutili pudore ſuam ipſe cauſſam damnaret.* Conſules, quum Scaptium, non 72 ſilentio modo, ſed cum aſſenſu etiam audiri animadvertiſſent; Deos homineſque teſtantes flagitium ingens fieri, Patrum primores arceſſunt. [3] cum his circumire tribunos,

numerum & libri veteres habeant, & diligens annorum ſumma eum poſtulet. Nam ab hoc anno, qui eſt ab Urbe condita CCCVIII, ad annum CCLXI, quo Corioli capti ſunt, numerantur anni XLVII. Quibus ſi addantur anni XX, quos ſe ante militaſſe Scaptius ait, erunt anni LXVII. à quo anno uſque ad annum LXXXIII numerantur anni XVI, quo anno ætatis tyrocinium de more depoſuit Scaptius. Ita ut anno ætatis XVI militare cœperit, poſt annos XX ad Coriolos fuerit anno ab Urbe condita CCLXI. anno vero CCCVIII hæc loquatur, annos natus LXXXIII. *Sigonius.*

1 *Non juvenem, ſed viceſima jam ſtipendia*] Sic inter meos primus Frobenius. Andreas & cæteri Juntam uſque, qui proxime Aldum ſecutus eſt: *non juvenem, viceſima jam ſtipendia merentem.* Ita ut particula, quam inſulſerunt iſti, ſubaudiatur. Magis hoc intelligitur in pronuntiando & ſi auribus percipiatur, quam dum legimus. Sed ſic ſæpe ſolere Livium notavimus ad lib. 23, 39. & 36, 19. & 39, 8. Vide etiam notas ad M. & L. Senecas. *J. F. Gron.*

2 *Cum ad Coriolos ſit bellatum*] Vet. lib. *debellatum*, quod placet: quia tum Corioli in poteſtatem populi Romani venerunt. *Sigonius.*

3 *Cum his circumire, &c. judices in ſuam rem litem vertendo*] Lego, *Judicis in ſuam rem litem vertentis:* ita ut id pendeat ab *exemplo*, & cum ea voce conjungatur. Alioqui enim tollenda erit diſtinctio. Probatur autem emendatio his verbis, quæ mox ſequuntur: *Cum præſertim, &c. judici, &c. Tan. Faber.*

Cum his circumire tribunos, orare, Ne peſſimum facinus pejore exemplo admitterent; judices in ſuam rem litem vertendo] Diſtinguendum, ut jam olim factum à Moguntinis, poſt *judices.* Sed neque ſic integer eſt locus. Nec enim tribunos rei controverſæ diſceptatores ſumpſerant ſocii. Tantum illi in gratiam plebis Scaptio poteſtatem dicendi dederant. At patres non ad alios niſi ipſos judices hanc habuerunt orationem. Quod ex ſequentibus clariſſime patet,

bunos, orare, *Ne peſſimum facinus pejore exemplo admitterent; judices in ſuam rem litem vertendo; quum præſertim etiamſi fas ſit, curam emolumenti ſui judici eſſe; nequaquam tantum agro intercipiendo acquiratur, quantum amittatur alienandis injuria ſociorum animis. Nam famæ quidem ac fidei damna majora eſſe, quam quæ æſtimari poſſent. Hoc legatos referre domum? hoc vulgari? hoc ſocios audire? hoc hoſtes? Quo cum dolore hos? quo cum gaudio illos?* [1] *Scaptio ne hoc concionali ſeni aſſignaturos putarent finitimos populos? Clarum hac fore imagine Scaptium nomen. populum Romanum quadruplatoris & interceptoris litis alienæ perſonam laturum. quem enim hoc privatæ rei judicem feciſſe, ut ſibi* [2] *controverſioſam adjudicaret rem? Scaptium ipſum id quidem, etſi præmortui jam ſit pudoris, non facturum.* Hæc conſules, hæc Patres vociferantur. ſed plus cupiditas, & auctor cupiditatis Scaptius valet. Vocatæ tribus judicaverunt agrum publicum populi Romani eſſe. Nec abnuitur ita fuiſſe, ſi ad judices alios itum foret: nunc haud ſane quicquam [3] bona cauſſa eleva-

patet, & vel maxime ex ea ipſa, ſi directam ex obliqua fecerimus. Dixerunt enim: *Ne quæſo, ne peſſimum facinus pejore exemplo admittite, dum eſtis judices, litem in rem veſtram vertendo.* Certus itaque ſum ſcripſiſſe Livium. *Cum his circuire tribus, orare,* &c. ſupra cap. 17. *Patres circuire plebem, admonere, ut viderent in quod diſcrimen rempubl. adducerent.* Populus Romanus captus erat à ſociis judex, de quo inter eos ambigebatur agro, eumque ut tali modo orarent patres atque circumirent, infra ſuam dignitatem non eſſe in hoc negotio exiſtimabant. Apud eundem *plus* tamen *valuit cupiditas*, quam rei æquitas, patrumque preces; adeoque *vocatæ tribus judicaverunt agrum publicum populi Romani eſſe.* Jac. Perizonius.

1 *Scaptio ne hoc concionali ſeni*] Senem concionalem ad contumeliam dixit. quomodo autem *concionalis*, ignominiam adſerre poſſit, nemo tradit. puto *coëmtionali ſene*, legendum. cæterum ſenes, ut inquit Cicero, in ſecundo de legibus, qui filios ſuſcipere non poterant, coëmptiones faciebant, ne ſacra privata interirent. ex quo Curius ad Ciceronem, *ſenes coëmptionales* ſcripſit. habet autem ignominiam quandam, adeo decrepita ætate eſſe, ut ſuſcipere liberos non poſſet. *Sigonius.*

Scaptio ne hoc concionali ſeni] Scribo: *Scaptio ne hic concionali ſeni adſignaturos finitimos populos? clarum hac fore imagine Scaptium nomen? populum Romanum quadruplatoris & interceptoris litis alienæ perſonam laturum?* Rationem dedimus in commentario de Seſtertiis. *J. F. Gron.*

2 *Controverſiam adjud. rem*] Vet. lib. *controverſam.* Sigonius.

3 *Bona cauſa elevatur dedecus*] Andreas & alii uſque ad Aſcenſium: *cauſa bona levatur.* Hujus ex margine adoptaverunt *cauſa bona* primi Moguntini.

elevatur dedecus judicii. idque non Aricinis Ardeatibuſque, quam Patribus Romanis, fœdius atque acerbius viſum. Reliquum anni quietum ab urbanis motibus & ab externis manſit.

tini. Juntas & Frobenius, *cauſæ bono.* Gryphius primum, *cauſa bene elevatur.* At Modianus, Voſſ. Helm. Pall. unus, Chiflet. Busb. Rott. *bono cauſa levatur*, Et id revocavimus. Vide ad Senecæ Philoſophica. *J. F. Gron.*

EPITOME

LIBRI IV.

LEx de connubio Patrum [1] & plebis à tribunis plebis, contentione magna, Patribus repugnantibus, [2] perlata eſt. Tribuni militares. Aliquot annis res populi Romani domi militiæque per hoc genus magiſtratus adminiſtratæ. Item Cenſores tunc primum creati. Ager [3] Ardeatinus populi Romani judicio ablatus, miſſis in eum colonis, reſtitutus eſt. Cum fame populus Romanus laboraret, [4] Sp. Mælius eques Romanus frumentum populo ſua impenſa largitus eſt: & ob id factum conciliata ſibi plebe, regnum affectans, [5] à C. Servilio Ahala magiſtro equitum, juſſu Quintii Cincinnati dictatoris, occiſus eſt: L. Minucius index bove aurata donatus eſt. Legatis Romanis à Fidenatibus occiſis, quoniam ob rempublicam occubuerant, ſtatuæ in Roſtris poſitæ ſunt. Cornelius Coſſus tribunus

1 ET *plebis contentione magna*] Lege ex vet. lib. *à tribunis contentione magna.* Tribunorum autem princeps fuit C. Canuleius. *Sigonius.*

2 *Perlata eſt à tribunis plebis aliquot annis res populi R. d. m. p. h. g. m. adm. ſunt*] Veteres libri ita: *Perlata eſt. Tribuni aliquot annos.* Eſt autem locus mancus, cujus hæc erat ſententia: Tribuni militum conſulari poteſtate creati, aliquot annos res populi Romani, &c. Rem autem ita habere docet Livius: Quare ſtellula addenda eſt. *Idem.*

3 *Ardeatinus Romani populi*] Vetuſtiores edd. *Ardeatinis.* Scribe: *Ager Ardeatibus populi judicio ablatus.* J. F. Gron.

4 *Sp. Melius*] *Mælius* ſcribe, addita diphthongo ex Capitolinis tabulis, & Græcis monumentis. *Sigonius.*

5 *C. Servilio Hala*] *Ahala* ubique ſcribendum eſt. Documento ſunt hujus ſcripturæ libri aliquot manuſcripti, lapides Capitolini, & nummi argentei. *Idem.*

Digitized by Google

bunus militum, occiſo Tolumnio rege Veientium, opima ſpolia ſecunda Feretrio retulit. Mamercus Æmilius dictator, cenſuræ honore, qui antea per quinquennium gerebatur, anni & ſex menſium ſpatio finito, ob eam rem à cenſoribus notatus eſt. Fidenæ in poteſtatem redactæ [1] *eoque coloni miſſi ſunt. quibus occiſis Fidenates quum defeciſſent à populo Romano; à Mamerco Æmilio dictatore victi ſunt, & Fidenæ captæ. Conjuratio ſervorum oppreſſa. Poſtumius tribunus militum, propter crudelitatem ab exercitu occiſus eſt. Stipendium ex ærario tum primum militibus datum. Res præterea geſtas adverſum* [2] *Volſcos & Veientes, Fidenates, & Faliſcos, continet.*

1 HOS ſecuti [3] M. Genucius & C. Curtius conſules. Fuit annus domi foriſque infeſtus. nam anni principio & de connubio Patrum & plebis C. Canuleius tribunus plebis rogationem promulgavit; qua contaminari ſanguinem ſuum Patres, [4] confundique jura gentium rebantur: & mentio primo ſenſim

1 *Eoque coloni miſſi ſunt*] Addendum *Novi*: Nam Livius *novos colonos* vocat, & alio loco numerum additum colonorum ait: primum enim deducta colonia eſt à Romulo rege. *Sigonius.*

2 *Volſcos & Veientes*] Adde ex vet. lib. & ex ipſo Livio: *Volſcos & Veientes, Fidenates & Faliſcos.* Idem.

3 *M. Genucius, & P. Curiatius conſules*] Livius paulo poſt *C. Curiatium* vocat. Dionyſius Γάϊον Κύρτιον. Diodorus Ἀγρίππαν Κύρτιον. Ergo *C. Curtius*, non *P. Curiatius* legendum. Accedit etiam Varro, qui lacum Curtium ab hoc conſule Curtio dictum eſſe ait. Verba ejus hæc ſunt libro quarto, de lingua Latina; *Cornelius & Lucceius ſcribunt eum locum eſſe fulguratum, & ex S. C. ſeptum eſſe, idque factum eſſe à Curtio conſule, cui M. Genucius fuit collega, Curtium lacum appellatum.* Idem.

4 *Confundique jura gentium rebantur*] Paulo poſt, *Colluvionem gentium* ait: *Gentem* autem genus, ac gentilitatem intelligit, quam ſe ſolos habere patricii ipſi gloriabantur, ut ſcribit libro decimo. Quid autem ſit *gens*, ac *familia*, quoniam non idem ſunt, verum magno inter ſe intervallo disjuncta ſunt, contra atque ſummi hujus memoriæ viri, qui utroque nomine promiſcue utuntur, ſentire videntur, paucis oſtendam. Illud igitur intereſt, quod *Gens*, ad *Nomen*, *Familia* ad *Cognomen* refertur. Itaque illa tamquam totum continere videtur, hæc quodammodo partem: exempli cauſa: Cornelii omnes unius gentis eſſe dicuntur; quia uno nomine continentur omnes, at vero partes gentis hujus ſunt plures, quæ ex cognominum varietate diſtinctæ ſunt, eæque Familiæ dicuntur. ut Cornelii Dolabellæ, Cornelii Cethegi, Cornelii Scipiones, Cornelii Lentuli: itemque in cæteris. At vero Cornelii omnes unius exiſtunt gentis. Itaque recte Feſtus libro 7 *Gentem* definit, *quæ ex multis*

ſenſim illata [1] à tribunis, ut alterum ex plebe conſulem liceret fieri, eo proceſſit deinde, [2] ut rogationem novem tri-

multis familiis conficiatur. Quod autem dixi de *gente* & *familia*, idem judicandum eſt de *genere*, & *ſtirpe*, quorum item alterum ad *Nomen*, altetum ad *Cognomen* pertinet. Id autem ita eſſe ex his ſcriptorum verbis apparet. Suetonius in Galba, *Imagines*, inquit, *& elogia univerſi generis exequi longum eſt, familiæ breviter attingam. Qui primus Sulpiciorum cognomen Galbæ tulit, cur, aut unde traxerit, ambigitur.* Hoc loco Suetonius *genus* appellat *omnes Sulpicios*, familiam vero, *Sulpicies Galbas.* Livius libro trigeſimo octavo, *Scipio Naſica orationem habuit plenam decoribus non communiter Corneliæ gentis, ſed propriæ familiæ ſuæ.* Et libro ſeptimo ſic loquitur Valerius Corvus: *Non ſi mihi novum hoc Corvi cognomen diis auctoribus homines dediſtis, Poplicolarum vetuſtum noſtræ familiæ cognomen memoria exceſſit.* Et libro primo: *Julii gens Julum auctorem nominis ſui nuncupat.* Et libro 40. *Inde cognomen familiæ inditum, ut Annales appellarentur.* Rurſus apud Suetonium ſic loquitur Julius Cæſar: *Ab Anco Marcio ſunt Marcii reges, quo nomine fuit mater: à Venere Julii, cujus gentis familia eſt noſtra.* & in Auguſto: *Gens Octavia à Tarquinio Priſco rege inter Romanas gentes allecta, mox à Ser. Tullio inter patricias traducta. Primus ex hac magiſtratum cepit C. Rufus: is quæſtorius Gnæum, & Caium procreavit, à quibus duplex Octaviorum familia defluxit conditione diverſa.* Et Cicero de Bruto: *Funebres orationes ipſæ familiæ quaſi ornamenta ſervabant ad uſum, ſi quis ejuſdem generis occidiſſet.* Et Livius libro nono: *Duodecim familiæ Potitiorum fuerunt, cum ſtirps familia tota interiit.* Quæ adhuc protuli exempla, ea ſatis valere arbitror ad explicandam vim *gentis generis*, & *familiæ*. Nunc de ſtirpe dicam. Loquitur Cicero pro Rabirio ſic: *Quæ in familia laus aliqua forte floruerit, hanc fere qui ſunt ejus ſtirpis cupidiſſime perſequuntur.* Et de Legib. primo: *Hic orti ſtirpe antiquiſſima ſumus.* Et in Lælio: *Qui aliquamdiu propter ignorantiam ſtirpis, & generis in famulatu fuerunt.* Et Suetonius in Claudio: *Claudius Cn. Pompeio antiquiſſimæ ſtirpis Magni cognomen ademit.* Quæ ſi ita ſunt, jam apparet, qui ſit ſenſus loci illius apud Ciceronem lib. de Oratore primo: *Quid? qua de re inter Marcellos, & Claudios patricios centumviri judicarunt? cum Marcelli ab liberti filio ſtirpe, Claudii patricii ejuſdem hominis hæreditatem gente ad ſe rediiſſe dicerent, nonne in ea cauſa fuit de toto ſtirpis, & gentilitatis jure dicendum?* Senſus enim eſt: Claudios patricios gente pugnaſſe, quia ille Claudiorum liberti filius fuit, Marcellos, ſtirpe, quia Marcellorum Claudiorum. Itaque illi generis, hi familiæ jure contendebant. Hinc *gentilitia ſacra* dicta, quæ erant communia *toti genti* ac *generi*. Et Suetonius Cæſarem *gentiliciis hæreditatibus multatum* ſcribit, id eſt, *bonis, quæ gentis Juliæ ante fuerant.* Atque hæc quidem hactenus. Jam vero an alius ſit Gentis ipſius uſus, infra alio loco dicemus. *Sigonius.*

1 *A tribunis*] Lege, *A tribuno*, cum ex vet. lib. auctoritate, tum quia ſtatim infertur, *ut rogationem novam tribuni promulgarent.* Tribunum autem intelligit *C. Canuleium*. Idem.

2 *Ut rogationem novem tribuni promulgarent*] Quamquam ſenſus optimus eſt, ſi legatur, *Novem*, tamen placet magis, *Novam*, quæ vox eſt in vet. libris, hoc ſenſu: Mentio illata primo ſenſim à C. Canuleio, ut alterum ex plebe conſulem liceret fieri, eo deinde proceſſit, ut tribuni reliqui novam rogationem promulgarent, ut promiſcue conſules ſeu de plebe, ſeu de patribus poſſent pro populi arbitrio creari. *Novem* autem ſi legamus, omnes accipiamus tribunos præter C. Furnium, quem excipit Dionyſius. *Idem.*

1 *Volſcos*

tribuni promulgarent, *ut populo poteſtas eſſet, ſeu de plebe, ſeu de Patribus vellet, conſules faciendi.* Id vero ſi fieret, non vulgari modo cum infimis, ſed prorſus auferri à primoribus ad plebem, ſummum imperium credebant. Læti ergo audiere Patres, Ardeatium populum ob injuriam agri abjudicati deſciſſe, & Veientes depopulatos extrema agri Romani, & [1] Volſcos Æquoſque, ob communitam Verruginem, fremere. adeo vel infelix bellum ignominioſæ paci præferebant. His itaque in majus etiam acceptis, ut inter ſtrepitum tot bellorum conticeſcerent actiones tribuniciæ, delectus haberi, bellum armaque vi ſumma apparari jubent; ſi quo intentius poſſit, quam T. Quintio conſule apparatum ſit. Tum C. Canuleius pauca in ſenatu vociferatus, nequicquam territando conſules avertere plebem à cura novarum legum; nunquam eos ſe vivo delectum habituros, antequam ea, quæ promulgata ab ſe collegiſque eſſent, ple-
2 bes ſciviſſet; confeſtim ad concionem advocavit. Eodem tempore & conſules ſenatum in tribunum, & tribunus populum in conſules incitabat. Negabant conſules *jam ultra ferri poſſe furores tribunicios. ventum jam ad finem eſſe; domi plus belli concitari, quam foris. Id adeo non plebis, quam Patrum; neque tribunorum magis, quam conſulum culpa accidere. cujus rei præmium ſit in civitate, eam maximis ſemper auctibus creſcere: ſic pace bonos, ſic bello fieri. Maximum Romæ præmium ſeditionum eſſe: id & ſingulis univerſiſque* [2] *ſemper honori fuiſſe. Reminiſcerentur quam majeſtatem ſenatus ipſi à patribus accepiſſent, quam liberis tradituri eſſent;* [3] *ut quem-*

1 *Volſcos Æquoſque ob comm. Verruginem*] Ubi Romani Volſcis Æquiſque Verruginem ademerint, ac poſtea muniverint, nuſquam Livius dixit, ne nominavit quidem uſquam. Veientibus autem ante triginta annos Coss. L. Furio & C. Manlio, datæ erant induciæ in annos XL. quas non ſervarunt. *Glareanus.*

2 *Semper honori fuiſſe*] Video in Voſſianis membr. τὸ *honori* deſiderari. Unde timide ſuſpicor: *Maximum Romæ præmium ſeditionum eſſe, & ſingulis univerſiſque ſemper fuiſſe.* J. F. Gron.

3 *Et quemadmodum pl. gl. poſſet, auctiorem*] Vetus lectio: *Se auctiorem.* Sigonius.

Ut quemadmodum plebs gloriari] Hiat oratio.

quemadmodum plebs gloriari poſſet, auctiorem amplioremque eſſe. [1] finem ergo non fieri, nec futuram, donec quam felices ſeditiones; tam honorati ſeditionum auctores eſſent. Quas, quantaſque res C. Canuleium aggreſſum? colluvionem gentium, perturbationem auſpiciorum publicorum privatorumque afferre; ne quid ſinceri, ne quid incontaminati ſit: ut diſcrimine omni ſublato, nec ſe quiſquam, nec ſuos noverit. Quam enim aliam vim connubia promiſcua habere, niſi ut ferarum prope ritu vulgentur concubitus plebis, Patrumque? ut qui natus ſit, ignoret cujus ſanguinis, quorum ſacrorum ſit; dimidius Patrum ſit, dimidius plebis, ne ſecum quidem ipſe concors. Parum id videri, quod omnia divina humanaque turbentur: jam ad conſulatum vulgi turbatores accingi; & primo, ut alter conſul ex plebe fieret, id modo ſermonibus tentaſſe. nunc rogari, ut ſeu ex patribus, ſeu ex plebe velit, populus conſules creet: & creaturos haud dubie ex plebe ſeditioſiſſimum quemque. Canuleios igitur Iciliosque

oratio. aliquid excidit. Vigenerius legerat *Et*, non *ut*. Tan. Faber.

Ut quemadmodum plebs gloriari poſſet, auctiorem amplioremque eſſe] Sic legebatur in primis editionibus, Andreæ & Campani, ſecutiſque eas; Becharii, Veneta, Moguntina, Aſcenſii. Aldus, Juntas & Frobenius dederunt: *& quemadmodum*. Itaque Rhenano monendum fuit in MS. eſſe, *Ut*, quod tamen ille commutat in *tum*. Sed & Glareanus rejicit τὸ *Ut*, quia foret ἀνταπόδοτον, & ſupplendum: *ita etiam ſenatui annitendum*: quod tamen non placere: videndum etiam, num deſideretur *Se*. Vix hoc pronuntiarat: ecce Sigonius: Vetus Lectio, *ſe auctiorem*. Atqui fideles libri non habent illud *ſe*, &, ſi ſalvum volumus Livium, detrahendum vulgaris, haud addendum eſt. tolle τὸ *eſſe*, & ſincerum erit: *Reminiſcerentur quam majeſtatem ſenatus ipſi a patribus accepiſſent, quam liberis tradituri eſſent, ut (quemadmodum plebs gloriari poſſet) auctiorem amplioremque*. Nimirum eam majeſtatem liberis traderent vel tradituri eſſent. *Ut*, id eſt, quibus modis & rationibus. Plebs ſuam majeſtatem vimque in republica tribunis & ſacratis & Valeriis Horatiiſque legibus intenderat: idque jure poterat gloriari. Jubent igitur conſules ſenatum adniti, ut Patribus patriciiſque jus æque ſit gloriari, ampliſſimi ordinis majeſtatem ab ſe factam traditamque liberis auguſtiorem. Infra: *memorque generis, quod ampliſſimum acceptum, majus auctiuſque reliquit poſteris*. Lib. 6. *In plebem ventura omnia, quibus patricii excellant, imperium atque honorem, gloriam belli, genus, nobilitatem, magna ipſis fruenda, majora liberis relinquenda*. Particulas illas duas ſimiliter conjungit lib. 21 in orat. Alorci: *Si eam quemadmodum ut victor fert Hannibal, ſic vos ut victi audiatis*. J. F. Gron.

1 *Finem ergo non fieri nec futurum*] *Futuram* ex o. MSS. & Campani atque Aldina editis ſcripſimus. Lib. 9. *Sine fine ulla quæſtionis ſua jus eſſe*. Lib. 22. *Quanam futura finis tantis cladibus foret*. Idem.

1 Fi-

Digitized by Google

lioſque conſules fore. ne id Jupiter optimus maximus ſineret, regiæ majeſtatis imperium eo recidere: & ſe millies morituros potius, quam ut tantum dedecoris admitti patiantur. Certum habere, majores quoque ſi divinaſſent, concedendo omnia non mitiorem in ſe plebem, ſed aſperiorem, alia ex aliis iniquiora poſtulando, quum prima impetraſſet, futuram; primo quamlibet dimicationem ſubituros fuiſſe potius, quam eas leges ſibi imponi paterentur. quia tum conceſſum ſit de tribunis, iterum conceſſum eſſe. [1] *Finem non fieri poſſe. in eadem civitate tribunos plebis, & Patres eſſe: aut hunc ordinem, aut illum magiſtratum tollendum eſſe: potiuſque ſero, quam nunquam obviam eundum audaciæ temeritatique.* [2] *Illine ut impune primo diſcordias ſerentes concitent finitima bella, deinde adverſus ea, quæ concitaverint, armari civitatem defendique prohibeant?* [3] *& quum hoſtes tantum*

1 *Finem non poſſe fieri in eadem civitate tribunos plebis & patres eſſe*] Quamquam Rhenanus ita legerit in vetuſtis libris. miror tamen hanc lectionem ci probari potuiſſe. Quid eſt enim hoc loco, *Finem fieri non poſſe*? &c. Locus eſt igitur adhuc depravatus: Quos ego libros veteres legi, ii ita habent: *Finem fieri non poſſe.* Quamobrem partim ex vulgata, partim ex antiqua lectione legendum puto: *Finem ergo non fieri. Non poſſe in eadem*, &c. Nam ſunt etiam quidam libri, qui habent, *Sinere non poſſe.* Ex quo conjicio legendum, *Finem ergo*: præſertim vero cum ſupra dixerit Livius, *Finem ergo non fieri, nec futurum umquam.* Sigonius.

Finem non fieri poſſe. in eadem civitate Tr. pl. & p. e.] Totum hunc locum ſic lego, ſic diſtinguo: *finem non fieri; nec poſſe in eadem civitate*, &c. quod ſequentia probant. lege modo. *Tan. Faber.* Lege: *finem non fieri. non poſſe in ead.* Henr. Valeſius.

Finem non fieri poſſe] Sic MSS. & Campanus & Veneti Zanenſis & Juntas. Andreas & Bechar. Aſc. Mog. *Sinere non fieri.* Pejus. Supereſt tamen aliquid incommodi, quod ſuſtulerat Sigonius, ni particulam interjeciſſet, *ergo*, non neceſſariam. Lege: *quia tum conceſſum ſit de tribunis, iterum conceſſum eſſe.* Nempe poſt decemviros depreſſos. *Finem non fieri. Non poſſe in eadem civitate tribunos plebis & Patres eſſe.* Niſi malis: *Item conceſſum eſſe finem non fieri.* J. F. Gron.

2 *Illine ut impune*] Tolle *ut*, ex vet. lib. fide. *Sigonius.*

Illine ut impune primo diſcordias ſerentes] Mala fides libri Sigoniani tollit τὸ *ut*, quod eleganter additum meliores defendunt, Terentius Phorm. *Egone illam cum illo ut patiar nuptam unum diem?* Horatius: *Inultus ut tu riſeris Cotyttia?* J. F. Gron.

3 *Et cum hoſtes tantum non accerſierint, e. c. a. h. n. patiantur? ſed*] Lege ut legitur in MSS. libris, *& cum hoſtium tantum acceſſerit, exercitus conſcribi adverſus hoſtes non patiantur? ſed audeat Canuleius*, & tolle interrogationis notam affixam voci *patiantur.* Sigonius.

Et cum hoſtes tantum non arceſſierint] Nihilo probius idem liber: *cum hoſtium tantum acceſſerit*: quod non debuit amplecti Sigonius, memor hanc particulam, quæ Græcis *μονονουχὶ*, & ſignificat, parum abeſt quin, propemodum,

tum non arceſſierint, exercitus conſcribi adverſus hoſtes non patiantur? Sed audeat Canuleius in ſenatu proloqui, ſe, niſi ſuas leges tanquam victoris Patres accipi ſinant, delectum haberi prohibiturum. quid eſſe aliud, quam minari ſe proditurum [1] *patriam? oppugnari atque capi paſſurum? quid eam vocem animorum, non plebi Romanæ, ſed Volſcis & Æquis & Veientibus allaturam? Nonne Canuleio duce ſe ſperaturos Capitolium atque arcem ſcandere poſſe; ſi Patribus tribuni* [2] *cum jure ac majeſtate adempta, animos etiam eripuerint? Conſules paratos eſſe duces prius adverſus ſcelus civium, quam adverſus hoſtium arma.*

Quum maxime hæc in ſenatu agerentur, Canuleius pro legibus ſuis & adverſus conſules ita diſſeruit: 3
Quantopere vos, Quirites, contemnerent Patres, quam indignos ducerent, qui una ſecum urbe intra eadem mœnia viveretis, ſæpe equidem & ante videor animadvertiſſe: nunc tamen maxime, quod adeo atroces in has rogationes noſtras coorti ſunt, quibus quid aliud quam admonemus cives nos eorum eſſe, & ſi non eaſdem

modum, paſſim à librariis eſſe vexatam. Sic apud Cornelium Nepotem in Datame: *ea quæ proſpere ei ceſſerunt, non magnitudine copiarum, ſed conſilii, quo tantum non omnes ſuperabat, acciderunt.* Sane quidam veteres: *quo tam omnes:* ſed haudquaquam audiendi. Satis magnum illud quoque eſt, propemodum omnes ſuperaviſſe. Valerius Maximus 9, 3, 3. *Annulos aureos ſibimetipſi & phaleras equis detractas abjecerunt, doloris impatientiam tantum non luctum profecto teſtati.* Et hic labes ab non intellecta particula illa. Lege: *doloris impatientiam tantum non luctu profeſſo teſtati.* Pars enim luctus erat deponere annulos. Idem lib. 9, 14. *Hybrean Mylaſenum copioſæ & concitatæ facundiæ oratorem, Cymæorum ſervo, ſtrigmenta Gymnaſii colligenti, tam ſimilem ferunt, ut tanquam germanum fratrem totius Aſiæ oculi adſignarent.* Pighius recidit *ferunt* & *tanquam*, facitque: *tam ſimilem ut germanum fratrem t. A. o. adſignarent.* Colerus è Dan. *tam ſimilem ut tantum non germanum.* Sed non percurant morbum. Totum illud, *tam ſimilem ferunt ut*, demendum eſt, eique nil niſi *tantum non* ſufficiendum. Sic plane Fanovictorienſis codex; juvat & alter chartaceus, in quo, quæ dixi omittenda, deſunt. Scripſit Valerius: *Hybrean Mylaſenum*, &c. *Cymæorum ſervo ſtrigmata Gymnaſii colligenti, tantum non germanum fratrem totius Aſiæ oculi aſſignarunt.* Eadem particula mendi occaſio apud Suetonium Claudio cap. 38 & in Rhetoribus cap. 6. *J. F. Gron.*

1 *Patriam o. a. capi paſſurum*] Venuſtior antiqua lectio: *Se proditurum patriam? oppugnari atque capi paſſurum?* Sigonius.

2 *Cum jure majeſtate adempta*] Rott. Flor. Voſſ. duo & editi. *Cum jure ac majeſt.* Forte etiam diſtinguendum: *ſcandere poſſe? Si Patribus tribuni cum jure ac majeſtate adempta, animos etiam eripuerint, conſules paratos.* J. F. Gron.

1 *Adipi-*

Digitized by Google

eaſdem opes habere, eandem tamen patriam incolere? Altera connubium petimus quod finitimis externiſque dari ſolet. nos quidem civitatem, quæ plus quam connubium eſt, hoſtibus etiam victis, dedimus. Altera nihil novi ferimus, ſed id, quod populi eſt, repetimus atque uſurpamus: ut quibus velit, populus Romanus honores mandet. Quid tandem eſt, cur cœlum ac terras miſceant, cur in me impetus modo penè in ſenatu ſit factus? negent ſe manibus temperaturos violaturoſque denuncient ſacroſanctam poteſtatem? Si populo Romano liberum ſuffragium datur, ut quibus velit conſulatum mandet, & non præciditur ſpes plebeio quoque, ſi dignus ſummo honore erit, [1] *apiſcendi ſummi honoris, ſtare urbs hæc non poterit? de imperio actum eſt? & perinde hoc valet, plebeius ne conſul fiat, tanquam ſervum aut libertinum aliquis conſulem futurum dicat? Ecquid ſentitis in quanto contemptu vivatis? Lucis vobis hujus partem, ſi liceat, adimant. quod ſpiratis, quod vocem mittitis, quod formas hominum habetis, indignantur. Quin etiam (ſi Diis placet) nefas ajunt eſſe, conſulem plebeium fieri. Obſecro vos; ſi non ad faſtos, non ad commentarios pontificum admittimur; ne ea quidem ſcimus, quæ omnes peregrini etiam ſciunt: conſules in locum regum ſucceſſiſſe: nec aut juris aut majeſtatis quicquam habere, quod non in regibus ante fuerit? En umquam creditis fando auditum eſſe, Numam Pompilium, non modo non patricium, ſed ne civem quidem Romanum, ex Sabino agro accitum, populi juſſu, Patribus auctoribus Romæ regnaſſe? L. deinde Tarquinium non modo Romanæ, ſed ne Italicæ quidem gentis,* [2] *Damarati Corinthii filium, incolam ab Tarquiniis, vivis liberis Anci, regem factum? Servium Tullium poſt hunc captiva Corniculana natum, patre nullo, matre ſerva,* [3] *ingenio*

1 *Adipiſcendi ſummi honoris*] Et hic & cap. 6 licet obſequaris Fr. Modio, & ſine religione ſcribas, *apiſcendi*. Invenimus & nos tandem in membranis, ſed non niſi optimis & antiquiſſimis. Mox ſcribe: *Plebeius ne conſul fiat*. eſt enim quaſi lex. Dein: *ne Italicæ quidem*. non *nec*. J. F. Gron.

2 *Demarati*] *Damarati*, ut ſupra. *Sigonius*.

3 *Ingenio & virtute regnum tenuiſſe*] Sic quidem & Andreas. Flor. tamen Rott. Helm. uterque Voſſianus: *ingenio, virtute, regnum tenuiſſe*. Sic lib. 3, 68. *Nunquam veſtrum quiſquam re, fortuna, domum auctior rediit*: non modo

hio, virtute regnum tenuiſſe? Quid enim de T. Tatio Sabino dicam, quem ipſe Romulus parens urbis in ſocietatem regni accepit. Ergo dum nullum faſtiditur genus, in quo eniteret virtus; crevit imperium Romanum. Pœniteat nunc vos plebeii conſulis, quum majores noſtri advenas reges non faſtidierint: & ne regibus quidem exactis clauſa urbs fuerit peregrinæ virtuti. Claudiam certe gentem, poſt reges exactos, ex Sabinis non in civitatem modo accepimus, ſed etiam in patriciorum numerum. Ex peregrinone patricius, deinde conſul fiat; civis Rom. ſi ſit ex plebe, præciſa conſulatus ſpes erit? Utrum tandem non credimus fieri poſſe, ut vir fortis ac ſtrenuus, pace belloque bonus ex plebe, ſit Numæ, L. Tarquinio, Servio Tullio ſimilis? An, ne ſi ſit quidem, ad gubernacula reipubl. accedere eum patiemur? potiuſque decemviris, deterrimis mortalium, qui tum omnes ex Patribus erant, quam optimis regum, novis hominibus ſimiles conſules ſumus habituri? At enim nemo poſt reges exactos de ple- 4
be conſul fuit. Quid poſtea? Nullane res nova inſtitui debet? & quod nondum eſt factum (multa enim nondum ſunt facta in novo populo) ea, ne ſi utilia quidem ſint, fieri oportet? Pontifices, augures, Romulo regnante nulli erant: [1] *ab Numa Pompilio creati ſunt. cenſus in civitate, & deſcriptio centuriarum claſſiumque non erat: ab Servio Tullio eſt facta. Conſules numquam fuerant: regibus exactis creati ſunt. Dictatoris nec imperium, nec nomen fuerat: apud Patres eſſe cœpit. Tribuni plebis, ædiles, quæſtores, nulli erant: inſtitutum eſt ut fierent. Decemviros legibus ſcribendis intra decem hos annos & creavimus, & è republ. ſuſtulimus. Quis dubitat, quin in æternum urbe condita, in immenſum creſcente, nova imperia, ſacerdotia, jura gentium, hominumque, inſtituantur? Hoc ipſum, ne connubium*

do ſcripti, ſed omnes etiam impreſſi ante Aldum. Hoc libro cap. ſequenti: *in æternum urbe condita, in immenſum creſcente.* Sic illi quos modo nominavi. At jam Andreas, *& in immenſum.* Etiam cap. 8 reficies tuto: *publicorum jus privatorumque locorum, vectigalia populi Romani.* Nam τὸ *&* quod interponitur, unius Sigoniani eſt. Sic libro 5, 48. *Capitolinus exercitus ſtationibus, vigiliis, feſſus,* Flor. Rott. Helm. Voſſ. non *vigiliiſque.* J. F. Gron.

1 *Ab Numa Pompilio creati*] Rott. Voſſ. duo. Flor. *creati ſunt.* Idem.

patribus cum plebe eſſet, non decemviri tulerunt paucis his annis [1] *peſſimo exemplo publico, cum ſumma injuria plebis? An eſſe ulla major, aut inſignior contumelia poteſt, quam partem civitatis velut contaminatam, indignam connubio haberi? Quid eſt aliud, quam exilium intra eadem mœnia, quam relegationem pati? ne affinitatibus, ne propinquitatibus immiſceamur, cavent; ne ſocietur ſanguis.* [2] *Quid? hoc ſi polluit nobilitatem iſtam veſtram, quam plerique oriundi ex Albanis & Sabinis, non genere nec ſanguine, ſed per cooptationem in Patres habetis, aut ab regibus lecti, aut poſt reges exactos juſſu populi; ſinceram ſervare privatis conſiliis non poteratis, nec ducendo ex plebe, neque veſtras filias ſororeſque enubere ſinendo è Patribus? Nemo plebeius patriciæ virgini vim afferret:* [3] *patriciorum iſta libido eſt. nemo invitum pactionem nuptialem quemquam facere coëgiſſet. Verum enimvero lege id prohiberi, & connubium tolli Patrum ac plebis, id demum contumelioſum plebi eſt. cur enim non confertis, ne ſit connubium divitibus ac pauperibus? Quod privatorum conſiliorum ubique ſemper fuit, ut in quam cuique fœminæ conveniſſet domum, nuberet; ex qua pactus eſſet vir domo,*

in

1 *Peſſimo exemplo publico*] Addidit Rhenanus ex Borbetomagenſi, haud contemnendo in plurimis libro vocem *publico*: quæ promiſcuis in libris non reperitur: habet tamen & Campani editio. Itaque ex adjectione potius eſſe τὸ *exemplo*, quam τὸ *publico* ſuſpicer: etſi nihil vulgarius illo, *peſſimo exemplo*. Quis ignorat? Valde blanditur: *non decemviri tulerunt paucis his annis peſſimo publico cum ſumma injuria plebis?* Nempe malum publicum erat, & duorum ordinum ejuſdem civitatis utrimque honeſtos viros non poſſe inter ſe connubiis adfinitatibuſque ſociari, & non licere patribus tam ex virtute quam genere generos legere. Sed præcipua injuria plebis erat, quæ tanquam indigna contactu patriciorum arcebatur. Sic inferius hoc libro: *ut in parcendo uni malum publicum fiat.* Lib. 2. *Quin Brutus idem, qui tantum gloriæ Superbo exacto rege meruit, peſſimo publico id facturus fuerit, ſi libertatis immaturæ cupidine priorum regum alicui regnum extorſiſſet.* J. F. Gron.

2 *Quid? hoc ſi polluit nobilitatem iſtam veſtram, quam plerique, &c.*] Hunc locum, atque adeo etiam hanc ſententiam vituperat Glareanus, quæ ornatiſſima atque apertiſſima eſt, ſi ita intelligatur: Si connubia plebis contaminant veſtram nobilitatem, nonne poteratis privatis potius conſiliis eam ſinceram ſervare, aut nullam plebeiam ducendo, aut nullam è patribus enubere ſinendo, quam lege cavere, ne connubia inter plebem, & patres eſſent, quam legem decemviri tulerunt? *Sigonius.*

3 *Patriciorum libido eſt*] Rott. Voſſ. duo. Flor. Helm. *patriciorum iſta libido eſt.* J. F. Gron.

4 *Ita-*

Digitized by Google

in matrimonium duceret; id vos ſub legis ſuperbiſſimæ vincula conjicitis; quâ dirimatis ſocietatem civilem, duaſque ex una civitate faciatis. Cur non ſancitis, ne vicinus patricio ſit plebeius? ne eodem itinere eat? ne idem convivium ineat? ne in foro eodem conſiſtat? Quid enim in re eſt aliud, ſi plebeiam patricius duxerit, ſi patriciam plebeius? quid juris tandem mutatur? nempe patrem ſequuntur liberi. nec quòd nos ex connubio veſtro petamus, quicquam eſt; præterquam ut hominum, ut civium numero ſimus. nec vos (niſi in contumeliam ignominiamque noſtram certare juvat) quod contendatis, quicquam eſt. Deni- 5
que, utrum tandem populi Romani an veſtrum ſummum imperium eſt? Regibus exactis, utrum vobis dominatio, an omnibus æqua libertas parta eſt? Oportet licere populo Romano, ſi velit, jubere legem. an ut quæque rogatio promulgata erit, vos delectum pro pœna decernetis? & ſimul ego tribunus vocare tribus in ſuffragium cœpero, tu ſtatim conſul ſacramento juniores adiges & in caſtra educes: & minaberis plebi, minaberis tribuno? Quid, ſi non quantum iſtæ minæ adverſus plebis conſenſum valerent, bis jam experti eſſetis? ſcilicet quia nobis conſultum volebatis, certamine abſtinuiſtis. an ideo non eſt dimicatum, quod quæ pars firmior, eadem modeſtior fuit? Nec nunc erit certamen, Quirites. animos veſtros illi tentabunt ſemper, vires non experientur. [1] *Itaque ad bella iſta, ſeu falſa ſeu vera ſunt, conſules, parata vobis plebes eſt, ſi connubiis redditis, unam hanc civitatem tandem facitis, ſi coaleſcere, ſi jungi, miſcerique vobis privatis neceſſitudinibus poſſunt: ſi ſpes, ſi aditus ad honores viris ſtrenuis & fortibus datur: ſi in conſortio, ſi in ſocietate reipubl. eſſe, ſi, quod æquæ libertatis eſt, invicem annuis magiſtratibus parere, atque imperitare licet.* [2] *Si hæc impediet aliquis; ferte ſermonibus, & multiplicate fama bella; nemo eſt nomen daturus, nemo arma capturus: nemo dimicaturus pro ſuperbis dominis, cum quibus nec in re publica honorum, nec in privata connubii ſocietas eſt.* Quum in concionem & conſules pro- 6
ceſſiſ-

1 *Itaque ad*] Lege ex vet. lib. *Ita ad bella iſta*. Sigonius.

2 *Si hæc*] Legendum, *Sin hæc impediet aliquis*. Idem.

 2 *Quod*

ceſſiſſent, & res à perpetuis orationibus in altercationem vertiſſet; interroganti tribuno, cur plebeium conſulem fieri non oporteret? ut fortaſſe vere, ſic parum utiliter in præſens certamen reſpondit, [1] quod nemo plebeius auſpicia haberet. ideoque decemviros connubium diremiſſe, ne incerta prole auſpicia turbarentur. Plebes ad id maxime indignatione exarſit, quod auſpicari, tamquam inviſi Diis immortalibus negarentur poſſe. nec ante finis contentionum fuit, (quum & tribunum acerrimum auctorem plebs nacta eſſet: & ipſa cum eo pertinacia certaret) quam victi tandem Patres, ut de connubio ferretur, conſenſere: ita maxime rati contentionem de plebeiis conſulibus tribunos, aut totam depoſituros, aut poſt bellum dilaturos eſſe, contentamque interim connubio plebem, paratam delectui fore. Quum Canuleius, victoria de Patribus & plebis favore ingens eſſet; accenſi alii tribuni ad certamen pro rogatione ſua ſumma vi pugnant. & creſcente in dies fama belli, delectum impediunt. Conſules, quum per ſenatum, intercedentibus tribunis, nihil agi poſſet, conſilia principum domi habebant. [2] apparebat, aut hoſtibus, aut civibus, de victoria concedendum eſſe. Soli ex conſularibus Valerius atque Horatius non intererant conſiliis. C. Clau-

1 *Quod nemo plebeius auſpicia haberet*] Hoc ait, quod lege Romuli regis ſacra ſolis patriciis erant commiſſa, auctore Dionyſ. lib. 2. ἐνομοθέτησε τοὺς μὲν εὐπατρίδας ἱερᾶσθαί τε καὶ ἄρχειν, καὶ δικάζειν, καὶ τὰ κοινὰ πράττειν, τοὺς δὲ δημοτικοὺς τούτων μὲν ἀπολελύσθαι τῶν πραγμάτων. Et Livius lib. 6. *Penes quos ſunt auſpicia more majorum? nempe penes patres: nam plebeius quidem magiſtratus nullus auſpicato creatur. nobis adeo propria ſunt auſpicia, ut non ſolum, quos populus creat patricios magiſtratus, non aliter quam auſpicato creet; ſed nos quoque ipſi ſine ſuffragio populi auſpicato interregem prodamus, & privatim auſpicia habeamus, quæ iſti ne in magiſtratibus quidem habent.* Sigonius.

2 *Apparebat aut hoſtibus*] Lege ex vet. lib. *Apparebat autem aut.* Idem.

Apparebat autem aut hoſtibus] Particulam *autem* ab Sigonio inſertam, quia nuſquam inventa nobis in vett. ſcriptis editiſve, nec ad rem faciebat, ejecimus. Juxta enim conſtat oratio atque lib. 3, 17. *Vim ultimam apparebat futuram.* Lib. 21. 9. *Apparebat, non admiſſos protinus Carthaginem ituros.* Lib. 27, 4. *Apparebat, quo nihil iniquius eſt, ex eventu famam habiturum.* Lib. 35, 32. *Apparebat, quid ea oratio in concilio motura eſſet.* J. F. Gron.

1 *Quam*

Claudii ſententia conſules armabat in tribunos: Quintiorum, Cincinnatique & Capitolini ſententiæ abhorrebant à cæde, violandiſque quos fœdere icto cum plebe ſacroſanctos accepiſſent. Per hæc conſilia eo deducta res eſt, ut tribunos militum conſulari poteſtate promiſcue ex Patribus ac plebe creari ſinerent: de conſulibus creandis nihil mutaretur. eoque contenti tribuni, contenta plebs fuit. Comitia tribunis conſulari poteſtate tribus creandis indicuntur. quibus indictis, extemplo quicunque aliquid ſeditioſe dixerat aut fecerat, [1] quam maxime tribunicii, & prenſare homines, & concurſare toto foro candidati cœpere: ut patricios deſperatio primo irritata plebe adipiſcendi honoris, deinde indignatio, ſi cum his gerendus eſſet honos, deterreret. poſtremo coacti tamen à primoribus petiere, ne ceſſiſſe poſſeſſione reipubl. viderentur. Eventus eorum comitiorum docuit, alios animos in contentione libertatis dignitatiſque, alios ſecundum depoſita certamina incorrupto judicio eſſe: tribunos enim omnes patricios creavit populus; contentus eo, quod ratio habita plebeiorum eſſet. Hanc modeſtiam æquitatemque & altitudinem animi, ubi nunc in uno inveneris, quæ tunc populi univerſi fuit?
Anno trecenteſimo decimo, quam urbs Roma condita 7
erat, primum tribuni militum pro conſulibus magiſtratum ineunt, A. Sempronius Atratinus, [2] L. Atilius, T. Cæcilius, quorum in magiſtratu concordia domi, pacem etiam foris præbuit. Sunt qui propter adjectum Æquorum Volſcorumque bello, & Ardeatium defectioni Veiens

1 *Quam maxime tribunicii & prehenſare*] Vet. libri, pro *quam maxime*, habent, *hunc quam maxime*, ex quo intelligi poteſt legendum eſſe, *hinc quam maxime*, id eſt, inter eos, qui ſeditioſe dixerant, aut fecerant quam maxime tribunicii prenſabant. *Sigonius.*

2 *L. Atilius, T. Cæcilius*] *Cæcilia* gens plebeia fuit: itaque *Cæcilius* tribunus militaris patricius eſſe nequit. Dionyſius hunc Τίτον Κλώσιον Σικελὸν vocat. Cognomen *Siculi* facit ut mendoſe eſſe Κλώσιον pro Κλοίλιον putem. *T.* autem *Clælium Siculum* paulo poſt commemorat etiam Livius triumvirum coloniæ ducendæ: in quibuſdam manuſcriptis libris eſt, *T. Cælius.* Idem.

Digitized by Google

Veiens bellum, quia duo conſules obire tot ſimul bella nequirent, tribunos militum tres creatos dicant, ſine mentione promulgatæ legis de conſulibus creandis ex plebe: & imperio, & inſignibus conſularibus uſos. Non tamen pro ſirmato jam ſtetit magiſtratus ejus jus: quia tertio menſe quam inierunt, augurum decreto, perinde ac vitio creati honore abiere: quod [1] C. Curtius, qui comitiis eorum præfuerat, [2] parum recte tabernaculum cepiſſet. [3] Legati ab Ardea Romam venerunt: ita de injuria querentes, ut ſi demeretur ea, in fœdere atque amicitia manſuros reſtituto agro appareret. Ab ſenatu reſponſum eſt, *judicium populi reſcindi ab ſenatu non poſſe, præterquam quod nullo nec exemplo, nec jure fieret, concordiæ etiam ordinum cauſſa. Si Ardeates ſua tempora exſpectare velint, arbitriumque ſenatui levandæ injuriæ ſuæ permittant, fore, ut poſtmodum gaudeant ſe iræ moderatos: ſciantque Patribus æque curæ fuiſſe, ne qua injuria in eos oriretur, ac ne orta diuturna eſſet.* Ita legati, quum ſe rem integram relaturos dixiſſent, comiter dimiſſi. Patricii, quum ſine curuli magiſtratu reſpubl. eſſet, coiere, & interregem creavere. contentio, conſulesne, an tribuni militum crearentur, in interregno rem dies complures tenuit. Interrex ac ſenatus, conſulum comitia; tribuni plebis & plebs tribunorum militum ut habeantur, tendunt. Vicerunt Patres, quia & plebs patriciis ſeu hunc ſeu illum delatura honorem, fruſtra certare ſuperſedit: & principes plebis ea comitia malebant, quibus non haberetur ratio ſui, quam quibus ut indigni præterirentur. tribuni quoque ple-

1 *C. Curiatius*] *C. Curtius*, ut ante dictum. *Sigonius.*

2 *Parum recte tabernaculum cepiſſet*] Quid ſit *vitio tabernaculum capere* cum, qui comitia habeat, declarat Plutarchus in Marcello. ubi tabernaculo vitio capto a T. Sempronio Naſicam & Marcium conſules abdicaſſe ſcribit. *Id.*

Parum recte tabernaculum] Melius forte *Rite tab.* Sic Valerius Max lib. 1 initio, *Vitio tabernaculum captum comitiu conſul.* Vide Servium in lib. 2 Æn. ubi *tabernaculum* pro auguraculo dici innuit. Valerius Max. & hiſtoriam & verba ea ſumpſit à Cicerone 2 de nat. Deorum. *Hen. Valeſius.*

3 *Legati ab Ardeatibus*] Lege ex vet. lib. *ab Ardea.* Sigonius.

1 *L. Pa-*

Digitized by Google

plebis certamen ſine effectu in beneficio apud primores
Patrum reliquere. T. Quintius Barbatus interrex con-
ſules creat [1] L. Papirium Mugilanum, L. Sempronium
Atratinum. His conſulibus cum Ardeatibus fœdus re-
novatum eſt. idque monumenti eſt, conſules eos illo
anno fuiſſe, qui neque in annalibus priſcis, neque in li-
bris magiſtratuum inveniuntur. credo, quod tribuni mi-
litum initio anni fuerunt, eo perinde ac ſi totum an-
num in imperio fuerint, ſuffectis his conſulibus, præter-
miſſa nomina conſulum horum. Licinius Macer auctor
eſt, & in fœdere Ardeatino, & in linteis libris [2] ad Mo-
netæ inventa. Et foris, quum tot terrores à finitimis
oſtentati eſſent, & domi otium fuit. Hunc annum, (ſeu 8
tribunos modo, ſeu tribunis ſuffectos conſules quoque
habuit,) ſequitur annus haud dubiis conſulibus, M. Ge-
ganio Macerino iterum, T. Quintio [3] Capitolino quin-
tum conſulibus. Idem hic annus cenſuræ initium fuit;
rei à parva origine ortæ. quæ deinde tanto incremento
aucta eſt, ut morum diſciplinæque Romanæ penes eam
regimen, ſenatus, equitumque centuriæ, decoris dede-
corisque diſcrimen ſub ditione ejus magiſtratus, publi-
corum jus privatorumque [4] locorum, & vectigalia po-
puli Romani, ſub nutu atque arbitrio eſſent. Ortum au-
tem initium rei eſt, quod in populo per multos annos in-
cenſo neque differri cenſus poterat, neque conſulibus,
quum tot populorum bella imminerent, operæ erat id
negotium agere. Mentio illata ab ſenatu eſt, *Rem opero-
ſam ac minime conſularem ſuo proprio magiſtratu egere: cui
ſcriba-*

1 *L. Papirium Mugilanum*] Ex Capit. lap. *L. Papirium Mugillanum*: menda eſt fœda apud Dionyſium: Ὕπατοι Μινύκιος πατείκιος Μογιλλάνος, pro, ὕπατοι μὲν Λεύκιος Παπείριος. *Sigonius.*

2 *Ad Monetæ inventos*] Vet. lib. *Inventa*, ut referatur ad *nomina conſulum*, quæ prætermiſſa dixit. *Idem.*

3 *Capitolino quintum conſulibus*] Voſſ. Rott. & Helm. *conſule*. Sed utrumque eſt à mala manu. Suffecerat Livio: *Sequitur annus haud dubiis conſulibus M. Geganio Macerino iterum, T. Quinctio Capitolino quintum. Idem hic annus.* J. F. Gron.

4 *Locorum, vectigalia*] Lego ex vet. lib. *& vectigalia.* Sigonius.

 1 Vir-

Digitized by Google

ſcribarum miniſterium, cuſtodiæque & tabularum cura, cui arbitrium formulæ cenſendi ſubjiceretur. Et patres, quamquam rem parvam, tamen quo plures patricii magiſtratus in republica eſſent, læti accepere: id quod evenit, futurum credo etiam rati, ut mox opes eorum qui præeſſent, ipſi honori jus majeſtatemque adjicerent. & tribuni (id quod tunc erat) magis neceſſariam, quam ſpecioſi miniſterii procurationem intuentes, ne in parvis quoque rebus incommode adverſarentur; haud ſane tetendere. Quum à primoribus civitatis ſpretus honor eſſet, Papirium Semproniumque, quorum de conſulatu dubitabatur, ut eo magiſtratu parum ſolidum conſulatum explerent, cenſui agendo populus ſuffragiis præfecit. Cenſores ab re appellati ſunt. Dum hæc Romæ geruntur, legati ab Ardea veniunt, pro veterrima ſocietate, renovatoque fœdere recenti auxilium prope everſæ urbi implorantes. frui namque pace optimo conſilio cum populo Romano ſervata, per inteſtina arma non licuit, quorum cauſſa atque initium traditur ex certamine factionum ortum. quæ fuere eruntque pluribus populis magis exitio, quam bella externa, quam fames, morbive, quæque alia in Deum iras, velut ultima publicorum malorum vertunt. [1] Virginem plebeii generis maxime forma notam petiere juvenes: alter virgini genere par, tutoribus fretus; qui & ipſi ejuſdem corporis erant; nobilis alter, nulla re, præterquam forma captus. adjuvabant eum optimatium ſtudia, per quæ in [2] domum quoque puellæ certamen partium penetravit. nobilis ſuperior judicio matris eſſe, quæ quam ſplendidiſſimis nuptiis jungi puellam volebat. tutores, in ea quoque re partium memores, ad ſuum tendere. Quum res peragi intra

9

1 *Virginem plebeii*] Similes ſeditionum cauſſas vide apud Ariſtotelem lib 5 πολιτ. cap. 4. *J. F. Gron.*

2 *Domum quoque puellæ certamen partium penetravit*] Vitium recentium neſcio unde ortum: nam & ſcripti & editi veteres omnes: *per quæ in domum.* Lib. 2. *Tumultus & è caſtris in urbem penetrat.* Lib. 10. *In eam ſpeluncam penetratum cum ſignis eſt.* Idem.

1 Æquo

intra parietes nequiſſet, ventum in jus eſt. poſtulatu audito matris tutorumque, magiſtratus ſecundum parentis arbitrium dant jus nuptiarum. ſed vis potentior fuit. namque tutores inter ſuæ partis homines, de injuria decreti palam in foro concionati, manu facta virginem ex domo matris rapiunt. adverſus quos infeſtior coorta optimatium acies ſequitur accenſum injuria juvenem. fit prœlium atrox. Pulſa plebs, nihil Romanæ plebi ſimilis, armata ex urbe profecta, colle quodam capto, in agros optimatium cum ferro ignique excurſiones facit. urbem quoque, omnis etiam expertem ante certaminis, multitudine opificum ad ſpem prædæ evocata, obſidere parat. nec ulla ſpecies, cladeſque belli abeſt; velut contacta civitate rabie duorum juvenum, funeſtas nuptias ex occaſu patriæ petentium. Parum parti utrique domi armorum bellique eſt viſum. optimates Romanos ad auxilium urbis obſeſſæ; plebs ad expugnandam ſecum Ardeam Volſcos excitavere. Priores Volſci duce [1] Æquo Cluilio Ardeam venerant, & mœnibus hoſtium vallum objecere. Quod ubi Romam eſt nunciatum, extemplo M. Geganius conſul cum exercitu profectus, tria millia paſſuum ab hoſte locum caſtris cepit, præcipitique jam die curare corpora milites jubet. quarta deinde vigilia ſigna profert: cœptumque opus adeo approperatum eſt, ut ſole orto Volſci firmiore ſe munimento ab Romanis circumvallatos, quam à ſe urbem viderent. [2] & alia parte conſul muro Ardeæ brachium injunxerat; qua ex oppido ſui commeare poſſent. Volſcus impera- 10
tor,

1 *Æquo Cluilio*] *Clœlio*, ut ante ſæpe dixi de *Cluiliis*. Sigonius.

2 *Et alia parte --- injunxerat*] Vet. lib. *Ex alia parte c. m. A. b. immiſerat.* Idem

Et alia parte conſul muro Ardeæ brachium injunxerat] Recte probatum Modio contra Sigonium, qui de ſuo, *immiſerat*. Lib. 5. *Vineaque tantum non injuncta mœnibus eſſent.* Lib. 10. *Opere ac vineis demum injunctis muro.* Lib. 27, 43. *Grumenti mœnibus prope injunctum videbatur Pœnorum vallum.* Sic ex optimis reſtituimus. Lib. 37. *Utrimque vineas & aggerem muro injunxit.* Lib. 42. *Ubi primum agger injunctus muro eſt.* Forſan autem legendum: *Ex alia parte.* J. F. Gron.

 1 *Re-*

tor, qui ad eam diem, non commeatu præparato, ſed ex populatione agrorum rapto in diem frumento, aluiſſet militem; poſtquam ſeptus vallo [1]repente inopem omnium rerum videt, ad colloquium conſule evocato, ſi ſolvendæ obſidionis cauſſa venerit Romanus, abducturum ſe inde Volſcos ait. Adverſus ea conſul; victis conditiones accipiendas eſſe, non ferendas, reſpondit; neque ut venerint ad oppugnandos ſocios populi Romani ſuo arbitrio, ita abituros Volſcos eſſe. Dedi imperatorem, arma poni jubet, fatentes victos ſe eſſe, & imperio parere. aliter tam abeuntibus, quam manentibus ſe hoſtem infenſum, victoriam potius ex Volſcis, quam pacem infidam Romam relaturum. [2] Volſci exiguam ſpem in armis, alia undique abſciſſa, quum tentaſſent; præter cætera adverſa, loco quoque iniquo ad pugnam congreſſi, iniquiore ad fugam, quum ab omni parte cæderentur,

1 *Repente inops omnium rerum erat*] Pall. duo meliores & Voſſ. alter: *repente inopem omnium rerum videt.* militem ſcilicet, de quo præceſſerat. *J. F. Gron.*

2 *Volſci exig. ſpem in armis, alia undique abſciſſa cum tentaſſ.*] Vox deeſt, quæ eſt in manuſcriptis, *Volſci exiguam ſpem in armis ponentes*, id eſt, Volſci exigua ſpe in armis poſita, cum alia tentaſſent, id eſt, an per colloquium res componere poſſent, nec quicquam profeciſſent, hoc eſt enim, *undique abſciſſa.* Sigonius.

Volſci exiguam ſpem in armis ponentes] Vocem, *ponentes*, ex codice ſuo, aliis MSS. & vett. ed. præter Campani ignoratam interſerit Sigonius, & ita dein explicat: Volſci exigua ſpe in armis poſita, cum alia tentaſſent (hoc eſt, an per colloquium rem componere poſſent) nec quicquam profeciſſent. De colloquio, ſomnium. Sed non ſtetit hac fini error: nam cum & Modius eam in Col. non reperiſſet, oggeſſit nobis ex eodem: *exigua ſpe*: invenitque cui mirifice placeret. Quid ergo *tentaſſent*? cui verbo nihil poteſt adjungi præter *ſpem*. nam *tentare abſciſſa alia* prorſus eſt ineptum. Livius ait omnem undique ſpem fuiſſe Volſcis abſciſſam, niſi quod exigua in armis & perrumpendo deſperatis animis ſupereſſet, eam quoque fefelliſſe, ut tentarunt exſequi. cæſos itaque ſine modo, & quum ne fugæ quidem reſtaret copia, ad preces converſos. Lege igitur: *Volſci exiguam ſpem* (quam habebant) *in armis, alia* (ſpe) *undique abſciſſa, quum tentaſſent.* Frequens Livio utrumque dicendi genus. Lib. 24. *Unum ſpe undique abſciſſa conſilium eſſe rati.* Lib. 26. *Inde alia ſpes ab eo tentata eſt, ſi adeſſe in judicio Q. Fulvius frater poſſet.* Lib. 28. *Tentata eſt triumphi ſpes.* Lib. 37. *Tentata interim ſpe auxilii ab Antiocho.* Polybius lib. 2. Οἱ δὲ ἀποτυχόντες καὶ κρίναντες ἐξελέγξαι τὰς τελευταίας ἐλπίδας. Lib. 14. Ἐπί τε τὸν Ἀννίβαν πέμπειν ἠξίουν, καὶ μηδεμίαν ὑπερβολὴν ποιησαμένους ἐξελέγχειν καὶ ταύτην τὴν ἐλπίδα. *J. F. Gron.*

1 Nu-

rentur, ad preces à certamine verſi, dedito imperatore, traditiſque armis ſub jugum miſſi; cum ſingulis veſtimentis ignominiæ cladiſque pleni dimittuntur. & quum haud procul urbe Tuſculo conſediſſent, vetere Tuſculanorum odio inermes oppreſſi dederunt pœnas, vix [1] nunciis cædis relictis. [2] Romanus conſul Ardeæ turbatas ſeditione res, principibus ejus motus ſecuri percuſſis, boniſque eorum in publicum Ardeatium redactis, compoſuit: demptamque injuriam judicii tanto beneficio populi Romani Ardeates credebant. ſenatui supereſſe aliquid ad delendum publicæ avaritiæ monumentum videbatur. Conſul triumphans in urbem rediit, Cluilio Volſcorum duce ante currum ducto, prælatiſque ſpoliis, quibus dearmatum exercitum hoſtium ſub jugum miſerat. Æquavit, quod haud facile eſt, Quintius conſul togatus armati gloriam collegæ: [3] quia concordiæ paciſque domeſticam curam, jura infimis ſummiſque moderando ita tenuit, ut eum & Patres ſeverum conſulem, & plebs ſatis comem crediderint. Et adverſus tribunos auctoritate plura quam certamine tenuit. quinque conſulatus eodem tenore geſti, vitaque omnis conſulariter acta, verendum penè ipſum magis, quam honorem faciebant. eo tribunorum militarium nulla mentio his conſulibus fuit. Conſules creant M. Fabium Vi- 11
bulanum

1 *Nunciis cadis*] Vet. lib. *Cladis*. Sigonius.

2 *Romanus conſul Ard.*] *Conſul* non eſt in veter. lib. *Idem*.

Romanus conſul Ardea] Tò *conſul* ſpretum MSS. noſtris Rhenanique & Sigonii, exulatque editione Campani. Recte. Lib. 24. *Poſtero die Romanus in aciem deſcendit.* Quis? Conſul Marcellus. Lib. 27. *Poſtero die Pœnus quievit, Romanus in aciem copiis eductis*, &c. Etiam Conſul Claudius Nero. Lib. 32. *Inde ubi de conditionibus amicitiæ cœptum agi eſt, Romanus duxit poſtulare res.* Loquitur de Flaminini Quinctii proconſulis congreſſu cum Nabide. Et hoc libro paulo ante: *ſi ſolvendæ obſidionis cauſſa veniſſet Romanus, abducturum ſe inde Volſcos ait.* J. F. Gron.

3 *Qua concordiæ paciſque*] Vet. lib. *Qui*, nam ad *Quintium* refertur. *Sigonius.*

Concordiæ paciſque domeſticam curam] Lego *Domeſtica.* Livius ipſe dictat 22, 10. *Non urbana multitudo tantum, ſed agreſtium etiam, quos in aliqua ſua fortuna publica quoque contingebat cura.* Jac. Gron.

1 *Poſtu-*

Digitized by Google

bulanum, [1] Poſtumum Æbutium Cornicinem. Fabius & Æbutius conſules, quo majori gloriæ rerum domi foriſque geſtarum ſuccedere ſe cernebant (maxime autem memorabilem annum apud finitimos ſocios hoſteſque eſſe, quod Ardeatibus in re præcipiti tanta foret cura ſubventum) eo impenſius, ut delerent prorſus ex animis hominum infamiam judicii, ſenatuſconſultum fecerunt; ut quoniam civitas Ardeatium inteſtino tumultu redacta ad paucos eſſet, coloni eo præſidii cauſa adverſus Volſcos ſcriberentur. Hoc palam relatum in tabulas, ut plebem tribunoſque falleret judicii reſcindendi conſilium initum. Conſenſerant autem, ut multo majore parte Rutulorum colonorum quam Romanorum ſcripta; nec ager ullus divideretur, niſi is qui interceptus judicio infami erat; nec ulli prius Romano ibi, quam omnibus Rutulis diviſus eſſet, gleba ulla agri aſſignaretur. Sic ager ad Ardeates rediit. Triumviri ad coloniam Ardeam deducendam creati, Agrippa Menenius, T. Clœlius Siculus, M. Æbucius Elua. [2] qui per minime populare miniſterium agro aſſignando ſociis, quem populus Romanus ſuum judicaſſet, quum plebem offendiſſent, ne primoribus quidem Patrum ſatis accepti, quod nihil gratiæ cujuſquam dederant; vexationes, ad populum jam die dicta ab tribunis, [3] colonis aſſcripti remanendo in colonia, quam teſtem integritatis juſtitiæque

12 habebant, vitavere. Pax domi foriſque fuit, & hoc & inſequenti anno, [4] C. Furio Pacilo, & [5] M. Papirio Craſſo,

1 *Poſtumium Ebutium*] *Poſtumum Æbutium*, hoc loco quidam habent libri quemadmodum ante docui etiam ſcribendum eſſe. Idem docet Valerius in prænominibus. *Sigonius.*

2 *Qui præter minime pop. min.*] Vetus lectio: *Per minime populare*, recte. Hæc enim cauſa eſt, cur plebem offenderint, quia minime populare munus ſuſceperint. *Idem.*

3 *Colonis aſſcripti*] Voſſ. 1. *aſcititi*, & in margine *aſcitis*. Voſſ. 2 cum duobus Pall. *colonia ſcripti*. Rott. *coloni aſſcripti*. J. F. Gron.

4 *C. Furio Pacilio*] *Pacilum* eſſe cognomen *Furiorum*, qui Capitolinos conſules legerit, facile invenerit. Quare, *Pacilo* legendum. *Sigonius.*

5 *M. Papirio Craſſo*] Diodorus Siculus hunc conſulem *Μάνιον Παπίριον* vocat. Fuiſſe autem *Papiriis* familiare prænomen *Manii*, Dionyſ. oſtendit,

Craſſo, conſulibus. Ludi ab decemviris, per ſeceſſionem plebis à Patribus, ex ſenatuſconſulto voti, eo anno facti ſunt. Cauſa ſeditionum [1] nequicquam à Petillio quæſita. qui tribunus plebis iterum ea ipſa denunciando factus, neque ut de agris dividendis plebi referrent conſules ad ſenatum, pervincere potuit: & quum magno certamine obtinuiſſet, ut conſulerentur Patres, conſulum an tribunorum placeret comitia haberi; conſules creari juſſi ſunt. ludibrioque erant minæ tribuni denunciantis ſe delectum impediturum, quum, quietis finitimis, neque bello, neque belli apparatu opus eſſet. Sequitur hanc tranquillitatem rerum annus, Proculo Geganio Macerino, L. Menenio Lanato conſulibus, multiplici clade ac periculo inſignis, ſeditionibus, fame; regno prope per largitionis dulcedinem in cervices accepto. Unum afuit bellum externum: quo ſi aggravatæ res eſſent, [2] vix ope Deorum omnium ſiſti potuiſſet. Cœpere

tendit, qui primum Regem Sacrificulum *Manium Papirium* nominat lib. 5. *Sigonius.*

1 *Nequiquam à Petilio --- ea ipſa*] *Pœtelio*, ut ante, lege. Cum autem de priore ejus tribunatu ne verbum quidem ante fecerit, hoc loco, ut alibi ſæpe, tribunum etiam ante fuiſſe tacite intelligendum eſt. *Ea* vero *ipſa*, intelligit legem agrariam, & delectus impedimentum. *Idem.*

2 *Vix ope deorum omnium reſiſti potuiſſet*] Propagata eſt hæc lectio à Modio & Grutero, cum antea haberetur: *omnium res ſiſti potuiſſet.* Et habent illi quidem adſentientes fere codices, ut & veteres editiones: nihilominus certum eſt mihi libros omnes eſſe corruptos ex ignorantia puriſſimæ loquendi formulæ, Livio peramatæ. Scribe: *quo ſi aggravatæ res eſſent, vix ope deorum omnium ſiſti potuiſſet.* Et *res* & *re*, quibus aggravati ſunt libri, importuna ſunt. Lib. 2. *Totam plebem ære alieno demerſam eſſe, nec ſiſti poſſe, niſi omnibus conſulatur.* id eſt, nec rem ſalvam eſſe poſſe. Iterum: *qualicumque urbis ſtatu, manente diſciplina militari, ſiſti potuiſſe.* Catonis phraſi, *rem ſervari quiviſſe.* Lib. 3. *Si quem ſimilem ejus priore anno inter morbum bellumque irati dii tribunum dediſſent, non potuiſſe ſiſti.* Actum fuiſſe, pereundum fuiſſe. Eodem libro; *Vixque concordia ſiſti videbatur poſſe: tantum ſuperantibus aliis atque emergentibus malis, nemo tribunos aut plebem timebat.* Iterumque: *non ita civitatem ægram eſſe, ut conſuetis remediis ſiſti poſſet.* Quod imitatus Tacitus 3 Ann. 52. *Sperni ſumptuariam legem vetitaque utenſilium pretia augeri indies, nec mediocribus remediis ſiſti poſſe.* Non *reſiſti.* Quod dederunt, qui iſtud non caperent. Trogo Pompeio vel Juſtino eadem labes oblata, lib. 11, 1. *Qui omnes populi ſi pariter deficiant, ſiſti nullo modo poſſe.* Ita enim MSS. ſervarunt: ſed in editis ubique legitur, *reſiſti.* Livius rurſum lib. 29, 10. *Se exercitumque ſuum gravi morbo adflictari, nec ſiſti potuiſſe.*

re à ſame mala, ſeu adverſus annus frugibus fuit, ſeu dulcedine concionum & urbis, deſerto agrorum cultu. nam utrumque traditur. & Patres plebem deſidem, & tribuni plebis, nunc fraudem nunc negligentiam conſulum accuſabant. Poſtremo [1] perpulere plebeii, haud adverſante ſenatu, ut L. Minucius præfectus annonæ crearetur; felicior in eo magiſtratu ad cuſtodiam libertatis futurus, quam ad curationem miniſterii ſui: quamquam poſtremo annonæ quoque levatæ, haud immeritam & gratiam & gloriam tulit. Qui quum multis circa finitimos populos legationibus terra marique nequicquam miſſis (niſi quod ex Etruria haud ita multum frumenti advectum eſt) [2] nullum momentum annonæ feciſſet, & revolutus ad diſpenſationem inopiæ, profiteri cogendo frumentum, & vendere quod uſui menſtruo ſupereſſet, fraudandoque parte diurni cibi ſervitia, criminando inde & objiciendo iræ populi frumentarios, acerba inquiſitione aperiret magis quam levaret inopiam, multi ex plebe ſpe amiſſa, potius quam ut cruciarentur trahendo

potuiſſe, niſi eadem vis mali aut gravior etiam in hoſtes ingruiſſet. Hoc omnes ſcripti editique ante Rhenanum, qui ſuppoſuit, *ſubſiſti*, haud congruenter aliis meritis ſuis. Lib. 45. *Si vero ad externum bellum domeſtica ſeditio adjiciatur, ſiſti non poſſe.* Utitur & Plautus Trinummo a. 3 ſc. 2. *Staſime, reſtas ſolus. quid ego nunc agam? Niſi uti ſarcinam conſtringam, & clipeum ad dorſum accommodem, Fulmentas jubeam ſuppingi ſoccis. Non ſiſti poteſt.* hoc eſt, ἔῤῥει τὰ καλά, funditus periimus, res vergit ad interitum, neque poteſt ultra ſuſtineri, actum eſt de nobis. At boni interpretes de Lesbonico intelligunt, quaſi dicat illum non poſſe retineri, retrahi à fuga. Formula eſt de ſumma re animum deſpondentium. Curtius 4, 16. *ni mature ſubveniretur, non poſſe ſiſti.* Sic enim Flor. & optimi MSS. Quod qui parum intelligerent, addiderunt *fugam* vel *fuga*. Ex eodem genere eſt illud Ciceronis lib. 3 in Verr. cap 96. *Qui quotidie templum tenet, qui rempubl. ſiſtere negat poſſe, ni ad equeſtrem ordinem judicia referantur.* id eſt, ſiſti, ſalvam & incolumem eſſe. Nam *ſiſtere* interdum eſt ſiſti, ut apud Plautum Curcul. 2, 3. *Quin cadat, quin capite ſiſtat.* Propertius 4 el. 11. *Plano ſiſtit uterque gradu.* Tacitus 4 Ann. *Vis tu quidem intra iſtum locum ſiſtere.* Male ſuppoſuerunt *ſubſiſtere*. P. Manucius retinet veterem ſcripturam, ſed annotat: *ſtare* malim, quam *ſiſtere*, ex conſuetudine Latini ſermonis. Non ego. *J. F. Gron.*

1 *Perpulere plebem*] Lege, *perpulere plebeii.* nam id & ſenſus poſtulat, & veteres libri habent. *Sigonius.*

2 *Et nullum mom.*] Dele particulam: *Et*, ex vet. libris. *Idem.*

hendo animam, capitibus obvolutis ſe in Tiberim præ-
cipitaverunt. Tum [1] Sp. Mælius ex equeſtri ordine, ut 13
illis temporibus, prædives, rem utilem peſſimo exem-
plo, pejore conſilio eſt aggreſſus. frumento namque ex
Etruria, privata pecunia per hoſpitum clientiumque mi-
niſteria coëmpto (quæ credo ipſa res ad levandam publi-
ca cura annonam impedimento fuerat) largitiones frumen-
ti facere inſtituit: plebemque hoc munere delinitam, [2] qua-
cunque incederet conſpectus elatuſque ſupra modum ho-
minis privati, ſecum trahere; haud dubium [3] conſula-
tum

1 *Sp. Melius*] *Mælius* ſcribe ex fragmentis Capitolinis, Græcorum libris; & quibuſdam etiam manuſcriptis Latinis. *Sigonius.*

2 *Quacunque incederet, conſpectus*] Fœda inſidet menda in voce *Conſpectus.* Si quibuſdam veteribus libris credimus, in quib. eſt, *Conſulis pectus gerens.* Error ex compendioſa ſcriptura natus eſt: *Conſ. pectus*, quas voces cum quidam conjunxiſſet, tertiam, *gerens*, alius ut ſupervacaneam prætermiſit. Eſt autem *conſulis pectus gerens*, conſularem ſpiritum habens, aut ad conſulatum aſpirans, qui ipſi à plebe deſpondetur, ut ſupra lib. 2. *Velut omnes dictaturas conſulatuſque gerens in voce, ac viribus ſuis.* Et alibi: *Tribunatum ſpirans.* Ego tamen, *Conſpectus* etiam probo. *Idem.*

Quacunque incederet, conſpectus elatuſque] Sigonianus: *conſulis pectus gerens.* Quod turpiſſimum mangonium domino ſuo probavit. Mihi tanto vilior eſt. *Conſpectus* eſt ingerens & venditans ſe oculis hominum. Cornelius Nepos in vita Attici: *Supellex modica, non multa, ut in neutram partem conſpici poſſet.* Ita ſcripſiſſe illum ex præcedentibus apparet: nam omnes antitheſes ita ſunt conceptæ, ut quid fuerit adfirmet, quid non fuerit neget. Elegans, non magnificus; ſplendidus, non ſumptuoſus; adfectans munditiem, non adfluentiam; ſic etiam *ſupellex* ei *modica, non multa*, hoc eſt, modo, non copia æſtimanda; inſtrumentum modice, non abundanter ſufficiens: ut in neutram partem notari poſſet, neque ſordium, quia aderat modus, neque luxus, quia aberat ſuperfluum. Huic ſenſui verba mihi ſatis eſſe videntur exprimendo: neque aut τὸ *multa* ad defectum referendum, aut alia negatio adjicienda. *Multus* interdum nimius eſt: nam qui habet multa, habet & ſupervacua, quia natura paucis contenta eſt. Petronius de potentia pecuniæ: *Multa loquor: quidvis nummis præſentibus opta.* Hoc eſt, nimis multis verbis utor. Et *homo multus* pro ſatageo, ardelione. Plaut. Menæch. 2, 2. *Heu hercle hominem multum & odioſum mihi.* Afranius apud Nonium: *Multa atque moleſta es: potin ut hinc faceſſas.* Conſpectum vero tam Irum reddit egeſtas, quam opes Crœſum. Ovidius lib. 2 Triſt. de domo ſua: *Et neque divitiis neque paupertate notanda, Unde ſit in neutrum conſpiciendus eques.* Auguſtus apud Suetonium in Claudio cap. 4. *Ne quid faciat quod conſpici & derideri poſſit.* Ubi fruſtra Torrentius, *deſpui.* Livius lib. 34. *Sic æquato omnium cultu, quid unaquæque veſtrum veretur, ne in ſe conſpiciatur.* Adde ad Tacitum 12 Annal. 49. *J. F. Gron.*

3 *Conſulatum favore*] Vet. lib. *Conſulatum ei favere.* Sigonius.

1 Nea

tum favore ac ſpe deſpondentem. Ipſe, ut eſt humanus animus inſatiabilis eo quod fortuna ſpondet, ad altiora & non conceſſa tendere. & quoniam conſulatus quoque eripiendus invitis Patribus eſſet, de regno agitare: id unum dignum tanto apparatu conſiliorum & certamine, quod ingens exſudandum eſſet, præmium fore. Jam comitia conſularia inſtabant. quæ res eum [1] nec dum compoſitis maturiſve ſatis conſiliis, oppreſſit. Conſul ſextum creatus T. Quintius Capitolinus, minime opportunus vir novanti res: collega additur ei Agrippa Menenius, cui Lanato erat cognomen, & L. Minucius præfectus annonæ; ſeu refectus, ſeu quoad res poſceret, in incertum creatus. nihil enim conſtat, niſi in libros linteos utroque anno relatum inter magiſtratus præfecti nomen. Hic Minucius [2] eandem publice curationem agens, quam Mælius privatim agendam ſuſceperat, quum in utraque domo genus idem hominum verſaretur, rem compertam ad ſenatum refert, *Tela in domum Mælii conferri,*

1 *Nec dum compoſitis m. ſ. conſiliis*] Dura loquutio eſt, *Componere conſilia.* Itaque ſequamur auctoritatem veterum librorum, qui habent: *Nec dum compoſitis rebus, maturiſve ſatis conſiliis.* Sigonius.

Necdum compoſitis maturiſve ſatis conſiliis] Dura locutio Sigonio, *componere conſilia*: itaque ſuffragatur vett. libris, qui habeant, *compoſitis rebus*. Sed meliores tuentur vulgatum. Qui concoxit id locutionis ſupra lib. 3. *Quærentibus legatis, quæ poſtulata plebis eſſent, compoſito jam ante adventum legatorum conſilio, ea poſtulavit.* Et cur non diceretur quod alioqui *formare?* Trogus de Zopyro: *formatoque in futura conſilio, transfugæ titulo Babyloniam proficiſcitur.* J. F. Gron.

2 *Eandem Reip. curam agens, quam Mælius*] Vet. lib. *Quam Sp. Mælius.* Cæterum Antonius Florebellus, Epiſcopus Lavellinus, vir doctrinæ atque ingenii laude præſtantiſſimus, legit, *eandem publice curationem agens*; ut *publice* ſit adverbium, cui reſpondeat *privatim.* erat autem curatio frumentaria. *Sigonius.*

Eandem reipublicæ curationem agens] Scribendum, quod & aliis fuiſſe in mentem audio: *eandem publice curationem agens.* id eſt, publica auctoritate, publico nomine & mandato. Ut hoc libro infra: *quod veniſſet adſignatumve publice eſſet.* Lib. 5. *Hoſpitium cum eo Senatuſconſulto eſt factum, donaque publice data.* Eodemque: *Cum Ceretibus publice hoſpitium fieret.* Et, *Tegula publice præbita eſt.* Liv. 22, 60. *Et alii redimendos de publico, alii nullam publice impenſam faciendam.* Sic ſcribendum, non *publicam*, ut vulgo: nam liber optimus: *publica.* Terent. Eunucho: *nam ibi cuſtos publice eſt nunc.* Niſi malis: *ejuſdem rei publicæ.* J. F. Gron.

ferri, [1] *eumque conciones domi habere: ac non dubia regni conſilia eſſe. tempus agendæ rei nondum ſtare; cætera jam conveniſſe, & tribunos mercede emptos ad prodendam libertatem, & partita ducibus multitudinis miniſteria eſſe. Serius ſe penè, quam tutum fuerit, ne cujus incerti vanique auctor eſſet, ea deferre.* Quæ poſtquam ſunt audita, & undique primores Patrum & prioris anni conſules increparent, quod eas largitiones, cœtuſque plebis in privata domo paſſi eſſent fieri, & novos conſules, quod exſpectaſſent, donec à præfecto annonæ tanta res ad ſenatum deferretur, quæ conſulem non auctorem ſolum deſideraret, [2] ſed etiam vindicem; tum T. Quintius, conſules immerito increpari, ait, qui conſtricti legibus de provocatione [3] ad diſſolvendum imperium latis, nequaquam tantum virium in magiſtratu ad eam rem pro atrocitate vindicandam, quantum animi haberent. opus eſſe non forti ſolum viro, ſed etiam libero, exſolutoque legum vinculis. Itaque ſe dictatorem L. Quintium dicturum. ibi animum parem tantæ poteſtati eſſe. Approbantibus cunctis, primo Quintius abnuere: &, quid ſibi vellent, rogitare, qui ſe ætate exacta tantæ dimicationi objicerent. Dein quum undique plus in illo ſenili animo non conſilii modo, ſed etiam virtutis eſſe, quam in omnibus aliis dicerent, laudibuſque haud immeritis onerarent, & conſul nihil remitteret; precatus tandem Deos immortales Cin-

1 *Eumque conciones domi habere*] Non placent hæ domeſticæ conciones. Livius quoties eo applicat verbum, medificat. Lib. 6. *Domi concionantis in modum, ſermones pleni criminum in Patres.* Non dicit, *Domi conciones plena.* Lib. 21. *Hæc aſſidens ægro collegæ, hæc in prætorio prope concionabundus agere.* Nimirum hic quoque legendum, *coitiones*, quod verbum utiliter alibi Rhenanus, alibi Sigonius Livio reſtituere. Cœtus clandeſtinos intelligit. Mox: *Quod eas largitiones cœtuſque plebis in privata domo paſſi eſſent fieri.* Lib. 2. *Ne, ſi dimiſſus exercitus foret, rurſus occulti cœtus conjurationeſque fierent.* Iterum: *Abſterrendo ſingulos à coitionibus conciliiſque.* Lib. 4. *Cœtus indicere in domos tribunorum plebis, ibi ſecreta conſilia agitare.* J. F. Gron.

2 *Sed etiam vindicem. Tum T. Quintius*] Vigenerius legerat, *indicem*. Tan. Faber.

3 *Ad diſſolvendum imperium latis*] Quid ſi *natu*? Lib. 29. *Natum eum ad corrumpendam diſciplinam militarem arguere.* J. F. Gron.

Digitized by Google

Cincinnatus, ne ſenectus ſua in tam trepidis rebus damno dedecorive reipubl. eſſet, dictator à conſule dicitur. ipſe deinde C. Servilium Ahalam magiſtrum equi-
14 tum dicit. Poſtero die, diſpoſitis præſidiis quum in forum deſcendiſſet, converſaque in eum plebs novitate rei ac miraculo eſſet, & Mæliani, atque ipſe dux eorum in ſe intentam vim tanti imperii cernerent; expertes conſiliorum regni, qui tumultus, quod bellum repens, aut dictatoriam majeſtatem, aut Quintium poſt octogeſimum annum rectorem reipub. quæſiſſet, rogitarent; miſſus ab dictatore Servilius magiſter equitum ad Mælium, *Vocat te*, inquit, *dictator*. quum pavidus ille, quid vellet, quæreret; Serviliuſque cauſſam dicendam eſſe proponeret, crimenque à Minucio delatum ad ſenatum diluendum; tunc Mælius recipere ſe in catervam ſuorum. & primum circumſpectans tergiverſari: poſtremo quum apparitor juſſu magiſtri equitum duceret; ereptus à circumſtantibus, fugienſque, fidem plebis Romanæ implorare: & opprimi ſe conſenſu Patrum dicere, quod plebi benigne feciſſet. orare, ut opem ſibi ultimo in diſcrimine ferrent, neve ante oculos ſuos trucidari ſinerent. Hæc eum vociferantem aſſecutus Ahala Servilius obtruncat: reſperſuſque cruore obtruncati, ſtipatus caterva patriciorum juvenum, dictatori renunciat, Vocatum ad eum Mælium, repulſo apparitore concitantem multitudinem, pœnam meritam habere. Tum dictator, *Macte virtute*, inquit, *C. Servili*, *eſto*, *liberata*
15 *republica*. Tumultuantem deinde multitudinem incerta exiſtimatione facti, ad concionem vocari juſſit; & *Mælium jure cæſum* pronunciavit, *etiam ſi regni crimine inſons fuerit; qui vocatus à magiſtro equitum ad dictatorem non veniſſet. Se ad cauſſam cognoſcendam conſediſſe; qua cognita, habiturum fuiſſe Mælium ſimilem cauſſæ fortunam. Vim parantem, ne judicio ſe committeret, vi coërcitum eſſe. nec cum eo tanquam cum cive agendum fuiſſe; qui natus in libero populo, inter*
jura

jura legeſque, ex qua urbe reges exactos ſciret, [1] *eodemque anno ſororis filios regis, & liberos conſulis liberatoris patriæ, propter pactionem indicatam recipiendorum in urbem regum, à patre ſecuri eſſe percuſſos, ex qua Collatinum Tarquinium conſulem, nominis odio abdicare ſe magiſtratu atque exulare juſſum, in qua de Sp. Caſſio poſt aliquot annos propter conſilia inita de regno, ſupplicium ſumptum, in qua nuper decemviros bonis, exilio, capite mulctatos ob ſuperbiam regiam, in ea Sp. Mælius ſpem regni conceperit. Et quis homo? quamquam nullam nobilitatem, nullos honores, nulla merita cuiquam ad dominationem pandere viam; ſed tamen Claudios, Caſſios, conſulatibus, decemviratibus, ſuis majorumque honoribus, ſplendore familiarum ſuſtuliſſe animos, quo nefas fuerit: Sp. Mælium, cui tribunatus plebis magis optandus, quam ſperandus fuerit,* [2] *frumentarium divitem bilibris farris ſperaſſe libertatem ſe civium ſuorum emiſſe,*

1 *Eodemque anno ſororis filios regis, & liberos conſulis*] Vox, *Regis*, inducenda eſt, quia abeſt à quibuſdam vet. libris, & quia hiſtoriæ veritatem pervertit, non enim Collatinus, de quo intelligit, Rex fuit: Intelligit enim Vitellios, Aquilliosque, natos ex duabus ſororibus Collatini conſulis, & Junios liberos Bruti conſulis, ita, ut *conſulis*, bis accipiendum ſit. Cur enim Collatinum regem appellet, quem ſequenti verſu conſulem nominat? *Sigonius.*

2 *Frumentarium divitem bilibris farris ſperaſſe libertatem ſe ſuorum civium emiſſe*] Iterum lib. 6. *Selibriſne farris gratiam ſervatori relatam.* Veteres frumentum non ſolum metiri, ſed & appendere ſolebant, quod nunc quoque in panificio obſervamus. Farris autem nomine etiam farina intelligitur. Vide Turneb. lib. 2 cap. 3 Adverſ.

Vilibus farris libris ſperaſſe libertatem emiſſe] In omnibus antiquis libris legitur, *Bilibre farris.* Quam lectionem immutavit Rhenanus. Eſt autem optima ſententia, ſi binas libras pro vili pretio ponat, quippe cum ſic etiam locutus ſit in VI. *Selibris ne farris gratiam ſervatori relaturum. Bilibrem* autem & *Trilibrem*, dici docet Priſcianus de Menſuris. *Sigonius.*

Bilibre farris ſperaſſe libertatem] Scriptus Rhenani habuit, *bilibris*, ex quo facit ille, *vilibus libris.* Sigonius tuetur alterum; ut *bilibrem* & *trilibrem* adjective dicimus. Malit ergo Glareanus *bilibri* aut *bilibra.* Scio *bilibres offas* Plinii 18, 11: ſed ſalva ſit optimi libri editio, *bilibris.* quod utique eſt à *bilibra* ſubſtantivo ſic formato, ut *ſelibra*, ut *bimenſis*, *bilanx*. Nec opus ſingulari, quia in multos intelligendum datas ſingulas bilibras. Sic lib. 6. *Selibriſne farris gratiam ſervatori patriæ relatam?* quia multi contulerant Manlio ſingulas ſelibras. Dixerat lib. 5. *Cui univerſi ſelibras farris & quartarios vini ad ædes ejus, quæ in arce erant, contulerunt.* Lex duodecim tabb. *libras farris in dies dato.* Fruſtra criminatur G. Fornerius infinitum eſſe, atque eo auget nexorum demenſum ſcribendo: *Libra S.* quod ſit, *ſelibram.* Finitum utique eſt, *libras in dies*, &c. ſignificat quot diebus unam libram. Plautus

ſe, ciboque objiciendo ratum victorem finitimorum omnium populum in ſervitutem perlici poſſe. Ut quem ſenatorem concoquere civitas vix poſſet, regem ferret: Romuli conditoris, ab Diis orti, recepti ad Deos, inſignia atque imperium habentem. Non pro ſcelere id magis, quam pro monſtro habendum. Nec ſatis eſſe ſanguine ejus expiatum, niſi tecta parieteſque intra quæ tantum amentia conceptum eſſet, diſſiparentur: [1] *bonaque contacta pretiis regni mercandi, publicarentur. jubere itaque quæſtores,*
16 *vendere ea bona, atque in publicum redigere.* Domum deinde, ut monumento area eſſet oppreſſæ nefariæ ſpei, dirui extemplo juſſit. id [2] Æquimælium appellatum eſt. [3] L. Minucius bove aurato extra portam Trigeminam eſt donatus, ne plebe quidem invita, quia frumentum Mælianum aſſibus in modios æſtimatum plebi diviſit. Hunc Minucium apud quoſdam auctores tranſiſſe à Patribus ad plebem, undecimumque tribunum plebis cooptatum, ſeditionem motam ex Mæliana cæde ſedaſſe, invenio. Cæterum vix credibile eſt, numerum tribunorum Patres augeri paſſos. idque potiſſimum exemplum à patricio homine introductum: nec deinde id plebem conceſſum ſemel obtinuiſſe, aut certe tentaſſe. ſed [4] ante omnia

Aulular. *Noſtra qui eſt magiſter curia, dividere argenti dixit nummos in viros.* Cato de re ruſt. c. 59. *Loram bibunt menſes tres. menſe quarto heminas in dies. menſe quinto, ſexto, ſeptimo, octavo in dies ſextarios,* &c. *Hoc amplius Saturnalibus & Compitalibus in ſingulos homines congios.* Sic mox Livius: *frumentum Mælianum aſſibus in modios æſtimatum.* J. F. Gron.

1 *Bonaque contacta pretiis regni mercandi publicarentur*] Neſcio an legendum *contracta*. id eſt, quæ contracta ab eo fuerant, ut pretio ſibi regnum pararet. *Tan. Faber.*

2 *Æquimelium*] Vet. lib. *Æquimælium*. Sigonius.

3 *L. Minuc. bove aurato*] Lipſianus codex: *bnauro*: unde conjicit dominus: *bove & agro*, lib. 1 Elect. 8. Voſſianus ſane *aurato*, ſed in margine antiqua manu, *arvo*. Forſitan igitur, *bove & arvo*. J. F. Gron.

L. Minucius bove aurato extra portam Tergem. eſt donatus, &c.] Eadem tradit Plinius lib. 18 cap. 3. *Minucius Augurinus, qui Sp. Mælium coarguerat, farris pretium in trinis nundinis ad aſſem redegit, undecimus plebei tribunus. Qua de cauſa ſtatua ei extra portam Tergeminam à populo ſtipe collata ſtatuta eſt.* Sigonius.

4 *Ante omnia refellit falſum imaginis titulum*] Imagini domeſticæ L. Minucii falſo tribuni plebis nomen affixum fuiſſe ſignificat ab iis, qui laudem familiæ ex eo magiſtratu tituloque quærebant. Sic lib. 8. *Vitiatam memoriam falſis imaginum titulis reor, dum familia ad ſe quæque famam rerum geſtarum honorumque, fallente mendacio trahunt.*

Digitized by Google

omnia refellit falſum imaginis titulum paucis ante annis lege cautum, ne tribunis collegam cooptare liceret. Q. Cæcilius, Q. Junius, [1] Sext. Titinnius, ſoli ex collegio tribunorum, neque tulerant de honoribus Minucii legem: & criminari nunc Minucium, nunc Servilium apud plebem, querique indignam necem Mælii non deſtiterant. Pervicerunt igitur, ut tribunorum militum potius quam conſulum comitia haberentur: [2] haud dubii, [3] quin ſex locis (tot enim jam creari licebat) & plebeii aliqui, profitendo ſe ultores fore Mælianæ cædis, crearentur. Plebs, quamquam agitata multis eo anno & variis motibus erat, nec plures quam tres tribunos conſulari poteſtate creavit, & in iis L. Quintium Cincinnati filium: ex cujus dictaturæ invidia tumultus quærebatur: Prælatus ſuffragiis Quintio [4] Mamercus Æmilius vir ſummæ dignitatis. L. Julium tertium creant. In 17
horum magiſtratu Fidenæ colonia Romana ad Lartem Tolumnium Veientium regem ac Veientes defecere. Majus additum defectioni ſcelus. C. Fulcinium, [5] Clœlium Tullum

trahunt. Sic lib. 3. *Ap. Claudium decemvirum virum honoratiſſima imaginis futurum ad poſteros legumlatorem, conditóremque Romani juris.* Sigonius.

1 *Sext. Titinnius*] *Titinius* ſcribe ex Græcis & manuſcriptis Latinis libris, itemque nummis argenteis. *Idem.*

2 *Haud dubie quin*] Vet. lib. *Haud dubia ſpe, quin.* Idem.

3 *Quin ſex lectis*] In antiquis hoc non invenio, præterquam in Aldina, Juntæ & Frobeniana: cæteræ omnes, etiam Curionis & Gryphii, *locis*, quæ Borbet. etiam Voſſ. Rott. & meliorum Pall. ſcriptura eſt. Infra: *primoribus Patrum ſplendore gratiaque ad petendum præparatis, omnia loca obtinuere.* Lib. 5. *Comitiis tribunorum plebis numerus expleri nequivit. Pugnatum inde, in vacua loca ut patricii cooptarentur.* Lib. 7. *Qui octona loca tribunis militum creandis occupare ſoliti ſint.* Lib. 9. *Quæ antea perquam paucis ſuffragio populi relictis locis, dictatorum & conſulum ferme fuerant beneficia.* Lib. 10. *Ut patricii recuperarent duo conſularia loca.* J. F. Gron.

4 *Mamercus Æmilius*] *Mamerci* prænomen tribus literis notatur in lapidibus Capitolinis, *Mam. Æmilius.* Sigonius.

5 *C. Julium Tullum, Sp. Nautium*] Horum legatorum meminit etiam Cicero Philip. 9. *Tulli Clœlii, Sp. Ancii,* neque manuſcripti libri à vulgatis diſſident. Veteres libri Liviani habent, *Clœlium Tullum, Sp. Ancium.* Itaque ſatis mirari non poſſum, cur antiqua lectio immutata ſit, & *C. Julium Tullum, Sp. Nautium*, factum ſit. *Tullus* autem in *Clœlio* prænomen eſt, ut in *Tullo Hoſtilio*, & *Tullo Attio*: *Ancia* vero gens Romæ fuit, ex qua *Ancius Briſo* tribunus plebis, de quo Cicero in Bruto, ab *Anco* prænomine deducta. *Idem.*

Clœlium Tullum, Spurium Ancium]

Sanc

Digitized by Google

Tullum, Sp. Ancium, L. Roſcium legatos Romanos, cauſſam novi conſilii quærentes, juſſu Tolumnii interfecerunt. Levant quidam regis facinus. in teſſerarum proſpero jactu vocem ejus ambiguam, ut occidi juſſiſſe videretur, ab Fidenatibus exceptam, cauſſam mortis legatis fuiſſe. [1] Rem incredibilem: interventu Fidenatium novorum ſociorum, conſulentium de cæde ruptura jus gentium, non averſum ab intentione luſus animum: nec deinde in horrorem verſum facinus. propius eſt fidem, obſtringi Fidenatium populum, ne reſpicere ſpem ullam ab Romanis poſſet conſcientia tanti ſceleris, voluiſſe. [2] Legatorum qui Fidenis cæſi erant, ſtatuæ

Sane & Sigonianum hoc probant MSS. Voſſ. Rott. aliique. Sed tamen Plinius 34, 6 hos legatos ita nominat: *Inter antiquiſſimas* (Cn. ſtatuas) *ſunt & Tulli Clœlii, Lucii Roſcii, Spurii Nautii, C. Fulcinii in Roſtris, a Fidenatibus in legatione interfectorum.* J. F. Gron.

1 *Rem incredibilem --- luſus animum: nec deinde in horrorem verſum facinus*] Vet. lib. *Ac deinde in errorem verſum facinus.* Cujus lectionis hic eſt ſenſus. Ambiguam regis vocem à Fidenatibus exceptam, mortem attuliſſe legatis. poſt autem cauſam facinoris in errorem eſſe conjectam. Qui ſenſus optimus cum ſit, idem admonet reliqua omnia à *Rem incredibilem*, ad, *Luſus animum*, parentheſi eſſe includenda. *Sigonius.*

Nec deinde in horrorem verſum facinus] In libris nonnullis eſt: *ac deinde in errorem verſum facinus.* quod placet Sigonio. Sed meliores pro altero ſtant, & hoc minus convenire conſilio Livii videtur. Nihil enim præter factum ex aliorum ſententia narrat, cum rationem ex ſententia auctoris, cur veriſimile non ſit ita factum, dare deberet. Jam ante narraverat, eſſe qui ſcribant non juſſu Lartis interfectos legatos, ſed exceptam vocem ejus, ſane pertinentem ad ludum, male interpretatos Fidenates, qui adſtarent, & veniſſe expoſtulatum ſecum Roma legatos commemorarent, quaſi juſſi eſſent, quod fecerunt, poſtea eos occidiſſe. Id incredibile ſibi videri addit ob duas cauſas, ſumptas ex momentis temporum, quod præceſſit, quodque ſecutum eſt cædem. Aderant Fidenates, novi ſocii, quibuſcum tam ſecure quam cum ſuis agere minime ipſum decebat, quos admittere promptius, nec exſpectare commodum ſuum, utique nulla gravi re diſtrictus, jubere debebat: hi conſulebant de magna re atque atroci, quid reſponderent legatis, & numquid in eos gravius ſtatuerent. Cum tales rogarent de tanto negotio, quis credat nihil hominem commotum in alveo ac teſſeris animum habuiſſe, illos ſine reſponſo prætermiſiſſe, cum colluſoribus jocatum eſſe, quod male intellectum in legatorum capita expeteret? Quid, poſtquam ſatiatus ludo ad ſeria rediit, audivitque quam crudelis interpretatio joci ſui fuiſſet? quis credat ne tum quidem ipſum piguiſſe ſui, ne tum quidem horruiſſe facinus, quo jus gentium violatum, & ſibi hominis nefarii & exſecrabilis infamiam impoſitam videret, nec id vel hoſti excuſatum voluiſſe? *J. F. Gron.*

2 *Legatorum*, &c.] Nota morem ſtatuas

tuæ publice in Roſtris poſitæ ſunt. Cum Veientibus Fidenatibuſque, præterquam finitimis populis, ab cauſſa etiam tam nefanda bellum exorſis atrox dimicatio inſtabat. Itaque ad curam ſummæ rerum quieta plebe, tribuniſque ejus, nihil controverſiæ fuit, quin conſules crearentur M. Geganius Macerinus tertium, & L. Sergius Fidenas; à bello credo, quod deinde geſſit, appellatus. Hic enim primus cis Anienem cum rege Veientium ſecundo prœlio conflixit: nec incruentam victoriam retulit. Major itaque ex civibus amiſſis dolor, quam lætitia fuſis hoſtibus fuit. & ſenatus, ut in trepidis rebus, dictatorem dici Mamercum Æmilium juſſit. Is magiſtrum equitum ex collegio prioris anni, quo ſimul tribuni militum conſulari poteſtate fuerant, [1] L. Quintium Cincinnatum, dignum parente juvenem, dixit. Ad delectum ab conſulibus habitum [2] centuriones veteres belli periti adjecti: & numerus amiſſorum proxima pugna expletus. Legatos, Quintium Capitolinum, & M. Fabium Vibulanum ſequi ſe dictator juſſit. [3] Quum poteſtas major, tum vir quoque poteſtati par, hoſtes ex agro Romano trans Anienem ſubmovere, [4] colleſque inter Fidenas atque Anienem ceperunt, referentes

ſtatuas publice in Roſtris ponendi legatis, qui in legatione obiiſſet. ut & Cicero teſtatur Philipp. 9, & Plinius lib. 34 cap. 6. *Henr. Valeſius.*

1 *L. Quintium*] Quidam, ut dixi, manuſcripti libri ſemper *Quinctium* habent una cum tabulis Capit. & Diodoro. *Sigonius.*

2 *Centuriones veteres belli periti adjecti*] Præfert Gruterus, *adlecti*. Me vox iſta non offendit, vel propter ea, quæ infra de verbo *conjicere* notabimus. Exſpectabam potius, ut τὸ *periti* deleret, ac *veteres belli centuriones* dictos putaret, ut apud Tacitum, *vetus militiæ*, *vetus operis ac laboris*. Quod tamen nemini obtrudimus. *J. F. Gron.*

3 *Cum poteſtas major, tum vir quoque poteſtati par hoſtes*] Ego ſalvo aliorum judicio, malim diſtinguere ante *hoſtes*, in hunc ſenſum: Cum eſſet jam in armis poteſtas major, tum vir quoque poteſtati par, hoſtes qui id non ignorabant, ſubmovere ex agro Romano trans Anienem, colleſque inter Fidenas atque Anienem ceperunt, referentes caſtra. *Glareanus.*

4 *Colleſque inter Fidenas atque Anienem cep. r. c.*] Non eſt dubium, quin ita intelligendus hic locus ſit, Dictator trans Anienem ſubmovit hoſtes, qui cum caſtra referrent, colles inter Fidenas atque Anienem ceperunt. *Sigonius.*

Digitized by Google

rentes caſtra: [1] nec ante in campos degreſſi ſunt, [2] quam legiones auxilio Faliſcorum venerunt. Tum demum caſtra Etruſcorum pro mœnibus Fidenarum poſita. & dictator Romanus haud procul inde ad confluentes conſedit in utriuſque ripis amnis, qua ſequi munimento poterat, vallo interpoſito. poſtero die in aciem eduxit. In-
18 ter hoſtes fuere variæ ſententiæ. Faliſcus procul ab domo militiam ægre patiens, ſatiſque fidens ſibi, poſcere pugnam. Veienti Fidenatique plus ſpei in trahendo bello eſſe. Tolumnius, quamquam ſuorum magis placebant conſilia, [3] ne longinquam militiam non paterentur Faliſci, poſtero die ſe pugnaturum edicit. Dictatori ac Romanis, quod detrectaſſet pugnam hoſtis, animi acceſſere: poſteroque die jam militibus caſtra urbemque ſe oppugnaturos frementibus, ni copia pugnæ fiat; utrimque acies inter bina caſtra in medium campi procedunt. Veiens multitudine abundans, qui inter dimicationem caſtra Romana aggrederentur, poſt montes circummiſit. Trium populorum exercitus ita ſtetit inſtructus, ut dextrum cornu Veientes, ſiniſtrum Faliſci tenerent,

1 *Nec ante in c. digreſſi ſunt*] *Degreſſi*: loquitur enim de deſcenſu ex collibus in campos, ut & ante dixi, & poſt dicam. nam ſæpius hoc mendum eſt apud Livium. *Sigonius.*

2 *Quam legiones, auxilio Faliſcorum venerunt*] Hæ legiones non veniebant auxilio Faliſcis, ſed Veientibus & Fidenatibus, atque ex ipſis Faliſcis conſtabant. Lego proinde; *auxilia Faliſcorum*, id eſt, legiones, quæ erant auxiliariæ Faliſcorum copiæ. Hinc cap. 18. *Trium populorum exercitus ita ſtetit inſtructus, ut dextrum cornu Veientes, ſiniſtrum Faliſci tenerent, medii Fidenates eſſent.* Niſi tamen ita conſtruendus locus; *quam legiones Faliſcorum venerunt auxilio*, & diſtinctio poſt *legiones* tollenda ſit. *Gisb. Cuperus.*

3 *Ne longinq. milit. non paterentur F.*] Vet. lib. non habent, *Non.* Sigonius.

Ne longinquam militiam non paterentur] Negationem alteram exturbavit Sigonius, nos volentibus MSS. & vett. edd. ipſaque ſententia reſtituimus. Lib. 10. *Secundum vota militum, qui vim frigoris jam in Samnio non patiebantur.* Lib. 35. *Sed metuens ne dilationem res non pateretur.* Petronius: *deſiderium exſtincti non poſſe fœminam pati.* Sen. ad Helv. cap. 14. *Quod deſiderium ipſum per ſe pati non potes.* Noſter libro præcedenti: *Novam inexpertamque eam poteſtatem eripuere patribus noſtris, ne nunc dulcedine ſemel capti ferant deſiderium.* Ergo, *ne non paterentur*, id eſt, ne gravarentur, ne recuſarent, & ab ſignis diſcederent. Hic erat metus ad compellendum Tolumnium potens: non, ne aliquid duri & moleſti Faliſcis eveniret, quam facit mentem lectio Sigonii. *J. F. Gron.*

Digitized by Google

nerent, medii Fidenates eſſent. Dictator dextro cornu
adverſus Faliſcos, ſiniſtro contra Veientem Capitolinus
Quintius intulit ſigna. ante mediam aciem cum equita-
tu magiſter equitum proceſſit. Parumper ſilentium &
quies fuit; nec Etruſcis, niſi cogerentur, pugnam ini-
turis; & dictatore arcem Romanam reſpectante, ut ab
auguribus, ſimul aves rite admiſiſſent, ex compoſito
tolleretur ſignum. Quod ubi conſpexit, primos equi-
tes clamore ſublato in hoſtem emiſit. ſecuta peditum a-
cies ingenti vi conflixit. Nulla parte legiones Etruſcæ
ſuſtinuere impetum Romanorum. eques maxime reſiſte-
bat, equitumque longe fortiſſimus ipſe rex ab omni
parte effuſe ſequentibus obequitans Romanis, trahebat
certamen. Erat tum inter equites tribunus militum A. 19
Cornelius Coſſus, eximia pulchritudine corporis, ani-
mo ac viribus par, memorque generis, quod ampliſſi-
mum acceptum, majus auctiuſque reliquit poſteris. is
quum ad impetum Tolumnii, quacunque ſe intendiſ-
ſet, trepidantes Romanas videret turmas, inſignemque
eum regio habitu [1] volitantem tota acie cognoſſet,
Hiccine eſt, inquit, *ruptor fœderis humani violatorque gen-
tium juris? Jam ego hanc mactatam victimam, (ſi modo ſan-
cti quicquam in terris eſſe Dii volunt) legatorum manibus dabo.*
Calcaribus ſubditis infeſta cuſpide in unum fertur ho-
ſtem. quem quum ictum equo dejeciſſet; confeſtim &
ipſe haſta innixus, ſe in pedes excepit. Aſſurgentem ibi
regem umbone reſupinat, repetitumque ſæpius cuſpide
ad terram affixit. tum exſangui detracta ſpolia, caput-
que abſciſſum victor ſpiculo gerens, terrore cæſi regis,
hoſtes fundit. ita equitum quoque fuſa acies, quæ una
fecerat anceps certamen. Dictator fugatis legionibus in-
ſtat, & ad caſtra compulſos cædit. Fidenatium plurimi
loco-

1 *Volitantem tota acie cognoviſſet*] Scribe: *cognoſſet*. Sic enim Florentinus. Et hoc ſatis erat: ſed ſubſcribunt & Rott. Helm. Mureti codices. Voſſianus, *cognoſcet*: J. F. Gron.

locorum notitia effugere in montes. Coſſus Tiberim cum equitatu tranſvectus, ex agro Veientano ingentem detulit prædam ad urbem. Inter prœlium & ad caſtra Romana pugnatum eſt adverſus partem copiarum, ab Tolumnio, ut ante dictum eſt, ad caſtra miſſam. Fabius Vibulanus corona primum vallum defendit: intentos deinde hoſtes in vallum, egreſſus dextra principali cum triariis repente invadit. quo pavore injecto, cædes minor, quia pauciores erant; fuga non minus trepida,
20 quam in acie fuit. Omnibus locis re bene geſta, dictator ſenatuſconſulto juſſuque populi triumphans in urbem rediit. Longe maximum triumphi ſpectaculum fuit, Coſſus ſpolia opima regis interfecti gerens. in eum milites carmina incondita, æquantes cum Romulo, canere. Spolia in æde Jovis Feretrii, prope [1] Romuli ſpolia, quæ prima Opima appellata ſola ea tempeſtate erant, cum ſolenni dedicatione dono fixit. averteratque in ſe à curru dictatoris civium ora, & celebritatis ejus diei fructum prope ſolus tulerat. Dictator coronam auream libram pondo ex publica pecunia, populi juſſu in Capitolio Jovi donum poſuit. Omnes ante me auctores ſecutus, A. Cornelium Coſſum tribunum militum, ſecunda ſpolia opima Jovis Feretrii templo intuliſſe, expoſui. cæterum, præterquam quod ea rite opima ſpolia habentur, quæ dux duci detraxit; nec ducem novimus, niſi cujus auſpicio bellum geritur; titulus ipſe ſpoliis inſcriptus, illos meque arguit, conſulem ea Coſſum cepiſſe. Hoc ego quum Auguſtum Cæſarem, templorum omnium conditorem aut reſtitutorem, ingreſſum ædem Feretrii Jovis, quam vetuſtate dilapſam refecit, ſeipſum

1 *Romuli ſpolia, quæ prima opima*, &c.] Vox, *Prima*, redundat. neque enim tum prima appellari poterant, cum adhuc ſecunda non eſſent relata: abeſt certe ab antiquis libris. *Sigonius.*

Quæ prima, Opima appellata] Vocem *prima* abundare cenſet Sigonius, Non ego. Vide lib. 1 Obſerv. 7. *J. F. Gron.*

Digitized by Google

ipſum in thorace linteo ſcriptum [1] legiſſe audiſſem; prope ſacrilegium ratus ſum, [2] Coſſo ſpoliorum ſuorum Cæſarem ipſius templi auctorem ſubtrahere teſtem. [3] qui ſi ea in re ſit error, quod tam veteres annales, quodque magiſtratuum libri, quos linteos in æde repoſitos Monetæ Macer Licinius citat identidem auctores, [4] nono poſt demum anno cum [5] T. Quintio Penno, A. Cornelium Coſſum conſulem habeant; exiſtimatio communis omnibus eſt. [6] nam etiam illud accedit, ne tam clara pugna in eum annum transferri poſſet, quod imbelle triennium ferme peſtilentia inopiaque frugum [7] circa A. Cornelium conſulem fuit: adeo, ut quidam annales velut funeſti, nihil præter nomina conſulum ſuggerant. Tertius ab conſulatu Coſſi annus, tribunum eum militum conſulari poteſtate habet: eodem anno magiſtrum equitum. quo in imperio alteram inſignem edidit pugnam equeſtrem. ea libera conjectura eſt. Sed (ut ego arbitror) vana verſare in omnes opiniones licet: quum auctor pugnæ recentibus ſpoliis in ſacra ſede poſitis,

1 *Legiſſe audiſſem*] Videtur excidiſſe *dicentem*: aut ſcribendum: *refecit*, *ipſum*. J. F. Gron.

Legiſſe audiſſem] Quum in hanc lectionem conſentiant omnes veteres libri, perſuadeor eſſe apoſiopeſin ſatis opportunam, nec Livio indecoram. Sic enim & lib. 1 cap. 16. *Romana pubes. etſi ſatis credebat patribus, qui proximi ſteterant, ſublimem raptum procella.* Ubi pari ſane modo ſubaudiendum, nunciantibus, affirmantibus, aut ſimile quid. Lib. 5 cap. 39. *nequemque veriti conſedere, exploratoribus miſſis circa mœnia, quænam hoſtibus in perdita re conſilia eſſent.* Omnino hic etiam reticetur, ſciſcitatum, quæſitum, &c. aut ſimile quid. Quæ quidem omnia mirifice probant ſententiam patris ad lib. 4 cap. 45, in his verbis: *Legati ab Tuſculo venerunt Lavicanos arma cepiſſe*, ejectis τοῖς *Nunciabant legati.* Jac. Gron.

2 *Coſſum ſpoliorum ſuorum, Cæſaremque ipſius templi auct. ſ. t.*] Probo magis antiquam lectionem: *Coſſo ſpoliorum ſuorum Cæſarem ipſius templi auctorem ſubtrahere teſtem.* Nam quæ dixi omnia Cæſaris teſtimonio nituntur. *Sigonius.*

3 *Qui ſi ea in re ſit error*] Lege: *quis ea in re ſit error.* Vel τὸ *ſi* intellige pro *an* poſitum. *J. F. Gron.*

4 *Septimo poſt demum anno*] *Nono* legendum, habita diligenti annorum omnium ratione: error ex notis manavit, IX & VII. *Sigonius.*

5 *T. Quintio Pœno*] *Quinctiorum* cognomen eſt *Pennus*, non *Pœnus*: ſi antiquis & librorum, & lapidum monumentis credimus. *Idem.*

6 *Nam etiam illud*] Vet. lib. *Nam & illud.* Idem.

7 *Circa A. Cornelium Conſulem fuit*] Nec pejus *fecit*. J. F. Gron.

1 Ja-

tis, [1] Jovem prope ipſum, cui vota erant, Romulumque intuens, haud ſpernendos falſi tituli teſtes, ſeſe A.
21 Cornelium Coſſum conſulem ſcripſerit. M. Cornelio Maluginenſe, L. Papirio Craſſo conſulibus, exercitus in agrum Veientem ac Faliſcum ducti: prædæ abactæ hominum pecorumque: hoſtis in agris nuſquam inventus, neque pugnandi copia facta. urbes tamen non oppugnatæ: quia peſtilentia populum invaſit. Et ſeditiones domi quæſitæ ſunt, nec motæ tamen, ab Sp. Mælio tribuno plebis, qui favore nominis moturum ſe aliquid ratus & Minucio diem dixerat: & rogationem de publicandis bonis Servilii Ahalæ tulerat: falſis criminibus à Minucio circumventum Mælium arguens, Servilio cædem civis indemnati objiciens: quæ vaniora ad populum ipſo auctore fuere. Cæterum magis vis morbi ingraveſcens curæ erat, terroreſque ac prodigia: maxime quod crebris motibus terræ ruere in agris nunciabantur tecta. Obſecratio itaque à populo duumviris præeuntibus eſt facta. Peſtilentior inde annus C. Julio iterum, & L. Virginio conſulibus, [2] tantum metum vaſtitatis in urbe agriſque fecit, ut non modo prædandi cauſſa quiſquam ex agro Romano non exiret, bellive inferendi memoria Patribus aut plebi eſſet; ſed ultro Fidenates, qui ſe primo aut oppido, aut montibus, aut muris tenuerant, populabundi deſcenderent in agrum Romanum. deinde Veientium exercitu accito (nam Faliſci perpelli ad inſtaurandum bellum, neque clade Romanorum, neque ſociorum precibus potuere) duo populi tranſiere Anienem; atque haud procul Collina porta ſigna habuere. Trepidatum itaque non in agris magis, quam in urbe eſt. Julius conſul in aggere muriſque expli-

1 *Jovem prope, &c. Romulumque intuens, haud ſpernendos falſi tituli teſtes*] Ad locum illum, ubi Polybius *non contemnendus* dicitur. itaque hæc *μείωσις* mirifice *αὐξητική*. *Tanaq. Faber.*

2 *Tantum metum vaſtitatis*] Iſtud *metum* expungi debet. *Idem.*

1 *Dicta-*

explicat copias. à Virginio ſenatus in æde Quirini conſulitur. [1] Dictatorem dici A. Servilium placet: [2] cui Priſco alii, alii Structo fuiſſe cognomen tradunt. Virginius dum collegam conſuleret, moratus; permittente eo, nocte dictatorem dixit. is ſibi magiſtrum equitum [3] Poſtumum Æbutium Eluam dicit. Dictator omnes luce 22
prima extra portam Collinam adeſſe jubet. quibuſcunque vires ſuppetebant ad arma ferenda, præſto fuere: ſigna ex ærario prompta feruntur ad dictatorem. Quæ quum agerentur, hoſtes in loca altiora conceſſere. eo dictator agmine infeſto ſubit: nec procul Numento ſignis collatis fudit Etruſcas legiones. compulit inde in urbem Fidenas, valloque circumdedit. Sed neque ſcalis capi poterat urbs alta, & munita: neque in obſidione vis ulla erat: quia frumentum non neceſſitati modo ſatis, ſed copiæ quoque abunde ex ante convecto ſufficiebat. Ita expugnandi pariter cogendique ad deditionem ſpe amiſſa; dictator in locis, propter propinquitatem notis, ab averſa parte urbis maxime neglecta, quia ſuapte natura tutiſſima erat, agere in arcem cuniculum inſtituit. ipſe diverſiſſimis locis ſubeundo ad mœnia quadrifariam diviſo exercitu, qui alii aliis ſuccederent ad pugnam, continenti die ac nocte prœlio, ab ſenſu operis hoſtes avertebat: donec perfoſſo à caſtris monte, erecta in arcem via eſt, intentiſque Etruſcis ad vanas à certo periculo minas, clamor ſupra caput hoſtilis captam urbem oſtendit. Eo anno [4] C. Furius Pacilus, & M. Geganius Macerinus, [5] cenſores, villam publicam in cam-

1 *Dictatorem dici A. Servilium*] Hic in ſecunda dictatura, quam cepit anno CCCXXXV, & apud Livium, & in Capitolinis tabulis, *Q. Servilius* dicitur. *Sigonius.*

2 *Cuique Priſco*] Vet. lib. non habent *Que*. Idem.

3 *Poſthumium Ebutium*] *Poſtumum Æbutium*, ut ante., *Idem.*

4 *C. Furius Pacilius*] *Pacilus*, ut dixi. *Idem.*

5 *Cenſores villam publicam in campo Martio probaverunt*] Quærit Glareanus, quid ſit, *Probaverunt*, &, *Primum*, cum cenſus in campo Martio à Ser. Tullio rege primum ſit actus, non ab his cenſoribus. Reſpondeo, *Probaverunt*, ex vetere Romano more dictum eſſe,

Digitized by Google

campo Martio probaverunt: ibique primum cenſus populi eſt actus. 23 Eoſdem conſules inſequenti anno refectos, Julium tertium, Virginium iterum, apud Macrum Licinium invenio. Valerius Antias, & Q. Tubero, Marcum Manlium, & Q. Sulpicium conſules in eum annum edunt. cæterum in tam diſcrepanti editione, & Tubero & Macer libros linteos auctores profitentur: neuter tribunos militum eo anno fuiſſe, traditum à ſcriptoribus antiquis, diſſimulat. Licinio libros haud dubie ſequi linteos placet: [1] & Tubero incertus veri eſt. ſed inter cætera vetuſtate incomperta, hoc quoque in incerto poſitum. Trepidatum in Etruria eſt poſt Fidenas captas, non Veientibus ſolum exterritis metu ſimilis excidii, ſed etiam Faliſcis memoria initi primo cum iis belli: quamquam rebellantibus non affuerant. Igitur quum duæ civitates legatis [2] circa duodecim populos miſſis impetraſſent, ut ad Voltumnæ fanum indiceretur omni Etruriæ concilium; velut magno inde tumultu imminente, ſenatus Mamercum Æmilium dictatorem iterum dici juſſit. ab eo A. Poſtumius Tubertus magiſter equitum eſt dictus; [3] bellumque tanto majore quam proximo

eſſe, quomodo adhuc in antiquis lapidibus Romæ viſitur. L. FABRICIUS C. F. CUR. VIAR. FACIUNDUM COERAVIT. Q. LEPI. M. F. M. LOLIUS M. F. COS. PROBAVERUNT. Item, P. LENTULUS CN. F. SCIPIO. T. QUINTIUS CRISPINUS VALERIANUS COS. EX S. C. FACIUNDUM CURAVERE. IIDEMQUE COMPROBAVERE. Sin autem cenſus actus eſt alias in campo Martio, at non in villa publica, quæ hoc primum anno probata eſt. Qua de Re ſic Varro lib. 3 de re ruſt. *Villa publica ad remp. adminiſtrandam eſt utilis, ubi cohortes ad delectum conſuli adducta conſidant, ubi arma oſtendant, id eſt, ubi cenſores cenſu admittant populum.* Sigonius.

1 *Et Tubero incertus veri eſt. ſed inter*] *Licinio libros haud dubie ſequi linteos placet: Tubero incertus veri eſt. ſit inter cætera.* Muretus.

2 *Circa viginti duos populos*] Leg: *circa XII populos.* Ex Livio alibi, & mox. *Tan. Faber.*

3 *Bellumque tanto majore quam proximo*] Etſi nihil varient libri veteres, ſcribe *tanto majore, quam proxime conatu.* Mox infra: *majore tamen conatu, quam alias unquam.* Lib. 35, 21. *Tiberis infeſtiore, quam priore impetu, illatus urbi.* Scribe: *quam prius.* Paullo ante: *Sed inter cætera vetuſtate incomperta, hoc quoque in incerto poſitum.* Non inepte ſcribas: *ſit inter cætera.* Ut videatur hoc non interpoſito ſuo judicio ambiguum relinquere. *J. F. Gron.*

1 *Spem*

Digitized by

mo conatu apparatum eſt, quanto plus erat ab omni Etruria periculi, quam ab duobus populis fuerat. Ea 24
res aliquanto exſpectatione omnium tranquillior fuit. Itaque quum renunciatum à mercatoribus eſſet; negata Veientibus auxilia, juſſoſque ſuo conſilio bellum initum, ſuis viribus exequi, nec adverſarum rerum quærere ſocios, cum quibus [1] ſpem integram communicati non ſint; tum dictator, ne nequicquam creatus eſſet, materia quærendæ bello gloriæ adempta, in pace aliquid operis edere, quod monumentum eſſet dictaturæ, cupiens, cenſuram minuere parat: ſeu nimiam poteſtatem ratus; ſeu non tam magnitudine honoris, quam diuturnitate offenſus. Concione itaque advocata, *rempubl. foris gerendam*, ait, *tutaque omnia præſtanda*, *Deos immortales ſuſcepiſſe: ſe, quod intra muros agendum eſſet, libertati pop. Rom. conſulturum. maximam autem ejus cuſtodiam eſſe, ſi magna imperia diuturna non eſſent: & temporis modus imponeretur, quibus juris imponi non poſſet. Alios magiſtratus annuos eſſe*, [2] *quinquennalem cenſuram: grave eſſe iiſdem per tot annos magna parte vitæ obnoxios vivere. ſe legem laturum, ne plus quam annua ac ſemeſtris cenſura eſſet.* Conſenſu ingenti populi legem poſtero die pertulit. *Et ut reipſa*, inquit, *ſciatis Quirites, quam mihi diuturna non placeant imperia, dictatura*

1 *Spem integram communicati non ſint*] Utrum hæc loquutio, Livianis temporibus vel facilitati potius conveniat, judicium ſingulorum eſto. Interim levem corruptelam concipere poſſumus, pro, *communicati non ſtrint*, ut nos credimus à Livio fuiſſe ſcriptum. *Jac. Gron.*

2 *Quinquennalem cenſuram gravem eſſe*] Diſtingue & corrige: *Alios magiſtratus annuos eſſe, quinquennalem cenſuram: grave eſſe iiſdem magna parte vitæ obnoxios vivere.* Cicero famil. 16,21. *Deinde illud etiam mihi ſuccurrebat, grave eſſe me de judicio patru judicare.* Utinam tam facile liceret redintegrare, quod ſequitur: *Depoſito ſuo magiſtratu, modo aliorum magiſtratui impoſito, fine alteri, cum gratulatione ac favore ingenti populi domum eſt reductus.* Quid eſt, *fine alteri*? Delet libro ſuo auctore Sigonius, nec habet Campanus: plures tamen ſervant. An ex margine irrepſit, corruptum ex *fine aiet m. VI.*: quo ſignificabat ejus auctor modum aliorum magiſtratui, id eſt, cenſuræ impoſitum fine anni & menſium ſex. Lib. 9. *Qui quinquennalem ante cenſuram & longinquitate poteſtatem dominantem intra ſex menſium & anni coëgiſſet ſpatium.* An fuit *fine anni*: ut indicet Livius extremo anni hæc acta? Deleatur potius tanquam interpretatio ꝑ *modo aliorum*. J. F. Gron.

1 *Depo-*

tura me abdico. [1] Depoſito ſuo magiſtratu, modo aliorum magiſtratui impoſito, fine alteri; cum gratulatione ac favore ingenti populi domum eſt reductus. Cenſores ægre paſſi, Mamercum, quod magiſtratum populi Romani minuiſſet, tribu moverunt, [2] octuplicatoque cenſu ærarium fecerunt. quam rem ipſum ingenti animo tuliſſe ferunt: cauſſam potius ignominiæ intuentem, quam ignominiam: primores Patrum, [3] quamquam deminutum cenſuræ jus noluiſſent, exemplo acerbitatis cenſoriæ offenſos. quippe quum ſe quiſque diutius ac ſæpius ſubjectum cenſoribus fore cerneret, quam cenſuram geſturum. Populi certe tanta indignatio coorta dicitur, ut vis à cenſoribus nullius auctoritate præterquam ipſius
25 Mamerci, deterreri quiverit. Tribuni plebis aſſiduis concionibus prohibendo conſularia comitia, quum res prope ad interregnum perducta eſſet, evicere tandem, ut tribuni militum conſulari poteſtate crearentur: victoriæ præmium quod petebatur, ut plebeius crearetur, nullum fuit. omnes patricii creati ſunt, M. Fabius Vibulanus, [4] M. Foſſius, L. Sergius Fidenas. Peſtilentia

eo

1 *Depoſito ſuo magiſtratu --- fine alteri*] Voces duæ, *fine alteri*, non ſunt in veterib. multis libris, nec videntur neceſſariæ. neque enim quis ille ſit magiſtratus, apparet. Siquidem depoſuit dictaturam, cenſuræ modum impoſuit. Niſi magiſterium equitum intelligere velimus. at in *ſuo*, id eſt, in Dictatura includitur. *Sigonius.*

2 *Octuplicatoque cenſu*] Hæc explicamus lib. 4 de Pec. vet. cap. 1. *J. F. Gron.*

3 *Quamquam deminutum cenſuræ jus voluiſſent*] Florebellus, de quo dixi, Epiſcopus, eodem ingenio uſus, legit *noluiſſent*, hoc ſenſu: Mamercus, qui dictator cenſuram ex quinquennio annuam & ſemeſtrem fecerat, ærarius factus à proximis cenſoribus, ingenti animo tulit eam rem; cauſam potius ignominiæ reſpiciens, quam ipſam ignominiam. Patres, quamquam Mamerco inimici erant, quod noluiſſent cenſuræ jus ab eo imminutum; quia facta annua & ſemeſtri cenſura, ſæpius ſe quiſque cenſoribus ſubjectum fore videbat, quam cenſuram geſturum; tamen exemplo acerbitatis cenſoriæ offenſi ſunt, id eſt, quod Mamercus ea de cauſa ærarius à Cenſoribus factus ſit. *Sigonius.*

Deminutum cenſuræ jus voluiſſent] Scribe cum Voſſiano, Rottend. Campano & Aldo *noluiſſent*. Sentit enim, non placuiſſe quidem Patribus, cenſuræ jus à Mamerco contractum eſſe, eoque paullulum ſupplicii meritum illos credidiſſe, ſed tamen acerbitate tanta cenſorum offenſos, quod exemplum quiſque vereretur. *J. F. Gron.*

4 *M. Folius*] Capitolini lapides, *M. Foſtius*

Digitized by Google

eo anno aliarum rerum otium præbuit. ædes Apollini pro valetudine populi vota eſt. multa duumviri ex libris placandæ Deum iræ, avertendæque à populo peſtis cauſſa, fecere: [1] magna tamen clades in urbe agriſque promiſcue hominum pecorumque pernicie accepta famem cultoribus agrorum timentes in Etruriam, Pomtinumque agrum, & Cumas, poſtremo in Siciliam quoque frumenti cauſſa miſere. Conſularium comitiorum nulla mentio habita eſt. Tribuni militum conſulari poteſtate omnes patricii creati ſunt, L. Pinarius Mamercinus, L. Furius Medullinus, Sp. Poſtumius Albus. Eo anno vis morbi levata, neque à penuria frumenti, quia ante proviſum erat, periculum fuit. Conſilia ad movenda bella in Volſcorum Æquorumque conciliis, & in Etruria ad fanum Voltumnæ agitata. Ibi prolatæ in annum res: decretoque cautum, ne quod ante concilium fieret; nequicquam Veiente populo querente, eandem, qua Fidenæ deletæ ſint, imminere Veiis fortunam. Interim Romæ principes plebis jam diu nequicquam imminentes ſpei majoris honoris, [2] dum foris otium eſſet, cœtus indicere in domos tribunorum plebi. ibi ſecreta conſilia agitare: queri, *ſe à plebe adeo ſpretos, ut quum per tot annos tribuni militum conſulari poteſtate creentur, nulli unquam plebeio ad eum honorem aditus fuerit. multum providiſſe ſuos majores, qui caverint, ne cui patricio plebeii magiſtratus pate-*

M. Foſlius habent. Quorum auctoritas ſumma mihi ſemper viſa eſt. *Sigonius.*

1 *Magna tamen clades*] Scopæ diſſolutæ, ni ſic refingas: *Magna tamen clade in urbe agriſque, promiſcua hominum pecorumque pernicie, accepta; famem cultoribus agrorum timentes.* Sed & de poſtremis his merito dubites. Cur enim his potius, quam toti urbi? nam ſi horum ſterilis proventus, neceſſario ſequitur & omnium, qui ab illis emunt, inopia. Videtur potius id voluiſſe, quod ait lib. 2. *Caritas primum annonæ ex incultu per ſeceſſionem plebis agris, fames deinde, qualis clauſis ſolet.* Et quod omnino ſimile eſt, hoc ipſo libro cap. 52. *Defuncta civitate plurimorum morbis, perpaucis funeribus, peſtilentem annum inopia frugum, neglecto cultu agrorum, ut plerumque fit, excepit.* Forte ſcribendum: *famem incultu agrorum timentes.* J. F. Gron.

2 *Dum foris otium eſſet*] *Dum foris otium eſt*: aut, *cum foris otium eſſet*. Idem.

paterent : [1] *aut patricios habendos fuiſſe tribunos plebei. adeo ſe ſuis etiam ſordere ;* [2] *nec à plebe minus , quam à Patribus contemni.* Alii purgare plebem, culpam in Patres vertere, *eorum ambitione artibuſque fieri, ut obſeptum plebi ſit ad honorem iter. ſi plebi reſpirare ab eorum miſtis precibus miniſque liceat, memorem eam ſuorum inituram ſuffragia eſſe, & parto auxilio imperium quoque aſcituram.* Placet tollendæ ambitionis cauſſa tribunos legem promulgare, [3] ne cui album in veſtimentum addere, petitionis cauſſa liceret. Parva nunc res, & vix ſerio agenda videri poſſit, quæ tunc ingenti certamine Patres ac plebem accendit. Vicere tamen tribuni, ut legem perferrent: apparebatque irritatis animis plebem ad ſuos ſtudia inclinaturam. quæ ne libera eſſent, ſenatuſconſultum factum eſt, ut conſularia
26 comitia haberentur. Tumultus cauſſa fuit, quem ab Æquis & Volſcis, Latini atque Hernici nunciarant. T. Quintius Lucii filius, Cincinnatus (eidem & Penno cognomen additur) & [4] C. Julius Mento, conſules facti: nec ultra terror belli eſt dilatus. Lege ſacrata, quæ maxima apud eos vis cogendæ militiæ erat, delectu habito, utrimque validi exercitus profecti in Algidum convenere.

1 *Aut patricios h. f. t. plebis*] Vet. lib. *alioquin patricios habendos fuiſſe tribunos plebi.* Quod placet. *Sigonius.*

2 *Nec à plebe minus quam*] In Rottendorfiano invenio: *nec ad plebem minus quam à Patribus contemni.* Quod valde blanditur. *J. F. Gron.*

3 *Ne cui album inveſtimentum*] Quicquid dicant Gifanius & Hotmannus, nugæ. illud *inveſtimentum*, & diſpeſcenda vox, ut Lipſius voluit, & olim edidit Andreas. *Album addere in veſtimentum* eſt togam creta candidiorem reddere, ut ſolebant petitores: unde *cretata ambitio. Album* ſic Ovidio lib. 3 Met. *Et nigram medio frontem diſtinctus ab albo.* Feſtus: *Inſignes appellantur boves, qui in femine & in pede album habent.* Altera phraſis frequens Plinio: Lib. 23, 1. *Qua de cauſa in ſaccos vinarios additur polenta.* Cap. 7. *Additur in malagmata ad diſcutiendas collectiones.* Cap. 9. *Additur in malagmata nervorum & podagras.* L. 9 ad l. Corneliam de falſis: *Lege Cornelia cavetur & qui in aurum vitii quid addiderit, quique argenteos nummos adulterinos flaverit, falſi crimine teneri.* Ita lego: non *ut qui.* Vide ad Senecæ Thyeſten verſu 994. Perperam Scaliger ad Feſtum: *clavum in veſtimentum addere.* Idem.

4 *Cn. Julius Mento*] Diod. Γάϊον Ἰούλιον vocat. Itemque in quibuſdam vet. lib. *C. Julius*, quod probo. Nam *Cnæi* prænomen numquam alias in *Julia* gente reperi, *Caii* vero ſæpiſſime. *Sigonius.*

nere. ibique ſeorſum Æqui, ſeorſum Volſci, caſtra communivere, intentiorque quam unquam ante, muniendi exercendique militem cura ducibus erat. eo plus nuncii terroris Romam attulere. Senatui dictatorem dici placuit: quia etſi ſæpe victi populi, majore tamen conatu quam alias unquam [1] rebellarent: & aliquantum Romanæ juventutis morbo abſumptum erat. ante omnia [2] pravitas conſulum diſcordiaque inter ipſos, & certamina

1 *Rebellarent*] Vet. lib. *Rebellarant.* Sigonius.

2 *Pravitas coſſ. diſc. que int. ipſ.*] Longe ſecus, & melius veteres libri: *Ante omnia privata conſulum diſcordia, quæ inter ipſos erat.* Idem.

Privata coſſ. diſcordia, quæ inter ipſos erat] Faveo gloriæ Caroli Sigonii, ut quiſquam popularium ejus, & amplius: doctiſſimum virum & de antiquitate literiſque optime meritum fuiſſe non modo fateor, ſed ultro prædico. Sed ſiquidem Livium ſalvum volo, ut velle ſanequam præ me fero, quin ſæpe ſcholia ejus caſtigem, defugere non poſſum: hæc invidia mihi ſuſtinenda eſt ingratiis. Vel hic quam lectionem longe ſecus & melius olim vulgata, *ante omnia pravitas conſulum diſcordiaque inter ipſos*, habere pronuntiat, qui poſſim non longe deteriorem exiſtimare? Quis credet ab Livio profectum, *conſulum diſcordia, quæ inter ipſos erat?* Mihi quidem hic ſermo Neronianas poſſe refrigerare thermas videtur, & fabrorum prandia betas juxta fatuas non eſſe. Hoc naris emunctæ Gruterum non fugit: ideoque has voces, *quæ inter ipſos erat*, tinnire aliquid minime Livianum cenſet. Tendendum ulterius, & totum illud quod mutavit Sigonius, reſtituendum eſt. Hoc ipſo libro de M. Poſtumio Regillenſi, *prava mentis homini, quod tamen victoria magis quam bellum oſtendit.* Quare autem *prava*? Nimirum cum feliciter rem geſſiſſet, *ab hoſtibus*, inquit Livius, *in cives certamen vertit.* Ergo invidia, malignitas, amor litium & pertinacia in certando maxime eſt *pravitas*, Julius Scaliger, *Pravus*, inquit, eſt vox militaris, inventa ab exprobratione lenitatis, quam in milite deteſtabantur: interpoſita Æolica litera πρᾶος *pravus*: exercit. 300. Placetque Becmanno, cum priſca ætas omnia in fortitudine ſita eſſe putaverit, eamque ſolam duxerit virtutem. Sed fruſtra origo vocis quæritur, ſi ratio non habeatur primæ & propriæ ſignificationis. *Pravus* proprie ſignat vitium corporis, quodque in eo eſt perverſum, male diſtortum. Horatius ad Piſones; *pravo vivere naſo ſpectandum.* Lib. 1 Sat. 3. *Illum Balbutit ſcaurum pravis fultum male talis.* Lib. 1 epiſt. *Prave ſectum ſtomacheris ob unguem.* Hinc Cicero 2 de Orat. *Tertium* (genus, quod riſum movet) *oris depravatio, non digna nobis.* Eodemque & tertio libro, *pravitas oris.* Lib. 5 de finib. *Si ſe.c.e tur diſtortione & depravatione quadam.* Lib. 2 de Divin. *Quin muti, cum ita nati eſſent, ut quædam contra naturam depravata haberent, reſtituerentur & corrigerentur.* Varro lib. 8 de L. L. *Qui puereis in geniculeis alligent ſerperaſtra, ut eorum depravata corrigant crura.* Cæſar lib. 4 Gall. *Quæ ſunt apud eos nata* (jumenta) *prava atque deformia.* Seneca lib. 1 de Ira: *Fœda viſu & horrenda facies depravantium ſe.* De conſtant. ſap. c. 4. *Puerorum, quibus metus incutit umbra & perſonarum deformitas & depravata facies.* Epiſt. 24. *Libidines adferunt pedum, manuum, articulorum omnium depravationes.* Epiſt. 101. *Depraves li-*

Digitized by Google

mina in conſiliis omnibus terrebant. Sunt qui male pugnatum ab his conſulibus in Algido auctores ſint, eamque cauſſam dictatoris creandi fuiſſe. Illud ſatis conſtat, ad alia diſcordes, in uno adverſus Patrum voluntatem conſenſiſſe, ne dicerent dictatorem: donec, quum alia aliis terribiliora afferrentur, nec in auctoritate ſenatus conſules eſſent, Q. Servilius Priſcus ſummis honoribus egregie uſus; *Vos*, inquit, *tribuni plebis, quoniam ad extrema ventum eſt*,

cet, dum monſtroſo & diſtorto temporis aliquid accedat. Tacitus lib. 4 hiſtor. *Elapſos in pravum artus.* Plinius lib. 11, 37. *Uni animalium homini depravantur oculi, unde cognomen Strabonum & Patorum.* Quod vitii notans Cicero in Roſcio Catuli deliciis lib. 1 de nat. Deor. *Hic pulchrior deo? at erat, ſicut hodie eſt, perverſiſſimis oculis.* Hinc & Lucretius lib. 4. *Pravas fœdaſque videmus Eſſe in deliciis.* Ab corpore ſcilicet. Habemus genuinam primamque vim vocabuli, qua eſt adverſum recto, bene apto ac locato, intra lineam ſuam & filum manenti. Unde igitur *pravus*? ψιλόν μοι ἢ ἔτυμον ἐρέω; *Pravus à* παραβάς. Æoles, ut & Attici, multis in vocabulis hoc ſibi juris ſumebant, ut mutarent τὸ A in τὸ O. ut πόλλω pro πάλλω, βόπς pro βάπς, ποῖς & ποῖρ pro παῖς dicebant, ſic & παραβὸς pro παραβάς. Una litera extrita quemadmodum βαλανεῖον gignit balneum, γάλανος pro βάλανος glans, γάλως glos, ſic παραβὸς *pravos & pravus.* Sic quod tranſgreditur lineas filumque corporis, extortumque eſt, (Galli vocant *diſloqué*, ut Itali *ſlocuta*, Polluci ἐκχωρῆσαι ἄρθρον,) id *pravum* & *depravatum.* A vitio corporis ad vitium animi tranſtulerunt, adeo frequentato uſu, ut propriam pœne ſignificationem exſtinxerit. Apparet tamen origo cum tranſlatione in illo Horatii lib. 2 Sat. 2. *Fruſtra vitium vitàveris illud, Si te alio pravum detorſeris.* Et Columellæ 3, 10. *Prave detorta & inveterata ruſticorum opinio.* Et Ciceronis 3 de Off. *Si in deformitate corporis habet aliquid offenſionis, quanta illa depravatio & fœditas turpificati animi debet videri?* Etiam *pravum recto* ſic paſſim videas componi. Nunc illud addendum, rei, de qua Livius agit, idem vocabulum à veteribus dicatum addictumque eſſe. Sic lib. 9. *Collega nunc temeritas, nunc pravitas impedimento aut damno fuit.* Lib. 10. *Plures abeunti Volumnio obſiſtere, atque obteſtari, ne pravo cum collega certamine rempublicam prodat* Tacit. 3 Ann. *Incuſato M. Lollio, quem auctorem C. Cæſari pravitatis & diſcordiarum arguebat.* Eodem libro M. Piſo ſero dolens ob æmulationem & odia cum Germanico exercita: *eo impenſius precor, ne mea pravitatis pœnas innoxius luat.* Sic educatorum Britannici, qui eum ad æmulandum Neronem incitare credebantur, apud eundem lib. 12 appellatur *pravitas tam infenſa docentium.* Denique idem alibi, *æmulatione prava.* Tam fœdum vitium ac male decens hominem, divinum animal & fine ſuo ab inſectatione generis ſui longiſſime remotum, putabant invidiam & malignitatem, ut inter tot corruptelas labeſque animi eam præcipue *pravitatis*, & *prava mentis* elogio invidam & malignam & τὸ φιλόνεικον infamarent. Sic & *obliquam invidiam* dixit Virgilius, & Horatius: *obliquo oculo mea commoda quiſquam Limat.* Quare maneat *privata* illa *diſcordia* Sigonio, Livio reſtituatur *pravitas conſulum diſcordiaque inter ipſos.* J. F. Gron.

eſt, ſenatus appellat, ut in tanto diſcrimine reipubl. dictatorem dicere conſules pro poteſtate veſtra cogatis. Qua voce audita, occaſionem oblatam rati tribuni augendæ poteſtatis, ſecedunt: proque collegio pronunciant, *placere conſules ſenatui dicto audientes eſſe: ſi adverſus conſenſum ampliſſimi ordinis ultra tendant, in vincula ſe duci eos juſſuros.* Conſules ab tribunis, quam ab ſenatu vinci maluerunt: proditum à Patribus ſummi imperii jus, datumque ſub jugum tribuniciæ poteſtati conſulatum, memorantes. [1] ſiquidem cogi aliquid pro poteſtate ab tribuno conſules, & (quo quid ulterius privato timendum foret?) in vincula etiam duci poſſent. Sors ut dictatorem diceret, (nam ne id quidem inter collegas convenerat) T. Quintio evenit. is A. Poſtumium Tubertum, ſocerum ſuum ſeveriſſimi imperii virum, dictatorem dixit: ab eo L. Julius magiſter equitum eſt dictus. Simul edicitur & juſtitium: [2] neque aliud tota urbe agi, quam bellum apparari: cognitio vacantium militiæ munere poſt bellum differtur. Ita dubii quoque inclinant ad nomina danda, & Hernicis Latiniſque milites
imperati. [3] utrimque enixe obeditum dictatori eſt. Hæc 27
omnia celeritate ingenti acta: relictoque [4] C. Julio conſule ad præſidium urbis, & L. Julio magiſtro equitum ad

1 *Siquidem cogi aliquid*] Vet. lib. *Cogi aliquando:* quod placet. *Sigonius.*

Siquidem cogi aliquid pro poteſtate] Quicquid eſt paullo exquiſitius, attentatur à Sigoniano. Igitur & hic oportuit fieri, *aliquando.* Sed iſtud meliorum. Sic Terentius Phorm. a. 5 ſc. 7. *Hoc qui cogam, reipſa repperi.* Plinius 25, 2. *Durat tamen tradita perſuaſio veneficiis & herbis id cogi.* Alter Plinius in Paneg. *Ereptumque Principi illud in Principatu beatiſſimum, quod nihil cogitur.* Gellius 12, 5. *Stoicus homo cogi aliquid poteſt.* J. F. Gron.

2 *Neque aliud tota urbe agi, quam bellum apparari*] Valde ſuſpectum mihi τὸ *agi*, quod in talibus adhibere non ſolet Livius. Et deeſt in uno Voſſ. inter verſus poſt à ſecunda manu interpoſitum. Lib. 2. *Et hoſtes quidem nihil aliud quam perfuſi vano timore Romanis citato agmine abeunt.* Lib. 9. *Quem mulierum ac ſpadonum agmen trahentem, &c. nihil aliud quam bene auſus vana contemnere incruentus devicit.* Lib. 34. *Per biduum nihil aliud quam ſteterunt parati ad pugnam.* Idem.

3 *Utrimque enixe obeditum dictatori eſt*] In Curione & Gryphio primis hoc reperio. MSS. & quicquid adeſt mihi ante illos editionum, *obnixe.* Terentii eſt in prima Andria: *Quem ego credo manibus pedibuſque obnixe omnia facturum.* Seneca epiſt. 95. *Interdum enim obnixe petimus id, quod recuſaremus, ſi quis offerret.* Idem.

4 *Cn. Julio*] *C. Julio,* ut dixi. *Sigon.*

ad ſubita belli miniſteria, ne qua res, qua eguiſſent in caſtris, moraretur; dictator, præeunte A. Cornelio pontifice maximo, ludos magnos tumultus cauſſa vovit: profectuſque ab urbe, diviſo cum Quintio conſule exercitu, ad hoſtes pervenit. Sicut bina caſtra hoſtium parvo inter ſe ſpatio diſtantia viderant, ipſi quoque mille ferme paſſus ab hoſte, dictator Tuſculo, conſul Lanuvio propiorem locum caſtris ceperunt. Ita quatuor exercitus totidem munimenta, planitiem in medio non parvis modo excurſionibus ad prœlia, ſed vel ad explicandas utrimque acies ſatis patentem habebant. nec ex quo caſtris caſtra collata ſunt, ceſſatum à levibus prœliis eſt: facile patiente dictatore, conferendo vires ſpem univerſæ victoriæ, tentato paullatim eventu certaminum, ſuos præcipere. Itaque hoſtes nulla in prœlio juſto relicta ſpe, noctu adorti caſtra conſulis, rem in caſum ancipitis eventus committunt. Clamor ſubito ortus, non conſulis modo vigiles, exercitum deinde omnem, ſed dictatorem quoque ex ſomno excivit. Ubi præſenti ope res egebant, conſul nec animo deficit, nec conſilio: pars militum portarum ſtationes firmant: pars corona vallum cingunt. In alteris apud dictatorem caſtris, quo minus tumultus eſt, eo plus animadvertitur quid opus facto ſit. [1] miſſo extemplo ad caſtra ſubſidio, cui Sp. Poſtumius Albus legatus præficitur, ipſe parte copiarum parvo circuitu, locum maxime ſecretum ab tumultu petit: unde ex nec opinato averſum hoſtem invadat. Q. Sulpicium legatum præficit caſtris; M. Fabio legato aſſignat equites. nec ante lucem movere jubet manum, inter nocturnos tumultus moderatu difficilem. Omnia, quæ vel alius imperator prudens & impiger in tali re præci-

1 *Miſſum extemplo ad caſtra*] Hic quoque diſſoluta hiat oratio, ſed minus animadvertendo errore, cujus MSS. nos admonent, referentes: *Miſſo extemplo ad caſtra ſubſidio, cui Sp. Poſtumius Albus legatus præficitur, ipſe parte copiarum*, &c. *J. F. Gron.*

2 *Inde*

præciperet ageretque, præcipit ordine atque agit. illud eximium conſilii animique ſpecimen, & neutiquam vulgatæ laudis, quod ultro ad oppugnanda caſtra hoſtium, unde majore agmine profectos exploratum fuerat, M. Geganium cum cohortibus delectis miſit. qui poſtquam intentos homines in eventum periculi alieni, pro ſe incautos neglectis vigiliis ſtationibuſque eſt adortus; prius penè cepit caſtra, quam oppugnari hoſtes ſatis ſcirent. [1] inde fumo, ut convenerat, datum ſignum, ubi conſpectum ab dictatore eſt, exclamat, capta hoſtium caſtra: nunciarique paſſim jubet. Et jam luceſcebat, omniaque 28
ſub oculis erant: & Fabius cum equitatu impetum dederat, & conſul eruptionem è caſtris in trepidos jam hoſtes fecerat. Dictator autem parte altera, ſubſidia & ſecundam aciem adortus, [2] circumagenti ſe ad diſſonos clamores ac ſubitos tumultus hoſti, undique objecerat victorem peditem equitemque. Circumventi igitur jam in medio ad unum omnes, pœnas rebellionis dediſſent, ni [3] Vectius Meſſius ex Volſcis nobilior vir factis quam genere, jam orbem volventes ſuos increpans clara voce, *Hic præbituri*, inquit, *vos telis hoſtium eſtis indefenſi, inulti? Quid igitur arma habetis? aut quid ultro bellum intuliſtis; in otio tumultuoſi, in bello ſegnes? Quid hic ſtantibus ſpei eſt?* *an*

1 *Inde fumo*] Neſcio an *flamma*. Eſt enim nocturnum ſignum; fumus diurnum. *Tan. Faber.*

2 *Circumagenti ſe ad diſſonos clamores & ſubitos tumultus hoſti*] Scriptor Borbet. omiſſum ab initio τὸ *circum*, ne tamen abeſſet, poſtea interjecit. Inde, *agentes*, &c. *ſubitos circumtumultus.* Itaque fruſtra laborat Rhenanus cum *ſatagenti* & *cogenti ſe*, & inepta voce *circumtumultus.* Lib. 26. *Abſcedi à Capua, terrerique & circumagi ad nutus comminationeſque Hannibalis.* Lib. 22. *Turbator ordines, vertente ſe quoque ad diſſonos clamores, inſtruit.* J. F. Gron.

3 *Vectius Meſſius*] Utrumque nomen vitium continere ſuſpicor, ſcribendumque *Vettius Metius*. Eſt autem *Metius* prænomen, ut in *Fuſetio*, & *Curtio*, & aliis. *Vettius* autem non *Vectius* ſcribendum, ut *Attius* non *Actius*. Cujus ſcripturæ extat Mutinæ in Monumento marmoreo pervetuſto inſigne teſtimonium ejuſmodi: P. VETTIO. P. FIL. CAM. SABINO. EQ. P. IIII VIR. AED. POT. ET MAG. MUN. RAVEN. CORNELIA MAXIMINA. MARITO INCOMPARABILI ET SIBI VIVA POSUIT. Item apud Appianum lib. 1. Οὐέτιος Κάτων. *Sigonius.*

 1 *Uni*

an Deum aliquem protecturum vos, rapturumque hinc putatis? Ferro via facienda eſt. Hac, qua me prægreſſum videritis, agite, qui viſuri domos, parentes, conjuges, liberos eſtis, ite mecum. Non murus, nec vallum, ſed armati armatis obſtant. virtute pares, neceſſitate, quæ ultimum ac maximum telum eſt, ſuperiores eſtis. Hæc locutum, exſequentemque dicta redintegrato clamore ſecuti, dant impreſſionem, qua Poſtumius Albus cohortes objecerat: & moverunt victorem, donec dictator pedem jam referentibus ſuis advenit. eoque omne prœlium verſum eſt. [1] Uni viro Meſſio fortuna hoſtium innititur, multa utrimque vulnera, multa paſſim cædes eſt. Jam ne duces quidem Romani incruenti pugnant. Unus [2] Poſtumius ictus ſaxo, perfracto capite acie exceſſit. non dictatorem humerus vulneratus, non Fabium prope affixum equo femur, non brachium abſciſſum conſulem ex tam ancipiti prœ-
29 lio ſubmovit. Meſſium impetus per ſtratos cæde hoſtes cum globo fortiſſimorum juvenum extulit ad caſtra Volſcorum, quæ nondum capta erant. eodem omnis acies inclinatur. Conſul effuſos uſque ad vallum perſecutus, ipſa caſtra vallumque aggreditur: eodem & dictator alia parte copias admovet. non ſegnior oppugnatio eſt, quam pugna fuerat. Conſulem ſignum quoque intra vallum injeciſſe ferunt, quo milites acrius ſubirent: repetendoque ſigno primam impreſſionem factam. [3] Et dicta-

1 *Uni viro Meſſio*] Lego, *uni Vectio Meſſio.* Tan. Faber.

Uni viro Meſſio] Τὸ *Meſſio* delet Freinshem. ad Florum 1, 13, 21 f. At ſic & Lucianus in Scytha: ὡς γὰρ ὑπέσχετο αὐτῷ ὁ Τόξαρις, ἐξ ἑνὸς ἀνδρὸς τοῦ Σόλωνος ἅπαντα ἔγνω ἐν ἀκαρεῖ, καὶ πᾶσιν ἦν γνώριμος. Vide 2, 43. *J. F. Gron.* Cicero 3 Orat. 34. *Thebanum Epaminondam, haud ſcio an ſummum virum unum omnis Græciæ.* Jac. Gron.

2 *Poſtumius ictus ſaxo, perfracto capite acie exceſſit*] Scripſerat Livius, *ictu ſaxi præfracto capite.* Tan. Faber.

3 *Et dictator perrupto vallo*] In primo hoc Curione invenio. Frobenius & Gryph. *prorupto.* Sed MSS. & veteres edd omnes, *proruto.* Sic lib. 9. *Succedunt hoſtium munimentis, & ſimul undique adorti, quum pars foſſas explerent, pars vellerent vallum atque in foſſas proruerent.* Rurſuſque eodem: *proruto vallo erupit acies.* Apud Tacitum 1 Annal. 68. *Proruunt foſſas, injiciunt crates, ſumma valli prenſant*: cenſeo aut legendum *obruunt foſſas*, aut iſtud hoc ſenſu accipiendum. Nam *proruere*, ἀντὶ τοῦ erumpere, ut in ſua emendatione Turne-

dictator proruto vallo, jam in caſtra prœlium intulerat. Tum abjici arma paſſim, ac dedi hoſtes cœpti. caſtriſque & his captis, hoſtes præter ſenatores, omnes venundati ſunt. Prædæ pars, ſua cognoſcentibus Latinis atque Hernicis reddita; partem ſub haſta dictator vendidit: præpoſitoque conſule caſtris, ipſe triumphans invectus urbem, dictatura ſe abdicavit. Egregiæ dictaturæ triſtem memoriam faciunt, qui filium ab A. Poſtumio, quod occaſione bene pugnandi captus, [1] injuſſu deceſſerit præſidio; victorem ſecuri percuſſum tradunt. [2] Nec libet credere: & licet, in variis opinionibus. & argumento eſt, quod imperia Manliana, non Poſtumiana appellata ſint: quum qui prior auctor tam ſævi exempli foret, occupaturus inſignem titulum crudelitatis fuerit. Imperioſo quoque Manlio cognomen inditum: Poſtumius nulla triſti nota eſt inſignitus. C. Julius conſul ædem Apollinis abſente collega ſine ſorte dedicavit: ægre id paſſus Quintius, quum dimiſſo exercitu in urbem rediſſet, nequicquam in ſenatu eſt conqueſtus. Inſigni magnis rebus anno additur, nihil tum ad rem Romanam pertinere viſum, quod [3] Carthaginienſes tanti hoſtes futuri, tum primum per ſeditiones Siculorum ad partis alterius auxilium in Siciliam exercitum trajecere. Agitatum in urbe ab tribunis plebis, ut tribuni militum conſulari poteſtate crearentur: nec obtineri

Turnebus accipit, quæro quis veterum dixerit? *J. F. Gron.*

1 *Injuſſu diſceſſerit præſidio*] Lege *deceſſerit*. Lib. 5. *Fuſtuarium meretur, qui ſigna relinquit, aut præſidio decedit.* Lib. 24. *Præſidio decedere apud Romanos capital eſſe.* Lib. 32, 35. *Arcem regium tenebat præſidium; neque ut decederet inde, &c. perpelli potuere.* Vulgo, *diſcederent.* MSS. fere *deſcenderent.* Id.

2 *Nec libet credere*] Diſtinguenda & legenda verba hæc aliter videntur; *Nec libet credere, nec licet in variis opinionibus.* id eſt, cum variæ hac ſuper re ſint opiniones, nec libet credere, neque etiam licet; ne quis ſcilicet injuſte traducatur, quod ſibi ut diligenti hiſtorico cavendum eſſe Livius haud obſcure indicat: hinc addit, quo minus credat, *argumento eſſe*, &c. *Gisb. Cuperus.*

3 *Carthaginienſes tum primum*] Nota, Carthaginienſes quando primum in Siciliam tranſierint. Vide Diodorum Siculum & Xenophontem. Sed tamen prius in Siciliam venerunt regnante Gelone. Teſtis Herodotus. *Hen. Valeſius.*

tineri potuit. Conſules fiunt L. Papirius Craſſus, L. Julius. Æquorum legati fœdus ab ſenatu cum petiſſent, & pro fœdere deditio oſtentaretur, inducias annorum octo impetraverunt. Volſcorum res, ſuper acceptam in Algido cladem, pertinaci certamine inter pacis bellique auctores, in jurgia & ſeditiones verſa. Undique otium fuit Romanis. Legem de mulctarum æſtimatione pergratam populo, quum ab tribunis parari conſules unius ex collegio proditione excepiſſent, ipſi præoccupaverunt ferre. Conſules L. Sergius Fidenas iterum, [1] Hoſtus Lucretius Tricipitinus. Nihil dignum dictu actum his conſulibus. Secuti eos conſules, A. Cornelius Coſſus, T. Quintius Pennus iterum. Veientes in agrum Romanum excurſiones fecerunt. Fama fuit, quoſdam ex Fidenatium juventute participes ejus populationis fuiſſe: cognitioque ejus rei L. Sergio & Q. Servilio, & Mamerco Æmilio permiſſa. Quidam Oſtiam relegati, quod, cur per eos dies à Fidenis abfuiſſent, parum conſtabat. colonorum additus numerus, agerque iis bello interemptorum aſſignatus. [2] Siccitate eo anno plurimum laboratum eſt: nec cœleſtes modo defuerunt aquæ, ſed terra quoque [3] ingenito humore egens, vix ad perennes ſuffecit amnes. defectus alibi aquarum circa torridos fontes rivoſque, ſtragem ſiti pecorum morientium dedit: ſcabie alia abſumpta. vulgarique contactu in homines morbi, & primo in agreſtes ingruerant, ſervitiaque. urbs deinde impletur. Nec corpora modo affecta tabo, ſed animos quoque multiplex religio, & pleraque externa, invaſit; [4] novos ritus ſacrificando, vaticinando inferen-

1 *Hoſtius Lucretius Tricipitinus*] *Hoſtius* huic prænomen eſt. Quare *Hoſtus* ſcribendum, quemadmodum etiam ante diximus. *Sigonius.*

2 *Siccitate laboratum*] Vet. lib. *Et ſiccitate.* Idem.

3 *Ingenito humore egens*] *Ingenuo.* Ovid. Lucret. *Tan. Faber.*

4 *Novos ritus ſacrificando, vaticinando infer. in dom.*] Vet. lib. *Novos ritus ſacrificandi vaticinando.* Hac de re ſic Livius lib. 39. *Quoties hoc patrum, majorumque ætate negotium eſt magiſtratibus datum, ut ſacra externa fieri vetarent? ſacrificulos, vateſque, foro, circo, urbe prohiberent? vaticinos libros conquirerent, combure-*

ferentibus in domos, quibus quæſtui ſunt capti ſuperſtitione animi: donec publicus jam pudor ad primores civitatis pervenit; cernentes in omnibus vicis ſacelliſque peregrina atque inſolita piacula pacis Deum expoſcendæ. Datum inde negotium ædilibus, ut animadverterent, ne qui, niſi Romani Dii, neu quo alio more quam patrio, colerentur. Iræ adverſus Veientes [1] in inſequentem annum, C. Servilium Ahalam, L. Papirium Mugilanum conſules dilatæ ſunt. Tunc quoque ne confeſtim bellum indiceretur, neve exercitus mitterentur, religio obſtitit. feciales prius mittendos ad res repetendas cenſuere. Cum Veientibus nuper acie dimicatum ad Nomentum & Fidenas fuerat. induciæque inde, non pax, facta: quarum & dies exierat, & ante diem rebellaverant. Miſſi tamen feciales: nec eorum quum more patrum jurati repeterent res, verba ſunt audita. Controverſia inde fuit, utrum populi juſſu indiceretur bellum, [2] an ſatis eſſet ſenatuſconſultum. Pervicere tribuni, denunciando impedituros ſe delectum, [3] ut conſules de bel-

comburerentque? omnem diſciplinam ſacrificandi præterquam more Romano abolerent? Sigonius.

1 *In ſequentem annum C. Servilio Ahala, L. Papirio Mugilano conſulibus*] Tres Pall. Rott. & Helm. *In inſequentem annum per Gaium Servilium Ahalam, L. Papirium Mugilanum conſules.* Alius MS. *Circa Gaium Servilium Ahalam, L. Papirium Mugilanum conſules.* Scribendum: *In inſequentem annum, C. Servilium Ahalam, L. Papirium Mugilanum conſules:* Ut Florentinus & Voſſianus, niſi quod *Gaium.* Nam *annum, conſules* dixit eleganti epexegeſi, quam appoſitionem vocant. Infra quoque cap. 43 MSS. & vett. edd. *pars major inſequentis anni.* J. F. Gron.

2 *An ſatis eſſet ſenatuſconſultum*] Placet, ut legatur, *ſenatuſconſulto*, ut eſt in antiquis quibuſdam libris. *Sigonius.*

An ſatis eſſet ſenatuſconſultum] Nihilo pejus hoc quam Sigonianum, *ſenatuſconſulto.* Utrum comitia habenda eſſent, an ſufficeret ſenatus auctoritas. Lib. 6. *Ut ſemper vobis auxilium adverſus inimicos ſatis ſit.* Lib. 21. *Sempronius miſſus in Siciliam, ita in Africam tranſmiſſurus, ſi ad arcendum Italia Pœnum conſul alter ſatis eſſet.* Lib. 26. *Claſſem ſatis eſſe ad arcendum Italia regem.* J. F. Gron.

3 *Ut Quintius conſul de bello ad populum ferret*] *Quintius* habet mendum: non enim hoc anno conſul erat, ſed priore. In vet. certe libris multis abeſt. Quare non dubito quin legendum ſit, *Ut conſules de bello ad populum ferrent.* Sigonius.

Ut conſules de bello ad populum ferrent] MSS. & veteres editi magno conſenſu: *Ut Quintius conſul de bello ad populum ferret.* Audiendus tamen Sigonius, quia non hoc, ſed priore anno conſul fuit. In Voſſiano quum ſimiliter

bello ad populum ferrent. omnes centuriæ juſſere. In eo quoque plebs ſuperior fuit, quod tenuit, ne conſules in
31 proximum annum crearentur. Tribuni militum conſulari poteſtate quatuor creati ſunt, [1] T. Quintius Pennus ex conſulatu, C. Furius, M. Poſtumius, A. Cornelius Coſſus: ex iis Coſſus præfuit urbi. tres delectu habito profecti ſunt Veios, documentoque fuere, quam plurium imperium bello inutile eſſet. tendendo ad ſua quiſque conſilia, quum aliud alii videretur, aperuerunt ad occaſionem locum hoſti. incertam namque aciem, ſignum aliis dari receptui, aliis cani jubentibus, invaſere opportune Veientes: caſtra propinqua turbatos, ac terga dantes accepere. plus itaque ignominiæ quam cladis eſt acceptum. Mœſta civitas, vinci inſueta, odiſſe tribunos, poſcere dictatorem: in eo verti ſpes civitatis. & quum ibi quoque [2] religio obſtaret, ne non poſſet niſi ab conſule dici dictator, augures conſulti, eam religionem exemere. A. Cornelius dictatorem Mamercum Æmilium dixit: & ipſe ab eo magiſter equitum eſt dictus. adeo ſimul fortuna civitatis virtute vera [3] eguit, nihil

liter ſit, *ut Quintius*, ad marginem notatur *ni* pro *ut*. Et ſic haud dubie legendum: *denuntiando impedituros ſe delectum, ni conſules de bello ad populum ferrent*. J. F. Gron.

1 *T. Quintius Pennus ex conſulatu*] In quibuſdam libris aliena manu notatum eſt ſuper, *ex conſulatu ter conſul*, ſed temere. Jam enim non niſi bis conſul fuerat. Intelligendum autem anno poſtquam conſul fuit, factum eſſe tribunum militum conſulari poteſtate, habetque rationem ejus anni, quo Quintius petivit, non quo geſſit. *Sigonius.*

2 *Religio obſtaret, ne poſſet*] Vet. lib. *ne non poſſet*. Idem.

Religio obſtaret, ne non poſſet] Quod glaucoma obſtitit oculis Sigonii, ut *non* hic putaret adjiciendum? Deleatur immo. *Religio obſtat, ne poſſit dici dictator niſi ab conſule*, eſt, vetat religio dictatorem dici ab alio quam conſule. At *religio obſtat, ne quid non fiat*, eſt, religio cogit fieri. Foret itaque illud, cogit dici dictatorem præterquam à conſule. Neque enim ubique licet Latinis duplicare negationem, ut Græcis. Lib. 5. *Jus poſtulare barbari videbantur, ſed ne id, quod placebat, decernerent in tantæ nobilitatis viris, ambitio obſtabat*. Cur non & hic ponit, *Ne non decernerent*? J. F. Gron.

3 *Eguit: nihil cenſoria animadverſio effecit*] Legendum ut in manuſcriptis: *ut nihil cenſoria animadverſio effecerit*. Sigonius.

Nihil cenſoria animadverſio effecit, quo minus] Turpe mendum arbitror. lego *offecit*. id eſt, obſtitit, impedivit. lege modo. *Tan. Faber.*

Nihil cenſoria animadverſio effecit] Sic ſcripti

hil cenſoria animadverſio effecit, quo minus regimen rerum ex notata indigne domo peteretur. Veientes re ſecunda elati, miſſis circum Etruriæ populos legatis jactando tres duces Romanos ab ſe uno prœlio fuſos, quum tamen nullam publici conſilii ſocietatem moviſſent, voluntarios undique ad ſpem prædæ [1] adſciverunt. Uni Fidenatium populo rebellare placuit: [2] &, tanquam niſi ab ſcelere bellum ordiri nefas eſſet, ſicut legatorum antea, ita tum novorum colonorum cæde imbutis armis, Veientibus ſeſe conjungunt. Conſultare inde principes duorum populorum, Veios an Fidenas ſedem belli caperent. Fidenæ viſæ opportuniores. itaque trajecto Tiberi, Veientes Fidenas tranſtulerunt bellum. Romæ terror ingens erat. [3] accito exercitu ab Veiis, eoque ipſo ab re male geſta perculſo, caſtra locantur ante portam Collinam; & in muris armati diſpoſiti, & juſtitium in foro, tabernæque clauſæ, fiuntque omnia caſtris quam urbi ſimiliora. Tum trepidam civitatem præconibus per 32
vicos dimiſſis dictator ad concionem advocatam increpuit, *quod animos ex tam levibus fortunæ momentis ſuſpenſos gererent, ut parva jactura accepta, quæ ipſa non virtute hoſtium,*

ſcripti ſani, ſic veteres editiones, plane & expedite. Sigonius ſcabre nimis: *Ut nihil cenſoria animadverſio effecerit.* Videlicet τὸ *ſimul* valere idem quod *ſimulatque* non recordabatur. Nam eadem res eum errare compulit libro ſequente cap. 25. *Simul extrahi rem ex eo anno viderunt.* Ubi inculcat ex interpolato ſuo codice, *ſimul ut.* Eſt tamen alia macula hic in omnibus libris, quam huc uſque tranſiluimus. Scripſerat enim Livius: *Nihil cenſoria animadverſio offecit.* id eſt, obſtitit, impedimento fuit. Verbum frequens auctori. lib. 1. *Ni degeneratum in aliis huic quoque decori offeciſſet.* Hinc *offectus oculique venena maligni*, impedimenta faſcinorum dixit Gratius. Vide ad lib. 1. *J. F. Gron.*

1 *Adſciverunt*] Repone, *adſciverant*, ex vet. lib. *Sigonius.*

2 *Et tamquam*] Vet. lib. plerique habent, *Et qui tamquam.* Suſpicor igitur legendum, *Itaque tamquam*, ut ex *it* & *qui*, fiat *itaque*. Idem.

3 *Accito exercitu ab Veiis, hoſtib. poſitis ad Fidenas, eoque ipſo ab re male geſta perculſa caſtra*] Ex his verbis alia luxata ſunt. alia temere inculcata. Germana lectio in veterib. libris reperitur. *Accito exercitu ab Veiis, eoque ipſo ab re male geſta perculſo, caſtra locantur ante portam Collinam.* Neque vero verba illa, *Hoſtibus poſitis ad Fidenas* neceſſaria ſunt, cum præſertim dixerit: *Trajecto Tiberi Veientes Fidenas tranſtulerunt bellum.* Idem.

1 Veien-

ſtium, nec ignavia Romani exercitus, ſed diſcordia imperatorum accepta ſit, [1] *Veientem hoſtem ſexies victum pertimeſcant, Fidenaſque prope ſæpius captas quam oppugnatas. Eoſdem & Romanos & hoſtes eſſe, qui per tot ſæcula fuerint: eoſdem animos, eaſdem corporis vires; eadem arma gerere. ſe quoque eundem dictatorem Mamercum Æmilium eſſe, qui antea Veientium Fidenatiumque adjunctis Faliſcis ad Nomentum exercitus fuderit. & magiſtrum equitum A. Cornelium eundem in acie fore, qui priore bello tribunus militum Larte Tolumnio rege Veientium in conſpectu duorum exercituum occiſo, ſpolia opima Jovis Feretrii templo intulerit.* [2] *Proin memores, ſecum triumphos, ſecum ſpolia, ſecum victoriam eſſe; cum hoſtibus, ſcelus legatorum contra jus gentium interfectorum, cædem in pace Fidenatium colonorum, inducias ruptas, ſeptimam infelicem* [3] *defectionem, arma caperent. Simul caſtra caſtris conjunxiſſent, ſatis confidere, nec ſceleratiſſimis hoſtibus diuturnum ex ignominia exercitus Romani gaudium fore: & populum Romanum intellecturum, quanto melius de republica meriti ſint, qui ſe dictatorem tertium dixerint,* [4] *quam eos, qui, ob ereptum cenſuræ regnum, labem ſecundæ dictaturæ ſuæ impoſuerint.* Votis deinde nuncupatis profectus, mille & quingentos paſſus citra Fidenas caſtra locat: dextra montibus, læva Tiberi amne ſeptus. T. Quintium Pennum legatum occupare montes jubet, occultumque id jugum capere, quod ab tergo hoſtibus foret. Ipſe poſtero die, quum [5] Etruſci pleni

1 *Veientem hoſtem ſexies victum*] Quid ſi legatur *toties*, ut in pleriſque antiquis libris legitur, præſertim cum ſæpius, quam ſexies victi Veientes ſint? *Sigonius.*

2 *Proinde memores, ſecum triumphos*] Libri meliores: *Proin memores.* Ita ſæpe eorundem auctoritate *dein* pro *deinde* reſtituimus. *J. F. Gron.*

3 *Defectionem. Arma caperent: ſimul*] Ita perperam diſtinctus circumferebatur hic locus, quem nunc ex æquo adjuvare non deſtiti. *Jac. Gron.*

4 *Quam eos, qui*] Dele iſtud *eos.* ſin minus, ſolœciſmus fuerit *melius meriti ſint quam eos.* itaque lege, *quam qui ob.* Tan. Faber.

5 *Etruſci pleni animorum, ac priſtini diei m. o. q. pugna*] Lege vel repugnantibus omnibus teſtimoniis veteribus *ab priſtini*, ut ſit dictum: *pleni animorum ab priſtini diei occaſione meliore, quam pugna.* quomodo dictum eſt etiam: *exercitum perculſum ab male re geſta*, & *mæſtam civitatem ab male re geſta*, & ejuſmodi alia multa. *Sigonius.*

1 *Equo-*

pleni animorum ab priſtini diei meliore occaſione quam pugna in aciem proceſſiſſent, cunctatus parumper, dum ſpeculatores referrent, Quintium evaſiſſe in jugum propinquum arci Fidenarum, ſigna profert: peditumque aciem inſtructam pleno gradu in hoſtem inducit: magiſtro equitum præcipit, ne injuſſu pugnam incipiat: ſe, quum opus ſit, [1] equeſtri auxilio ſignum daturum. tum ut memor regiæ pugnæ, memor opimi doni, Romulique ac Jovis Feretrii, rem gereret. Legiones impetu ingenti confligunt. Romanus odio accenſus, impium Fidenatem, prædonem Veientem, ruptores induciarum, cruentos legatorum infanda cæde, reſperſos ſanguine colonorum ſuorum, perfidos ſocios, imbelles hoſtes compellans, factis ſimul dictiſque odium explet. Con- 33
cuſſerat primo ſtatim congreſſu hoſtem: quum repente patefactis Fidenarum portis, nova erumpit acies, [2] inaudita ante id tempus inuſitataque. ignibus armata ingens multitudo, facibuſque ardentibus tota collucens, velut fanatico inſtincta curſu in hoſtem ruit: formaque inſolitæ pugnæ Romanos parumper exterruit. Tum dictator magiſtro equitum, equitibuſque, tum ex montibus Quintio accito prœlium ciens, ipſe in ſiniſtrum cornu, [3] quod incendio ſimilius quam prœlio territum ceſſerat flammis accurrit: claraque voce, *Fumone victi*, inquit, *velut examen apum loco veſtro exacti, inermi cedetis hoſti?*

1 *Equeſtri auxilio*] Legendum *equeſtri vexillo.* nil verius arbitror. nam tunc temporis, & multo citerius, vexilla equitum erant res nota. *Tan. Faber.*

2 *Inaudita ante id tempus inuſitataque*] Voſſianæ membranæ: *inviſitataque.* Ut & lib. 5 cap. 18. *Gentem inviſitatam, novos accolas.* J. F. Gron.

3 *Quod incendio ſimilius, quam pr.*] *Similius* dictum videtur, pro *veriſimilius* Sigonius.

Quod incendio ſimilius quam prælio] Sigonio dictum videtur pro veriſimilius. Lipſius & Gruterus delent. MS. Pal. *melius.* Cogitabam: *incendio verius quam prælio.* Sic lib. 2. *Tumultus fuit verius quam bellum.* Lib. 3. *Tanta vis amentiæ verius quam amoris mentem turbaverat.* Sed videtur defendi poſſe vulgata, hoc ſenſu: quod cum magis inſtar incendii eſſet quam prœlii, & ignibus potius quam ſignis & armis fulgeret, ceſſerat nonnihil territum flammis. *J. F. Gron.*

hoſti? Non ferro extinguetis ignes? non faces has ipſas pro ſe quiſque, ſi igni non telis pugnandum eſt, ereptas ultro inferetis? Agite, nominis Romani ac virtutis patrum veſtraque memores, vertite incendium hoc in hoſtium urbem: & ſuis flammis delete Fidenas, quas veſtris beneficiis placare non potuiſtis. Legatorum hoc vos veſtrorum colonorumque ſanguis, vaſtatique fines monent. Ad imperium dictatoris mota cuncta acies: faces partim emiſſæ excipiuntur, partim vi eripiuntur. utraque acies armatur igni. Magiſter equitum & ipſe novat pugnam equeſtrem. frenos ut detrahant equis, imperat: & ipſe princeps calcaribus ſubditis evectus, [1] effreno equo in medios ignes infertur: & alii concitati equi libero curſu ferunt equitem in hoſtem. Pulvis elatus miſtuſque fumo, lucem ex oculis virorum equorumque aufert. ea quæ militem terruerat ſpecies, nihil terruit equos. ruinæ igitur ſimilem ſtragem eques [2] quacunque pervaſerat, dedit. Clamor deinde accidit novus, qui quum utramque mirabundam in ſe aciem vertiſſet, dictator exclamat, Quintium legatum & ſuos ab tergo hoſtem adortos: ipſe redintegrato clamore infert acrius ſigna. Quum duæ acies, duo diverſa prœlia, circumventos Etruſcos & à fronte & ab tergo urgerent, neque in caſtra retro, neque in montes, unde ſe novus hoſtis objecerat, iter fugæ eſſet, & equitem paſſim [3] liberi frenis diſpuliſſent equi, Veientium maxima pars Tiberim effuſi petunt. Fidenatium qui ſuperſunt, ad urbem Fidenas tendunt. [4] Infert pavidos fuga in mediam cædem: obtruncantur in

1 *Effreno eq.*] Vet. lib. *Effreni equo.* Sigonius.

2 *Quacumque pervaſerat*] Placet magis, *Pervaſit*, quod eſt in antiquis libris. *Idem.*

3 *Liberi frenis diſpuliſſent equi*] Loquitur non de hoſtium, ſed Romanorum vincentium equitatu, qui fugientibus ubique occurrebat. Scribe igitur: *diſtuliſſent.* Sic lib. 3. *Furium legatum longius extulit curſus.* Lib. 6. *Quod paſſim eos ſimul pavor terrorque diſtulerant.* Lib. 35. *Velut quos impotentes regendi equi invitos efferrent.* Velleius lib. 2. *Majorem partem claſſis adorta vis Africi laceravit ac diſtulit.* J. F. Gron.

4 *Infert pavidos f. in m. cædem, obtruncantur in ripis*] Neſcio quomodo placet magis priſca quorundam librorum lectio, *Reſidui pavidi fuga in mediam cædem obtruncantur in ripis*, & recte. nam inquit: *Veientium maxima pars*

in ripis: alios in aquam compulſos gurgites ferunt: etiam peritos nandi laſſitudo & vulnera & pavor degravant; pauci ex multis tranant. alterum agmen fertur per caſtra in urbem: eodem & Romanos ſequentes impetus rapit. Quintium maxime, & cum eo degreſſos modo de montibus, recentiſſimum ad laborem militem, quia ultimo prœlio advenerat. Hi poſtquam miſti hoſtibus 34
portam intravere, in muros evadunt: ſuiſque capti oppidi ſignum ex muro tollunt. Quod ubi dictator conſpexit, (jam enim & ipſe in deſerta hoſtium caſtra penetraverat) cupientem militem diſcurrere ad prædam, ſpe injecta majoris in urbe prædæ, ad portam ducit; receptuſque intra muros in arcem, quo ruere fugientium turbam videbat, pergit. Nec minor [1] cædes in urbe, quam in prœlio fuit, donec abjectis armis, nihil præter vitam petentes, dictatori deduntur. Urbs caſtraque diripiuntur. Poſtero die ſingulis captivis ab equite ad centurionem ſorte ductis, & quorum eximia virtus fuerat, binis; aliis ſub corona venundatis, exercitum victorem opulentumque præda triumphans dictator Romam reduxit; juſſoque magiſtro equitum abdicare ſe magiſtratu, ipſe deinde abdicat die ſextodecimo: reddito in pace imperio, quod in bello trepidiſque rebus acceperat. [2] Claſſibus quoque ad Fidenas pugnatum cum Veientibus,

pars Tiberim effuſi petunt, Fidenatium, qui ſuperſunt ad urbem Fidenas tendunt. Reliqui cum pavidi in mediam cædem fugerent, obtruncantur in ripis. Sigonius.

1 *Cædes in urbe quam in prælio fuit*] Quatuor ſupremas voces non norant duo meliores Pall. non Andreas, Tarv. Ven. Bechar. Aſc. Mog. Savet. Halec. Habet Aldus, & exſtant in Voſſiano ac Rottendorfiano. Non carent tamen ſuſpicione, quum nihil addant ſenſui, nec minus intelligatur, ſi ſolum legas: *Nec minor cædes in urbe, donec abjectis armis.* Continua enim utriuſque narratio eſt. *J. F. Gron.*

2 *Claſſib. pugnatum*] Vet. libri alii *Claſſi.* alii *Claſſe* habent. *Claſſi* autem pro *Claſſe* uſus eſt etiam Virg. lib. 8. *Advectum Æneam claſſi.* Priſc. lib. 7. *Sigonius.*

Claſſibus quoque ad Fidenas pugn.] *Claſſes* in numero plurativo, ut vocant, pro equitibus, ſeu equeſtribus copiis uſurpabant. Sic Virgilius 2 Æneidos: *Claſſibus hic locus.* Et in tertio: *ſcio me Danaum è claſſibus unum.* Et in ſeptimo: *Hortinæ claſſes.* Quæ res ſi Livio, dum ea transſcribebat, quæ de expugnatione & direptione Fidenarum à priſcis prodita ſcriptoribus fuerant,

bus, [1] quidam annales retulere: rem æque difficilem atque incredibilem; nec nunc lato ſatis ad hoc amne; & tum aliquanto, ut à veteribus accepimus, arctiore. niſi in trajectu forte fluminis prohibendo aliquarum navium concurſum in majus (ut fit) celebrantes, navalis victo-
35 riæ vanum titulum appetivere. Inſequens annus tribunos militares conſulari poteſtate habuit, [2] A. Sempronium Atratinum, L. Quintium Cincinnatum, L. Furium Medullinum, L. Horatium Barbatum. Veientibus annorum viginti induciæ datæ, & Æquis triennii, quum plurium annorum petiſſent. Et ab ſeditionibus urbanis otium fuit. Annum inſequentem neque bello foris, neque domi ſeditione inſignem, ludi bello voti celebrem & tribunorum militum apparatu, & finitimorum concurſu fecere. Tribuni conſulari poteſtate erant, [3] Ap. Claudius Craſſus, [4] Sp. Nautius Rutilus, [5] L. Sergius Fidenas, [6] Sextus Julius Iulus. ſpectaculum [7] comitate etiam hoſpitum, ad quod publico conſenſu vene-

rant, in mentem veniſſet, næ ille deſiiſſet mirari tantopere *claſſibus* ad Fidenas pugnatum. *Tan. Faber.*

1 *Quidam in annales retulere*] Ante Curionem & Gryphium in omnibus reperio meis: *quidam annales retulere.* Neque aliter ſcripti. Lib. 22. *Omnium prope annales Fabium dictatorem adverſus Hannibalem rem geſſiſſe tradunt.* Lib. 23. *Huic pugna equeſtri rem mirabilem adjiciunt quidam annales.* Plinius 34, 6. *Non omittendum, quod annotavere annales.* J. F. Gron.

2 *A. Sempronium Atratinum, L. Quint. Cincinnatum*] Utrique addendum, *iterum.* Nam Cincinnatus antea fuit trib. mil. conſ. pot. anno ab Urbe condita 317. Sempronius autem anno 311 inter primos tribunos mil. conſ. poteſtate. Cincinnatus item anno 335 tertium dicitur tribunus mil. conſ. pot. *Glareanus.*

3 *Cl. Craſſus*] Lege *Ap. Claudius Craſſus:* Neque enim Livius prætermittere ſolet prænomen in iis nominandis, quorum tunc primum mentionem faciat: deinde vero alio loco id ipſum afferre, ut infra, cum ait: *Ap. Claudium filium decemviri præfectum urbi relinquunt.* Sigonius.

4 *Sp. Nautius Rutilus*] Lege *Rutilus*, ex tabulis Capitolinis. *Idem.*

5 *T. Sergius*] Legendum eſt *L. Sergius.* Nam in priore tribunatu, & in tertio, quem cepit ann. CCCXXXVII, *L.* appellatur à Livio, itemque ab iis, qui Capitolinos tribunatus deſcripſerunt Accedit quod Diodorus etiam in hujus anni magiſtratibus exponendis *Λεύκιον Σέντιον* nominat, corrupte tamen pro *Σέργιον. Idem.*

6 *Sex. Julius Tullus*] Ex Capitolinis lapidibus, itemque ex Dionyſio, & Diodoro intelligi aperte poteſt, Juliorum cognomen eſſe *Julum*, non *Tullum.* Idem.

7 *Comitate etiam hoſpitum ad quod*] Solus hic editorum Rhenanus vigil. Elicit

venerant, advenis gratius fuit. Poſt ludos, conciones ſeditioſæ tribunorum plebi fuerunt, objurgantium multitudinem, *quod admiratione eorum quos odiſſet, ſtupens, in æterno ſeipſa teneret ſervitio: & non modo ad ſpem conſulatus in partem revocandam adſpirare non auderet, ſed ne in tribunis quidem militum creandis (quæ communia eſſent comitia Patrum ac plebis) aut ſui aut ſuorum meminiſſet. Deſineret ergo mirari, cur nemo de commodis plebis ageret: eo impendi laborem ac periculum, unde emolumentum atque honos ſperetur. Nihil non aggreſſuros homines, ſi magna conatis magna præmia proponantur. Ut quidem aliquis tribunus plebis ruat cæcus in certamina periculo ingenti, fructu nullo, ex quibus pro certo habeat, Patres, adverſus quos tenderet, bello inexpiabili ſe perſecuturos; apud plebem, pro qua dimicaverit, nihilo ſe honoratiorem fore, neque ſperandum neque poſtulandum eſſe. Magnos animos, magnis honoribus fieri.* [1] *neminem ſe plebeium contempturum, ubi contemni deſiſſent. Experiendam rem denique in uno aut altero eſſe, ſitne aliquis plebeius ferendo magno honori: an portento ſimile miráculoque ſit, fortem ac ſtrenuum virum aliquem exſiſtere ortum ex plebe. Summa vi expugnatum eſſe, ut tribuni militum conſulari poteſtate & ex plebe crearentur. Petiſſe viros domi militiæque ſpectatos: primis annis ſugillatos, repulſos, riſui Patribus fuiſſe: deſiſſe poſtremo præbere ad contumeliam os. Nec ſe videre cur non lex quoque abrogetur, qua id liceat quod nun-*

Elicit autem ex codice hic, ut queritur, lituris deformato: *hoſpitii, in quam conſilio publico conſenſerant.* Et in ſenſu quidem haud fallitur conjecturæ, ſed intrudere τὸ *conſilio* incivile eſt. Pudentius igitur: *Spectaculum comitate etiam hoſpitii, in quam publice conſenſerant, advenis gratius fuit.* Sic in contrarium in re triſti lib. 9. *Extemploque ſine ulla publica auctoritate conſenſum in omnem formam luctus eſt.* Lib. 26. *In hæc tanto animo conſenſum eſt, ut gratiæ ultro conſulibus agerentur.* Juſtinus lib. 13. *Tum equites in concordiam revocati, in Aridæum regem conſentiunt.* Lib. 40. *Omnes in Tigranem regem Armeniæ conſenſere.* Aſconius in Verrinam de præt. urb. *Ad ſummum Græcorum otium. Dixit hæc ſecundum illam ſententiam de Græcis habitam, quos otioſos & leves eſſe conſenſum eſt.* A. Gellius 5, 26 in definitione Syllogiſmi: *Conſenſis quibuſdam & conceſſis.* J. F. Gron.

1 *Neminem ſe plebeium contempturum, ubi contemni deſiſſent*] Ridicule, opinor. dein omnia confuſa. lego: *neminem plebeium contemptum iri, ubi ſe contemnere deſiſſent.* Vide omnino ſuperiora. Plane enim mentem noſtram firmant. *Tan. Faber.*

nunquam futurum ſit. minorem quippe ruborem fore in juris iniquitate, quam ſi per indignitatem ipſorum prætereantur.

36 Hujus generis orationes cum aſſenſu auditæ, incitavere quoſdam ad petendum tribunatum militum, alium alia de commodis plebis laturum ſe in magiſtratu profitentem. Agri publici dividendi, coloniarumque deducendarum oſtentatæ ſpes: & vectigali poſſeſſoribus agrorum impoſito, in ſtipendium militum erogandi æris. Captatum deinde tempus ab tribunis militum, quo per diſceſſum hominum ab urbe, quum Patres clandeſtina denunciatione revocati ad diem certam eſſent, ſenatuſconſultum fieret abſentibus tribunis plebis: ut quoniam Volſcos in Hernicorum agros prædatum exiſſe, fama eſſet, ad rem inſpiciendam tribuni militum proficiſcerentur, conſulariaque comitia haberentur. Profecti Appium Claudium, filium decemviri, præfectum urbis relinquunt; impigrum juvenem, & jam inde ab incunabulis imbutum odio tribunorum plebiſque. tribunis plebis nec cum abſentibus iis, qui ſenatuſconſultum fecerant, nec cum Appio tranſacta re, quod contenderent, fuit.

37 Creati conſules, C. Sempronius Atratinus, Q. Fabius Vibulanus. Peregrina res, ſed memoria digna traditur, eo anno facta: Vulturnum Etruſcorum urbem, quæ nunc Capua eſt, ab Samnitibus captam: Capuamque ab duce eorum Capye, vel (quod propius vero eſt) à campeſtri agro appellatam. Cepere autem, prius bello fatigatis Etruſcis, in ſocietatem urbis agrorumque accepti: deinde feſto die [1] graveis ſomno epuliſque incolas veteres novi coloni nocturna cæde adorti. [2] His rebus actis, con-

1 *Gravatos ſomno*] Vet. lib. *graves ſomno, epuliſque*. Sigonius.

2 *His rebus actis, conſules ii*] Quibus *rebus actis*? utrum præciſe, quas proxime narravit de Capua ab Samnitibus occupata, ut inter deſignationem conſulum & initum ab iis magiſtratum hæc intervenerint? an quas & antea ex totius anni negotiis retulit? Utrumque mihi frigidum ſchema videtur, & trigam illam verborum immiſſam ab illis, qui Livium melius connectere orationem ſuam docere voluerunt. *J. F. Gron.*

1 *Tam-*

Digitize

conſules ii, quos diximus, Idibus Decembribus magiſtratum occœpere. Jam non ſolum qui ad id miſſi erant, retulerant imminere Volſcum bellum; ſed legati quoque ab Latinis & Hernicis nunciabant, Non ante unquam Volſcos nec ducibus legendis, nec exercitui ſcribendo intentiores fuiſſe. Vulgo fremere, aut in perpetuum arma bellumque oblivioni danda, jugumque accipiendum: aut iis cum quibus de imperio certetur, nec virtute, nec patientia, nec diſciplina rei militaris cedendum eſſe. Haud vana attulere: ſed nec perinde Patres moti ſunt, & C. Sempronius, cui ea provincia ſorte evenit, [1] tanquam conſtantiſſima re, fortuna fretus, quod [2] victoris populi exercitum adverſum victos duxiſſet, omnia temere ac negligenter egit. adeo ut diſciplinæ Romanæ plus in Volſco exercitu, quam in Romano eſſet. Ergo fortuna, ut ſæpe alias, virtutem eſt ſecuta. Primo prœlio quod ab Sempronio incaute inconſulteque commiſſum eſt, non ſubſidiis firmata acie, non equite apte locato, concurſum eſt. [3] clamor indicium primum fuit, quo

1 *Tamquam conſtantiſſima rei fortuna fretus*] Quod alios feciſſe queritur Rhenanus, vereor ne fecerit ipſe, id eſt, locum hunc interpolarit. MSS. o. & editiones vett. *fortuna*. Repone igitur: *tanquam conſtantiſſima re, fortuna fretus*. Necdum perſuaſus ſum id verbum veteres cum dandi caſu junxiſſe. Quare & emendandum exiſtimo lib. 6, 13. *Multitudo hoſtium nulla re præterquam numero freta*. Ubi editur: *nulli rei*. Nec moror Modium, qui lib. 39, 51 novo plane, ut ipſe ait, modo profert: *Fidei regum nihil ſane fretus*. Nam noſtri omnes, ut vulgati, *confiſus*. Livius autem ipſe lib. 7. *Apparuitque occaſione magis quam virtute fretos veniſſe*. Lib. 8, 2. *Samnitium infida adverſus Romanos ſocietate freta*. Sic enim Sigonius è ſuo, nec diſſentiunt ulli noſtri. Lib. 10. *Pecuniæ deinde, qua multum poterant, freti*. Et alibi ſæpiſſime. *J. F. Gron.*

2 *Victoris populi exercitum adverſus victos duxiſſet*] Borb. Voſſ. Chiſl. ignorant τὸ *exercitum*. Helm. *Quod victoris populi adverſus victos dux eſſet*. Prorſus, ut conjecerat Rhenanus. Hoc igitur recipiendum. *Idem.*

3 *Clamor --- diſſonus --- incerto clamore prodidit pavorem anim.*] Suſpectum habeo hanc dicendi formam: *Clamor diſſonus incerto clamore prodidit pavorem*. Malimque legi, *incerto tenore*. ut ſupra, *Quinque conſulatus eodem tenore geſti*. Et lib. 8. *Fremitus æqualis, tenorque idem pugnæ*. Sigonius.

Clamor ſublatus diſſonus incerto clamore] Non poteſt non eſſe ſuſpectum: etſi nihil ſcripti juvent. Sigonius, *incerto tenore*. Lipſius, *incerto clangore*. Gruterus duo vocabula delet, ut & ante, *ſublatus*: ſed ille hac re nimius. Lipſianum ſi cui placeat, non repugno. Veniebat tamen in mentem: *incerto languore*. Non enim incommode *languidum*

exci-

quo res inclinatura eſſet. excitatior crebriorque ab hoſte ſublatus, ab Romanis diſſonus, impar, ſegnis, ſæpe iteratus, incerto clamore prodidit pavorem animorum. Eo ferocior illatus hoſtis, urgere ſcutis, micare gladiis: altera ex parte nutant circumſpectantibus galeæ, & incerti trepidant, applicantque ſe turbæ. Signa nunc reſiſtentia deſeruntur ab anteſignanis, nunc inter ſuos manipulos recipiuntur. nondum fuga certa, nondum victoria erat. tegi magis Romanus quam pugnare. Volſcus inferre ſigna, urgere aciem, plus cædis hoſtium videre, quam fugæ.
38 Jam omnibus locis ceditur, nequicquam Sempronio conſule objurgante atque hortante; nihil nec imperium, nec majeſtas valebat: dataque mox terga hoſtibus forent, ni Sex. Tempanius, decurio equitum, labente jam re, præſenti animo ſubveniſſet. qui quum magna voce exclamaſſet, ut equites, qui ſalvam rempublicam vellent eſſe, ex equis deſilirent; omnium turmarum equitibus, velut ad conſulis imperium motis, [1] *Niſi hæc*, inquit, *armata cohors ſiſtat impetum hoſtium, actum de imperio eſt. Sequimini pro vexillo cuſpidem meam. oſtendite Romanis Volſciſque neque equitibus vobis ullos equites, nec peditibus eſſe pedites pares.* Quum clamore comprobata adhortatio eſſet, vadit alte cuſpidem gerens. quacunque incedunt, vi viam faciunt: eo ſe inferunt objectis parmis, ubi ſuorum plurimum laborem vident. reſtituitur omnibus locis pugna, in quæ eos impetus tulit: nec dubium erat, quin ſi tam pauci ſimul obire omnia
39 poſſent, terga daturi hoſtes fuerint. Et quum jam parte nulla

excitato componitur. Lib. 10. *Segnis pugna clamore incerto atque impari cœpit.* Forte: *Diſſonus, impar, ſegnis, ſæpe iteratus, incertus, prodidit.* J. F. Gron.

Incerto clamore] An non inter tot divinationes & noſtræ aliquod fuerit? ea eſt, *tenore.* Tan. Faber. Ipſæ literæ videntur dictare, *incerto etiam ore.* Jac. Gron.

1 *Niſi hæc, inquit, armata*] Cur hæc magis quam aliæ, armatæ? Scribe cum Rabodo Hermanno Schelio, cujus morte nuper irreparabile damnum literæ fecerunt: *parmata cohors.* Sequitur enim: ut *parmatis, nova coborti hoſtium, locus detur.* J. F. Gron.

1 *Dat*

nulla ſuſtinerentur, [1] dat ſignum Volſcis imperator, ut parmatis, novæ cohorti hoſtium locus detur, donec impetu illati ab ſuis excludantur. Quod ubi eſt factum, intercluſi equites, nec perrumpere eadem, qua tranſierant, poſſe; ibi maxime confertis hoſtibus, qua viam fecerant: & conſul legioneſque Romanæ, [2] quum, quod tegumen modo omnis exercitus fuerat, nuſquam viderent; ne tot fortiſſimos viros intercluſos opprimeret hoſtis, tendunt in quemcunque caſum. Diverſi Volſci, hinc conſulem ac legiones ſuſtinere: altera fronte inſtare Tempanio atque equitibus. qui quum ſæpe conati nequiſſent perrumpere ad ſuos, tumulo quodam occupato, in orbem ſe tutabantur; nequaquam inulti. Nec pugnæ finis ante noctem fuit. conſul quoque nuſquam remiſſo certamine, dum quicquam ſuperfuit lucis, hoſtem tenuit. nox incertos diremit: tantuſque ab imprudentia eventus utraque caſtra tenuit pavor, ut relictis ſauciis, & magna parte impedimentorum, ambo pro victis exercitus ſe in montes proximos reciperent. Tumulus tamen circumſeſſus ultra mediam noctem eſt. [3] quum circumſedentibus nunciatum eſſet, caſtra deſerta eſſe, victos rati ſuos, & ipſi qua quemque in tenebris pavor tulit, fugerunt. Tempanius, metu inſidiarum, ſuos ad lucem tenuit. digreſſus deinde ipſe cum paucis ſpeculatum, quum ab ſauciis hoſtibus ſciſcitando comperiſſet caſtra Volſcorum deſerta eſſe, lætus ab tumulo ſuos devocat, & in caſtra Romana penetrat. ubi quum vaſta deſertaque omnia, atque eandem quam apud hoſtes fœditatem inveniſſet, priuſquam Volſcos cognitus error reduceret, quibus poterat ſauciis ductis ſecum, ignarus

1 *Dat ſignum Volſcis imperator*] An *Volſcus*? Sic Helm. & Voſſ. uterque, & Rottend. *J. F. Gron.*

2 *Cum quo tegumen modo*] Malim ut in vet. libris eſt: *Cum, quod tegumen modo*, &c. Sigonius.

3 *Quum circumſedentibus nunciatum*] A ſexaginta annis ſic editum reperio: cæterum & MSS. omnes & typis expreſſi uſque ad Gryphium & Curionem: *quo cum circumſedentibus*. J. F. Gron.

rus quam regionem conſul petiſſet, ad urbem proximis itineribus pergit.
40 Jam eo fama pugnæ adverſæ caſtrorumque deſertorum perlata erat: & ante omnia deplorati erant equites, non privato magis quam publico luctu. Fabiuſque conſul terrore urbi quoque injecto, ſtationem ante portas agebat: quum equites procul viſi, non ſine terrore ab dubiis, quinam eſſent; mox cogniti, tantam ex metu lætitiam fecere, ut clamor urbem pervaderet, gratulantium, ſalvos victoreſque rediſſe equites: & ex mœſtis paulo ante domibus, quæ conclamaverant ſuos, procurreretur in vias, pavidæque matres ac conjuges, oblitæ præ gaudio decoris, obviam agmini occurrerent; in ſuos quæque ſimul [1] corpore atque animo vix præ gaudio compotes effuſæ. Tribunis plebi, qui M. Poſtumio & T. Quintio diem dixerant, quod ad Veios eorum opera male pugnatum eſſet, occaſio viſa eſt per recens odium Sempronii conſulis renovandæ in eos invidiæ. Itaque, advocata concione, quum proditam Veiis rempublicam eſſe ab ducibus, proditum deinde, quia illis impune fuerit, in Volſcis ab conſule exercitum, traditos ad cædem fortiſſimos equites, deſerta fœde caſtra, vociferati eſſent; C. Julius unus ex tribunis Tempanium equitem vocari juſſit coramque eis, *Sexte Tempani*, inquit, *quæro de te, arbitreriſne C. Sempronium conſulem, aut in tempore pugnam iniſſe, aut firmaſſe ſubſidiis aciem, aut ullo boni conſulis functum officio? &, tune ipſe victis legionibus Romanis, tuo conſilio equitem ad pedes deduxeris, reſtitueriſque pugnam? excluſo deinde ab acie noſtra tibi atque equitibus, num aut conſul ipſe ſubvenerit, aut miſerit præſidium? poſtero denique die ecquid præſidii uſquam habueris? an tu cohorſque in caſtra veſtra virtute perruperitis? ecquem*

1 *Corpore atque animo vix præ gaudio compotes*] Rhenanus, *compote*. Fruſtra: intelligitur enim corpore & animo effuſos vix compotes ſui. Sed & tam *compos animo* quam *animi* bene dicitur. Attius Clytæmneſtra: *Cur me miſeram irrides magnis compotem & multis malis.* J. F. Gron.

1 Non

quem in caſtris conſulem, ecquem exercitum inveneritis? an deſerta caſtra, relictos ſaucios milites? Hæc pro virtute tua fideque, qua una hoc bello reſpubl. ſtetit; dicenda tibi ſunt hodie. Denique, ubi C. Sempronius, ubi legiones noſtræ ſint? deſertus ſis, an deſerueris conſulem exercitumque? victi denique ſimus, an vicerimus? Adverſus hæc Tempanii oratio incompta 41
fuiſſe dicitur: cæterum militariter gravis, non ſuis vana laudibus, non crimine alieno læta: *Quanta prudentia rei bellicæ in C. Sempronio eſſet,* [1] *non militis de imperatore æſtimationem eſſe, ſed populi Romani fuiſſe, quum eum comitiis conſulem legeret. Itaque ne ab ſe imperatoria conſilia, neu conſulares artes exquirerent,* [2] *quæ penſitanda quoque magnis animis atque ingeniis eſſent; ſed quod viderit, referre poſſe. Vidiſſe autem ſe prius quam ab acie intercluderetur, conſulem in prima acie pugnantem, adhortantem, inter ſigna Romana telaque hoſtium verſantem: poſtea ab conſpectu ſuorum ablatum. Ex ſtrepitu tamen & clamore ſenſiſſe uſque ad noctem extractum certamen: nec ad tumulum, quem ipſe tenuerat, præ multitudine hoſtium credere perrumpi potuiſſe. Exercitus ubi eſſet, ſe neſcire: arbitrari velut ipſe in re trepida loci præſidio ſe ſuoſque ſit tutatus, ſic conſulem ſervandi exercitus cauſſa loca tutiora caſtris cepiſſe.* [3] *Nec Volſcorum meliores res eſſe credere, quam populi*

Romani

1 *Non militis de imperatore æſtimationem*] Tres MSS. membranæ, *exiſtimationem.* Nam ea vox interdum ſignificat judicium, cenſionem, ſententiam. Cicero lib. 3 in Verrem: *In hoc genere facilior eſt exiſtimatio, quam reprehenſio: ideo quod eum, qui hoc facit, avarum poſſumus exiſtimare; crimen in eo conſtituere non tam facile poſſumus.* De provinciis: *quo minus ſæpe interpeller à nonnullis, aut tacitorum exiſtimatione reprehendar.* Seneca de Vita beata: *Exiſtimatione veſtra non meo nomine, ſed veſtro moveor: odiſſe aut laceſſere virtutem bonæ ſpei ejuratio eſt.* Suetonius in Tiberio: *Dictum ullum factumque ejus exiſtimatione læſiſſe.* Nec ſane commodum *æſtimare de aliquo,* ut *judicare* vel *exiſtimare.* Livius lib. 9. *De qua cauſa vos exiſtimare, quam me pro magiſtratu quicquam incompertum dicere melius eſt.* Cicero 1 de Legibus: *Niſi qui forte non ediderunt, de quibus exiſtimare non poſſumus.* J. F. Gron.

2 *Quæ penſitanda quoque magnis*] Ni fallor, ſententia poſtulat: *quæ penſitare quoque magni animi atque ingenii eſſet.* hoc eſt, cogitando aſſequi. *Idem.*

3 *Nec Volſcorum meliores res eſſe credere*] Non poteſt eſſe Livii. Primum inanis eſt abundantia in illis, *res fortuna:* dein *populi Romani fortuna,* eſt aliquid amplius auguſtiuſque, quam ut huc conveniat. Lege cum ſplendidiſſimo Schelio noſtro: *Nec Volſcorum meliores res eſſe credere quam populi Romani.*

Romani fortunam. noctemque omnia erroris mutui impleſſe. precantemque deinde, ne ſe feſſum labore ac vulneribus tenerent; cum ingenti laude non virtutis magis quam moderationis, dimiſſum. Quum hæc agerentur, jam conſul via Lavicana ad fanum Quietis erat. eo miſſa plauſtra jumentaque alia ab urbe, exercitum affectum prœlio ac via nocturna excepere. Paulo poſt in urbem eſt ingreſſus conſul, non ab ſe magis enixe amovens culpam, quam Tempanium meritis laudibus ferens. Mœſtæ civitati ab re male geſta, & iratæ ducibus, M. Poſtumius reus objectus, qui tribunus militum pro conſule ad Veios fuerat, decem millibus æris gravis damnatur. [1] T. Quintium collegam ejus, quia & in Volſcis conſul auſpicio dictatoris Poſtumii Tuberti & ad Fidenas legatus dictatoris alterius Mamerci Æmilii, res proſpere geſſerat, totam culpam ejus temporis in prædamnatum collegam transferentem, omnes tribus abſolverunt. profuiſſe ei Cincinnati patris memoria dicitur, venerabilis viri, & exactæ jam ætatis Capitolinus Quintius, ſuppliciter orans, ne ſe brevi reliquo vitæ ſpatio tam tri-

42 ſtem nuncium ferre ad Cincinnatum paterentur. Plebs tribunos plebis abſentes, [2] Sex. Tempanium, A. Sellium, L. Antiſtium, Sex. Pompilium, fecit. quos & pro centurio-

turio-

ni. Fortunam noctemque omnia erroris mutui impleſſe. J. F. Gron.

1 *T. Quintium collegam ejus*] Tres apud Veios tribuni male pugnarunt, M. Poſtumius, C. Furius, & T. Quintius. ait enim, *Documentoque fuere quam plurium imperium bello inutile eſſet.* Hic duobus dies dicta narratur. C. Furii nulla mentio. Id etiam mirum, quarto demum anno reos factos, cum triennio ante magiſtratu abiſſent. *Glarean.*

2 *Sex. Temp. A. Sell. & Antiſtium, & Spurilium fecit*] In duobus poſterioribus tribunis puto eſſe mendum, movet enim me nova nominandi ratio, quod *Tempanium*, de quo ante locutus eſt, prænomine ſuo afficiat, ignotos homines *Antiſtium*, & *Spurilium*, ſuo ſpoliet. Suſpicor autem prænomina horum latere in illis duabus vocibus, *Et*, *Et*. legendumque eſſe, *Sex. Tempanium*, *A. Sellium*, *Sex. Antiſtium*, *& Sex. Pompilium*: Nam *Sex. Pompilium* hoc anno cum *Antiſtio* tribunum poſt tradit Livius, cum inquit: *Petentibusque inter aliquot plebeios filio Antiſtii tribuni plebis, & fratre alterius tribuni Sex. Pompilii.* Noſtram porro conjecturam adjuvat etiam vetus lectio, quæ pro *Spurilio*, *Sex. Polium* habet. Errorem inde ortum puto, quod qui *Sex. Pompilium* ſcripturus erat, *S. Pompilium* ſcripſit: inde alius *Spurilium*. Sigonius.

1 *L. Pa-*

Digitized by Google

turionibus ſibi præfecerant Tempanio auctore equites. Senatus, quum odio Sempronii, conſulare nomen offenderet; tribunos militum conſulari poteſtate creari juſſit. creati ſunt L. Manlius Capitolinus, Q. Antonius Merenda, [1] L. Papirius Mugillanus. Principio ſtatim anni L. Hortenſius tribunus plebis C. Sempronio conſuli anni prioris diem dixit. quem quum quatuor collegæ inſpectante populo Romano orarent; ne imperatorem ſuum innoxium, in quo nihil præter fortunam reprehendi poſſet, vexaret; ægre Hortenſius pati, tentationem eam credens eſſe perſeverantiæ ſuæ; nec precibus tribunorum, quæ in ſpeciem modo jactentur, ſed auxilio confidere reum. itaque modo ad eum converſus, *Ubi illi patricii ſpiritus, ubi ſubnixus & fidens innocentiæ animus eſſet*, quærebat. *ſub tribunicia umbra conſularem virum delituiſſe.* modo ad collegas: *Vos autem ſi reum perago, quid acturi eſtis? an erepturi jus populo,* [2] *& everſuri tribuniciam poteſtatem?* Quum illi, & de Sempronio, & de omnibus ſummam populi Romani poteſtatem eſſe dicerent; nec ſe judicium populi tollere aut velle aut poſſe: ſed ſi preces ſuæ pro imperatore, qui ſibi parentis eſſet loco, non valuiſſent, ſe veſtem cum eo mutaturos: tum Hortenſius, *Non videbit*, inquit, *plebs Romana ſordidatos tribunos ſuos. C. Sempronium nihil moror, quando hoc eſt in imperio conſecutus, ut tam carus eſſet militibus.* Nec pietas quatuor tribunorum, quam Hortenſii tam placabile ad juſtas preces ingenium, pariter plebi Patribuſque gratior fuit. Non diutius fortuna Æquis indulſit, qui ambiguam victoriam Volſcorum pro ſua amplexi fuerant. Proximo anno

1 *L. Papirius Mugillanus*] Hic deeſt nomen quarti tribuni: is eſt *L. Servilius Structus*, quem Livius anno CCCXXXVIII iterum fuiſſe tradit: nec tamen apparet quo anno primum fuerit, niſi hoc anno fuiſſe dicamus, quo tres tantum videmus tribunos militum nominari, cum jam quatuor quotannis cœpiſſent fieri. Multos autem etiam alios in vulgatis libris deſiderari infra oſtendam. *Sigonius.*

2 *Et everſuri tribuniciam poteſtatem. plebi*] Vox ultima & inſolentem reddit orationem, & reperta nuſquam in excerptis noſtris. Rhenanus adlevit, nos abraſimus. *J. F. Gron.*

1 *Cn. Fa-*

43 anno [1] Numerio Fabio Vibulano, T. Quintio Capitolini filio Capitolino conſulibus, ductu Fabii, cui ſorte ea provincia evenerat, nihil dignum memoratu actum. quum trepidam tantum oſtendiſſent aciem Æqui, turpi fuga funduntur, haud magno conſulis decore. itaque triumphus negatur. Cæterum, ob Sempronianæ cladis levatam ignominiam, ut ovans urbem intraret, conceſſum eſt. Quemadmodum bellum minore quam timuerant, dimicatione erat perfectum, ſic in urbe ex tranquillo nec opinata moles diſcordiarum inter plebem ac Patres exorta eſt; cœpta ab duplicando quæſtorum numero. quam rem, [2] ut præter duos urbanos quæſtores, duo conſulibus ad miniſteria belli præſto eſſent; à conſulibus relatam, quum & Patres ſumma ope approbaſſent; conſulibus tribuni plebis certamen intulerunt, ut pars quæſtorum (nam ad id tempus patricii creati erant) ex plebe fieret. Adverſus quam actionem primò & conſules & Patres ſumma ope adniſi ſunt: concedendo deinde, ut quemadmodum tribunis conſulari poteſtate creandis uſi ſunt, adæque in quæſtoribus liberum eſſet arbitrium populi; quum parum proficerent, totam rem de augendo quæſtorum numero omittunt. Excipiunt omiſſam tribuni, aliæque ſubinde, inter quas & agrariæ legis, ſeditioſæ actiones exiſtunt: propter quos motus quum ſenatus conſules quam tribunos creari mallet, neque poſſet per interceſſiones tribunicias ſenatuſconſultum fieri; reſpublica à conſulibus ad interregnum, neque id ipſum

1 *Cn. Fabio Vibulano*] *Numerius*, quod prænomen litera N. notatur, erat *Fabiis* familiare, ut oſtendi in Prænominibus ex Feſti ſententia. Hic autem *Fabius Numerius* dictus eſt, auctoribus ſcriptoribus Capitolinis. Nota autem *Numerii*, N. ubique fere eſt per mendum in *Cn.* converſa. *Sigonius.*

2 *Ut præter duos urbanos quæſtores duo conſulibus*] MSS. & quicquid eſt mihi antiquitus preſſorum, Andr. Tarviſ. Ven. utraque, Bechar. Aſc. Mog. Junt. Frob. *rem præter duos urbanos quæſtores duo qui conſulibus.* Primus apud me alterum habet Cœlius Curio. Nec magni momenti res eſt: ſed tamen videntur dictare tot priores: *quam rem (præter duos urbanos quæſtores, duo ut conſulibus ad miniſteria belli præſto eſſent) à conſulibus relatam.* J. F. Gron.

1 *Cum*

ipſum (nam coire patricios tribuni prohibebant) ſine certamine ingenti, redit. [1] Quum pars major inſequentis anni per novos tribunos plebis, & aliquot interreges certaminibus extracta eſſet, modo prohibentibus tribunis patricios coire ad prodendum interregem, modo interregem interpellantibus, ne ſenatuſconſultum de comitiis conſularibus faceret; poſtremo L. Papirius Mugillanus proditus interrex, caſtigando nunc Patres, nunc tribunos plebis: *deſertam omiſſamque ab hominibus rempublicam Deorum providentia curaque exceptam* memorabat [2] *Veientibus induciis, & cunctatione Æquorum ſtare. Unde ſi quid increpet terroris, ſine patricio magiſtratu placere rempublicam opprimi. non exercitum, non ducem ſcribendo exercitui eſſe. an bello inteſtino bellum externum propulſaturos? Quæ ſi in unum conveniant, vix Deorum opibus quin obruatur Romana res, reſiſti poſſe. quin illi remittendo de ſumma quiſque juris,* [3] *mediis copularent concordiam: Patres patiendo tribunos militum*

1 *Cum pars major inſequentis anni per novos trib.*] Si major anni pars jam exacta erat, & veriſimile eſt non in aliquot menſes creatos ſequentes tribunos mil. ſed in integrum annum, ante quem credo non facile abiiſſe magiſtratu, certe hic annus nobis perditur. Quare mirari deſino, quod Veientibus datæ induciæ in annos xx, ut habes anno ab Urbe condita 330, res tamen ab eis repetantur anno 348. Neque enim veriſimile eſt anno 18 res repetitas, ſed ad finem anni decimi noni. Eſſent autem decem & octo duntaxat anni, ſi annum hoc in loco non numeraverimus: & Camilli ſupputatio ad finem libri quinti eandem opinionem juvat. & qui eo anno, quo Decemviri ſunt aboliti, creatos Coſs. putant L. Valerium & M. Horatium, hic annum invenient ad Camilli ſupputationem congruentem. *Glareanus.*

2 *Veientium induciis*] Hoc quoque ante Curionem non reperio in meis. Omnis eadem manus, quam modo invocavimus, *Veientibus induciis.* Id quod mutandum non fuit, neque enim durius ſonat quam infra, *Veiens bellum.* Lib. 5. *Edictum itaque eſt ad prædam Veientem, quibus videretur, in caſtra ad dictatorem proficiſcerentur.* J. F. Gron.

3 *Mediis copularent concordiam*] Andreas Romæ edidit: *remediis.* Campanus, Zan. Vercel. Bec. Aſc. Mog. Juntas, Savet. *mediis diu*: quod etiam de ſua conjectura mihi commendavit vir omni doctrina ornatus, quem nominabo, ubi ſequar. Et poſſum ego quoque illud probare, ſi Mercurius aut aliquis alius de machina deus interventu ſuo rem compoſuit. Sin nullum hic apparet ſingulare deorum miniſterium, verum dante Romanis, ut alias, bonam mentem Deo, ſuaſit interrex, ut utrimque aliquid concedendo, eo temperamento deciderent, quo concordia inveniretur; Patres non urgendo ut crearentur conſules; tribuni non inſtando ut novi quæſtores utique aliqui fierent de plebe; melius

ium pro conſulibus fieri: tribuni plebis non intercedendo, quo minus quatuor quæſtores promiſcue de plebe ac Patribus libero ſuf-
44 *fragio populi fierent.* Tribunicia primum comitia ſunt habita. creati tribuni conſulari poteſtate omnes patricii, L. Quintius Cincinnatus tertium, [1] L. Furius Medullinus iterum, M. Manlius, [2] A. Sempronius Atratinus. Hoc tribuno comitia quæſtorum habente, petentibuſque inter aliquot plebeios filio Antiſtii tribuni plebis, & fratre alterius tribuni plebis Sex. Pompilii, nec poteſtas,

nec

lius profecto *mediis*, quod ita plane & ſolum habent duo Pall. (tertius, *mediis copularent*) & inter editos in primo invenio Frobenio. Lib. 7. *nihil medium, aut imperium atque honorem, aut ubi reſtitaret, mortem, ni ſequeretur, denunciantes.* Lib. 8. *Jam Latio is ſtatus erat, ut neque bellum neque pacem pati poſſent. Mediis conſiliis ſtandum videbatur.* Lib. 9 Samnites ad ſenem Pontium: *Quid ſi media via conſilii caperetur.* Et iidem ſera pœnitentia, *Laudare ſenis Pontii utraque conſilia, inter quæ ſe media lapſos.* Lib. 10. *Fabius ſilentio facto media oratione ſtudia hominum ſedavit.* Lib. 28 Marcello ex Sicilia petente triumphum: *Medium viſum, ut ovans urbem iniret.* Lib. 31. *Quum & privati æquum poſtularent, nec tamen ſolvendo æri alieno reſpublica eſſet, quod medium inter æquum & utile erat, decreverunt.* J. F. Gron.

1 *Sex. Furius Medullinus iterum*] Legendum eſt, *L. Furius Medullinus iterum.* Neque enim aut ante, aut poſt fit mentio *Sexti* cujuſquam *Furii* tribuni militum, ut nunc iterum, aut primum eſſe poſſit. Favent etiam conjecturæ noſtræ libri manuſcripti, qui *L. Sex. Furius Medullinus*, habent. Sed quoniam tres per hos annos *L. Furii Medullini* tribunatum ceperunt, de quibus Livio cum Capitolinis ſcriptoribus non convenit, ne quis in errorem inducatur, omnes eos ordine explicabo, ut quiſque cauſam errandi agnoſcat, de qua Glareanus deſperavit.

An. 322. L. Furius Medullinus.
329. L. Furius Medullinus.
335. L. Furius Medullinus II. is qui vulgo Sex. dicitur.
348. L. Furius Medullin. II.
350. L. Furius Medullin. III.
355. L. Furius Medullinus.
357. L. Furius Medullin. III.
358. L. Furius Medullin. IIII.
360. L. Furius Medullin. V.
361. L. Furius Medullin. VI.
364. L. Furius Medullin. VII.

Sigonius.

2 *A. Sempronius Atratinus*] Glareanus legendum eſſe docet, *L. Papirius.* Movet eum, quod Livius in anno CCCXXXIX *A. Sempronium Atratinum tertium*, ſcribit fuiſſe, cum tamen, *quartum* fuerit ſcribendum, ſi idem hic nunc eſſet, *tertium.* Verum errat. Nam qui fuit anno trecenteſimo decim. non eſt idem cum hoc. Id quod ex ſequenti ſtemmate Atratinorum intelligitur.

A. Sempronius Atratinus
Cos. an. 257 & 263.

A. Sempronius Atratinus. Tr. mil. ann. 310.	L. Sempronius Atratinus frater Auli Cos. 310. Dionyſ.
C. Sempronius Atratinus. ex Dionyſ. patruelis Auli. Cos. ann. 331. male re in Volſcis geſta damnatus.	A. Sempronius L. F. A. N. Atratinus Tr. mil. ann. 329, 335. 339. *Idem.*

1 *Quid-*

nec ſuffragatio horum valuit: quin quorum patres avoſque conſules viderant: eos nobilitate præferrent. Furere omnes tribuni plebis, ante omnes Pompilius Antiſtiuſque, repulſa ſuorum accenſi, [1] *Quidnam id rei eſſet? non ſuis beneficiis, non Patrum injuriis, non denique uſurpandi libidine, quum liceat quod antea non licuerit, ſi non tribunum militarem, ne quæſtorem quidem quemquam ex plebe factum. non valuiſſe patris pro filio, fratris pro fratre preces, tribunorum plebis, poteſtatis ſacroſanctæ ad auxilium libertatis creatæ. Fraudem profecto in re eſſe, & A. Sempronium comitiis plus artis adhibuiſſe, quam fidei. Ejus injuria queri ſuos honore dejectos.* Itaque quum in ipſum & innocentia tutum, & magiſtratu, in quo tunc erat, impetus fieri non poſſet, [2] flexere iras in C. Sempronium patruelem Atratini: eique ob ignominiam Volſci belli adjutore collega M. Canuleio diem dixere. Subinde ab eiſdem tribunis mentio in ſenatu de agris dividendis illata eſt: cui actioni ſemper acerrime C. Sempronius reſtiterat: [3] ratis id quod

1 *Quidnam id rei eſſet*] Fortaſſis, *eſſe:* ea forma de qua copioſe in Obſervationibus. *J. F. Gron.*

2 *Flexere iras in C. Sempronium*, &c.] Mirum quod hic rurſus damnetur, qui paulo ante ab Hortenſio die dicta abſolutus ſit precibus quatuor tribunorum. Neque vero hic alius eſſe Sempronius poteſt, quod hic de belli Volſci ignominia fiat mentio, in quo Sempronius idem fuit dux: quare hoc loco ego L. Sempronium hujus anni tribunum mil. conſ. poteſtate puto, cujus mentio eſt anno 311. fuit enim Auli frater. *Glareanus.*

3 *Ratus id quod erat, aut depoſita cauſa &c. aut perſeverante*] Si Livius ipſum Sempronium iſta opinatum vel arbitratum voluiſſet ſcribere, non profecto *reum*, ſed *ſeſe*, ſcripſiſſet: nam illud ſimpliciter prolatum de alia perſona intelligitur. Tribunis illa ſpes, illa præſumptio erat: ſi accuſabimus hominem, alterutrum faciet; aut, ut effugiat reatum judiciumve, deſiſtet impedire legem agrariam, & ſic levior erit apud Patres auctor; aut ſi non deſiſtet, iratam plebem judicem habebit. Hæc eo ſpectant, ut agnoſcas ſcribendum eſſe, *ratis* (ut eſt in edit. Francofurtenſi A. 1587) & referendum ad τὸ *tribunis*. Dein *perſeverante* infelix eſt correctio Rhenani, cum ſcriptis & editis prius omnibus adſit *perſeverantem*. quod præterquam quod magis ſit Latinum, rei quoque aptius eſt. Poterat enim durare cauſa per ſe, quamvis à Sempronio deſerta, cæteris eam Patribus ſuſtinentibus: at *perſeverantem* dicit ipſum Sempronium perſiſtentem in ea tuenda. Mox: *nec tum agrum*. Malim, ſi liceat: *nec enim agrum plebi, ſed ſibi invidiam quæri.* Senſus ſimilis iſti Martialis 3, 2. *Proſcriptum famulus ſervavit fronte notatus. Non fuit hæc domini vita, ſed invidia.* Sed & mutanda diſtinctio, omniſque locus ita concipiendus: *ſubinde ab iiſdem*

quod erat, aut depoſita cauſſa leviorem futurum apud Patres reum, aut perſeverantem ſub judicii tempus plebem offenſurum. Adverſæ invidiæ objici maluit, & ſuæ nocere cauſſæ quam publicæ deeſſe: ſtetitque in eadem ſententia, *Ne qua largitio ceſſura in trium gratiam tribunorum fieret. nec tum agrum plebi, ſed ſibi invidiam quæri. Se quoque ſubiturum eam tempeſtatem forti animo. nec ſenatui tanti ſe civem aut quemquam alium debere eſſe, ut in parcendo uni malum publicum fiat.* Nihilo demiſſiore animo, quum dies venit, cauſſa ipſe pro ſe dicta, nequicquam omnia expertis Patribus ut mitigarent plebem, quindecim millibus æris damnatur. Eodem anno Poſtumia virgo Veſtalis de inceſtu cauſſam dixit; crimine innoxia; ob ſuſpicionem propter cultum amœniorem, ingeniumque liberius quam virginem decet, [1] parum abhorrens famam. Ampliatam, deinde abſolutam pro collegii ſententia [2] pontifex maximus, abſtinere jocis, colique ſancte potius quam ſcite juſſit. Eodem anno à Campanis Cumæ, quam Græci tum urbem tenebant, capiuntur. Inſequens annus tribunos militum conſulari poteſtate habuit, Agrippam Menenium Lanatum, [3] P. Lu-

dem tribunis mentio in ſenatu de agris dividendis illata eſt; (cui actioni ſemper acerrime C. Sempronius reſtiterat) ratus id quod erat, aut depoſita cauſa leviorem futurum apud Patres reum, aut perſeverantem ſub judicii tempus plebem offenſurum. Adverſæ invidiæ objici maluit, &c. *J. F. Gron.*

1 *Parum abhorrens famam*] Non offendor hoc genere loquendi. Nam ſic & lib. 40. *Facile Baſtarnis Scordiſcos iter daturos. nec enim lingua aut moribus æquales abhorrere.* Sed univerſa oratio habet neſcio quid pingue & ſupervacuum. Itaque Gruterus τὰ *ob ſuſpicionem* delenda cenſuit. Nec juvant alii, ſed optimus omnium hujus partis librorum Florentinus pro *famam* habet *eam*. Vide, numquid ſatis Livianum videatur: *crimine innoxia; ab ſuſpicione propter cultum amœniorem, ingeniumque liberius, quam virginem deceret, parum abhorrens. Eam ampliatam, deinde abſolutam*, &c. *Idem.*

2 *Pontifex Max. jocis abſtinere juſſit*] Nomen hujus Pont. Maximi fuit *Sp. Minucius*, ut ait Plut. de Utilitate ex inimico capienda. *Sigonius.*

3 *P. Lucretium Tricipitinum, Sp. Nautium, C. Servilium*] Poſtremum in libris omnibus neglectum è tabb. Capitolinis addidit Sigonius. Florent. *Sp. Nautium Rutilium.* Legendum: *Sp. Nautium Rutilum.* Et finis hujus cognominis corrupti prima videtur occaſio librariis fuiſſe omittendi *C. Servilium.* J. F. Gron.

1 *Sp.*

Digitized by Google

Lucretium Tricipitinum, [1] Sp. Nautium, C. Servilium.
[2] Annus felicitate populi Romani periculo potius ingen- 45
ti, quam clade inſignis. Servitia urbem ut incenderent diſtantibus locis, conjurarunt; populoque ad opem paſſim ferendam tectis intento, ut arcem Capitoliumque armati occuparent. Avertit nefanda conſilia Jupiter: indicioque duorum comprehenſi ſontes, pœnas dederunt. indicibus dena millia gravis æris, quæ tum divitiæ habebantur, ex ærario numerata, & libertas præmium fuit. Bellum inde ab Æquis reparari cœptum: & novos hoſtes Lavicanos conſilia cum veteribus jungere, haud incertis auctoribus Romam eſt allatum. Æquorum jam velut anniverſariis armis [3] aſſuerat civitas. Lavicos legati miſſi quum reſponſa inde retuliſſent dubia, quibus [4] necdum bellum parari, nec diuturnam pacem fore appareret: Tuſculanis negotium datum *adverterent animos, ne quid novi tumultus Lavicis oriretur.* Ad inſequentis anni tribunos militum conſulari poteſtate, inito magiſtratu, legati ab Tuſculo venerunt, [5] L. Sergium Fidenatem, M. Papirium Mugillanum, [6] C. Servilium Priſci filium, quo dictatore Fidenæ captæ fuerant.

1 *Sp. Nautium. annus*] Lego *Sp. Nautium*, & *C. Servilium*. Deſideratur enim nomen quarti tribuni militum *C. Servilii*, qui eſt in tabulis Capitolinis. *Sigonius.*

2 *Annus felicitate*] Tò *annus* ſuſpicor inſeruiſſe, quibus arduum fuit à tribus ſuperioribus verſibus mente repetere τὸ *inſequens annus*. Scripſerat Livius: *Inſequens annus tribunos militum conſulari poteſtate habuit Agrippam Menenium Lanatum, P. Lucretium Tricipitinum, Sp. Nautium, C. Servilium, felicitate populi Romani, periculo potius ingenti quam clade inſignis.* J. F. Gron.

3 *Aſſuerat civitas*] Ut ſic edi juberem, putavi ſatis momentoſam eſſe auctoritatem primi Voſſ. cæteri ſervant vulgatum *aſſueverat*. Jac. Gron.

4 *Nec tunc bellum p,*] Vet. lib. *Necdum bellum parari*. Sigonius.

5 *L. Sergium Fidenatem, M. Pap.*] Hic Sergius etiam tribunus mil. fuit, anno ab Urbe cond. 322. quare hic adjiciendum *iterum*: niſi quis putet alium. Fuit item hic Sergius bis Cos. *Glareanus.*

6 *C. Servilium Q. Servilii Priſci filium*] Lege, *C. Servilium Priſci filium*: nam ubi patris cognomen illuſtre eſt, ſolet Livius fere à cognomine patris filium indicare, ut ſupra, *T. Quintius Capitolini filius.* Item, *T. Quintius Cincinnati filius.* & infra, *Q. Fabius Maximi filius.* Huic etiam obſervationi favet hoc loco vetus lectio, quæ ita, ut dixi, habet. *Sigonius.*

Digitized by Google

rant. [1] Nunciabant legati Lavicanos arma cepiſſe, & cum Æquorum exercitu depopulatos agrum Tuſculanum, caſtra in Algido poſuiſſe. tum Lavicanis bellum indictum: factoque ſenatuſconſulto, ut duo ex tribunis ad bellum proficiſcerentur, unus res Romæ curaret; certamen ſubito inter tribunos exortum, ſe quiſque belli ducem potiorem ferre, curam urbis ut ingratam ignobilemque aſpernari. Quum parum decorum inter collegas certamen mirabundi Patres conſpicerent, Q. Servilius; *Quando nec ordinis hujus ulla*, inquit, *nec reip. eſt verecundia, patria majeſtas altercationem iſtam dirimet. filius meus extra ſortem urbi præerit. Bellum utinam qui appe-*
46 *tunt, conſideratius concordiuſque quam cupiunt, gerant.* Delectum haberi non ex toto paſſim populo placuit: decem tribus ſorte ductæ ſunt, ex his ſcriptos juniores duo tribuni ad bellum duxere. Cœpta inter eos in urbe certamina, cupiditate eadem imperii, multo impenſius in caſtris accendi: nihil ſentire idem, pro ſententiâ pugnare: ſua conſilia velle, ſua imperia ſola rata eſſe. contemnere invicem & contemni, donec caſtigantibus legatis tandem ita comparatum eſt, ut alternis diebus ſummam imperii haberent. Quæ quum allata Romam eſſent, dicitur Q. Servilius, ætate & uſu doctus, precatus ab Diis immortalibus, ne diſcordia tribunorum damnoſior Reipubl. eſſet, quam ad Veios fuiſſet: & velut haud dubia clade imminente, inſtitiſſe filio, ut milites ſcriberet, & arma pararet. Nec falſus vates fuit. nam ductu L. Sergii, cujus dies imperii erat, loco iniquo ſub hoſtium caſtris, quum, quia ſimulato metu receperat ſe hoſtis ad vallum, ſpes vana expugnandi caſtra eo traxiſſet, repentino impetu Æquorum per ſupinam vallem fuſi ſunt, multi-

1 *Nunciabant legati*] Et his diffido, & auctorem ſequens membrum continuaſſe præcedenti aut ſuſpendiſſe cenſeo ab illis: *legati ab Tuſculo venerunt, Lavicanos arma cepiſſe.* Sic certe ſolent intellectui relinquere *nuntiantes.* J. F. Gron.

1 *Halam*

multique in ruina majore quam fuga oppreſſi obtrunca-
tique: caſtraque eo die ægre retenta, poſtero die cir-
cumfuſis jam magna ex parte hoſtibus, per averſam por-
tam fuga turpi deſeruntur. duces legatique & quod cir-
ca ſigna roboris de exercitu fuit, Tuſculum petiere.
Palati alii per agros paſſim multis itineribus, majoris
quam accepta erat cladis nuncii Romam contenderunt.
Minus trepidationis fuit, quod eventus timori homi-
num congruens fuerat: & quod ſubſidia, quæ reſpice-
rent in re trepida, præparata erant ab tribuno militum:
juſſuque ejuſdem per minores magiſtratus, ſedato in urbe
tumultu, ſpeculatores propere miſſi nunciavere, Tuſcu-
li duces exercitumque eſſe; hoſtem caſtra loco non mo-
viſſe. & quod plurimum animorum fecit, dictator ex ſe-
natuſconſulto dictus Q. Servilius Priſcus; vir, cujus
providentiam in repub. quum multis aliis tempeſtatibus
ante experta civitas erat, tum eventu ejus belli, quod
uni certamen tribunorum ſuſpectum ante rem male ge-
ſtam fuerat; magiſtro equitum creato, à quo ipſe tri-
buno militum dictator erat dictus, filio ſuo, ut tradi-
dere quidam, (nam alii [1] Ahalam Servilium magiſtrum
equitum eo anno fuiſſe ſcribunt) novo exercitu profe-
ctus ad bellum, accitis qui Tuſculi erant, duo millia paſ-
ſuum ab hoſte locum caſtris cepit. Transierat ex re be- 47.
ne geſta ſuperbia negligentiaque ad Æquos, quæ in Ro-
manis ducibus fuerat. itaque primo ſtatim prœlio quum
dictator equitatu immiſſo anteſignanos hoſtium turbaſ-
ſet, legionum inde ſigna inferri propere juſſit, ſignife-
rumque ex ſuis unum cunctantem occidit. Tantus ardor
ad dimicandum fuit, ut impetum Æqui non tulerint:
victique acie quum fuga effuſa petiſſent caſtra, brevior
tempore & certamine minor caſtrorum oppugnatio fuit,
quam prœlium fuerat. Captis direptiſque caſtris, quum
præ-

1 *Halam Servilium*] Ex veteribus lapid. nummis, itemque ex aliquot manuſcriptis libris, *Ahalam* ſcribendum. *Sigonius.*

 1 *Ac*

prædam dictator militi conceſſiſſet, ſecutique fugientem ex caſtris hoſtem equites, renunciaſſent omnes Lavicanos victos, magnam partem Æquorum Lavicos confugiſſe; poſtero die ad Lavicos ductus exercitus: oppidumque corona circumdatum, ſcalis captum ac direptum eſt. Dictator exercitu victore Romam reducto, die octavo quam creatus erat, magiſtratu ſe abdicavit; & opportune ſenatus, prius quam ab tribunis plebi agrariæ ſeditiones mentione illata de agro Lavicano dividendo fierent, cenſuit frequens, *coloniam Lavicos deducendam.* coloni ab urbe mille & quingenti miſſi bina jugera acceperunt. Captis Lavicis, [1] ac deinde tribunis militum conſulari poteſtate, Agrippa Menenio Lanato, & [2] L. Servilio Structo, & P. Lucretio Tricipitino, iterum omnibus his, [3] & Sp. Rutilio Craſſo, & inſequenti anno A. Sempronio Atratino tertium, & duobus iterum M. Papirio Mugillano, & [4] Sp. Nautio Rutilo, biennium tranquillæ externæ res, diſcordia domi ex agrariis legi-

1 *Ac deinde trib. mil. conſ. poteſtate Agrippa*] Veteres plerique libri: *Ac deinde tribunis militum conſulari poteſtate creatis Agrippa*, &c. *Sigonius.*

Ac deinde tribunis militum creatis conſulari] Veniam des licet & commeatum τοῦ *creatis*, quod invitis bonis libris Livioque traxit huc Sigonius. Quaſi non eſſet ſatis integra oratio, cum dicitur: *his & his tribunis militum*: niſi adderetur *creatis*. Sufficit participium verbi ſubſtantivi intelligi. *J. F. Gron.*

2 *L. Servilio Structo, P. Lucret. Tric. omnib. his iter.*] Servilios tres eſſe oportuit; neque enim de duobus Livius dixiſſet *omnibus*. At in prioribus L. Servilium inter Tribunos mil. conſ. poteſtate non reperias, ſed prioris anni Tribunus C. Servilius Priſci filius fuit, qui etiam *Structus* dictus eſt. Quamquam hoc fortaſſe lectorem moratur, quod nulla cauſa referatur continuati honoris: at Livius aliquando cauſas recitat, aliquando omittit. *C. Servilius* legatur. *Glareanus.*

3 *Et Sp. Rutilio Craſſo*] Lege *Sp. Veturio*, ex Diodoro, qui Σπόριον Οὐετούριον habet, non Ῥουτίλιον, & recte. Nam *Rutilia* gens plebeia eſt: hic patricium tribunum mil. quærimus. Et vero *Craſſus* cognomen *Veturiorum*, non *Rutiliorum*. Sigonius.

4 *Sp. Nautio Rutilio biennium.*] Hoc item anno deſideratur nomen quarti tribuni mil. Itaque lege *Sp. Nautio Rutilo, & Q. Fabio Vibulano, biennium.* Hic enim ab auctoribus Capitolinis, & à Diodoro in hunc annum editur. Intercidit autem, ut alii ſuperiores, librariorum vitio, non Livii: quod ex eo intelligi poteſt, quod Livius biennio poſt Q. Fabium Vibulanum iterum tribunatum ait cepiſſe, cum tamen, quando primum ceperit, numquam tradiderit, niſi hoc anno dicamus. Hæc autem quæſtio quantopere torſerit Glareanum, ex ſcriptis ejus intelligi poteſt. *Idem.*

1 *Sp. Me-*

legibus fuit. Turbatores vulgi erant [1] Sp. Mæcilius quartum, & Metilius tertium, tribuni plebis [2] ambo abſentes creati. & quum rogationem promulgaſſent, ut ager ex hoſtibus captus viritim divideretur, magnæque partis nobilium eo plebiſcito publicarentur fortunæ (nec enim ferme quicquam agri, ut in urbe alieno ſolo poſita, non armis partum erat: nec quod veniſſet aſſignatumve publice eſſet, præterquam plebs habebat) atrox plebi Patribuſque propoſitum videbatur certamen: nec tribuni militum nunc in ſenatu, nunc in conciliis privatis principum cogendis viam conſilii inveniebant, quum [3] Ap. Claudius, 48

1 *Sp. Mecilius quartum, & Metilius tertium*] Puto legendum eſſe, *Spurii Mecilius*, ut intelligatur ambos eos prænomine *Spurii* præditos. *Sigonius.*

2 *Ambo abſentes*] Quia in Aldino *præſentes* invenit, *prenſantes* corrigit Pighius in Annalibus ad hunc annum. Si ſoli hi *prenſantes* facti, patior: ſin id plerorumque omnium, cur de his ſolis dicatur, cauſa nulla eſt. Sic ſupra cap. 42. *Plebs tribunos abſentes Sex. Tempanium*, &c. Sed, inquit, prenſabant ut prorogaretur illis magiſtratus propter rogationem promulgatam. Immo ex Livio nihil amplius colligas, quam promulgaſſe, poſtquam erant creati. *J. F. Gron.*

3 *Ap. Claudius nepos ejus, qui decemvir legibus ſcribendis fuit*] Hoc loco nihil eram dicturus, niſi me ad hanc orationem ſuſcipiendam Glareanus impuliſſet, qui inquit, legendum eſſe: *Ap. Claudius filius ejus, qui decemvir.* Movetur autem Glareanus, quod proavum ſuum hic memoret Ap. Claudium illum, qui primus ex Sabinis venit, quem abavum fuiſſet dicturus: ſi hic vere nepos decemviri fuiſſet. Errat autem, quia non intelligit *proavum* ſæpe improprie poni, & Ciceronem ad Ap. Pulchrũ, cum ſcriberet, Ap. Claudium Cæcum proavum ejus vocaſſe, qui ne atavus quidem proprie dici poſſet. Quoniam autem is multos alios Livii locos in his Claudiis male habere putat, & ſine ratione, ut uno loco occurram omnibus, Claudiorum gentem hic uſque ad Ap. Claudium Cæcum exponam.

Actius Clauſus.
Qui poſt Ap. Claudius, ex Sabinis venit: auctor interceſſionis per tribunos pl. cos. ann. 259.

- Ap. Claudius Sabinus cos. ann. 281.
  - Ap. Claudius Ap. F. Ap. N. Craſſinus Xvir an. 301, 302, 303 mortuus.
    - Ap. Claudius Craſſus Tr. mil. 330. Idemque Xviri filius & juvenis à Livio dicitur.
      - Ap. Claudius Craſſus Sabinus Regillenſis. Tr. mil. 332. Dictat. 393. Idem à Livio dicitur an. 339 minimus natu ex patrum concilio, & Xviri nepos. Itemque in an. 352 & 387.
        - C. Claudius Regillenſis Dictator ann. 418.
          - Ap. Claudius C. F. Ap. N. Cæcus, cenſor an. 442. cos. an. 446, 456.
          - Ap. Claudius C. F. Ap. N. Caudex. cos. 486, Cæci frater. Gell. *Sigon.*
      - P. Claudius Craſſus, de quo nihil accepimus.
        - P. Claudius P. F. Craſſus. cos. an. 406.
- C. Claudius Sabinus Ap. F. Xviri patruus, cos. an. 292.

1 *Per*

dius, nepos ejus, qui decemvir legibus ſcribendis fuerat, minimus natu ex Patrum concilio, dicitur dixiſſe, *Vetus ſe ac familiare conſilium domo afferre. proavum enim ſuum Appium Claudium oſtendiſſe Patribus viam unam diſſolvendæ tribuniciæ poteſtatis per collegarum interceſſionem. Facile homines novos auctoritate principum de ſententia deduci, ſi temporum interdum potius quam majeſtatis memor adhibeatur oratio. Pro fortuna illis animos eſſe. ubi videant collegas principes agendæ rei gratiam omnem ad plebem præoccupaſſe, nec locum in ea relictum ſibi; haud gravate acclinaturos ſe ad cauſſam ſenatus,* [1] *per quam univerſo ordini cum primoribus ſe Patrum concilient.* Approbantibus cunctis, & ante omnes Q. Servilio Priſco, quod non degeneraſſet ab ſtirpe Claudia, collaudante juvenem, negotium datur, ut, quos quiſque poſſet ex collegio tribunorum ad interceſſionem perlicerent. Miſſo ſenatu [2] prenſantur à principibus tribuni: ſuadendo, monendo, pollicendoque gratum id ſingulis privatim, gratum univerſo ſenatui fore, ſex ad interceſſionem comparavere. Poſteroque die quum ex compoſito relatum ad ſenatum eſſet de ſeditione; quam Mæcilius Metiliuſque largitione peſſimi exempli concirent; eæ orationes à primoribus Patrum habitæ ſunt, ut pro ſe quiſque jam nec conſilium ſibi ſuppetere diceret, nec ſe ullam opem cernere aliam uſquam, præterquam in tribunicio auxilio. in ejus poteſtatis fidem circumventam remp. tamquam privatum inopem confugere. Præclarum ipſis poteſtatique eſſe, non ad vexandum ſenatum, diſcordiamque ordinum movendam, plus in tribunatu virium eſſe, quam ad reſiſtendum improbis collegis. Fremitus deinde univerſi ſenatus ortus, quum ex omnibus partibus curiæ tribuni appellarentur. tum ſilentio facto, ii qui præparati erant gratia principum, quam rogatio-

1 *Per quam univerſo ordini cum primoribus ſe patrum concilient*] Lego, *per quam cum univ. ordini, tum primorib. ſe patrum concilient.* Tanaq. Faber.

2 *Prehenſantur à princip.*] Vet. lib. *Prenſantur.* Sigonius.

gationem à collegis promulgatam ſenatus cenſeat diſſol-
vendæ reipubl. eſſe, ei ſe interceſſuros oſtendunt. Gra-
tiæ interceſſoribus ab ſenatu actæ. Latores rogationis
concione advocata, proditores plebis commodorum, ac
ſervos conſularium appellantes, aliaque truci oratione
in collegas invecti, actionem depoſuere. [1] Duo aſſidua 49
bella inſequens annus habuiſſet, quo P. Cornelius Coſ-
ſus, C. Valerius Potitus, [2] Quintius Cincinnatus, Nu-
merius Fabius Vibulanus, tribuni militum conſulari
poteſtate fuerunt: ni Veiens bellum religio principum
diſtuliſſet; quorum agros Tiberis ſuper ripas effuſus ma-
xime ruinis villarum vaſtavit. Simul Æquos triennio
ante accepta clades prohibuit [3] Volanis, ſuæ gentis po-
pulo, præſidium ferre. Excurſiones inde in confinem
agrum Lavicanum factæ erant, noviſque colonis bel-
lum illatum. quam noxam quum ſe conſenſu omnium
Æquorum defenſuros ſperaſſent; deſerti ab ſuis, ne me-
morabili quidem bello, per obſidionem levemque u-
nam

1 *Duo bella inſeq.*] Vet. libri aliquot: *Duo aſſidua bella.* Sigonius.

2 *Cincinnatus, M. Fabius Vibulanus*] Intercidit prænomen *Quinctii* culpa librariorum. neque enim probare poſſum id ipſum à Livio fuiſſe omiſſum, cum reliquorum tribunorum prænomina non prætermiſerit. Porro autem *N. Fabius* ex tabulis Capitolinis legendum eſt. *Idem.*

3 *Volanis ſuæ gentis populo*] Quod docui ante de *Lavicis*, idem dico de *Volis*. Nam modo *Bolas*, modo *Volas*, apud auctorem hunc, cæteroſque ſcribi invenio. Virgilius illud præterea affert, quod ſingulari numero hoc nomen prodidit, cum dixit: *Coramque Bolamque.* Fuerunt autem oppida duo non admodum, ut videtur, inter ſe diſtantia, *Bola* & *Bovilla*, quibus in nominandis mirum in modum depravati Græcorum libri ſunt, ut Dionyſii & Plutarchi. Uterque enim eorum in bello Coriolani explicando, duo ab eo oppida Latinorum everſa ſcribit, quorum prius Βωλανῶν πόλιν, alterum Βῶλας vocant, non longe à Lavicis, & ipſi capti ab eo ſunt. Eſt autem mendum in voce Βώλας, pro Βοΐλλας· ſiquidem Stephanus ait, Βοΐλλαι oppidum Latinorum. Gentile nomen eſt, Βοϊλλανός, ut tradit Dionyſ. lib. 8 Romanæ antiquitatis. Quod ipſum in eo libro non eſt, niſi Βοΐλλας non Βῶλας legamus. Idem mendum eſt etiam lib. 5, ubi populos nominat Latinos, qui in populum Rom. conjuraverant; inquit, enim Ἀρικινῶν, Βοιλλανῶν pro Βοϊλλανῶν. Quod ex Floro intelligi poteſt, qui in ejus belli expoſitione ait, *De Bovillis etiam triumphatum.* Eandem vicinitatem agnoſcit etiam Cicero pro Plancio, cum ait: *Lavicana, aut Bovillana vicinitas.* De *Bola* autem ſic Stephan. Βῶλα πόλις Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν, Βωλανός. *Idem.*

nam pugnam, & oppidum & fines amiſere. Tentatum ab L. Sextio tribuno plebis, ut rogationem ferret, qua Volas quoque, ſicut Lavicos, coloni mitterentur, per interceſſionem collegarum, qui nullum plebiſcitum, niſi ex auctoritate ſenatus paſſuros ſe perferri oſtenderunt, diſcuſſum eſt. [1] Volis inſequente anno receptis, Æqui coloniaque eo deducta, novis viribus oppidum firmarunt, tribunis militum Romæ conſulari poteſtate Cn. Cornelio Coſſo, L. Valerio Potito, Q. Fabio Vibulano iterum, [2] M. Poſtumio Regillenſi. Huic bellum adverſus Æquos permiſſum eſt, [3] pravæ mentis homini; quam tamen victoria magis, quam bellum oſtendit. Nam exercitu impigre ſcripto, ductoque ad Volas, quum levibus prœliis Æquorum animos fregiſſet, poſtremo in oppidum irrupit. deinde ab hoſtibus in cives certamen vertit: [4] & quum inter oppugnationem prædam militis fore edixiſſet, capto oppido, fidem mutavit. Eam magis adducor ut credam iræ cauſſam exercitui fuiſſe, quam quod in urbe nuper direpta, coloniaque nova, minus prædicatione tribuni prædæ fuerit. Auxit eam iram, poſtquam ab collegis arceſſitus propter ſeditiones tribunicias, in urbem revertit. Audita vox ejus in concione ſtolida, ac prope vecors: qua Sextio tribuno plebis legem agrariam ferenti, ſimul Volas quoque

1 *Volis inſeq. an. receptis Æqui, coloniaque eo ded. nov.*] Vox *Æqui* non ſuum videtur tenere locum, ſi pleriſque manuſcriptis libris credimus, verum hoc ordine legenda: *Volis inſequente anno receptis, coloniaque eo deducta Æqui novis*, &c. *Sigonius.*

2 *M. Poſtumio Regill.*] Capitolina monumenta una cum veteribus libris, *P. Poſtumio* edunt. *Idem.*

3 *Pravæ mentis homini, quantum*] Vet. lib. *Quam tum*, diviſis vocibus habent. *Idem.*

Pravæ mentis homini, quam tum victoria] Ab Sigonio eſt. Sed excerpta noſtra & vett. edd. *quam tamen.* Poterat enim quis præſumere, audito aut lecto pravæ mentis hominem fuiſſe, nihil quoque boni bello eum geſſiſſe. Itaque erat ille quidem, inquit, moribus talis, non tamen id bello durante, ſed jam parta victoria, nudavit: nam ſecundæ res acrius, quam dubiæ, hominum animos explorant. *J. F. Gron.*

4 *Et quum inter oppugnationem*] Legendum omnino, *nam quum*: Eſt enim ætiologia horum verborum *ab hoſtibus in cives certamen vertit.* Quare, ô Livi! *Nam quum.* Tan. Faber.

1 *Digne*

que ut mitterentur coloni laturum ſe dicenti, [1] dignos enim eſſe qui armis cepiſſent, eorum urbem agrumque Volanum eſſe; *Malum quidem militibus meis*, inquit, *niſi quieverint.* quod auditum, non concionem magis, quam mox Patres offendit: & tribunus plebis, vir acer nec infacundus, nactus inter adverſarios ſuperbum ingenium immodicamque linguam, quam irritando agitandoque in eas impelleret voces, quæ invidiæ non ipſi tantum, ſed cauſſæ atque univerſo ordini eſſent, neminem ex collegio tribunorum militum ſæpius quam Poſtumium in diſceptationem trahebat. Tum vero ſecundum tam ſævum atque inhumanum dictum, *Auditis*, inquit, *Quirites, ſicut ſervis malum minantem militibus? tamen hæc bellua dignior vobis tanto honore videbitur, quam qui vos urbe agriſque donatos in colonias mittunt, qui ſedem ſenectuti veſtræ proſpiciunt, qui pro veſtris commodis adverſus tam crudeles ſuperboſque adverſarios depugnant.* [2] *Incipite deinde mirari, cur pauci jam veſtram ſuſcipiant cauſſam. quid ut à vobis ſperent? an honores, quos adverſariis veſtris potius quam populi Romani propugnatoribus datis. Ingemuiſtis modo voce hujus audita. quid id refert? Jam ſi ſuffragium detur, hunc qui malum vobis minatur, iis qui agros ſedeſque ac fortunas ſtabilire volunt, præferetis.* Perlata hæc vox Poſtumii ad milites, multo in caſtris majorem indignationem movit. Prædæne interceptorem fraudatoremque etiam malum minitari militibus? Itaque quum fremitus aperte eſſet, & quæſtor

1 *Dignos enim eſſe qui armis cepiſſent, eorum urbem agrumque Volanum eſſe*] Quid hoc? *Dignos eſſe Volanum agrum eſſe illorum*? Quare ne dubita quin legendum ſit, *dignum*, id eſt, æquum, ut infra & alibi paſſim. Sic Græce, ἄξιον γὰρ, εἶναι τούτων τὴν τῶν Βωλάνων πόλιν, οἵπερ ἂν καὶ καθέλοιντο. *Tan. Faber.*

2 *Incipite deinde mirari*] Venuſtior antiqua lectio: *Incipite demum mirari.* Sigonius.

Incipite deinde mirari] Sigonius *demum.* Male: particula *deinde* ponitur eleganter, ut ſignificet, poſt talia. Plinius pro omnibus in Paneg. *Ut vero ad te fortuna tua nuntius venit: malebas quidem hoc eſſe, quod fueras, ſed non erat liberum. An non obſequeris Principi civis, legatus Imperatori, filius patri? Ubi deinde diſciplina? ubi mos à majoribus traditus?* J. F. Gron.

ſtor [1] P. Seſtius eadem violentia coërceri putaret ſeditionem poſſe qua mota erat; miſſo ad vociferantem quendam militem lictore, quum inde clamor & jurgium oriretur, ſaxo ictus turba excedit: inſuper increpante qui vulneraverat, *habere quæſtorem, quod imperator eſſet militibus minatus.* Ad hunc tumultum accitus Poſtumius, aſperiora omnia fecit acerbis quæſtionibus, crudelibus ſuppliciis. poſtremo quum modum iræ nullum faceret, ad vociferationem eorum, quos necari ſub crate juſſerat, concurſu facto, ipſe ad interpellantes pœnam vecors de tribunali decurrit. Ibi quum ſummoventes paſſim lictores centurioneſque vexarent turbam, eo indignatio erupit, ut tribunus militum ab exercitu ſuo lapidibus cooperiretur. Quod tam atrox facinus poſtquam eſt Romam nunciatum, tribunis militum de morte collegæ per ſenatum quæſtiones decernentibus, tribuni plebis intercedebant. ſed ea contentio ex certamine alio pendebat: quod cura inceſſerat Patres, [2] ne metu quæſtionum plebs irata, tribunos militum ex plebe crearet: tendebantque ſumma ope, ut conſules crearentur. Quum ſenatuſconſultum fieri tribuni plebis non paterentur, iidem intercederent conſularibus comitiis, res ad interre-
51 gnum rediit. victoria deinde penes Patres fuit. Q. Fabio Vibulano interrege comitia habente, [3] conſules creati ſunt

1 *P. Sextius*] *P. Seſtius* legendum: eſt enim patricius, *Sextii* autem plebeii, ut diximus. *Sigonius.*

2 *Ne metu quæſtionum plebs irata*] Flor. Rott. Voſſ. alter: *metu quæſtionum plebs iraque.* Immo quicquid eſt editionum ante Sigonianam. Nec mutari debuit: nam *metus* eſt illorum, qui peccaverant ipſi; *ira* eorum, qui aut communem cauſam plebis tuebantur, aut propinquos vel amicos affines culpæ haberent. Eſt autem genus loquendi frequens Livio, *ira quæſtionis*, id eſt, ob quæſtionem. Sic infra: *Tribuni militum mentione nulla comitiorum conſularium habita (credo ob iram dictatoris creati) tribunorum militum comitia edixerunt.* Lib. 5. *Aruntem Cluſinum ira corruptæ uxoris.* Lib. 8, *Ingenti ardore militum aut vulnerum ira.* Voſſianus prior *irata*, ſed in locum veteris lectionis eraſæ. *J. F. Gron.*

3 *Coſſ. creati ſunt A. Cornelius Coſſus, L. Furius*] Quidam codices ſuſtulerunt L. in ſequente cos. Sed hic fit primum cos. quinto dehinc anno fit iterum cos. Cum antea ſæpius Tribunus mil. conſ. poteſtate fuerit. Auli autem numerus omittitur, quod anno

d by Google

ſunt M. Cornelius Coſſus, L. Furius Medullinus. His conſulibus principio anni ſenatuſconſultum factum eſt, ut de quæſtione Poſtumianæ cædis tribuni primo quoque tempore ad plebem ferrent: plebeſque præficeret quæſtioni quem vellet. A plebe conſenſu populi conſulibus negotium mandatur. qui ſumma moderatione ac lenitate per paucorum ſupplicium, quos ſibimetipſos conſciſſe mortem ſatis creditum eſt, tranſacta re; nequivere tamen conſequi, ut non ægerrime id plebs ferret. [1] jacere tamdiu irritas ſanctiones quæ de ſuis commodis ferrentur: [2] quum interim de ſanguine ac ſupplicio ſuo latam legem confeſtim exerceri, & tantam vim habere. Aptiſſimum tempus erat, vindicatis ſeditionibus delinimentum animis Volani agri diviſionem objici: quo facto minuïſſent deſiderium agrariæ legis, quæ poſſeſſo per injuriam agro publico Patres pellebat. Tum hæc ipſa indignitas angebat animos: non in retinendis modo publicis agris, [3] quos vi teneret, pertinacem nobilitatem eſſe: ſed ne vacuum quidem agrum nuper ex hoſtibus captum

no 318 dubius coſ. fuerit. certus autem anno 327. *Glareanus.*

1 *Jacere tam diu irritas actiones*] Placet magis vox, *ſanctiones*, quæ reprobata eſt à Rhenano. dictum eſt enim fere *ſanctionem*, ut *legem*, non *actionem*. Sigonius.

2 *Quum interim de ſang.*] Grutero abeſſe poterat illud *quum*: immo paullo poſt illud totum, *& tantam vim habere*, fruſtum videtur non Livii, ſed ineptientis pædagogi. Sane & alibi potuit abeſſe τὸ *quum*, ubi tamen veteres id abeſſe debere non judicarunt. Abduxit eum Glareanus, conqueſtus & ipſe aliquos mutaſſe *tamen* in *cum*: (ego nuſquam reperio *tamen* præterquam apud Aſcenſium: Andreas Romæ dedit *cum interim*, & ſimiliter Bec. Zan. Tarv. Mog. Juntas) nec minus planum ſenſum exiſtimavit, ſi neutrum legatur; at ſi adeſſe alterum debet, malit *tamen*, quam *cum*. Sed ſimillimum eſt lib. 6. *Fugere ſenatum teſtes, tabulas publicas, cenſus cujuſque*, &c. *quum interim obaratam plebem objectari aliis atque aliis hoſtibus.* Deſumptum ex orationibus finitis, in quibus has duas particulas jungere ſolent. Eodem libro: *M. Furium tantum jam eminere, quum interim, ſiquis vere æſtimare velit, a M. Furio recuperari patria ex obſidione hoſtium non potuerit, niſi à ſe prius Capitolium atque arx ſervata eſſet.* Salluſtius Jugurth. *Clauſa effringere, ſtrepitu & tumultu omnia miſcere, cum interim Hiempſal reperitur.* Sed nec alterum illud nihil addit orationi, aut Livio indignum eſt. Quædam enim exercentur & uſurpantur *vi adempta*, ut ipſe locutus lib. 1. *J. F. Gron.*

3 *Quos vi teneret*] Placet etiam magis hujus loci priſca lectio: *Quos ut teneret*. Sigonius.

1 Oppi-

captum plebi dividere: mox paucis, ut cætera, futurum
prædæ. Eodem anno adverſus Volſcos, populantes Her-
nicorum fines, legiones ductæ à Furio conſule, quum
hoſtem ibi non inveniſſent, Ferentinum, quo magna
multitudo Volſcorum ſe contulerat, cepere. Minus
prædæ quam ſperaverant, fuit: quod Volſci poſtquam
ſpes tuendi exigua erat, ſublatis rebus nocte, [1] oppidum
reliquerunt. poſtero die prope deſertum capitur. Her-
52 nicis ipſe ager dono datus. Annum modeſtia tribuno-
rum quietum excepit trib. pleb. L. Icilius, Q. Fabio
Ambuſto, [2] C. Furio Pacilo conſulibus. Is tum princi-
pio ſtatim anni, velut penſum nominis familiæque ſedi-
tiones agrariis legibus promulgandis cieret; peſtilentia
coorta, minacior tamen quam pernicioſior, cogitatio-
nes hominum à foro certaminibuſque publicis [3] ad do-
mum curamque corporum nutriendorum avertit. mi-
nuſque eam damnoſam fuiſſe quam ſeditio futura fuerit,
credunt. Defuncta civitate plurimorum morbis, per-
paucis funeribus, peſtilentem annum, inopia frugum ne-
glecto cultu agrorum (ut plerumque fit) excepit,
[4] M. Papirio Atratino, C. Nautio Rutilo conſulibus.
Jam

1 *Oppidum reliquerunt*] Lege *reliquerant*, ex vet. lib. *Sigonius.*

2 *C. Furio Pacilio*] *Pacilo*, ut dixi. *Idem.*

3 *Ad domum curamq; corporum nutr.*] Eſt hic aliquid ſcabrum. Quare enim *ad domum*? Tum divertunt ſcripti. Flor. *ad domumque curamque.* Helm. *ad domum cura corporum.* Cenſeo ſcribas: *domum ad curam.* De verbo *nutrire*, ut medicorum proprium eſt, diximus ad lib. 7. *J. F. Gron.*

Ad curam corporum nutriendorum] Tolle gloſſema, *nutriendorum.* Tan. Faber.

4 *M. Papirio Atratino, C. Nautio Rutilio conſulibus*] Legendum eſt, *M. Papirio, C. Nautio Rutilo.* Diodorus enim in hunc annum Μάρκον Παπίριον, Caſſiodorus *M. Papirium* edit. Quod autem cognomen *Atratino* delendum ſit, intelligi poteſt partim ex eo, quod *Atratinus* non *Papiriorum*, ſed *Semproniorum* cognomen eſt: partim ex eo, quod in veteribus libris *P. Atratinus* pro *M. Papirio* legitur, vitioſe. fuit autem hæc cauſa vitii. Qui enim *M. Papirius* erat ſcripturus, *M. Patratinus* ſcripſit, quomodo apud Dionyſium eſt etiam Πατρίκιος pro Παπίριος: quem errorem cum alii tollere vellent, *M. P. Atratinus* ſcripſerunt. Ne autem duo prænomina uni tribuerentur, demum *P. Atratinus* manſit. Fuiſſe autem hujus conſulis cognomen *Mugillanum*, non *Atratinum*, oſtendit etiam tabula quædam antiqua, in qua bini conſules in ſingulos annos ſuis tantum cognominibus nominati ſunt: cujus ſæpe teſtimonium

Jam fames quam peſtilentia triſtior erat: ni dimiſſis circa omnes populos legatis, qui Etruſcum mare, quique Tiberim accolunt, ad frumentum mercandum, annonæ foret ſubventum. Superbe ab Samnitibus, qui Capuam habebant Cumaſque, legati prohibiti commercio ſunt: contra ea benigne ab Siculorum tyrannis adjuti. maximos commeatus ſummo Etruriæ ſtudio Tiberis devexit. Solitudinem in civitate ægra experti conſules ſunt: quum in legationes non plus ſingulis [1] ſenatoribus invenientes, coacti ſunt binos equites adjicere. Præterquam ab morbo annonaque, nihil eo biennio inteſtini externive incommodi fuit. at [2] ubi hæ ſollicitudines diſceſſere, omnia quibus turbari ſolita erat civitas, domi diſcordia, foris bellum exortum. [3] Ma- 53
merco Æmilio, C. Valerio Potito, conſulibus, bellum Æqui parabant: Volſcis, quanquam non publico conſilio capeſſentibus arma, voluntariis mercede ſecutis militiam. Ad quorum famam hoſtium (jam enim in Latinum Hernicumque tranſcenderant agrum) delectum habentem Valerium conſulem [4] M. Mænius tribunus plebis legis agrariæ lator, quum impediret, auxilioque tribuni nemo invitus ſacramento diceret; repente nunciatur,

monium profert Cuſpinianus. Ea enim ita hos conſules edit, *Mugillano & Rutilio*. Quorum illud eſt *Papirii*, hoc *Nautii* conſulis, *M.* autem *Papirius Mugillanus* ante trib. mil. fuit. *Sigonius.*

1 *Senatoribus invenientes*] Veteres aliquot libri; *non plus ſingulis ſenatoribus miſſis invenientes*, recte: nam paulo ante dixit, *Dimiſſis circa omnes populos legatis*. Idem.

2 *Ubi hæ ſollicitudines diſceſſere*] Lege: *deceſſere*. ut lib. 9. *Priuſquam ea cura decederet Patribus Romanis*. Salluſtius Jugurth. cap. 41. *Ubi illa formido mentibus deceſſit*. Quod tamen mutavere nuper. At ego contra mutandum exiſtimo apud Cæſarem 2 Gall. 7. *Et Rhemis cum ſpe defenſionis ſtudium propugnandi acceſſit, & hoſtibus eadem de cauſa ſpes potiundi oppidi deceſſit*. Ubi editur, *diſceſſit*. J. F. Gron.

3 *M. Æmilio, C. Valerio*] Scribe *M' Æmilio*, ex Capitolinis tabulis, & Diodoro, qui Μάνιον Αἰμίλιον nominat. *Sigonius.*

4 *M. Menenius tribunus pleb.*] Scribe *M. Mænius*. Gens enim *Menenia* patricia eſt, *Mænia plebeia*. Infra autem apertius oſtendam pro *Mænio Menenium* in plebeio Dictatore eſſe mendoſe. Hæc cum ita emendaſſem, inſpexi librum etiam veterem ita habentem. *Idem.*

1 *Arcem*

ciatur, [1] arcem Carventanam ab hoſtibus occupatam eſſe. Ea ignominia accepta, quum apud Patres invidiæ Mænio fuit, tum cæteris tribunis jam ante præparatis interceſſoribus legis agrariæ, præbuit juſtiorem cauſſam reſiſtendi collegæ. Itaque quum res diu ducta per altercationem eſſet; conſulibus Deos homineſque teſtantibus, quicquid ab hoſtibus cladis ignominiæque aut jam acceptum eſſet aut immineret, culpam penes Mænium fore, qui delectum impediret; Mænio contra vociferante, ſi injuſti domini poſſeſſione agri publici cederent, ſe moram delectui non facere; decreto interpoſito novem tribuni ſuſtulerunt certamen, pronunciaveruntque ex collegii ſententia, *C. Valerio conſuli ſe, damnum aliamque coërcitionem, adverſus interceſſionem collegæ delectus cauſſa [2] detrectantibus militiam inhibenti, auxilio futuros eſſe.* Hoc decreto conſul armatus, quum paucis appellantibus tribunum, [3] collum torſiſſet; metu cæteri ſacramento dixere. Ductus exercitus ad Carventanam arcem, quamquam inviſus infeſtuſque conſuli erat, impigre primo ſtatim adventu, dejectis qui in præſidio erant, arcem recepit. prædatores ex præſidio per negligentiam dilapſi, occaſionem aperuere ad invadendum. Prædæ ex aſſiduis populationibus, quod omnia in locum tutum congeſta erant, fuit aliquantum. venditum ſub haſta conſul [4] in ærarium redigere quæſtores juſſit; tum prædi-

1 *Arcem Carventanam*] Steph. Καρβεντὸς πόλις Λατίνων. τὸ ἐθνικὸν, Καρβεντανός. *Sigonius.*

2 *Detrectantibus militiam inhibenti*] Pro *inhibenti*, quidam libri habent, *ferenti*, & recte. Verba autem ſic ordinantur: Novem tribuni ex collegii ſententia pronunciaverunt ſe auxilio futuros adverſus interceſſionem collegæ C. Valerio conſuli damnum aliamque coërcitionem ferenti detrectantibus delectus cauſa militiam. *Id.*

3 *Collum torſiſſet*] Magiſtratus enim ſi quem aliquando parum obedientem viderent imperio ſuo, manum ipſi injiciebant, in collumque invadebant ac torquebant, quod tanquam genus pœnæ & coërcitionis erat. *Turneb.* lib. 28 cap. 34 Adv.

4 *In ærarium redigere quæſtores*] Recte. Sed quia duo MSS. *ad quæſtores*, ſuſpicio mihi mota, fieri poſſe, ut τὰ *in ærarium* ſint ab interprete, ſcripſeritque Livius: *Venditum ſub haſta conſul redigere ad quæſtores juſſit.* Ut lib. 5. *Ingentique præda eſt potitus, cujus pars maxima ad quæſtorem redacta eſt, haud ita multum militi datum.* Et iterum: *caſtra*

prædicans participem prædæ fore exercitum, quum militiam non abnuiſſet. Auctæ inde plebis ac militum in conſulem iræ. itaque quum ex ſenatuſconſulto urbem ovans introiret, alternis inconditi verſus militari licentia jactati: quibus conſul increpitus, Mænii celebre nomen laudibus fuit, quum ad omnem mentionem tribuni, favor circumſtantis populi plauſuque & aſſenſu cum vocibus militum certaret. Pluſque ea res, quam prope ſolennis militum laſcivia in conſulem, curæ Patribus injecit. & tamquam haud dubius inter tribunos militum honos Mænii, ſi peteret, conſularibus comitiis eſt excluſus. Creati conſules ſunt Cn. Cornelius Coſſus, L. 54
Furius Medullinus iterum. Non alias ægrius plebs tulit, tribunicia ſibi comitia non commiſſa. eum dolorem quæſtoriis comitiis ſimul oſtendit & ulta eſt; tunc primum plebeiis quæſtoribus creatis: ita, ut in quatuor creandis, [1] uni patricio Cæſoni Fabio Ambuſto relinqueretur locus: tres plebeii, Q. Silius, P. Ælius, P. Pupius, clariſſimarum familiarum juvenibus præferrentur. Auctores fuiſſe tam liberi populo ſuffragii Icilios accipio, ex familia infeſtiſſima patribus tres in eum annum [2] tribunos plebis creatos, multarum magnarumque rerum molem avidiſſimo adeo populo oſtentantes: cum affirmaſſent nihil ſe moturos, ſi ne quæſtoriis quidem comitiis, quæ ſola promiſcua plebi Patribuſque reliquiſſet ſenatus,

caſtra capta, præda ad quæſtores redacta, magna militum ira. Fortaſſis & malles: *Prædam (ex aſſiduis populationibus, quod omnia in locum tutum congeſta erant, fuit aliquantum) venditam.* Ut lib. 28, 1. Vel, *quod omnis in locum tutum congeſta erat.* J. F. Gron.

1 *Uni patricio C. Fabio Ambuſto*] Ex Capitolino hujus tribunatu N. *Fabio* eſt ſcribendum. *Sigonius.*

2 *Trib. pl. creatos. Hi multar.*] Aut oratio inconſequens eſt, aut tollenda eſt vox, *Hi*, quæ non eſt in quibuſdam libris. *Idem.*

Tr. plebis creatos. Hi multarum] Ab Rhenano eſt τὸ *hi*: & habent ſane & ſcripti & editi quidam veteres. Vere tamen Sigonius ſtatuit tollendum, dummodo mutetur diſtinctio hoc modo: *Auctores fuiſſe tam liberi populo ſuffragii Icilios accipio, ex familia infeſtiſſima Patribus tres in eum annum tribunos plebis creatos, multarum magnarumque rerum molem avidiſſimo adeo populo oſtentantes: cum adfirmaſſent nihil ſe moturos.* In vulgato ἀναπόδοτον eſt inexcuſabile. *J. F. Gron.*

1 *Quæ-*

tus, ſatis animi populo eſſet ad id, quod tamdiu vellent, & per leges liceret. Pro ingenti itaque victoria id fuit plebi. [1] quæſturamque eam non honoris ipſius fine æſtimabant: ſed patefactus ad conſulatum ac triumphos locus novis hominibus videbatur. Patres contra, non pro communicatis, ſed pro amiſſis honoribus fremere: negare, Si ea ita ſint, liberos tollendos eſſe: qui pulſi majorum loco, cernenteſque alios in poſſeſſione dignitatis ſuæ, Salii, Flamineſque nuſquam alio, quam ad ſacrificandum pro populo ſine imperiis ac poteſtatibus relinquantur. Irritatis utriuſque partis animis, quum & ſpiritus plebes ſumpſiſſet, & tres ad popularem cauſſam celeberrimi nominis haberet duces; Patres omnia quæſtoriis comitiis, ubi utrumque plebi liceret, ſimilia fore cernentes, tendere ad conſulum comitia, quæ nondum promiſcua eſſent. Icilii contra tribunos militum creandos dicere, & tandem aliquando impartiendos

55 plebi honores. [2] Sed nulla erat conſularis actio, quam impediendo, id quod petebant exprimerent: quum mira opportunitate Volſcos & Æquos prædatum extra fines exiſſe in agrum Latinum Hernicumque, affertur. ad quod bellum ubi ex ſenatuſconſulto conſules delectum habere occipiunt: obſtare tunc enixe tribuni, ſibi plebique eam fortunam oblatam memorantes. Tres erant, & omnes acerrimi viri, [3] generoſique etiam ut inter ple-

1 *Quæſturamque non honoris*] Melior antiqua lectio, *Quæſturam namque non honoris.* Sigonius.

Quæſturamque non honoris ipſius finem æſtimabant] Incaſſum Sigonius: *quæſturam namque.* Bene Rhenanus, *eam*, addit, quod & MSS. noſtri faciunt & Campanus. Sed & litera tollenda una: *quæſturamque eam non honoris ipſius fine æſtimabant.* id eſt, ſupra quam erat taxabant, ultra illum modum dignitatis & finem quem habebat, æſtimando extendebant & producebant. *Finis* ſæpe ponitur pro certo modo ac menſura. De quo alibi. Senſus Livii eſt: non tanti modo æſtimabant quæſturam plebeiis mandatam, quanti erat ipſe quæſturæ honos, ſed etiam quanti via ad conſulatus & triumphos ſui ordinis hominibus aperta poterat æſtimari. *J. F. Gron.*

2 *Sed nulla erat conſularis actio, quam, &c.*] *Conſularem actionem* vocat: ut delectum, bellum & ſimilia, quæ Conſules abſque plebis auxilio perficere nequibant. *Glareanus.*

3 *Generoſique etiam ut inter plebeios*] Aldus primus dedit: *generoſique & jam.* Hunc

plebeios, duo ſinguli ſingulos ſibi conſules aſſervandos aſſidua opera deſumunt. uni concionibus data nunc detinenda, nunc concienda plebs. Nec delectum conſules, nec comitia quæ petebant, tribuni expediebant. inclinante deinde fortuna ad cauſſam plebis nuncii veniunt, arcem Carventanam, dilapſis ad prædam militibus qui in præſidio erant, Æquos interfectis paucis cuſtodibus arcis invaſiſſe. alios recurrentes in arcem, alios palantes in agris cæſos. Ea adverſa civitati res, vires tribuniciæ actioni adjecit. nequicquam enim tentati, ut tum denique deſiſterent impediendo bello, poſtquam non ceſſere nec publicæ tempeſtati, nec ſuæ invidiæ; pervincunt, ut ſenatusconſultum fiat de tribunis militum creandis: certo tamen pacto, ne cujus ratio haberetur qui eo anno tribunus plebis eſſet: neve quis [1] reficeretur in annum tribunus plebis: haud dubie Icilios denotante ſenatu, quos mercedem ſeditioſi tribunatus petere conſulatum inſimulabant. Tum delectus haberi, bellumque omnium ordinum conſenſu apparari cœptum. [2] Conſules ambo profecti ſint ad arcem Carventanam, an alter ad comitia habenda ſubſtiterit, incertum diverſi auctores faciunt: illa pro certo habenda, in quibus non diſſentiunt, ab arce Carventana quum diu nequicquam oppugnata eſſet, receſſum: [3] Verruginem in Volſcis

Hunc ſecuti vulgatum fecere. Priores: *generoſique jam, ut inter plebeios.* Et ita ſcripti omnes. Eoque contenti eſſe debuerunt. Sic lib. 22. *Duobus nobilibus jam, familiarum plebei, C. Atilio Serrano, Q. Ælio Pato.* J. F. Gron.

1 *Reficeretur in annum tribunus pleb.*] Vet. aliquot lib. *reficeretur in annum ſequentem.* Sigonius.

Reficeretur in annum tribunus plebis] Nec boni libri eſt indicium immittere τὸ *ſequentem*: nec res ipſa hoc indiget adminiculo. Sic lib. 5, 25. *Tribunos plebis in annum eoſdem reficiunt.* Ubi ne diſſentiret ab ſe, Sigonianus idem: *in eum annum.* Quoties apud Livium: *prorogatum in annum imperium eſt*? nec intelligitur alius, quam ſequens. Lib. 27. *Magiſtratibus in annum creatis, Q. Fulvius dictatura ſe abdicavit.* Lib. 41. *Creatiſque in annum magiſtratibus, in provinciam redire.* J. F. Gron.

2 *Conſules ambo*] Vet. libri quidam. *Cæterum conſulum ambo.* Sigonius.

3 *Verruginem in Volſcis eod. exercitu receptam*] *Verrugo* Volſcorum arx, *Carventana* Æquorum fuit. Cæterum non apparet, quando amiſſa *Verrugo* ſit, cum tamen receptam eſſe eam hoc anno

ſcribat;

ſcis eodem exercitu receptam, populationeſque & prædas & in Æquis & in Volſco agro ingentes factas.
56 Romæ ſicut plebis victoria fuit in eo, ut quæ mallent, comitia haberent: ita eventu comitiorum Patres vicere. namque tribuni militum conſulari poteſtate contra ſpem omnium tres patricii creati ſunt, [1] C. Julius Iulus, [2] P. Cornelius Coſſus, C. Servilius Ahala. Artem adhibitam ferunt à patriciis (cujus eos Icilii tum quoque inſimulabant) quod turbam indignorum candidatorum intermiſcendo dignis, tædio ſordium [3] in quibuſdam inſignium, populum à plebeiis avertiſſent. [4] Volſcos deinde & Æquos ſeu Carventana arx retenta, in ſpem, ſeu Verrugine amiſſum præſidium, ad iram compuliſſe, fama affertur, ſumma vi ad bellum coortos: caput rerum Antiates eſſe. eorum legatos utriuſque gentis populos circumiſſe, caſtigantes ignaviam, Quod abditi intra muros populabundos in agris vagari Romanos priore anno,

ſcribat. Valerius Maximus C. Sempronium conſulem male rem geſſiſſe in Volſcis apud *Verruginem*, ſcribit, de qua clade etiam loquitur ſupra Livius. *Sigonius.*

1 *C. Julius Tullus*] *Julius Iulus*, ut dixi. *Idem.*

2 *Cn. Cornelius Coſſus*] Libri omnes veteres, præterea Diodorus *P. Cornelium* edunt, non *Cn. Cornelium*. Idem.

3 *In quibuſdam inſignium populum*] Alii libri ita habent. alii pro *inſignium* habent *inſcium*. Ego autem utramque vocem retinendam eſſe puto, ut legatur, *Tædio ſordium in quibuſdam inſignium inſcium populum à plebeiis avertiſſent*. Idem.

4 *Volſcos deinde* &c, *ad iram cum impuliſſet*] MSS. *Compuliſſet*, una voce pro duabus. Lege igitur: *Volſcos deinde & Æquos ſeu Carventana arx retenta in ſpem, ſeu Verrugine amiſſum præſidium ad iram compuliſſe fama affertur: ſumma vi ad bellum coortos*, &c. Memineris τὸ *fama* accipere ablativo caſu. Sic lib. 1. *Ut Servium conditorem omnis in civitate diſcriminis*, &c. *poſteri fama ferrent*. Lib. 34. *Has conditiones, quamquam ipſe in ſecreto volutaverat cum amicis, vulgo tamen omnes fama ferebant*. J. F. Gron.

Volſcos deinde & Æquos, ſeu Carventana arx retenta in ſpem, ſeu Verrugine amiſſum præſidium ad iram compuliſſet, fama affertur ſumma vi ad bellum coortos] Eſt perfectus & abſolutus hic ſenſus; quem optime, ut recte me ſubmonebat meus Perizonius, ſic conſtituunt MSS. in quo nihil prorſus eſt mutandum. Alterutrum enim horum cauſam belli fama ferebat. Et, eodem adnotante, ſolent veteres his particulis ita uti, ſiquidem cauſa rei, quam narrant, duplex reddi poſſit. 5, 9. *Primores patrum, ſive culpa, ſive infelicitate imperatorum, tam ignominioſa clades accepta eſſet, cenſuere*, &c. Deeſt hic iterum *quod*, aliis locis ſæpe non neglectum. Cæſar 1 Bell. Gall. 23. *Helvetii, ſeu quod timore perterritos diſcedere exiſtimarent, ſive quod re frumentaria intercludi poſſe confiderent, noſtros inſequi ac laceſſere cœperunt*. Jac. Gron.

1 Ne

Digitized by Google

,no, & opprimi Verruginis præſidium, paſſi eſſent. jam non exercitus modo armatos, ſed colonias etiam in ſuos fines mitti: [1] nec ipſos modo Romanos ſua diviſa habere, ſed Ferentinum etiam de ſe captum Hernicis donaſſe. Ad hæc quum inflammarentur animi, ut ad quoſque ventum erat, numerus juniorum conſcribebatur. Ita omnium populorum juventus Antium contracta, ibi caſtris poſitis hoſtem opperiebantur. Quæ ubi tumultu majore etiam quam res erat, nunciantur Romam, ſenatus extemplo (quod in rebus trepidis ultimum conſilium erat) dictatorem dici juſſit. quam rem ægre paſſos, Julium Corneliumque ferunt: magnoque certamine animorum rem actam: quum primores Patrum nequicquàm conqueſti, non eſſe in auctoritate ſenatus tribunos militum, poſtremo etiam tribunos plebi appellarent, & conſulibus quoque ab ea poteſtate vim ſuper tali re inhibitam referrent; tribuni plebi læti diſcordia Patrum, [2] nihil eſſe in his auxilii dicerent, qui non civium, non denique hominum numero eſſent. ſi quando promiſcui honores, communicata reſpubl. eſſet; tum ſe animadverſuros, ne qua ſuperbia magiſtratuum irrita ſenatuſconſulta eſſent. Interim patricii ſoluti legum magiſtratuumque verecundia, per ſe quoque tribuniciam poteſtatem agerent. Hæc contentio minime idoneo tem- 57
pore, quum tantum belli in manibus eſſet, occupaverat cogita-

1 *Nec ipſos modo Romanos ſua diviſa habere*] Poteſt utcunque tolerari: ſed ſi Livium loquentem ore ſuo volumus, ſcribamus: *ſua diviſui habere.* Sic lib. 33. *Vectigalia publica partim negligentia dilabebantur, partim præda ac diviſui principibus, quibuſdam & magiſtratibus erant.* Lib. 45. *Quanta Macedonia eſſet, quam diviſui facilis.* A. Gellius lib. 20, 1. *Neque pejus ullum facinus exiſtimatum eſt quam ſi cui probaretur clientem diviſui habuiſſe.* Sed & Livii lib. 1, 54. *Abſentiumque bona juxta atque interemptorum diviſa fuere.* Non ſine ſuſpicione ſum, ſcriptum auctori: *diviſui fuere.* J. F. Gron.

2 *Nihil eſſe in his auxilii dicerent, qui non civium*] E Fulvii & Cujacii libris notaverat Puteanus: *quibus non civium.* Videntur voluiſſe & ſuperius legi: *nihil eſſe in ſe his.* Sed vulgatæ ſententia eadem eſt: Patribus nihil auxilii in his, qui eorum ſtudio ac faſtidio non civium, immo ne hominum quidem numero eſſent vel haberentur. *Idem.*

Digitized by Google

cogitationes hominum: donec ubi diu alternis Julius Corneliuſque, quum ad id bellum ipſi ſatis idonei duces eſſent, non eſſe æquum, mandatum ſibi à populo eripi honorem, diſſeruere; tum Ahala Servilius tribunus militum, *Tacuiſſe ſe tamdiu*, ait, *non quia incertus ſententiæ fuerit: (quem enim bonum civem ſecernere ſua à publicis conſilia?) ſed quia maluerit collegas ſua ſponte cedere auctoritati ſenatus, quam tribuniciam poteſtatem adverſus ſe implorari paterentur. Tum quoque, ſi res ſineret, libenter ſe daturum tempus iis fuiſſe ad receptum nimis pertinacis ſententiæ. ſed quum belli neceſſitates non exſpectent humana conſilia, potiorem ſibi collegarum gratia rempubl. fore.* [1] *& ſi maneat in ſententia ſenatus, dicta-*

1 *Et ſi maneat in ſententia ſenatus* &c. *ac ſi quis intercedat, Senatuſconſulti auctoritate*, &c.] Neſcio an locus alius aut pulchrior ſit aut obſcurior, cujus quæ ſit ſententia, jure ſe ignorare Glareanus profitetur. Quis enim ſenſus ex tam mendoſis & male interpunctis verbis elici poſſet? Sic igitur lege: *At ſi quis intercedat Senatuſconſulto, auctoritate ſe fore contentum*. Particulam *At*, habent veteres libri: reliqua Romani moris obſervatione ſunt comparata. Nam inter *ſenatus conſultum* & *ſenatus auctoritatem*, illud intereſſe comperio; quod *conſultum decretum* ſit ratum magis, quam *auctoritas*. Nam ſi forte ſenatores omnes, qui vocati erant, non conveniſſent, habebatur ſenatus ille quidem, & quod decretum erat ſcribebatur, at ſcitum tamen id pro imperfecto, nec rato habebatur: verum auctoritas ſcribebatur tantummodo, ut ſenatorum voluntas, atque judicium de re extaret. Quoties autem nec legitimo in loco, nec die idoneo, nec edicto legitimo, ſed ambitioſe convocatus ſenatus eſſet, aut tribunus pleb. interdixiſſet, tum vero conſultum ſenatus non poterat fieri, ſed ea auctoritas dicebatur. Quæ vero dico, ea ex Dionis ſententia dico, lib. 55. Εἰ δ' οὖν ποτε ἐκ συντυχίας τινὸς μὴ συλλεχθεῖεν, ὅσους ἡ χρεία ἑκάστοτε ἐκάλει, ἐβουλεύοντο μὲν, καὶ ἡ γνώμη συνεγράφετο, οὐ μέντοι καὶ τέλος τι ὡς κεκυρωμένη ἐλάμβανεν, ἀλλ' αὐκτώριτας ἐγίγνετο, ὅπως φανερὸν τὸ βούλημα ᾖ· τοιοῦτον γάρ τι ἡ δύναμις τοῦ ὀνόματος δηλοῖ, ἑλληνίσαι γὰρ αὐτὸ καθάπαξ ἀδύνατόν ἐστιν. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ εἴ ποτε ἐν τόπῳ τινὶ μὴ νενομισμένῳ, ἢ ἡμέρᾳ μὴ καθηκούσῃ, ἢ καὶ ἔξω νομίμου παραγγέλματος ὑπὸ σπουδῆς ἠθροίσθησαν, ἢ καὶ ἐναντιωθέντων τινῶν δημάρχων τὸ μὲν δόγμα οὐκ ἠδυνήθη γενέσθαι, τὴν δὲ δὴ γνώμην σφῶν οὐχ ὑπέμενον ἀποκρυφθῆναι, ἐνομίζετο, καὶ αὕτη μετὰ ταῦτα ἡ κύρωσις κατὰ τὰ πάτρια ἐπήγετο, καὶ ἡ ἐπίκλησις τοῦ δόγματος ἐπεφέρετο. Hic idem mos explicatur etiam in epiſtola Cœlii: *Quod M. Marcellus* V. F. *de provinciis*, D. E. R. I. C. *Senatum exiſtimare, neminem eorum, qui poteſtatem habent intercedendi, impediendi, moram afferre oportere, quo minus de rep. quam primum ad ſenatum referri*, S. Q. C. *fieri poſſit. Qui impedierit, eum ſenatum exiſtimare contra remp. feciſſe. Si quis huic* S. C. *interceſſerit, ſenatui placere auctoritatem perſcribi, & de ea re ad ſenatum populumque referri*. De ſenatus autem conſulto faciendo, idem ita: *Senatuſconſultum factum eſt, auctoritateſque perſcripta prid. Kal. Octob. in æde Apollinis, ſcribendo affuerunt L. Domitius Cn. F. Ahenobarbus, Q. Cæcilius Q. F. Metel-*

lus

dictatorem nocte proxima dicturum: ac ſi quis intercedat ſenatuſconſulto, auctoritate ſe fore contentum. Quo facto, quum haud immeritam laudem gratiamque apud omnes tuliſſet, dictatore P. Cornelio dicto, ipſe ab eo [1] magiſter equitum creatus exemplo fuit collegas eumque intuentibus, quam gratia atque honos opportuniora interdum non cupientibus eſſent. Bellum haud memorabile fuit. uno atque eo facili prœlio cæſi ad Antium hoſtes. victor exercitus depopulatus Volſcum agrum. caſtellum [2] ad lacum Fucinum vi expugnatum: atque in eo tria millia hominum capta, cæteris Volſcis intra mœnia compulſis, nec defendentibus agros. Dictator bello ita geſto, ut tantum non defuiſſe fortunæ videretur, felicitate quam [3] gloria major in urbem rediit, magiſtratuque ſe abdicavit. Tribuni militum mentione nulla comitiorum conſularium habita (credo ob iram dictatoris creati) tribunorum militum comitia edixerunt. Tum vero gravior cura Patribus inceſſit; quippe quum prodi cauſſam ab ſuis cernerent. Itaque ſicut priore anno, per indigniſſimos ex plebeiis candidatos omnium etiam dignorum tædium fecerant; ſic tum primoribus Patrum ſplendore gratiaque ad petendum præparatis, omnia lo-

ca

lus Pius Scipio, &c. Et ad Lentulum Cicero lib. 1. *De his rebus ſenatus auctoritas graviſſima interceſſerat, cui cum Cato & Caninius interceſſiſſent, tamen eſt perſcripta.* Hinc legimus etiam apud Livium, dictatorem modo factum ex Senatuſconſulto, modo ex auctoritate ſenatus: cum tamen non ſit idem. His verbis ſatis & Livii locum emendatum, & quid ſit *ſenatus* cum *auctoritas*, tum *conſultum*, declaratum puto. *Sigonius.*

1 *Magiſter equitum creatus eſt. Exemplo*] Tò *eſt* MSS. omnibus ignorabile. Diſtingue & emenda: *ipſe ab eo magiſter equitum creatus, exemplo fuit collegas eumque intuentibus.* Non enim ipſis *collegis* haud dubie malignis. ſed illis qui remoti à cauſa utroſque compararent, & ex utrorumque facto documentum caperent. Lib. 22. *Nunc & collegam tuum & te talem virum intuenti mihi tecum omnis oratio eſt.* Hoc quum notaſſem, accepi ab Rubenio in Chiflet. quoque legi *Collegas*. J. F. Gron.

2 *Ad lacum Fucinum*] Hujus lacus aliquoties meminit Plin. Virgilius lib. 7. *Vitrea te Fucinus unda.* Plinius in Marſis, Livius in Volſcis ponit. Sed haud ſcio potuerintne hi duo populi alicubi eſſe confines. *Glareanus.*

3 *Gloria major*] Vet. lib. *Felicitate, quam gloria majore*, Quæ locutio venuſta eſt, & bonis ſcriptoribus uſitata. *Sigonius.*

1 *L.Cur-*

ca obtinuere; ne cui plebeio aditus eſſet. Quatuor creati ſunt, omnes jam functi eo honore, [1] L. Furius Medullinus, C. Valerius Potitus, [2] Numerius Fabius Vibulanus, C. Servilius Ahala. hic refectus continuato honore, quum ob alias virtutes, tum ob recentem favorem unica moderatione partum.
58 Eo anno, quia tempus induciarum cum Veienti populo exierat, per legatos fecialeſque res repeti cœptæ. quibus venientibus ad finem, legatio Veientium obviam fuit. Petiere, ne prius quam ipſi ſenatum Romanum adiſſent, Veios iretur. Ab ſenatu impetratum, quia diſcordia inteſtina laborarent Veientes, ne res ab iis repeterentur. tantum abfuit ut ex incommodo alieno ſua occaſio peteretur. Et in Volſcis accepta clades, amiſſo Verrugine præſidio. ubi tantum in tempore fuit momenti, ut quum, precantibus opem militibus qui ibi à Volſcis obſidebantur, ſuccurri, ſi maturatum eſſet, potuiſſet; ad id venerit exercitus ſubſidio miſſus, ut ab recenti cæde palati ad prædandum hoſtes, opprimerentur. Tarditatis cauſſa, in ſenatu magis fuit [3] quam in tribunis. [4] qui, quia ſumma

1 *L. Curtius Medullinus tertium*] Anno ab Urbe cond. 357 rurſus tertium fit hic Lucius tribunus mil. conſ. poteſtate, quare neceſſe eſt, ut alterutro in loco *Sex. Furius* legatur. neque enim idem bis poteſt tertium fuiſſe tribunus. Eadem de cauſa anno 355 *Sextum Furium Medullinum quartum* legam. Omnino in his prænominibus tantus eſt error, & tam nulla propemodum via ad veritatem, ut de eis deſperarim. Furium enim Medullinum ab anno 323 ad annum 364 decies ter habebis in magiſtratibus. *Glareanus.*

2 *Cn. Fabius Vibulanus*] Lege N. *Fabius Vibulanus* ex monumentis Capitolinis, & ex Diodoro, qui Νεμέριον Φάβιον edit. *Sigonius.*

3 *Quam tribunis*] Vet. lib. *quam in tribunis*, Idem.

4 *Qui quia ſumma vi reſiſtere nuntiabantur*] Duplex hic mendum: *Qui* non poteſt reſpicere niſi τὸ *tribunis*: at *cogitaverunt* reſpicit ſenatum ſeu patres, non tribunos, qui ab hac culpa excuſantur. Cancellandum igitur, quippe ſine illo oratio conſtat, nihilque habet ambigui. Deinde tres Pall. & Rhenani codex & Romana editio Andreæ, *reſtare*, non *reſiſtere*, quod ex Campano, omnes adoptarunt. Sic lib. 6. *Ibi dum iniquo loco ſola virtute militum reſtantes cæduntur ceduntque.* Ibidem: *æqua virtute fortunaque Latinæ maxime legiones, longa ſocietate militiam Romanam edoctæ, reſtabant.* Lib. 8. *Pedes reſtantes circumventos cecidit, ab equite fugientium ſtrages eſt facta.* Lib. 23. *Qui pauci plures vincere ſoliti eſtis, nunc paucis plures vix reſtatis.* Vera igitur Livii manus hæc fuit: *Tarditatis cauſa*

d by Google

ma vi reſtare nunciabantur, parum cogitaverunt, [1] nulla virtute ſuperari humanarum virium modum. Fortiſſimi milites, non tamen nec vivi, nec poſt mortem inulti fuere. Inſequenti anno, P. & Cn. Corneliis Coſſis, [2] Numerio Fabio Ambuſto, L. Valerio Potito, tribunis militum conſulari poteſtate, Veiens bellum motum, ob ſuperbum reſponſum Veientis ſenatus, qui legatis repetentibus res, ni faceſſerent propere urbe finibuſque daturos quod [3] Lars Tolumnius dediſſet, reſponderi juſſit.

cauſa in ſenatu magis fuit quam tribunis. Quia ſumma vi reſtare nuntiabantur (milites qui Verrugine in præſidio erant) *parum cogitaverunt* (Patres,) *nulla virtute ſuperari humanarum virium modum.* Conceptum ſimiliter lib. 38. *Samei deſciverunt. Quia opportuno loco urbs poſita eſſet, timuiſſe ſe ajebant, ne demigrare cogerentur.* J. F. Gron.

1 *Nulla virtute ſuperari humanarum virium modum*] Lego, *nimiarum virium.* Tan. Faber.

2 *Cn. Fabio Ambuſto*] Scribe item N. *Fabio Ambuſto*, ſequutus & marmora Capitolina, & Diodorum. Vixerunt autem hoc tempore duo Numerii Fabii, alter Vibulanus Q. F. alter Ambuſtus M. F. Quod ut omnes ita eſſe intelligant, Fabiorum ſtemma ſubjungam, ex Livii, Dionyſii, Diodori, auctorumque Capitolinorum ſententia uſque ad Q. Fabium Maximum Rullianum:

K. Fabius Vibulanus.

K. Fabius K. F. Vibulan. Cos. 268, 271, 273.	M. Fabius K. F. Vibulan. Cos. 269, 272.	Q. Fabius K. Vibulan. Cos. 267, 270.

Q. Fabius M. F. K. N. Vibulan. qui puer ad Cremeram ſuperfuit cccvi Fabiis interfectis. Cos. 285, 287, 294. Xvir 302, 303.

Q. Fabius Q. F. M. N. Vibulan. Cos. 331. Tr. mil. 339, 341.	M. Fabius Vibulanus Cos. 312. Tr. mil. 321.	N. Fabius Q. F. M. N. Vibulan. Cos. 333. Tr. mil. 340, 348.

M. Fabius Ambuſtus. de quo nihil.	Q. Fabius Ambuſtus Cos. 343.	N. Fabius M. F. Q. N. Ambuſtus. quæſt. 346. Tr. mil. 349.	K. Fabius M. F. Q. N. Ambuſtus. Tr. m. 351, 354, 360.
Q. Fabius cũ duobus Fabiis fratribus M. Ambuſti F. Legati ad Gallos. Tr. mil. 365.		M. Fabius N. F. M. N. Ambuſtus Cos. 395, 399, 401. Dict. 405.	M. Fab. K. F. M. N. Ambuſtus. Tr. m. 375, 386. Pont. Max. ſocer Stolonis.
		Q. Fabius M. F. N. N. Maximus Rullianus Cos. 432.	M. Fabius Ambuſtus mag. eq. 432. *Sigonius.*

3 *Lars Tolumnius*] *Lar Tolumnius* eſt in veteribus libris, atque ita ſcribendum

ſit. Id Patres ægre paſſi, decrevere, ut tribuni militum de bello indicendo Veientibus primo quoque die ad populum ferrent. Quod ubi primo promulgatum eſt, fremere juventus, *Nondum debellatum cum Volſcis eſſe; modo duo præſidia occidione occiſa, & cum periculo retineri. Nullum annum eſſe, quo non acie dimicetur. & tanquam pœniteat laboris, novum bellum cum finitimo populo & potentiſſimo parari, qui omnem Etruriam ſit concitaturus.* Hæc ſua ſponte agitata, inſuper tribuni plebis accendunt. *Maximum bellum patribus cum plebe eſſe* dictitant: *eam de induſtria vexandam militia, trucidandamque hoſtibus objici: eam procul urbe haberi atque ablegari, ne domi per otium memor libertatis coloniarumque, aut agri publici aut ſuffragii libere ferendi conſilia agitet:* [1] prenſanteſque veteranos ſtipendia cujuſque, & vulnera ac cicatrices numerabant: quid jam integri eſſe in corpore loci ad nova vulnera accipienda, [2] quid ſuper ſanguinis qui dari pro republica poſſet? rogitantes. Hæc quum in ſermonibus, concionibuſque interdum agitantes, avertiſſent plebem ab ſuſcipiendo bello, [3] profertur tempus ferendæ legis: quam, ſi ſubjecta invidiæ eſſet,
59 antiquari apparebat. Interim tribunos militum in Volſcum agrum ducere exercitum placuit. Cn. Cornelius unus Romæ relictus. Tres tribuni, poſtquam nullo loco caſtra Volſcorum eſſe, nec commiſſuros ſe prœlio apparuit, tripartito ad devaſtandos fines diſceſſere: Valerius

dum eſſe ex Chariſii, Priſciani & Servii nobilium Grammaticorum auctoritate docui, in Prænominibus. *Sigonius.*

1 *Prahenſanteſque veteranos*] Vet. lib. *Prenſanteſque.* Idem.

2 *Quid ſupereſſe ſanguinis*] Ut Rhenani, ſic & Florent. Voſſ. Rott. Gud. *quid ſuper ſanguinis.* Quare id reddere Livio non metuam, Virgilius: *O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago.* Hoc tamen mollius, quia in vicinia *τὸ eſſe* apparet. *J. F. Gron.*

3 *Profertur tempus ferendæ legis*] *Legem* intelligit, non de conſule ex plebe creando, quæ poſt tribunos mil. creatos refrixit, relataque poſtea eſt à L. Sextio, & C. Licinio tribunis pl. verum legem de bello Veientibus indicendo. *Sigonius.*

Profertur tempus ferendæ legis] Nam decreta de bellis indicendis dicuntur quoque *leges.* Juſtinus lib. 2. *Capital eſſe apud Athenienſes cœpit, ſi quis legem de vindicanda inſula tuliſſet.* J. F. Gron.

1 *Et*

lerius Antium petit, Cornelius Ecetras. quacumque inceſſere, late populati ſunt tecta agroſque, ut diſtinerent Volſcos. Fabius, quod maxime petebatur, ad Anxur oppugnandum ſine ulla populatione acceſſit. Anxur fuit quæ nunc Tarracinæ ſunt; urbs prona in paludes. ab ea parte Fabius oppugnationem oſtendit. Circummiſſæ quatuor cohortes cum C. Servilio Ahala, quum imminentem urbi collem cepiſſent: ex loco altiore, qua nullum erat præſidium, ingenti clamore ac tumultu mœnia invaſere. ad quem tumultum obſtupefacti, qui adverſus Fabium urbem infimam tuebantur, locum dedere ſcalas admovendi, plenaque hoſtium cuncta erant, [1] & in muris diu cædes pariter fugientium ac reſiſtentium armatorum atque inermium fuit. Cogebantur itaque victi, quia cedentibus ſpei nihil erat, pugnam inire: quum pronunciatum repente, ne quis præter armatos violaretur, reliquam omnem multitudinem voluntariam exuit armis: quorum [2] ad duo millia & quingenti vivi capiuntur. à cætera præda Fabius militem abſtinuit, donec collegæ venirent: ab illis quoque exercitibus captum Anxur dictitans eſſe, qui cæteros Volſcos à præſidio ejus loci avertiſſent. Qui ubi venerunt, oppidum vetere fortuna opulentum, tres exercitus diripuere: eaque primum benignitas imperatorum, plebem Patribus conciliavit. Additum deinde [3] omnium maxime tempe-

1 *Et in muris diu cædes*] Emenda: *& immitis diu cædes.* Sic Flor. Rott. Helm. Voſſiani duo, Mureti codices: *inmitis* ſcilicet vel *immitis.* Sine miſericordia aut parcendi diſcrimine. Sic reſtituimus nuper Plauto Bacchid. 3,4. *Immitiorem nunc utrum credam magis, Sodalemne eſſe, an Bacchidem, incertum admodum eſt.* J. F. Gron.

2 *Ad duo millia & quingenti vivi capiuntur*] Legend. *ad duo millia* & *quingentos, vivi capiuntur.* Tan. Faber.

3 *Omnium maxime tempeſtive principium in m. munere*] Ita legendum putavit Rhenanus, cum antea legeretur, *Additum deinde omnium maxime tempeſtive præcipuum in multitudinem munus.* Quæ utraque lectio non ſatis probatur. probatur autem ea quæ eſt in libris vett. quos ipſe inſpexi: *Additum deinde omnium maxime tempeſtive principium in multitudinem munerum.* Principium autem donandæ multitudinis ſtipendium fuiſſe ait tum primum de publico militibus datum. *Sigonius.*

Maxime tempeſtivo principium] Quod ait Sigonius lectum ante Rhenanum: *tempeſtive præcipuum in multitudinem munus:*

tempeſtivo principum in multitudinem munere, ut ante mentionem ullam plebis tribunorumve decerneret ſenatus, ut ſtipendium miles de publico acciperet, quum ante id tempus de ſuo quiſque functus eo munere eſſet.
60 Nihil acceptum unquam à plebe tanto gaudio traditur. Concurſum itaque ad curiam eſſe, prenſataſque exeuntium manus, & Patres vere appellatos: effectum eſſe fatentibus, ut nemo pro tam munifica patria, donec quicquam virium ſupereſſet, corpori aut ſanguini ſuo parceret. [1] Quum commoditas juvaret, rem familiarem ſaltem

munus: id non niſi apud Moguntinos & Frobenium reperio. Andreas & Juntas *principium muneris*. A quo duabus literis diſtat, quod ille ex ſuis veteribus probat: *Additum deinde omnium maxime tempeſtive principium in multitudinem munerum*. At minime omnium id probat mihi. Quis quæſo mortalium, præter ipſum interpretetur *principium munerum in multitudinem*, ſtipendium tum primum de publico datum. Nam extra illud falſum eſt nullam ante in multitudinem eſſe liberalitatem exercitam. Quo illa blandimenta plebi poſt reges exactos data? toties levata annona? toties agri diviſi? toties & cum maxime præda conceſſa? Perpulchra ſane oratio: *additum eſt principium munerum in multitudinem*, hoc eſt, præter illa quæ dicta ſunt, factum eſt initium ſtipendiorum. Sic ſcribere Livium? Et hæc poſſe probare quemquam contra ſcripturam tam Latinam, tam apertam & planam, tam aptam: *tempeſtivo principum in multitudinem munere*: quam non modo MSS. ſed Becharius, ſed Veneta Zanenſis, ſed Tarviſina Vercellenſis, ſed Aſcenſii, & Saveterii Pariſienſis dudum prodiderunt? Non enim fuit *principum munus*, qui ultro decreverunt ex ærario? qui ut cenſum habebant maximum, ita plurimum contulerunt; qui aliis conferendi pigritiam exemplo excuſſerunt. Non fuit *omnium maxime tempeſtivum*? inſtante graviſſimo bello, tergiverſante & fremente juventute, tribunis incendentibus plebem, erogatum, quo, præter hos ſolos, omnes homines, non tantum omnes ordines, Patribus ſunt mire conciliati. Vir præſtantiſſimus præter ſolitum hic dormitavit. *J. F. Gron.*

1 *Cum commoda ita juvarent, rem familiarem ſaltem acquieſcere eo tempore*] Lego, *cum commodis ſuis ita ſervirent, ut res familiaris ſaltem acquieſceret*. Tan. Faber.

Quum commoditas juvaret rem famil, &c.] Jam dudum hoc pro deſperato. Lipſius: *cum commoda ita juvaret: rem familiarem ſaltem accreſcere*. Equidem τὸ *accreſcere* nequam puto, vel ob id quod ſequitur *operatum*: nam ante data ſtipendia non modo manus & corpora, ſed & patrimonium militantium reipublicæ ſerviebat & fatigabatur, quum ſuo cibo caſtra ſequerentur: quod acquievit nec perinde attritum eſt, ex quo æra meruerunt. Alterum non placet magno viro, etſi cubare locum in mendo fateatur: non enim juvabant, inquit, commoda jam data: nec hoc ſi vellet, ſic loqueretur Livius. Quid ni ille? quum Suetonius Calig. 41. *Quaſi adjuvantium Cæſaris reditus*. Nam quod ait *jam data*, hæc captio eſt. *Commoda* ſunt militum: ſed non ſolorum ſunt *commoda* militum. Sunt uniuſcujuſque fructus, reditus, vectigalia, ſalaria, honora-

Digitized by Google

tem acquieſcere eo tempore, quo corpus addictum atque operatum reipubl. eſſet; tum quod ultro ſibi oblatum eſſet, non à tribunis plebis umquam agitatum, non ſuis ſermonibus efflagitatum: id efficiebat multiplex gaudium, [1] cumulatioremque gratiam rei. Tribuni plebis communis ordinum lætitiæ concordiæque ſoli expertes, negare, *Tam id lætum Patribus univerſis, nec proſperum fore quam ipſi crederent. conſilium ſpecie prima melius fuiſſe quam uſu apparituram. Unde enim eam pecuniam confici poſſe, niſi tributo populo indicto? ex alieno igitur aliis largitos.* neque

noraria, propter quæ vivit facilius. Sic *ſacerdotum commoda auxiſſe* dicitur Auguſtus cap. 31, & Claudius *magna commoda conſtituiſſe naves fabricantibus* cap. 18. Sic igitur civium *commoda*, id eſt, quas quiſque rationes haberet commode vivendi, decreto ſtipendio, *juviſſe* belle patria vel Patres dicerentur. Mavult ille, *cum commodis juvaret*; vel, *Quum commodis datis juvet. rem familiarem ſaltem*: & quum Lipſius hanc faciat partem membri præcedentis, ille ſequenti adjudicat. Quorum ego facile optionem cuivis relinquo, ſi modo ſatis acceptum habeat vitium ſubeſſe: de quo incipio dubitare. Video enim duas ponere cauſas Livium, quæ huic muneri mirificum lenocinium addiderunt: alteram ipſius rei fructum, quæ moleſta quemque impenſa levabat, quo tempore minime attendere domeſticis rationibus poſſent; alteram promptam largientium voluntatem, quæ ante cujuſquam ſpem aut deſiderium munifica fuerat. Sic Juſtinus de Alexandro ſolvente militum æs alienum: *Inſignis hac munificentia non ſumma tantum, verum etiam titulo muneris fuit.* Fauſta omina & laudes, quas donati congerunt in donantes, finiuntur cum periodo illa in verbo *parceret*. *Quum commoditas* (pergit hinc auctor, ſuo, non tenuium civium ore) *commoditas*, id eſt, utilitas, opportunitaſque hujus muneris, in eo ſita, quod permittebatur *rem familiarem* cujuſque *ſaltem acquieſcere eo tempore, quo corpus addictum atque operatum reipublicæ eſſet*; iſta igitur quum commoditas *juvaret*, delectaret accipientes, grata accideret accipientibus: *tum quod ultro oblatum*, &c. Commoditas ſic Ciceroni, l. 2 de Offic. *Qui ex beſtiis fructus, quæ commoditas percipi poſſet*? Malles forte, *juvabat*. Sed ſic quoque lib. 3. *Quum promptum hoc jus velut ex oraculo incorruptum pariter ab his ſummi infimique ferrent; tum legibus condendis opera dabatur.* Lib. 8. *Quum ipſa per ſe res anceps eſſet, prout cujuſque ingenium erat, atrocius mitiuſve ſuadentibus; tum incertiora omnia unus ex Privernatibus legatis fecit.* J. F. Gron.

Rem familiarem, ſaltem acquieſcere] Suſpectum habet verbum, *Acquieſcere*, Glareanus, quaſi vero non lib. 5 ita locutus ſit Livius: *Ut feſſa diutino bello acquieſceret civitas*, id eſt: *quieſceret*. Sigonius.

1 *Cumulatioremque gratiam rei*] Hoc in primo video Junta. Voſſ. Rott. & Helm. MS. Andreas, Tarviſ. Beccar. Ven. utraque, Aſcenſ. Mogunt. & poſt Juntam etiam Saveter. ignorant vocabulum *rei*. Tollaturque: nemo enim tam fatuus qui non facile id intelligat: certe multo facilius, quam ſupra in τῷ *commoditas*: ubi ſi additum fuiſſet, nulla iſtius loci ſummos viros percepiſſet obſcuritas: & tamen Livio addere non placuit. *J. F. Gron.*

1 Ne-

[1] *neque id etiamſi cæteri ferant, paſſuros eos, quibus jam emerita ſtipendia eſſent, meliore conditione alios militare quam ipſi militaſſent. & eoſdem in ſua ſtipendia impenſas feciſſe, & in aliorum facere.* His vocibus moverunt partem plebis. poſtremo indicto jam tributo, edixerunt etiam tribuni, auxilio ſe futuros, ſi quis in militare ſtipendium tributum non contuliſſet. Patres bene cœptam rem perſeveranter tueri: conferre ipſi primi: [2] & quia nondum argentum ſignatum erat, æs grave plauſtris quidam ad ærarium convehentes, ſpecioſam etiam collationem faciebant. Quum ſenatus ſumma fide ex cenſu contuliſſet, primores plebis, nobilium amici, ex compoſito conferre incipiunt. quos quum & à Patribus collaudari, & à militari ætate tamquam bonos cives conſpici vulgus hominum vidit, repente ſpreto tribunicio auxilio, certamen conferendi eſt ortum. & lege perlata de indicendo Veientibus bello, exercitum magna ex parte voluntarium novi tribuni militum conſulari poteſtate Veios du-
61 xere. [3] Fuere autem tribuni T. Quintius Capitolinus, P. Quintius Cincinnatus, [4] C Julius Iulus iterum, [5] A. Manlius, L. Furius Medullinus iterum, [6] Manius Æmilius Mamercinus. Ab his primum circumſeſſi Veii ſunt, ſub cujus initium obſidionis quum Etruſcorum concilium ad fanum Voltumnæ frequenter habitum eſſet, parum

1 *Neque id etiam*] Vet. lib. *Neque enim id*. Quod placet. *Sigonius.*

2 *Et quia nondum argentum ſignatum erat, æs grave*, &c.] Ex his Livii verbis colligimus, de *ære gravi*, minime hæc eſſe intelligenda de rudi & informi, quum tunc temporis ære ſignato uterentur Romani. Sed æs grave appellatum, quia penderetur, non numeraretur in ſolutionibus. Namque ſi parva ſumma erat ſolvenda, numerabantur nummi ærei; ſi magna, appendebantur. Vide & Caſſiodor. l. Variar. 7 Epiſt. 32. *Marcell. Donatus.*

3 *Fuere autem tribuni*] Et hic farcinatorum cento eſt meo quidem judicio. Dederat Livius: *novi tribuni militum conſulari poteſtate Veios duxere, T. Quinctius Capitolinus*, &c. *J. F. Gron.*

4 *C. Julius Tullus*] *Julius Iulus*, ut dixi. *Sigonius.*

5 *A. Manilius*] *A. Manlius* ex tribunatu hujus Capitolino: præterea *Manilii* plebeii, hic patricium quærimus. Item *Aulus* prænomen eſt *Manliorum*, non *Maniliorum*. Idem.

6 *M. Æmylius Mamercus*] *M' Æmilius Mamercinus* ex tribunatu hujus Capitolino. *Idem.*

1 *M. Ser-*

Digitized by Google

parum conſtitit, bellone publico gentis univerſæ tuendi Veientes eſſent. Ea oppugnatio ſegnior inſequenti anno fuit, parte tribunorum exercituſque ad Volſcum avocata bellum. Tribunos militum conſulari poteſtate is annus habuit C. Valerium Potitum tertium, [1] Manium Sergium Fidenatem, P. Cornelium Maluginenſem, Cn. Cornelium Coſſum, [2] Cæſonem Fabium Ambuſtum, Sp. Nautium Rutilum iterum. Cum Volſcis inter Ferentinum atque Ecetram ſignis collatis dimicatum. Romanis ſecunda fortuna pugnæ fuit. Artena inde Volſcorum oppidum ab tribunis obſideri cœpta. inde inter eruptionem tentatam compulſo in urbem hoſte, occaſio data eſt Romanis irrumpendi, præterque arcem cætera capta. [3] in arcem munitam natura globus armatorum conceſſit. Infra arcem cæſi captique multi mortales. arx deinde obſidebatur: nec aut vi capi poterat, quia pro ſpatio loci ſatis præſidii habebat; aut ſpem dabat deditionis, omni publico frumento, priuſquam urbs caperetur, in arcem convecto. tædioque receſſum inde foret, ni ſervus arcem Romanis prodidiſſet. ab eo milites per locum arduum accepti, cepere. à quibus quum cuſtodes trucidarentur, cætera multitudo repentino pavore oppreſſa, in deditionem venit. Diruta & arce & urbe Artena, reductæ legiones ex Volſcis; omniſque vis Romana Veios converſa eſt. Proditori, præter libertatem,

1 *M. Sergium Fidenatem*] Scribe *M' Sergium* ex tribunatu ejus Capitol. & ex Diodoro, qui Μάνιον Σέργιον hunc vocat: præterea ex veteribus libris, qui *Mánlium Sergium* habent. Fuiſſe autem *Sergiorum* prænomen *Manium*, argentei nummi indicant, qui multi cum apud alios, tum apud clariſſimum patrem tuum ſunt, cum his literis, *M' Sergi. Silus*. Sigonius.

2 *C. Fabium Ambuſtum*] Diodorus hunc Καίσωνα Φάβιον vocat, id eſt, *Cæſonem Fabium*, itemque Capitolini ſcriptores, apud quos eſt hoc anno *K. Fabius*. Quare ita legendum eſt. *Idem*.

3 *In arcem munitam*] Valde moleſtum eſt, ſexies tam propinquis locis *arcem* nominari: nec feciſſe Livium puto. Quis enim hæſitaret, ſi ſic legeretur? *præterque arcem cætera capta. in eam munitam natura globus armatorum conceſſit. Infra arcem cæſi captique multi mortales. Ipſa deinde obſidebatur*, &c. *tædioque receſſum inde foret, ni ſervus prodidiſſet*. Sed quia ſcripti nihil mutant, feramus oportet. *J. F. Gron.*

tem, duarum familiarum bona in præmium data. [1] Servius Romanus vocitatus. Sunt, qui Artenam Veientium, non Volſcorum fuiſſe credant. Præbet errorem, quod ejuſdem nominis urbs inter Cære atque Veios fuit: ſed [2] eam reges Romani delevere, Cæretumque non Veientium fuerat. Altera hæc nomine eodem in Volſco agro fuit, cujus excidium eſt dictum.

1 *Servius Romanus vocit.*] Vet. lib. *Servus.* Sigonius.
2 *Eam reges Rom. delevere*] Vet. lib. *Diruere:* ut lib. 7. *Reſtitutaque urbs quam Latini diruerant.* Idem.

EPITOME
LIBRI V.

IN obſidione Veiorum hibernacula militibus facta ſunt. ea res quum eſſet nova, indignationem tribunorum plebis movit, querentium non dari plebi nec per hiemem militiæ requiem. Equites tum primum equis ſuis merere cœperunt. Quum inundatio [1] *ex lacu Albano facta eſſet, vates qui eam rem interpretaretur,* [2] *de hoſtibus captus eſt. Furius Camillus dictator decem annos obſeſſos Veios cepit: ſimulacrum Junonis Romam tranſtulit: decimam partem prædæ Delphos Apollini miſit. Idem tribunus militum, quum Faliſcos obſideret, proditos hoſtium filios parentibus remiſit: ſtatimque deditione facta, Faliſcorum victoriam juſtitia conſecutus eſt. Quum alter* [3] *ex cenſoribus, C. Julius deceſſiſſet, in locum ejus M. Cornelius ſuffectus eſt. nec id poſtea factum eſt: quoniam eo luſtro à Gallis Roma capta eſt. Furius Camillus, quum ei dies à* [4] *L. Appuleio tribuno plebis dicta eſſet, in exilium abiit. Quum Senones Galli*

1 IN *lacu Albano*] Vet. lib. *Ex lacu Albano.* Sigon.
2 *Ab hoſtibus capt.*] Vet. lib. *de hoſtibus*, præclare: erat enim vates ille unus ex hoſtibus. *Idem.*
3 *Ex cenſoribus Julius*] Vet. lib. *C. Julius.* itemque Livius. *Idem.*
4 *L. Apuleo*] *Appuleius*, duobus *pp* ſcribi debet, ſi ſequimur nummos argenteos, & lapides Capitolinos. *Idem.*

Digitized by Google

Galli Cluſium obſiderent, & legati à Senatu miſſi ad componendam inter eos & Cluſinos pacem, pugnantes contra Gallos in acie Cluſinorum ſtetiſſent; hoc facto eorum concitati Senones urbem infeſto exercitu petierunt, fuſiſque [1] *ad Alliam flumen Romanis, cepere urbem, præter Capitolium,* [2] *in quod ſe juventus contulerat: majores natu cum inſignibus honorum, quos quiſque geſſerat, in veſtibulis ædium ſedentes occiderunt. & quum per averſam partem Capitolii jam in ſummum evaſiſſent, proditi clangore anſerum, M. Manlii præcipue opera dejecti ſunt.* [3] *coactis deinde propter famem Romanis deſcendere, ut mille pondo auri darent, & hoc pretio finem obſidionis emerent; Furius Camillus dictator abſens creatus,* [4] *inter pendendum aurum cum exercitu venit: & Gallos poſt ſextum menſem urbe expulit, ceciditque.* [5] *Ædes Aio Loquutio facta, quo loco ante urbem captam vox audita erat, adventare Gallos. Dictum eſt ad Veios migrandum eſſe, propter incenſam & dirutam urbem. quod conſilium Camillo auctore diſcuſſum eſt. Movit populum vocis quo-*

que

1 *Ad Alliam*] *Aliam* ſcribendum uno *l*, & *Dies Alienſis*. Hanc enim habent ſcripturam plerique veteres libri, item Græci ſcriptores: περὶ Ἀλίαν ποταμὸν, & Ἀλιάδα ἡμέραν, ut Plutarchus. Servius etiam in 7 Æneidos docet à Poëtis *Alliam* duobus *ll* dici metri cauſa, ut *Relliquias*. Sigonius.

2 *In quod ſe juvenes contulerant*] Veteres libri, *In quod ſe juventus contulerat*. Idem.

3 *Coactis deinde propter famem Romanis deſcendere*] Alii *deſpondere*. Male quidem, ſed & illud juvandum videtur. *propter famem Romanis eo deſcendere*. Dicuntur *aliquo deſcendere*, qui ad gravem aliquam conditionem inviti neceſſitate veniunt. Cicero pro Quinctio: *Viri boni cum palam fraudantur, cum experiundi poteſtas non eſt, timide tamen & pedetentim iſtuc deſcendunt, neceſſitate coacti, inviti*. Pro Fonteio: *Videte, quo deſcendam, judices: quam longe videar à conſuetudine mea & cautione ac diligentia diſcedere*. Lib. 2 de Invent. *Qua in re vel concedere alteri, vel ad conditionem alterius deſcendere, & in præſentia quieſcere, atque aliud tempus exſpectare oportebit*. Cæſar 1 Civ. *Sed tamen ad omnia deſcendere ſe paratum atque omnia pati reipubl. cauſa*. J. F. Gron.

4 *Inter pendendum aurum*] Vet. lib. *Inter ipſum colloquium, quo de pacis conditionibus agebatur*. Sigonius.

5 *Ædes Loquutio facta*] Liviani libri veteres *Alloquutio* habent. Hunc Deum Gellius. lib. 16 cap. 17 *Aium* vocat. Cicero de Divin. *Aium loquentem*. ex quo ego ſuſpicatus ſum, *Aio loquuto* & hic, & apud Livium eſſe legendum. Verba Ciceronis ſunt hæc, lib. 2. *At paulo poſt audita vox eſt monentis, ut providerent ne à Gallis Roma caperetur, ex eo Aio Loquenti aram in nova via conſecratam. quid ergo? Aius iſte Loquens, quando eum nemo norat, ajebat, & loquebatur, & ex eo nomen invenit, poſteaquam & ſedem, & aram, & nomen invenit, obmutuit?* Plutarchus in Camillo φήμην καὶ κληδόνα vertit. *Idem*.

que omen ex centurione audita, qui, quum in forum veniſſet, manipulariis ſuis dixerat, Sta miles, heic optime manebimus.

1 PACE alibi parta, Romani Veiique in armis erant, tanta ira odioque, ut victis finem adeſſe appareret. Comitia utriuſque populi longe diverſa ratione facta ſunt. Romani auxere tribunorum militum conſulari poteſtate numerum. octo, quot nunquam antea, creati, [1] Manius Æmilius Mamercinus iterum, L. Valerius Potitus tertium, Ap. Claudius Craſſus, M. Quintilius Varus, [2] L. Julius Iulus, M. Poſtumius, [3] M. Furius Camillus, M. Poſtumius Albi-

1 *M. Æmilius Mamercius iterum*] Lege *M' Æmilius Mamercinus iterum*: ſic enim ſcriptum eſt in primo & tertio hujus tribunatu Capitolino, & apud Diodorum. *Sigonius.*

2 *M. Julius Tullus*] Scriptores Capitolinorum tribunatuum *L. Julium Iulum* vocant, Diodorus item Λεύκιον Ἰȣ́λιον Ἴȣλλον. *Idem.*

3 *M. Furius Camillus, M. Poſtumius Albinus*] Nemoreſt, qui non *M. Furium Camillum* tribunum militum hunc eſſe puter, qui poſt Dictator Gallos urbe expulit. Ita eos ſentire, argumento eſt, quod & tertium, & ſeptimum tribunum hunc poſthac contra auctoritatem veterum librorum ſcripſere, hunc annum numerantes. Errare autem eos oſtendam, ſi prius tribunatus Camilli, prout in vulgatis habent libris, appoſuero.

An. 352. M. Furius Camillus cum M. Poſtumio Albino unus ex octo.
354. M. Furius Camillus iterum.
357. M. Furius Camillus tertium.
361. M. Furius Camillus *ſine nota numeri*, Faliſcos vicit.
370. M. Furius Camillus, *ſine nota numeri*, Sutrium recepit.
372. M. Furius Camillus quintum.
375. M. Furius Camillus ſeptimum.

Quæ, malum, eſt iſta emendatorum inſcitia, qui, ſi ſeptem tribunatus Camilli numerarunt, non anno CCCLXXII *ſextum* correxerint, pro *quintum*? Itaque quoniam Camillus in libris veteribus invenitur eſſe tribu. mil. anno CCCLVII *iterum*, non *tertium*, & CCCLXXV *ſextum*, non *ſeptimum*: quoniam item Plutarchus, CCCLVII cum Capenatibus eum pugnaſſe tribunum mil. τὸ δεύτερον, non τὸ τρίτον, ait, quo anno uterque prodigium Albani lacus exponit. & anno CCCLXXV eundem Camillum *ſextum* tribunatum geſſiſſe narrat, non *ſeptimum*: quo anno L. Furium collegam infeſtum habuiſſe uterque tradit. præterea vero quoniam inter Capitolinos hujus anni tribunos non *M. Furius Camillus* numeratur, ſed *M. Furius Fuſus. Camillus* autem cum *M. Poſtumio Albino* cenſuram hoc anno geſſiſſe ſcribitur, propterea non videtur eſſe dubitandum, quin principium tribunatuum Camilli non ab hoc anno, ſed ab an. CCCLIIII ducamus, quo anno aperte apparet, inſignem illum Camillum in magiſtratu fuiſſe, hoc autem anno non illum, ſed alium *M. Camillum* minus ſtrenuum tribunatum geſſiſſe dicamus, quippe qui nihil in magiſtratu geſſiſſe tradatur

Albinus. Veientes contra tædio annuæ ambitionis, quæ interdum diſcordiarum cauſſa erat, regem creavere. Offendit ea res populorum Etruriæ animos, non majore odio regni quam ipſius regis. gravis jam is antea genti fuerat opibus ſuperbiaque, quia ſolennia ludorum, quos intermitti nefas eſt, violenter diremiſſet: quum ob iram repulſæ, quod ſuffragio duodecim populorum alius ſacerdos ei prælatus eſſet, artifices, quorum magna pars ipſius ſervi erant, ex medio ludicro repente abduxit. Gens itaque ante omnes alias eo magis dedita religionibus, quod excelleret arte colendi eas, auxilium Veientibus negandum, donec ſub rege eſſent, decrevit. cujus decreti [1] ſuppreſſa fama Veiis propter metum regis; quī à quo tale quid dictum referretur, [2] pro ſeditionis cum principe, non vani ſermonis auctorem habebat. Romanis etſi quietæ res ex Etruria nunciabantur, tamen, quia omnibus conciliis eam rem agitari afferebatur, ita muniebant, ut ancipitia munimenta eſſent. alia in urbem & contra oppidanorum eruptiones verſa; [3] aliis frons in

tradatur. Quare ita diſpone & corrige:

An. 352. M. Furius Camillus alius à Dictatore.
354. M. Furius Camillus, qui poſt Dictat.
357. M. Furius Camillus II.
361. M. Furius Camillus, *ſine nota numeri.*
370. M. Furius Camillus *ſine nota numeri.*
372. M. Furius Camillus V.
375. M. Furius Camillus VI. *Sig.*

1 *Suppreſſa fama Veiis*] MSS. O. *ſuppreſſa fama eſt Veiis.* J. F. Gron.

2 *Pro ſeditionis cum principe, non vani ſermonis auctorem*] Scribe, *auctore*: pendet enim à præpoſitione. Lib. 4. *Patres contra, non pro communicatis, ſed pro amiſſis honoribus fremere.* Eſt vero *auctor* hic idem qui nuntius. Ut lib. 10. *Ab Sutrio legati, auctores, concilia Etruriæ populorum de petenda pace haberi.* Cæterum omnes viſæ nobis edd. vett. And. Bec. Ven. Tar. Mog. uſque ad Curionem *novi ſermonis.* quod haud ſcio an non retineri debuerit. Neque enim tam vanus ac falſus quam novus iſte rumor foret. Alterum eſt à Rhenano & Campanum edidiſſe audio: &, ſi placet, memineris, *vanum*, non pro falſo, ſed pro irrito, quem tyrannus iſte nihil ad ſe pertinere, nihil ſibi nocere poſſe putaret, quem tanquam verba ventis data acciperet, intelligendum. *Idem.*

3 *Aliis frons in Etruriam ſpectans*] Glareanus notat hunc locum, ut vitioſum, ſine cauſa: Nihil enim habet mendi, quamquam obſcuritatis non parum. Romanis, inquit, cum ad Veios caſtra haberent, etſi nunciabantur quietæ res ex Etruria, ita ut ſubſidio eos ab Etruſcis adjutum irī non timerent, tamen muniebant ita, ut una munimenti fronte Veientium eruptio-

in Etruriam ſpectans auxiliis, ſi qua forte inde veni-
2 rent, obſtruebatur. Quum ſpes major imperatoribus Romanis in obſidione quam in oppugnatione eſſet, hibernacula etiam, res nova militi Romano, ædificari cœpta: conſiliumque erat, hiemando continuare bellum. quod poſtquam tribunis plebis, jamdiu nullam novandi res cauſſam invenientibus, Romam eſt allatum, in concionem proſiliunt, ſollicitant plebis animos, *Hoc illud eſſe* dictitantes, *quod æra militibus ſint conſtituta. nec ſe feſelliſſe, id donum inimicorum veneno illitum fore. Veniſſe libertatem plebis: remotam in perpetuum & ablegatam ab urbe & ab republ. juventutem, jam ne hiemi quidem aut tempori anni cedere, ac domos & res inviſere ſuas. Quam putarent continuatæ militiæ cauſſam eſſe? nullam profecto aliam inventuros, quam ne quid per frequentiam juvenum eorum, in quibus vires omnes plebis eſſent, agi de commodis eorum poſſet. Vexari præterea & ſubigi multo acrius, quam Veientes. quippe illos hiemem ſub tectis ſuis agere*, [1] *egregiis muris ſituque naturali urbem tutantes: militem Romanum in opere ac labore, nivibus pruiniſque obrutum* [2] *ſub pellibus durare, ne hiemis quidem ſpatio, quæ omnium bellorum terra marique ſit quies, arma deponentem. Hoc neque reges, neque ante tribuniciam poteſtatem creatam ſuperbos illos conſules, neque triſte dictatoris imperium,*

neque

eruptionem ex urbe impedirent, altera auxiliis, ſi qua ab Etruſcis forte venirent, aditum obſtruerent, ſic enim poſt Appius loquitur: *Munitiones non in urbem modo, ſed in Etruriam etiam ſpectantes, ſi qua inde auxilia veniant, oppoſuere.* Ergo recte ait: *ancipitia munimenta erant, alia erant in urbem verſa, alius frons ſpectans in Etruriam opponebatur auxiliis, ſi qua forte inde venirent.* Sigonius.

1 *Egregiis muris ſituque naturali urbem tutantes*] At non cives ita tutantur urbem, ſed ipſe ſitus: & ſic voluit Livius. Scribe *tutante.* cap. 6. *Urbium pleraſque munitionibus ac naturali ſitu inexpugnabiles.* Jac. Gron.

2 *Sub pellibus durare, ne hyemis quidem ſpatio --- arma deponentem*] Livius libro trigeſimo ſeptimo: *Aut ſub pellibus habendos milites eſſe, aut ſi concedere in hyberna vellent, differendum eſſe in æſtatem bellum.* Et Cicero in Lucullo: *Ut non multum imperatori ſub ipſis pellibus otii relinquatur.* His hybernacula vel tabernacula pellibus contecta ſignificantur. Siquidem tecta caſtrenſia *Tabernacula* vocantur, licet tentoriis aut pellibus contegantur aut fiant. Unde *contubernales* vocati ſunt, auctore Feſto. Ex hoc loco *Hyberna*, & *hybernacula* inter ſe differre, & quid differant, intelligitur. *Sigonius.*

Et

Digitized by Google

neque importunos decemviros injunxiſſe ſervitutis, ut perennem militiam facerent, quod tribuni militum in plebe Romana regnum exercerent. Quidnam illi conſules dictatoreſve facturi eſſent, qui proconſularem imaginem tam ſævam ac trucem fecerint? Sed id accidere haud immerito. non fuiſſe ne in octo quidem tribunis militum locum ulli plebeio. Antea trina loca cum contentione ſumma patricios explere ſolitos: nunc jam octojuges ad imperia obtinenda ire: [1] *& ne in turba quidem hærere plebeium quemquam: qui, ſi nihil aliud, admoneat collegas; liberos, & cives eorum, non ſervos militare, quos hieme ſaltem in domos ac tecta reduci oporteat: & aliquo tempore anni parentes liberoſque ac conjuges inviſere, & uſurpare libertatem, & creare magiſtratus.* Hæc, taliaque vociferantes, adverſarium haud imparem nacti ſunt, Ap. Claudium, relictum à collegis ad tribunicias ſeditiones comprimendas; virum imbutum jam ab juventa certaminibus plebeiis: quem auctorem aliquot annis ante fuiſſe, memoratum eſt per collegarum interceſſionem tribuniciæ poteſtatis diſſolvendæ. Is tum jam, non promptus ingenio tantum, 5
ſed uſu etiam exercitatus, talem orationem habuit: *Si umquam dubitatum eſt, Quirites, utrum tribuni plebis, veſtra an ſua cauſſa ſeditionum ſemper auctores fuerint, id ego hoc anno deſiſſe dubitari, certum habeo. & quum lætor tandem longi erroris vobis finem factum eſſe, tum quod ſecundis potiſſimum veſtris rebus hic error eſt ſublatus, & vobis, & propter vos reipublicæ*

1 *Et ne in turba quidem hærere plebeium*] *Hærere* quid ſibi hoc loco velit, ipſe propemodum hæreo, inquit Glareanus. Cicero oſtendet in Vatinium 5. *Quæro abs te, teneaſne memoria, cum P. Sextius quæſtor ſit cunctis ſuffragiis factus, tunc te vix, invitis omnibus, non populi beneficio, ſed conſulis, extremum adhæſiſſe.* Valerius Maximus libro 6 cap. 9 de Mario: *Præturæ candidatus ſupremo in loco adiaſit, quem tamen non ſine periculo obtinuit.* Ita legendum: nam MSS. *ſupremo in loco ita hæſit, quam.* Vulgo, *ſupremo loco hæſit, quam.* Ovid. 9 Met. *Talia nequicquam perarantem plena reliquit Cera manum, ſummoque in margine verſus adhæſit.* Sed ad ſententiam Terentius Eunucho: *perfice hoc precibus, precio, ut hæream in parte aliqua tandem apud Thaidem.* M. Seneca controv. 28. *Non poteſt filia tam anguſte paternis tabulis adhærere, quas aut totas poſſidere debet aut totas perdere.* Martialis 9, 49. *Conviva nec ultimus hæſi.* J. F. Gron.

publicæ gratulor. An eſt quiſquam qui dubitet, [1] nullis injuriis veſtris, ſi quæ forte aliquando fuerunt, umquam æque quam munere Patrum in plebem, quum æra militantibus conſtituta ſunt, tribunos plebis offenſos ac concitatos eſſe? quid illos aliud aut tum timuiſſe creditis, aut hodie turbare velle, niſi concordiam ordinum, [2] quam diſſolvendæ maxime tribuniciæ poteſtatis rentur eſſe? Sic, hercule, tamquam artifices improbi, opus quærunt. [3] qui & ſemper ægri aliquid eſſe in republ. volunt, ut ſit ad cujus curationem à vobis adhibeantur. Utrum enim defenditis, an impugnatis plebem? utrum militantium adverſarii eſtis, an cauſſam agitis? Niſi forte hoc dicitis, Quicquid patres faciunt, diſplicet; ſive illud pro plebe, ſive contra plebem eſt. Et quemadmodum ſervis ſuis vetant domini quicquam rei cum alienis hominibus eſſe, pariterque in iis beneficio ac maleficio abſtineri, æquum cenſent; [4] ſic vos interdicitis Patribus commercio plebis: ne nos comitate ac munificentia noſtra provocemus plebem, nec plebs nobis dicto audiens atque obediens ſit. Quanto tandem, ſi quicquam in vobis, non dico civilis, ſed humani eſſet, favere vos magis, & quantum in vobis eſſet, indulgere potius

tius

1 *Nullis injuriis veſtris*] Legendum omnino eſt, *ullis.* quod & vis τῆς διανοίας & hæc verba oſtendunt, *ſi qua unquam.* Ridendus vero hoc loco Gallicus interpres vetus. *Tan. Faber.*

2 *Quam diſſolvendæ maxime tribuniciæ poteſtati rentur eſſe*] In vetuſtis pleriſque libris legitur, *poteſtatis*, in caſu gignendi, non *poteſtati.* Quam lectionem probat Rhenanus, non intelligens uſitatam hanc lectionem Hiſtoricis eſſe, ut dicant: *Eſſe alicujus rei faciendæ*, pro pertinere ad rem illam faciendam. Sic loquitur Livius lib. 3. *Quod unum exæquandæ libertatis eſſet.* Et lib. 39. *Nihil æque diſſolvendæ religionis eſſe.* Et Saluſtius in concione Lepidi: *Et omnia retinendæ dominationis honeſta æſtimet.* Et Livius lib. 27. *Ea prodendi imperii Romani, tradendæ Annibali victoriæ eſſe.* Ergo *poteſtatis* retinendum. *Sigonius.*

Diſſolvendæ maxime tribuniciæ poteſtatis rentur eſſe] Eleganter hic quidem Sigonius, & ſubſervit alter Voſſianus, quo nunc primum incipio uti. Alter tamen, Helm. Buſlid. Rott. Chiffletianus ſubſcribunt Borbetomagenſi, & habent *poteſtati.* J. F. Gron.

3 *Qui & ſemper ægri*] Muretus delet τὸ *qui*: ut ſit: *tamquam artifices improbi, opus quærunt: & ſemper ægri.* Idem.

4 *Sic vos interdicitis Patribus commercio plebis*] Placet ſatis: neque tamen valde improbo, quod Rhenanus adnotat ex Borbet. *interdicto.* Subaudi, non quod ille vult *facitis*: id enim durum: ſed ex præcedenti commate, *æquum cenſetis*, *ne* (ſcilicet quod ſequitur) *nos munificentia noſtra provocemus plebem.* Idem.

1 Quæ

Digitized by Google

ſius comitati Patrum *atque obſequio plebis oportuit? quæ ſi perpetua concordia ſit, quis non ſpondere auſit, maximum hoc imperium inter finitimos brevi futurum eſſe? Atque ego, quam hoc* 4 *conſilium collegarum meorum*, [1] *quo abducere infecta re à Veiis exercitum noluerunt, non utile ſolum, ſed etiam neceſſarium fuerit, poſtea ediſſeram: nunc de ipſa conditione militantium dicere libet. Quam orationem, non apud vos ſolum, ſed etiam in caſtris ſi habeatur, ipſo exercitu diſceptante, æquam arbitror videri poſſe. in qua ſi mihi ipſi nihil quod dicerem, in mentem venire poſſet, adverſariorum certe orationibus contentus eſſem. Negabant nuper danda eſſe æra militibus, quia numquam data eſſent. quonam modo igitur nunc indignari poſſunt, quibus aliquid novi adjectum commodi ſit, eis laborem etiam novum pro portione injungi? Nuſquam nec opera ſine emolumento, nec emolumentum ferme ſine impenſa opera eſt. labor voluptaſque diſſimillima natura, ſocietate quadam inter ſe naturali ſunt juncta. Moleſte antea ferebat miles, ſe ſuo ſumptu operam reipubl. præbere: gaudebat idem partem anni ſe agrum ſuum colere, quærere unde domi militiæque ſe ac ſuos tueri poſſet. Gaudet nunc fructui ſibi rempublicam eſſe, & lætus ſtipendium accipit. æquo igitur animo patiatur ſe ab domo, ab re familiari, cui gravis impenſa non eſt, paulo diutius abeſſe. An ſi ad calculos eum reſpubl. vocet, non merito dicat, annua æra habes, annuam operam ede? An tu æquum cenſes militiæ ſemeſtri ſolidum te ſtipendium accipere?* [2] *Invitus in hac parte orationis, Quirites, moror: ſic enim agere debent qui mercenario milite utuntur.* [3] *at nos tamquam cum civibus agere volumus: agique tamquam cum patria nobiſcum, æquum cenſemus. Aut non ſuſcipi bellum oportuit; aut geri pro dignitate populi Romani, & perfici quam primum oportet. Perficietur autem, ſi urgemus obſeſſos: ſi non ante abſcedimus, quam ſpei noſtræ finem captis Veiis impoſuerimus.*

1 *Quo abducere infecta re*] Muretus è v. l. *quod*. Ego malim *qui*. J. F. Gron.

2 *Invitus in hac parte orationis. Quirites*] Quidam libri: *invitus, Quirites*, quæ repetitio vocis non inſulſa videtur. & auget vim ſententiæ. *Idem*.

3 *Nos tamquam*] Vet. lib. *At nos tamquam cum*. Sigonius.

mus. Si, hercule, nulla alia cauſſa, ipſa indignitas perſeverantiam imponere debuit. Decem quondam annos urbs oppugnata eſt ob unam mulierem ab univerſa Græcia: quam procul ab domo? quot terras, quot maria diſtans? Nos intra viceſimum lapidem, in conſpectu prope urbis noſtræ annuam oppugnationem perferre piget. ſcilicet, quia levis cauſſa belli eſt, nec ſatis quicquam juſti doloris eſt, quod nos ad perſeverandum ſtimulet. Septies rebellarunt, [1] *in pace nunquam fidi fuerunt. agros noſtros millies depopulati ſunt: Fidenates deficere à nobis coëgerunt: colonos noſtros ibi interfecerunt: auctores fuere contra jus gentium cædis impiæ legatorum noſtrorum: Etruriam omnem adverſus nos concitare voluerunt, hodieque id moliuntur: res repe-*
5 *tentes legatos noſtros haud procul abſuit quin violarent. Cum his molliter & per dilationes bellum geri oportet? Si nos tam juſtum odium nihil movet, ne illa quidem, oro vos, movent? Operibus ingentibus ſepta urbs eſt, quibus intra muros coërcetur hoſtis. agrum non coluit, & culta evaſtata ſunt bello. Si reducimus exercitum, quis eſt qui dubitet illos, non à cupiditate ſolum ulciſcendi, ſed etiam neceſſitate impoſita ex alieno prædandi, quum ſua amiſerint, agrum noſtrum invaſuros? non differimus igitur bellum iſto conſilio, ſed intra fines noſtros accipimus. Quid? illud quod proprie ad milites pertinet, quibus boni tribuni plebis quum ſtipendium extorquere voluerint, nunc conſultum repente volunt, quale eſt? Vallum foſſamque, ingentis utramque rem operis, per tantum ſpatii duxerunt: caſtella primo pauca, poſtea exercitu aucto creberrima fecerunt: munitiones non in urbem modo, ſed in Etruriam etiam ſpectantes, ſi qua inde auxilia veniant, oppoſuere. Quid turres, quid vineas teſtudineſque, & alium oppugnandarum urbium apparatum, loquar? Quum tantum laboris exhauſtum ſit, & ad finem jam operis tandem perventum; relinquendane hæc cenſetis, ut ad æſtatem rurſus no-*

vus

1 *In pace nunquam fidi fuerunt*] Voſſianus, *fidei.* Muretus, *in fide.* Flor. Helm. Rott. Voſſianus alter: *in pace numquam fida fuerunt.* Et ſatis placet. Infra: *cum quibus nec pax ſatis fida, nec bellum pro certo ſit.* Lib. 40. *Nulli alii quam conſulibus crediturum ſenatum, ſincera fide in pace Ligures eſſe.* J. F. Gron.

1 *Et*

vus de integro his inſtituendis exſudetur labor? Quanto eſt minus
opera tueri facta, & inſtare, [1] *& perſeverare, defungique cu-*
ra? Brevis enim profecto res eſt, ſi uno tenore peragitur, nec
ipſi per intermiſſiones has intervallaque lentiorem ſpem noſtram
facimus. loquor de opere, & de temporis jactura. Quid? pe-
riculi, quod differendo bello adimus, num oblivisci nos hæc tam
crebra Etruriæ concilia de mittendis Veios auxiliis patiuntur?
Ut nunc res ſe habet, irati ſunt, oderunt, negant miſſuros: quan-
tum in illis eſt, capere Veios licet: quis eſt, qui ſpondeat, eun-
dem, ſi differtur bellum, animum poſtea fore? quum, ſi laxa-
mentum dederis, major frequentiorque legatio itura ſit: quum,
id quod nunc offendit Etruſcos, rex creatus Veiis, ſpatio mutari
interpoſito poſſit, vel conſenſu civitatis, ut eo reconcilient Etru-
riæ animos, vel ipſius voluntate regis, qui obſtare regnum ſuum
ſaluti civium nolit. Videte quot res, quam inutiles, ſequantur
illam viam conſilii: jactura operum tanto labore factorum: va-
ſtatio imminens finium noſtrorum: Etruſcum bellum pro Veien-
te concitatum. Hæc ſunt, tribuni, conſilia veſtra, non, hercu-
le, diſſimilia, ac ſi quis ægro, qui curari ſe fortiter paſſus, ex-
templo convaleſcere poſſit, cibi gratia præſentis aut potionis, lon-
ginquum & forſitan inſanabilem morbum efficiat. Si medius fi- 6
dius ad hoc bellum nihil pertineret, ad diſciplinam certe militiæ
plurimum intererat, inſueſcere militem noſtrum, non ſolum
parta victoria frui; ſed, ſi res etiam lentior ſit, pati tædium, &
quamvis ſeræ ſpei exitum exſpectare: &, ſi non ſit æſtate perfe-
ctum bellum, hiemem opperiri. [2] *nec, ſicut æſtivas aves, ſtatim*
autumno tecta ac receſſum circumſpicere. Obſecro vos, venandi
ſtudium ac voluptas homines per nives ac pruinas in montes ſil-
vaſque rapit: belli neceſſitatibus eam patientiam non adhibebi-
mus,

1 *Et perſeverare defungique*] Haud ſcio, ut poſtremis aliquot editionibus exciderit vox, quam priſci omnes libri ſcripti editique agnoſcunt, *defungique cura?* Sic mox factum eſt *differendo bellum* pro *differendo bello.* Et capite præcedenti, *juſti coloris* ἀντὶ τοῦ *juſti doloris.* J. F. Gron.

2 *Nec ſicut æſtivas aves, ſtatim autumno tecta ac receſſum circumſpicere*] Æſtivæ aves ſunt, quas videmus æſtate, hieme non videmus, cum vel lateant, vel autumno hinc avolent in diverſas plagas. *Turneb.* lib. 24 cap. 38 Adverſ.

 1 *Fa-*

mus, quam vel luſus ac voluptas elicere ſolet? Adeone effœminata corpora militum noſtrorum eſſe putamus, adeo molles animos, ut hiemem unam durare in caſtris, abeſſe ab domo non poſſint? ut tanquam navale bellum, tempeſtatibus captandis & obſervando tempore anni, gerant, non æſtus, non frigora pati poſſint? Erubeſcant profecto, ſi quis eis hæc objiciat: contendantque, & animis, & corporibus ſuis virilem patientiam ineſſe, & ſe juxta hieme atque æſtate bella gerere poſſe: nec ſe patrocinium mollitiæ inertiaque mandaſſe tribunis. & meminiſſe, hanc ipſam poteſtatem non in umbra nec in tectis majores ſuos creaſſe. Hæc virtute militum veſtrorum, hæc Romano nomine ſunt digna: non Veios tantum, nec hoc bellum intueri, quod inſtat: ſed [1] famam & ad alia bella & ad cæteros populos in poſterum quærere. An mediocre diſcrimen opinionis ſecuturum ex hac re putatis? utrum tandem finitimi populi Romanum eum eſſe putent, cujus ſi qua urbs primum illum breviſſimi temporis ſuſtinuerit impetum, nihil deinde timeat? an hic ſit terror nominis noſtri, ut exercitum Romanum non tædium longinquæ oppugnationis, non vis hiemis ab urbe circumſeſſa ſemel amovere poſſit, nec finem ullum alium belli quam victoriam noverit, nec impetu potius bella quam perſeverantia gerat? Quæ in omni quidem genere militiæ, maxime tamen in obſidendis urbibus neceſſaria eſt: quarum pleraſque munitionibus, ac naturali ſitu inexpugnabiles, fame, ſitique tempus ipſum vincit atque expugnat; ſicut Veios expugnabit: niſi auxilio hoſtibus tribuni plebis fuerint, & Romæ invenerint præſidia Veientes, quæ nequicquam in Etruria quærunt. An eſt quicquam quod Veientibus optatum æque contingere poſſit, quam ut ſeditionibus primum urbs Romana, deinde velut ex contagione caſtra impleantur? At, hercule,

1 *Famam & ad alia bella*] Lib. 24. *Fabius omittendam rem parvam ac juxta magnis difficilem, abſcedendumque inde cenſebat, quum res majores inſtarent. Marcellus multa magnis ducibus ſicut non aggredienda, ita ſemel aggreſſis non dimittenda eſſe dicendo, quia magna fama momenta in utramque partem fierent, tenuit, ne incepto abiretur.* Cæſar lib. 6. *Magni intereſſe etiam in reliquum tempus ad opinionem Galliæ exiſtimans, tantas videri Italiæ facultates, ut ſi quid eſſet in bello detrimenti acceptum, non modo id brevi tempore ſarciri, ſed etiam majoribus adaugeri copiis poſſet.* J. F. Gron.

1 *Fu-*

cule, apud hoſtes tanta modeſtia eſt, ut non obſidionis tædio, non denique regni, quicquam apud eos novatum ſit: non negata auxilia ab Etruſcis irritaverint animos. morietur enim extemplo, quicunque erit ſeditionis auctor. nec cuiquam dicere ea licebit, quæ apud vos impune dicuntur. [1] *Fuſtuarium meretur, qui ſigna relinquit, aut præſidio decedit. Auctores ſigna relinquendi, & deſerendi caſtra, non uni aut alteri militi, ſed univerſis exercitibus, palam in concione audiuntur. adeo quicquid tribunus plebi loquitur; etſi prodendæ patriæ, diſſolvendæque reipublicæ eſt,* [2] *aſſueſtis æqui audire: & dulcedine poteſtatis ejus capti, quælibet ſub ea ſcelera latere ſinitis. Reliquum eſt, ut quæ hic vociferantur, eadem in caſtris & apud milites agant: & exercitus corrumpant ducibùſque parere non patiantur. quoniam ea demum Romæ libertas eſt, non ſenatum, non magiſtratus, non leges, non mores majorum, non inſtituta Patrum, non diſciplinam vereri militiæ.* Par jam etiam in concioni- 7
bus erat Appius tribunis plebis, quum ſubito, unde minime quis crederet, accepta calamitas apud Veios, & ſuperiorem Appium in cauſſa, & [3] concordiam ordinum majorem ardoremque ad obſidendos pertinacius Veios fecit. Nam quum agger promotus ad urbem, vineæque tantum non jam injunctæ mœnibus eſſent; dum opera interdiu fiunt intentius, quam nocte cuſtodiuntur; patefacta repente porta, ingens multitudo, facibus maxime armata, ignes conjecit. horæque momento ſimul aggerem ac vineas, tam longi temporis opus, incendium hauſit: multique ibi mortales nequicquam opem ferentes,

1 *Fuſtuarium meretur, qui ſigna relinquit aut præſidio decedit*] *Fuſtuarium* enim pœna fuit militaris, qua milites, qui deliquerant, fuſte feriebantur. *Turneb.* lib. 28 cap. 34 Adverſ.

2 *Aſſueſtis audire, & dulc.*] Veteres libri alii habent, *aſſueſtis qui audire, & dulcedine.* Alii, *aſſueſtis quippe audire, dulcedine.* Ex quo intellexi legendum eſſe, *aſſueſtis audire quippe dulcedine poteſtatis ejus capti.* Quod enim dixit: *Et ſi prodendæ patriæ,* pro *quamvis* accipiendum eſt. *Sigonius.*

3 *Concordiam ordinum majorem ardoremque*] Voſſ. alter & Pall. o. *majoremque ardorem.* Muretus è v. l. *concordia ordinum majorem ardorem.* 7, 27. *Quum & foris pax & domi concordia ordinum otium eſſet.* J. F. Gron.

tes, ferro igniique abſumpti ſunt. Quod ubi Romam eſt nunciatum, mœſtitiam omnibus, ſenatui curam metumque injecit, ne tum vero ſuſtineri nec in urbe ſeditio, nec in caſtris poſſet, & tribuni plebis velut ab ſe victæ reip. inſultarent: quum repente, quibus cenſus equeſter erat, equi publici non erant aſſignati, conſilio prius inter ſeſe habito, ſenatum adeunt; factaque dicendi poteſtate, *equis ſe ſuis ſtipendia facturos* promittunt. Quibus quum ampliſſimis verbis gratiæ ab ſenatu actæ eſſent, famaque ea forum atque urbem pervaſiſſet, ſubito ad curiam concurſus fit plebis. [1] *Pedeſtris ordinis ſe* ajunt *nunc eſſe, operamque reipublicæ extra ordinem polliceri; ſeu Veios, ſeu quo alio ducere velint. ſi Veios ducti ſint*, negant, *ſe inde prius quam capta urbe hoſtium, redituros eſſe.* Tum vero jam ſuperfundenti ſe lætitiæ vix temperatum eſt. non enim ſicut equites, dato magiſtratibus negotio, laudari juſſi; neque aut in curiam vocati, quibus reſponſum daretur, aut limine curiæ continebatur ſenatus: ſed pro ſe quiſque ex ſuperiore loco ad multitudinem in comitio ſtantem, voce manibuſque ſignificare publicam lætitiam. Beatam urbem Romanam & invictam, & æternam illa concordia dicere: laudare equites, laudare plebem: diem ipſum laudibus ferre: victam eſſe fateri comitatem benignitatemque ſenatus. Certatim Patribus plebique manare gaudio lacrimæ; donec revocatis in curiam Patribus, ſenatuſconſultum factum eſt, *Ut tribuni militares concione advocata peditibus equitibuſque gratias agerent: memorem pietatis eorum erga patriam dicerent ſenatum fore. placere autem omnibus his voluntariam extra ordinem profeſſis militiam æra procedere.* [2] & equiti certus numerus æris eſt aſſignatus.

1 *Pedeſtris ordinis ſe ajunt nunc eſſe*] Cur quæſo neceſſe habuerunt dicere ſe eſſe pedeſtris ordinis, & quidem *nunc*, quod nemo Senatorum atque adeo civium ignorabat? Puto Livium ſcripſiſſe; *pedeſtris ordinis ajunt nunc eſſe operam reipublicæ extra ordinem polliceri.* quia ſcilicet equeſter ordo ante promiſerat ſenatui, equis ſe ſuis ſtipendia facturum. *Gisb. Cuperus.*

2 *Et equis certus numerus*] Veteres libri *Equiti*. Sigonius.

1 Tum

tus. [1] Tum primum equis merere equites cœperunt. Vo-
luntarius ductus exercitus Veios, non amiſſa modo reſti-
tuit opera, ſed nova etiam inſtituit. ab urbe commeatus
intentiore quam antea ſubvehi cura; ne quid tam bene
merito exercitui ad uſum deeſſet. Inſequens annus tri- 8
bunos militum conſulari poteſtate habuit, [2] C. Servi-
lium Ahalam tertium, [3] Q. Servilium, L. Virginium,
Q. Sulpicium, A. Manlium iterum, [4] Manium Sergium
iterum. his tribunis dum cura omnium in Veiens bellum
intenta eſt, neglectum Anxuri præſidium vacationibus
militum, & Volſcos mercatores vulgo receptando, [5] pro-
ditis repente portarum cuſtodibus oppreſſum eſt. minus
militum periit, quia præter ægros lixarum in modum o-
mnes per agros vicinaſque urbes negotiabantur. Nec
Veiis melius geſta res, quod tum caput omnium cura-
rum publicarum erat. nam & duces Romani plus inter
ſe irarum, quam adverſus hoſtes animi habuerunt: &
auctum

1 *Tum primum equis merere equites cœperunt*] Epitome: *Equites tum primum equis ſuis merere cœperunt.* Non tamen hinc Livio inſerendum τὸ *ſuis*: qui ſubtilius ante negat equites *equo meruiſſe*, id eſt, accepiſſe ſtipendium militiæ cauſſa, ut nec pedites accipiebant. Equum liberalitate reipublicæ habebant atque alebant, ſed eo gratis militabant: equum publicum habebant, ſed non ſtipendium militiæ: id nunc, ut & pediti, adjectum. Livius proprie deſignat, qui equeſtris eſſent ordinis: & ſub illis comprehendit alios, qui ſuo equo merebant, ac tantummodo militiæ anno accipiebant & ſumptum alendi equi & ſtipendium. Auctor epitomes appellat, quibus non erat aſſignatus publicus equus, & ſub illis dat intelligendum, quid etiam contigerit illis, qui equum publicum habebant. Livius ait tum primum *equis equites*, puta & illos, qui publicum haberent, & qui ſuo militabant, *meruiſſe*, id eſt, ſtipendium accepiſſe. Florus *equis ſuis meruiſſe*, id eſt, ſtipendio accepto militaſſe, qui ſuum haberent. *J. F. Gron.*

2 *C. Servilium Halam*] *Ahalam*, ut dixi. *Sigonius.*

3 *Q. Servilium, P. Virginium*] Veteres libri aliquot habent, *P. L. Virginium.* Diodorus Λεύκιον Οὐεργίνιον. Ex quo *L. Virginium* puto legendum, præſertim vero, cum nuſquam alias *Publii* prænomen in *Virginia* gente reperiatur, *Lucii* autem frequentiſſime. Accedit, quod ſequenti anno inquit Livius: *Fortunaſque L. Virginii, ac M' Sergii ſit execratus*, cum de hoc loquatur. *Idem.*

4 *M. Sergium iterum*] *M' Sergium iterum*, ut ſupra. *Idem.*

5 *Proditis repente portarum cuſtodibus*] Non capio hos cuſtodes *repente proditos.* Utrum τὸ *repente* conjungendum cum illis, *oppreſſum eſt*: an mavis: *oppreſſis repente portarum cuſtodibus proditum eſt.* Puta hoſtibus Volſcis. Ut l. 4 D. ad leg. Jul. Majeſt. *Cujuſve dolo malo exercitus populi Romani in inſidias deductus hoſtibuſve proditus erit.* J. F. Gron.

1 Ar-

auctum eſt bellum adventu repentino Capenatium atque Faliſcorum. Hi duo Etruriæ populi, quia proximi regione erant, devictis Veiis, bello quoque Romano ſe proximos fore credentes: Faliſci propria etiam cauſſa infeſti, quod Fidenati bello ſe jam antea immiſcuerant, per legatos ultro citroque miſſos jurejurando inter ſe obligati, cum exercitibus nec opinato ad Veios acceſſere. Forte ea regione, qua Manius Sergius tribunus militum præerat, caſtra adorti ſunt: ingentemque terrorem intulere: quia Etruriam omnem excitam ſedibus magna mole adeſſe Romani crediderant. eadem opinio Veientes in urbe concitavit. Ita ancipiti prœlio caſtra oppugnabantur, concurſanteſque, quum huc atque illuc ſigna transferrent, nec Veientem ſatis cohibere intra munitiones, nec ſuis munimentis [1] arcere vim, ac tueri ſe ab exteriore poterant hoſte. una ſpes erat, ſi ex majoribus caſtris ſubveniretur, ut diverſæ legiones, aliæ adverſus Capenatem ac Faliſcum, aliæ contra eruptionem oppidanorum pugnarent. Sed caſtris præerat Virginius, privatim Sergio inviſus infeſtuſque. is quum pleraque caſtella oppugnata, ſuperatas munitiones, utrimque invehi hoſtem nunciaretur, in armis milites tenuit: ſi opus foret auxilio, collegam dictitans ad ſe miſſurum. Hujus arrogantiam pertinacia alterius æquabat; qui ne quam opem ab inimico videretur petiſſe, vinci ab hoſte quam vincere per civem maluit. Diu in medio cæſi milites, poſtremo, deſertis munitionibus perpauci in majora caſtra, pars maxima atque ipſe Sergius Romam pertenderunt. ubi quum omnem culpam in collegam inclinaret, acciri Virginium ex caſtris, interea præeſſe legatos placuit. Acta deinde in ſenatu res eſt, certatumque inter collegas maledictis. pauci reipublicæ, huic atque illi, ut quoſ-

1 *Arcere jam vim*] Vox, *jam*, non eſt neque in iis, quos ego legi libris, neque in iis, quos ſe legiſſe Rhenanus profitetur. *Sigonius.*

1 *Occu-*

quoſque ſtudium privatim aut gratia [1] occupaverunt, adſunt. Primores Patrum, ſive culpa, ſive infelicitate 9
imperatorum tam ignominioſa clades accepta eſſet, cenſuere, Non exſpectandum juſtum tempus comitiorum; ſed extemplo novos tribunos militum creandos eſſe, qui Kalendis Octob. magiſtratum occiperent. In quam ſententiam quum pedibus iretur, cæteri tribuni militum nihil contradicere. at enimvero Sergius Virginiuſque, propter quos pœnitere magiſtratuum ejus anni ſenatum apparebat; primo deprecari ignominiam, deinde intercedere ſenatuſconſulto: negare, Se ante Idus Decembres, ſolennem ineundis magiſtratibus diem, honore abituros eſſe. Inter hæc tribuni plebis, quum in concordia hominum ſecundiſque rebus civitatis inviti ſilentium tenuiſſent, feroces repente, minari tribunis militum, niſi in auctoritate ſenatus eſſent, ſe in vincula eos duci juſſuros eſſe. Tum C. Servilius Ahala tribunus militum: *Quod ad vos attinet, tribuni plebis, minaſque veſtras, næ ego libenter experirer quam non plus in his juris [2] quam in vobis animi eſſet. Sed nefas eſt tendere adverſus auctoritatem ſenatus. proinde & vos deſinite inter noſtra certamina locum injuriæ quærere: & collegæ aut facient quod cenſet ſenatus, aut, ſi pertinacius tendent, dictatorem extemplo dicam, qui eos abire magiſtratu cogat.* Quum omnium aſſenſu comprobata oratio eſſet, gauderentque Patres, ſine tribuniciæ poteſtatis terriculis inventam eſſe aliam vim majorem ad coërcendos magiſtratus, victi conſenſu omnium comitia

1 *Occupaverunt*] Vet. lib. *occupaverat.* Sigonius.

2 *Quam in vobis animi eſſet*] Non ſe plane percipere horum ſenſum fatetur Glareanus. nam τὸ *his* refert ad tribunos militum, Sergium Virginiumque: quod mihi videtur ad *minas* referendum. Cum vos, inquit, reſpicio & minas veſtras, cupio magiſtratum non deponere & palam facere, nec jus vobis eſſe talia minandi, nec animum aut audaciam faciendi quod minamini. Quidam libri, *nobis.* Et hoc forte commodius. Oſtenderem in nobis eſſe plus aut tantundem animi ad contemnendas veſtras minas quam in ipſis illis veſtris minis eſt juris & æquitatis: tam nos conſtantes & imperterritos eſſe ad obtinendum magiſtratum à populo Romano mandatum, quam veſtræ minæ ac denuntiationes injuſtæ ſunt. *J. F. Gron.*

M. Fu-

tia tribunorum militum habuere, qui Kalendis Octob. magiſtratum occiperent: ſeque eam ante diem magiſtratu abdicavere. L. Valerio Potito quartum, [1] M. Furio Camillo, [2] Manio Æmilio Mamercino tertium, Cn. Cornelio Coſſo iterum, [3] Cæſone Fabio Ambuſto, [4] L. Julio Iulo, tribunis militum conſulari poteſtate, multa domi militiæque geſta. nam & bellum multiplex fuit eodem tempore, [5] & ad Veios, & ad Capenam, & ad Falerios, & in Volſcis, ut Anxur ab hoſtibus recuperaretur. & Romæ [6] ſimul delectu, ſimul tributo conferendo, laboratum eſt: & de tribunis plebi cooptandis contentio fuit: & haud parvum motum duo judicia eorum, qui paulo ante conſulari poteſtate fuerant, excivere. Omnium primum tribunis militum fuit, delectum haberi; nec juniores modo conſcripti, ſed ſeniores etiam coacti nomina dare, ut urbis cuſtodiam agerent. Quantum autem augebatur militum numerus, tanto majore pecunia in ſtipendium opus erat: eaque tributo conferebatur, invitis conferentibus qui domi remanebant, quia tuentibus urbem opera quoque militari laborandum ſerviendumque reipublicæ erat. Hæc per ſe gravia, indigniora ut viderentur, tribuni plebis ſeditioſis concionibus faciebant; ideo æra militibus conſtituta eſſe arguendo, ut plebis partem militia, partem tributo conficerent. *Unum bellum [7] annum jam tertium trahi, & conſulto male*

1 *M. Furio Camillo iterum*] Tolle vocem, *iterum*: nam, ut dixi ante, hic eſt primus tribunatus Camilli Dictatoris. *Sigonius.*

2 *M. Æmilio Mamerco tertium*] Lege *M' Æmilio Mamercino tertium*, ex tertio hujus tribunatu Capitolino. *Idem.*

3 *C. Fabio Ambuſto*] Diodorus Καίσωνα Φάβιον. Capitolini auctores *K. Fabium* ſcribunt. Eos igitur ſequuti *K. Fabio Ambuſto* corrigimus. *Idem.*

4 *L. Julio Tullo*] *L. Julio Iulo*, ex Capitolinis lapidibus. *Idem.*

5 *Et ad Veios*] Rott. Voſſ. uterque. Helm. Flor. ignorant copulativam. *J. F. Gron.*

6 *Simul delectu*] Lege ex vet. lib. *Simul de delectu.* Sigonius.

7 *Annum jam tertium trahi*] *Annum quintum* emendandum eſſe cenſet Glareanus, quia *quinto* ante *anno* Veii obſideri cœpti ſint. Non intelligit autem tribunos plebis, quorum hæc oratio eſt, non habere rationem ejus anni, verum anni ante tertii quo primum Veiorum obſidendorum causâ hibernacula facta ſunt, quod plebs indigniſſime

*male geri, ut diutius gerant. in quatuor deinde bella uno delectu
exercitus ſcriptos, & pueros quoque ac ſenes extractos. Jam non
æſtatis nec hiemis diſcrimen eſſe, ne ulla quies umquam miſeræ
plebi ſit: quæ nunc etiam vectigalis ad ultimum facta ſit, ut quum
confecta labore, vulneribus, poſtremo ætate corpora retulerint,
incultaque omnia diutino dominorum deſiderio domi invenerint,
tributum ex affecta re familiari pendant: æraque militaria, vel-
ut fœnore accepta, multiplicia reipubl. reddant.* Inter dele-
ctum tributumque & occupatos animos majorum rerum
curis, comitiis tribunorum plebis numerus expleri ne-
quivit. Pugnatum inde, in loca vacua ut patricii coo-
ptarentur. poſtquam obtineri non poterat, [1] tamen la-
befactandæ legis Treboniæ cauſſa effectum eſt, ut coo-
ptarentur [2] tribuni plebis C. Lacerius & M. Acutius,
haud dubie patriciorum opibus. Fors ita tulit, ut eo an- 11
no trib. pleb. C. Trebonius eſſet, qui nomini ac familiæ
debitum præſtare videretur Treboniæ legis patrocinium.
[3] is quod petiſſent Patres quidam, primo incepto repul-
ſi, [4] tamen tribunos militum expugnaſſe vociferans,
*legem Treboniam ſublatam, & cooptatos tribunos plebis non ſuf-
fragiis populi, ſed imperio patriciorum: & eo devolvi rem, ut aut
patricii, aut patriciorum aſſeclæ habendi tribuni plebis ſint. E-
ripi ſacratas leges, extorqueri tribuniciam poteſtatem. id fraude
patriciorum, ſcelere ac proditione collegarum factum arguere.*
Quum arderent invidia, non Patres modo, ſed etiam tri-
buni plebis, cooptati pariter, & qui cooptaverant; tum
ex collegio tres, [5] P. Curatius, M. Metilius, & M. Mi-
nucius, trepidi rerum ſuarum, in Sergium Virginium-
que

gniſſime tulit. Itaque ab eo anno trahi bellum inquiunt. *Sigonius.*

1 *Tamen labefact.*] Veteres libri: *Tum labefactandæ.* Idem.

2 *Tribuni pl. C. Lacerius*] Plerique libri habent *C. Lacerius*: aliquot etiam *C. Lucretius. Lucretios* autem conſtat & patricios, & plebeios fuiſſe. *Idem.*

3 *Is quod petiſſent patres*] Pendet oratio à *Vociferans*, uſque ad *Arguere*: eſt autem *Vociferans arguebat.* Idem.

4 *Tamen tribunos mil.*] Vet. lib. *Tum tamen tribunos militum.* Idem.

5 *P. Curiatius*] Vet. lib. omnes, *Curatius.* Fuit autem *Curatia* gens & patricia & plebeia. Itaque & hic & alius *P. Curatius*, Naſica & Bruto conſulibus tribuni pl. fuerunt. Epit. lib. 55. *Idem.*

1 *Com-*

que prioris anni tribunos militares incurrunt: in eos ab ſe iram plebis invidiamque die dicta avertunt. Quibus delectus, quibus tributum, quibus diutina militia, longinquitaſque belli ſit gravis, qui clade accepta ad Veios doleant, qui amiſſis liberis, fratribus, propinquis, affinibus, lugubres domos habeant; iis publici privatique doloris exequendi, jus poteſtatemque ex duobus noxiis capitibus datam, ab ſe memorant. *Omnium namque malorum in Sergio Virginioque cauſſas eſſe: nec id accuſatorem magis arguere, quam fateri reos: qui noxii ambo, alter in alterum cauſſam conferant, fugam Sergii Virginius, Sergius proditionem increpans Virginii. Quorum adeo incredibilem amentiam fuiſſe, ut multo veriſimilius ſit* [1] *compacto eam rem & communi fraude patriciorum actam. Ab his & prius datum locum Veientibus ad incendenda opera, belli trahendi cauſſa: & nunc proditum exercitum; tradita Faliſcis Romana caſtra. Omnia fieri, ut conſeneſcat ad Veios juventus: nec de agris, nec de aliis commodis plebis ferre ad populum tribuni, frequentiaque urbana celebrare actiones & reſiſtere conſpirationi patriciorum poſſint. Præjudicium jam de reis & ab ſenatu, & à populo Romano, & ab ipſorum collegis factum eſſe. nam &* [2] *ſenatuſconſulto eos ab repu-*

1 *Compacto eam rem*] Aliquot libri, *Conſpecto*. Alii, quibus aſſentior, *ex compoſito* habent, pro *compacto*, ſic infra: *Clariſſimis viris ex compoſito præparatis ad petendum*, Sigonius.

Compacto eam rem] Sic jam Andreas & omnes, donec Sigonius *ex compoſito*. Muretus *conſulto*. At Florentinus: *conpecto*. Ex quo intelligis, quemadmodum in quibuſdam Sigonianis & duobus Voſſianis natum fuerit, *conſpecto*. Hinc diſcis etiam, quid ſentiendum ſit de Suetonii loco in Octavio cap. 15. *Conſpecto eum ad arma iſſe*. Ubi Lipſius *compacto*. Id Caſaubonus non probat: eſſe enim ἐκ συνθήματος, quod huic loco non conveniat. At convenit, ὦ τάν, & ita quidem, ut nihil aliud. Senſus enim inter Octavium & L. Antonium clam conveniſſe, ut ſimularent inimicitias, & ſic, qui præſentem ſtatum gravarentur, Antonio velut duce vel capite oblato, voluntates nudarent. Sic apud Plautum Pſeudolo 1, 5, 126. *De compecto faciunt conſutis dolis*, alter Camerarianus. *J. F. Gron.*

2 *Senatuſconſulto eos ab republica remotos eſſe*] Cæſar 3 Civ. *De quibus rebus Servilius conſul ad ſenatum retulit, ſenatuſque Cælium ab republica removendum cenſuit. Hoc decreto eum conſul ſenatu prohibuit, & concionari conantem de Roſtris deduxit.* Velleius de eodem: *in urbe ſeditionem movens, primo ſummotus à republica, mox conſularibus armis, auctore ſenatu, circa Thurios oppreſſus eſt.* Suetonius Julio: *Cæſar Prætor Cæcilio Metello trib. pl. turbulentiſſimas leges adverſus collegarum interceſſionem ferenti aucto-*

rem

republ. remotos eſſe, & recuſantes abdicare ſe magiſtratu, dictatoris metu ab collegis coërcitos eſſe: & populum Romanum *tribunos creaſſe, qui non Idibus Decembribus die ſolenni, ſed extemplo Kalend. Octob. magiſtratum occiperent: quia ſtare diutius reſpubl. bis manentibus in magiſtratu non poſſet. Et tamen eos tot judiciis confoſſos prædamnatoſque venire ad populi judicium: & exiſtimare defunctos ſe eſſe; ſatiſque pœnarum dediſſe, quod duobus menſibus citius privati facti ſint. Neque intelligere, nocendi ſibi diutius tum poteſtatem ereptam eſſe, non pœnam irrogatam; quippe & collegis abrogatum imperium, qui certe nihil deliquiſſent. Illos repeterent animos Quirites, quos recenti clade accepta habuiſſent, quum fuga trepidum, plenum vulnerum* [1] *ac pavore incidentem portis exercitum viderint; non fortunam, aut quemquam Deorum, ſed hos duces accuſantem. Pro certo ſe habere, neminem in concione ſtare, qui illo die non caput, domum, fortunaſque* [2] *L. Virginii ac M' Sergii ſit execratus, deteſtatuſque. Minime convenire, quibus iratos quiſque Deos precatus ſit,* [3] *in iis ſua poteſtate, quum liceat & oporteat, non uti. Nunquam Deos ipſos admovere nocentibus manus. ſatis eſſe, ſi occaſione ulciſcendi læſos arment.* His orationibus incitata 12
plebs denis millibus æris gravis reos condemnat; nequicquam Sergio Martem communem belli fortunamque accuſante: Virginio deprecante, Ne infelicior domi, quam militiæ eſſet. In hos verſa ira populi, cooptationis tribunorum, fraudiſque contra legem Treboniam factæ, memoriam

rem propugnatoremque ſe pertinaciſſime præſtitit, donec ambo adminiſtratione reipubl. decreto Patrum ſummoverentur. Hoc ipſum eſt, quod Suetonius in eodem Julio ſic deſcribit: *Bello vindicaturus, ſi quid de tribunis plebis intercedentibus pro ſe gravius à ſenatu conſtitutum eſſet.* Et, *Cum ergo ſublatam tribunorum interceſſionem, ipſoſque urbe ceſſiſſe nuntiatum.* Ex hoc more interpretantur invidioſe tribuni ſc. de comitiis maturius habendis. *J. F. Gron.*

1 *Ac pavore incedentem portis*] Sic quidem libri: ſed ſuſpicari poſſis: *plenum vulneris ac pavoris incidentem portis.* Idem.

2 *L. Virginii, ac M. Sergii*] *M' Sergii*, ut dixi. *Sigonius.*

3 *In iis ſua poteſtate, non uti*] Veteres libri habent, *Summa poteſtate*, atque ita ſine dubio legendum eſt. *Idem.*

In iis ſua poteſtate, quum liceat & oporteat, non uti] Sine dubio improbum quod adfert Sigonius, *ſumma poteſtate*: ut monuimus Obſervat. in Eccleſ. cap. 10. Livius lib. 38. *Pratori non intercedere tribunos, quo minus ſua poteſtate utatur.* J. F. Gron.

moriam obſcuram fecit. Victores tribuni ut præſentem mercedem judicii plebes haberet, legem agrariam promulgant, tributumque conferri prohibent: quum tot exercitibus ſtipendio opus eſſet, [1] reſque militiæ ita proſpere gererentur, ut nullo bello veniretur ad exitum ſpei. namque Veiis caſtra, quæ amiſſa erant, recuperata caſtellis præſidiiſque firmantur. Præerant tribuni militum [2] M' Æmilius, & Cæſo Fabius. A M. Furio in Faliſcis, & Cn. Cornelio in Capenate agro hoſtes nulli extra mœnia inventi: prædæ actæ incendiiſque villarum ac frugum vaſtati fines: oppida nec oppugnata, nec obſeſſa ſunt. At in Volſcis depopulato agro Anxur nequicquam oppugnatum, loco alto ſitum, & poſtquam vis irrita erat, vallo foſſaque obſideri cœptum. Valerio Potito Volſci provincia evenerat. Hoc ſtatu militarium rerum, ſeditio inteſtina majore mole coorta, quam bella tractabantur. & quum tributum conferri per tribunos non poſſet, nec ſtipendium imperatoribus mitteretur, æraque militaria flagitaret miles; haud procul erat, quin caſtra quoque urbanæ ſeditionis contagione turbarentur. Inter has iras plebis in Patres, quum tribuni plebis nunc illud tempus eſſe dicerent ſtabiliendæ libertatis, & ab Sergiis Virginiiſque ad plebeios viros fortes ac ſtrenuos transferendi ſummi honoris: non tamen ultra proceſſum eſt, quam ut unus ex plebe, uſurpandi juris cauſſa, P. Licinius Calvus tribunus militum conſulari poteſtate crearetur: cæteri patricii creati [3] P. Mænius, L. Titinius,

1 *Reſque militia ita proſpere*] Scribe: *militiæ.* Statimque: *veniretur ad exitum ſpei*, non *rei*, quod moleſta ſatis vocabuli repetitione in tam vicino Rhenanus fecit. Vindicat alterum Livius ipſe ſupra; *Quamvis ſeræ ſpei exitum exſpectare.* Lib. 9. *Brevi ad ſpem exitus reſpondit.* Lib. 21. *Annibal quum plurimum in celando incepto ad effectum ſpei habuiſſet.* J. F. Gron.

2 *M' Æmilius & Q. Fabius*] Lege, *M' Æmilius, & K. Fabius.* Hic eſt enim qui in comitiis hujus anni deſcribendis à Livio *C. Fabius* vulgo dictus eſt; itaque ſatis mirari non poſſum, cur hos locos emendatores iſti non concordarint. Nos autem ſupra hujus correctionis rationem reddidimus. *Sigonius.*

3 *P. Manlius, & P. Titinius, P. Melius, L. Furius Medullinus, L. Popilius Volſcus*] Nomina horum tribunorum ple-

nius, P. Mælius, L. Furius Medullinus, L. Publilius Volſcus. Ipſa plebes mirabatur ſe tantam rem obtinuiſſe, non is modo qui creatus erat; vir nullis ante honoribus uſus, [1] vetus tantum ſenator, & ætate jam gravis. Nec ſatis conſtat, cur primus ac potiſſimus ad novum delibandum honorem ſit habitus. [2] Alii Cn. Cornelii fratris, qui tribunus militum priore anno fuerat, triplexque ſtipendium equitibus dederat, gratia extractum ad tantum honorem credunt. alii orationem ipſum tempeſtivam de concordia ordinum, Patribus plebique gratam habuiſſe. Hac victoria comitiorum exultantes tribuni plebis, quod maxime rempubl. impediebat, de tributo

pleraque vitioſe, habent. Quod ex Diodoro, & ex Capitolinis tribunatibus intelligi poteſt. Nam veteres libri nulla in re alia diſſentiunt à vulgatis, niſi quod quidam habent *P. Manlius*, *P. Titinius*, ſine particula, *Et*, quod etiam placet. Diodorus autem ita habet: Πόπλιος Μαίλιος, Μαίνιος Σπόριος, Φούριος Λεύκιος, καὶ ἕτεροι τρεῖς. in ſecundo horum tribunatu: Λεύκιος Τιτίνιος, Πόπλιος Λικίνιος, Πόπλιος Μαίλιος, Κόιντος Μαίνιος, Γναῖος Γενύκιος, Λεύκιος Α᾽τίλιος. Ergo legendum eſt *P. Manius*, *L. Titinius*, *P. Malius*, *L. Furius Medullinus*. Cum autem Diodori liber Μαίνιον, modo Σπόριον, modo Κόιντον nominet, nos tamen *P.* retinendum eſſe putamus, quod prænomen *Manius* familiare eſſe reperimus. Porro autem *L. Publilius* non *Popilius* legendum eſt: Quod & tribunatus ejus Capitolinus oſtendit, & *Vulſci* cognomen, qui *Publiliorum* eſt, non *Popilliorum*. Cum autem Livius dicat uno *P. Licinio* excepto, reliquos ex his tribunos militum patricios eſſe, *Titinium* etiam, & *Manium*, & *Malium*, & *Publilium* patricios eſſe intelligamus neceſſe eſt, cum tamen nuſquam alias patricios eos eſſe apparet. *Sigonius.*

1 *Vetus tantum ſenator*] Non meminit Livius uſpiam ubi primum ſenatores ex plebe accepti fuerint: at meminit Dionyſ. lib. 7, qui anno ab Urbe condita 263 primum ex plebe factos ſcribit. Cornelio autem fratrem non alio modo intelligimus Licinium, quam quod patrum ac plebis poſt Decemviros connubia promiſcua ſunt facta. *Glareanus.*

2 *Alii Cn. Cornelii fratris*] *P. Licinius* ex plebe vir, non erat frater *Cn. Cornelii* patricii ex eadem matre, quod eadem nupſiſſet primum plebeio, poſt patricio poſt communicata plebis & patrum connubia, ut tradit Glareanus. Qui enim potuit *P. Licinius* jam extrema ſenectute vir ex eadem matre naſci, qua *Cn. Cornelius*, poſtquam plebi patriciorum ſunt impertita connubia, cum hoc niſi annos ante XLV conceſſum ſit. Verum frater erat *P. Licinii Cn. Cornelius*, ita ut non ex iiſdem parentibus natus eſſet ille quidem, ſed in *Corneliam* gentem eſſet adoptatus, adeo ut modo *Cn. Cornelius Coſſus*, modo *Licinius Coſſus* diceretur, perinde atque *M. Brutus*, *M.* etiam *Brutus Cæpio* dicebatur, quod à *Cæpione* adoptatus eſſet. Hoc autem ita eſſe, ex Plutarcho didici, qui in Camillo legatos tres Delphos miſſos ait, *Licinium Coſſum*, *Valerium Potitum*, & *Fabium Ambuſtum*, eoſdem prope qui collegæ etiam in tribunatu mil. fuiſſe à Livio traduntur. *Sigonius.*

buto remiſerunt. collatum obedienter miſſumque ad
13 exercitum eſt. Anxur in Volſcis brevi receptum eſt, neglectis die feſto cuſtodiis urbis. Inſignis annus hieme gelida ac nivoſa fuit: adeo ut viæ clauſæ, Tiberis innavigabilis fuerit. Annona ex ante convecta copia nihil mutavit. Et quia [1] P. Licinius, ut ceperat haud tumultuoſe magiſtratum majore gaudio plebis, quam indignatione Patrum, ita etiam geſſit; dulcedo invaſit proximis comitiis tribunorum militum plebeios creandi. Unus M. Veturius ex patriciis candidatis locum tenuit. plebeios alios tribunos militum conſulari poteſtate omnes fere centuriæ dixere, [2] M. Pomponium, C. Duilium, Vole-

1 *P. Licinius, ut cœperat, haud,* &c] *Ceperat*, a *capio*, non a *cœpi* legendum eſt: & *ceperat haud tumultuoſe magiſtratum*, ſcribendum eſt ſublato commate. *Sigonius.*

2 *L. Titinium, P. Menenium Racilium, Cn. Genutium, L. Attilium*] Hoc anno *M. Veturium* patricium reliquos ex plebe tribunos militum creatos eſſe ſcribit Livius, *L. Titinium, P. Menenium Racilium, Cn. Genutium, L. Attilium.* Pro his autem nominibus in omnibus vetuſtis libris hæc invenio: *M. Veturius, M. Pomponius, C. Duilius, Volero Publilius, Cn. Genucius, L. Atilius.* Itemque apud Diodorum: Γναῖος Γενύκιος, Αὖλος Ἀτίλιος, Μάρκος Πομπώνιος, Γάϊος Δυΐλιος, Μάρκος Οὐετούριος, Οὐολέρων Πουπλίλιος. Quapropter ego ſatis mirari non poſſum, cur hic locus contra auctoritatem omnium monumentorum ſit vitiatus, & alii tribuni ſint invecti, qui numquam fuerunt. Sequamur igitur antiquam lectionem, vulgatam autem, in qua ne omnium quidem tribunorum nomina exprimuntur, rejiciamus. *De Volerone Publilio* extat etiam fragmenti Capitolini teſtimonium. Porro autem *Atilios* uno *t*, ſcribi oportere docent & veteres libri, & Græci ſcriptores, & Capitolini lapides, & etymologia vocis. Ab *Atiis* enim orti ſunt. *Atii* autem ab *Ati*. Unde Virgilius: *Alter Atis, genus unde Atii duxere Latini.* Idem.

L. Titinium, P. Menenium, P. Acilium, Cn. Genucium, L. Racilium] Intereſt lectoris ſcire hujus loci fatum, ut dubitare deſinat. Andreas ediderat Romæ: *M. Pomponium, Cn. Duilium, Voleronem Publilium, Cn. Genucium, L. Atilium.* Phil. Lavagnia Mediolani: *L. Titinium, P. Menenium, G. Genutium, L. Racilium*, omiſſo, *P. Acilio*, haud dubie petitos ex cap. 18, ubi olim ſic prorſus legebatur: & hoc expreſſerunt etiam Tarviſina, duæ Venetæ, Aſcenſius, Saveterius, Moguntini. Bechar. *L. Tici. P. Menenium, G. Genut. L. Racilium.* Aldus reſtituit, quod habuerat Andreas: ſed neſcio cujus admonitu inter corrigenda pro his ponit *L. Titinium. P. Menenium, Cn. Genutium.* Itaque, qui eum ſecutus, Juntas: *L. Titinium, P. Menenium, Cn. Genutium, L. Atilium.* At Frobenius: *L. Titinium, P. Menenium, Racilium, Cn. Genutium, L. Atilium.* Ubi vides *Racilium*, qui ſurrogatus prius fuerat L. Atilio, propriam facere perſonam. Sic Curio quoque & Gryphius: niſi quod hi ſublata interpunctione *P. Menenium Racilium* dederunt, quaſi *Racilius* eſſet Menenii cognomen. Hoc Glareano & Rhena-

no

Digitized by Google

Volerónem Publilium, Cn. Genucium, L. Atilium. Triſtem hiemem, ſive ex intemperie cœli, raptim mutatione in contrarium facta, ſive alia qua de cauſſa, [1] gravis peſtilenſque omnibus animalibus æſtas excepit. cujus inſanabili pernicie quando [2] nec cauſſa nec finis inveniebatur, libri Sibyllini ex ſenatuſconſulto aditi ſunt. Duumviri ſacris faciundis, lectiſternio tunc primum in urbe Romana facto, per dies octo Apollinem, Latonamque & Dianam, Herculem, Mercurium atque Neptunum, tribus, quam ampliſſime tum apparari poterat, ſtratis lectis placavere. Privatim quoque id ſacrum celebratum eſt. tota urbe patentibus januis, promiſcuoque uſu rerum omnium in propatulo poſito, notos ignotoſque paſſim advenas in hoſpitium ductos ferunt: & cum inimicis quoque benigne ac comiter ſermones habitos, jurgiis ac litibus temperatum. Vinctis quoque dempta in eos dies vincula: religioni deinde fuiſſe, quibus eam opem Dii tuliſſent, vinciri. Interim ad Veios terror multiplex fuit; tribus in unum bellis collatis. namque eodem quo

no diſſimulatum reperiebat Sigonius, quum ex vett. libris & Diodoro Siculo reponeret, quod Andreas dederat, niſi quod *C. Duilium* appellat. Nondum tamen pax facta loco: ſed revocavit Curionis & Gryphianum Modius, retinuitque in prima ſua Gruterus: quid poſtea, & unde, commentus ſit, palam eſt. At tu ſcito, quod Sigonius voluit, verum eſſe, & id affirmare, quos vidimus & quorum non ſocordes excerptores habuimus, ſcriptos. Sic Flor. Rott. Helm. Voſſiani duo, parvis diſcriminibus, quæ nec piget annotare: nam Flor. *Cn. Duilium.* Rott. & Helm. *M. Pompinium, C. Duilium.* Voſſ. prior *M. Duilium*, & deinde *L. Atilinum.* Voſſ. alter *M. Pompinium Cn. Genutium L. Atilium.* Hæc ſi cui putida & inanis diligentia videbitur; fruatur ingenio ſuo: nos non pœnitet ſuſcepti laboris, quo Livium ludibriis & ſtudioſos dubitatione liberavimus. *J. F. Gron.*

1 *Gravis peſtilenſque omnibus animalib. æſtas*] Sub Licinii magiſtratu priore anno gelidam hiemem deſcripſerat Livius: nunc hoc anno ſequente, quo quatuor plebeii tribuni cum uno patricio fuere; triſtem hiemem ac gravem fuiſſe ait; quæ deſcriptio hiemis ac æſtatis duorum annorum bene perpendenda eſt, propter ſequentia. *Glareanus.*

2 *Nec cauſa nec finis inveniebatur*] Vox *cauſa* ex linea ſuperiore per incuriam huc delata eſt. Legendum: *nec curatio nec finis.* Vel, *nec remedium nec finis.* Quæ verba hinc ſumpſiſſe videtur epitomiſtes in re alia: *Cujus remedium & finis per novas religiones quæreretur.* Ut ut ſit, ejiciendum hinc τὸ *cauſa.* Tan. Faber.

quo antea modo , circa munimenta , quum repente
Capenates Faliſcique ſubſidio veniſſent , adverſus tres
exercitus ancipiti prœlio pugnatum eſt. Ante omnia ad-
juvit memoria damnationis Sergii & Virginii. itaque
majoribus caſtris , unde antea ceſſatum fuerat , brevi
ſpatio circumductæ copiæ , Capenates in vallum Ro-
manum verſos ab tergo aggrediuntur. Inde pugna cœ-
pta & Faliſcis intulit terrorem, trepidanteſque eruptio
ex caſtris opportune facta avertit. repulſos deinde in-
ſecuti victores , ingentem ediderunt cædem. Nec ita
multo poſt jam palantes , veluti forte oblati , popula-
tores Capenatis agri , reliquias pugnæ abſumpſere : &
Veientium refugientes in urbem, multi ante portas cæ-
ſi, dum præ metu, ne ſimul Romanus irrumperet, ob-
14 jectis foribus extremos ſuorum excluſere. Hæc eo an-
no acta. Et jam comitia tribunorum militum aderant,
quorum prope major Patribus quam belli cura erat:
quippe non communicatum modo cum plebe, ſed pro-
pe amiſſum cernentibus ſummum imperium. Itaque
clariſſimis viris ex compoſito præparatis ad petendum,
quos prætereundi verecundiam crederent fore; nihilo-
minus ipſi, perinde ac ſi omnes candidati eſſent, cun-
cta experientes, non homines modo, ſed Deos etiam
excipiebant; in religionem vertentes comitia biennio ha-
bita: priore anno intolerandam hiemem, prodigiiſque
divinis ſimilem coortam: proximo non prodigia, ſed
jam eventus, peſtilentiam agris urbique illatam, haud
dubia ira Deum. quos peſtis ejus arcendæ cauſſa pla-
candos eſſe, in libris Fatalibus inventum ſit. Comitiis,
auſpicato quæ fierent, indignum Diis viſum honores
vulgari, diſcriminaque gentium confundi. Præterquam
majeſtate petentium, religione etiam attoniti homi-
nes, patricios omnes, partem magnam honoratiſſimum
quemque, tribunos militum conſulari poteſtate creave-
re, L. Valerium Potitum quintum, M. Valerium Ma-
ximum,

Digitized by Google

ximum, [1] M. Furium Camillum iterum, L. Furium Medullinum tertium, Q. Servilium Fidenatem iterum, Q. Sulpicium Camerinum iterum. His tribunis ad Veios nihil admodum memorabile actum eſt. tota vis in populationibus fuit. Duo ſummi imperatores, Potitus à Faleriis, Camillus à Capena prædas ingentes egere; nulla incolumi relicta re, cui ferro aut igni noceri poſſet.

15 Prodigia interim [2] multa nunciari; quorum pleraque, & quia ſinguli auctores erant, parum credita ſpretaque: & quia hoſtibus Etruſcis, per quos ea procurarent, aruſpices non erant. in unum omnium curæ verſæ ſunt, quod lacus in Albano nemore ſine ullis cœleſtibus aquis cauſſave qua alia, quæ rem miraculo eximeret, in altitudinem inſolitam crevit. Quidnam eo Dii portenderent prodigio, miſſi ſciſcitatum oratores ad Delphicum oraculum: ſed propior interpres fatis oblatus ſenior quidam Veiens, qui inter cavillantes in ſtationibus ac cuſtodiis milites Romanos Etruſcoſque, vaticinantis in modum cecinit, *Priuſquam ex lacu Albano aqua emiſſa foret, numquam potiturum Veis Romanum.* Quod primo velut temere jactum ſperni, agitari deinde ſermonibus cœptum eſt; donec unus ex ſtatione Romana percunctatus proximum oppidanorum (jam per longinquitatem belli commercio ſermonum facto) quiſnam is eſſet, qui per ambages de lacu Albano jaceret; poſtquam audivit aruſpicem eſſe, vir haud intacti religione animi, cauſſatus, de privati portenti procuratione, ſi operæ illi eſſet, conſulere velle, ad colloquium vatem elicuit. Quumque progreſſi ambo à ſuis longius eſſent inermes, ſine ullo metu; prævalens juvenis Romanus ſenem infirmum in conſpectu omnium raptum, nequicquam tumultuanti-

1 *M. Furium Camillum tertium*] Vet. lib. *Iterum.* Plutarchus etiam hoc anno, quo lacus Albanus inundavit agros, Camillum fuiſſe τὸ δεύτερον ait, ut ſupra oſtendi. *Sigonius.*

2 *Multa nunciari*] Plerique libr veteres *Nunciata.* Idem.

tuantibus Etruſcis, ad ſuos tranſtulit. qui quum perductus ad imperatorem, inde Romam ad ſenatum miſſus eſſet, ſciſcitantibus quidnam id eſſet, quod de lacu Albano docuiſſet; reſpondit, *Profecto iratos Deos Veienti populo illo fuiſſe die, quo ſibi eam mentem objeciſſent, ut excidium patriæ fatale proderet. Itaque quæ tum cecinerit divino ſpiritu inſtinctus, ea ſe nec, ut indicta ſint, revocare poſſe; & tacendo forſitan quæ Dii immortales vulgari velint, haud minus quam celanda effando, nefas contrahi. Sic igitur libris fatalibus, ſic diſciplina Etruſca traditum eſſe, ut quando aqua Albana abundaſſet, tum, ſi eam Romanus rite emiſiſſet, victoriam de Veientibus dari. antequam id fiat, Deos mœnia Veientium deſerturos non eſſe.* Exſequebatur inde quæ ſolennis derivatio eſſet. Sed auctorem levem, nec ſatis fidum ſuper tanta re Patres rati, decrevere legatos ſorteſque oraculi Pythici exſpectandas.

16 Priuſquam à Delphis oratores redirent, Albanive prodigii piacula invenirentur, novi tribuni militum conſulari poteſtate, [1] L. Julius Iulus, L. Furius Medullinus quartum, L. Sergius Fidenas, A. Poſtumius Regillenſis, P. Cornelius Maluginenſis, [2] A. Manlius, magiſtratum [3] inierunt. Eo anno Tarquinienſes, novi hoſtes exorti. quia multis ſimul bellis, Volſcorum ad Anxur, ubi præſidium obſidebatur, Æquorum ad Lavicos, qui Romanam ibi coloniam oppugnabant, ad hoc Veienti quoque & Faliſco, & Capenati bello occupatos videbant Romanos, nec intra muros quietiora negotia eſſe certaminibus Patrum ac plebis; inter hæc locum injuriæ rati eſſe; prædatum in agrum Romanum cohortes expeditas mittunt. aut enim paſſuros inultam eam injuriam Romanos, ne novo bello ſe onerarent: aut exiguo, eoque parum valido exercitu, perſecuturos. Romanis indignitas major quam cura populationis Tarquinien-

1 *L. Julius Tullus*] *Iulus*, ut ante. *Sigonius.*

2 *A. Manilius*] *A. Manlius*, ex Capitolinis tribunatibus. *Idem.*

3 *Inierunt*] *Ineunt*. Vet. lib. *Idem.*

1 Cr

nienſium fuit. eo nec magno conatu ſuſcepta, nec in longum dilata res eſt. A. Poſtumius, & L. Julius non juſto delectu (etenim ab tribunis tribus plebis impediebantur) ſed prope voluntariorum, quos adhortando incitaverant, coacta manu per agrum Cæretem obliquis tramitibus egreſſi, redeuntes à populationibus graveſque præda Tarquinienſes oppreſſere. multos mortales obtruncant, omnes exuunt impedimentis: & receptis agrorum ſuorum ſpoliis, Romam revertuntur. Biduum ad recognoſcendas res datum dominis: tertio incognita (erant autem ea pleraque hoſtium ipſorum) ſub haſta veniere; quodque inde redactum, militibus eſt diviſum. [1] Cætera bella, maximeque Veiens, incerti exitus erant. Jamque Romani, deſperata ope humana, fata & Deos ſpectabant, quum legati ab Delphis venerunt; ſortem oraculi afferentes, congruentem reſponſo captivi vatis. *Romane, aquam Albanam cave lacu contineri, cave in mare manare ſuo flumine ſinas.* [2] *emiſſam per agros rigabis, diſſipatamque rivis extingues. Tum tu inſiſte audax hoſtium muris; memor quam per tot annos obſides urbem, ex ea tibi his, quæ nunc panduntur, fatis victoriam datam. Bello perfecto, donum amplum victor ad mea templa portato: ſacraque patria, quorum omiſſa cura eſt; inſtaurata, ut aſſolet, facito.* Ingens in- 17
de haberi captivus vates cœptus, eumque adhibere tribuni militum Cornelius Poſtumiuſque ad prodigii Albani procurationem ac Deos rite placandos cœpere. Inventumque tandem eſt, ubi neglectas cærimonias, inter-

1 *Cetera bella*] Vet. lib. *In cetera bella.* Sigonius.

2 *Emiſſam per agros rigab.*] I'*ovos derivabis*, aut *emiſſa agros rigabis.* ſed vet. lib. *manu miſſam per agros rigabis.* Muretus.

Emiſſ. per agros rigabis] Sic loquuntur. Hyginus fab. 164. *At Neptunus iratus in eam terram mare cœpit irrigare velle.* Et cum plerumque terras dicamus fontibus irriguas, prætulit tamen Juſtinus 44, 1, *curſus amnium non torrentes rapidique, ut noceant, ſed lenes & vineis campiſque irrigui.* Virgilius 4 Georg. *Amicos irriget imbres.* Claudianus: *Largos hæc nectaris imbres Irrigat.* Ad quæ Joſ. Scaliger: Imbres non irrigantur, ſed irrigant. Cato de re Ruſt. cap. 151. *Si quando non pluet, ubi terra ſitiat, aquam irrigato leniter in areas.* Jac. Gron.

termiſſumve ſolenne Dii arguerent, nihil profecto aliud eſſe, quam magiſtratus vitio creatos, Latinas, ſacrumque in Albano monte non rite concepiſſe. Unam expiationem eorum eſſe, ut tribuni militum abdicarent ſe magiſtratu: auſpicia de integro repeterentur, & interregnum iniretur. Ea ita facta ſunt ex ſenatuſconſulto. Interreges tres deinceps fuere, L. Valerius, Q. Servilius Fidenas, M. Furius Camillus. Numquam deſitum interim turbari, comitia interpellantibus tribunis plebis, donec conveniſſet prius, *ut major pars tribunorum militum ex plebe crearetur*. Quæ dum aguntur, concilia Etruriæ [1] ad fanum Voltumnæ habita. poſtulantibuſque Capenatibus ac Faliſcis, ut Veios communi animo conſilioque omnes Etruriæ populi ex obſidione eriperent, reſponſum eſt: *antea ſe id Veientibus negaſſe, quia unde conſilium non petiſſent ſuper tanta re, auxilium petere non deberent. nunc jam pro ſe fortunam ſuam illis* [2] *negare. maxime in ea parte Etruriæ gentem inuſitatam, novos accolas Gallos eſſe, cum quibus nec pax ſatis fida, nec bellum pro certo ſit: ſanguini tamen nominique & præſentibus periculis conſanguineorum id dari, ut ſi qui juventutis ſuæ* [3] *voluntate ad id bellum eant, non impediant.* Eum magnum adveniſſe hoſtium numerum, fama Romæ erat. eoque miteſcere diſcordiæ inteſtinæ metu com-
18 muni, ut fit, cœptæ. Haud invitis Patribus P. Licinium

1 *Ad fanum Volumnæ*] Sic poſtremum editi. Olim lectum *Vulturnæ*. ſed quum jam Rhenanus ex Vormacienſi MS. monuerit reſtituendum *Voltumnæ*, habeantque MSS. Rottend. *Voltumpnæ*, Voſſ. 2. *Voltunæ*, Voſſ. 1. *Vultumnæ*, cauſa nulla videbatur, cur non ederetur, prout oportuit. *Jac. Gron.*

2 *Negare. Maxime in ea parte Etruriæ gentem*] Puto diſtinguendum: *nunc jam pro ſe fortunam ſuam illis negare; maxime in ea parte Etruriæ. Gentem inviſitatam*, &c. *Idem.*

3 *Voluntarii ad id bellum eant*] Ex MSS. & ed. Campani reſtituimus: *voluntate*. Et ſic ſæpe Livius. Lib. 2. *Per metum potius quam poſtmodum voluntate conſuluiſſe*. Hoc lib. 5. *Si non voluntate manſimus in Capitolio per tot menſes obſidionis.* Lib. 7. *Parum ſpei erat voluntate quicquam facturum.* Lib. 35. *Caſtella multa expugnavit, alia voluntate ad eum defecerunt.* Eodem: *Multa homines voluntate remittere.* Lib. 37. *Duo millia miſtorum Macedonum Thracumque, qui voluntate ſecuti erant.* Lib. 39. *Si voluntate, non vi atque armis coacti, cum Ætolis eſſent.* Terentius Adelphis: *Quod vos jus cogit, ut voluntate impetret.* J. F. Gron.

1 *Præ-*

nium Calvum [1] prærogativa tribunum militum non petentem creant, moderationis expertæ in priore magiſtratu virum, cæterum jam tum exactæ ætatis: omneſque deinceps ex collegio ejuſdem anni [2] refici apparebat, L. Titinium, P. Mænium, P. Mælium, Ch. Genucium, L. Atilium, [3] qui, priuſquam renunciarentur, jure vocatis

1 *Prærogativa tribunum militum non petentem creant*] Vet. lib. habent, *Tribunum militum conſulari poteſtate non petentem.* Cæterum *prærogativæ*, non *prærogativa* legendum eſt. Nam quæ primæ tribus ſuffragium inibant, *prærogativæ* dicebantur, quod primæ *rogarentur* quos vellent conſules fieri; ſecundæ Jure vocatæ, quod in his ſequente populo, ut ſæpe contigit, prærogativarum voluntatem, jure omnia complerentur, ut ſcribit Pædianus in ſecundam Verrinam. ſic lib. 10. *Eumque prærogativa, & primo vocata omnes centuria conſulem dicebant.* Erat autem una juniorum prærogativa, altera ſeniorum. Quod ex aliis locis intelligi poteſt. Prærogativæ autem ſorte educebantur. *Sigonius.*

Prærogativa creant] Nota. mox cæteræ tribus *jure vocatæ.* Dubium mihi eſt, quid cauſæ ſit, cur Livius non & centurias jure vocatas dixerit. Nam hæc comitia centuriata. *Hen. Valeſius.*

2 *Refici apparebat, L. Titinium, P. Menenium, Cn. Genucium, L. Attilium*] Veteres libri nihil diſſentiunt à vulgatis, niſi quod non *P. Menenium* ſed *P. Mænium* habent. Diodorus autem, ut ante dixi, hæc edit nomina: Λεύκιον Τιτίνιον, Πόπλιον Λικίνιον, Πόπλιον Μαίλιον, Κόιντον Μαίνιον, Γναῖον Γενύκιον, Λεύκιον Ἀτίλιον. Quare cum quinque tantum tribunorum nomina ſint in libris Livii: pro *P. Menenio*, *P. Mænium*, *P. Mælium* reponendum eſt, præſertim vero cum ſcribat: *Omneſque deinceps ex collegio ejuſdem anni refici apparebat.* Sunt enim *omnes ex eodem collegio* præter *Cn. Genucium, & L. Atilium*, & recte: non enim ait *omnes refectos eſſe ejus collegii*, ſed *apparebat omnes refici.* Atque hic locus cauſam dedit Glareano, ut in Livium acerbe inveheretur. *Sigonius.*

3 *Qui priuſq. renunciarentur, jure vocatis trib. p. i. P. L. Calvus, ita v. f.*] Si ſenſum explicavero quemadmodum interpungi verba oportet, apparebit. P. Licinium, inquit, non petentem prærogativæ tribunum militum creant, omneſque deinceps ex collegio ejuſdem anni refici apparebat, qui priuſquam renunciarentur à jure vocatis tribubus, P. Licinius permiſſu interregis ita loquutus eſt. *Idem.*

Renuntiarentur, jure vocatis tribubus] Interpunctio Sigonii poteſt admitti: *Priuſquam renunciarentur jure vocatis tribubus*: hac interpretatione: priuſquam per interregem præconis voce pronunciarentur atque ederentur illorum nomina ad jure vocatas tribus. Cicero pro Muræna: *illo die, quo, auſpicato, comitiis centuriatis, L. Murænam conſulem renuntiavi.* Pro domo: *poſſe ſe, interverſa ædilitate à L. Piſone conſule prætorem renuntiari.* Lib. 5 in Verr. *Cum eſſes prætor renunciatus, non ipſa præconis voce excitatus es, qui te toties ſeniorum juniorumque centuriis illo honore affici pronuntiavit, ut hoc putares aliquam reipub. partem tibi creditam.* Hunc & tot alios ſimiliter loquentes (habes apud Briſſonium) potius debuiſſet ſequi Sigonius, quam renunciatos à jure vocatis tribubus dicere, auctore uno Piſone, qui ambigue apud A. Gellium 6, 9. *Eumque pro tribus ædilem curulem renunciaverunt.* Pro quo *dicere* mavult Livius. Etſi autem & quæ ſequuntur, *verba fecit*, poſſint conjungi, *jure vocatis tribubus*: (nam

Digitized by Google

catis tribubus, permiſſu interregis, P. Licinius Calvus ita verba fecit: [1] *Omen concordiæ, Quirites, rei maxime in hoc tempus utili, memoria noſtri magiſtratus vos his comitiis petere* [2] *in inſequentem annum video, ſi collegas eoſdem reficitis, etiam uſu meliores factos. Me jam non eundem, ſed umbram nomenque P. Licinii relictum videtis. vires corporis affectæ: ſenſus oculorum atque aurium hebetes, memoria labat, vigor animi obtuſus. En vobis*, inquit, *juvenem*, filium tenens, *effigiem atque imaginem ejus, quem vos antea tribunum militum ex plebe primum feciſtis. Hunc ego inſtitutum diſciplina mea, vicarium pro me Reipub. do dicoque. Voſque quæſo, Quirites, delatum mihi ultro honorem huic petenti, meiſque pro eo adjectis precibus mandetis.* Datum id petenti patri, filiuſque ejus P. Licinius tribunus militum conſulari poteſtate, cum iis quos ſupra ſcripſimus, declaratus. Titinius Genuciuſque tribuni militum, profecti adverſus Faliſcos Capenateſque: dum bellum majore animo gerunt, quam conſilio, [3] præcipitavere in inſidias. Genucius morte honeſta temeritatem luens, ante ſigna inter primores cecidit. Titinius in editum tumulum ex multa trepidatione

ne

ita Cicero act. 1 in Verrem: *Ipſi Hortenſio, propinquis neceſſariiſque ejus verbum nullum facit*) tamen iſtam diſtinctionem magis probo, quia ſermo Licinii Calvi non tantum ad jure vocatas, ſed ipſas etiam prærogativas eſt directus: quas oportuit utique in ſuffragium revocari de filio, quem ſuo loco commendavit. Poſtrema verba Licinii: *delatum mihi ultro honorem huic petenti, meiſque pro eo adjectis precibus mandetis:* emendo: *meis quoque pro eo adjectis precibus*. J. F. Gron.

1 *Omen concordia Quirites rei maxime in hoc tempus utilis*] Vet. aliquot libri habent, *utili*, ita ut *concordia* ſit caſus dandi non gignendi. Cæterum obſcuriſſimi loci hic ſenſus eſt. Vos video, Quirites, dum me, collegaſque meos tribunos reficitis memoria prioris magiſtratus noſtri in inſequentem annum, omen concordiæ petere rei maxime in hoc tempus utili, id eſt, ominari concordiam anni futuri. Quod ſi collegas eoſdem reficitis, me certe præterire debetis. *Sigonius.* Per incuriam ſive typorum, ſive ipſius Sigonii vox *plebis* (certe in tribus editionibus, quas habeo, Scholiorum ejus) irrepſerat, quum pateat ſatis non de tribunis plebis ſed militum conſulari poteſtate ſermonem eſſe. Id in gratiam viri optime meriti inducendum putavi. *Jac. Gron.*

2 *In ſequentem annum*] Chiffl. Voſſ. uterque, Rott. Flor. *in inſequentem annum*. Retroviſe ad 4, 30. *J. F. Gron.*

3 *Præcipitavere ſe in inſidias*] Vox, *ſe*, abeſt à veteribus libris. Ita autem locutus eſt etiam in ſexto: *Ipſi præcipitavere in inſidias*. Sigonius.

ne militibus collectis aciem reſtituit: nec ſe tamen æquo loco hoſti commiſit. Plus ignominiæ erat quam cladis acceptum; quæ prope in cladem ingentem vertit; tantum inde terroris non Romæ modo, quo multiplex fama pervenerat, ſed in caſtris quoque fuit ad Veios. Ægre ibi miles retentus à fuga eſt, quum pervaſiſſet caſtra rumor, ducibus exercituque cæſo victorem Capenatem ac Faliſcum, Etruriæque omnem juventutem haud procul inde abeſſe. His tumultuoſiora Romæ, jam caſtra ad Veios oppugnari, jam partem hoſtium tendere ad urbem agmine infeſto crediderant: concurſumque in muros eſt, & matronarum, quas ex domo conciverat publicus pavor, obſecrationes in templis factæ: precibuſque ab Diis petitum, ut exitium ab urbis tectis templiſque ac Romanis mœnibus arcerent, Veioſque eum averterent terrorem, ſi ſacra renovata rite, ſi procurata prodigia eſſent. Jam ludi Latinæque inſtauratæ erant: jam 19
ex lacu Albano aqua emiſſa in agros, [1] Veioſque fata appetebant. Igitur fatalis dux ad excidium illius urbis ſervandæque patriæ, M. Furius Camillus dictator dictus, magiſtrum equitum P. Cornelium Scipionem dixit. Omnia repente mutaverat imperator mutatus. alia ſpes, alius animus hominum, fortuna quoque alia urbis videri. Omnium primum in eos qui à Veiis in illo pavore fugerant, more militari animadvertit, [2] effecitque ne hoſtis maxime timendus militi eſſet. deinde indicto delectu in diem certam, ipſe interim Veios ad confirmandos militum animos intercurrit: inde Romam ad ſcribendum novum exercitum redit; nullo detrectante militiam. Peregrina etiam juventus Latini Hernicique, operam ſuam pollicentes, ad id bellum venere: quibus quum gra-

1 *Veioſque fata appetebant*] Fuit, qui redderet, *Vejorum*. Sed ſcribendum, *Vejiſque*. Plautus Aulular. a. 1 ſc. 1. *Neque jam quo pacto celem herilis filiæ Probrum, propinqua partitudo cui appetit, Queo comminiſci*. J. F. Gron.

2 *Efficitque ne h.*] Vet. lib. *Effecitque*. Sigonius.

1 *Con-*

gratias in ſenatu egiſſet dictator, ſatis jam omnibus ad id bellum paratis, ludos magnos ex ſenatuſconſulto vovit Veiis captis ſe facturum: ædemque Matutæ matris refectam dedicaturum, jam ante ab rege Servio Tullio dedicatam. Profectus cum exercitu ab urbe exſpectatione hominum majore quam ſpe, in agro primum Nepeſino cum Faliſcis & Capenatibus ſigna confert. Omnia ibi ſumma ratione conſilioque acta, fortuna etiam, ut fit, ſecuta eſt. non prœlio tantum fudit hoſtes, ſed caſtris quoque exuit, ingentique præda eſt potitus: cujus pars maxima ad quæſtorem redacta eſt: haud ita multum militi datum. Inde ad Veios exercitus ductus, denſioraque caſtella facta: & à procurſationibus, quæ multæ temere inter murum ac vallum fiebant, edicto, ne quis injuſſu pugnaret, ad opus milites traducti. Operum fuit omnium longe maximum ac laborioſiſſimum, cuniculus in arcem hoſtium agi cœptus. quod ne intermitteretur opus, neu ſub terra continuus labor eoſdem conficeret, in partes ſex munitorum numerum diviſit: ſenæ horæ in orbem operi attributæ ſunt: nocte ac die numquam ante omiſſum, quam in arcem viam facerent. Dictator quum jam in manibus videret victoriam eſſe, urbem opulentiſſimam capi, tantumque prædæ fore quantum non omnibus in unum collatis ante bellis fuiſſet, ne quam inde aut militum iram ex malignitate prædæ partitæ, aut invidiam apud Patres ex prodiga largitione caperet, literas ad ſenatum miſit. *Deum immortalium benignitate, ſuis [1] conſiliis, patientia militum, Veios jam fore in poteſtate populi Romani. quid de præda faciendum cenſerent?* [2] Duæ ſenatum diſtinebant ſententiæ: ſenis P. Licinii, quem primum dixiſſe à filio interrogatum ferunt, edici palam

1 *Conſiliis, patientia*] Vet. lib. *Et patientia militum.* Sigonius.

2 *Duæ Senatum diſtinebant ſententiæ, ſenis P. Licinii, &c.*] Quis eſt qui non ſentiat huic ſententiæ explicandæ vocem unam maxime neceſſariam deeſſe? quæ eſt in veteribus libris: *Duæ ſenatum diſtinebant ſententiæ, una ſenis P. Licinii.* Idem.

palam placere populo, ut qui particeps eſſe prædæ vellet, in caſtra Veios iret: altera Ap. Claudii, qui largitionem novam, prodigam, inæqualem, inconſultam arguens, ſi ſemel nefas ducerent captam ex hoſtibus in ærario exhauſto bellis pecuniam eſſe, auctor erat ſtipendii ex ea pecunia militi numerandi, ut eo minus tributi plebes conferret. Ejus enim doni ſocietatem ſenſuras æqualiter omnium domos: non avidas in direptiones manus otioſorum urbanorum prærepturas fortium bellatorum præmia eſſe. quum ita ferme eveniat, [1] ut ſegnior ſit prædator, ut quiſque laboris periculique præcipuam petere partem ſoleat. Licinius contra, ſuſpectam & inviſam ſemper eam pecuniam fore ajebat: cauſſaſque criminum ad plebem [2] ſeditionum inde ac legum novarum præbituram.

1 *Ut ſegnior ſit prædator, ut fortiſſimus quiſque*, &c.] Refellit Ap. Claudius ſententiam P. Licinii, quæ fuerat, ut qui particeps eſſe prædæ vellet, in caſtra Veios iret, cujus rei cauſam affert his verbis. Quod ita ferme eveniat, ut qui ſegnior ſit prædæ, fortiſſimus quiſque laboris, periculique præcipuam petere partem ſoleat. quæ lectio ex conjectura antiquæ lectionis eruitur, quæ eſt, *ubi ſegnior ſit prædator, fortiſſimus quiſque*, &c. Quorum verborum ſententiam elicere nequivit Rhenanus. *Sigonius.*

Ut qui ſegnior ſit præda, fortiſſimus] Priſca lectio: *ut ſegnior ſit prædator, ut quiſque laboris periculique præcipuam petere partem ſoleat.* Rhenanus quum deeſſet in Borbet. poſterius, *Ut*, conjecit: *prædator, fortiſſimus quiſque.* At Sigonius: *ut qui ſegnior ſit præda, fortiſſimus quiſque:* & id ex antiqua lectione: *ubi ſegnior ſit prædator, fortiſſimus quiſque.* Miram ſocordiam. Nuſquam nos aliam quam prius editam. Sic duo Voſſ. Helm. duo Pall. Rott. Unus ex his ſolitus alioqui ſubſcribere Sigoniano: *Ubi ſegnior ſit prædator, ut quiſque laboris.* Campanus: *ut ſegnior ſit prædator, quiſquis laboris.* Quod ſi τὸ *fortiſſimus*, mera conjectura Rhenani, è codicibus eſſet, quid juvat nova Sigonii divinatio? Lib. 24. *Fortiſſimus quiſque pugnator eſſe deſierat.* Tamen & viri magni: *ut qui ſegnior ſit, prædetur, at fortiſſimus quiſque.* Nihil eſt mutandum. Quæ difficultatem pariant, duo ſunt: primum diverſæ ſignificationes τοῦ *Ut* repetiti: prius, finem vel eventum denotat; poſterius eſt comparationis 10, 27. *Ut ſubinde ut quæque res nova decreta eſſet, exploratam perferrent.* Deinde quod poſteriorem enunciationis partem priori loco ponit Livius. Eſt enim ſententia, ita fere evenire, ut quo magis aliquis (hoc enim eſt, *Ut quiſque*) præcipuam laboris & periculi partem petere ſoleat, eo idem ſit ſegnior prædator, minus intentus prædæ capiendæ. Lib. 7. *Quum & abnuere certamen vererentur, & præcipuam ſortem periculi petere nollent.* Xenophon Κυρ. π. 7. Διαρπάσαι μὲν οὖν αὐτοῖς ἐφεῖναι τὴν πόλιν οὐ βούλομαι· τήν τε γὰρ πόλιν νομίζω ἅμα διαφθαρῆναι, ἔν τε τῇ ἁρπαγῇ οἱ πονηροὶ πλεονεκτήσειεν ἄν. *J. F. Gron.*

2 *Seditionum inde, ac leg.*] Veteres libri, *Seditionumque inde, ac legum.* Sigonius.

turam. *Satius igitur eſſe reconciliari eo dono plebis animos. exhauſtis atque exinanitis tributo tot annorum ſuccurri: & ſentire prædæ fructum ex eo bello, in quo prope conſenuerint. gratius id fore, lætiuſque, quod quiſque ſua manu ex hoſte captum domum retulerit, quam ſi multiplex alterius arbitrio accipiat. Ipſum dictatorem fugere invidiam ex eo criminaque. eo delegaſſe ad ſenatum. Senatum quoque debere rejectam rem ad ſe permittere plebi, ac pati habere quod cuique ſors belli dederit.* Hæc tutior viſa ſententia eſt, quæ popularem ſenatum faceret. Edictum itaque eſt, ad prædam Veientem, quibus videretur, in caſtra ad dictatorem proficiſcerentur. Ingens profecta multitudo replevit caſtra.
21 Tum dictator auſpicato egreſſus, quum edixiſſet ut arma milites caperent, *Tuo ductu*, inquit, *Pythice Apollo, tuoque numine inſtinctus pergo ad delendam urbem Veios: tibique hinc decimam partem prædæ voveo. Te ſimul, Juno Regina, quæ nunc Veios colis, precor, ut nos victores in noſtram tuamque mox futuram urbem ſequare: ubi te, dignum amplitudine tua, templum accipiat.* Hæc precatus, ſuperante multitudine, ab omnibus locis urbem aggreditur, quo minor ab cuniculo ingruentis periculi ſenſus eſſet. Veientes ignari, ſe jam ab ſuis vatibus, jam ab externis oraculis proditos, jam in partem prædæ ſuæ vocatos Deos, alios votis ex urbe ſua evocatos hoſtium templa novaſque ſedes ſpectare, ſeque ultimum illum diem agere; nihil minus timentes, quam ſubrutis cuniculo mœnibus arcem jam plenam hoſtium eſſe, in muros pro ſe quiſque armati diſcurrunt. mirantes quidnam id eſſet, quod quum tot per dies nemo ſe ab ſtationibus Romanis moviſſet, tum velut repentino icti furore improvidi currerent ad muros. Inſeritur huic loco fabula: immolante rege Veientium, vocem aruſpicis dicentis, qui ejus hoſtiæ exta proſecuiſſet, ei victoriam dari, exauditam in cuniculo, moviſſe Romanos milites, ut adaperto cuniculo exta raperent, & ad dictatorem ferrent. Sed in rebus tam antiquis, ſi, quæ ſimi-

ſimilia veri ſunt, pro veris accipiantur, ſatis habeam. Hæc ad oſtentationem ſcenæ gaudentis miraculis aptiora, quam ad fidem, neque affirmare, neque refellere operæ pretium eſt. Cuniculus delectis militibus eo tempore plenus, in æde Junonis, quæ in Veientana arce erat, armatos repente edidit. & pars averſos in muris invadunt hoſtes, pars clauſtra portarum revellunt: pars, quum ex tectis ſaxa tegulæque à mulieribus ac ſervitiis jacerentur, inferunt ignes. Clamor omnia variis terrentium ac paventium vocibus, miſto mulierum ac puerorum ploratu, complet. Momento temporis dejectis ex muro undique armatis, patefactiſque portis, quum alii agmine irruerent; alii deſertos ſcanderent muros, urbs hoſtibus impletur, omnibus locis pugnatur. Deinde, multa jam edita cæde, ſeneſcit pugna: & dictator præcones edicere jubet, ut ab inermi abſtineatur. is finis ſanguinis fuit. Dedi inde inermes cœpti: & ad prædam miles permiſſu dictatoris diſcurrit. quæ quum ante oculos ejus aliquantum ſpe atque opinione major, majoriſque pretii rerum ferretur, dicitur manus ad cœlum tollens precatus eſſe, *ut ſi cui Deorum hominumque nimia* [1] *ſua fortuna populique Romani videretur, ut eam invidiam* [2] *lenire ſuo pri-*

1 *Sua fortuna populi Romani*] Quicquid hic congerat ὁ πάνυ Gruterus de ſuo *ſuus*, non probabit hanc lectionem vel Grammatices convenire præceptis. Scio l. 1 D. de popul. act. haberi: *Eam popularem actionem dicimus, quæ ſuum jus populi tuetur.* Sed ibi haud dubie ſcribendum *populo*. Hallucinatur, cum à Sigonio Modioque hoc ex Aldo receptum autumat, Non eſt ulla omnium veterum nobis viſarum, quæ non habeat: *ſua fortuna populique Romani.* Eſt quidem apud Sigonium: Vet. *populi Romani*: ſed hoc non erat directum ab illo ad hæc verba, verum ad proxima, ubi legitur, *Romani populi.* Par illud lib. 7. *Deum benignitate, felicitate tua populique Romani & res & gloria eſt integra.* J. F. Gron.

2 *Leniri quam minimo ſuo pr. incommodo, publicoque Rom. populi lic.*] Vet. lib. *Populi Romani*, habent. Cæterum quod Glareanus contra omnium librorum fidem legendum putat, *Lenire ſuo privato incommodo, quam minimo Romani populi liceret*, non procedit: Nam Plutarchus hanc ſententiam ita vertit in Camillo: Εἰ δέ τις καὶ ἡμῖν ὀφείλεται τῆς παρούσης νέμεσις εὐπραξίας, δέομαι ταύτην ὑπέρ τε πόλεως καὶ στρατοῦ Ῥωμαίων εἰς ἐμαυτὸν ἐλαχίστῳ κακῷ τελευτῆσαι. Et Valerius libro primo: *Si cui deorum nimia felicitas populi Rom. videretur, ejus invidia ſuo aliquo incommodo ſatiaretur.* Sigonius.

privato incommodo, quam minimo publico populi Romani liceret. Convertentem ſe inter hanc venerationem traditur memoriæ, prolapſum cecidiſſe: idque omen pertinuiſſe poſtea eventu rem conjectantibus viſum ad damnationem ipſius Camilli; captæ deinde urbis Romanæ, quod poſt paucos accidit annos, cladem. [1] Atque ille dies cæde

Lenire ſuo privato incommodo, quam minimo publico] Ambiguæ ſcripturæ & ſententiæ locus. Valerius Maximus: *ut ſi cui deorum nimia felicitas populi Romani videretur, ejus invidia ſuo aliquo incommodo ſatiaretur.* Eadem formula voti, quod L. Æmilius Paullus confecto Macedonico bello concepit: *deos immortales precatus eſt, ut ſi quis eorum invideret operibus ac fortunæ ſuæ, in ipſum potius ſævirent quam in rempublicam*, ut narrat Vellejus. Simile Cippi apud Naſonem lib. 15 Metam. *Seu lætum eſt, patriæ latum populoque Quirini; Sive minax, mihi ſit.* Hanc ſententiam ſi admittimus, invenire poſſumus in verbis ſic, ut vulgo, conceptis, τῷ *quam* pro *potius quam* vel *magis quam* accepto. Ut lib. 3. *C. Claudii oratio fuit precibus quam jurgio ſimilis.* Lib. 7. *Quicquid hinc vel illinc mars communis belli auferet, multiplex quam pro numero damnum eſt.* id eſt, gravius re quam numero. Lib. 10, 26. *Ut præciperetur victoria animis, triumphuſque quam bellum conſulibus decretum videretur.* Sic duo meliores Pall. Vulgo, *non bellum.* Lib. 23, 43. *Ipſorum quam Hannibalis intereſſe, capta an tradita Nola potiretur.* Sic Put. Pet. melior Men. tres Pall. Lib. 28, 44. *Et Carthago præmium victoriæ erit, quam ſemiruta Bruttiorum caſtella.* Ita Lipſius ex ſuo v. c. cui accedunt Put. inſtar omnium, Regius, Men. Pall. unus. Eodem modo particula *quam* hic abutitur Livius, haud difficili jam ſententia: ut eam invidiam ſuo privato incommodo potius quam vel minimo etiam publico lenire & luere Furium Camillum ſinerent: ut eam ipſum à republica totam privatis ſuis & domeſticis incommodis redimere paterentur. Plutarchus tamen, ne quid diffitear, aliam accepit Livii ſententiam, quam ita reddidit: ἄχεμην ταύτην ὑπέρ τε πόλεως καὶ στρατοῦ Ῥωμαίων εἰς ἐμαυτὸν ἐλαχίστῳ κακῷ τελευτῆσαι. Ea poteſt reperiri in verbis Livii, ſi aliter diſtinguantur, & conſtruantur, nimirum: *ut eam invidiam publico populi Romani liceret lenire privato ſuo incommodo quam minimo.* ut publicum populi Romani apud ejuſmodi offenſum & iniquum numen defungeretur quantilla calamitate ipſius Furii. Paullo clarius foret hac ſententia: *ut eam invidiam lenire ſuo privato incommodo quam minimo reipublicæ populi Romani liceret.* At Voſſ. Helm. cum tertio: *lenire quam minimo ſuo privato incommodo publicoque p. R.* quod etiam ex Aldo (niſi quod ille *Romani populi*) ceu corruptum advocat Glareanus. Nec aliter Juntas imitator Aldi. Chifl. membranæ: *quam minimo ſuo privato incommodo publico p. R.* Buſlidianæ & Voſſ. poſterior: *quam minimo ſuo privato incommodo publicoque populi Romani.* Andreas quoque ac Tarviſina *publicoque.* Jam & privati ſimul publicique incommodi, quibus citra exitium defuncti ſunt & Camillus & Roma, meminit continenter Livius. Quare placet maxime: *ut eam invidiam lenire, quam minimo ſuo privato incommodo publicoque, populo Romano liceret.* Meliori omine *publica populi Romani* dicuntur, quam ut huc congruant. *J. F. Gron.*

1 *Atque ille dies*] Vet. lib. *Itaque ille dies.* Sigonius.

de hoſtium ac direptione urbis opulentiſſimæ eſt conſumptus. Poſtero die libera corpora dictator ſub corona 22
vendidit. ea ſola pecunia in publicum redigitur, haud ſine ira plebis, & quod retulere ſecum prædæ, nec duci, qui ad ſenatum malignitatis auctores quærendo, rem arbitrii ſui rejeciſſet; nec ſenatui, ſed Liciniæ familiæ, ex qua filius ad ſenatum retuliſſet, pater tam popularis ſententiæ auctor fuiſſet, acceptum referebant. Quum jam humanæ opes egeſtæ à Veiis eſſent, amoliri tum Deum dona ipſoſque Deos, ſed colentium magis quam rapientium modo, cœpere; namque delecti ex omni exercitu juvenes, [1] pure lotis corporibus, candida veſte, quibus deportanda Romam Regina Juno aſſignata erat, venerabundi templum iniere, primo religioſe admoventes manus: quod id ſignum more Etruſco niſi certæ gentis ſacerdos attrectare non eſſet ſolitus. dein quum quidam ſeu ſpiritu divino tactus, ſeu juvenili joco, *Viſne Romam ire Juno?* dixiſſet, annuiſſe cæteri Deam conclamaverunt: inde fabulæ adjectum eſt, vocem quoque dicentis, Velle, auditam. motam certe ſede ſua parvi molimenti adminiculis, ſequentis modo accepimus levem ac facilem tranſlatu fuiſſe; integramque in Aventinum æternam ſedem ſuam, quo vota Romani dictatoris vocaverant, perlatam, ubi templum ei poſtea idem, qui voverat, Camillus dedicavit. Hic Veiorum occaſus fuit, urbis opulentiſſimæ Etruſci nominis; magnitudinem ſuam vel ultima clade indicantis: quod decem æſtates hiemeſque continuas circumſeſſa, quum plus aliquanto cladium intuliſſet quam accepiſſet, [2] poſtremo jam, fato tum denique urgente, operibus tamen, non vi, expugnata eſt. Romam ut nunciatum eſt Veios captos, 23
quam-

1 *Pure lautis corp.*] Vet. lib. *Pure lotis.* Sigonius.

2 *Poſtremo jam fato quoque*] Scripta lectio: *fato tum denique urgente.* Plenius uberiuſque vulgato videtur. Lib. 4. *Nequidquam enim tentata, ut tum denique deſiſterent impediendo bello.* J. F. Gron.

1 *Gro-*

quamquam & prodigia procurata fuerant, & vatum reſponſa, & Pythicæ ſortes notæ, & quantum humanis adjuvari conſiliis potuerat res, ducem M. Furium maximum imperatorum omnium legerant; tamen quia tot annis varie ibi bellatum erat, multæque clades acceptæ; velut ex inſperato immenſum gaudium fuit. & priuſquam ſenatus decerneret, plena omnia templa Romanarum matrum [1] grates Diis agentium erant. Senatus in quatriduum, quot dierum nullo ante bello, ſupplicationes decernit. Adventus quoque dictatoris omnibus ordinibus obviam effuſis celebratior, quam ullius unquam antea fuit: triumphuſque omnem conſuetum honorandi illius diei modum aliquantum exceſſit. Maxime conſpectus ipſe eſt, curru equis albis juncto urbem invectus: parumque id non civile modo, ſed humanum etiam viſum. Jovis Soliſque equis æquiparari dictatorem in religionem etiam trahebant: triumphuſque ob eam unam maxime rem clarior quam gratior fuit. Tum Junoni reginæ templum in Aventino locavit, dedicavitque Matutæ matri. atque his divinis humaniſque rebus geſtis, dictatura ſe abdicavit. Agi deinde de Apollinis dono cœptum. cui ſe decimam voviſſe prædæ partem quum diceret Camillus, pontifices ſolvendum religione populum cenſerent; haud facile inibatur ratio jubendi referre prædam populum, ut ex ea pars debita in ſacrum ſecerneretur. tandem eo, quod leviſſimum videbatur, decurſum eſt, ut qui ſe domumque religione exſolvere vellet, quum ſibimetipſe prædam æſtimaſſet ſuam, decimæ pretium partis in publicum deferret: ut ex eo donum aureum, dignum amplitudine templi, ac numine Dei ex dignitate populi Romani fieret. Ea quoque collatio plebis animos à Camillo alienavit. Inter hæc pacificatum legati à Volſcis & Æquis venerunt: impetrataque

1 *Gratias diis ag.*] Vet. lib. *Grates diis agentium*. Sigonius.

1 *C. Fa-*

que pax, magis ut feſſa tam diutino bello acquieſceret
civitas, quam quod digni peterent. Veiis captis, ſex tri- 24
bunos militum conſulari poteſtate inſequens annus ha-
buit, duos Publios Cornelios, Coſſum & Scipionem,
M. Valerium Maximum iterum, [1] Cæſonem Fabium
Ambuſtum tertium, L. Furium Medullinum quintum,
Q. Servilium tertium. Corneliis Faliſcum bellum, Va-
lerio ac Servilio Capenas ſorte evenit. ab iis non urbes vi
aut operibus tentatæ, ſed ager eſt depopulatus, prædæ-
que rerum agreſtium actæ. nulla felix arbor, nihil fru-
giferum in agro relictum. Ea clades Capenatem popu-
lum ſubegit. pax petentibus data. In Faliſcis bellum re-
ſtabat. Romæ interim multiplex ſeditio erat, cujus le-
niendæ cauſſa coloniam in Volſcos, quo tria millia ci-
vium Romanorum ſcriberentur, deducendam cenſue-
rant: triumvirique ad id creati, terna jugera & ſeptun-
ces viritim diviſerant. Ea largitio ſperni cœpta; quia
ſpei majoris avertendæ ſolatium objectum cenſebant.
Cur enim relegari plebem in Volſcos, quum pulcherri-
ma urbs Veii agerque Veientanus in conſpectu ſit, uber-
rior ampliorque Romano agro? Urbem quoque urbi
Romæ, vel ſitu, vel magnificentia publicorum privato-
rumque tectorum ac locorum, præponebant. [2] quin il-
la quoque actio movebatur, quæ poſt captam utique
Romam à Gallis celebratior fuit, tranſmigrandi Veios.
Cæte-

1 *C. Fabium Ambuſtum iterum*] Vet. lib. *Cæſonem Fabium Ambuſtum iterum* habet. Diodorus item *Καίσωνα Φάβιον* nominat. Quoniam autem *Cæſo Fabius Ambuſtus* bis ante tribunus militum fuit, Livio ipſo & Capitolinis ſcriptoribus, & Diodoro teſtibus, propterea hoc anno *tertium* ſit neceſſe eſt, non *iterum*. Sigonius.

Cæſonem Fabium Ambuſtum] Fabii Ambuſti quater ante hunc locum in magiſtratibus mentio eſt. Anno enim 343 Cos. *Q. Fabius* dicitur: anno item 349, item 351 & 354 *C. Fabius*. Hic denique *Cæſo* dicitur pleriſque in codicibus; in quibuſdam etiam *C. Fabius*. *M.* quoque *Fabii* in ſequentibus mentio eſt, qui pater dicitur legatorum Fabiorum ad Cluſium, ac contra Gallos pugnantium. *Glareanus.*

2 *Quin illa quoque actio movebatur*] Quid eſt, *movebatur actio tranſmigrandi Veios*? Neſcio an ita alias loqui ſoleat Livius. Legerem: *Quin illa quoque mentio movebatur.* Ut alibi: *agitata eſt mentio.* Et, *movit mentionem.* Tan. Faber.

 1 *Duaſ-*

Cæterum, partim plebi, partim ſenatui deſtinabant habitandos Veios; [1] duaſque urbes communis reipublicæ incoli à populo Romano poſſe. Adverſus quæ quum optimates ita tenderent, ut morituros ſe citius dicerent in conſpectu populi Romani, quam quicquam earum rerum rogaretur. *quippe nunc in una urbe tantum diſſenſionum eſſe*, [2] *quid in duabus fore? Victamne ut quiſquam victrici patriæ præferret, ſineretque majorem fortunam captis eſſe Veiis, quam incolumibus fuerit? Poſtremo, ſe relinqui à civibus in patria poſſe.* [3] *ut relinquant patriam atque cives, nullam vim umquam ſubacturam*: *& T. Sicinium* (is enim ex tribunis plebis rogationis ejus lator erat) *conditorem Veios ſequantur, relicto Deo Romulo, Dei filio, parente & auctore urbis Romæ.*

25 Hæc quum fœdis certaminibus agerentur, (nam partem tribunorum plebis Patres in ſuam ſententiam traxerant) nulla res alia manibus temperare plebem cogebat, quam quod ubi rixæ committendæ cauſſa clamor ortus eſſet, principes ſenatus primi turbæ offerentes ſe, peti, feriri, atque occidi jubebant. ab horum ætatibus dignitatibuſque & honoribus violandis dum abſtinebatur, & ad reliquos ſimiles conatus verecundia iræ obſtabat. Camillus identidem omnibus locis concionabatur, *Haud mirum id quidem eſſe: furere civitatem, quæ* [4] *damnata voti omnium rerum priorem curam, quam religione ſe exſolvendi, habeat. Nihil de collatione dicere, ſtipis verius, quam decimæ: quando*

1 *Duaſque urbes communes reipub.*] Si vacabit operam ſumere videndi, quæ ſcripſimus lib. 1 Obſerv. 12, facile decernes legendum eſſe *communis reipublicæ*. J. F. Gron.

2 *Quid in duabus urbibus fore*] Delevimus τὸ *urbibus* auctoritate trium Pall. & alterius Voſſiani. Sic & inferius cap. 31. *Fuſis hoſtibus prius pene quam manus conſererent. Valerio quod perſeverantior cædendis hoſtibus in fuga fuit*: ſuſtulimus τὸ *hoſtibus*, quod Sigonius ex ſuo codice ſuperfluis abundanti inſeruerat. Scripti fideliores ac prius editi eo carent. *Idem.*

3 *Ut relinquant patriam atque cives*] Διανοίας ratio poſtulat ut legatur: *ut relinquant patriam ipſi.* Delendum illud *cives.* Quo enim pacto cives relinquent, ſi à civibus relinquuntur? Omnino hæc mihi haud placent. *Tan. Faber.*

4 *Damnata voti*] Verba propria ſacrorum. *Damnatus* autem *voti* eſt, cui promiſſa vota ſolvenda ſunt. Sic & Virgil. *Damnabis tu quoque votis.* id eſt, obnoxios tibi facies ad vota ſolvenda. *Servius.*

1 Cra-

do ea ſe quiſque privatim obligaverit, liberatus ſit populus. Enimvero illud ſe tacere, ſuam conſcientiam non pati: quod ex ea tantum præda, quæ rerum moventium ſit, decima deſignetur. urbis atque agri capti, quæ & ipſa voto contineatur, mentionem nullam fieri. Quum ea diſceptatio anceps ſenatui viſa, delegata ad pontifices eſſet, adhibito Camillo, viſum collegio, quod ejus ante conceptum votum Veientium fuiſſet, & poſt votum in poteſtatem populi Romani veniſſet, ejus partem decimam Apollini ſacram eſſe. Ita in æſtimationem urbs agerque venit: pecunia ex ærario prompta, & tribunis militum conſularibus ut aurum ex ea coëmerent, negotium datum. cujus quum copia non eſſet, matronæ cœtibus ad eam rem conſultandam habitis, & communi decreto pollicitæ tribunis militum, aurum & omnia ornamenta ſua, in ærarium detulerunt. Grata ea res, ut quæ maxime ſenatui unquam fuit: honoremque ob eam munificentiam ferunt matronis habitum, ut pilento ad ſacra ludoſque, carpentis feſto profeſtoque uterentur. Pondere ab ſingulis auri accepto, æſtimatoque ut pecuniæ ſolverentur, [1] crateram auream fieri placuit; quæ donum Apollini Delphos portaretur. Simul ab religione animos remiſerunt, integrant ſeditionem tribuni plebis: incitatur multitudo in omnes principes; ante alios in Camillum. Eum prædam Veientanam publicando ſacrandoque ad nihilum redegiſſe abſentes ferociter increpant: præſentium, quum ſe ultro iratis offerrent, verecundiam habent. [2] Simul extrahi rem eo anno viderunt; tribunos plebis [3] latores legis in annum eoſdem reficiunt, & Patres hoc idem de interceſſoribus legis anniſi. ita tribuni plebis magna ex parte iidem

1 *Craterem auream*] Vet. lib. *Crateram.* Sigonius.

2 *Simul extrahi rem ex eo anno vid.*] Vet. lib. *Simul ut extrahi.* Idem.

3 *Latores legis in annum eoſ.l.reſ.*] Hic *rogationem* vocat *legem*: tertio ſtatim verſu rurſus *rogationem.* Hoc idem facit anno 362, cum Juriſperiti ea diſtinguant, ut eſt apud Feſtum. *Glareanus.*

In annum eoſdem] Vet. lib. *In eum annum eoſdem.* Sigonius.

26 iidem refecti. Comitiis tribunorum militum Patres ſumma ope evicerunt, ut M. Furius Camillus crearetur. propter bella ſimulabant parari ducem, [1] ſed largitioni tribuniciæ adverſarius quærebatur. Cum Camillo creati tribuni militum conſulari poteſtate, L. Furius Medullinus ſextum, C. Æmilius, L. Valerius Poplicola, Sp. Poſtumius, P. Cornelius iterum. Principio anni tribuni plebis nihil moverunt: donec M. Furius Camillus in Faliſcos, cui id bellum mandatum erat, proficiſceretur. differendo deinde elanguit res: & Camillo, quem adverſarium maxime metuerant, gloria in Faliſcis crevit. Nam quum primo mœnibus ſe hoſtes tenerent, tutiſſimum id rati, populatione agrorum atque incendiis villarum coëgit eos egredi urbe; [2] ſed timor longius progredi prohibuit. Mille fere paſſuum ab oppido caſtra locant; nulla re alia fidentes ea ſatis tuta eſſe, quam difficultate aditus, aſperis confragoſiſque circa, & partim arctis, partim arduis viis. Cæterum Camillus captivum indicem ex agris ſecutus ducem, caſtris multa nocte motis, prima luce aliquanto ſuperioribus locis ſe oſtendit. Trifariam Romani muniebant. alius exercitus prœlio intentus ſtabat. Ibi impedire opus conatos hoſtes fundit, fugatque: tantumque inde pavoris Faliſcis injectum eſt, ut effuſa fuga caſtra ſua, quæ propiora erant, prælati, urbem peterent. Multi cæſi vulneratique, priuſquam paventes portis inciderent. caſtra capta, præda ad quæſtores redacta, cum magna militum ira: ſed ſeveritate

1 *Sed rogationi tribuniciæ adverſarius*] Borbet. *largitioni.* cui duo meliores Pall. & Voſſiani, Rott. Flor. & Helm. faciunt ſecundas, nos quoque licet obnunciante Glareano. Lib. 2 de Caſſio captum ex Hernicis agrum diviſuro: *largitione conſulem periculoſas libertati opes ſtruere.* Item, *conſul alter largitioni reſiſtebat.* Lib. 3 de Æmilio conſule legis agrariæ ſuaſore: *tribuniciis ſe jactare actionibus principem civitatis, & largiendo de alieno popularem fieri.* Lib. 4. *Stetitque in eadem ſententia, ne qua largitio ceſſura in trium gratiam tribunorum fieret: nec eum agrum plebi, ſed ſibi invidiam queri.* J. F. Gron.

2 *Sed timor longius progredi prohibuit mille*] Vet. lib. *Sed timore longius progredi prohibente, mille fere paſſuum*, &c. *Sigonius.*

1 *Simul*

tate imperii victi, eandem virtutem & oderant, & mirabantur. Obſidio inde urbis, & munitiones, & interdum per occaſionem impetus oppidanorum in Romanas ſtationes prœliaque parva fieri: & teri tempus, neutro inclinata ſpe; quum frumentum, copiæque aliæ ex ante convecto largius obſeſſis quam obſidentibus ſuppeterent. Videbaturque æque diuturnus futurus labor, ac Veiis fuiſſet; ni fortuna imperatori Romano, [1] ſimul & cognitæ rebus bellicis virtutis ſpecimen, & maturam victoriam

1 *Simul & cognita rebus bellicis virtutis ſpecimen & maturam*] Particulam *&* ante *maturam* ex Borbet. interpoſuit Rhenanus, & habetur in Voſſianis: quæ tamen hic diſſociabilia copulat. Victoriam dare fortuna poteſt: at, ut dicerent Romani *fortunam* viris præſtantibus *dediſſe ſpecimen virtutis*, nunquam cuiquam in mentem venit. Occaſiones & eventa fortunæ, facta & opera & conſulta præclara animis & viris datas à fortuna occaſiones intelligentibus adſignabant. Hinc Scipio ad legatos Antiochi: *Romani ex iis, quæ in Deum immortalium poteſtate erant, ea habemus, quæ dii dederunt. Animos, qui noſtræ mentis ſunt, eoſdem in omni fortuna geſſimus gerimusque.* Metellus Numidicus apud Gell. 1, 6. *Dii immortales virtutem approbare, non adhibere debent.* Horatius 1 epiſt. 18. *Æquum mi animum ipſe parabam.* Cicero lib. 3 de Nat. deor. *Atque hoc quidem omnes mortales ſic habent, externas commoditates, vineta, ſegetes, oliveta, ubertatem frugum & fructuum, omnem denique commoditatem proſperitatemque vitæ ex diis ſe habere: virtutem autem nemo unquam acceptam deo retulit. Nimirum recte: propter virtutem enim jure laudamur, & in virtute recte gloriamur; quod non contingeret, ſi id donum à Deo, non à nobis haberemus.* Superbe, ne dicam ſtulte. ſed ſic ſentiebant meliorum neſcii. Sic mox: *judicium hoc omnium mortalium eſt, fortunam à Deo petendam, à ſe ipſo ſumendam eſſe ſapientiam*. Iſocrates ad Demonicum: ἡγῶ κράτιστον εἶναι παρὰ μὲν θεῶν εὐτυχίαν, παρὰ δ' ἡμῶν αὐτῶν εὐβουλίαν. Præterea ſpecimen virtutis, quod hic editum eſt, non fuit ad cognoſcendam & probandam Camilli bellicam artem: non enim acie, non corona, non operibus, non legitimo furto aut ſtrategemate, ſed admiratione fidei juſtitiæque Falerios cepit. Hæc duo vitia vulgatæ ſcripturæ nullis fomentis poſſunt leniri. Senſum Livii teneo. duas res Camillo victoriam dediſſe. primam, quod modeſte res humanas æſtimantem decebat, fortunam nominat. alteram, quod honeſtum imperatori, ſpecimen virtutis ipſius ſpectatæ & probatæ alia re quam proprie militari. hoc & verum & novum atque mirum (nam militarem plerumque laudem ſequitur victoria) & unice huc congruens. Ad eam ſententiam verba ſic aptabamus: *ni fortuna imperatoris Romani ſimul, & cognitæ re non bellica virtutis ſpecimen, ei maturam victoriam dediſſet.* Eſt autem figura loquendi veteribus frequens, ut exprimendo quid non fuerit, ſubjiciant cogitandum lectori, quid fuerit. Vir eruditiſſimus, poſtquam hanc cum eo conjecturam communicaſſem, ſubjiciebat ſe malle legere: *incognitæ rebus bellicis.* quod in hoc ſeculum & Romam corruptam belle congruit; non eam quam hactenus enarrat Livius. *J. F. Gron.*

27 ctoriam dediſſet. Mos erat Faliſcis, eodem magiſtro liberorum & comite uti: ſimulque plures pueri, [1] quod hodie quoque in Græcia manet, unius curæ demandabantur. principum liberos, ſicut fere fit, qui ſcientia videbatur præcellere, erudiebat. Is quum in pace inſtituiſſet pueros ante urbem luſus exercendique cauſſa producere; nihil eo more per belli tempus intermiſſo, [2] tum modo brevioribus, modo longioribus ſpatiis trahendo eos à porta luſu ſermonibuſque variatis longius ſolito; ubi res dedit, [3] progreſſus, inter ſtationes eos hoſtium caſtraque inde Romana in prætorium ad Camillum perduxit. ibi ſceleſto facinori ſceleſtiorem ſermonem addidit: Falerios ſe in manus Romanis tradidiſſe: quando eos pueros, quorum parentes capita ibi rerum ſint, in poteſtatem dediderit. Quæ ubi Camillus audivit, *Non ad ſimilem*, inquit, *tui nec populum, nec imperatorem ſceleſtus ipſe cum ſceleſto munere veniſti. Nobis cum Faliſcis, quæ pacto fit humano, ſocietas non eſt. quam ingeneravit natura, utriſque eſt, eritque. Sunt & belli, ſicut pacis jura: juſteque ea non minus quam fortiter didicimus gerere. Arma habemus, non adverſum eam ætatem, cui etiam captis urbibus parcitur: ſed adverſus armatos, & ipſos, qui nec læſi, nec laceſſiti à nobis, caſtra Romana ad Veios oppugnarunt. Eos tu, quantum in te fuit, novo ſcelere viciſti: ego Romanis artibus, virtute, opere, armis, ſicut Veios, vincam.* Denudatum deinde eum, [4] manibus

1 *Quod hodie quoque in Græcia manet*] Scribo, *hodieque in Græcia.* non hic modo, ſed & lib. 1, 26. *Id hodieque publice ſemper refectum manet.* Ut Suetonius Tito: *Statuam ex ebore equeſtrem, quæ Circenſi pompa hodieque præfertur.* Ubi etiam vulgo fecerant, *hodie quoque.* Nec video rationem, quare illud aurea ætate neminem dicere potuiſſe contendat Scioppius. *J. F. Gron.*

2 *Dum modo brevioribus*] Parva res eſt, ſed ad integritatem Livii & percipiendam hujus loci ſententiam neceſſaria, legendum eſſe: *tum modo brevioribus*, id eſt, poſtquam id ſcelerati conſilii cepit. *Dum* non poteſt ferri, niſi *trahendo* mutes in *trahit*: nec enim verbum, quod ei reſpondeat, ullum adeſt. *Idem.*

3 *Progreſſus inter ſtationes hoſtium caſtraque inde Romana*] Utique *intra*: præſertim cum eadem præpoſitio & τὸ *caſtra* regat. De differentia horum viſe ad lib. 35, 11. *Idem.*

4 *Manibus poſt tergum illigatis*] Forte, *alligatis.* Solent enim hoc uti pro ſimplici. Florus 2, 11. *Sed alligati miraculo*

nibus poſt tergum illigatis, reducendum Falerios pueris
tradidit: virgaſque eis, quibus proditorem agerent in
urbem verberantes, dedit. Ad quod ſpectaculum con-
curſu populi primum facto, deinde à magiſtratibus de
re nova vocato ſenatu; tanta mutatio animis eſt injecta,
ut qui modo efferati odio iraque, [1] Veientium exitum,
penè quam Capenatium pacem mallent, apud eos pacem
univerſa poſceret civitas. Fides Romana, juſtitia impe-
ratoris, in foro & curia celebrantur: conſenſuque o-
mnium legati ad Camillum in caſtra, atque inde per-
miſſu Camilli Romam ad ſenatum, qui dederent Fale-
rios, proficiſcuntur. Introducti ad ſenatum ita locuti
traduntur: *Patres conſcripti, victoria, cui nec Deus, nec ho-
mo quiſquam invideat, victi à vobis & imperatore veſtro dedi-
mus nos vobis: rati, quo nihil victori pulchrius eſt, melius nos
ſub imperio veſtro, quam legibus noſtris victuros. Eventu hujus
belli duo ſalutaria exempla prodita humano generi ſunt. Vos fi-
dem in bello, quam præſentem victoriam maluiſtis: nos fide pro-
vocati, victoriam ultro detulimus. Sub ditione veſtra ſumus.
Mittite, qui arma, qui obſides, qui urbem patentibus portis ac-
cipiant. Nec vos fidei noſtræ, nec nos imperii veſtri pœnitebit.*
Camillo, & ab hoſtibus, & à civibus gratiæ actæ. Fali-
ſcis in ſtipendium militum ejus anni, ut populus Roma-
nus tributo vacaret, pecunia imperata. Pace data, exer-
citus Romam reductus. Camillus meliore multo laude, 28
quam quum triumphantem albi per urbem vexerant e-
qui, inſignis juſtitia fideque, hoſtibus victis quum in
urbem

raculo fuere, quum catenas morſibus & ore tentaſſent vide ad lib. 7, 24. *J. F. Gron.*

1 *Veientium exitum penè*] Vet. lib. *Exitium.* Sigonius.

Veientium exitum pœne quam Capenatium pacem mallent] Valeant libri Sigoniani, qui ingerunt *exitium.* Hoc libro Camillus ad Ardeates: *non recuſo eundem Ardeæ rerum mearum exitum, quem Romæ habui.* Lib. 6 Manlius: *An exitum Caſſii Maliique exſpectem?* Cicero Phil. 2. *Te miror, quorum facta imitere, eorum exitus non perhorreſcere.* Famil. 15, 11. *Tibi velim hi ſint exitus quos mereris, & quos fore confido.* Ubi vides etiam in bonam partem dici. Juſtinus 14. *Taleſque vobis exitus dent quales vos ducibus veſtris dediſtis.* Suetonius Nerone: *daturos pœnas ſceleratos ac brevi dignum exitum facturos.* J. F. Gron.

1 Ta

urbem rediſſet, [1] tacite ejus verecundiam non tulit ſenatus, quin ſine mora voti liberaretur: crateramque auream donum Apollini Delphos legati qui ferrent, L. Valerius, L. Sergius, A. Manlius miſſi longa una nave, haud procul freto Siculo à piratis Liparenſium excepti devehuntur Liparas. Mos erat civitatis, velut publico latrocinio partam prædam dividere. forte eo anno in ſummo magiſtratu erat Timaſitheus quidam, Romanis vir ſimilior quam ſuis. qui legatorum nomen donumque, & Deum, cui mitteretur, [2] & doni cauſſam veritus ipſe, multitudinem quoque quæ ſemper ferme regenti eſt ſimilis, religionis juſtæ implevit: adductoſque in publicum hoſpitium legatos, cum præſidio etiam navium Delphos proſecutus, Romam inde ſoſpites reſtituit. Hoſpitium cum eo ſenatuſconſulto eſt factum: donaque publice data. Eodem anno in Æquis varie bellatum. adeo ut in incerto fuerit, & apud ipſos exercitus & Romæ, viciſſent victine eſſent. Imperatores Romani fuere ex tribunis militum C. Æmilius, Spurius Poſtumius. Primo rem communiter geſſerunt: fuſis inde acie hoſtibus, Æmilium præſidio Verruginem obtinere placuit, Poſtumium fines vaſtare. Ibi eum incompoſito agmine negligentius, ab re bene geſta, euntem adorti Æqui, terrore injecto in proximos compulere tumulos: pavorque inde Verruginem etiam ad præſidium alterum eſt perlatus. Poſtumius ſuis in tutum receptis, quum concione advocata terrorem increparet ac fugam; fuſos eſſe ab ignaviſſimo & fugaciſſimo hoſte; conclamat univerſus exercitus, merito ſe ea audire, & fateri admiſſum

1 *Tacite ejus verecundiam non tulit ſenatus*] Lego, *taciti*. quamvis tacentis ipſo adſpectu admoniti nihil prius habuerunt, quam ut voto fungerentur. Non ſuſtinuerunt vel tacentem videre. Cic. act. 1. *Id enim conſilii mihi profecto taciti dabitis*. J. F. Gron.

2 *Et doni cauſam veritus ipſe*] Poſt tertiam vocem deſiderari, *intelligens*, vel quid ſimile, monet Pighius. Quid igitur, *veritus*? An obſcurum eſt dici Timaſitheum legatorum nominis donique & Pythii & cauſæ doni, hoc eſt, victoriæ & religionis populi Romani, reverentiam ipſum habuiſſe & habere ſuos docuiſſe? *Idem.*

ſum flagitium: ſed eoſdem correcturos eſſe, neque diuturnum id gaudium hoſtibus fore. Poſcentes ut confeſtim inde ad caſtra hoſtium duceret ([1] in conſpectu erant poſita in plano) nihil pœnæ recuſabant, ni ea ante noctem expugnaſſent. Collaudatos, corpora curare paratoſque eſſe quarta vigilia jubet, & hoſtes, nocturnam fugam ex tumulo Romanorum ut ab ea via, quæ ferebat Verruginem, excluderent, fuere obvii. prœliumque ante lucem (ſed luna pernox erat) commiſſum eſt: & haud incertius diurno prœlio fuit. Sed clamor Verruginem perlatus, quum caſtra Romana crederent oppugnari, tantum injecit pavoris, ut, nequicquam retinente atque obſecrante Æmilio, Tuſculum palati fugerent. Inde fama Romam perlata eſt, Poſtumium exercitumque occiſum. Qui, ubi prima lux metum inſidiarum effuſe ſequentibus ſuſtulit, quum perequitaſſet aciem promiſſa repetens, tantum injecit ardoris, ut non ultra ſuſtinuerint impetum Æqui. cædes inde fugientium, qualis ubi ira magis quam virtute res geritur, ad perniciem hoſtium facta eſt, triſtemque ab Tuſculo nuncium, nequicquam exterrita civitate, literæ à Poſtumio laureatæ ſequuntur: victoriam populi Romani eſſe; Æquorum exercitum deletum. Tribunorum plebis actio- 29
nes quia nondum invenerant finem, & plebs continuare latoribus legis tribunatum, & Patres reficere interceſſores legis anniſi ſunt. ſed plus ſuis comitiis plebs valuit. quem dolorem ulti Patres ſunt, ſenatuſconſulto facto, ut conſules, inviſus plebi magiſtratus, crearentur. Annum poſt quintum decimum creati conſules L. Lucretius Flavus, Servius Sulpicius Camerinus. Principio hujus anni ferociter, quia nemo ex collegio interceſſurus erat, coortis ad perferendam legem tribunis plebis, nec ſegnius ob id ipſum conſulibus reſiſtentibus, omnique civitate in unam eam curam converſa, Vitelliam coloniam

1 *In conſpectu*] Vet. lib. *Et in conſpectu erant poſita in plano.* Sigonius.

1 *His*

loniam Romanam in ſuo agro Æqui expugnant. colo-
norum pars maxima incolumis, quia nocte proditione
oppidum captum, liberam per averſa urbis fugam de-
derat, Romam perfugere. L. Lucretio conſuli ea pro-
vincia evenit. is cum exercitu profectus, acie hoſtes vi-
cit: victorque Romam ad majus aliquanto certamen
rediit. Dies dicta erat tribunis plebis biennii ſuperioris
A. Virginio, & Q. Pomponio: quos defendi Patrum
conſenſu, ad fidem ſenatus pertinebat. neque enim eos
aut vitæ ullo crimine alio aut geſti magiſtratus quiſquam
arguebat; præterquam quod gratificantes Patribus roga-
tioni tribuniciæ interceſſiſſent. Vicit tamen gratiam ſe-
natus plebis ira: & peſſimo exemplo innoxii, denis mil-
libus gravis æris condemnati ſunt. id ægre paſſi Patres.
Camillus palam ſceleris plebem arguere: quæ jam in
ſuos verſa, non intelligeret ſe pravo judicio de tribu-
nis interceſſionem ſuſtuliſſe. interceſſione ſublata, tri-
buniciam poteſtatem evertiſſe. Nam quod illi ſperarent
effrænatam licentiam ejus magiſtratus Patres laturos, fal-
li eos. Si tribunicia vis tribunicio auxilio repelli nequeat,
aliud telum Patres inventuros eſſe. Conſuleſque incre-
pabat, quod fide publica decipi tribunos eos taciti tuliſ-
ſent, qui ſenatus auctoritatem ſecuti eſſent. Hæc pro-
palam concionabundus indies magis augebat iras homi-
30 num. Senatum vero incitare adverſus legem haud de-
ſiſtebat: *ne aliter deſcenderent in forum, quum dies ferendæ
legis veniſſet, quam ut qui meminiſſent ſibi pro aris, fociſque &
Deum templis, ac ſolo in quo nati eſſent, dimicandum fore. Nam
quod ad ſe privatim attineat; ſi ſuæ gloriæ ſibi inter dimicatio-
nem patriæ meminiſſe ſit fas, ſibi amplum quoque eſſe; urbem ab
ſe captam frequentari, quotidie ſe frui monimento gloriæ ſuæ,
& ante oculos habere urbem latam in triumpho ſuo, inſiſtere o-
mnes veſtigiis laudum ſuarum. ſed nefas ducere deſertam ac re-
lictam ab Diis immortalibus incoli urbem: & in captivo ſolo ha-
bitare populum Romanum, & victrice patria victam mutari.*

His

[1] His adhortationibus principis concitati Patres ſenes juveneſque, quum ferretur lex, agmine facto in forum venerunt: diſſipatique per tribus, ſuos quiſque tribules [2] prenſantes, orare cum lacrimis cœpere, Ne eam patriam, pro qua fortiſſime feliciſſimeque ipſi ac patres eorum dimicaſſent, deſererent: Capitolium, ædem Veſtæ cætera circa templa Deorum oſtentantes. Ne exulem, extorrem populum Romanum ab ſolo patrio, ac diis penatibus, in hoſtium urbem agerent: eoque rem adducerent, ut melius fuerit non capi Veios, ne Roma deſereretur. Quia non vi agebant, ſed precibus, & inter preces multa Deorum mentio erat, religioſum parti maximæ fuit. [3] & legem una plures tribus antiquarunt, quam juſſerunt. Adeoque ea victoria læta patribus fuit, ut poſtero die referentibus conſulibus ſenatuſconſultum fieret

1 *His adhortationib. principis conc. patres, ſenes, juveneſque*] Scribe ex auctoritate veterum librorum: *His adhortationibus patres concitati, principes, ſenes, juveneſque*. Sigonius.

Patres concitati, principes, ſenes juveneſque] Et hic male Sigonius è fatuis libris Livio conſuluit. Quid eſt enim illud, *patres principes, ſenes juveneſque*? quæ iſta? gradatio? Noſtri meliores & quicquid eſt vetuſtiorum: *principes concitati Patres ſenes*. Unde ſcribendum unica litera mutata, ut Curio & Gryphius ediderant: *His adhortationibus principis concitati Patres, ſenes, juveneſque*. Cujus *principis*? Furii Camilli. Lib. 6. *Cæterum quo primo adminiculo erecta erat, eodem innixa M. Furio principe ſtetit*. Similiter lib. 7. *Fuit enim vir vere unicus in omni fortuna, princeps pace belloque*. J. F. Gron.

2 *Prehenſantes*] Vet. lib. *prenſantes*. Sigonius.

3 *Et legem unam plures tribus antiquarunt*] Cur unam? quaſi vero multæ leges promulgatæ, una tantum antiquata eſſet, reliquæ latæ. Lex hæc eſt promulgata de commigrando Veios. Quare legendum eſt, *Et legem una plures tribus*, id eſt, uno conſenſu. Sic ſupra de hac lege: *Senatum vero incitare adverſus legem haud deſiſtebat*. Item *cum dies ferendæ legis veniſſet*. Idem.

Et legem una plures tribus antiquarunt] Bene ſic Sigonius, cum haberetur *unam*, ſed perperam interpretatur: *una*, id eſt, uno conſenſu. Nam *una* non adverbii more uſurpatur, ut cum ponitur pro *ſimul*, ſed ſignificat unius tribus numero viciſſe antiquantes. Quare enim, *religioſum maximæ parti fuit*, ſi omnium fuit conſenſus? Sic lib. 2. *Silvani vocem eam creditam; hæc dicta, uno plus Etruſcorum cecidiſſe in acie, vincere bello Romanum*. Valerius Maximus in eadem narratione: *uno plus Etruſci cadent, Romanus exercitus victor abibit*, lib. 1 cap. 8. Tale eſt apud Plautum Amph. *mihi quidem uno te plus etiam eſt quam volo*. J. F. Gron.

Una plures] Laberius apud Macrobium: *Nimirum hoc die uno plus vixi, mihi quam vivendum fuit*. Cicero 4 Acad. 25. *in columba plures videri colores, nec eſſe plus uno*. Jac. Gron.

1 *Man.*

fieret, ut agri Veientani ſeptena jugera plebi dividerentur: nec patribus familiæ tantum, ſed ut omnium in domo liberorum capitum ratio haberetur: vellentque
31 in eam ſpem liberos tollere. Eo munere delinita plebe, nihil certatum eſt, quo minus conſularia comitia haberentur. creati conſules L. Valerius Potitus, M. [1] Manlius, cui Capitolino poſtea etiam fuit cognomen. Hi conſules magnos ludos fecere, quos M. Furius dictator voverat Veienti bello. Eodem anno ædes Junonis Reginæ ab eodem dictatore eodemque bello vota dedicatur: celebratamque dedicationem ingenti matronarum ſtudio tradunt. Bellum haud memorabile in Algido cum Æquis geſtum eſt; fuſis hoſtibus prius penè quam manus conſererent. Valerio, quod perſeverantior [2] cædendis in fuga fuit, triumphus; Manlio, ut ovans ingrederetur urbem, decretum eſt. Eodem anno novum bellum [3] cum Volſinienſibus exortum: quo propter famem, peſtilentiamque in agro Romano, ex ſiccitate caloribuſque nimiis ortam, exercitus duci nequivit. [4] ob quæ Volſinienſes Salpinatibus adjunctis ſuperbia elati, ultro agros Romanos incurſavere. Bellum inde duobus populis indictum. C. Julius cenſor deceſſit: in ejus locum M. Cornelius ſuffectus. quæ res poſtea religioni fuit: quia eo luſtro Roma eſt capta. Nec deinde umquam in demortui locum cenſor ſufficitur: conſulibuſque morbo implicitis placuit per interregnum renovari auſpi-

1 *Manlius, cui Capitolino poſtea fuit cognomen*] Duo Pall. meliores & Voſſ. alter: *poſtea etiam fuit cognomen.* Nempe alterius Capitolini Quinctii dudum multa mentio facta fuerat. *J. F. Gron.*

2 *Cædendis in fuga fuit*] Vet. lib. *Cædendis hoſtibus in fuga.* Sigonius.

3 *Cum Volſinienſibus*] *Vulſinii*, & *Vulſinienſes* ſcribendum eſt, ex lapidibus Capitolinis. Porro autem *Salpinatium*, de quibus ambigit Glareanus, meminit Fabius Pictor in vulgatis ejus fragmentis. *Idem.*

4 *Ob quæ Volſinienſes Salpinatibus adjunctis*] Volſinienſium meminit Plin. in deſcriptione Hetruriæ, Volſinii oppidi Ptol. Salpinates qui ſint, mihi nondum compertum. Cum C. vero Julio cenſore collega fuit L. Papirius, ut lib. 9 P. Sempronius tribunus pleb. recitat adverſus App. Claudium cenſorem. *Glareanus.*

1 Con-

Digitized by Google

auſpicia. Itaque quum ex ſenatuſconſulto conſules ma-
giſtratu ſe abdicaſſent, interrex creatur M. Furius Ca-
millus, qui P. Cornelium Scipionem, is deinde L. Vale-
rium Potitum interregem prodidit: ab eo creati ſex tri-
buni militum [1] conſulari poteſtate. Ut etiam ſi cui eo-
rum incommoda valetudo fuiſſet, copia magiſtratuum
reipubl. eſſet. Kalendis Quintilibus magiſtratum occœ- 32
pere L. Lucretius, Servius Sulpicius, M. Æmilius, L.
Furius Medullinus ſeptimum, Agrippa Furius, C. Æ-
milius iterum. Ex his L. Lucretio & C. Æmilio Volſi-
nienſes provincia evenit: Salpinates Agrippæ Furio, &
Servio Sulpicio. Prius cum Volſinienſibus pugnatum
eſt: bellum numero hoſtium ingens, certamine haud
ſane aſperum fuit. Fuſa concurſu primo acies in fugam,
millia octo armatorum ab equitibus intercluſa, poſitis
armis, in deditionem venerunt. Ejus belli fama effecit,
ne ſe pugnæ committerent Salpinates. mœnibus arma-
ti ſe tutabantur. Romani prædas paſſim & ex Salpinati
agro, & ex Volſinienſi, nullo eam vim arcente, ege-
runt: donec Volſinienſibus feſſis bello, ea conditione
ut res populo Romano redderent, ſtipendiumque ejus
anni exercitui præſtarent, in viginti annos induciæ da-
tæ. Eodem anno [2] M. Cædicius de plebe nunciavit tri-
bunis, Se in nova via, ubi nunc ſacellum eſt, ſupra æ-
dem Veſtæ, vocem noctis ſilentio audiſſe clariorem hu-
mana, quæ magiſtratibus dici juberet, Gallos adventa-
re. Id, ut fit, propter auctoris humilitatem ſpretum: &
quod longinqua, eoque ignotior, gens erat. Neque deo-
rum modo monita ingruente fato ſpreta: ſed humanam
quo-

1 *Conſulari poteſtate. Ut etiamſi,* &c.] Rotundiſſima eſt oratio, quam ſic diſtinguas oportet: *Ab eo creati ſex tribuni militum conſulari poteſtate (ut etiamſi cui eorum incommoda valetudo fuiſſet, copia magiſtratuum reipublica eſſet) Calendis Quintilibus magiſtratum occœpere,* &c. *Jac. Gron.*

2 *M. Ceditius*] *Cædicius* ex Capitolinis tabulis, & Græcorum monumentis ſcribendum. Plutarchus de Fortuna Romanorum Μάρκον Καιδίκιον vocat, ubi de hac re agit. *Sigonius.*

Digitized by Google

quoque opem, quæ una erat, M. Furium ab urbe amovere. qui die dicta ab [1] L. Appuleio tribuno plebis, propter prædam Veientanam, filio quoque adoleſcente per idem tempus orbatus, quum accitis domum [2] tribulibus & clientibus, quæ magna pars plebis erat, percunctatus animos eorum, reſponſum tuliſſet ſe collaturos quanti damnatus eſſet; abſolvere eum non poſſe, in exilium abiit: [3] precatus ab Diis immortalibus; *Si innoxio ſibi ea injuria fieret, primo quoque tempore deſiderium ſui civitati ingratæ facerent.* abſens quindecim millibus gravis æris da-
33 mnatur. Expulſo cive, quo manente, ſi quicquam humanorum certi eſt, capi Roma non potuerat; adventante fatali urbi clade, legati ab Cluſinis veniunt, auxilium adverſus Gallos petentes. Eam gentem traditur fama, dulcedine frugum, maximeque vini nova tum voluptate captam, Alpes tranſiſſe, agroſque ab Etruſcis ante cultos poſſediſſe: & invexiſſe in Galliam vinum illiciendæ gentis cauſſa [4] Aruntem Cluſinum, ira corruptæ uxoris ab Lucumone, cui tutor is fuerat ipſe, præpotente

te

1 *L. Apuleio*] *Appuleio*, ut dixi. *Sigonius.*

2 *Tribulibus & clientibus quæ magna*] In optimis MSS. & antiquiſſimis edd. τὸ *&* non habetur. Inde Aſcenſius: *clientibus quæ m.* Sed ſcribendum: *accitu domum tribulibus clientibuſque (magna pars plebis erat) percontatus.* Ut pridem Moguntini ediderunt. Frequens Livio ita abruptas, certe connexione defectas, parentheſes facere. Hoc lib. 5, 28. *Poſcentes ut confeſtim inde ad caſtra hoſtium duceret: (in conſpectu erant poſita in plano) nihil pœnæ recuſabant*, &c. Etſi Sigonianus: *& in conſp.* Andreas: *& ea in conſp.* Lib. 9. *Flectit paullulum in clivos agmen, (aſpreta erant ſtrata ſaxis) inde ſigna in hoſtem obvertit.* Lib. 10. *Inde eſſe oſtium fluminis prealti. (Meduacus amnis erat) eo invectam claſſem ſubire*, &c. Palladius Februar. c. 17. *Hiſpanus quidam mihi hoc genus novæ inſitionis oſtendit: (ex Perſico ſe adſcrebat expertum) ſalicis ramum*, &c. Ita MSS. Vulgo *quod ex Perſico.* J. F. Gron.

3 *Precatus ab diis immortalibus, ſi*, &c.] Has preces ſic expreſſit Suidas: ὁ Κάμιλλος εὔξατο τὴν ἀχίλλειον εὐχὴν, ἐπιποθῆσαι Ῥωμαίους Κάμιλλον ἐν καιρῷ. ἀπήντησε δὲ αὐτῷ οὐ πολὺ ὕστερον. *Sigonius.*

4 *Aruntem Cluſ. ira corruptæ uxoris ab Lucumone cui tutor is fuerat ipſe*] Glareanus intelligit Lucumonem aut Arunti, aut uxori Aruntis ab ſe corruptæ tutorem fuiſſe, cum tamen intelligendum ſit, Lucumoni Aruntem tutorem puero fuiſſe. Id enim aperte ſcribit Plutarchus in Camillo his verbis: Ἄρρων Τυῤῥηνὸς ἀνὴρ ἐπιφανὴς ἦν ἐπίτροπος παιδὸς ὀρφανοῦ, πλούτῳ τε πρώτου τῶν πολιτῶν, καὶ θαυμαζομένου κατ' εἶδος, ὄνομα Λουκούμωνος. Et paulo poſt: ἔτι πολλὼ χρόνον ἐλάνθανε διεφθαρκὼς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα, καὶ διεφθαρμένος ὑπ' ἐκείνης. *Idem.*

2 Nec

te juvene, & à quo expeti pœnæ, niſi externa vis quæſita eſſet, nequirent. hunc tranſeuntibus Alpes ducem, auctoremque Cluſium oppugnandi fuiſſe. Equidem haud abnuerim, Cluſium Gallos ab Arunte, ſeu quo alio Cluſino, adductos: ſed eos qui oppugnaverint Cluſium, non fuiſſe qui primi Alpes tranſierint, ſatis conſtat. ducentis quippe annis ante, quam Cluſium oppugnarent, urbemque Romam caperent, in Italiam Galli tranſcenderunt: [1] nec cum his primum Etruſcorum, ſed multo ante cum iis, qui inter Apenninum Alpeſque incolebant, ſæpe exercitus Gallici pugnavere. Tuſcorum ante Romanum imperium late terra marique opes patuere. mari ſupero inferoque, quibus Italia inſulæ modo cingitur, quantum potuerint, nomina ſunt argumento, quod alterum Tuſcum communi vocabulo gentis, alterum Adriaticum mare, ab Adria Tuſcorum colonia, vocavere Italicæ gentes. Græci eadem Tyrrhenum atque Adriaticum vocant. Ii in utrumque mare vergentes incoluere urbibus duodenis terras: prius cis Apenninum, ad inferum mare, poſtea trans Apenninum totidem, quot capita originis erant, coloniis miſſis. quæ trans Padum omnia loca, excepto Venetorum angulo, qui ſinum circumcolunt maris, uſque ad Alpes tenuere. Alpinis quoque ea gentibus haud dubie origo eſt, maxime Rhetis: quos loca ipſa efferarunt, ne quid ex antiquo, præter ſonum linguæ, nec eum incorruptum, retinerent.
De tranſitu in Italiam Gallorum hæc accepimus: Priſco 34
Tarquinio Romæ regnante, Celtarum, quæ pars Galliæ tertia eſt, penes Bituriges ſumma imperii fuit. ii regem Celtico dabant. Ambigatus is fuit, virtute fortunaque quum ſua tum publica præpollens, [2] quod imperio

ejus

1 *Nec cum his primum Hetruſcorum, ſed*, &c.] Vide & hoc genus ſermonis. Dubium enim non eſt, quin dicere velit, non cum his Hetruſcorum, qui hoc tempore Cluſium, aliaque circa Tuſciæ loca poſſidebant, Gallos pugnaſſe, ſed cum iis Hetruſcis, qui inter Appenninum Alpeſque incolebant. *Glareanus.*

2 *Quod in imperio ejus*] MSS. Andreas,

ejus Gallia adeo frugum hominumque fertilis fuit, ut abundans multitudo vix regi videretur poſſe. Hic magno natu ipſe jam, exonerare prægravante turba regnum cupiens, Belloveſum ac Sigoveſum, ſororis filios, impigros juvenes, miſſurum ſe eſſe in quas Dii dediſſent auguriis ſedes, oſtendit. Quantum ipſi vellent numerum hominum, excirent, ne qua gens arcere advenientes poſſet. Tum Sigoveſo ſortibus dati Hercinii ſaltus: Belloveſo haud paulo lætiorem in Italiam viam Dii dabant. [1] Is, quod eis ex populis abundabat, Bituriges, Arvernos,

dreas, Bec. aliique: *quod imperio ejus.* Cur mutarunt? quaſi non ſit, imperante illo. Plin. lib. 7 cap. 3. *Nobis diligentior notitia principatu Claudii contigit.* Lib. 29, 1. *Eadem ætas Neronis principatu ad Theſſalum tranſiluit.* Suetonius Julio cap. 5. *Tribunatu militum, qui primus Romam reverſo per ſuffragia populi honor obtigit.* Et Veſpaſiano cap. 2. *Tribunatu militum in Thracia meruit.* Non opus refingere utrobique cum Torrentio: *Tribunus mil.* eſt enim alterius ſenſus æque bene expreſſus. Auguſto: *Id opus ſexto ſuo conſulatu exſtruxerat.* Veſpaſiano: *Conſulatu ſuo nono tentatus in Campania motiunculis levibus.* Tacitus lib. 1 hiſtor. *Vinius proconſulatu Galliam Narbonenſem ſevere integreque rexit* J. F. Gron.

1 *Is quod eis ex populis abundabat*] Quis umquam Latine dixit: *Abundare ex populis*, niſi Livius hoc in loco? imo vero ne Livius quidem, ſi emendate locus legatur, prout in veteribus libris legitur, ſic: *is, quod ea gens populis abundabat.* Sigonius.

Is quod eis ex populis abundabat] Andreas & MSS. *Is quod ejus:* ut ex Borb. quoque profert Rhenanus. Juntas: *quod ei ex populis abundabat.* Me delinivit olim codicum Sigonii: *quod ea gens populis abundabat.* Intelligebam *gentem* ipſam Italiam; quam quia notum erat jam tum populis frequentem eſſe & cultoribus abundare, ille quoque multitudine ſuorum ſuccinctus ire voluit, & ex Celtarum populis compluribus delectum egit. Sic Florus 2, 7. *Sequuta ſunt ſtatim Africam gentes, Macedonia, Græcia, Syria.* Eaſdem vero delicias facit Virgilius lib. 10 Æneid. *Mantua dives avis. ſed non genus omnibus unum. Gens illi triplex, populi ſub gente quaterni. Ipſa caput populis.* Ubi non modo Servius decerrat ipſe, tribus & curias interpretando, ſed & doctiſſimum Cluverium induxit in errorem, lib. 1 antiq. Ital. cap. 26, auſum dicere eam orationem ſecum non congruere, & miris conſtructam fabulis, quaſi Mantua diceretur caput Mantuæ. Ego vero *gentem* triplicem intelligo tres regiones, ut lib. 45 habes à Paullo in quatuor regiones diſtributam Macedoniam: *populos*, urbes, oppida, conventus in ſingulis regionibus: quorum omnium Mantua caput. Sic Strabo de Sybari lib. 6. τοσοῦτον δ' εὐτυχίᾳ διήνεγκεν ἡ πόλις αὕτη τὸ πλέον, ὡς τεττάρων μὲν ἐθνῶν τῶν πλησίον ὑπῆρξε, πέντε δὲ καὶ εἴκοσι πόλεις ὑπηκόους ἔσχε. Ovidius lib. 2. *Cumque ſuis totas populis incendia gentes In cinerem vertunt.* Noſter lib. 4. *Simul Æquos triennio ante accepta clades prohibuit Volanis ſuæ gentis populo, præſidium ferre.* Ibidem inferius: *Caput rerum Antiates eſſe: eorum legatos utriuſque gentis populos circumiſſe.* Volſcorum & Æquorum puta. Lib. 6. *Aut non ex iiſdem ſemper populis exercitus ſcriptos, quamquam eadem ſemper gens bellum intulerit.*

Lib.

nos, [1] Senones, Æduos, Ambarros, Carnutes, Aulercos, excivit. Profectus ingentibus peditum equitumque copiis, in Tricaſtinos venit. Alpes inde oppoſitæ erant, quas inexſuperabiles viſas, haud equidem miror,

Lib. 7. *Cujus populi autem cujuſque gentis claſſis fuerit, nihil certi eſt.* Pomponius Mela 1, 21. *Una gens, aliquot populi & aliquot nomina.* Juſtinus 7, 1. *Adunatis gentibus variorum populorum.* Hinc ſcias ſummum poëtam, qui nihil eſt molitus inepte, non ταυτολόγως dixiſſe in ſexto: *Innumeræ gentes populique volabant.* Livius lib. 42. *In liberis gentibus populiſque plebs utique omnis fere.* Lib. 45. *In omnibus Græciæ gentibus populiſque.* Notandum quoque Servium nonnunquam citare libros Varronis *de gente populi Romani.* Ad lib. 7. *Ut Varro docet in libris de gente populi Romani, in quibus dicit, quid à quaque traxerint gente per imitationem.* Ad lib. 9. *Italiæ diſciplina & vita laudatur: quam & Cato in Originibus & Varro in gente pop. Rom. commemorat.* Facit & Arnobius lib. 5 & Auguſtinus de civ. Dei lib. 18, 2 & 13 & lib. 22, 28. & Soſipater. Valerius Maximus 9. *Gentis Ægyptiæ populus.* Hinc revincitur & conjectura Lipſii, lib. 25, 16. *Omnium populorum prætoribus, qui ad Pœnum in illo communi Italiæ motu deſciſſent, perſuaſiſſe.* Sic omnes ſcripti & impreſſi. Quomodo *omnium populorum*, inquit Lipſius? certe de ſolis Lucanis ſermo: itaque lego, *omnium popularium*, 4 epiſt. qu. 16. At nos intelligimus prætores omnium populorum Lucanæ gentis. ſic *Latini populi*, lib. 1, 51. & *populi Latinorum*, c. 31. Sic lib. 2, cum clades *gentis Volſcorum* dixiſſet, mox addit: *inſtigandoque ſuos quiſque populos effecere, ut omne Volſcorum nomen deficeret.* Quemadmodum &, de quo quærimus, loco, lib. 25. *Ut omne nomen Lucanum in fide ac ſocietate Romana ſit.* Lib. 9. *Id ægre paſſi Hernici, concilium omnium populorum habentibus Anagninis, omnes Hernici nominis populo Rom. bellum indixerunt.* Ergo & lib. 2, 64. *Ingens vis hominum ex omnibus Volſcis Æquiſque populis in caſtra venit*: perperam & ex maiorum libb. ſuaſu τὸ *populis* delet Sigonius. Sic *Samnitium populi*, lib. 10, 14. *Etruſcorum*, 29, 36. *Iſtriæ*, 41, 11. De Achæis, lib. 32. *Et jam non ſinguli tantum, ſed populi univerſi inter ſe altercabantur: tamen inter magiſtratus gentis certamen nihilo ſegnius.* Hæc omnia mihi videbantur confirmare ſcripturam licet improbatorum ſæpe codicum: nam & eruditione captum iſtorum correctorum ſuperat, & negari non debet multa etiam ex iiſdem utiliter monuiſſe Sigonium. Amico tamen noſtro, viro nobili & eruditiſſimo tam ſuſpecta erat Sigoniani codicis fides, ut ne hic quidem ei credere auderet. Retinebatque vulgatam, quæ eſſet tanquam temperamentum verborum ſequentium, exciviſſe Belloveſum, Bituriges, Arvernos, Senones, &c. non ſcilicet omnes, ſed *quod iis ex populis abundabat*: nam hanc & his populis Livius dixit & aliis plurimis ſcimus fuiſſe novarum ſedium quærendarum & coloniarum deducendarum cauſſam. Neque hanc ſententiam vulgatæ dari poſſe olim me fugerat: ideo in contextu eam abolere veritus ſum: & ſi cui magis placet, per me fruatur. Poſſis etiam conjicere: *quod ſeptem ex populis abundabat.* Septem populi ſunt, quorum nomina apponit. *J. F. Gron.*

1 *Senones, Æduos*] Vox *Senones*, olet mendum: ita enim fiet, ut Senones & primi, & ultimi Alpes tranſcenderint, ſi quidem ſubjicit: *Tum Senones recentiſſimi advenarum.* forte, *Santones*, reponendi pro *Senonibus* ſunt. *Sigonius.*

 1 *Nulla*

ror, [1] nulla dum via (quod quidem continens memoria ſit, niſi de Hercule fabulis credere libet) ſuperatas. Ibi quum velut ſeptos montium altitudo teneret Gallos, circumſpectarentque quanam per juncta cœlo juga in alium orbem terrarum tranſirent, religio etiam tenuit: quod allatum eſt, advenas quærentes agrum ab Salyum gente oppugnari. [2] Maſſilienſes erant hi, navibus à Phocæa profecti. Id Galli fortunæ ſuæ omen rati adjuvere, ut quem primum in terram egreſſi occupaverant locum, patentibus ſilvis communirent.

ipſi

1 *Nulla dum via quod quid. cont. memoria ſit, niſi de Herc. fab. credere libet, ſuperatas*] Ego germanam hujus loci lectionem eam eſſe exiſtimo, quæ in priſcis aliquot exemplaribus eſt ejuſmodi: *Nulla dum via (quod quidem continens ulla memoria ſit) niſi ab Hercule (ſi fabulis credere libet) ſuperatas*: ita ut hanc totam ſententiam duæ parentheſes includant. Præterea malim etiam, *Quo de quidem continens*, quam, *Quod quidem*, ut ſit elegans & uſitata verborum tranſgreſſio. *Sigonius.*

Nulla dum via (quod quidem continens memoria ſit, niſi de Hercule fabulis credere libet) ſuperatas] Et totum illud quod hic affert è priſcis exemplaribus Sigonius, ſpernendum, & imprimis conjectura: *quo de quidem.* Non adſecutus eſt vir doctiſſimus figuram illam loquendi: *quod memoria ſit*: pro eo, quod factum eſſe memoria ſit. Ut lib. 3. *Tremebat reum præter vulgatam invidiam crimen unum, quod M. Volſcius Fictor teſtis exſtiterat.* Quod admiſſum eſſe teſtis fuerat Volſcius. Eodem libro: *quia id fides abierit* id eſt, id factum eſſe. Lib. 21. *Et id de quo verbis ambigebatur, uter populus fœdus rupiſſet, eventus belli, velut æquus judex, unde jus ſtabat, ei victoriam dedit.* Lib. 23. *Vix equidem auſim affirmare, quod quidam auctores ſunt.* Lib. 30, *Augurem duos & ſexaginta annos fuiſſe, quod quidam auctores ſunt.* Vel etiam, *Memoria id, teſtis id, fides id, judex id, auctor id,* eſt ejus rei. Plautus Captivis a. 3 ſc. 4. *Garriet, quod neque pes unquam neque caput compareat.* Ubi perperam Lambinus *quo*, Acidalius *quoi*, voluere, Ellipſis eſt præpoſitionis *Ad*, vel *In.* Terentius Andr. 3, 2. *Et id ſpero adjutores deos.* J. F. Gron.

2 *Maſſilienſes erant hi, navibus à Phocide profecti*] A *Phocæa* legendum ex lib. 1 Herodot. atque adeo ex ipſo Livio, lib. 4 Decad. 4, ubi de Emporiis Hiſpaniæ urbe differit. *Jam tum Emporiæ*, inquit, *duo oppida erant muro diviſa. Unum Græci habebant à Phocæa, unde Maſſilienſes oriundi*, &c. Notandum ergo Phocæam eſſe Ioniæ urbem in Aſia, unde denominativum *Phocæus*, Græce Φωκαιέες apud Herodot. Latine *Phocæenſis.* Porro de Phocæenſibus his eſt adagium, Φωκαέων ἀρὰ, id eſt, Phocæenſium execratio. *Phocis* autem regio, non civitas eſt Græciæ, proxime Bœotiam, in qua Delphi oppidum, Apollinis oraculo clarum. *Glareanus.*

Navibus à Phocide profecti] *Phocæa* legendum eſt, non ſolum propter rationes, quas alii afferunt, qui ita emendandum duxerunt, ſed etiam quia ita eſt in exemplaribus priſcis. *Sigonius.*

Navibus à Phocide profecti] Recte Sigonius è priſcis *Phocæa*. nam & MSS. Pall. *Phoce*, Voſſ. *Phoca*. Helm. prorſus *Phocea*. Et Andreas olim edidit. Ne vulgatam quis Livii errorem putet. *J. F. Gron.*

1 *Ipſi*

[1] ipſi Taurino ſaltu invias Alpeis tranſcenderunt: fuſiſque acie Tuſcis, haud procul Ticino flumine, quum in quo conſederant, agrum Inſubrium appellari audiſſent, [2] cognomine Inſubribus pago Heduorum: ibi, omen ſequentes loci, condidere urbem: Mediolanum appellarunt. Alia ſubinde manus Cænomanorum Elitovio duce veſtigia priorum ſecuta, eodem ſaltu, favente Belloveſo, [3] quum tranſcendiſſet Alpes, ubi nunc Brixia ac Verona urbes ſunt (locos tenuere Libui) conſidunt. [4] poſt hos Salluvii, prope antiquam gentem Lævos, Ligures,

1 *Ipſi per Taurinos ſaltuſque Julia Alpis tranſcenderunt*] Itaque aſſentior Rhenano acutiſſimo viro, qui locum hunc ita legit: *Ipſi Taurino ſaltu invias Alpis tranſcenderunt*: Si quidem ſubjicit Livius: *Alia ſubinde manus Cenomanorum veſtigia primorum ſequuta eodem ſaltu cum tranſcendiſſet Alpes. Julias* autem *Alpes* aut nullæ umquam aut per ea certe tempora non fuerunt. *Sigonius.*

2 *Cognomine Inſubribus pago Æduorum*] Subauditur, *exiſtente*, inquit Rhenanus. Scribe potius, *cognominem*. Virgilius 6 Æneid. *Gaudet cognomine terra.* Ubi addit Plautum in Bacchid. Servius. *J. F Gron.*

3 *Cum tranſcendiſſet Alpes*] Vet. lib. *Tranſcendiſſent*, quod probo, quia ſequitur etiam, *Conſidunt*. Cænomani, inquit, cum tranſcendiſſent Alpes, ubi nunc Brixia & Verona ſunt (eos locos ante Lebui tenuere) conſidunt. *Sigonius.*

4 *Poſt hos Saluvii, qui prope antiquam gentem Levos Ligures, inc. c. T. amnem, petiere Appenninum: deinde Boii, Lingonesque tranſgreſſi*] Dici non poteſt, quam hic locus mendoſe legatur, ita ut nec ſententiæ ſanitas extet, neque verborum. His autem incommodis ope unius veteris libri, longe omnium quos legi, optimi ſubvenimus, in quo ita eſt: *Poſt hos Salvii, qui præter antiquam gentem Lævos, Ligures incolentes citra Ticinum amnem expulere, Pœnino deinde Boii, Lingoneſque tranſgreſſi.* Senſus eſt. Poſt Cænomanos Salvii Alpes tranſgreſſi ſunt, qui omnes citra Ticinum amnem incolentes præter antiquam gentem Lævos Ligures expulere. Poſt hos Boii, Lingoneſque Alpes Pœnino tranſgreſſi, &c. Eſt enim propoſitum auctori oſtendere, qui Galli qua parte Alpium tranſgreſſi ſint, & quibus populis pulſis, qua in parte Italiæ conſederint. Itaque Bituriges, inquit, & Averni Taurino ſaltu Alpes tranſgreſſi agrum Inſubrium tenuerunt. Eodemque ſaltu Cænomani cum tranſcendiſſent Alpes, Lebuorum loca occuparunt. Poſt hos Salvii tranſgreſſi præter Lævos, Ligures reliquos, qui citra Ticinum amnem incolunt, expulerunt. Deinde Boii, Lingoneſque Pœnino tranſgreſſi Etruſcos, Umbroſque agro pellunt, ita tamen, ut ſe intra Apenninum continerent. Quod ad ſingulas voces pertinet, in vet. lib. eſt modo *Saluvii*, modo *Salvii*, qui idem à Plinio *Salyi*, ab aliis *Salyes* nominantur. *Lævi Ligures* etiam cum diphthongo ſunt in veteribus libris, de quibus Plin. lib. 3 cap. 17. *Ex Liguribus Levi, ac Marici condidere Ticinum non procul à Pado, ſicut Boii trans Alpes profecti Laudem Pompeiam.* Porro autem alii habent *Pœninon*, alii *Pœnino*, quas voces inducendas eſſe cenſet Rhenanus. Ego autem probo magis *Pœnino*, ut duas vias, quibus Galli in Italiam venerint,

gures, incolentes circa Ticinum amnem. Pœnino [1] deinde

rint, oſtendat, *Taurino ſaltu* & *Pœnino jugo.* De quo Livius lib. 21 ſic: *Miror ambigi quanam Annibal Alpes tranſierit, & vulgo credere Pœnino, atque inde nomen & jugo Alpium inditum, tranſgreſſum:* Et poſt: *Neque certe montibus his ab tranſitu Pœnorum ullo Veragri incolæ jugi ejus norunt nomen inditum, ſed ab eo quem in ſummo ſacratum vertice Penninum montani appellant. Lævos Lebuoſque* Polybius Λάοι & Λεβέκιοι vocat libro 2. *Sigonius.*

Poſt hos Salluvii prope antiquam] Locus olim vexatus. Legebatur in editis: *Salluvii qui prope antiquam*, &c. *amnem petiere Apenninum. Deinde Boii.* Sed τὸ *qui* & *petiere* boni ſcripti omnes reſpuunt, habentque etiam *Penino*, nec non *præter antiquam*, ut indicavit Rhenanus. Qui male, *alii Libui*, pro *Salluvii*: nam Gallici populi nomen requiritur, qui vicinos Libuis Lævos Ligures ad Ticinum habitantes ſit adortus. Jam *Pennino* inducendum non eſſe ſubſcribo Sigonio. Nec vero recte ex præcedenti periodo hujus ſententiam integrat Rhenanus, ſubaudito verbo *tranſcendunt*: nam & propius aliud intervenit, *conſidunt*, nec Livius modo præter hos Lævos Liguresque tranſcendiſſe vult Gallorum gentem, ſed eorum etiam pulſorum ſedes occupaſſe. At quem librum veterem longe optimum commendat Sigonius, unde & profert, *Salluvii qui*, moxque, *Ticinum amnem expulere*: is meo judicio debet hic inter peſſimos cenſeri. *expulere* Livii non eſt, qui voluit ex ſequenti membro poſt τὸ *amnem* ſubaudiri *agro pellunt*, quemadmodum & *tranſgreſſi*: quod ut minus animadverteretur, interjecta in cauſa fuere, quæ orationem obſcurant. Ita ergo ſcripſit ille: *Poſt hos Salluvii, præter antiquam gentem Lævos, Ligures incolentes circa Ticinum amnem, Pennino deinde Boii Lingonesque tranſgreſſi, quum jam inter Padum atque Alpes omnia tenerentur, Pado ratibus trajecto, non Etruſcos modo, ſed etiam Umbros, agro pellunt.* Ut videas nihil deeſſe, niſi quod commode κατ' ἔλλειψιν ad intellectum refertur, omiſſis iis, quibus producitur ambitus orationis, ipſa, ut cohærent, conſidera: *Poſt hos Salluvii* (eodem Taurino ſaltu tranſgreſſi) *Lævos & Ligures circa Ticinum; deinde Boii Lingoneſque Pennino tranſgreſſi, Etruſcos & Umbros agro pellunt.* Adde Sigonium, Libuorum Lævorumque & Ligurum meminit etiam noſter lib. 33. *Quos non adepti Pado repente ratibus trajecto, Lævos Libuoſque quum pervaſtaſſent, redeuntes inde Ligurum extremo fine*, &c. Neque offendat quemquam, quod hic appellantur iiſdem nominibus illa loca incolentes, quum iſtic pulſi dicantur. Nam Galli etſi homines bonam partem expuliſſent, nomen ejectæ gentis ſubiere. Quod in multis accidit coloniis Romanis. Sic Carthaginem Capuamque tranſcripti, atque ex illis, etſi origine Romanis, poſtea nati, Carthaginienſes & Campani vocabantur; non Romani. Unde Strabo lib. 5. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι παραλαβόντες καὶ πέμψαντες ἐποίκους πολλαχοῦ, συνεφύλαξαν καὶ τὰ τῶν προεποικησάντων γένη. καὶ νῦν Ῥωμαῖοι μέν εἰσιν ἅπαντες, οὐδὲν δ' ἧττον Ὄμβρικοί τέ τινες λέγονται καὶ Τυῤῥηνοὶ, καθάπερ Ἐνετοὶ καὶ Λίγυες καὶ Ἴνσουβροι. Cluverius ita corrigebat: *ubi nunc Brixia & Verona urbes ſunt, locos tenuere. Poſt hos Libici ex Salviis orti, prope antiquam gentem Lævos Ligures, incolentes circa Ticinum amnem conſidunt.* J. F. Gron.

1 *Deinde Boii, Lingoneſque tranſgreſſi*] Boii haud dubie priſcus populus Galliæ, quippe qui cum Lingonibus in Italiam hic tot ante ſæcula veniſſe tradantur, ubi in immenſam potentiam creverunt, ita ut cum Romanis exercitibus ſæpe conflixerint. Poſtremo à Romanis ejecti ſupra Tauriſcos ad Danubium habitarunt. *Glareanus.*

1 *Tum*

de Boii, Lingoneſque tranſgreſſi, quum jam inter Padum atque Alpes omnia tenerentur, Pado ratibus trajecto, non Etruſcos modo, ſed etiam Umbros agro pellunt: intra Apenninum tamen ſeſe tenuere. [1] Tum Senones, recentiſſimi advenarum, ab Utente flumine uſque ad Æſim fines habuere. Hanc gentem Cluſium, Romamque inde veniſſe comperio. id parum certum eſt, ſolamne, an ab omnibus Ciſalpinorum Gallorum populis adjutam. Cluſini novo bello exterriti, [2] quum multitudinem, quum formas hominum inuſitatas cernerent, & genus armorum, audirentque ſæpe ab iis cis Padum ultraque, legiones Etruſcorum fuſas, quamquam adverſus Romanos nullum eis jus ſocietatis amicitiæve erat, niſi quod Veientes conſanguineos adverſus populum Romanum non defendiſſent, legatos Romam, qui auxilium ab ſenatu peterent, miſere. De auxilio nihil impetratum. legati tres M. Fabii Ambuſti filii miſſi, qui ſenatus, populique Romani nomine agerent cum Gallis, Ne à quibus nullam injuriam accepiſſent, ſocios populi Romani atque amicos oppugnarent. Romanis eos bello quoque, ſi res cogat, tuendos eſſe. ſed melius viſum bel-

1 *Tum Senones rec. adv. ab Vſente flumine uſque ad Atheſim fines habuere*] De Senonum finibus loquitur. Eſt autem mendum in nomine utriuſque fluminis. Nam *Vſens* eſt in ora Campaniæ ad Tarracinam, ut ait Plinius, *Atheſis* ad Veronam, quæ nihil ad Senonum fines attinent. Mihi autem dubium non eſt, quin ſit legendum, pro *Atheſim*, *Aeſim*. Etenim lib. 5 Strabo ſic ait: *Antea Aeſim flumen Galliæ terminum faciebant, rurſus Rubiconem. Aeſis inter Anconem labitur, & Senogalliam, at Rubicon inter Ariminum, & Ravennam: uterque in Adriaticum influit pelagus.* Idem fere Plinius, & Ptolemæus. De *Vſente* in iis locis flumine nihil adhuc comperi. Veteres libri habent, *Vtente*, mira inter ſe conſenſione. Videndum eſt autem quid ſit, quod Mela ait: *A Truento flumine Senogallia maritima eſt ad Aterni fluminis oſtia.* Sigonius.

Ab Vſente flumine] De alio loquatur flumine oportet, quam quod Plin. lib. 3 cap. 5 ad Anxur deſcribit: hic enim de Venetorum regione loqui videtur. *Glareanus.*

Ab Vſente] Legendum eſt, *Vtente*; qui amnis Ravennam urbem ab Septemtrionibus alluit. Vulgo nunc vocatur *Montone*. Æſis, qui duodecim millibus paſſuum ab Ancona in mare influens vulgo appellatur *Fiume Eſino*. Cluverius.

2 *Cum multitudinem, tum formas hom.*] Lege ex veterum librorum fide: *Cum multitudinem, cum formas.* Sigon.

bellum ipſum amoveri, ſi poſſet: & Gallos, novam gen-
36 tem, pace potius cognoſci, quam armis. Mitis legatio ni præferoces legatos, Galliſque magis quam Romanis ſimiles, habuiſſet. quibus poſtquam mandata ediderunt in concilio Gallorum, datur reſponſum: *Etſi novum nomen audiant Romanorum, tamen credere viros fortes eſſe, quorum auxilium à Cluſinis, in re trepida ſit imploratum. & quoniam legatione adverſus ſe maluerint quam armis tueri ſocios, ne ſe quidem pacem quam illi afferant, aſpernari, ſi Gallis egentibus agro, quem latius poſſideant quam colant Cluſini, partem finium concedant. aliter pacem impetrari non poſſe. Et reſponſum coram Romanis ſe accipere velle: & ſi negetur ager, coram iiſdem Romanis dimicaturos, ut nunciare domum poſſent, quantum Galli virtute cæteros mortales præſtarent. Quodnam id jus eſſet, agrum à poſſeſſoribus petere, aut minari arma?* Romanis quærentibus, [1] &, *quid in Etruria rei Gallis eſſet?* quum illi *ſe in armis jus ferre*, & *omnia fortium virorum eſſe*, ferociter dicerent, accenſis utrimque animis ad arma diſcurritur, & prœlium conſeritur. Ibi, jam urgentibus Romanam urbem fatis, legati contra jus gentium arma capiunt. nec id clam eſſe potuit, quum ante ſigna Etruſcorum tres nobiliſſimi fortiſſimique Romanæ juventutis pugnarent: tantum eminebat peregrina virtus. Quin etiam Q. Fabius evectus extra aciem equo, ducem Gallorum ferociter in ipſa ſigna Etruſcorum incurſantem, latus transfixum haſta occidit, ſpoliaque ejus legentem Galli agnovere, perque totam aciem, Romanum legatum eſſe, ſignum datum eſt. Omiſſa inde in Cluſinos ira, receptui canunt, minantes Romanis. Erant, qui extemplo Romam eundum cenſerent. vicere ſeniores, ut legati prius mitterentur queſtum injurias, poſtulatumque, ut pro jure gentium violato Fabii dederentur. Legati Gallorum quum ea, ſicut erant mandata, expoſuiſſent,

1 *Ecquid in Etruria*] Vet. lib. *Et quid*, quod probo. *Sigonius.*

ſent, ſenatui nec factum placebat Fabiorum, & jus poſtulare barbari videbantur. [1] ſed ne id, quod placebat, decerneret in tantæ nobilitatis viris, ambitio obſtabat. Itaque ne penes ipſos culpa eſſet [2] cladis forte Gallico bello acceptæ, cognitionem de poſtulatis Gallorum ad populum rejiciunt. ubi tanto plus gratia atque opes valuere, ut quorum de pœna agebatur, tribuni militum conſulari poteſtate in inſequentem annum crearentur. Quo facto, haud ſecus quam dignum erat, infenſi Galli, bellum propalam minantes, ad ſuos redeunt. Tribuni militum cum tribus Fabiis creati [3] Q. Sulpicius Longus, Q. Servilius quartum, [4] Ser. Cornelius Maluginenſis. Quum tanta moles mali inſtaret (adeo occæcat 37
animos fortuna, ubi vim ſuam ingruentem refringi non vult) civitas, quæ adverſus Fidenatem & Veientem hoſtem, alioſque finitimos populos ultima experiens auxilia, dictatorem multis tempeſtatibus dixiſſet; ea tunc inu-

1 *Sed ne id quod placebat decerneret*] Non muto: valde malim tamen *decernerent*, ut referatur ad Patres. *J. F. Gron.*

2 *Cladis forte Gallico bello acceptæ.*] Legendum omnino *accipiendæ*: quomodo enim *acceptæ* de re futura? *Tan. Faber.*

3 *P. Sulpicius Longus*] Lege, *Q. Sulpicius Longus*: ita enim hic vocatur tum in veteribus libris, tum apud Diodorum, tum etiam apud Macrobium lib. 1 Satur. tum apud Gellium lib. 5 cap. 17. *Sigonius.*

4 *P. Servilius Maluginenſis*] In vocibus *P. Servilius* fœde erratum eſt, neque enim *Maluginenſis* eſt *Serviliorum* cognomen, ſed *Corneliorum*. Erravit autem librarius, quia cum *Servius Cornelius* eſſet ſcripturus, *Servilius* ſcripſit. Quo errore nihil eſt in libris manuſcriptis frequentius. Emendandum eſt autem, *Ser. Cornelius Maluginenſis*: primum quia Diodorus in hunc annum nominat tribunum militum Σέρυιον Κορνήλιον Μαλύγωνα, deinde quia *Ser. Cornelium Maluginenſem* per hæc tempora tribunum militum ſepties fuiſſe invenio in tabulis Capitolinis: qui numerus ex Livio colligi non poteſt, niſi hunc annum numeremus. Id autem ex ſequenti deſcriptione cognoſci poterit:

An. 385. *Ser. Cornelius*, lapides Capitolini addunt, *Maluginenſ.* VII.
385. *Ser. Cornelius*, lapides Capitolini addunt, *Maluginenſ.* VI.
376. *Ser. Cornelius Maluginenſis.*
374. *Ser. Cornelius Maluginenſ.* IIII.
372. *Cornelius Maluginenſis* III. mendoſe tamen II legitur.
370. *Ser. Cornelius.*
365. *Ser. Cornelius Maluginenſis*, qui mendoſe P. Servilius Maluginenſis dicitur. Quando igitur nullus alius annus invenitur, quo *Serv. Cornelius Maluginenſis* primum tribunatum geſſerit, eum hoc anno geſſiſſe dicendum eſt. *Idem.*

inuſitato atque inaudito hoſte, ab Oceano terrarumque ultimis oris bellum ciente, nihil extraordinarii imperii aut auxilii quæſivit. Tribuni, quorum temeritate bellum contractum erat, ſummæ rerum præerant: delectumque nihilo accuratiorem quam ad media bella haberi ſolitus erat, (extenuantes etiam famam belli) habebant. Interim Galli, poſtquam accepere, ultro honorem habitum violatoribus juris humani, eluſamque ſuam legationem eſſe, flagrantes [1] ira, cujus impotens eſt gens, confeſtim ſignis convulſis, citato agmine iter ingrediuntur. Ad quorum prætereuntium raptim tumultum quum exterritæ urbes ad arma concurrerent, fugaque agreſtium fieret, Romam ſe ire, magno clamore ſignificabant. quacunque ibant, equis viriſque longe ac late fuſo agmine immenſum obtinentes loci. Sed antecedente fama, nunciiſque Cluſinorum, deinceps inde aliorum populorum, plurimum terroris Romam celeritas hoſtium tulit. quippe quibus velut tumultuario exercitu raptim ducto, ægre ad undecimum lapidem occurſum eſt, qua [2] flumen Allia Cruſtuminis montibus præalto defluens alveo, haud multum infra viam Tiberino amni miſcetur. Jam omnia contra circaque hoſtium plena erant, & nata in vanos tumultus gens, truci cantu, clamoribuſque
38 variis, horrendo cuncta compleverant ſono. Ibi tribuni militum, non loco caſtris ante capto, non præmunito vallo, quo receptus eſſet, non Deorum ſaltem, ſi non hominum memores, nec auſpicato, nec litato, inſtruunt [3] aciem

1 *Ira cujus impotens eſt gens*] Sic Aldus & Juntas & Curio, poſteaque omnes: & confirmat non ſolum Borbet. Rhenani: ſed & alii complures ſcripti. Et ſic Livius lib. 29. *Pleminius impotens ira.* Lib. 30. *Ex inſolentia, quibus nova fortuna ſit, impotentes lætitiæ inſanire.* At Andreas Romæ dedit, *impatiens*, ſecutique Mediol. Ven. Tarv. Bechar. Mog. Aſcen. Savet. Ovidius de Ajace lib. 13. *Utque erat impatiens iræ.* Quem locum opportune mihi ſubjecit Nic. Heinſius unicum noſtrum & Muſarum delicium. Appuleius lib. 4 Met. *& impatiens indignationis, capite quaſſanti fremens.* J. F. Gron.

2 *Flumen Allia*] *Alia* ſcribe, ut dixi. *Sigonius.*

3 *Aciem diductam in cornua*] Lege, *deductam*: ut & eſt in Voſſianis. Hoc eſt parum denſam: longiorem quam latiorem. Frontinus lib. 1 cap. 6. *Iphicrates*

ciem diductam in cornua, ne circumveniri multitudine hoſtium poſſent. nec tamen æquari frontes poterant, quum extenuando, infirmam & vix cohærentem mediam aciem haberent. Paulum erat ab dextera editi loci: quem ſubſidiariis repleri placuit: eaque res ut initium pavoris ac fugæ, ſic una ſalus fugientibus fuit. Nam Brennus regulus Gallorum, in paucitate hoſtium artem maxime timens, ratus ad id captum ſuperiorem locum, ut ubi Galli cum acie legionum recta fronte concurriſſent, ſubſidia in averſos tranſverſoſque impetum darent, ad ſubſidiarios ſigna convertit: ſi eos loco depuliſſet, haud dubius facilem in æquo campi tantum ſuperanti multitudine victoriam fore. adeo non fortuna modo, ſed ratio etiam cum barbaris ſtabat. In altera acie nihil ſimile Romanis, non apud duces, non apud milites erat. pavor fugaque occupaverat animos, [1] & tanta hominum oblivio, ut multo major pars Veios in hoſtium urbem, quum Tiberis arceret, quam recto itinere Romam ad conjuges ac liberos fugerent. Parumper ſubſidiarios tutatus eſt locus. in reliqua acie, ſimul eſt clamor proximis ab latere, ultimis ab tergo auditus, ignotum hoſtem prius penè quam viderent, non modo non tentato certamine, ſed ne clamore quidem reddito integri intactique fugerunt. Nec ulla cædes pugnantium fuit. terga cæſa ſuomet ipſorum certamine in turba impedientium fugam. Circa ripam Tiberis, quo armis abjectis totum [2] ſiniſtrum cornu defugit, magna ſtrages facta eſt: multoſque imperitos nandi, aut invalidos, graves loricis aliiſque tegminibus hauſere gurgites. maxima tamen pars incolumis Veios perfugit; unde non

erates in Thracia cum propter conditionem locorum longum agmen deduceret. J.F. Gron.

1 *Et tanta hominum*] Haud dubie *omnium.* Vide ad lib. 9, 8. *Idem.*

2 *Siniſtrum cornu defugit*] Lege, *diffugit.* nam *defugere* eſt vitare aut recuſare: ut *defugere auctoritatem, munus, ſermonem.* Cicero 3 de Officiis: *Octo millia hominum tenebat Annibal, non quos acie cepiſſet, aut qui periculo mortis diffugiſſent.* Idem.

1 Re-

non modo præſidii quicquam, ſed ne nuncius quidem cladis Romam eſt miſſus. Ab dextro cornu, quod procul à flumine, & magis ſub monte ſteterat; Romam omnes petiere, & ne clauſis quidem portis urbis in arcem
39 confugerunt. Gallos quoque velut obſtupefactos, miraculum victoriæ tam repentinæ tenuit. & ipſi pavore defixi primum ſteterunt, velut ignari quid accidiſſet. deinde inſidias vereri, poſtremo cæſorum ſpolia legere, armorumque cumulos, ut mos eis eſt, coacervare. Tum demum poſtquam nihil uſquam hoſtile cernebatur, viam ingreſſi, haud multo ante Solis occaſum ad urbem Romam perveniunt. ubi quum prægreſſi equites, non portas clauſas, non ſtationem pro portis excubare, non armatos eſſe in muris, retuliſſent; aliud priori ſimile miraculum eos ſuſtinuit; noctemque veriti, & ignotæ ſitum urbis, inter Romam atque Anienem conſedere; exploratoribus miſſis circa mœnia aliaſque portas, quænam hoſtibus in perdita re conſilia eſſent. [1] Romani, quum

1 *Romani, cum pars major ex acie Veios petiſſet, quam Romam, nemo ſupereſſe q. p. e. q. R. r. credere, complorati omnes pariter vivi, mortuique t. p. u. l. repleverunt*] Quamquam ferri hæc lectio poteſt, neſcio tamen, cùr non antiqua, quæ multo rectior eſt, reſtituatur, quæ eſt: *Romani, cum pars major ex acie Veios petiſſet, nec ſupereſſe quemquam, præter eos, qui Romam refugerant, crederent, comploratis omnibus pariter vivis mortuiſque totam prope urbem lamentis repleverunt.* Sigonius.

Romani quum pars major ex acie Veios petiſſet quam Romam] Unum hic præclare geſſit Sigonius, quod removit additamentum impudentiſſimũ *quam Romam.* Cætera non ejuſdem fortunæ. MSS. bonæ notæ & Andreas: *nemo ſupereſſe quemquam præter eos, qui Romam refugerant, crederent.* etſi ſtatim poſt Andream ſit mutatum: *nec ſupereſſe.* Mihi, ſi nihil aliud, id commendaret locus lib. 34. *Nunc quum duo prætores, quum conſul, quum tres exercitus Romani Hiſpaniam obtineant, Carthaginienſium prope decem annis nemo in his provinciis ſit.* Nec diſplicet τὸ *nemo crederent.* non magis quam lib. 9. *Quum alterum quiſque magis mentis compotem ac conſilii ducerent.* Lib. 24. *Quum eorum nemo, qui ad lacum Averni adiſſent, aut ipſi venirent, aut nuntium literaſve mitterent.* Si mavis *crederet*, non impedio. At illud crimen librarii Sigoniani non condonandum: *comploratis omnibus pariter vivis mortuiſque:* cum omnes ab Andrea ad poſtremum uſque Curionem editi ſervarent: *complorati omnes pariter vivi mortuique totam prope urbem lamentis impleverunt.* Quis non videt hoc eſſe oppido elegantius? adſcribi mortuis & abſentibus vivis, qui mortui credebantur, quod in urbe vivi fecerunt, quia in cauſa erant illi, cur hi facerent. Romanos, ait, qui fuerant in Allienſi acie (cum multis partibus plures ex fuga ſe Veios contuliſſent,

quum pars major ex acie Veios petiiſſet, nemo ſupereſſe quemquam præter eos, qui Romam refugerant, crederet, complorati omnes pariter vivi mortuique, totam prope urbem lamentis impleverunt. Privatos deinde luctus ſtupefecit publicus pavor, poſtquam hoſtes adeſſe nunciatum eſt. mox ululatus cantuſque diſſonos, vagantibus circa mœnia turmatim barbaris, audiebant. Omne inde tempus ſuſpenſos ita tenuit animos uſque ad lucem alteram, ut identidem jam in urbem futurus videretur [1] impetus primo adventu, quo acceſſerant ad urbem. manſuros enim ad Alliam fuiſſe, niſi hoc conſilii foret. Deinde ſub occaſum Solis, quia haud multum diei ſupererat, ante noctem rati ſe invaſuros; tum in noctem dilatum conſilium eſſe, quo plus pavoris inferrent. Poſtremo lux appropinquans exanimare: timorique perpetuo ipſum malum continens fuit, quum ſigna infeſta portis ſunt illata. Nequaquam tamen ea nocte, neque inſequenti die [2] ſimilis illi, quæ ad Alliam tam pavide fugerat, civitas fuit. Nam quum defendi urbem poſſe, tam parva relicta manu ſpes nulla eſſet, placuit cum conjugibus ac liberis juventutem militarem, ſenatuſque robur, [3] in arcem Capitoliumque conſcendere: armiſque & frumento collatis, [4] ex loco inde munito Deos homineſque

liſſent, Romam rediiſſet exigua manus, & præter hanc, quicquid erat cæterorum, periiſſe urbani crederent) dum abſentes mortui pariter & vivi pro mortuis complorantur, omnia lamentorum complevisse. Quippeni? dum quiſque ſuos deſideratus mœrore adficit & in luctum compellit? An ſoli *complere luctu locum* dicuntur qui lugent? non & qui lugentur, quorum clades & amiſſio luctum facit? non & quorum crudelitas? Sed hunc non hic modo errorem errat Sigonius. Vide ad lib. 34, 6. *J. F. Gron.*

1 *Impetus primo adventu*] Videtur addenda præpoſitio: *à primo adventu*: ut ſignificet ex illo tempore ſingula momenta ſollicita hoc metu Romanis fuiſſe. *Idem.*

2 *Similis illi, quæ ad Alliam tam pavide fugerat*] Sordet illud *civitatem fugiſſe* ad Alliam. Forſan: *ſimilis illis, qui ad Alliam tam pavide fugerant, civitas fuit.* Idem.

3 *In arcem Cap.que concedere*] Veteres libri, *Conſcendere*. Sigonius.

4 *Ex loco inde munito deos homineſque, &c.*] Scripſerim, *endomunito*. Lipſius in Tacit.

Ex loco inde munito] Si proximus Enniana tempora vixiſſet Livius, aliqua ſpecies dari poſſet Lipſiano *endomunito*. Nunc aliter placuit fatis, & Livio etiam vulgatum placuiſſe credimus. 9, 4.

Hoſtes

neſque & Romanum nomen defendere. Flaminem, ſacerdoteſque Veſtales, ſacra publica à cæde, ab incendiis procul auferre: nec ante deſeri cultum eorum, quam non ſupereſſent qui colerent. Si arx, Capitoliumque ſedes Deorum, ſi Senatus caput publici conſilii, ſi militaris juventus ſuperfuerit imminenti ruinæ urbis, facilem jacturam eſſe ſeniorum, relictæ in urbe utique perituræ turbæ. &, quo id æquiore animo de plebe multitudo ferret, ſenes triumphales conſulareſque ſimul ſe cum illis palam dicere obituros: nec his corporibus, quibus non arma ferre, non tueri patriam poſſent, oneraturos inopiam armatorum.

40 Hæc inter ſeniores morti deſtinatos jactata ſolatia. Verſæ inde adhortationes ad agmen juvenum; quos in Capitolium atque in arcem proſequebantur, *commendantes virtuti eorum juventæque* [1] *urbis per trecentos ſexaginta annos omnibus bellis victricis, quæcunque reliqua eſſet, fortunam.* Digredientibus qui ſpem omnem atque opem ſecum ferebant, ab iis qui captæ urbis non ſupereſſe ſtatuerant exitio; quum ipſa res ſpeciesque miſerabilis erat, tum muliebris fletus & concurſatio incerta, nunc hos nunc illos ſequentium, rogitantiumque viros natoſque, cui ſe fato darent, nihil, quod huma-

Hoſtes ſecutos duo millia inde locis munitis & ipſos conſediſſe. Sic alibi. *Jac. Gron.*

1 *Urbis per trecentos ſexaginta annos*] Non admodum rotunda eſt hæc annorum ſupputatio; ſed ea potius quæ poſtea in Camilli oratione ad finem hujus libri exhibetur: erat enim hic annus ab Urbe cond. 365. *Glareanus.*

Urbis per trecentos ſexaginta annos omnibus bellis victricis] Hunc numerum Glareanus putat eſſe mendoſe, quod hic annus non ſit ab urbe condita CCCLX, verum CCCLXV, ut Livius ait paulo poſt in Oratione Camilli; neque intelligit Romam dici hoc anno per CCCLX *annos omnibus bellis victricem fuiſſe*, & recte dici. Nam à primo bello, quod anno quarto ab Urbe condita geſſit Romulus, ut ait Dionyſius, cum Sabinis ad hunc anni numerantur CCCLX. poſt autem Camillum, cum Romam captam anno CCCLXV ait, annos ab origine urbis, non à prima victoria numerare: quamquam lib. 7 rhetorice ait, *conditæ urbi æqualem victoriam eſſe.* Sigonius.

Trecentos ſexaginta] Minorem numerum neglexit Livius. certum enim eſt anno U. C. 364 urbem à Gallis captam eſſe, ut demonſtrat Dionyſius Hal. lib. 1 pag. 61, & quidem μετὰ τὰς θερινὰς τροπὰς, ut ait Plutarchus in Camillo poſt plenilunium. Gellius cap. 17 lib. 5. Livius lib. 6 initio. *Hen. Valeſius.*

2 *Alere*

humanis ſupereſſet malis, relinquebant. magna pars tamen earum in arcem ſuos proſecutæ ſunt, nec prohibente ullo, nec vocante: quia quod utile obſeſſis ad minuendam imbellem multitudinem, id parum humanum erat. Alia maxime plebis turba, quam nec capere tam exiguus collis, nec [1] alere in tanta inopia frumenti poterat, ex urbe effuſa velut agmine jam uno petiit Janiculum. inde pars per agros dilapſi, pars urbes petunt finitimas; ſine ullo duce, aut conſenſu, ſuam quiſque ſpem, ſua conſilia, communibus deploratis, exſequentes. Flamen interim Quirinalis, virgineſque Veſtales, omiſſa rerum ſuarum cura, [2] quæ ſacrorum ſecum ferenda, quæ (quia vires ad omnia ferenda deerant) relinquenda eſſent conſultantes, quiſve ea locus fideli aſſervaturus cuſtodia eſſet; optimum ducunt, condita in doliolis ſacello proximo ædibus flaminis Quirinalis, ubi nunc deſpuī religio eſt, defodere: cætera inter ſe onere partito ferunt, via quæ ſublicio ponte ducit ad Janiculum. In eo clivo eas quum [3] L. Albinius de plebe Romana homo conſpexiſſet, plauſtro conjugem ac liberos vehens inter cæteram turbam, quæ inutilis bello urbe excedebat; ſalvo etiam tum diſcrimine divinarum humanarumque rerum; [4] irreligioſum ratus ſacerdotes publicos ſacraque populi Romani pedibus ire, ferrique; ſe ac ſuos in vehiculo conſpici; deſcendere uxorem ac pueros juſſit, virgines ſacraque in plauſtrum impoſuit: & Cære, quo
iter ſacerdotibus erat, pervexit. Romæ interim, ſatis 41
jam

1 *Alere in tanta inopia*] Dele τὸ *in*. *Tanta inopia* nominandi caſus eſt, quanquam ſuum cuique judicium relinquitur. *Tan. Faber.*

2 *Quæ ſacrorum ferenda*] MSS. *quæ ſacrorum ſecum ferenda.* Neſcio quis deleverit: nam omnes habent vetuſtiores editi, nulla differentia, niſi quod quidam loco mutant: *quæ ſecum ſacrorum ferenda.* J. F. Gron.

3 *L. Albinus de plebe*] Vet. lib. *L. Albinius.* Valerius item Maximus, ut eſt in manuſcriptis, *Albinius* recte. Eſt enim nomen gentis plebeiæ, non cognomen patriciæ *Poſtumiæ*. Sigonius.

4 *Irreligioſum r. ſacerdotes p. ſacraque p. R. pedibus ire, ferrique ſe ac ſuos in v. c.*] Diſtinguenda verba ita: *Pedibus ire, ferrique*, inde, *ſe, ac ſuos in vehiculo conſpici.* Nam *ire* ad *ſacerdotes*, *ferri* ad *ſacra* refertur. *Idem.*

jam omnibus, ut in tali re, ad tuendam arcem compoſitis, turba ſeniorum domos regreſſa, adventum hoſtium obſtinato ad mortem animo exſpectabat. qui eorum curules geſſerant magiſtratus, ut in fortunæ priſtinæ honorumque aut virtutis inſignibus morerentur, quæ auguſtiſſima veſtis eſt thenſas ducentibus, triumphantibuſve, ea veſtiti medio ædium eburneis ſellis ſedere. Sunt, qui, M. Fabio Pontifice maximo præfante carmen, devoviſſe eos ſe pro patria, Quiritibuſque Romanis tradant. Galli, & quia interpoſita nocte à contentione pugnæ remiſerant animos, & quod nec in acie ancipiti uſquam certaverant prœlio, nec tum impetu aut vi [1] capiebant urbem, ſine ira, ſine ardore animorum ingreſſi poſtero die urbem, patente Collina porta in forum perveniunt; circumferentes oculos ad templa Deum, arcemque ſolam belli ſpeciem tenentem. Inde modico relicto præſidio (ne quis in diſſipatos ex arce aut Capitolio impetus fieret) dilapſi ad prædam [2] vacuis occurſu hominum viis, pars in proxima quæque tectorum agmine ruunt: pars, ultima, velut ea demum intacta & referta præda, petunt. inde rurſus ipſa ſolitudine abſterriti, ne qua fraus hoſtilis vagos exciperet, in forum ac propinqua foro loca conglobati redibant: ubi eos, plebis ædificiis obſeratis, patentibus atriis principum, major prope cunctatio tenebat, aperta quam clauſa invadendi. adeo haud ſecus quam venerabundi intuebantur in ædium veſtibulis ſedentes viros, præter ornatum habitumque humano auguſtiorem; majeſtate etiam, quam vultus gravitaſque oris præ ſe ferebat, ſimillimos

1 *Capiebant urbem, ſine ira, ſine ardore animorum ingreſſi poſtero die urbem*] Voſſ. *poſtero die urbe.* Sed ea tota vox haud dubie reſecanda eſt, quam, cauſa non fuit Livio, cur in tam propinquo iteraret. *J. F. Gron.*

Poſtero die urbem] *Urbem*, dele. Gloſſema enim eſt aut παρέργημα librarii, natum ex ea linea ſup. *capiebant urbem*. Tan. Faber.

2 *Vacuis occurſu hominum viis*] Quid hoc? *Viæ vacuæ* ſunt *occurſu hominum*? lego, *occurſu hoſtium*, vera emendatione ut arbitror. *Idem.*

1 *M. Pa-*

ſimillimos Diis. Ad eos veluti ſimulacra verſi quum ſtarent, [1] M. Papirius unus ex his dicitur Gallo barbam ſuam, ut tum omnibus promiſſa erat, permulcenti, ſcipione eburneo in caput incuſſo iram moviſſe: atque ab eo initium cædis ortum, cæteros in ſedibus ſuis trucidatos. Poſt principum cædem, nulli deinde mortalium parci, diripi tecta, exhauſtis injici ignes. Cæterum, ſeu 42
[2] non omnibus delendæ urbis libido erat, ſeu ita placuerat principibus Gallorum, & oſtentari quædam incendia, terroris cauſſa, ſi compelli ad deditionem [3] caritate ſedium ſuarum obſeſſi poſſent, & non omnia concremari tecta, ut quodcunque ſupereſſet urbis, id pignus ad flectendos hoſtium animos haberent; nequaquam perinde atque in capta urbe prima die aut paſſim aut late vagatus eſt ignis. Romani ex arce plenam hoſtium urbem cernentes, vagoſque per vias omnes curſus, quum alia atque alia parte nova aliqua clades oriretur, non mentibus ſolum conſipere, ſed ne auribus quidem atque oculis ſatis conſtare poterant. [4] Quocunque clamor hoſtium, mulie-

1 *M. Papirius unus ex his*] Hunc vocat in Camillo Μάρκον Παπίριον Plutarch. credo vitioſe pro Μάνιον Παπίριον, ut ſit *M' Papirius Craſſus*, qui conſul & tribunus mil. fuit ante annos triginta, ex quo merito eum vocat ſenem honoribus perfunctum. *Sigonius.*

2 *Non omnibus delendi urbem*] Supervacuum τὸ *omnibus*. neque enim opus erat omnibus eam voluntatem eſſe: fieri poterat permultis conjicientibus ignem & vaſtantibus: denique paucæ manus ad hoc ſufficiebant. Rhenanus, quia in Borbet. *delendæ*, ſuſpicatur *delendæ urbis* legendum. Voſſ. *deinde urbem.* & in margine *delendæ.* Sed ipſum quod Rhenanus ſuſpicatur, in Voſſiano altero eſt & binis Pall. melioribus. Sic quoque tamen adjumento eſt opus. Scribe: *ſeu non omnis delendæ urbis libido erat.* Seu temere factum, ut non utique totam urbem ſubverſam vellent. Sic lib. 6. *Quod prope omnem deletam à Gallis Romanam juventutem crederent.* Lib. 7. *Cum eo hoſte res eſt, qui heſterno die delendi omnis exercitus fortuna per ſocordiam uſus non ſit.* J. F. Gron.

3 *Caritate ædium ſuarum*] Vet. lib. *Sedum*, quo pacto veteres locutos eſſe docet Priſcianus lib. 6 *Frequentius*, inquit, *in Es terminantia abſque I inveniuntur, ut vatum pro vatium. Virgilius in 4. Multaque præterea vatum prædicta priorum. Cicero pro Sextio: Veſtrarum ſedum templorumque cauſa.* Eſt autem locus pro Sextio mendoſiſſimus. Nam vulgo legitur: *Te patria obteſtor, & vos penates patriique dii, me veſtrarum ſedium, temporumque cauſa*, &c. cum & *Teſtor*, &, *Sedum*, & *Templorum* legendum ſit. *Sigonius.*

4 *Quocumque clamor, ſonitus hoſtium, mul. puer. ploratus, ſonitus flammæ*] Vox prior, *Sonitus*, redundat; neque enim pro-

mulierum puerorumque ploratus, ſonitus flammæ, & [1] fragor ruentium tectorum avertiſſet, paventes ad omnia, animos oraque & oculos flectebant; velut ad ſpectaculum à fortuna poſiti occidentis patriæ: nec ullius rerum ſuarum relicti, præterquam corporum, vindices. tanto ante alios miſerandi magis, qui umquam obſeſſi ſunt, quod interclusi à patria obſidebantur; omnia ſua cernentes in hoſtium poteſtate. Nec tranquillior nox diem tam fœde actum excepit: [2] lux deinde noctem inquietam inſecuta eſt, nec ullum erat tempus, quod à novæ ſemper cladis alicujus ſpectaculo ceſſaret. Nihil tamen tot onerati atque obruti malis flexerunt animos: quin, etſi omnia flammis ac ruinis [3] æquata vidiſſent, quamvis inopem parvumque, quem tenebant, collem, libertati relictum, virtute defenderent; & jam, quum eadem quotidie acciderent, velut aſſueti malis, abalienaverant ab ſenſu rerum ſuarum animos; arma tantum ferrumque in dextris, velut ſolas reliquias ſpei ſuæ, intuentes.

43 Galli quoque per aliquot dies in tecta modo urbis nequicquam bello geſto, quum inter incendia ac ruinas captæ urbis nihil ſupereſſe præter armatos hoſtes viderent, nec quicquam tot cladibus territos, nec flexuros ad deditionem animos, ni vis adhiberetur; experiri ultima & impetum facere in arcem ſtatuunt. Prima luce ſigno dato, multitudo omnis in foro inſtruitur. inde clamore ſublato ac teſtudine facta, ſubeunt. adver-

ſus

proprie *ſonitus hoſtium* dicitur, ſed *flammæ*. Recte autem habebit res ſi ſua cuique reddantur, *clamor hoſtium*, *ploratus mulierum*, *ſonitus flammæ*. Quod etiam veteres comprobant libri. *Sigon.*

1 *Fragor ruentium tectorum avertiſſet*] Malim *advertiſſet*. ut lib. I. *Adverteratque ea res etiam Sabinos tanti periculo viri.* J. F. Gron.

2 *Lux deinde noctem inſecuta eſt*] Puto legendum, *nec lux deinde noctem.* Tan. Faber.

Lux deinde noctem inquietam inſecuta eſt] Andreas: *inquietem*. Quod facile probarem, ſi ejuſdem ſenſus aliquid adjunxiſſet τῷ *lux*, nec proxime dixiſſet, *nec tranquillior nox*. Cur idem in tam vicino bis diceret? Forte: *Lux deinde noctem inquieta inſecuta eſt.* J. F. Gron.

3 *Æquata vidiſſent*] Lego *videbant*, quod ſpero probabis. *Tan. Faber.*

ſus quos Romani nihil temere nec trepide, ad omnes aditus ſtationibus firmatis, qua ſigna ferri videbant, ea robore virorum oppoſito ſcandere hoſtem ſinunt: quo ſucceſſerit magis in arduum, eo pelli poſſe per proclive facilius rati. Medio fere clivo reſtitere: atque inde ex loco ſuperiore, qui prope ſua ſponte in hoſtem inferebat, impetu facto, ſtrage ac ruina fudere Gallos: ut numquam poſtea nec pars nec univerſi tentaverint tale pugnæ genus. Omiſſa itaque ſpe per vim atque arma ſubeundi, obſidionem parant. cujus ad id tempus immemores, & quod in urbe fuerat frumentum, incendiis urbis abſumpſerant, & [1] ex agris per ipſos dies raptum omne Veios erat. Igitur exercitu diviſo, partim per finitimos populos prædari placuit, partim obſideri arcem; ut obſidentibus frumentum populatores agrorum præberent. Proficiſcentes Gallos ab urbe ad Romanam experiendam virtutem, fortuna ipſa Ardeam, ubi Camillus exulabat, duxit. qui mœſtior ibi fortuna publica quam ſua, quum Diis hominibuſque accuſandis ſeneſceret, indignando mirandoque ubi illi viri eſſent, qui ſecum Veios Falerioſque cepiſſent, qui alia bella fortius ſemper quam felicius geſſiſſent; repente audit Gallorum exercitum adventare atque de eo pavidos Ardeates conſultare. nec ſecus quam divino ſpiritu tactus, quum ſe in mediam concionem intuliſſet, abſtinere ſuetus ante talibus conciliis; *Ardeates*, inquit, *veteres amici, novi etiam* 44
cives mei, quando & veſtrum beneficium ita tulit, & fortuna hoc egit mea, nemo veſtrum conditionis meæ oblitum me huc proceſſiſſe

1 *Ex agris per ipſos dies*] Plenius foret: *per eos ipſos dies.* An tamen interdum ita dixere, *ipſe*, pro *is ipſe*? Cicero lib. 10 ad Att. 14. *Nos autem ad hæc, & ipſum certo fore, &, quæ jam fiant, non eſſe leviora.* nimirum ut reſtituerentur damnati, de quo præceſſerat. Lib. 12 ep. 14. *Nam, pro malis, recte habebat, quamquam ipſum doleo.* Livius Lib. 33, 16. *Eone quo cuncti convenere Acarnanum populi, nec ipſis qui convenerant, idem placuit.* Curtius lib. 5 de Syſigambi pro Madathe deprecante: *ita deprecata eſt, ut ipſum excuſaret, quod deprecaretur.* Florus 4, 10. *Quum fidem ipſe feciſſet.* An potius hæc omnia corrupta? Videtur etiam Livio ſatis fuiſſe: *incendiis abſumpſerant.* J. F. Gron.

ceſſiſſe putet : ſed res , ac periculum commune cogit , quod quiſque poſſit in re trepida præſidii , in medium conferre. Et quando ego vobis pro tantis veſtris in me meritis gratiam referam , ſi nunc ceſſavero ? aut ubi uſus erit mei vobis ſi in bello non fuerit ? Hac arte in patria ſteti : & invictus bello , in pace ab ingratis civibus pulſus ſum. Vobis autem , Ardeates , fortuna oblata eſt , & pro tantis priſtinis populi Romani beneficiis , quanta ipſi meminiſtis (nec enim exprobranda apud memores ſunt) gratiæ referendæ ; & huic urbi decus ingens belli ex hoſte communi pariendi. Quæ effuſo agmine adventat , gens eſt , cui natura corpora animoſque magna magis quam firma dederit. eo in certamen omne plus terroris quam virium ferunt. Argumento ſit clades Romana. patentem cepere urbem ; ex arce Capitolioque his exigua reſiſtitur manu. Jam obſidionis tædio victi abſcedunt , vagique per agros palantur ; cibo , vinoque raptim hauſto repleti. Ubi nox appetit , prope rivos aquarum , ſine munimento , ſine ſtationibus ac cuſtodiis paſſim ferarum ritu ſternuntur : nunc ab ſecundis rebus magis etiam ſolito incauti. Si vobis in animo eſt , tueri mœnia veſtra , nec pati hæc omnia Galliam fieri ; prima vigilia capite arma frequentes. Me ſequimini ad cædem , non ad pugnam. niſi victos ſomno , veluti pecudes trucidandos tradidero ; non recuſo eundem Ardeæ rerum mearum exitum ,
45 *quem Romæ habui.* Æquis iniquiſque perſuaſum erat , tantum bello virum neminem uſquam ea tempeſtate eſſe. Concione dimiſſa , corpora curant , intenti quam mox ſignum daretur. quo dato , primæ noctis ſilentio ad portas Camillo præſto fuere. Egreſſi haud procul urbe , ſicuti prædictum erat , caſtra Gallorum intuta neglectaque ab omni parte nacti , clamore invadunt. Nuſquam prœlium , omnibus locis cædes eſt : nuda corpora , & ſoluta ſomno trucidantur. extremos tamen pavor cubilibus ſuis excitos , quæ aut unde vis eſſet ignaros in fugam , & quoſdam in hoſtem ipſum improvidos tulit. magna pars in agrum Antiatem delati , incurſione ab oppidanis in palatos facta , circumveniuntur. Similis in a-

gro

Digitized by Google

gro Veienti Tuſcorum facta ſtrages eſt: qui urbis jam
prope quadringenteſimum annum vicinæ, oppreſſæ ab
hoſte inuſitato inauditoque, adeo nihil miſerti ſunt, ut
in agrum Romanum eo tempore incurſiones facerent,
plenique prædæ Veios etiam præſidiumque, & ſpem ul-
timam Romani nominis in animo habuerint oppugnare.
Viderant eos milites Romani vagantes per agros, & con-
gregatos agmine prædam præ ſe agentes, & caſtra cer-
nebant haud procul Veiis poſita. inde primum miſera-
tio ſui, deinde indignitas, atque ex ea ira animos cepit,
*Etruſciſne etiam, à quibus bellum Gallicum in ſe avertiſſent,
ludibrio eſſe clades ſuas?* Vix temperavere animis, quin ex-
templo impetum facerent: compreſſique [1] à Cædicio
Centurione, quem ſibimetipſi præfecerant, rem in no-
ctem ſuſtinuere. Tantum par Camillo defuit auctor, cæ-
tera eodem ordine eodemque fortunæ eventu geſta. quin
etiam ducibus captivis, qui cædi nocturnæ ſuperfue-
rant, ad aliam manum Tuſcorum [2] ad Salinas profecti,
nocte inſequenti ex improviſo majorem cædem edidere:
duplicique victoria ovantes Veios redeunt. Romæ inte- 46
rim plerumque obſidio ſegnis, & utrimque ſilentium eſ-
ſe; ad id tantum intentis Gallis, ne quis hoſtium eva-
dere inter ſtationes poſſet: quum repente juvenis Ro-
manus admiratione in ſe cives hoſteſque convertit. Sa-
crificium erat ſtatum in Quirinali colle genti Fabiæ. ad
id faciendum [3] C. Fabius Dorſo, [4] Gabino cinctu, ſa-
cra

1 *A Ceditio*] Vet.lib. *Ab Q. Cadicio.* Sigonius.

2 *Ad Salinas*] *Romanas Salinas* vocat lib. 7. *Idem.*

3 *C. Fabius Dorſuo*] *Dorſo*, ut *Mento*, ut *Labeo*, ſcribendum, ex veteribus libris, & Valerio Maximo, & Velleio libro primo, qui inquit, *Fabio Dorſone conſule Paſtum colonia deducta.* Idem.

4 *Gabino cinctu, ſacra manibus gerens*] Libri quidam ſcripti habent, *Gabinorum ritu cinctus:* Quam lectionem habet etiam Valerius Maximus libro primo, *C. Fabius Dorſo*, inquit, *Gabino ritu cinctus manibus, humeriſque ſacra gerens.* Et Livius libro decimo: *Incinctum Gabino cultu ſuper telum ſtantem.* Ego tamen nihil mutandum cenſeo. Nam idem Livius libro octavo de Decio ait: *Ipſe incinctus cinctu Gabino.* Et Virgilius: *Ipſe Quirinali trabea, cinctuque Gabino Inſignis.* Et Feſtus: *Procincta claſſis dicebatur,*

cra manibus gerens, quum de Capitolio deſcendiſſet, per medias hoſtium ſtationes egreſſus, nihil ad vocem cujuſquam terroremve motus, in Quirinalem collem pervenit. ibique, omnibus ſolenniter peractis, eadem revertens ſimiliter conſtanti vultu graduque, ſatis ſperans, propitios eſſe Deos, quorum cultum ne mortis quidem metu prohibitus deſeruiſſet, in Capitolium ad ſuos rediit: ſeu attonitis Gallis miraculo audaciæ, ſeu religione etiam motis, cujus haudquaquam [1] negligens eſt gens. Veiis interim, non animi tantum indies, ſed etiam vires creſcebant: nec Romanis ſolum eo convenientibus ex agris, [2] qui aut prœlio adverſo aut clade captæ urbis palati fuerant, ſed etiam ex Latio voluntariis confluentibus, ut in parte prædæ eſſent. Maturum jam videbatur, repeti patriam, eripique ex hoſtium manibus: ſed corpori valido caput deerat. Locus ipſe admonebat Camilli, & magna pars militum erat, qui ductu auſpicioque ejus res proſpere geſſerant: & [3] Cædicius negare, ſe commiſſurum, cur ſibi aut Deorum aut hominum quiſquam imperium finiret potius, quam ipſe memor ordinis ſui poſceret imperatorem. Conſenſu omnium placuit, ab Ardea Camillum acciri; ſed antea conſulto Senatu, qui Romæ eſſet. adeo regebat omnia pudor, diſcriminaque rerum prope perditis rebus ſervabant. Ingenti periculo tranſeundum per hoſtium cuſtodias erat. ad eam rem [4] Pontius Cominius, impiger juvenis, operam pollicitus, incubans cortici, ſecundo Tiberi ad urbem defertur.

tur, cum exercitus cinctus erat Gabino cinctu. Sigonius.

1 *Negligens eſt*] Veteres libri, *Eſt gens.* Idem.

2 *Qui aut prœlio adverſo*] Repone: *qui à prœlio adverſo aut clade captæ urbis.* J. F. Gron.

3 *Cædicius negare ſe commiſſurum*] Video, inquit, Cædicius, finis mei adeſt imperii: atqui ego haud committam, ut mihi aut Deorum, aut hominum quiſquam imperium finiat potius, quam ipſe memor ordinis mei depoſcam imperatorem. Poſt, quod ſequitur, *Militeſque haberent imperatorem quem vellent*: de Camillo intelligendum; quem volebant milites, non alium. *Glareanus.*

4 *Pontius Cominius*] *Cominus*: vet. lib. & Front. lib. 3 cap. 13. quod probo. Plutarchus de Fortuna Romanorum, Γάϊον Πόντιον vocat. *Sigonius.*

1 *Comi-*

tur. inde qua proximum fuit à ripa, per præruptum eoque neglectum hoſtium cuſtodiæ ſaxum, in Capitolium evadit: &, ad magiſtratus ductus, mandata exercitus edit. Accepto inde Senatus decreto, ut & [1] comitiis curiatis revocatus de exilio, juſſu populi Camillus dictator extemplo diceretur, militeſque haberent imperatorem quem vellent, [2] eadem degreſſus, nuncius Veios contendit: miſſique Ardeam legati ad Camillum, Veios eum perduxere: ſeu, (quod magis credere libet, non prius profectum ab Ardea, quam comperit legem latam: quod nec injuſſu populi mutari finibus poſſet, nec niſi dictator dictus auſpicia in exercitu habere;) lex curiata lata eſt, dictatorque abſens dictus. Dum hæc Veiis agebantur, 47
interim [3] arx Romæ Capitoliumque in ingenti periculo fuit. namque Galli, ſeu veſtigio notato humano, qua nuncius à Veiis pervenerat, ſeu ſua ſponte animadverſo [4] ad Carmentis ſaxum aſcenſu æquo, nocte ſubluſtri,

1 *Comitiis curiatis*] Nota curiatis comitiis latam eſſe legem de reditu ac reſtitutione Camilli. 5, 52. comitia curiata, quæ rem militarem continent. nempe, quia populus bellum jubebat, ſenatus auctor erat. In pag. 178 omnes tribus bellum juſſiſſe dicit. at p. 123 omnes centuriæ bellum juſſere. Sic & pag. 820. *Henr. Valeſius.*

2 *Eadem digreſſus nuncius Veios contendit*] Eandem ſententiam de eodem loquens expreſſit his verbis Quadrigarius, ut eſt apud Gellium lib. 17 cap. 2. *Cominius*, inquit, *qua aſcenderat, deſcendit, atque verba Gallis dedit*, id eſt, latuit Gallos. Itaque *degreſſus*, non *digreſſus*, legendum. Quam vocem ſæpe depravatam apud Livium ſæpe oſtendam. Eſt autem *Degredi*, *Deſcendere.* Item legendum paulo poſt, *degreſſus ex arce.* Sigonius.

3 *Arx Romæ Capitoliumque in ingenti periculo fuit*] Præpoſitionem ignorant Voſſianus & bini meliores Pall. Cornelius Nepos Datame: *cum magno fore periculo, ſi quid illo imperante in Ægypto adverſi accidiſſet.* Qui ſic compluries, ut primus obſervavit Schoppius in Veriſimilibus. Adde quæ ad lib. 2, 22 notavimus. *J. F. Gron.*

4 *Ad Carmentis ſaxum*] Id eſt, quod Carmentali portæ imminet, ut Plutarchus in Camillo ait, & Dionyſius libro decimo, ubi de Capitolio ab App. Herdonio capto tradit. *Sigonius.*

Ad Carmentis ſaxum] Fanum vel aram Carmentis aut Carmentæ, matris Euandri, fuiſſe ſub Capitolio, vel in imo Tarpeii montis, tradunt antiqui. Dionyſius lib. 1. *καὶ βωμοὺς ἐθεασάμην ἱδρυμένους, Καρμέντῃ μὲν ὑπὸ τῷ καλουμένῳ Καπιτωλίῳ παρὰ ταῖς Καρμεντίσι πύλαις.* Solinus: *Pars infima Capitolini montis habitaculum Carmenti fuit, ubi Carmentis nunc fanum eſt.* Sed *ſaxum Carmentis* haud facile reperias. Turbant aliquid MSS. Voſſ. alter *ſaxorum aſcenſu.* Chiflet. *ſaxos aſcenſu.* Lege *ſaxorum* vel *ſaxi.* hoc eſt, ipſius montis. *Animadverſo, ad Carmentis,* (puta aram vel fanum) *ſaxi aſcenſu æquo.* J. F. Gron.

Ad Carmentis fanum] In relatione hujus

ſtri, quum primo inermem, qui tentaret viam, præmiſiſſent, tradentes inde arma, ubi quid iniqui eſſet, alterni innixi, ſublevanteſque invicem & trahentes alii alios, prout poſtularet locus; tanto ſilentio in ſummum evaſere, ut non cuſtodes ſolum fallerent: ſed ne canes quidem, ſollicitum animal ad nocturnos ſtrepitus, excitarent. Anſeres non fefellere, quibus ſacris Junoni, in ſumma inopia cibi, tamen abſtinebatur. quæ res ſaluti fuit. Namque clangore eorum, alarumque crepitu excitus M. Manlius, qui triennio ante conſul fuerat, vir bello egregius, armis arreptis ſimul ad arma cæteros ciens vadit. & dum cæteri trepidant, Gallum, qui jam in ſummo conſtiterat, umbone ictum deturbat. Cujus caſus prolapſi [1] quum proximos ſterneret, trepidantes alios, armiſque omiſſis, ſaxa, quibus adhærebant, manibus amplexos, trucidat. jamque & alii congregati telis miſſilibuſque ſaxis proturbare hoſtes, ruinaque tota prolapſa acies in præceps deferri. Sedato deinde tumultu, reliquum noctis (quantum in turbatis mentibus poterat, quum præteritum quoque periculum ſollicitaret) quieti datum eſt. Luce orta, vocatis claſſico ad concilium militibus, ad tribunos, quum & recte & perperam facto pretium deberetur; Manlius primum ob virtutem laudatus donatuſque, non ab tribunis ſolum militum, ſed conſenſu etiam militari: cui univerſi [2] ſelibras farris,

hujus Gallorum incepti, quo fatale illud imperium penè confectum fuit, omnia ſine dolis & hactenus aperte, niſi quod Galli nocte uſi dicuntur, geſta fuiſſe Livius tradit. Idem facit in Camillo Plutarchus. Idem quod ſcio, ſequuntur alii hiſtorici. Quid igitur eſt, quod Cicero pro Cæcina cap. 30 Gallos circa cuniculum aggreſſos refert? *Ut ſi Galli à majoribus noſtris poſtularent, ut eo reſtituerentur, unde dejecti eſſent; non, opinor, eos in cuniculum, qua aggreſſi erant, ſed in Capitolium reſtitui oporteret.* Proculdubio illic aberravit ſcribentis attentio, quum Cicero ſcripſerit *in colliculum.* Et palam eſt, quod intelligatur. *Jac. Gron.*

1 *Cum primos ſtern.*] Veteres libri, *Cum proximos ſterneret.* Sigonius.

2 *Selibras farris, & quartarios vini*] Repudianda eſt antiqua quorundam librorum lectio, qui habent: *Sex libras farris, ſex quartarios vini.* Etenim Plutarchus in Camillo ita vertit; *σίτου μὲν ἡμίλιτρον, οἴνου δὲ κοτύλας Ἑλληνικὰς*

ris, & quartarios vini, ad ædes ejus, quæ in arce erant,
contulerunt. rem dictu parvam, cæterum inopia fecerat
eam argumentum ingens caritatis, cum ſe quiſque victu
ſuo fraudans, detractum corpori atque uſibus neceſſa-
riis ad honorem unius viri conferret. Tum vigiles ejus
loci, qua fefellerat aſcendens hoſtis, citati: & quum
in omnes more militari ſe animadverſurum [1] Q. Sulpi-
cius tribunus militum pronunciaſſet; conſentiente cla-
more militum, in unum vigilem conjicientium culpam,
deterritus, à cæteris abſtinuit: reum haud dubium ejus
noxæ approbantibus cunctis de ſaxo dejecit. Inde inten-
tiores utrimque cuſtodiæ eſſe; & apud Gallos, quia vul-
gatum erat inter Veios Romamque nuncios commeare:
& apud Romanos [2] ab nocturni periculi memoria. Sed 48
ante omnia obſidionis bellique mala, fames utrimque ex-
ercitum urgebat: Gallos peſtilentia etiam, quum loco
jacente inter tumulos caſtra habentes, tum ab incendiis
torrido & vaporis pleno, cineremque, non pulverem
modo ferente, quum quid venti motum eſſet. quorum in-
tolerantiſſima gens [3] humorique ac frigori aſſueta; quum
æſtu

τιχῆς τέταρτον. Eodem modo lib. 7 Livius: *Libras farris, ſextarios vini contulerunt*. Sigonius.

1 *P. Sulpicius trib. mil.*] *Q. Sulpicius*, ut ante dixi. *Idem.*

2 *Ob nocturni periculi memoriam*] Vet. lib. *Nocturni periculi memoria.* Idem.

3 *Humorique ac fr. aſſ. tum aſtu, & angore vexati, v. v. in pecora m. morerentur*] Vet. lib. *Humori ac frigori aſſueta.* Vet. item lib. *Cum aſtu, & algore vexata vulgatis velut in pecua morbis moreretur.* Hæc enim omnia referuntur ad vocem illam, *Gens.* Alii libri, *languore*, non *algore* habent. *Idem.*

Humori & frigori aſſueta, tum aſtu] Primum Sigonius *humori*, pro *humorique*, quod edebatur & MSS. alii ſervant. perinde ut cap. 49. *Sed diique & homines*, ingerit, *ſed dii & homines*, quaſi operæ pretium ſit. Deinde, *cum aſtu & algore vexata*, &c. *moreretur*, pro eo quod erat, *tum aſtu & angore vexati*, &c. *morerentur*. Addit alios *languore*, non, *algore*, habere. Hinc admiſſis quibuſdam, aliis repudiatis, finxere vulgatum. *Et vexata* quidem omnes apud me olim editi ante Curionem: omnes tamen, ut & MSS. *morerentur*: quatuor quoque membranacei ignorant τὸ *eſt*. Sic enim referunt: *intolerantiſſima gens humorique & frigori aſſueta cum aſtu & angore.* Hinc nobis ſpes evadendi ex tam moleſta longaque periodo, quæ & adſcivit aliena, & ſequentem capite mulctavit. Finire poſſumus ſuperiorem orationem & ponere τελείαν στιγμὴν poſt τὸ *adſueta*. Et dixerit hactenus, accidiſſe, ut utrumque exercitum fames, Gallos etiam peſtilentia urgeret, caſtra habentes loco cum inter tumulos jacente,

æſtu & angore vexati, vulgatis velut in pecua morbis, morerentur; jam pigritia ſingulos ſepeliendi, promiſcue acervatos cumulos hominum urebant: buſtorumque inde Gallicorum nomine inſignem locum fecere. Induciæ deinde cum Romanis factæ, & colloquia permiſſu imperatorum habita: in quibus quum identidem Galli famem objicerent; eaque neceſſitate ad deditionem vocarent; dicitur avertendæ ejus opinionis cauſſa multis locis panis de Capitolio jactatus eſſe in hoſtium ſtationes. Sed jam neque diſſimulari, neque ferri ultra fames poterat. Itaque dum dictator delectum per ſe Ardeæ habet, magiſtrum equitum L. Valerium à Veiis abducere exercitum jubet, parat inſtruitque quibus haud impar adoriatur hoſtes: interim Capitolinus exercitus ſtationibus vigiliiſque feſſus, ſuperatis tamen humanis omnibus malis, quum famem unam natura vinci non ſineret: diem de die proſpectans, ecquod auxilium ab dictatore appareret; poſtremo ſpe quoque jam, non ſolum cibo, deficiente, [1] &, quum ſtationes procederent, prope obruen-

te, tum pleno vaporis & incendiis torrido, ſed & cinerem, non modo pulverem, ſimul ventus incubuiſſet, erigente & ferente: quæ omnia nulli minus ferenda quam Gallis, & humori & frigori adſuetis. *Quum*, pergit, *æſtu & angore vexati, vulgatis velut in pecua morbis, morerentur, jam pigritia ſingulos ſepeliendi promiſcue acervatos cumulos hominum urebant.* Quid autem commeruit, cur mutaretur τὸ *angore*? Suetonius Tiberio: *Cn. Lentulum augurem metu & angore ad faſtidium vitæ ab eo actum.* Noſter lib. 3. *Ea colluvio miſtorum omnis generis animantium & odore inſolito urbanos, & agreſtem confertum in arcta tecta æſtu ac vigiliis angebat, miniſteriaque invicem & contagio ipſa vulgabant morbos.* Volebam aliquando: *motum eſſet. Quorum intolerantiſſima gens, humori ac frigori aſſueta, quum æſtu & angore vexati, vulgatis velut in pecua morbis, morerentur: jam pigritia.* Ut Statius in 7 Thebaidos, *ſubeunt Tegeæ juventus Auxilio tardi.* Quod ſi quis malit, ſequatur. *J. F. Gron.*

1 *Et cum ſtationes procederent*] Vet. lib. aliquot, *Et cum in ſtationes procederent.* Sigonius.

Et quum ſtationes procederent] Sic egregie Rhenanus ex Borbet. cum eſſet in editis, *ſtationibus.* Profert Sigonius ex aliquot vett. libris: *Et cum in ſtationes procederent.* Quod probare cavebimus. Nam *ſtationes procedere* dicuntur, quæ uſque & uſque continuantur, hic quidem ab iiſdem, propter paucitatem propugnantium. Auctores illius ſcripturæ non meminerant, ut *procedere* dicatur eleganter continuari, addi, connumerari, computari. Columella lib. 8, 7. *Si faſtidiet cibum, totidem diebus minuere oportebit, quot jam fartura proceſſerint.* Sic in militaribus, *æra* vel *ſtipendia procedere.*

Hoc

ruentibus infirmum corpus armis ; vel dedi, vel redimi ſe, quacumque pactione poſſent, juſſit : jactantibus non obſcure Gallis, haud magna mercede ſe adduci poſſe, ut obſidionem relinquant. Tum ſenatus habitus, tribuniſque militum negotium datum, ut paciſcerentur. Inde [1] inter Q. Sulpicium tribunum militum, & Brennum regulum Gallorum colloquio tranſacta res eſt, & mille pondo auri pretium populi gentibus mox imperaturi factum. Rei fœdiſſimæ per ſe, adjecta indignitas eſt. pondera ab Gallis allata iniqua, &, tribuno recuſante, additus ab inſolente Gallo ponderi gladius : auditaque

Hoc ipſo libro : *placere autem omnibus his voluntariam extra ordinem profeſſis militiam æra procedere.* id eſt, hanc extraordinariam operam valere ad implenda juſta ſtipendia, quæ juniores ex inſtituto debebant, perinde ac ſi delectu conſcripti æſtiva integra in caſtris egiſſent : continuari cum aliis, quæ feciſſent, aut facturi eſſent, ſtipendiis ad contrahendum tempus emeriti. Lib. 25. *Qui minores ſeptem & decem annis ſacramento dixiſſent, iis perinde ſtipendia procederent, ac ſi ſeptem & decem annorum aut majores milites facti eſſent.* Lib. 27. *Ne præterita ſtipendia procederent iis, qui equo publico meruerant, ſed dena ſtipendia equis privatis facerent.* Ne continuarentur illis, neque computarentur, quæ jam feciſſent, ſtipendia ad numerum complendum, ſed tanquam tirones de integro inciperent merere. Frontinus 4 Strateg. 1. *A Patribus deinde obtinuit, ne iis præterita æra procederent.* Hoc eſt, ut in annis militiæ æſtimandis nihil eis prodeſſent præteritæ expeditiones : ſed præſtare omnes cogerentur, tanquam ex hoc tempore primum auſpicati militiam, tantoque ſerius vacationem haberent. Non enim, finirentur ſtipendia, eorumque tempus finitum eſſet, ut interpretantur : hoc enim præmium foret, non pœna. Sic & *ſtipendium* unius *anni non procedere* dicitur, quo quis cenſetur non militaſſe. Valerius Maximus l. 2 cap. 7. *Legioni enim neque ſtipendium anni procedere, neque æra dari voluit.* Hinc ad alia quoque adhibetur non minus eleganter. Cato de re Ruſt. cap. 148. *Quot dies per dominum mora fuerit, quo minus deguſtet, totidem dies emptori procedent.* id eſt, ei computabuntur, & utiles erunt, ne citius incipiat debere. P. Scipio apud Gellium lib. 5, 19. *Filium adoptivum procedere, quam ſi ex ſe natum habeat.* Sic enim libri veteres : non *prodeſſe*, ut nunc editur. Hoc eſt, æque duci & computari in utilitatem patris adoptivi ad præmia patrum promerenda. Apud eundem 15, 8 Favorinus: *Is nunc flos cœnæ habetur inter iſtos, quibus ſumptus & faſtidium pro facetiis procedit.* Varro 2 de re Ruſt. 2. *Ut agni chordi duo pro una ove annumerentur, & ſi cui vetuſtate dentes abſunt, item bina pro ſingulis ut procedant.* Ubi offendit Victorius, qui *procedere* pro numerari poſitum cenſet, quia greges ovium magni non bene numerari poſſunt, ſi eodem loco maneant : ideo ſolere paſtores claudere gregem, & dum emittunt numerare : aliter enim fore ut rurſus confunderentur. Lepidum commentum. Immo *procedant* eſt valeant, computentur, ducantur, augeant numerum. *J. F. Gron.*

1 *Inter P. Sulpicium*] Legendum *inter Q. Sulpicium*, ut dixi. *Sigonius.*

2 *Inte-*

49 ditaque [1] intoleranda Romanis vox, *Væ victis eſſe.* [2] Sed Diique & homines prohibuere redemtos vivere Romanos. nam forte quadam, prius quam infanda merces perficeretur, per altercationem nondum omni auro appenſo, dictator intervenit: auferrique aurum de medio, & Gallos ſubmoveri jubet. Quum illi renitentes, pactos dicerent ſeſe, negat eam pactionem ratam eſſe, quæ poſtquam ipſe dictator creatus eſſet, injuſſu ſuo ab inferioris juris magiſtratu facta eſſet: denunciatque Gallis, ut ſe ad prœlium expediant. Suos in acervum conjicere ſarcinas, & arma aptare, ferroque non auro recuperare patriam jubet; in conſpectu habentes fana Deum, & conjuges, & liberos, & ſolum patriæ deforme belli malis, & omnia quæ defendi repetique & ulciſci fas ſit. Inſtruit deinde aciem, ut loci natura patiebatur, in ſemirutæ ſolo urbis, & natura inæquali: & omnia quæ arte belli ſecunda ſuis eligi præpararive poterant, providit. Galli nova re trepidi arma capiunt, iraque magis quam conſilio in Romanos incurrunt. Jam verterat fortuna, jam Deorum opes humanaque conſilia rem Romanam adjuvabant. igitur primo concurſu haud majore momento fuſi Galli ſunt, quam ad Alliam vicerant. Juſtiore altero deinde prœlio ad octavum lapidem Gabina via, quo ſe ex fuga contulerant, ejuſdem ductu auſpicioque Camilli vincuntur. Ibi cædes omnia obtinuit. caſtra capiuntur, & ne nuncius quidem cladis relictus. Dictator, recuperata ex hoſtibus patria, triumphans in urbem redit: interque jocos militares, quos inconditos jaciunt, Romulus ac parens patriæ conditorque alter urbis, haud vanis

1 *Intoleranda Romanis vox, Væ victis eſſe*] Feſtus hunc locum ſic expreſſit: *Væ victis in proverbium veniſſe exiſtimatur, cum Roma capta Senonibus Gallis aurum ex conventione, & pacto penſum, ut recederent, quod de iniquis ponderibus uno ex tribunis querente, Brennus dux Gallorum ad pondera adjecit gladium, & dixit, Væ victis: quem poſtea Furius Camillus cum inſidiis circumventum concideret, & quereretur contra fœdus fieri, eadem voce remuneraſſe dicitur.* Sigonius.

2 *Sed diique homines*] Veteres plerique libri, *Sed dii, & homines.* Idem.

1 Re

variis laudibus appellatur. Servatam deinde bello patriam, iterum in pace haud dubie ſervavit, quum prohibuit migrari Veios: & tribunis rem intentius agentibus poſt incenſam urbem, & per ſe inclinata magis plebe ad id conſilium. eaque cauſſa fuit non abdicandæ poſt triumphum dictaturæ, ſenatu obſecrante, ne rempublicam in incerto relinqueret ſtatu. Omnium primum, 50
ut erat diligentiſſimus religionum cultor, quæ ad Deos immortales pertinebant, [1] retulit: & ſenatuſconſultum facit; *Fana omnia, quod ea hoſtes poſſediſſent,* [2] *reſtituerentur, terminarentur, expiarenturque: expiatioque eorum in libris per duumviros quæreretur.* [3] *Cum Cæretibus publice hoſpitium fieret, quod ſacra populi Romani ac ſacerdotes recepiſſent, beneficioque ejus populi non intermiſſus honos Deum immortalium eſſet: ludi Capitolini fierent, quod Jupiter optimus maximus ſuam ſedem atque arcem populi Romani in re trepida tutatus eſſet:* [4] *collegiumque ad eam rem M. Furius dictator conſtitueret, ex iis, qui in Capitolio atque arce habitarent.* Expiandæ etiam vocis nocturnæ,

1 *Retulit, & Senatuſconſ. facit*] Vet. lib. *Retulit, Senatuſconſultum fit.* Sigonius.

Et ſenatuſconſultum facit] Sic plures & meliores. Sigonius: *ſenatuſconſultum fit.* Sed conſul quoque aut dictator SC. facit, quum dat operam efficitque, ut fiat. Cicero lib. 9 ad Attic. *Primas ejus actiones horreo: volet enim ſenatuſconſultum facere, volet augurum decretum.* J. F. Gron.

2 *Reſtituerentur expiarenturque*] Andreas: *reſtaurarentur terminarenturque expiarenturque.* Omnes alii ante Gruterum; *reſtituerentur, terminarentur, expiarenturque.* Conſultone is omiſerit, an ſit operarum error, haud ſcio: in binis certe, quas habeo, deeſt: atque inde in tot aliis, quæ ex iſtis propagatæ. Injuria profecto. Conceptis enim verbis finiebantur templa non modo augurii aut auſpicii cauſſa, ut loquitur Varro in ſexto, ſed etiam quæ perpetua conſtituebantur ædificabanturque religionis cauſa. Lib. 1 Romulus: *Templumque iis regionibus, quas modo animo metatus ſum, dedico.* Hinc & *fines templares* apud Agrimenſores antiquos. Notus lapis Claudii: *auctis. populi. Romani. finibus. pomærium. ampliavit. terminavitque.* Idem.

3 *Cum Cæretibus publice hoſpitium fieret*] Gellius libro decimoſexto, capite decimotertio, Cæretibus hoc tempore civitatem datam ſine ſuffragio ait, ob conſervatorum ſacrorum meritum. *Sigonius.*

4 *Collegiumque ad eam rem M. Furius dictator conſtitueret ex his qui in Capitolio atque arce habitarent*] Romæ collegia quædam erant, in his *Mercurialium* & *Capitolinorum*, ut ex epiſtolis Cic. ad Q. Fratrem cognoſcimus. Erant ergo *Capitolini* collegium hominum Capitolium & arcem incolentium, ludoſque Capitolinos celebrantium. *Turneb.* l. 5 c. 28.

1 *Lo-*

Digitized by Google

cturnæ, quæ nuncia cladis ante bellum Gallicum audita neglectaque eſſet, mentio illata, juſſumque templum in Nova via [1] Aio Locutio fieri. Aurum quod Gallis ereptum erat, quodque ex aliis templis inter trepidationem [2] in Jovis cellam collatum, quum in quæ referri oporteret, confuſa memoria eſſet, ſacrum omne judicatum, & ſub Jovis ſella poni juſſum. Jam ante in eo religio civitatis apparuerat, quod quum in publico deeſſet aurum, eo quo ſumma pactæ mercedis Gallis confieret, à matronis collatum acceperant, ut ſacro auro abſtineretur. Matronis gratiæ actæ, honoſque additus, ut earum ſicut virorum, poſt mortem ſolennis laudatio eſſet. Iis peractis quæ ad Deos pertinebant, quæque per ſenatum agi poterant; tum demum, agitantibus tribunis plebem aſſiduis concionibus, ut relictis ruinis in urbem paratam Veios tranſmigrarent; in concionem, univerſo ſenatu proſequente, aſcendit, atque ita verba fecit:

51 *Adeo mihi acerbæ ſunt, Quirites, contentiones cum tribunis plebis, ut nec triſtiſſimi exilii ſolatium aliud habuerim, quoad Ardeæ vixi, quam quod procul ab his certaminibus eram: & ob eadem hæc,* [3] *non, niſi me ſenatuſconſulto populique juſſu revocaretis, rediturus umquam fuerim. Nec nunc me, ut redirem, mea voluntas mutata, ſed veſtra fortuna perpulit. quippe ut in*

ſua

1 *Locutio*] *Aio Locuto*, ut ante dxi. *Sigonius.*

2 *In Jovis ſellam coll.*] Repone, *cellam*, ut lib. 6. *In Jovis cella conſtat ante pedes Junonis poſitas fuiſſe.* Idem.

3 *Non niſi me ſenatuſconſulto*] Argumenti vis inſipida eſt. Non enim id agit, ut oſtendat voluntatem ſibi fuiſſe, nonniſi ſenatuſconſulto populique juſſu revocaretur, redeundi; quum ſtulta hæc voluntatis profeſſio eſſet, ac alio modo redire non poſſet. Deinde ſi hæc ei voluntas fuit, cur deinde negat voluntatem ſuam mutatam, quum utique redierit ſenatuſconſulto revocatus? quæ mutata eſſe non potuit, ſi fecit, quod volebat. Itaque exoſculor indicium Perizonii mei exiſtimantis Livium ſcripſiſſe: *& ob eadem hæc, non ſi me ſenatuſconſulto*, &c. ſic nervoſa eſt oratio, docetque, nullo modo Camillum ab exilio redire voluiſſe ob odium contentionum, etiamſi ſenatuſconſulto revocaretur. Hunc in modum rurſus à Livio vim argumentandi video proferri 7, 10. *Injuſſu tuo, Imperator, extra ordinem nunquam pugnaverim, non ſi certam victoriam videam.* 38, 57. *Quum illa muliebriter indignabunda nihil de communi filia ſecum conſultatum, adjeciſſet, non ſi Ti. Graccho daret, expertem conſilii debuiſſe matrem eſſe.* Jac. Gron.

1 *Spre-*

ſua ſede maneret patria, id agebatur: non ut ego utique in patria eſſem: & nunc quieſcerem ac tacerem libenter, niſi hæc quoque pro patria dimicatio eſſet, cui deeſſe quoad vita ſuppetat, aliis turpe, Camillo etiam nefas eſt. Quid enim repetiimus? quid obſeſſam ex hoſtium manibus eripuimus, ſi recuperatam ipſi deſerimus? & cum victoribus Gallis capta tota urbe, Capitolium tamen atque arcem Diique & homines Romani tenuerint, habitaverint; victoribus Romanis recuperata urbe, arx quoque & Capitolium deſeritur: & plus vaſtitatis huic urbi ſecunda noſtra fortuna faciet, quam adverſa fecit. Equidem ſi nobis cum urbe ſimul poſitæ traditæque per manus religiones nullæ eſſent; tamen tam evidens numen hac tempeſtate rebus affuit Romanis, ut omnem negligentiam divini cultus exemtam hominibus putem. Intuemini enim horum deinceps annorum vel ſecundas res vel adverſas: invenietis omnia proſpere eveniſſe ſequentibus Deos, adverſa ſpernentibus. Jam omnium primum Veiens bellum (per quot annos, quanto labore geſtum!) non ante cepit finem, quam monitu Deorum aqua ex lacu Albano emiſſa eſt. Quid hæc tandem urbis noſtræ clades nova? num ante exorta eſt, quam [1] ſpreta vox cœlo emiſſa de adventu Gallorum, quam gentium jus ab legatis noſtris violatum, quam à nobis, quum vindicari deberet, eadem negligentia Deorum prætermiſſum? Igitur victi captique ac redemti tantum pœnarum Diis hominibuſque dedimus, ut terrarum orbi documento eſſemus. Adverſæ deinde res admonuerunt religionum. Confugimus in Capitolium ad Deos, ad ſedem Jovis optimi maximi: ſacra in ruina rerum noſtrarum alia [2] terra celavimus, alia avecta in finitimas urbes amovimus

1 *Spreta vox cœlo emiſſa*] Malim, *cœlo miſſa*: vel quia proxime præceſſit alterum. Et ſic malunt paſſim veteres. Lib. 1. *Prodigia fulminibus aliove quo viſo miſſa.* Lib. 7. *Ut augurium cœlo miſſum lætus accepit tribunus.* Lib. 26. *Imperia conſiliaque velut ſorte oraculi miſſa.* Lib. 34. *Ut eas voces velut oraculo miſſas in pectora animoſque demitterent.* Idem vitium apud Senecam ad Polybium cap. 33. *Aliud habebunt hoc dicente pondus verba velut ab oraculo miſſa.* Sic enim MSS. omnes Grutero teſte: at vulgati, *emiſſa*. Ad Marciam: *& implevit oculos & aliquot voces flebiles miſit.* Lib. 2 de Ira: *Si miſſa eſſet vox publicè adfectus.* Horatius: *Neſcit vox miſſa reverti.* Nec oblitus ſum infra quoque legi, *rem dubiam decrevit opportune vox emiſſa*. J. F. Gron.

2 *Terra celavimus*] Malim *terra*, quod & eſt in margine Voſſiani. *Idem.*

vimus ab hoſtium oculis. Deorum cultum, deſerti ab Diis hominibuſque tamen non intermiſimus. Reddidere igitur patriam, & victoriam, & antiquum belli decus amiſſum: & in hoſtes, qui cæci avaritia in pondere auri fœdus ac fidem fefellerunt, verte-
52 *runt terrorem, fugamque & cædem. Hæc culti neglectique numinis tanta monimenta in rebus humanis cernentes, ecquid ſentitis, Quirites, quantum vixdum ex naufragiis prioris culpæ cladiſque emergentes, paremus nefas? Urbem auſpicato inauguratoque conditam habemus: nullus locus in ea non religionum Deorumque eſt plenus: ſacrificiis ſolennibus non dies magis ſtati quam loca ſunt, in quibus fiant. Hos omnes Deos, publicos privatoſque, Quirites, deſerturi eſtis?* [1] *Quam par veſtrum factum eſt, quod in obſidione nuper in egregio adoleſcente C. Fabio, non minore hoſtium admiratione quam veſtra, conſpectum eſt; quum inter Gallica tela degreſſus ex arce ſolenne Fabiæ gentis in colle Quirinali obiit? An gentilicia ſacra ne in bello quidem intermitti, publica ſacra & Romanos Deos etiam in pace deſeri placet? & pontifices flamineſque negligentiores publicarum religionum eſſe, quam privatus in ſolenni gentis fuerit? Forſitan aliquis dicat, aut Veiis ea nos facturos, aut huc inde miſſuros ſacerdotes noſtros, qui faciant: quorum neutrum fieri ſalvis cærimoniis poteſt. & ne omnia generatim ſacra, omneſque percenſeam Deos; in Jovis epulo, num alibi, quam in Capitolio pulvinar ſuſcipi poteſt? Quid de æternis Veſtæ ignibus, ſignoque, quod imperii pignus cuſtodia ejus templi tenetur, loquar? quid de ancilibus veſtris, Mars Gradive, tuque Quirine pater? hæc omnia in profano deſeri placet ſacra, æqualia urbi, quædam vetuſtiora origine urbis? Et videte quid inter nos ac majores interſit. illi ſacra quædam* [2] *in monte Albano Lavinioque nobis facienda tradiderunt.* [3] *An ex hoſtium urbibus Romam ad*

nos

1 *Quam par veſtrum factum eſt, quod*] Scribe: *veſtro.* Lib. 28. *Quam compar conſilium tuum parentis tui conſilio ſit, reputa.* Aut, *quam par veſtrum factum iſti, quod.* J. F. Gron.

2 *In monte Albano Lavinioque*] Equidem ἐπὶ λόφῳ τινὶ Lavinium ſtatuit Dionyſius. Videtur tamen Livius ſcripſiſſe: *in monte Albano Laviniique.* Voſſ. prior, Andreas & priſcæ edd. *Lavinoque.* Idem.

3 *An ex hoſtium urbibus*] Sic ſcripti & edi-

nos transferri ſacra religioſum fuit: hinc ſine piaculo in hoſtium urbem Veios transferemus? Recordamini agitedum, quoties ſacra inſtaurentur, quia aliquid ex patrio ritu negligentia caſuve prætermiſſum eſt. Modo quæ res, poſt prodigium Albani lacus, niſi inſtauratio ſacrorum auſpiciorumque renovatio, affectæ Veienti bello reipublicæ remedio fuit? At etiam, tamquam veterum religionum memores, & peregrinos Deos tranſtulimus Romam, & inſtituimus novos. Juno Regina tranſvecta à Veiis nuper, in Aventino, quam inſigni ob excellens matronarum ſtudium, celebrique dedicata eſt die? Aio Locutio templum propter cœleſtem vocem exauditam in Nova via juſſimus fieri: Capitolinos ludos ſolennibus aliis addidimus; collegiumque ad id novum, auctore ſenatu, condidimus. Quid horum opus fuit ſuſcipi, ſi una cum Gallis urbem Romanam relicturi fuimus? ſi non voluntate manſimus in Capitolio per tot menſes obſidionis? ſi ab hoſtibus metu retenti ſumus? De ſacris loquimur, & de templis: quid tandem de ſacerdotibus? Nonne in mentem venit, quantum piaculi committatur? Veſtalibus nempe una illa ſedes eſt, ex qua eas nihil umquam præterquam urbs capta movit. Flamini diali noctem unam manere extra urbem nefas eſt. Hos Veientes pro Romanis facturi eſtis ſacerdotes, & Veſtales tuæ te deſerent Veſta? & Flamen peregre habitando, in ſingulas noctes tantum ſibi reique publicæ piaculi contrahet? Quid alia, quæ auſpicato agimus omnia fere intra pomœrium, cui oblivioni, aut cui negligentiæ damus? Comitia curiata, quæ rem militarem continent; comitia centuriata, quibus conſules tribunoſque militares creatis, ubi auſpicato, niſi ubi adſolent, fieri poſſunt? Veioſne hæc transferemus? an comitiorum cauſſa populus tanto incommodo in deſertam hanc ab Diis hominibuſque urbem conveniet? Sed [1] res 53
ipſa

& editi. Sed hiat oratio. Scribo: *Quæ ex hoſtium urbibus Romam ad nos transferri ſacra religioſum fuit, hinc ſine piaculo in hoſtium urbem Veios transferemus?* J. F. Gron.

1 *Res ipſa cogit vaſtatam incendiis*] Quicquid ſcriptorum veterum eſt cum pleriſque editis: *vaſtam.* idque repoſuimus. Ut & lib. 23, 30. *Itaque urbe à defenſoribus vaſta facile potiti ſunt hoſtes.* Ita antiquiſſimus codex à manu prima, & conjecerat Lipſius ex *vaſtata*, quod habent vulgares calamo exarati, habebantque editi ante Sigo-

ipſa cogit vaſtam incendiis ruiniſque relinquere urbem, & ad integra omnia Veios migrare, nec hic ædificando inopem plebem vexare. Hanc autem jactari magis cauſſam, quam veram eſſe, ut ego non dicam, apparere vobis, Quirites, puto, qui meminiſtis ante Gallorum adventum, ſalvis tectis publicis privatiſque, ſtante incolumi urbe, hanc eandem rem actam eſſe, ut Veios tranſmigraremus. Et videte, quantum inter meam ſententiam veſtramque interſit, tribuni. Vos etiam ſi tunc faciendum non fuerit, nunc utique faciendum putatis: ego contra (nec id mirati ſitis, prius quam, quale ſit, audieritis) etiamſi tunc migrandum fuiſſet incolumi tota urbe, nunc has ruinas relinquendas non cenſerem. Quippe tum cauſſa nobis in urbem captam migrandi victoria eſſet, glorioſa nobis ac poſteris noſtris; nunc hæc migratio nobis miſera ac turpis, Gallis glorioſa eſt. non enim reliquiſſe victores, ſed amiſiſſe victi patriam videbimur. hoc ad Alliam fuga, hoc capta urbs, hoc circumſeſſum Capitolium neceſſitatis impoſuiſſe, ut deſereremus penates noſtros, exiliumque ac fugam nobis ex eo loco conſciſceremus, quem tueri non poſſemus. & Galli evertere potuerunt Romam, quam Romani reſtituere non videbuntur potuiſſe? Quid reſtat, niſi ut jam novis copiis veniant, (conſtat enim vix credibilem multitudinem eſſe) & habitare in capta ab ſe, deſerta à vobis, hac urbe velint, ſinatis? Quid ſi non Galli hoc, ſed veteres hoſtes veſtri, Æqui Volſcive faciant, uti commigrent Romam? [1] Velitiſne illos Romanos,

nium, ex improbo libro ſuo *vacua* cum præfatione reponentem. Salluſtius: *mons & ab natura & ab humano cultu vaſtus*. Livius 10. *Nec ſolum modo vaſtum hoſti relictum*. Curtius lib. 4. *Per loca jam inania & ingenti ſolitudine vaſta fugiebat*. J. F. Gron.

1 *Velitiſne illos Romanos, vos Veientes eſſe? non malitis*] Glareanus fatetur, ſe non intelligere, quid Livius ſibi per *ſolitudinem* velit, nec quæ ſequuntur admodum clara eſſe. Sigonius hunc eſſe ſenſum ait: nonne malitis Romæ ſolitudinem hanc veſtram eſſe, quam urbem hoſtium Veios? Cui merito reſpondet Glareanus, æque nunc ſibi lucere atque antea, & vix credere, ipſum Sigonium, quid diceret, intellexiſſe. MSS. Andreas, Ven. Tarv. Mog. Aſc. Savet. *an malitis*: & ſic legendum ratio evincit. Duo proponit pariter abſurda, & deteſtanda: ideo ſubjicitur, *non equidem video, quid magis nefas ſit*. Ergo & nefas eſt illud quod non intellexerunt, *malle hanc ſolitudinem quam urbem hoſtium eſſe*: nec poteſt ferri, *non malitis*, à Sigonio probatum. Neutrum enim debere illos malle vult Camillus. Si, inquit, poſteaquam vos ruderibus his & pa-

nos, vos Veientes eſſe? an malitis hanc ſolitudinem veſtram, quam urbem hoſtium eſſe? non equidem video quid magis nefas ſit. Hæc ſcelera, quia piget reædificare, hæc dedecora, pati parati eſtis? Si tota urbe nullum melius ampliuſve tectum fieri poſſit, quam caſa illa conditoris eſt noſtri, non in caſis ritu paſtorum agreſtiumque habitare eſt ſatius inter ſacra penateſque veſtros, quam exulatum publice ire? Majores noſtri convenæ paſtoreſque, quum in his locis nihil præter ſilvas paludeſque eſſet, novam urbem tam brevi ædificaverunt: nos capitolio, arce incolumi, ſtantibus templis Deorum, ædificare incenſam piget? & quod ſinguli facturi fuimus, ſi ædes noſtræ deflagraſſent, hoc in publico incendio univerſi recuſamus facere? Quid tan- 54
dem, ſi fraude, ſi caſu Veiis incendium ortum ſit, ventoque (ut fieri poteſt) diffuſa flamma magnam partem urbis abſumat; Fidenas inde aut Gabios, aliamve quam urbem quæſituri ſumus, quo tranſmigremus? Adeo nihil tenet ſolum patriæ? nec hæc terra quam matrem appellamus? ſed in ſuperficie tigniſque caritas nobis patriæ pendet? [1] Equidem, fatebor vobis, etſi minus [2] injuriæ veſtræ quam meæ calamitatis meminiſſe juvat; quum

& parietinis deceſſeritis Veioſque migraveritis, tum non quidem Galli, ſed alii Italiæ populi, imprimis Æqui & Volſci, perpetui hoſtes, ſolum derelictum condendæ urbis cauſa occupent, quid eſtis facturi? Utrum patiemini illos habitare, & inde adſciſcere nomen Romanorum, cum vos Veientes dicemini; an placebit potius locum hunc, ubi nunc eſt Roma, deſertum vacare & manere vaſtitatem ac ſolitudinem veſtræ ditionis, quam frequentari ab hoſtibus illorumque urbem & habitationem reddi? Quorum utrumque cum ſit abominandum, colligit inde debere illos conſilium de migrando Veios abjicere & urbem incenſam ac vaſtatam reædificare. *J. F. Gron.*

Non malitis hanc ſolitudinem veſtram, quam urbem hoſtium eſſe] Senſus, quem ſe percipere non poſſe Glareanus ex his verbis fatetur, hic eſt: Si Æqui, Volſcique Romam commigrent à vobis relictam, nonne malitis Romæ ſolitudinem hanc veſtram eſſe, quam urbem hoſtium Veios? Solitudinem autem iccirco ait, quia vaſtatam à Gallis Romam plebs deſerere cupiebat, & Veios tranſmigrare. Hoc autem vult is: *Nonne relictu tum Veiis ad Romam occupandam recurretis?* Sigonius.

1 *Et quidem fat.*] Veteres libri, *Equidem fatebor vobis.* Idem.

2 *Injuriæ veſtræ quam meæ calamitatis*] Hæc ſic pronunciantur, quaſi duæ ſint res diverſorum generum, altera cujus juvet meminiſſe, altera cujus minus juvet. At revera non differunt, niſi quod priorem poſterior neceſſario conſecuta eſt: & utramque ex animo delere optimum civem Camillum voluiſſe putandum. Flagitat ſenſus,

quum abeſſem; quotieſcunque patria in mentem veniret, hæc omnia occurrebant, colles, campique, & Tiberis, & aſſueta oculis regio, & hoc cœlum, ſub quo natus educatuſque eſſem. quæ vos, Quirites, nunc moveant potius caritate ſua, ut maneatis in ſede veſtra, quam poſtea quum reliqueritis ea, macerent deſiderio. Non ſine cauſa Dii hominesque hunc urbi condendæ locum elegerunt; ſaluberrimos colles, flumen opportunum, quo ex mediterraneis locis fruges devehantur, quo maritimi commeatus accipiantur: mare vicinum ad commoditates, nec expoſitum nimia propinquitate ad pericula claſſium externarum: regionum Italiæ medium, ad incrementum urbis natum unice locum. Argumento eſt ipſa magnitudo tam novæ urbis. trecenteſimus ſexageſimus quintus annus urbis, Quirites, agitur: inter tot veterrimos populos tamdiu bella geritis, quum interea, ne ſingulas loquar urbes, non conjuncti cum Æquis Volſci, tot tam valida oppida, non univerſa Etruria tantum terra marique pollens, atque inter duo maria latitudinem obtinens Italiæ, bello vobis par eſt. Quod quum ita ſit, quæ (malum) [1] ratio eſt expertis alia experiri, quum jam, ut virtus veſtra tranſire alio poſſit, fortuna certe loci hujus [2] transferri non poſſit? Hic Capitolium eſt, ubi quondam capite humano invento reſponſum eſt, eo loco caput rerum ſummamque imperii fore. hic, quum augurato liberaretur Capitolium, Juventas Terminuſque maximo gaudio patrum noſtrorum moveri ſe non paſſi. hic Veſtæ ignes, hic Ancilia cœlo demiſſa, hic omnes propitii manentibus vobis Dii.

55 Moviſſe eos Camillus tum alia oratione, tum ea quæ ad religiones pertinebat, maxime dicitur. ſed rem dubiam decre-

ſus: *etſi minus tam injuria veſtra quam mea.* Aut *etſi minus qua injuria veſtra qua mea calamitatis meminiſſe juvat.* J. F. Gron.

1 *Ratio eſt expertis alia experiri*] Hic ſubeſſe ulcus præter ipſum genus loquendi oſtendunt MSS. codices. nam & Voſſ. & Helm. & Rott. *expertis latos alia experiri.* Margo autem Voſſiani pro *latos* ſatis antiqua manu exhibet *lares.* Fortaſſis: *qua, malum, ratio eſt expertis lares alios experiri.* Tentare ſedes alias, quam quas tam diu feliciter experti ſumus. *Alios expertis*, ut Horatio, *aut alius Lyſippo duceret æra*: ut Phædrus: *Quod ſi accuſator alius Sejano foret.* Idem.

2 *Transferri non poſſit*] Vet. lib. *Transferri hinc non poſſit*. Sigonius.

1 Ex

decrevit opportune vox emiſſa, quod quum ſenatus poſt paullo de his rebus in curia Hoſtilia haberetur, cohorteſque ex præſidiis revertentes, forte agmine forum tranſirent, centurio in comitio exclamavit: *Signifer, ſtatue ſignum: hic manebimus optime.* qua voce audita, & ſenatus, *accipere ſe omen*, ex curia egreſſus, conclamavit, & plebes circumfuſa, approbavit. Antiquata deinde lege, promiſcue urbs ædificari cœpta. Tegula publice præbita eſt: ſaxi materiæque cædendæ, unde quiſque vellet, jus factum: prædibus acceptis eo anno ædificia perfecturos. Feſtinatio curam exemit vicos dirigendi, dum omiſſo ſui alienique diſcrimine, in vacuo ædificant. Ea eſt cauſa, ut veteres cloacæ, primo per publicum ductæ, nunc privata paſſim ſubeant tecta: formaque urbis ſit occupatæ magis, quam diviſæ ſimilis.

EPITOME

LIBRI VI.

Res adverſus Æquos [1] & Volſcos & Præneſtinos proſpere geſtas continet. Quatuor tribus additæ, Stellatina, [2] Sabatina, [3] Tromentina, Narnienſis. M. Manlius, qui Capitolium à Gallis defenderat, quum obſtrictos ære alieno liberaret, nexos exſolveret, crimine affectati regni damnatus; de ſaxo Tarpeio dejectus eſt: [4] in cujus notam Sena-

1 *Et Volſcos, & Hetruſcos*] Pro *Hetruſcos* repone *Præneſtinos*. Nam hæc vox in vet. lib. Et de Præneſtinis ſubactis agit hoc in libro pluribus Livius. *Sigon.*

2 *Sabbatina*] *Sabatina* uno *b*, ſcribendum. *Eſt enim*, ut ait Feſtus, *à Sabate lacu appellata.* Idem.

3 *Promentina, Arnienſis*] *Tromentina, Arnienſis*, ſcribendum ex Feſto, qui *à campo Tromento tribum Tromentinam inveniſſe nomen* ait. Item ex veteribus libris, oratione prima contra Rullum, & lib. 29 Livii. *Idem.*

4 *In cujus notam Senatuſconſultum factum eſt*] Vel vitioſa eſt hæc periodus, & delendum τὸ *Senatus.* vel defecta eſt, ac tum verba ipſa ſenatuſconſulti, tum quæ de gentili decreto Livius memorat, exciderunt. Vide ipſum Livium. *Jac. Gron.*

Digitized by Google

Senatuſconſultum factum, [1] *ne cui de Manlia gente Marco cognomen eſſet. C. Licinius, & L. Seſtius trib. pleb. legem promulgarunt,* [2] *ut conſules etiam ex plebe fierent, qui ex Patribus creabantur.* [3] *eamque legem cum magna contentione repugnantibus Patribus, quum eidem trib. plebis per quinquennium ſoli magiſtratus fuiſſent, pertulerunt; &* [4] *primus ex plebe conſul L. Seſtius creatus eſt. Lata eſt altera lex,* [5] *ne cui plus quingentis jugeribus agri liceret poſſidere.*

1 QUæ ab condita urbe Roma [6] ad captam eandem urbem Romani ſub regibus primum, conſulibus deinde ac dictatoribus, decemviriſque ac tribunis conſularibus geſſere, foris bella, domi ſeditiones, quinque libris expoſui; res quum vetuſtate nimia obſcuras, veluti quæ magno ex intervallo loci vix cernuntur: [7] tum quod & raræ per eadem tempora

1 *Ne cui de Manl. gente Marco cognomen eſſet*] Perſpicue mendoſum, *Marco cognomen. Pranomen* enim potius ſcribendum eſſet, ut ait Quintilianus lib. 3. *M. Manlii pranomen è familia in poſterum exemptum eſt.* At legendum tamen puto *nomen.* Erravit autem librarius, quia *Marco cognomen* ſcripſit ſyllaba, ut fit, repetita, ſine cauſa. Itaque recte Plutarchus in lib. τῶν Κεφαλαίων. τὸν Μάλλιον ἀπώμοτόν φασιν εἶναι τοῦ οἴκου, μηδενὶ Μαλλίῳ ὄνομα Μάρκου γίνεσθαι: *Sigonius.*

2 *Ut conſules etiam*] Vet. libri, non habent. *etiam.* Idem.

3 *Eam legem*] Vet. lib. *Eamque legem.* Idem.

4 *Primus omnium ex plebe factus eſt*] Induc vocem *Omnium* ex vet. lib. *Idem.*

5 *Ne cuiquam*] Vet. lib. *Ne cui.* Idem.

6 *Ad captam eandem urbem*] Delendum τὸ *urbem.* Muretus. Etſi fortaſſe hoc videatur mereri plauſum; vide tamen, ſi velit quoque Livius, qui 44, 37. *Ab hora ſecunda ad quartam horam noctis.* 1, 23. *bellum utrinque ſumma ope apparabatur civili ſimillimum bello.* Et 56. *Baculum incluſum corneo cavato ad id baculo.* Et ſæpe. *Jac. Gron.*

7 *Tum quod perrara*] Vet. lib. *Tum quod & rara per eadem.* Nam ſequitur pars altera: *& quod etiam.* Sigonius.

Quod & rara per eadem tempora litera] Rhenanus: *quod & parva & rara per eadem t. litera fuere: literaſque* interpretatur inſcriptiones. Sed illud meliorum codicum. *Litera* autem quævis ſunt ſcripturæ & ingenii monumenta conſcripta literiſque tradita; hic hiſtoriæ. Lib. 25. *Quicumque libros vaticinos precationeſve aut artem ſacrificandi conſcriptam haberent, eos libros omnes literaſque ad ſe ante Kal. April. deferret.* Cæſar Gall. 6, ubi tradit, cur Druides carmina ſua ſcribi nolint, ſed memoriæ mandari: *neque eos qui diſcunt, literis confiſos nimis memoriæ ſtudere: quod fere pleriſque accidit, ut præſidio literarum diligentiam in perdiſcendo ac memoriam remittant.* Plinius præfat. Hiſtor. naturalis: *Hoc ante me fecit in literis noſtris Valerius Soranus.* id eſt, inter ſcriptores noſtros, ſeu Latinos.

pora literæ fuere; una cuſtodia fidelis memoriæ rerum geſtarum: &, quod etiam [1] ſi quæ in commentariis pontificum, aliiſque publicis privatiſque erant monumentis, incenſa urbe pleræque interiere. Clariora deinceps certioraque ab ſecunda origine, velut ab ſtirpibus lætius feraciuſque renatæ urbis, geſta domi militiæque, exponentur. [2] Cæterum quo primo adminiculo erecta erat, eodem innixa M. Furio principe ſtetit. neque eum abdicare ſe dictatura, niſi anno circumacto paſſi ſunt. Comitia in inſequentem annum tribunos habere, quorum in magiſtratu capta urbs eſſet, non placuit: res ad interregnum rediit. Quum civitas in opere ac labore aſſiduo reficiendæ urbis teneretur, interim Q. Fabio, [3] ſimul primum magiſtratu abiit, ab C. Marcio tribuno plebis dicta dies eſt, quod legatus in Gallos, ad quos miſſus erat orator, contra jus gentium pugnaſſet. cui judicio eum mors, adeo opportuna, ut voluntariam magna pars crederet, ſubtraxit. [4] Interregnum initum. P. Cornelius

tinos. Quod ſi recordatus eſſet Andreas Schottus, non correxiſſet *fecit inter noſtros.* Idem Plinius 2, 52. *Tuſcorum literæ novem deos emittere fulmina exiſtimant.* Servius ad ſeptimum Æneidos: *Ut Graji perhibent*] *ut veſtræ continent literæ.* Denique noſter libro ſequenti: *Eum clavum, quia raræ per ea tempora literæ erant, notam numeri annorum fuiſſe ferunt.* J. F. Gron.

1 *Si quæ in commentariis pontificum, aliiſque monumentis, incenſa urbe pleræque interiere, clariora deinceps* &c.] Plutarchus de fortuna Romanorum hæc verba ex Livio vertit, citato ejus nomine. Ita, Ἀλλὰ τί δεῖ περὶ ταῦτα διαπείθειν; σαφὲς οὐδὲν οὐδὲ ὡρισμένον ἔχει, τῷ καὶ τὰ πράγματα διαφθαρῆναι τῶν Ῥωμαίων, καὶ συγχυθῆναι τοὺς κατ' αὐτῶν ὑπομνηματισμούς, ὡς Λίβιος ἱστόρηκε. τὰ γὰρ ὕστερον μᾶλλον ὄντα δῆλα καὶ καταφανῆ, δεικνύει τῆς τύχης εὐμένειαν. *Sigonius.*

2 *Cæterum primo quo adm.*] Lege ex veteribus libris: *Cæterum quo primo adminiculo.* Idem.

3 *Simul primum magiſtratu abiit*] Secundam vocem à Livio non veniſſe exiſtimo & abolendam. 9, 26. *Intellecturoſque id ita eſſe, ſimul magiſtratu abiiſſent.* 23, 29. *Simul inclinatam aciem viderunt.* 10, 17. *Simul admota ſunt ſigna.* Et abeſſe nunc comperior à Rottendorffiano. Ita 4, 18, ubi nunc editur, *quod ubi conſpexit*, MSS. Pall. & Rhen. item Voſſ. uterque, Rottendorff. exhibent, *quod ſimul ubi conſpexit*, nos pro varia lectione non dubitamus Livium ſcripſiſſe, *quod ſimul conſpexit*, ut habetur in MS. Helmæſtad. Adde patrem ad 4, 31. Itaque & apud Ciceronem 4 Tuſc. Quæſt. 2 ſemper ſolitus ſum legere: *facile ut appareat, noſtros omnia conſequi potuiſſe, ſimul velle cœpiſſent*, non *ſimul ut velle*, quod editiones obſidet. *Jac. Gron.*

4 *Interregnum iniit tum*] Particulam addidit Sigonius, & conſentiunt ſcripti noſtri. Sed iidem *Scipio interrex:* pro quo ſubjecit ille, *Scipio iterum.*

Digitized by Google

nelius Scipio interrex, & poſt eum M. Furius Camillus iterum. Is tribunos militum conſulari poteſtate creat, [1] L. Valerium Poplicolam iterum, L. Virginium, P. Cornelium, A. Manlium, L. Æmilium, L. Poſtumium. [2] Hi ex interregno quum extemplo magiſtratum iniſſent, nulla de re prius quam de religionibus Senatum conſuluere. In primis fœdera ac leges ([3] erant autem eæ duodecim tabulæ, & quædam regiæ leges) [4] conquiri quæ comparerent, juſſerunt: [5] alia ex eis edita etiam in vul-

Poſtea mutavit ſententiam ſcripſitque: *Interregnum initum. P. Cornelius Scipio interrex.* At Gruterus: *Interregnum iniit tum P. Cornelius Scipio. Interrex & poſt.* Placet Sigonianum poſterius, ut τὸ *iterum* ad utrumque referatur. Vide lib. 5, 31. Sic lib. 8. *Itaque interregnum initum. duo interreges fuerunt, M. Valerius ac M. Fabius. is creavit conſules.* Lib. 10. *Eo anno (nec traditur cauſa) interregnum initum. interreges fuere Ap. Claudius,* &c. J. F. Gron.

1 *A. Valerium Publicolam iterum*] Ex quatuor reliquis ejus tribunatibus mil. apparet non *A.* ſed *L. Valerium Publicolam* legendum. *Auli* etiam prænomen non tulerunt, quod memoriæ traditum ſit, *Valerii*, niſi in mendoſis perſpicue libris. *Sigonius.*

2 *Ii ex interr.*] Vet. lib. *Hi ex interregno.* Idem.

3 *Erant autem ea duod. tab.*] Vet. lib. *Erant autem area duodecim tabula.* Idem.

Erant autem ea duodecim tabulæ] Confero me ad priſc.m lectionem, & quod notat Sigonius ex vet. lib. *area*, quod etiam habent omnes alii MSS. vel *anea*, non puto rejiciendum. Addit quippe materiem, ut ſciamus, cur iſtæ igni reſtiterint. Et fœderis in ære mentio eſt ſupra 2, 33. Sed & præterea conſiderandum, an non iſtud poſterius *leges* ſit ſpurium, ut intellexerit Livius tabulas regias, hoc eſt, ſub regibus perfectas, non modo legum, ſed etiam fœderum, aliorumque monumentorum. *Jac. Gron.*

4 *Conquiri, quæ comparerent, juſſerunt*] Male Sigonius: *& Comparari.* Unde enim *comparari*? At illud eſt ſupereſſe. Ut Cicero Bruto: *Nobis quidem pueris hæc oratio omnium optima putabatur, quæ vix jam comparet.* Lib. 1 in Verrem: *Signa & dona comparere omnia.* J. F. Gron.

5 *Alia ex eis edita*] *Ex eis*, id eſt, præter ea, ut in principio lib. 29. *Sigonius.*

Alia ex eis edita] Sigonius: *Ex eis*, id eſt, præterea, ut in principio lib. 29. Nec opus eſt hac ſubtilitate, nec ſermo eam fert. Alia puta capita ex legibus, quas appellavit, publicarum: at quæ de ſacris, celavere ac ſibi reſervavere pontifices. Glareanus etiam quærit quæ *alia*, cum poſſit referri tam ad *fœdera* quam ad *leges*. Immo, *alia*, uti diximus, legum capita, vel condita & ſtatuta legibus, ex iiſdem ſunt in vulgus edita: quæ ad religionem ſpectabant, ab Numa & Anco aliiſve antehac publicata, ſuppreſſerunt & domi continuerunt pontifices, ut ea ſui beneficii facerent; ut ab ſe peterentur, non promiſcue noſcerentur. Exemplum eſt in illis, quæ de Cn. Flavio in libro nono extremo referuntur. Nimis curioſus eſt Glareanus, qui putat ea Livio exponenda fuiſſe, & de neſcio quibus Baccheis ſuſpicatur ſacris. Erant patria & publica, ad quæ cives religione obligati eſſent: eorum è propatulo ſumendorum copiam plebi negarunt pontifices:

vulgus; quæ autem ad ſacra pertinebant, à pontificibus maxime, ut religione obſtrictos haberent multitudinis animos, ſuppreſſa. Tum de diebus religioſis agitari cœptum, [1] diemque a. d. xv Kalendas Sextiles duplici clade inſignem (quo die ad Cremeram Fabii cæſi: quo deinde ad Alliam cum exitio urbis fœde pugnatum) à poſteriore clade Allienſem appellarunt, [2] inſignemque rei nulli publice privatimque agendæ fecerunt. Quidam, quod poſtridie Idus Quintiles [3] non litaſſet Sulpicius tribunus militum, neque inventa pace Deum poſt diem tertium objectus hoſti exercitus Romanus eſſet, etiam poſtridie Idus rebus divinis ſuperſederi juſſum: [4] inde ut poſtridie Kalendas quoque ac Nonas eadem religio eſſet, traditum, putant. Nec diu licuit quietis conſilia erigen- 2
dæ ex tam gravi caſu reip. ſecum agitare. Hinc Volſci veteres hoſtes ad extinguendum nomen Romanum arma ceperant, hinc Etruriæ principum ex omnibus populis conjurationem de bello ad fanum Voltumnæ factam, mercatores aſſerebant. [5] novus quoque terror acceſſerat defectione Latinorum Hernicorumque, [6] qui poſt pugnam

fices: interim edocendorum per partes & opportuna tempora jus auctoritatis ſuæ firmandæ gratia ſibi reſervarunt. *J. F. Gron.*

1 *Diemque ad* xv *Cal. Sextiles*] Legendum puto. *Diemque a. d.* xv *Kal. Sex.* Qua de re infra dicam. *Sigonius.*

2 *Inſignemque rei nulli*] An ita uſquam loquitur Livius? Ratio certe Latinitatis vellet: *inſignemque re nulla publice privatimque agenda.* Tan. Faber.

3 *Non litaſſet Sulpicius*] Vet. lib. *Non litaſſet P. Sulpicius*; at ego ſupra oſtendi, *Q. Sulpicius* legendum. *Sigonius.*

4 *Inde ut poſtridie Cal. quoque ac Non. ead. religio eſſet traditum putant*] Miratur Glareanus Livium dixiſſe, *Traditum putant*, pro *Tradunt*, eumque quaſi parum Latine loquutum arguit: verum immerito. non enim interpuncta ſcite hæc verba ſunt, verum ita debent diſtingui: *Inde, ut poſtridie Kal. quoque ac Nonas eadem religio eſſet, traditum, putant*, hoc ſenſu; Inde putant traditum atque inſtitutum eſſe, ut poſtridie Kal. & Nonas ater dies haberetur. Id enim ita eſſe docet Macrobius lib. 1 Saturnalium: *Tum patres juſſiſſe, ut ad collegium Pontificum de his religionibus referretur, pontificeſque ſtatuiſſe, poſtridie omnes Kal. Nonas, Idus atros dies habendos.* Idem tradit etiam Gellius lib. 5 cap. 17 & Plutarchus in libro τ̃ Κεφαλαίων, citato etiam Livii teſtimonio. *Idem.*

5 *Novus quoque terror acceſſerat defectione Latinorum*] Niſi Livius ediderit *defectio Lat.* epexegeſi ſatis grata. Plane ut 6, 6. *Nova cura Latini Hernicique.* Jac. Gron.

6 *Qui poſt pugnam ad lacum Regillum fact.*] A pugna Regillenſi ad hunc annum,

gnam ad lacum Regillum factam, per annos prope centum numquam ambigua fide in amicitia populi Romani fuerant. Itaque quum tanti undique terrores circumſtarent, appareretque omnibus, non odio ſolum apud hoſtes, ſed contemtu etiam inter ſocios nomen Romanum laborare; placuit [1] eiſdem auſpiciis defendi rempublicam, quibus recuperata eſſet, dictatoremque dici M. Furium Camillum. Is dictator C. Servilium Ahalam magiſtrum equitum dixit: juſtitioque indicto, delectum juniorum habuit; ita ut ſeniores quoque, quibus aliquid roboris ſupereſſet, in verba ſua juratos centuriaret. Exercitum conſcriptum armatumque trifariam diviſit. partem unam in agro Veiente Etruriæ oppoſuit: alteram ante urbem caſtra locare juſſit. [2] tribunus militum his A. Manlius, illis qui adverſus Etruſcos mittebantur, L. Æmilius, præpoſitus: tertiam partem ipſe ad Volſcos duxit. nec procul ab Lanuvio ([3] *ad Marcium* is locus dicitur) caſtra oppugnare eſt adortus. Quibus ab contemtu (quod prope omnem deletam à Gallis Romanam juven-

annum, in Livio ſunt plures quam centum ac decem anni: at à pace Hernicis data prorſus centum. Ad *Hernicos* itaque hoc loco anni referendi. *Glareanus.*

1 *Ejuſdem auſpiciis defendi remp. cujus*] Voſſ. antiquior, *quibus*. Haud dubie ſcripſerat, *eiſdem auſpiciis d. r. quibus*. Et ſic edebant Andreas & omnes uſque ad Moguntinos. Aldus mutavit. Quaſi non alterum eodem ſenſu & elegantius dicatur. Curtius lib. 5. *Diis adverſis bellum inimus, & pertinax fortuna Perſas urgere non deſinet. Novis initiis & ominibus opus eſt. Auſpicium & imperium alii trade interim.* J. F. Gron.

2 *Tribunus militum his A. Manlius*] Plerique libri per notas, *tr. mil.* Sed Voſſianus alter & Mureti, *tribuni*. Unde ſuſpicor Livium ſcripſiſſe: *tribuni militum his A. Manlius, illis, qui adverſus Etruſcos mittebantur, L. Æmilius præpoſiti.* Idem.

3 *Ad Metium is locus dicitur*] Plutarchus in Camillo in expoſitione hujus belli bis ait: περὶ τὸ Μάρκιον ὄρος, id eſt, *ad Marcium montem*, ut intelligi ex eo poſſit hoc etiam in loco legendum eſſe diviſis vocibus, *ad Marcium*. Ejuſmodi loquendi forma eſt apud Feſtum lib. 4. *Capralia appellatur ager, qui vulgo ad Capra paludem dici ſolet.* Item ſcribit Diodorus lib. 14. καὶ περισυναγαγόντες τὴν δύναμιν εἰς ὕπαιθρον, ἐν τῷ καλουμένῳ Μαρκίῳ κατεστρατοπέδευσαν, quo loco legendum eſt Μαικίῳ, ex vet. lapidibus, & hoc loco legendum, *ad Macium*: unde *tribus Macia*. Sigonius. Ita hic ταῖς δευτέραις ſeſe corrigit, idemque agit de Jure civium Rom. p. 9, & in Plutarcho & Diodoro Μαίκιον legendum cenſens. Quin etiã MSS. vel *Metium* vel *Mecium*. Jac. Gr.

1 *Cum*

Digitized by Google

juventutem crederent) ad bellum profectis, tantum Camillus auditus imperator terroris intulerat, ut vallo ſe ipſi, vallum congeſtis arboribus ſepirent, ne qua intrare ad munimenta hoſtis poſſet. Quod ubi animadvertit Camillus, ignem in objectam ſepem conjici juſſit: & forte erat vis magna venti verſa in hoſtem. itaque non aperuit ſolum incendio viam, ſed flammis in caſtra tendentibus, vapore etiam ac fumo, crepituque viridis materiæ flagrantis ita conſternavit hoſtes; ut minor moles ſuperantibus vallum in caſtra Volſcorum Romanis fuerit, quam tranſcendentibus ſepem incendio abſumptam fuerat. Fuſis hoſtibus cæſiſque, [1] quum caſtra impetu cepiſſet dictator, [2] prædam militi dedit; quo minus ſperatam à minime largitore duce, eo militi gratiorem. perſecutus deinde fugientes, quum omnem Volſcum agrum depopulatus eſſet, ad deditionem [3] Volſcos LXX demum anno ſubegit. [4] Victor ex Volſcis in Æquos tranſiit, & ipſos bellum molientes: exercitum eorum, ad Bolas oppreſſit; nec caſtra modo, ſed urbem etiam aggreſſus, impetu primo cepit. Quum in ea parte, in qua 3
caput

1 *Cum caſtra impetu cepiſſet dictator*] Sine dubio deeſt vox *primo*; ut ſit, *primo impetu cepiſſet*. Sic de eodem loquens infra: *Qui adveniens caſtra urbeſque primo impetu capere ſit ſolitus.* Sigonius.

2 *Prædam mil. d. quominus ſperatam minime largitore duce*] Vet. lib. *Speratam à minime largitore duce*. Idem.

Præd. m. d. quominus ſperat. à min. larg. d.] Præpoſitionem ab Sigonio adſcitam abdicant meliores. Non ſperatam, inquit, tali imperatore, quum imperatorem haberent minime largitorem, quum ſub tali duce militia eſſet. *J. F. Gron.*

Prædam militi dedit; quo minus ſperatam à minime largitore duce, eo militi gratiorem] Poſterius *militi* pro ſpurio habendum & eradendum. Certe non repetit in ſimili periocha 10, 46. *Militibus ex præda centenos binos aſſes & alterum tantum centurionibus atque equitibus (malignitate collegæ gratius accipientibus munus) diviſit.* Jac. Gron.

3 *Volſcos ſeptuageſimo demum anno ſubegit*] Movet me numerus *ſeptuageſimus*. Etenim Volſci bellum renovarunt Livio auctore anno CCLIX. hoc autem demum anno, qui eſt CCCLXVII, ad deditionem ſubacti ſunt. Quæ ſumma annos continet *centum ac ſeptem*, ut mendoſe locus eſſe videatur, ac pro *ſeptuageſimo*, *ſeptimo ac centeſimo* ſit reponendum. *Sigonius.*

4 *Victor ex Volſcis in Æquos tranſiit,* &c.] Hanc rem his verbis complexus eſt Diodorus lib. 13. *μετὰ δὲ μάχην νικήσας αὐτοκράτωρ πορθεῖ τὴν πόλιν Βώλας ὑπὸ Αἴκων τῶν νῦν Αἰκικλῶν καλουμένων*, &c. *Idem.*

1 *Sutrium*

caput rei Romanæ Camillus erat, ea fortuna eſſet, aliam in partem terror ingens ingruerat. Etruria prope omnis armata [1] Sutrium ſocios populi Romani obſidebat: quorum legati opem rebus affectis orantes, quum ſenatum adiſſent, decretum tulere, ut dictator primo quoque tempore auxilium Sutrinis ferret. Cujus ſpei moram quum [2] pati fortuna obſeſſorum non potuiſſet, confectaque paucitas oppidanorum, opere, vigiliis, [3] vulneribus, quæ ſemper eoſdem urgebant, per pactionem urbe hoſtibus tradita, inermes cum ſingulis emiſſi veſtimentis, miſerabili agmine penates relinquerent; eo forte tempore Camillus cum exercitu Romano intervenit. cui quum ſe mœſta turba ad pedes provolviſſet, principumque orationem neceſſitate ultima expreſſam, fletus mulierum ac puerorum, qui exilii comites trahebantur, excepiſſet; parcere lamentis Sutrinos juſſit: Etruſcis ſe luctum lacrimaſque ferre. Sarcinas inde deponi, Sutrinoſque ibi conſidere modico præſidio relicto, arma ſecum militem ferre jubet. Ita expedito exercitu, profectus ad Sutrium, id quod rebatur, ſoluta omnia rebus (ut fit) ſecundis invenit: nullam ſtationem ante mœnia, patentes portas, victorem vagum prædam ex hoſtium tectis egerentem. Iterum igitur eodem die Sutrium capitur: victores Etruſci paſſim trucidantur ab novo hoſte, neque ſe conglobandi coëundique in unum, aut arma capiendi datur ſpatium. quum pro ſe quiſque tenderent ad portas, ſi qua forte ſe in agros ejicere poſſent, clauſas (id enim primum dictator imperaverat) portas inveniunt. Inde alii arma capere, alii quos forte armatos tumultus occupaverat, convocare ſuos ut

prœ-

1 *Sutrium ſocios populi Rom.*] Quos hic *ſocios Sutrinos* vocat Livius, *colonos* nominat Diodorus eodem libro: *ἐκεῖθεν δ' ἀνέζευξεν εἰς Συτρίαν οὖσαν ἀποικίαν, ἣν Τυῤῥηνοὶ βίᾳ κατειλήφεσαν. Sigonius.*

2 *Pati f. o. non potuiſſet*] *Poſſet*, requirit ſenſus, & manuſcripti habent. *Idem.*

3 *Vulneribuſque, quæ ſemper*] MSS. ignorant copulativam *que*. J. F. Gron.

1 *Ma-*

prœlium inirent. quod accenſum ab deſperatione ho-
ſtium fuiſſet, ni præcones per urbem dimiſſi, poni ar-
ma, & parci inermi juſſiſſent, nec præter armatos quen-
quam violari. Tum etiam, quibus animi in ſpe ultima
obſtinati ad decertandum fuerant, poſtquam data ſpes
vitæ eſt, jactare paſſim arma; inermeſque, quod tutius
fortuna fecerat, ſe hoſti offerre. [1] Magna multitudo in
cuſtodias diviſa: oppidum ante noctem redditum Sutri-
nis inviolatum, integrumque ab omni clade belli. quia
non vi captum, ſed traditum per conditiones fuerat. Ca- 4
millus in urbem triumphans rediit, trium ſimul bello-
rum victor. Longe plurimos captivos ex Etruſcis ante
currum duxit. quibus ſub haſta venundatis, tantum æ-
ris redactum eſt, ut pretio pro auro matronis perſoluto,
ex eo quod ſupererat, tres pateræ aureæ factæ ſint: quas
cum titulo nominis Camilli ante Capitolium incenſum,
in Jovis cella conſtat ante pedes Junonis poſitas fuiſ-
ſe. Eo anno in civitatem accepti, qui Veientium Cape-
natiumque ac Faliſcorum per ea bella transfugerant ad
Romanos, agerque iis novis civibus aſſignatus. revoca-
ti quoque in urbem [2] ſenatuſconſulto à Veiis, qui ædi-
ficandi Romæ pigritia, occupatis ibi vacuis tectis, Veios
ſe contulerant. & primo fremitus fuit aſpernantium
imperium: dies deinde præſtituta, [3] capitaliſque pœna,
qui

1 *Magna multitudo in cuſtodias diviſa*] Vet. lib. *Dimiſſa*. Sigonius.

Magna mult. in cuſt. diviſa] Prave Sigonianus, *dimiſſa*. Cicero de ſociis Catilinæ orat. 4. *Itaque municipiis diſpertiri jubet*. Suetonius Julio: *ſolus municipatim dividendos cuſtodiendoſque publicatis bonis cenſuit*. Juſtinus lib. 14. *Igitur Antigonus domitores illos orbis exercitui ſuo dividit*. ne ſcilicet propriam ac ſinceram cohortem aut centuriam haberent. *J. F. Gron.*

2 *Senatuſconſulto à Veiis*] Aut *à Veiis* ſupervacaneum aut *Veios*, quod mox ſequitur. Sed hoc requirit proxima oratio, aut aliquid loco ejus; illud abeſſe poteſt ſalvo ſenſu, & videtur eſſe ſcholiaſtæ. Quid enim deſideres, ſic ſi legatur: *Revocati quoque in urbem Senatuſconſulto, qui ædificandi Romæ pigritia, occupatis ibi vacuis tectis, Veios ſe contulerant*. Idem.

3 *Capitaliſque pœna, qui non remigraſſet*] Vet. lib. *Niſi remigraſſent Romam*. placet. *Sigonius*.

Capit. pœna, qui non remigraſſet] Placet Sigonio: *niſi remigraſſent*. Nobis alterum antiquius. Sic enim & lib. 7. *Gravemque edixerat pœnam, ſi quis injuſſu in hoſtem pugnaſſit*. Lex apud declama-

Digitized by Google

qui non remigraſſet Romam, ex ferocibus univerſis ſingulos metu ſuo quemque obedientes fecit. Et Roma cum frequentia creſcere, tum tota ſimul exſurgere ædificiis: & republica impenſas adjuvante, & ædilibus velut publicum exigentibus opus, & ipſis privatis (admonebat enim deſiderium uſus) feſtinantibus ad effectum operis. intraque annum nova urbs ſtetit. Exitu anni [1] comitia tribunorum militum conſulari poteſtate habita. creati T. Quintius Cincinnatus, Q. Servilius Fidenas quintum, [2] L. Julius Iulus, L. Aquilius Corvus, L. Lucretius Tricipitinus, Ser. [3] Sulpicius Rufus. Exercitum alterum in Æquos, non ad bellum (victos namque ſe fatebantur) ſed ab odio ad pervaſtandos fines, [4] ne quid ad nova conſilia relinquerent virium, duxere: alterum in agrum Tarquinienſem. Ibi oppida Etruſcorum Cortuoſa & Contenebra [5] vi capta dirutaque. [6] Ad Cortuoſam nihil certaminis fuit. improviſo adorti, primo clamore atque impetu cepere: direptum oppidum atque incenſum eſt. [7] Contenebra paucos dies oppugnationem ſuſtinuit: laborque continuus, non die non nocte remiſſus, ſubegit eos; quum in ſex partes diviſus exercitus Romanus, ſenis horis in orbem ſuccedere prœlio, oppi-

clamatores: *Qui cœtum & concurſum fecerit, capital eſto.* Noſter libro 10. *Quarum rerum non exſtitit dominus, militi conceſſa.* Lib. 24. *Cavete quiſquam ſuperſit, à quibus vis aut fraus timeri poſſit.* Nam defectus relativi mutationem illam in Sigoniano genuit. Intelligis, *in eum*, vel *in quemcunque.* J. F. Gron.

1 *Comitia tribunorum*] Parum faſtidirem, ſicubi reperirem in membranis: *Exitu anni comitiis tribunorum militum conſulari poteſtate habitis, creati T. Quinctius Cincinnatus, Q. Servilius Fidenas quintum, L. Julius Iulus, L. Aquilius Corvus, L. Lucretius Tricipitinus, Ser. Sulpicius Rufus, exercitum alterum in Æquos.* Idem.

2 *Julius Tullus*] Lege, *L. Julius Iulus*, ex Diodoro. *Sigonius.*

3 *Sulpic. Ruffus*] *Sulpicius Rufus*, ex vet. lib. & argenteis nummis. *Idem.*

4 *Ne quid ad nova conſilia relinquerent*] Malim *relinqueretur.* Tanaq. Faber.

5 *Vi capta dirutaque*] Video Muretum è V. L. annotaſſe *direptaque.* Vix videtur alterutrum ferendum; & quum eventus iſtarum urbium tam plene infra deſcribantur, ſequor auctoritatem Rott. & Voſſ. 1 qui ultimum non agnoſcunt. Nec iſte Livii mos eſt. *Jac. Gron.*

6 *Ad Cortuoſam*] *Cort Noſſam* legendum ex fragmentis originum Catonis. *Sigonius.*

7 *Contenebra*] *Cort Enebra*, ex iiſdem. *Idem.*

oppidanos eoſdem integro ſemper certamini paucitas feſ-
ſos objiceret. ceſſere tandem, locuſque invadendi ur-
bem Romanis datus eſt. Publicari prædam tribunis pla-
cebat: ſed imperium quam conſilium ſegnius fuit. dum
cunctantur, jam militum præda erat; nec niſi per invi-
diam adimi poterat. Eodem anno, ne privatis tantum
operibus creſceret urbs, Capitolium quoque ſaxo qua-
drato ſubſtructum eſt: opus vel in hac magnificentia ur-
bis conſpiciendum. Jam & tribuni plebis civitate ædifi- 5
cando occupata, conciones ſuas frequentare legibus a-
grariis conabantur. oſtentabatur in ſpem Pomptinus a-
ger, tum primum poſt acciſas à Camillo Volſcorum res,
poſſeſſionis haud ambiguæ. Criminabantur, *multo eum
infeſtiorem agrum ab nobilitate eſſe, quam à Volſcis fuerit: ab
illis enim tantum, quoad vires & arma habuerunt, incurſiones
eo factas. nobiles homines in poſſeſſionem agri publici graſſari:
nec niſi, antequam omnia præcipiant, diviſus ſit, locum ibi ple-
bi fore.* Haud magnopere plebem moverant, & infre-
quentem in foro, propter ædificandi curam, & eodem
exhauſtam impenſis: eoque agri immemorem; ad quem
inſtruendum vires non eſſent. In civitate plena religio-
num, tum etiam ab recenti clade ſuperſtitioſis principi-
bus, ut renovarentur auſpicia, res ad interregnum rediit.
interreges deinceps, M. Manlius Capitolinus, Ser. Sul-
picius Camerinus, L. Valerius Potitus. Hic demum tri-
bunorum militum conſulari poteſtate comitia habuit.
[1] L. Papirium, C. Cornelium, C. Sergium, L. Æmi-
lium

1 *L. Papirium, Cn. Serg. L. Æmil. it. L. Licinium, M. Menenium, L. Valer. Publ. t.*] Ita prope etiam veteres libri, præterquam quod pro *L. Licinium, M. Menenium*, habent *Licinium Menenium*. Nam cum animadvertiſſent quidam non niſi quinque tribunos militum memorari, *Licinium, Meneniumque* duos fecerunt; quam inconſulto autem id egerint, unus Diodorus oſtendere poteſt, apud quem hujus anni tribuni his nominibus eduntur: Λεύκιος Παπίριος, Γάϊος Κορνήλιος, Λεύκιος Μενλώιος, Γάϊος Σερουίλιος, Οὐαλέριος Αὖλος, Κόϊντος Φάβιος. Ita pro *Cn. Sergio* eſt, *C. Servilius*, pro *L. Æmilio*, *Q. Fabius*. Additur poſtremo ſextus tribunus, vitio librariorum apud Livium omiſſus, *C. Cornelius*. Erroris cauſam præbuit librariis, quod cum ſcripturi eſſent, *C. Cornelius, C. Sergius, C. Sergium* tan-
tum

lium iterum, L. Menenium, L. Valerium Poplicolam tertium creat. hi ex interregno magiſtratum occœpere. Eo anno ædes Martis Gallico bello vota, dedicata eſt à T. Quintio duumviro ſacris faciundis. Tribus quatuor ex novis civibus additæ; Stellatina, [1] Tromentina, Sabatina, Narnienſis: [2] eæque viginti quinque tribuum
6 numerum explevere. De agro Pomptino ab L. Sicinio tribuno plebis actum ad frequentiorem jam populum, mobilioremque ad cupiditatem agri quam fuerat. Et de Latino Hernicoque bello mentio facta in ſenatu, majoris belli cura, quod Etruria in armis erat, dilata eſt. Res ad Camillum tribunum militum conſulari poteſtate rediit. collegæ additi quinque, Ser. Cornelius Maluginenſis, Q. Servilius Fidenas ſextum, L. Quintius Cincinnatus, L. Horatius Pulvillus, P. Valerius. Principio anni averſæ curæ hominum ſunt à bello Etruſco: quod fugientium ex agro Pomptino agmen repente illatum in urbem attulit, Antiates in armis eſſe, Latinorumque populos [3] juventutem ſubmiſiſſe ad id bellum. eo abnuentes publicum fuiſſe conſilium; quod non prohibitos tantummodo voluntarios dicerent militare ubi vellent. Deſierant jam ulla contemni bella. itaque ſenatus Diis agere gratias, quod Camillus in magiſtratu eſſet. Dictatorem quippe dicendum eum fuiſſe, ſi privatus eſſet: & collegæ fateri, *regimen omnium rerum, ubi quid bellici terroris ingruat, in viro uno eſſe: ſibique deſtinatum in animo eſſe, Camillo ſubmittere imperium. nec quicquam de majeſtate*

tum ſcripſerunt, alterum reliquerunt. Puto autem legendum eſſe, *C. Sergius*: nam Livius poſt etiam *C. Sergium* III tribunum edit. Non ergo *Licinius Menenius*, ſed *L. Menenius* legendum, ut Diodorus ait: Nam prænomen huic quærimus. *Licinius* autem generis nomen eſt. *Sigonius.*

L. Papirium, &c. *Poplicolam tertium creat. hi ex int.*] Rott. Voſſ. I. Flor. *creati. hi.* Forte, *L. Papirius, C. Cornelius, C. Sergius, L. Æmilius iterum, L. Menenius, L. Valerius Poplicola tertium creati, ex interregno*, &c. *J. F. Gron.*

1 *Pomatina, Sabatina*] *Tromentina, Sabatina*, ex vet. lib. ut ante dixi. *Sigonius.*

2 *Eaque triginta quinque*] Lege *viginti quinque*, ex vet. lib. ut ante. *Idem.*

3 *Juventutem ſuam miſiſſe*] Vet. lib. *Juventutem ſummiſiſſe.* Idem.

ſuâ detractum credere, [1] *quod majeſtati ejus viri conceſſiſſent.* Collaudatis ab ſenatu tribunis, & ipſe Camillus confuſus animo, gratias egit. *Ingens, inde ait, onus à populo Romano ſibi, qui ſe dictatorem jam quartum creaſſet; magnum à ſenatu talibus de ſe judiciis ejus ordinis, maximum* [2] *tam honoratorum collegarum obſequio injungi. Itaque ſi quid laboris vigiliarumque adjici poſſit, certantem ſecum ipſum, anniſurum, ut tanto de ſe conſenſu civitatis opinionem, quæ maxima ſit, etiam conſtantem efficiat. Quod ad bellum atque Antiates attineat; plus ibi minarum, quam periculi eſſe. ſe tamen, ut nihil timendi, ſic nihil contemnendi auctorem eſſe. Circumſederi urbem Romanam ab invidia & odio finitimorum:* [3] *itaque & ducibus pluribus & exercitibus adminiſtrandam rempubl. eſſe. Te,* inquit, *P. Valeri, ſocium imperii conſiliique legiones mecum adverſus Antiatem hoſtem ducere placet: te, Q. Servili, altero exercitu inſtructo paratoque in urbe caſtra habere; intentum, ſive Etruria ſe interim, ut nuper, ſive nova hæc cura, Latini atque Hernici, moverint. Pro certo habeo ita rem geſturum, ut patre, avo, teque ipſo ac ſex tribunatibus dignum eſt. Tertius exercitus ex cauſſariis ſenioribuſque à L. Quintio ſcribatur, qui urbi mœnibuſque præſidio ſit. L. Horatius, arma,* [4] *tela, frumentum;*

1 *Quod majeſtati ejus viri conceſſiſſent*] Lego *ultro* pro *viri*. Tan. Faber.

2 *Tam honoratorum*] Vet. lib. *Tam honorato collegarum obſequio*. Sigonius.

3 *Itaque & duc. pl. & exercitibus adminiſtrand. remp. eſſe*] Veteres libri, *adminiſtrandam remp. opus eſſe*. Ex quo intellexi legendum *ad adminiſtrandam rempublicam opus eſſe*. Idem.

Itaque ducibus pluribus & exercitibus ad adminiſtrandam remp. opus eſſe] Vapulet Sigonii codex, qui hanc mangonum ſcripturam ei ſubjecit. Livii & ſanorum librorum eſt: *itaque & ducibus pluribus & exercitibus adminiſtrandam rempublicam eſſe*. Eamque firmat auctor lib. 23. *Utroque impetrato conduxerunt, privataque pecunia reſpublica adminiſtrata eſt*. Lib. 30. *Ut quatuordecim legionibus eo anno, centum navibus longis, reſpublica adminiſtraretur*. Lib. 40. *Ego jam hinc prædico, P. C. me exercitu eo, qui nunc eſt, rempubl. adminiſtratutum*. J. F. Gron.

4 *Tela, frumentum, quæque belli alia tempora p.*] Vet. lib. *Arma, tela, frumentumque, quæ bellica tempora poſcent*. Sigonius.

Tela, frumentum, quæque belli alia tempora poſcent] Sic lib. 9. *Arma quæque alia res poſcit*. Quid eſt tamen, quod ſcripti, *bellitia* vel *bellica tempora*? Verumne eſt hoc poſterius? quando & lib. 4. *Quod imbelle triennium ferme peſtilentia inopiaque frugum fuit*. Lib. 10. *Tamen ne prorſus imbellem agerent annum*. Silius Italicus lib. 11. *Diſcatque Lyæo Imbellem donare diem*. Rurſus *bellicoſum annum* noſter lib. 10. *Differendi ſibi conſulatus in bellicoſiorem annum*. Qua-

mentum, quæque belli alia tempora poſcent, provideat. [1] *Te, Servi Corneli, præſidem hujus publici conſilii, cuſtodem religionum, comitiorum, legum, rerum omnium urbanarum, collegæ facimus.* Cunctis in partes muneris ſui benigne pollicentibus operam, Valerius ſocius imperii lectus, adjecit, *M. Furium ſibi pro dictatore, ſeque ei pro magiſtro equitum futurum. Proinde quam opinionem de unico imperatore, eam ſpem de bello haberent.* [2] *Se vero bene ſperare, patres, & de bello, & de pace univerſaque republica,* erecti gaudio fremunt: *nec dictatore unquam opus fore reipublicæ, ſi tales viros in magiſtratu habeat, tam concordibus junctos animis; parere atque imperare juxta paratos: laudemque conferentes potius in me-*
7 *dium, quam ex communi ad ſe trahentes.* Juſtitio indicto, delectuque habito, Furius ac Valerius ad Satricum profecti; quo non Volſcorum modo juventutem Antiates ex nova ſubole lectam, ſed ingentem Latinorum Hernicorumque conciverant ex integerrimis diutina pace populis. itaque novus hoſtis veteri adjunctus commovit animos militis Romani. Quod ubi aciem jam inſtruenti Camillo centuriones renunciaverunt, *turbatas militum mentes eſſe, ſegniter arma capta,* [3] *cunctabundoſque & reſiſtentes egreſſos caſtris eſſe, quin voces quoque auditas, cum centenis hoſtibus ſingulos pugnaturos, & ægre inermem tantam multitudinem, nedum armatam ſuſtineri poſſe;* in equum inſilit, & ante ſigna obverſus in aciem, ordines interequitans, *Quæ triſtitia, milites, hæc, quæ inſolita cunctatio eſt? Hoſtem, an me, an vos ignoratis? Hoſtis eſt quid aliud quam perpetua mate-*

re nec dubitabam olim conjicere apud Silium eodem libro verſ. 390. *Ut longa imperia atque armatos proroget annos Hannibal.* Quod poſtea invenimus Oxonii à ſcripto firmatum. Vulgo *armatus.* Chiſl. *bellutia.* Margo Voſſ. *bellantia.* Forte, *bellantium.* J. F. Gron.

1 *Te Sergi Corn.*] Vet. lib. *Te Servi Corneli* Sigonius.

2 *Se vero bene ſperare, & de bello*] Rott. Voſſ. duo cum edd. *Se vero bene ſperare, Patres, & de bello.* Prorſus ut 28, 9. *Se vero ea, quæ poſtularent, decernere Patres.* Jac. Gron.

3 *Cunctabundoſque ac reſiſtentes*] Forte, *reſtitantes.* Hoc eſt enim, identidem ſubſiſtere, non progredi. Plautus Capt. *ita me miſerum reſtitando retinendoque laſſum reddiderunt.* Lib. 10. *Hac monendo obteſtandoque prope reſtitantes conſules in concionem pertraxerunt.* J. F. Gron.

1 *Emiſ-*

materia virtutis gloriaque veſtra? Vos contra, me duce, (ut Falerios Veioſque captos, & in capta patria Gallorum legiones cæſas taceam) modo trigemina victoria triplicem triumphum ex his ipſis Volſcis & Æquis, & ex Etruria egiſtis. An me, quod non dictator vobis ſed tribunus ſignum dedi, non agnoſcitis ducem? neque ego maxima imperia in vos deſidero: & vos in me nihil præter me ipſum intueri decet. neque enim dictatura mihi unquam animos fecit, ut ne exilium quidem ademit. Iidem igitur omnes ſumus: & quum eadem omnia in hoc bellum afferamus quæ in priora attulimus, eundem eventum belli exſpectemus. Simul concurreritis, quod quiſque didicit ac conſuevit, faciet. Vos vincetis, illi fugient. Dato deinde ſigno, ex equo deſilit, 8
& proximum ſigniferum manu arreptum ſecum in hoſtem rapit; *infer miles*, clamitans, *ſignum.* quod ubi videre ipſum Camillum, jam ad munera corporis, ſenecta invalidum, vadentem in hoſtes, procurrunt pariter omnes, clamore ſublato: *Sequere imperatorem,* pro ſe quiſque clamantes. [1] Emiſſum etiam ſignum Camilli juſſu in hoſtium aciem ferunt: idque ut repeteretur, concitatos anteſignanos. Ibi primum pulſum Antiatem, terroremque non in primam tantum aciem, ſed etiam ad ſubſidiarios perlatum. nec vis tantum militum movebat excitata præſentia ducis, ſed quod Volſcorum animis nihil terribilius erat, quam ipſius Camilli forte oblata ſpecies. Ita quocumque ſe intuliſſet, victoriam ſecum haud dubiam trahebat. maxime id evidens fuit, quum in lævum cornu prope jam pulſum, arrepto repente equo cum ſcuto pedeſtri advectus, conſpectu ſuo prœlium reſtituit; oſtentans vincentem cæteram aciem. Jam inclinata res erat, [2] ſed turba hoſtium & fuga impediebatur,

1 *Emiſſum etiam ſignum*] Nec diſpliceret: *Miſſum etiam.* Vult enim conjectum & rotatum manu. *J. F. Gron.*

2 *Sed turba hoſtium & fuga impediebat*] Sic Rhenanus & ante illum Andreas in Romana, Bechariuſque & Moguntina cum Badio. Quid autem *impediebat*? an rem? ut multitudo dicatur & per fugam, inter fugam, morata victoriam eſſe. Placet magis aut *fugam*, ut Mediolanenſis, aut *impediebatur*...

batur, & longa cæde conficienda multitudo tanta feſſa militi erat: quum repente ingentibus procellis fuſus imber, certam magis victoriam quam prœlium diremit. Signo deinde receptui dato, nox inſecuta, quietis Romanis, perfecit bellum. Latini namque & Hernici, relictis Volſcis, domos profecti ſunt; malis conſiliis pares adepti eventus. Volſci ubi ſe deſertos ab eis videre, quorum fiducia rebellaverant; relictis caſtris, mœnibus Satrici ſe includunt. quos primo Camillus vallo circumdare & aggere atque operibus oppugnare eſt adortus. Quæ poſtquam nulla eruptione impediri videt; minus eſſe animi ratus in hoſte, quam ut in eo tam lentæ ſpei victoriam exſpectaret; cohortatus milites, ne tanquam Veios oppugnantes in opere longinquo ſeſe tererent, victoriam in manibus eſſe; ingenti militum alacritate mœnia undique aggreſſus ſcalis, oppidum cepit.
9 Volſci abjectis armis ſeſe dediderunt. Cæterum animus ducis rei majori, Antio, imminebat. id caput Volſcorum, eam fuiſſe originem proximi belli. [1] Sed quia niſi magno apparatu, tormentis machiniſque, tam valida urbs capi non poterat; relicto ad exercitum collega, Romam eſt profectus, ut ſenatum ad excidendum Antium hortaretur. Inter ſermonem ejus (credo rem Antiatem diuturniorem manere Diis cordi fuiſſe) legati [2] ab Nepete ac Sutrio auxilium adverſus Etruſcos petentes

disbatur, quod in Aldino & Junta & ſcriptis obvium nobis fuit: ut τὸ *turba* ſit auferendi caſus. Lib. 5. *Terga caſa ſuomet ipſorum certamine in turba impedientium fugam.* Lib. 9. *Ingens multitudo in unum metu conglobata, ac ſemet ipſa turba impediens, in medio caſa.* Eodem: *Loca difficilia hoſti quæſita, ipſos tum ſua fraude impediebant.* J. F. Gron.

1 *Sed quia niſi magno apparatu, tormentis*] Mirum hoc videri poteſt, cum ad finem libri ſecundi tam facile capta fuerit. *Glareanus.*

2 *Ab Nepete ac Sutrio*] Reprehendit Livium Glareanus, quod *Nepete* dixerit in caſu auferendi, cum *Nepeti* fuerit dicendum, quippe cum in recto caſu *Nepete* dicatur: ſed facit injuſte, non enim Livius ſcripſit ullo in loco *Nepete*, ſed *Nepet*, ut eſt in vetuſtis libris. Docent autem Grammatici, Chariſius & Priſcianus, *Git*, & *Nepet*, oppidi Italici nomen, *t* litera terminari, eaque flecti non poſſe. Quamquam ne ſi *Nepete* quidem in recto caſu diceretur, *Nepeti* tamen eſſet ei in ablativo edendum. Nam propria in *e* deſinentia ejuſdem terminationis

tentes veniunt; brevem occaſionem eſſe ferendi auxilii memorantes. eo vim Camilli ab Antio fortuna avertit. Namque quum ea loca oppoſita Etruriæ, & velut clauſtra inde portæque eſſent; & illis occupandi ea, quum quid novi molirentur, & Romanis recuperandi tuendique cura erat. Igitur ſenatui cum Camillo agi placuit, ut omiſſo Antio bellum Etruſcum ſuſciperet. Legiones urbanæ, [1] quibus Quintius præfuerat, ei decernuntur. quamquam expertum exercitum, aſſuetumque imperio, qui in Volſcis erat, mallet, nihil recuſavit: Valerium tantummodo imperii ſocium depopoſcit. Quintius Horatiuſque [2] ſucceſſores Valerio in Volſcis miſſi. Profecti ab urbe Sutrium Furius & Valerius, partem oppidi jam captam ab Etruſcis invenere: ex parte altera interſeptis itineribus ægre oppidanos vim hoſtium ab ſe arcentes. Cum Romani auxilii adventus, tum Camilli nomen celeberrimum apud hoſtes ſocioſque, & in præ-

tionis habent nominativum cum ablativo, ut *Præneſte.* Dixit enim Virgilius: *Quique altum Præneſte viri.* Et: *Qualis eram cum primum aciem Præneſte ſub ipſa.* Hæc Priſcianus. Sic etiam infra corrigendum eſt, *Nepet exercitus ductus*, pro *Nepete.* Sigonius.

1 *Quibus Quinctius præfuerat*] Juſſit ſuperius Camillus Q. Servilium exercitu inſtructo paratoque in urbe caſtra habere, intentum ſive Etruria, ſive Latini Hernicique ſe moverent: L. autem Quinctium ex cauſariis ſenibuſque ſcribere, qui urbi mœnibuſque præſidio eſſent. Hos credibile non eſt eductos, quum alterius haud dubie ex militari juventute ſcriptæ manus copia foret. Itaque commodius ſcriberetur: *quibus Q. Servilius præfuerat.* Sed hoc vidit quoque Glareanus. Nam quod mox Quinctius Horatiuſque appellentur, licet cogitare, quia periculum minus exſpectatione erat, ſenem Servilium, cum exercitus ejus Camillo datus eſſet, ad urbem retentum præfuiſſe, qui ſupererant armati, urbanis; Quinctium Horatiumque juniores miſſos in Volſcos. *J. F. Gron.*

Quibus Quintius præfuerat] Dubitationi, quam hic locus affert, nec penitus videtur injuſta, ſic fortaſſe rectius occurretur, ut cauſarii interea convaluerint (ita ſi maxima pars cauſarii fuerunt, jam validæ erunt legiones) & ſeniores cogitemus non illos prorſus decrepitos, ſed ſtipendiis tantum quod confectis, & tales quibus etiamnum aliquid roboris ſupereſſet, ut loquitur Livius hoc lib. c. 2. *Jac. Gron.*

2 *Succeſſores Valerio in Volſcis miſſi*] Conſtat ſermo, ſi ceperis, prout ad oram annotavit pater (Recte: qui erant in Volſcis, vel ad gerendas res in Volſcis.) Nec video mutare MSS. Si qua fides tamen, potius credam à Livio veniſſe *in Volſcos. 9,20. Præfecti Capuam* Ubi vide paterna. *Idem.*

præſentia rem inclinatam ſuſtinuit, & ſpatium ad opem ferendam dedit. [1] Itaque diviſo exercitu Camillus, collegam, eam in partem circumductis copiis quam hoſtes tenebant, mœnia aggredi jubet: non tanta ſpe ſcalis capi urbem poſſe, quam ut averſis eo hoſtibus, & oppidanis [2] jam pugnando feſſis, laxaretur labor, & ipſe ſpatium intrandi ſine certamine mœnia haberet. Quod quum ſimul utrimque factum eſſet, ancepſque terror Etruſcos circumſtaret, & mœnia ſumma vi oppugnari, & intra mœnia eſſe hoſtem viderent; porta ſe, quæ una forte non obſidebatur, trepidi uno agmine ejecere. Magna cædes fugientium, & in urbe & per agros eſt facta. plures à Furianis intra mœnia cæſi: Valeriani expeditiores ad perſequendos fuere: nec ante noctem, quæ conſpectum ademit, finem cædendi fecere. Sutrio recepto, reſtitutoque ſociis, Nepete exercitus ductus, quod per deditionem acceptum jam totum Etruſci habebant.
10 Videbatur plus in ea urbe recipienda laboris fore; [3] non in eo ſolum quod tota hoſtium erat; ſed etiam quod parte Nepeſinorum prodente civitatem, facta erat deditio. Mitti tamen ad principes eorum placuit, ut ſecernerent ſe ab Etruſcis: fidemque quam imploraſſent ab Romanis, ipſi præſtarent. Unde quum reſponſum allatum eſſet, nihil ſuæ poteſtatis eſſe, Etruſcos, mœnia cuſtodiaſque portarum tenere; primo populationibus agri terror eſt oppidanis admotus: deinde poſtquam deditionis quam ſocietatis fides ſanctior erat; faſcibus ſarmentorum ex agro collatis ductus ad mœnia exercitus, completiſque foſſis ſcalæ admotæ, & clamore primo impetuque oppidum capitur. Nepeſinis inde edictum, ut arma ponant, parcique juſſum inermi. Etruſci pariter armati atque inermes cæſi. Nepeſinorum quo-
que

1 *Itaque diviſo*] Vet. lib. *Ita diviſo exercitu*. Sigonius.

2 *Jam oppugnando feſſis*] Veteres libri, *Pugnando*. Idem.

3 *Non in eo ſolum*] Videtur abundare τὸ *IN*. J. F. Gron.

1 *A Man-*

Digitized by Google

que auctores deditionis ſecuri percuſſi: innoxiæ multitudini redditæ res, oppidumque cum præſidio relictum. Ita duabus ſociis urbibus ex hoſte receptis, victorem exercitum tribuni cum magna gloria Romam reduxerunt. Eodem anno, ab Latinis Hernicisque res repetitæ, quæſitumque, cur per eos annos militem ex inſtituto non dediſſent? Reſponſum frequenti utriusque gentis concilio eſt, *nec culpam in eo publicam, nec conſilium fuiſſe, quod ſuæ juventutis aliqui apud Volſcos militaverint. eos tamen ipſos pravi conſilii pœnam habere, nec quemquam ex his reducem eſſe. Militis autem non dati cauſſam, terrorem aſſiduum à Volſcis, fuiſſe, quam peſtem adhærentem lateri ſuo tot ſuper alia aliis bellis exhauriri nequiſſe.* Quæ relata Patribus, magis tempus, quam cauſſam, non viſa belli habere. Inſequenti anno [1] A. Manlio, P. Cornelio, [2] T. & L. Quintiis Capitolinis, L. Papirio Curſore iterum, C. Sergio iterum tribunis conſulari poteſtate, grave bellum foris, gravior domi ſeditio exorta: bellum à Volſcis adjuncta Latinorum atque Hernicorum defectione: ſeditio, unde minime timeri potuit, à patriciæ gentis viro, & inclitæ famæ, M. Manlio Capitolino: [3] qui nimius animi, quum alios principes ſperneret, uni invideret, eximio ſimul honoribus atque virtutibus M. Furio; ægre ferebat ſolum eum in magiſtratibus, ſolum apud exercitus eſſe; *tantum jam eminere, ut iiſdem auſpiciis creatos, non* II

pro

1 *A Manlio, P. Cornelio*] Utrique addendum τὸ *iterum*: nam ante quadriennium etiam collegæ fuerunt. *Glareanus* & *Pighius*.

2 *T. & L. Quint. Capitolinis, L. Papirio Curſore tribunis conſ. pot.*] Hoc habent boni veteres libri, quod in iis eſt, *L. Papirio Curſore* II *tribunis militum conſulari poteſtate*. Quoniam autem non niſi quinque tribunorum nomina eduntur, *C.* autem *Sergius*, & ante ſemel, & poſt tertium tribunus militum fuiſſe à Livio traditur, quo autem anno iterum fuerit, niſi hoc dicamus, ne colligi quidem conjectura poteſt, propterea videtur eſſe legendum, *L. Papirio Curſore* II, *C. Sergio* II *tribunis militum conſulari poteſtate*. Sigonius.

3 *Qui nimius animis quum alios*] Auctoribus optimis delevi literam. *Nimius animi*, ut noſtro, *ager animi*, Virgilio *præſtans animi*, *egregius animi*. Tacitus 3 Hiſt. *innocentiam juſtitiamque ejus non argueres: ſermonis nimius erat*. Et ſic Muretus. *J. F. Gron.*

1 *Pri-*

pro collegis, ſed pro miniſtris habeat. quum interim, ſi quis vere æſtimare velit, à M. Furio recuperari patria ex obſidione hoſtium non potuerit, niſi à ſe prius Capitolium atque arx ſervata eſſet. & ille, inter aurum accipiendum, & ſpem pacis ſolutis animis, Gallos aggreſſus ſit: ipſe armatos capienteſque arcem depulerit. illius gloriæ pars virilis apud omnes milites ſit, qui ſimul vicerint; ſuæ victoriæ neminem omnium mortalium ſocium eſſe. His opinionibus inflato animo, ad hoc vitio quoque ingenii vehemens, & impotens, poſtquam inter Patres, non quantum æquum cenſebat, excellere ſuas opes animadvertit; [1] primum omnium ex Patribus popularis factus, cum plebis magiſtratibus conſilia communicare; criminando Patres, alliciendo ad ſe plebem, jam aura non conſilio ferri, famæque magnæ malle quam bonæ eſſe; [2] & non contentus agrariis legibus, quæ materia ſem-

1 *Primum omnium ex Patribus popularis*] Neceſſario legendum *primus*. Infra: *quod primus à Patribus ad plebem defeciſſet*. Tan. Faber. Et perſpicue Rott. *primus*. Si tamen neceſſarium, fatentur verba libri 8 cap. 15. *Q. Publilius Philo prætor primum de plebe eſt factus*. Ubi tacent, quum tamen 10, 8. *L. Sextius primus de plebe conſul eſt factus*, &c. *Jac. Gron.*

2 *Et non contentus agrariis legibus, q. m. ſ. tr. p. ſ. fuiſſet, idem moliri cœpit. Acriores q. a. a. ſtimulos eſſe, qui*] Hujus loci obſcuritatem cum ſentiret Glareanus, ita de eo tradidit: *Colon ponendum puto poſt verbum Stimulos: Quæ vero deinde ſequuntur, verba ſunt Manlii ſeditioſe conquerentis de patribus, moventiſque ſenatui invidiam.* Qua in re laudandum Glareani ingenium, quod difficultatem ſenſit: irridendum, quod portenta dixit, neque quæ verba vitium continerent, intellexit. Vitioſe autem habent illa, *Idem moliri*. Neque enim intelligi poteſt, quid velit Livius, cum ait: *Non contentus agrariis legibus idem moliri cœpit*. Neque enim Manlius, de quo nunc loquitur, agris dandis, ut Sp. Caſſius, neque frumento, ut Sp. Mælius, ſed pecunia condonanda, ut nemo ante, plebem ad ſe alliciebat. Cum autem eos, qui æs alienum fecerant, quia ſolvendo non eſſent addictos duci ægre pateretur, atque id ne fieret ſua ſe pecunia prohibiturum eſſe profiteretur, propterea recte dici poteſt *fidem moliri cœpiſſe*: Ita ut legatur non, *Idem moliri*, ſed *fidem moliri cœpit*. Eſt autem *fidem moliri* prohibere ne, qui debent, ea quæ debent, ſolvant. Sic autem ſupra accepit, *Fidem*, lib. 3. *Haud ſalubrem utique Lartii ſententiam putabant, quæ fidem tolleret*. Et Cicero pro lege Manilia: *Scimus Romæ ſolutione impedita fidem concidiſſe*. Et paulo poſt: *Hæc fides atque hæc ratio pecuniarum, quæ Romæ, quæ in foro verſatur, implicita eſt cum illis pecuniis Aſiaticis, ruere illa non poſſunt; ut hæc non eodem labefactata motu concidant*. Et Cæſar lib. 3 Bellorum civilium: *Cum fides tota Italia eſſet anguſtior, neque creditæ pecuniæ ſolverentur*. Et Livius hoc libro haud ita multo poſt: *Spem factam à te civitati fide incolumi ex theſauris Gallicis, quos primores patrum occultent, creditum ſolvi*

Digitized by Google

ſemper tribunis plebi ſeditionum fuiſſet: fidem moliri
cœpit: *acriores quippe æris alieni ſtimulos eſſe, qui non egeſta-
tem modo atque ignominiam minentur, ſed nervo ac vinculis cor-
pus liberum territent.* & erat æris alieni magna vis, [1] re
damnoſiſſima etiam divitibus, ædificando contracta. Bel-
lum itaque Volſcum, grave per ſe, oneratum Latino-
rum atque Hernicorum defectione, in ſpeciem cauſſæ
jactatum, ut major poteſtas quæreretur. Sed nova con-
ſilia Manlii magis compulere ſenatum ad dictatorem
creandum. Creatus A. Cornelius Coſſus magiſtrum e-
quitum dixit T. Quintium Capitolinum. Dictator, etſi 12
majorem dimicationem propoſitam domi quam foris cer-
nebat; tamen, ſeu quia celeritate ad bellum opus erat,
ſeu victoria triumphoque dictaturæ ipſi vires ſe additu-
rum ratus, delectu habito in agrum Pomptinum, quo à
Volſcis exercitum indictum audierat, pergit. Non du-
bito præter ſatietatem tot jam libris aſſidua bella cum
Volſcis geſta legentibus, illud quoque ſuccurſurum
(quod mihi percenſenti propiores temporibus harum re-
rum auctores miraculo fuit) unde toties victis Volſcis
& Æquis ſuffecerint milites. quod quum ab antiquis ta-
citum

ſolvi poſſe. Sic lib. 9. *Montes ſua ſede moliri*, pro *demoliri.* Et alio loco, *Fores moliri.* Sigonius.

Fidem moliri cœpit] Scripti & editiones antiquæ: *idem.* Unde magnus vir interponi voluit: *ex ære alieno idem moliri cœpit.* Sed recte Sigonius: *fidem moliri.* Nam *moliri* eſt labefactare, ut *moliri fores*, & hoc ipſo libro, *moliri obices portarum.* Iterumque: *parva rem ingentem moliundi cauſa intervenit.* Labefactatur autem fides, cum pecuniæ creditæ condonantur debitoribus. Quis enim credere volet, hoc ſi exſpectet fore, ut non recipiat ſuum? Ad illa, quæ attulit Sigonius, addo locum Ciceronis ex 2 de Officiis: *Quamobrem, ne ſit æs alienum, quod reipub. noceat, providendum eſt: quod multis rationibus provideri poteſt: non ſi fuerit, ut locupletes ſuum perdant, debitores lucrentur alienum. nec enim ulla res vehementius rempublicam continet quam fides: quæ nulla eſſe poteſt, niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarum.* Inde & queritur infra Appius, *altera* rogatione Sextii *fidem abrogari, cum qua omnis humana ſocietas tollitur.* Ipſam Livii phraſin, quamquam in alia re, uſurpat Ovidius lib. 4 Faſt. *Pro magna teſte vetuſtas Creditur. acceptam parce movere fidem.* J. F. Gron.

1 *Res damnoſiſſima etiam divitibus*] Scribe cum Freinshemio: *vis, re damnoſiſſima etiam divitibus, ædificando.* Notum eſt illud Græcorum: *Σώματα πολλὰ τρέφειν καὶ δώματα πολλ' ἀνεγείρειν Ἀτραπὸς ἐς πενίην ἐστὶν ἑτοιμοτάτη. Idem.*

1 Qua

citum prætermiſſumque ſit, cujus tandem ego rei præter opinionem, quæ ſua cuique conjectanti eſſe poteſt, auctor ſim? Simile veri eſt, aut intervallis bellorum, ſicut nunc in delectibus fit Romanis, alia atque alia ſubole juniorum ad bella inſtauranda toties uſos eſſe: aut non ex iiſdem ſemper populis exercitus ſcriptos; quanquam eadem ſemper gens bellum intulerit: aut innumerabilem multitudinem liberorum capitum in eis fuiſſe locis, [1] quæ nunc vix ſeminario exiguo militum relicto, ſervitia Romana ab ſolitudine vindicant. Ingens certe (quod inter omnes auctores convenit) quamquam nuper Camilli ductu atque auſpicio acciſæ res erant, Volſcorum exercitus fuit. [2] ad hoc Latini Hernicique acceſſerant, & Circeienſium quidam, & coloni etiam à Velitris. Romanus dictator caſtris eo die poſitis, poſtero cum auſpicato prodiſſet, hoſtiaque cæſa pacem Deum adoraſſet; lætus ad milites, jam arma ad propoſitum pugnæ ſignum, ſicut edictum erat, luce prima capientes proceſſit: *Noſtra victoria eſt, milites*, inquit, *ſi quid Dii vateſque eorum in futurum vident. itaque, ut decet certæ ſpei plenos, & cum imparibus manus conſerturos, pilis ante pedes poſitis, gladiis tantum* [3] *dextras armemus: ne procurri quidem ab acie velim, ſed obnixos vos ſtabili gradu impetum hoſtium excipere.* [4] *Ubi illi vana injecerint miſſilia, & effuſi ſtantibus vobis ſe intulerint, tum micent gladii, & veniat in mentem unicuique, Deos eſſe, qui Romanum adjuvent: Deos, qui ſecundis avibus in*

1 *Quæ nunc vix ſeminario milit. relicto ſervitia Rom. ab ſolitudine vindic.*] Hujus loci, quod ſe non intelligere Glareanus fatetur, hic eſt ſenſus: Ea tum loca frequentiſſima fuiſſe, quæ nunc prope deſerta eſſent, niſi à ſervis Romanis, qui ea à ſolitudine vindicant, colerentur, præſertim cum ibi pauci admodum ſint, qui militent, vix militum exiguo ſeminario relicto. *Sigonius.* Sic Plinius alicubi dixit ergaſtula maximam partem Italiæ ab ſolitudine vindicare. *Henr. Valeſius.*

2 *Ad hoc Latini Hernicique*] Forte: *Ad hos.* J. F. Gron.

3 *Dextram armemus*] Veteres libri, *Dexteras.* Sigonius.

4 *Ubi illi vana injecerint miſſilia*] Recide præpoſitionem: ſufficit enim, *vana jecerint.* Tacitus: *teliſque non in vanum jactis.* J. F. Gron.

in prœlium miſerint. [1] *Tu, T. Quinti, equitem intentus ad primum initium moti certaminis teneas: ubi hærere jam aciem collato pede videris, tum terrorem equeſtrem occupatis alio pavore infer: invectuſque ordines pugnantium diſſipa.* Sic eques, ſic pedes, ut præceperat, pugnant: nec dux legiones, nec fortuna fefellit ducem. Multitudo hoſtium [2] nulli 13
rei præterquam numero freta, & oculis utramque metiens aciem temere prœlium iniit, temere omiſit: clamore tantum miſſilibuſque telis, & primo pugnæ impetu ferox; gladios & collatum pedem, & vultum hoſtis ardore animi micantem ferre non potuit. Impulſa frons prima, & trepidatio ſubſidiis illata, & ſuum terrorem intulit eques: rupti inde multis locis ordines, motaque omnia, & [3] fluctuanti ſimilis acies erat. deinde, poſtquam cadentibus primis, jam ad ſe quiſque perventuram cædem cernebat, terga vertunt. Inſtare Romanus; & donec armati confertique abibant, peditum labor in perſequendo fuit: poſtquam jactari arma paſſim, fugaque per agros ſpargi aciem hoſtium animadverſum eſt; tum equitum turmæ emiſſæ, dato ſigno, ne in ſingulorum morando cæde ſpatium ad evadendum interim multitudini darent. ſatis eſſe miſſilibus ac terrore impediri curſum, obequitandoque agmen teneri, dum aſſequi pedes & juſta cæde conficere hoſtem poſſet. Fugæ ſequendique non ante noctem finis fuit: capta quoque ac direpta eodem die caſtra Volſcorum, prædaque omnis, præter libera corpora, militi conceſſa eſt. Pars maxima captivorum ex Latinis atque Hernicis fuit: nec hominum de plebe, ut credi poſſet mercede militaſſe, ſed principes quidam juventutis inventi; manifeſta fides publica ope Volſcos hoſtes adjutos. Circeienſium quoque

que

1 *Tu Quinti*] Vet. lib. *Tu T. Quinti.* Sigonius.

2 *Nulli rei præterquam*] Scribe, *nulla re.* Ut lib. 9. *Etruſci omnium, præterquam multitudinis ſuæ, qua ſola freti erant, immemores.* J. F. Gron.

3 *Fluctuantis ſim.*] Veteres libri, *Fluctuanti ſimilis.* Sigonius.

1 Qua

que quidam cogniti, & colonia Velitris: Romamque
omnes miſſi, percunctantibus primoribus Patrum, ea-
dem, quæ dictatori, defectionem ſui quiſque populi
14 haud perplexe indicavere. Dictator exercitum in ſtativis
tenebat; minime dubius bellum cum his populis Patres
juſſuros: quum major domi exorta moles coëgit acciri
Romam eum; gliſcente indies ſeditione, quam ſolito
magis metuendam auctor faciebat. non enim jam oratio-
nes modo Manlii, ſed facta popularia in ſpeciem, tu-
multuoſa eadem, [1] qua mente fierent, intuenda erant.
Centurionem, nobilem militaribus factis, judicatum
pecuniæ quum duci vidiſſet; medio foro cum caterva
ſua accurrit, & manum injecit: vociferatuſque de ſuper-
bia Patrum, ac crudelitate fœneratorum, & miſeriis
plebis, virtutibus ejus viri fortunaque; *Tum vero ego*, in-
quit, *nequicquam hac dextra Capitolium arcemque ſervave-
rim, ſi civem commilitonemque meum, tamquam Gallis victori-
bus captum, in ſervitutem ac vincula duci videam.* Inde rem
creditori palam populo ſolvit, libraque & ære liberatum
emittit; Deos atque homines obteſtantem, *ut M. Man-
lio, liberatori ſuo, parenti plebis Romanæ, gratiam referant.*
Acceptus extemplo in tumultuoſam turbam, & ipſe tu-
multum augebat; cicatrices acceptas Veienti, Gallico
aliiſque deinceps bellis oſtentans. *Se militantem, ſe reſti-
tuentem everſos penates, [2] multiplici jam ſorte exſoluta mer-
gentibus ſemper ſortem uſuris, obrutum ſænore eſſe. Videre lu-
cem, forum, civium ora, M. Manlii opera: omnia parentum
beneficia ab illo ſe habere: [3] illi devovere corporis vitæque ac ſan-*
guinis

1 *Qua mente fierent, intuenda*] Sic quidem omnes libri. Sed ſcribendum videtur, *intuenti.* Manlii non modo orationes, ſed & actiones erant prima fronte populares, ſed conſideranti, quo conſilio fierent, omnino ſeditioſæ. *J. F. Gron.*

2 *Multiplici jam ſorte exol. merg. ſeper ſortem*] Quidam pro *ſeper*, legunt *ſemper*, ut intelligamus uſuras ita multiplicatas, ac ab ipſo ſolutas, ſortem jam aliquoties æquaſſe: ut ſit ſenſus, uſuras toties ſuppullulaſcentes merſiſſe ſortem, atque ita ſe fœnore obrutum. *Glareanus.*

3 *Illi devovere*] Vet. lib. *Illi ſe devovère.* Sigonius.

I Ju-

guinis quod ſuperſit. quodcunque ſibi cum patria, penatibus publicis ac privatis juris fuerit; id cum uno homine eſſe. His vocibus inſtincta plebes quum jam unius hominis eſſet; addita alia commotioris ad omnia turbanda conſilii res. Fundum in Veienti, caput patrimonii, ſubjecit præconi: *Ne quem veſtrum*, inquit, *Quirites*, *donec quicquam in re mea ſupererit*, [1] *judicatum addictumve duci patiar.* Id vero ita accendit animos, ut per omne fas ac nefas ſecuturi vindicem libertatis viderentur. Ad hoc domi, concionantis in modum, ſermones pleni criminum in Patres: inter quos, cum omiſſo diſcrimine, [2] vera an vana jaceret, theſauros Gallici auri occultari à Patribus jecit: nec jam poſſidendis publicis agris contentos eſſe, niſi pecuniam quoque publicam avertant. Ea res ſi palam fiat, exſolvi plebem ære alieno poſſe. Quæ ubi objecta ſpes eſt, enimvero indignum facinus videri, quum conferendum ad redimendam civitatem à Gallis aurum fuerit, tributo collationem factam: idem aurum ex hoſtibus captum in paucorum prædam ceſſiſſe. Itaque exſequebantur quærendo [3] ubi tantæ rei furtum occultaretur: differenteque, & tempore ſuo ſe indicaturum dicente; cæteris omiſſis eo verſæ erant omnium curæ: apparebatque nec veri indicii gratiam mediam, nec falſi offenſionem fore. Ita ſuſpenſis rebus dictator accitus ab 15
exercitu, in urbem venit. poſtero die ſenatu habito, quum ſatis periclitatus voluntates hominum, diſcedere ſenatum ab ſe vetuiſſet; ſtipatus ea multitudine, ſella in comi-

1 *Judicatum addictumve duci patiar.*] Non enim *adjudicatum*. Infra: *fama & corpore judicati atque addicti creditoribus ſatisfaciebant.* Diximus alibi. *J. F. Gron.*

2 *Vera an vana jaceret, theſauros Gallici auri occultari à Patribus jecit*] Vox ultima mihi ſuſpecta eſſe incipit: nam & inſuavis eſt auribus ob præcedens *jaceret*, & abſque illa conſtat oratio, ſi cogites τὸ *inter quos*, dici per intellectum verbi, *erat*. Ovidius lib. 13. *Et deceperat omnes, In quibus Ajacem, ſumpta fallacia veſtis.* Cornelius Nepos: *Creati decem prætores, qui exercitui præeſſent: in his Miltiades.* Cui ſic ſæpius. Ut & noſter. Hoc libro cap. 20. *Idem.*

3 *Ubi tanta rei furtum occultaretur*] Duo meliores Pall. & alter Voſſ. *peroccultaretur.* Forte fuit: *ubi tanta res furtum, per quos occultaretur.* Idem.

1 *Sive*

comitio poſita, viatorem ad M. Manlium miſit: qui dictatoris juſſu vocatus, quum ſignum ſuis dediſſet adeſſe certamen, agmine ingenti ad tribunal venit. Hinc ſenatus, hinc plebs ſuum quiſque intuentes ducem, velut in acie conſtiterant. Tum dictator, ſilentio facto, *Utinam*, inquit, *mihi Patribuſque Romanis ita de cæteris rebus cum plebe conveniat, quemadmodum quod ad te attinet, eamque rem, quam de te ſum quæſiturus, conventurum ſatis confido. Spem factam à te civitati video, fide incolumi ex theſauris Gallicis, quos primores Patrum occultent, creditum ſolvi poſſe. Cui ego rei tantum abeſt ut impedimento ſim, ut contra, te, M. Manli, adhorter, liberes fœnore plebem Romanam: & iſtos incubantes publicis theſauris ex præda clandeſtina evolvas. Quod niſi facis,* [1] *ſive ut & ipſe in parte prædæ ſis, ſive quia vanum indicium eſt; in vincula te duci jubebo: nec diutius patiar à te multitudinem fallaci ſpe concitari.* Ad ea Manlius, *nec ſe feſelliſſe*, ait, *non adverſus Volſcos toties hoſtes, quoties Patribus expediat, nec adverſus Latinos Hernicoſque, quos falſis criminibus in arma agant; ſed adverſus ſe ac plebem Romanam dictatorem creatum eſſe. Jam, omiſſo bello, quod ſimulatum ſit, in ſe impetum fieri: jam dictatorem profiteri patrocinium fœneratorum adverſus plebem: jam ſibi ex favore multitudinis crimen & perniciem quæri.* Offendit, inquit, *te, A. Corneli, voſque Patres conſcripti, circumfuſa turba lateri meo? Quin eam diducitis à me ſinguli veſtris beneficiis, intercedendo, eximendo de nervo cives veſtros, prohibendo judicatos addictoſque duci; ex eo, quod afſluit opibus veſtris, ſuſtinendo neceſſitates aliorum? Sed quid ego vos, de veſtro impendatis, hortor?* [2] *Sortem aliam ferte, de capite deducite quod uſuris pernumeratum eſt: jam nihilo mea turba, quam ullius, conſpectior erit. At enim, quid ita ſolus ego civium curam ago? nihilo magis quod reſpondeam, habeo, quam*

1 *Sive ut & ipſe in p. p. ſ. ſive quia vanum*] Vet. libri, *Sive quod & ipſe in parte prædæ ſis, ſive quod vanum indicium eſt.* Sigonius.

2 *Sortem aliam ferte*] MSS. & veteres editiones, *ſortem aliquam ferte.* An eſt ſorte tandem aliqua contenti eſtote, nec eam renovate ſemper anatociſmis? *J. F. Gron.*

Digitized by

quam ſi quæras, quid ita ſolus Capitolium [1] *arcemque ſervaverim. Et tum univerſis, quam potui, opem tuli, & nunc ſingulis feram. Nam quod ad theſauros Gallicos attinet, rem ſuapte natura facilem, difficilem interrogatio facit. cur enim quæritis quod ſcitis? cur quod in ſinu veſtro eſt, excuti jubetis potius, quam ponatis? niſi aliqua fraus ſubeſt. quo magis argui præſtigias jubetis veſtras, eo plus* [2] *vereor ne abſtuleritis obſervantibus etiam oculos. Itaque non ego vobis, ut indicem prædas veſtras, ſed vos id cogendi eſtis, ut in medium proferatis.* Quum mittere ambages, dictator juberet, & aut [3] peragere verum indicium cogeret, aut fateri facinus inſimulati falſo crimine ſenatus, oblatæque vani furti invidiæ; negantem arbitrio inimicorum ſe locuturum, in vincula duci juſſit. Arreptus à viatore, *Jupiter*, inquit, *optime maxime,* 16

1 *Arcemque ſervarim*] MSS. omnes *ſervaverim*, & hi potius audiendi. *J. F. Gron.*

2 *Vereor ne abſtul. obſerv. et. oculos*] Vet. lib. *Oculis.* Sigonius.

Ne abſtuleritis etiam obſervantibus oculis] Glareanus notat, ſi *oculis* legamus, ut habeant plerique libri, ſimpliciorem fore enuntiationem; ſi *oculos*, ut quidam, ſpecioſam hyperbolen. Haud ſcio unde acceperit *oculos*: nam id ego in ſolo reperio Sigoniano; ſenſum autem ejus nullum exputare poſſum. Itaque Freinshemius conjecit *occulti*. Sed MSS. & editiones apud me omnes ab Andrea uſque ad Frobenium, *oculos*. Dicuntur autem fures *abſtuliſſe oculos etiam obſervantibus*, qui arte tanta egerunt in furando, ut etiam Argus aliquis in illis perderet uſum luminum, & utcumque intentus, quid ageretur, non animadverteret. Quintilianus 12, 1. *Verum & illud, quod prima propoſitione durum videtur, poteſt afferre ratio, ut vir bonus in defenſione cauſæ velit auferre aliquando judici veritatem.* Manetque in cœpta translatione: nam præſtigiatorum proprie eſt *auferre oculos* ſpectantibus, hoc eſt, fallere oculos ſpectantium. Sex. Empiricus lib. 2 adverſus Mathematicos: Καθάπερ οἱ ψηφοπαῖκται τὰς τῶν θεωμένων ὄψεις δι' ὀξυχειρίαν κλέπτουσι. Gregorius Nazianzenus in Athanaſium: Ἀλλὰ τοῦτον ἦν ψήφοις τι παίζειν καὶ ὄψιν κλεπτούσαις τῷ τάχει τῆς μεταθέσεως. Idem ſecunda in Julianum: Πολλοὺς τῶν αὐτοῦ συνήθων καὶ γνωρίμων ἐκάλει, ὡς δράσων θαυμάσιά τε οἷα· ἐπεὶ δὲ παρῆσαν, τοῦτο ἐκεῖνο ἦν τῶν ψήφων κλοπαὶ καὶ τῶν ὄψεων ἀπάται. Suidas in Ψηφολόγοι. Ὥσπερ οἱ ψηφολόγοι τῶν ὀφθαλμοὺς τῷ τάχει τῆς μεταθέσεως τῶν ψήφων ἀπατῶντες συναρπάζουσι. Ψηφοπαικτοῦσι τὸ δίκαιον Lyſias apud Pollucem 7, 33. De hoc monuerunt me eodem fere tempore, & in eandem ſententiam, coram alter, alter per literas, Rabodus Hermannus Schelius & Albertus Rubenius, ambo pectora amicitiæ, ambo ſumma literarum decora, ambo fato breves & in medio honorum curſu cum luctu omnium bonorum defuncti. *J. F. Gron.*

3 *Peragere verum indicium*] Dele iſtud *verum*. Tan. Faber.

Peragere verum indicium cogeret] Suſpectum mihi τὸ *cogeret*: ſufficit enim ad omnia, quod præceſſit, *juberet*. J. F. Gron.

maxime, Junoque Regina, ac Minerva, cæterique Dii Deæque, qui Capitolium arcemque incolitis; ſiccine veſtrum militem ac præſidem ſinitis vexari ab inimicis? Hac dextra, qua Gallos fudi à delubris veſtris, jam in vinculis & catenis erit? Nullius nec oculi nec aures indignitatem ferebant: ſed invicta ſibi quædam patientiſſima juſti imperii civitas fecerat. nec adverſus dictatoriam vim aut tribuni plebis, aut ipſa plebs, attollere oculos aut hiſcere audebant. Conjecto in carcerem Manlio, ſatis conſtat, magnam partem plebis veſtem mutaſſe, multos mortales capillum ac barbam promiſiſſe, obverſatamque veſtibulo carceris mœſtam turbam. Dictator de Volſcis triumphavit: invidiæque magis triumphus quam gloriæ fuit. Quippe domi, non militiæ, partum eum; actumque de cive, non de hoſte, fremebant: unum defuiſſe tantum ſuperbiæ, quod non M. Manlius ante currum ſit ductus. Jamque haud procul ſeditione res erat: cujus leniendæ cauſſa, poſtulante nullo, largitor voluntarius repente ſenatus factus, [1] Satricum coloniam duo millia civium Romanorum deduci juſſit: bina jugera & ſemiſſes agri aſſignati. Quod quum & parvum & paucis datum, & mercedem eſſe prodendi M. Manlii interpretarentur; remedio irritatur ſeditio: & jam magis inſignis ſordibus & facie reorum turba Manliana erat. amotuſque poſt triumphum abdicatione dictaturæ terror & linguam & animos liberaverat hominum.
17 Audiebantur itaque propalam voces exprobrantium multitudini, *quod defenſores ſuos in præcipitem ſemper locum favore tollat, deinde in ipſo diſcrimine periculi deſtituat. Sic Sp. Caſſium in agros plebem vocantem, ſic Sp. Mælium ab ore civium famem ſuis impenſis propulſantem, oppreſſos: ſic M. Manlium, merſam & obrutam fœnore partem*

civi-

1 *Satricum coloniam duo millia*] Non dubito quin apud Velleium lib. 1, ubi ait *Sutrium poſt annos* VII, *quam capta Roma eſt, deductam eſſe coloniam*, legendum ſit ex hujus loci auctoritate, *Satricum*. *Satrici* etiam *coloniæ* meminit lib. 9 Livius. Nam *coloniæ Sutrii* meminit Diodorus anno poſt Romam captam. *Sigonius*.

1 *Fin-*

Digitized by Google

civitatis in libertatem ac lucem extrahentem, proditum inimicis. Saginare plebem populares ſuos, ut jugulentur. Hoccine patiendum fuiſſe, ſi ad nutum dictatoris non reſponderet vir conſularis? [1] *Fingerent mentitum ante, atque ideo non habuiſſe quod tum reſponderet: cui ſervo umquam mendacii pœnam vincula fuiſſe? Non obverſatam eſſe memoriam noctis illius, quæ penè ultima atque æterna nomini Romano fuerit? non ſpeciem agminis Gallorum, per Tarpeiam rupem ſcandentis? non ipſius M. Manlii, qualem eum armatum, plenum ſudoris ac ſanguinis, ipſo pene Jove erepto ex hoſtium manibus vidiſſent? Selibriſne farris gratiam ſervatori patriæ relatam? & quem prope cæleſtem, cognomine certe Capitolino Jovi parem fecerint, eum pati vinctum in carcere, in tenebris, obnoxiam carnificis arbitrio ducere animam? Adeo in uno omnibus ſatis auxilii fuiſſe, nullam opem in tam multis uni eſſe?* Jam ne nocte quidem turba ex eo loco dilabebatur, refracturoſque carcerem minabantur: quum remiſſo, id quod erepturi erant, ex ſenatuſconſulto Manlius vinculis liberatur. quo facto non ſeditio finita, ſed dux ſeditioni datus eſt. Per eoſdem dies Latinis & Hernicis, ſimul [2] colonis Circeienſibus, & à Velitris purgantibus ſe Volſci crimine belli, captivoſque repetentibus, ut ſuis legibus in eos animadverterent, triſtia reſponſa reddita: triſtiora colonis, quod cives Romani patriæ oppugnandæ nefanda conſilia iniiſſent. Non negatum itaque tantum de captivis; ſed in quo ab ſociis tamen temperaverant, denunciatum ſenatus verbis, faceſſerent propere ex urbe, ab ore atque oculis populi Romani, ne nihil eos legationis jus, externo non civi comparatum, tegeret. Recrudeſcente Man- 18
liana ſeditione, ſub exitu anni comitia habita, [3] creati-
que

1 *Fingerent mentitum ante*] Leg. *mentitum autem*. Plautus & Terentius ita tranſponunt τὸ *autem* ἐν πλείοσι καὶ ἀποχείοσι. *Tan. Faber.*

2 *Colonis Circ. & Velitris*] *A Velitris* dixit, ut primo lib. *Turnus ab Aricia.* Et Virgilius in Georgicis: *Paſtor ab Amphryſo.* Sigonius.

3 *Creatique tribuni mil. conſ. poteſtate, Sergius Cornelius Mal. ſecundum*] Antiqui libri ita: *Creatique tribuni militum conſulari poteſtate ex patribus Servius*

que tribuni militum conſulari poteſtate ex Patribus Ser. Cornelius Maluginenſis tertium, P. Valerius Potitus iterum, M. Furius Camillus quintum, Ser. Sulpicius Rufus iterum, C. Papirius Craſſus, T. Quintius Cincinnatus ſecundum. Cujus principio anni, & Patribus & plebi peropportune externa pax data: plebi, quod non avocata delectu ſpem cepit, dum tam potentem haberet ducem, fœnoris expugnandi: Patribus, ne quo externo terrore avocarentur animi ab ſanandis domeſticis malis. Igitur quum pars utraque acrior aliquanto coorta eſſet; [1] jam in propinquum certamen aderat: & Manlius, advocata domum plebe, cum principibus novandarum rerum interdiu noctuque conſilia agitat; plenior aliquanto animorum irarumque, quam antea fuerat. Iram accenderat ignominia recens in animo ad contumeliam inexperto. ſpiritus dabat, quod nec auſus eſſet idem in ſe dictator, quod in Sp. Mælio Cincinnatus Quintius feciſſet: & vinculorum ſuorum invidiam non dictator modo abdicando dictaturam fugiſſet, ſed ne ſenatus quidem ſuſtinere potuiſſet. His ſimul inflatus, exacerbatuſque, jam per ſe accenſos incitabat plebis animos: *Quouſque tandem ignorabitis vires veſtras, quas natura ne belluas quidem ignorare voluit? numerate ſaltem quot ipſi ſitis, quot adverſarios habetis. Si ſinguli ſingulos aggreſſuri eſſetis, tamen acrius crederem vos pro libertate, quam illos pro dominatione certaturos. Quot enim clientes circa ſingulos fuiſtis patro-*

vius Cornelius Maluginenſis II. *Ex patribus* autem iccirco dictum eſt, quia aliquando per hæc tempora fiebant etiam ex plebe. Cæterum non *Maluginenſis* II ſed III ſcribe. Nam proxime infra IIII fuiſſe dicitur, & jam bis ante fuiſſe eundem docuimus. *Sigon.*

1 *Jam in propinquum certamen aderat*] Quidam editi veteres, *in propinquo.* Rectius delebitur præpoſitio. Sic lib. 7. *Quum robore juventutu ſuæ acciſo, nulla propinqua ſpes eſſet.* Lib. 21. *Quum ob hæc taliaque ſperaret propinquum certamen.* Tacitus 2 Annal. *Igitur propinquo ſumma rei diſcrimine.* Th. Helm. duo Voſſ. Rott. *eſſet in propinquum*, ſine τοῦ *jam.* Nec ſecus Romæ Andreas. Venio in ſuſpicionem non hanc modo vocem inculcatam eſſe Livio, ſed & τὰ *aderat &*, quum ſcripſiſſet: *Igitur quum pars utraque acrior aliquanto coorta eſſet in propinquum certamen; Manlius advocata demum plebe.* J. F. Gron.

1 *Ad-*

patronos, tot nunc adverſus unum hoſtem eritis. Oſtendite modo bellum, pacem habebitis. Videant vos paratos ad vim, jus ipſi remittent. Audendum eſt aliquid univerſis, aut omnia ſingulis patienda. Quouſque me circumſpectabitis? Ego quidem nulli veſtrum deero. ne fortuna mea deſit, videte. Ipſe vindex veſter, ubi viſum inimicis eſt, nullus repente fui: & vidiſtis in vincula duci univerſi eum, qui à ſingulis vobis vincula depuleram. Quid ſperem, ſi plus in me audeant inimici? an exitum Caſſii Mæliique exſpectem? Bene facitis, quod abominamini: Dii prohibebunt hæc: ſed nunquam propter me de cœlo deſcendent. Vobis dent mentem oportet, ut prohibeatis: ſicut mihi dederunt armato togatoque, ut vos à barbaris hoſtibus, à ſuperbis defenderem civibus. Tam parvus animus tanti populi eſt, ut ſemper vobis auxilium adverſus inimicos ſatis ſit, nec ullum, niſi quatenus imperari vobis ſinatis, certamen [1] *adverſus Patres noritis? Nec hoc natura inſitum vobis eſt, ſed uſu poſſidemini. Cur enim adverſus externos tantum animorum geritis, ut imperare illis æquum cenſeatis? quia conſueſtis cum eis pro imperio certare, adverſus hos tentare magis quam tueri libertatem. Tamen qualeſcunque duces habuiſtis, qualeſcunque ipſi fuiſtis, omnia adhuc quantacunque petiſtis, obtinuiſtis; ſeu vi, ſeu fortuna veſtra.* [2] *tempus eſt jam majora conari. Experimini modo & veſtram felicitatem, & me (ut ſpero) feliciter expertum: minore negotio, qui imperet Patribus, imponetis, quam qui reſiſterent imperantibus, impoſuiſtis. Solo æquanda ſunt dictaturæ conſulatuſque, ut caput attollere Romana plebes poſſit. Proinde adeſte, prohibete jus de pecuniis dici. ego me patronum profiteor plebis, quod mihi cura mea & fides nomen induit. Vos ſi quo inſigni*

1 *Adverſus Patres noveritis*] Hoc loco MSS. o. *noritis*, quod ſequimur. *J. F. Gron.*

2 *Tempus eſt etiam*] Vet. lib. *Unde tempus eſt etiam majora conari.* Sigonius, *Unde tempus eſt etiam majora conari*] Locum leviter corruptum Sigonii cura longe corruptiorem reddidit, adjecto τῷ *unde*: quod & ſenſum magis impedit, nec in aliis ſcriptis alicujus pretii aut vetuſtis edd. reperitur. Illo ergo ejecto & reſecta copulativa, quæ ex proximo verbo ſubſtantivo redundabat, ſcribe: *Tempus eſt jam majora conari.* Lib. 21. *Tempus eſt jam opulenta vos & ditia ſtipendia facere.* Lib. 25. *Tempus eſſe id jam agi, ut bellum in Hiſpania finiretur.* J. F. Gron.

ſigni magis imperii honoriſve nomine veſtrum appellabitis ducem; eo utemini potentiore ad obtinenda ea quæ vultis. Inde de regno agendi ortum initium dicitur: ſed nec cum quibus, nec quem ad finem conſilia pervenerint, ſat planum traditur.

19 At in parte altera ſenatus de ſeceſſione, in domum privatam, plebis, forte etiam in arce poſitam, [1] & imminenti mole libertati, agitat. Magna pars vociferantur, Servilio Ahala opus eſſe, qui non in vincula duci jubendo irritet publicum hoſtem, ſed unius jactura civis, finiat inteſtinum bellum. Decurritur ad leniorem verbis ſententiam; vim tamen eandem habentem, Ut videant magiſtratus, ne quid ex pernicioſis conſiliis M. Manlii reſpublica detrimenti capiat. Tum [2] tribuni conſulari poteſtate, tribunique plebi (nam & quia eundem & ſuæ poteſtatis quem libertatis omnium finem cernebant, Patrum auctoritati ſe dediderant) hi tum omnes quid opus facto ſit, conſultant. Quum præter vim & cædem nihil cuiquam occurreret; eam autem ingentis dimicationis fore appareret; tum [3] M. Mænius & Q. Publilius tribuni plebis, *Quid Patrum & plebis certamen facimus, quod civitatis eſſe adverſus unum peſtiferum civem debet?* [4] *Quid cum plebe aggredimur eum, quem per ipſam plebem tutius aggredi eſt, ut ſuis ipſe oneratus viribus ruat? Diem dicere ei, nobis in animo eſt. nihil minus populare quam regnum eſt. Simul multitudo illa non ſecum certari viderint, & ex advocatis judices facti erunt, & accuſatores de plebe, patricium reum intuebuntur, & regni crimen in medio; nulli magis quam libertati favebunt ſuæ.*

20 Approbantibus cunctis, diem Manlio dicunt. quod ubi eſt factum, primo commota plebs eſt, utique poſtquam ſordidatum reum viderunt:

1 *Et imminente mole libertat.*] Leg. *& imminentem publicæ libertati.* Tan. Faber.

2 *Tribuni conſulari poteſtate*] Vet. lib. *Tribuni militum conſulari poteſtate.* Sigon.

3 *M. Menenius, & Q. Publius trib. pl.*] Lege, *M. Manius, & Q. Publilius. Manius*, quia *Menenii* patricii, & ſæpe in hoc nomine erratum eſt. *Publilius*, ne duo prænomina coëant. Quod in hac gente fit ubique, ut ante etiam admonui. *Idem.*

4 *Quid cum plebe aggred.*] Videtur legendum, *Quin cum plebe.* Idem.

runt: nec cum eo non modo patrum quemquam, ſed ne cognatos quidem aut affines, poſtremo ne fratres quidem A. & T. Manlios: quod ad eum diem nunquam uſu veniſſet, ut in tanto diſcrimine non & proximi veſtem mutarent. Appio Claudio in vincula ducto, C. Claudium inimicum, Claudiamque omnem gentem ſordidatam fuiſſe. conſenſu opprimi popularem virum: quod primus à Patribus ad plebem defeciſſet. Quum dies venit, quæ præter cœtus multitudinis ſeditioſaſque voces, & largitionem & fallax indicium, pertinentia proprie ad regni crimen, ab accuſatoribus objecta ſint reo, apud neminem auctorem invenio. nec dubito haud parva fuiſſe, quum damnandi mora plebi non in cauſſa, ſed in loco fuerit. Illud notandum videtur, ut ſciant homines, quæ & quanta decora fœda cupiditas regni, non ingrata ſolum, ſed inviſa etiam reddiderit. Homines prope quadringentos produxiſſe dicitur, quibus ſine fœnore expenſas pecunias tuliſſet, quorum bona venire, quos duci addictos prohibuiſſet. Ad hæc, decora quoque belli non commemoraſſe tantum, ſed protuliſſe etiam conſpicienda; ſpolia hoſtium cæſorum ad triginta, dona imperatorum ad quadraginta: in quibus inſignes duas murales coronas, civicas octo. [1] Ad hæc ſervatos ex hoſtibus [2] cives produxiſſe; inter quos C. Servilium magiſtrum equitum abſentem nominatum. & quum ea quoque, quæ bello geſta eſſent, pro faſtigio rerum oratione etiam magnifica facta dictis æquando memoraſſet; nudaſſe pectus inſigne cicatricibus bello acceptis; & identidem Capitolium ſpectans, Jovem Deoſque alios devocaſſe ad auxilium fortunarum ſuarum: precatuſque eſſe, ut quam mentem ſibi Capitolinam

1 *Ad hoc ſervatos*] Vet. lib. *Ad hæc*. Sigonius.

2 *Cives produxit*] Suſpicor verbum *produxit* ab exponente poſtea additum. Quod tamen ſubaudiri poteſt aptius quam *protuliſſe*, quod inanimatis rebus convenit. Alioqui melius legatur *produxiſſe* cohærente oratione. *Rhenanus*.

nam arcem protegenti ad ſalutem populi Romani dediſſent, eam populo Romano in ſuo diſcrimine darent: & oraſſe ſingulos univerſoſque, ut Capitolium atque arcem intuentes, ut ad Deos immortales verſi, de ſe judicarent. In Campo Martio quum centuriatim populus citaretur, & reus ad Capitolium manus tendens, ab hominibus ad Deos preces avertiſſet; apparuit tribunis, niſi oculos quoque hominum liberaſſent ab tanti memoria decoris, numquam fore in præoccupatis beneficio animis vero crimini locum. Ita prodicta die, in Petelinum lucum extra portam Flumentanam, unde conſpectus in Capitolium non eſſet, concilium populi indictum eſt. ibi crimen valuit, & obſtinatis animis triſte judicium inviſumque etiam judicibus factum. [1] Sunt qui per duumviros, qui de perduellione anquirerent, creatos, auctores ſint. damnatum tribuni de ſaxo Tarpeio dejecerunt: locuſque idem in uno homine & eximiæ gloriæ monimentum, & pœnæ ultimæ fuit. Adjectæ mortuo notæ ſunt: publica una; quod, quum domus ejus fuiſſet, ubi nunc ædes atque officina Monetæ eſt; latum ad populum eſt, ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret: gentilicia altera; quod gentis Manliæ decreto cautum eſt, ne quis deinde M. Manlius vocaretur. Hunc exitum habuit vir, niſi in libera civitate natus eſſet, memorabilis. Populum brevi, poſtquam periculum ab eo nullum erat, per ſe ipſas recordantem virtutes deſiderium ejus tenuit. peſtilentia etiam brevi conſecuta, nullis occurrentibus tantæ cladis cauſſis, ex Manliano ſupplicio magnæ parti videri orta: *Violatum Capitolium eſſe ſanguine ſervatoris. nec Diis cordi fuiſſe pœnam ejus oblatam prope oculis ſuis, à quo ſua templa erepta è manibus hoſtium eſſent.* Peſti-

1 *Sunt qui duumviros*] Duo Pall. Th. duo Voſſ. Helm. *Sunt qui per duumviros.* Ex quo apparet recte Rhenanum τὸ *damnatum* à ſequenti periodo ad hanc retraxiſſe. Niſi intelligas per duumviros *judicium factum.* J. F. Gron.

1 *Peſti-*

21 [1] Peſtilentiam inopia frugum, & vulgatam utriuſque mali famam, anno inſequente multiplex bellum excepit, L. Valerio quartum, A Manlio tertium, Ser. Sulpicio tertium, L. Lucretio, L. Æmilio tertium, M. Trebonio, tribunis militum conſulari poteſtate. Hoſtes novi, præter Volſcos, velut ſorte quadam prope in æternum exercendo Romano militi datos, Circeioſque & Velitras colonias; jamdiu molientes defectionem, & ſuſpectum Latium, Lanuvini etiam, quæ fideliſſima urbs fuerat, ſubito exorti. Id Patres rati contemptu accidere, quod Veliternis civibus ſuis tamdiu impunita defectio eſſet; decreverunt, ut primo quoque tempore ad populum ferretur de bello eis indicendo. ad quam militiam quo paratior plebes eſſet, quinque viros Pomptino agro dividendo, & triumviros [2] Nepete coloniæ deducendæ creaverunt. Tum ut bellum juberent, latum ad populum eſt: & nequicquam diſſuadentibus tribunis plebis, omnes tribus bellum juſſerunt. Apparatum eo anno bellum eſt: exercitus propter peſtilentiam non eductus. eaque cunctatio colonis ſpatium dederat deprecandi ſenatum: & magna hominum pars eo, ut legatio ſupplex Romam mitteretur, inclinabat. ni privato (ut fit) periculo publicum implicitum eſſet, auctoreſque defectionis ab Romanis, metu ne ſoli crimini ſubjecti, piacula iræ Romanorum dederentur, avertiſſent colonias à conſiliis pacis. Neque in ſenatu ſolum per eos legatio impedita eſt, ſed magna pars plebis incitata, ut prædatum in agrum Romanum exirent. hæc nova injuria exturbavit omnem ſpem pacis. De Præneſtinorum quoque defectione eo anno

1 *Peſtilentiam, inopiam frugum*] MSS. *Peſtilentiam inopia frugum*; ſubaudi, *excepit*. & recte. *Sigonius*.

Peſtilentiam, inopiam frugum] Leve omnium jam ab Andrea librorum vitium. Scribe: *Peſtilentiam inopia frugum, & vulgatam.* Nam & prorſus ita lib. 4. *Peſtilentem annum inopia frugum, neglecto cultu agrorum, ut plerumque fit, excepit.* Notavimus olim: nunc video confirmatum ab utraque membrana Voſſiana & Rottend. *J. F. Gron.*

2 *Nepete coloniæ deducendæ*] Vet. lib. & ratio, quam ante attuli docent, *Nepet*, legendum eſſe. *Sigonius*.

anno primum fama exorta: arguentibuſque eos Tuſculanis, & Gabinis, & [1] Lavicanis, quorum in fines incurſatum erat, ita placide ab ſenatu reſponſum eſt, ut minus credi de criminibus, quia nollent ea vera eſſe, appareret.

22 Inſequenti anno Sp. & L. Papirii, novi tribuni militum conſulari poteſtate, Velitras legiones duxere; [2] quatuor collegis Ser. Cornelio Maluginenſe quartum, Q. Servilio, Ser. Sulpicio, L. Æmilio quartum, tribunis ad præſidium urbis, & ſi qui ex Etruria novi motus nunciarentur (omnia enim inde ſuſpecta erant) relictis. Ad Velitras adverſus majora penè auxilia Præneſtinorum, quam ipſam colonorum multitudinem ſecundo prœlio pugnatum eſt; ita ut propinquitas urbis hoſti & cauſſa maturioris fugæ, & unum ex fuga receptaculum eſſet. Oppidi oppugnatione tribuni abſtinuere; quia & anceps erat, nec in perniciem coloniæ pugnandum cenſebant. Literæ Romam ad ſenatum cum victoriæ nunciis acriores in Præneſtinum quam in Veliternum hoſtem, miſſæ. Itaque ex ſenatuſconſulto, populique juſſu, bellum Præneſtinis indictum: qui conjuncti Volſcis anno inſequente Satricum coloniam populi Romani pertinaciter à colonis defenſam vi expugnarunt, [3] fœdeque in captis exercuere victoriam. Eam rem ægre paſſi Romani, [4] M. Furium Camillum ſeptimum tribunum militum creavere. additi collegæ, A. & L. Poſtumii Regillenſes, ac

1 *Labicanis*] Vet. lib. *Lavicanis*. Sigonius.

2 *Quatuor collegis, &c. tribunis ad præſid.*] Muretus inducit τὸ *tribunis*. J. F. Gron.

3 *Fœdeque in captis exerc. victor.*] Vet. lib. *Fœdamque in captivis exercuere victoriam*. Sigonius.

Fœdeque in captis exercuere victoriam] Non modo nihil habet vulgata vitii: ſed etiam vitioſa eſt, quam ſupponit Sigonius: *fœdamque in captivis*. Etenim *fœdam victoriam exercere* foret uti victoria, quæ turpiter parta eſt: & ponit hoc genus loquendi crimen in acquirenda victoria, de uſu ejus indifferenter ſonat. Quod abhorret à Livii mente: is enim paratam quidem ſignificat vi & optima ratione belli, deformatam autem crudelitate, dum exercetur. Salluſtius Jugur. de L. Opimio, *acerrume victoriam nobilitatis in plebem exercuerat*. Vide 4 Obſerv. 5. *J. F. Gron.*

4 *M. Furium Camill. VII tribunum militum*] Vet. lib. VI, ut ante oſtendi, & recte. *Sigonius.*

Digitized by Google

ac L. Furius, cum L. Lucretio, & M. Fabio Ambuſto. Volſcum bellum M. Furio extra ordinem decretum. adjutor ex tribunis ſorte L. Furius datur; non tam è republica quam ut collegæ materia ad omnem laudem eſſet: & publice, quod rem temeritate ejus prolapſam reſtituit: & privatim, quod ex errore gratiam potius ejus ſibi quam ſuam gloriam petiit. Exactæ jam ætatis Camillus erat, comitiiſque jurare parato in verba excuſandæ valetudini ſolita, conſenſus populi reſtiterat: ſed [1] vegetum ingenium in vivido pectore vigebat, virebatque integris ſenſibus, & civiles jam res haud magnopere obeuntem bella excitabant. Quatuor legionibus quaternum millium ſcriptis, exercitu indicto ad portam Eſquilinam in poſteram diem, ad Satricum profectus; ibi eum expugnatores coloniæ haudquaquam perculſi, fidentes militum numero, quo aliquantum præſtabant, opperiebantur. poſtquam appropinquare Romanos ſenſerunt, extemplo in aciem procedunt; nihil dilaturi quin periculum ſummæ rerum facerent: ita paucitati hoſtium, nihil artes imperatoris unici, quibus ſolis confiderent, profuturas eſſe. Idem ardor & in Romano 23
exercitu erat, & in altero duce: nec præſentis dimicationis fortunam ulla res, præterquam unius viri conſilium atque imperium, morabatur: qui occaſionem juvandarum ratione virium trahendo bello quærebat. Eo magis hoſtis inſtare: nec jam pro caſtris tantum ſuis explicare aciem, ſed procedere in medium campi, & vallo prope hoſtium ſigna inferendo, ſuperbam fiduciam virium oſtentare. Id ægre patiebatur Romanus miles: multo ægrius alter ex tribunis militum L. Furius ferox quum ætate & ingenio, tum multitudinis, ex incertiſſimo ſumentis animos, ſpe inflatus. Hic per ſe jam milites

1 *Vegetum ingenium in vivido pectore virebat vigebatque*] Ita duo verba tranſpono. Quid enim? Livione dignum eſt: *vegetum ingenium viget*? Deinde, *virebat ſenſibus integris*, non ita placebat. *Tan. Faber.*

1 *Ca-*

lites incitatos inſuper inſtigabat, elevando, qũa una poterat, ætate auctoritatem collegæ: *Juvenibus bella data dictitans, & cum corporibus vigere & deflorеſcere animos; Cunctatorem ex acerrimo bellatore factum: & qui adveniens* [1] *caſtra urbeſque primo impetu rapere ſit ſolitus: eum reſidem intra vallum tempus terere: quid acceſſurum ſuis, deceſſurumve hoſtium viribus ſperantem? quam occaſionem, quod tempus,* [2] *quem inſidiis inſtruendis locum? frigere ac torpere ſenis conſilia. Sed Camillo, tum vita ſatis, tum gloria eſſe. quid attinere cum mortali corpore uno, civitatis, quam immortalem eſſe deceat, pati conſeneſcere vires?* His ſermonibus tota in ſe averterat caſtra. & quum omnibus locis poſceretur pugna, *Suſtinere*, inquit, *M. Furi, non poſſumus militum impetum: & hoſtis, cujus animos cunctando auximus, jam minime toleranda ſuperbia inſultat. Cede unus omnibus, & patere te vinci conſilio, ut maturius bello vincas.* Ad ea Camillus, *Quæ bella ſuo unius auſpicio geſta ad eam diem eſſent, negare in eis neque ſe, neque populum Romanum, aut conſilii ſui, aut fortunæ pœnituiſſe. nunc ſcire ſe collegam habere jure imperioque parem, vigore ætatis præſtantem. Itaque ſe quod ad exercitum attineat, regere conſueſſe, non regi. collegæ imperium ſe non poſſe impedire. Diis bene juvantibus ageret, quod è republica duceret.* [3] *Ætati ſuæ ſe veniam etiam petere, ne in prima acie eſſet. quæ ſenis munia in bello ſint, iis ſe non defuturum. Id à Diis immortalibus precari, ne qui caſus ſuum conſilium laudabile efficiat.*

1 *Caſtra urbeſque primo impetu capere*] Non Borbet. modo, ſed & duo Voſſ. Helm. Pall. Chiflet. Buſlid. Rott. *rapere.* Florus lib. 3 cap. 20. *Nihil tale exſpectantis ducis ſubito impetu caſtra rapuere.* Idem 4, 12, de Arminio & Germanis: *undique invadunt, caſtra rapiunt.* J. F. Gron.

2 *Quem inſidiis inſtruentem locum*] Manuſcripti, *ingruentem.* ex quo legendum videtur, *congruentem*, id eſt, aptum inſidiis locum. *Sigonius.*

Quem inſidiis inſtruentem locum] Videtur fore rectius, *inſtruendis.* Pendent enim hæc omnia à verbo *ſperantem*, nempe Camillum: quam ſperantem occaſionem, quod ſperantem tempus, quem locum inſtruendis inſidiis? 23, 35, *In ſacrificio apparando, & inter id inſtruendæ fraudi aliquanto intentior.* J. F. Gron.

3 *Ætati ſuæ ſe veniam etiam petere*] Tò *etiam* hoc loco ſtare poſſe haud putem. Lege: *Veniam eam petere.* Quaſi dixerit: *Hanc mihi veniam dabis.* Tan. Faber.

efficiat. Nec ab hominibus ſalutaris ſententia; nec ab Diis tam piæ preces auditæ ſunt. primam aciem auctor pugnæ inſtruit, ſubſidia Camillus firmat, validamque ſtationem pro caſtris opponit. ipſe edito loco ſpectator intentus in eventu alieni conſilii conſtitit. Simul primo 24
concurſu concrepuere arma, hoſtis dolo, non metu, pedem retulit. lenis ab tergo clivus erat inter aciem & caſtra: &, quod multitudo ſuppeditabat, aliquot validas cohortes in caſtris armatas inſtructaſque reliquerant, quæ inter commiſſum jam certamen, ubi vallo appropinquaſſet hoſtis, erumperent. Romanus cedentem hoſtem effuſe ſequendo, in locum iniquum pertractus, opportunus huic eruptioni fuit. verſus itaque in victorem terror, & [1] novo hoſte, & ſupina valle Romanam inclinavit aciem. Inſtant Volſci recentes, qui è caſtris impetum fecerant, integrant & illi pugnam, qui ſimulata ceſſerant fuga. Jam non recipiebat ſe Romanus miles, ſed immemor recentis ferociæ veteriſque decoris, terga paſſim dabat, atque effuſo curſu caſtra repetebat, quum [2] Camillus, ſubjectus à circumſtantibus in equum, & raptim ſubſidiis oppoſitis, *Hæc eſt*, inquit, *milites, pugna quam popoſcitis? Quis homo, quis Deus eſt, quem accuſare poſſitis? veſtra illa temeritas, veſtra ignavia hæc eſt. Secuti alium ducem, ſequimini nunc Camillum, & quod*

1 *Novo hoſte, & ſupina valle Rom.*] Duas cauſas affert, quibus Romana acies exterrita inclinata eſt. Novum hoſtem & ſupinam vallem, quam paulo ante lenem à tergo clivum appellavit. Itaque locum integrum eſſe cenſeo, contra atque cenſet Glareanus. *Sigonius.*

Et ſupina valle Romanam] Si cogites præcedentia, *lenis ab tergo clivus erat inter aciem & caſtra*, non obſcurus eſt locus, multo minus ſuſpectus eſſe debet, ut Glareano viſum. Ait enim Romanos territos & inclinatos, quod & loco ſubiſſent acclivi & ab recente hoſte deſuper incumbente exciperentur. *Supina vallis* eſt, quibus eſt à tergo, qui ex valle in collem ſuccedunt. Lib. 7. *Pepuliſtis à caſtris, ſupina valle præcipites egiſtis.* J. F. Gron.

2 *Camillus ſublatus à circumſtantibus in equum*] Scribe cum Thuaneo & Chiflet. *ſubjectus*. Quo aurigantur tres Pall. duo Voſſ. Helm. qui habent *ſubvectus*. Virgilius lib. 12. *Et corpora ſaltu Subjiciunt in equos.* Noſterque Livius lib. 31. *Saluti fuit eques, qui raptim ipſe deſiluit, pavidumque regem in equum ſubjecit.* Statius 11 Thebaid. *Correptumque injecit equo.* Idem.

1 Et

[1] *& quod ductu meo ſoletis, vincite. Quid vallum & caſtra ſpectatis? neminem veſtrum illa, niſi victorem,* [2] *receptura ſunt.* Pudor primo tenuit effuſos: inde, ut circumagi ſigna obvertique aciem [3] viderunt in hoſtem, & dux, præterquam quod tot inſignis triumphis, etiam ætate venerabilis, inter prima ſigna (ubi plurimus labor periculumque erat) ſe offerebat; increpare ſinguli ſe quiſque & alios, & adhortatio invicem totam alacri clamore pervaſit aciem. Neque alter tribunus rei defuit: ſed miſſus à collega reſtituente peditum aciem ad equites, non caſtigando (ad quam rem leviorem auctorem eum culpæ ſocietas fecerat) ſed ab imperio totus ad preces verſus, orare ſingulos univerſoſque, *ut ſe reum fortunæ ejus diei crimine eximerent. Abnuente ac prohibente collega, temeritatis me omnium potius ſocium, quam unius prudentiæ dedi. Camillus in utraque veſtra fortuna ſuam gloriam videt: ego, ni reſtituitur pugna (quod miſerrimum eſt) fortunam cum omnibus, infamiam ſolus ſentiam.* [4] Optimum viſum eſt in fluctuantem

1 *Et, quod ductu meo*] Vet. lib. *Et ut ductu meo ſoletis, vincite.* Sigonius.

2 *Receptatura ſunt*] Veteres libri *Receptura.* Idem.

3 *Viderunt in hoſtem*] Deeſt vox una ad ſententiam complendam, quæ eſt in veteribus libris, in quibus ita legitur: *Ut circumagi ſigna, obvertique aciem viderunt, ruunt in hoſtem.* Idem.

Ruunt in hoſtem] Verbum, *ruunt*, eſt Sigoniani, hoc eſt; ſtigmatis ſpleniiſque nimis interſtincti codicis. Tu vero reſtitue lectionem antiquam: *inde ut circumagi ſigna obvertique aciem viderunt in hoſtem, & dux, &c. inter prima ſigna ſe offerebat, increpare ſinguli ſe quiſque & alios.* Jam dabant terga, ſed caſtigatio Camilli pudorem incuſſit, ut ſtarent: mox ut ſigna quoque circumagi, & verſus hoſtem reflectere ſe jam primos ordines videre, ut videre venerabilem tot meritis imperatorem inter primos diſcrimini ſeſe offerentem; ultro ſe invicem ſunt hortati & animos reſumpſere. Quod Sigonius addidit, intelligi Livius voluit à prudenti lectore, dum ipſe properat ad alterius ducis equiti ſegnitiem excutientis curam: de qua poſtquam explicuit, tum conjunctim de utriſque: *nihil neque apud duces neque apud milites remittitur à ſummo certamine animi.* Vides illud *ruere in hoſtem*, quod ſupra putaverunt deſiderari. *J. F. Gron.*

4 *Optimum viſum eſt in fluctuantem aciem, &c.*] Hæc obſcure dicta ſunt, nam de qua acie intelligendum ſit ignoratur. Verum cum ipſi pedites in certamen ibant, non equites, fortaſſis equos fortunæ commiſiſſe commode quis exponat. *Glareanus.*

In fluctuantem aciem tradi equos] Non tantum obſcure dicta ſunt hæc, ſed etiam omnino male. Nam equos fortunæ commiſiſſe equitem, ut exponi commode cenſet Glareanus, quid quæſo ipſum eſt? Scribe: *inter fluctuantem*

Digitized by

tem aciem tradi equos, & pedeſtri pugna invadere ho-
ſtem. Eunt inſignes armis animiſque, qua premi parte
maxime peditum copias vident. nihil neque apud duces,
neque apud milites remittitur à ſummo certamine animi.
Senſit ergo eventus virtutis enixæ opem: & Volſci, qua
modo ſimulato metu ceſſerant, ea in veram fugam effu-
ſi, magna pars & in ipſo certamine, & poſt in fuga cæſi:
cæteri in caſtris, quæ capta eodem impetu ſunt, plures
tamen capti quam occiſi. Ubi in recenſendis captivis 25
quum Tuſculani aliquot noſcitarentur, ſecreti ab aliis ad
tribunos adducuntur: percunctantibuſque faſſi, publi-
co conſilio ſe militaſſe. cujus tam vicini belli metu Ca-
millus motus; extemplo ſe Romam captivos ducturum
ait, ne Patres ignari ſint Tuſculanos ab ſocietate deſciſ-
ſe. caſtris exercituique interim, ſi videatur, præſit col-
lega. Documento unus dies fuerat, ne ſua conſilia me-
lioribus præferret. nec tamen aut ipſi, aut in exercitu
cuiquam ſatis placato animo Camillus laturus culpam e-
jus videbatur, qua data in tam præcipitem caſum reſpu-
blica eſſet; & tum in exercitu, tum Romæ conſtans o-
mnium fama erat, quum varia fortuna in Volſcis geſta
res eſſet, adverſæ pugnæ fugæque in L. Furio culpam,
ſecundæ decus omne penes M. Furium eſſe. Introductis
in ſenatum captivis, quum bello perſequendos Tuſcula-
nos Patres cenſuiſſent, Camilloque id bellum mandaſ-
ſent; adjutorem ſibi ad eam rem unum petit: permiſſo-
que, ut ex collegis optaret, quem vellet, contra ſpem
omnium L. Furium optavit. qua moderatione animi
quum collegæ levavit infamiam, tum ſibi gloriam ingen-
tem

ctuantem aciem. Interea, dum hæret fluctuatque ambigua utrimque acies equitem deſcendere ad pedes, equos tradere lixis puta vel calonibus cuſtodiendos. Lib. 8. *Dictator ubi reſpectantes hoſtium anteſignanos, turbataque ſigna, & fluctuantem aciem vidit, tum adhortari. Tradi equos* eſt *relictis equis,* Lib. 7. *Conſulto prius dictatore equites, permiſſu denique ejus, relictis equis, clamore provolant ante ſigna. Omiſſis equis,* lib. 9. Virgilius 11 Æn. *At illa furens acrique incenſa dolore Tradit equum comiti, paribuſque adſiſtit in armis.* J. F. Gron.

1 *Pace*

tem peperit. Nec fuit cum Tuſculanis bellum: [1] pace conſtanti vim Romanam arcuerunt, quam armis non poterant. Intrantibus fines Romanis, non demigratum ex propinquis itineri locis, non cultus agrorum intermiſſus: patentibus portis urbis, togati obviam frequentes imperatoribus proceſſere: commeatus exercitui comiter in caſtra ex urbe & ex agris devehitur. Camillus caſtris ante portas poſitis, eademne forma pacis, quæ in agris oſtentaretur, etiam intra mœnia eſſet, ſcire cupiens, ingreſſus urbem, ubi patentes januas, & tabernis apertis propoſita omnia in medio vidit, intentoſque opifices ſuo quemque operi, & ludos literarum ſtrepere diſcentium vocibus, ac repletas ſemitas, inter vulgus aliud puerorum & mulierum huc atque illuc euntium, qua quemque ſuorum uſuum cauſſæ ferrent: nihil uſquam, non pavidis modo, ſed ne mirantibus quidem ſimile; circumſpiciebat omnia, inquirens oculis, ubinam bellum fuiſſet: adeo nec amotæ rei uſquam, nec oblatæ ad tempus veſtigium ullum erat: [2] ſed ita omnia conſtante tranquilla pace, ut eo vix fama belli perlata videri poſ-

26 ſet. Victus igitur patientia hoſtium, ſenatum eorum vocari juſſit. *Soli adhuc*, inquit, *Tuſculani vera arma, veraſque vires, quibus ab ira Romanorum veſtra tutaremini, inveniſtis. ite Romam ad ſenatum. æſtimabunt Patres, utrum plus ante pœnæ, an nunc veniæ meriti ſitis. non præcipiam gratiam publici beneficii. deprecandi poteſtatem à me habueritis, [3] precibus eventum veſtris ſenatus, quem videbitur, dabit.* Poſtquam Romam

1 *Pace conſtanti vim Romanor. arcuerant*] Valer. Maxim. lib. 7 cap. 3 manifeſte fatetur conſilii acumen fuiſſe in Tuſculanis. Sed mirum Romanos tam facile ignoviſſe, imo civitatem eis dediſſe. An vicinitas terruit? *Glareanus.*

2 *Sed ita omnia conſtante tranquilla pace*] Lege, *conſtabant*. Virgilius: *Poſtquam cuncta videt cælo conſtare ſereno.* Tan. Faber. At τὸ *tranquilla* hic poſitum eſt pro plurali neutro, ut cap. 34. *proſperis eo anno bellis tranquilla omnia foris erant.* Jac. Gron.

3 *Precib. eventum veſt. Senatus quem videbitur*] Et id genus oratio notanda, num *quem videbitur* dixerit, pro *qui videbitur*: quod apud Græcos eſt frequens, & Latini non omnino fugerunt. *Glareanus.*

1 Nihil

Digitized by Google

Romam Tuſculani venerunt, ſenatuſque paulo ante fidelium ſociorum mœſtus in veſtibulo curiæ eſt conſpectus, moti extemplo Patres, vocari eos jam tum hoſpitaliter magis, quam hoſtiliter juſſere. Dictator Tuſculanus ita verba fecit: *Quibus bellum indixiſtis, intuliſtiſque, Patres conſcripti, ſicut nunc videtis nos ſtantes in veſtibulo curiæ veſtræ, ita armati paratique obviam imperatoribus legionibuſque veſtris proceſſimus. Hic noſter, hic plebis noſtræ habitus fuit, eritque ſemper, niſi ſi quando à vobis proque vobis, arma acceperimus. Gratias agimus & ducibus veſtris & exercitibus, quod oculis magis quam auribus crediderunt: & ubi nihil hoſtile erat, ne ipſi quidem fecerunt. Pacem quam nos præſtitimus, eam à vobis petimus: bellum eo, ſicubi eſt, avertatis precamur. In nos quid arma polleant veſtra, ſi patiendo experiundum eſt, inermes experiemur. Hæc mens noſtra eſt; Dii immortales facient, tam felix quam pia. Quod ad crimina attinet, quibus moti bellum indixiſtis; etſi revicta rebus, verbis confutare* [1] *nihil attinet; tamen etiamſi vera ſint, vel fateri nobis ea, quum tam evidenter pœnituerit, tutum cenſemus. Peccetur in vos, dum digni ſitis, quibus ita ſatisfiat.* Tantum fere verborum ab Tuſculanis factum. Pacem in præſentia, nec ita multo poſt civitatem etiam impetraverunt. ab Tuſculo [2] legiones reductæ. Camillus conſilio & virtute in Volſco bel- 27
lo, felicitate in Tuſculana expeditione, utrobique ſingulari adverſus collegam patientia & moderatione inſignis, magiſtratu abiit; [3] creatis tribunis militaribus in inſequentem annum, L. & P. Valeriis, Lucio quintum, Publio tertium, & C. Sergio tertium, [4] L. Menenio ſecun-

1 *Nihil attin.*] Vet. lib. *Nil attinet.* Sigonius.

2 *Legiones reducta*] Vet. lib. *deducta.* Idem.

3 *Creatis militar. trib.*] Vet. lib. *Creatis tribunis militaribus.* Idem.

4 *Licinio Menenio* II.] Miror eos, qui ſupra *Licinium Menenium* in *L. Licinium & M. Menenium* commutarunt, hujus loci rationem non habuiſſe. Alioquin fruſtra quæras, quo primum anno *Licinius* hic *Menenius* tribunus militum fuerit. Opus eſt igitur in emendando diligentia ſumma, ut omnes omnibus locis certiſſima ratione reſpondeant. *L.* autem *Menenio* II, eſſe legendum, apparet ex priore tribunatu, ut docui ex Diodoro. *Idem.*

cundum, Sp. Papirio, Ser. Cornelio Maluginenſe. Cenſoribus quoque eguit annus: maxime propter incertam famam æris alieni; aggravantibus ſummam etiam invidiæ ejus tribunis plebis, quum ab iis elevaretur, quibus fide magis quam fortuna debentium laborare creditum videri expediebat. Creati cenſores, C. Sulpicius Camerinus, Sp. Poſtumius Regillenſis. cœptaque jam res morte Poſtumii, quia collegam ſuffici cenſori religio erat, interpellata eſt. Igitur quum Sulpicius abdicaſſet ſe magiſtratu, cenſores alii vitio creati non geſſerunt magiſtratum. tertios creari (velut Diis non accipientibus in eum annum cenſuram) religioſum fuit. Eam vero ludificationem plebis tribuni ferendam negabant. *Fugere ſenatum teſtes, tabulas publicas, cenſus cujuſque, quia nolint conſpici ſummam æris alieni, quæ indicatura ſit demerſam partem à parte civitatis: quum interim obæratam plebem objectari aliis atque aliis hoſtibus. Paſſim jam ſine ullo diſcrimine bella quæri. ab Antio Satricum, ab Satrico Velitras, inde Tuſculum legiones ductas. Latinis, Hernicis, Prænestinis jam intentari arma; civium magis quam hoſtium odio, ut in armis terant plebem, nec reſpirare in urbe, aut per otium libertatis meminiſſe ſinant, aut conſiſtere in concione, ubi aliquando audiant vocem tribuniciam de levando fœnore, & fine aliarum injuriarum agentem. Quod ſi ſit animus plebi memor patrum libertatis, ſe nec addici quemquam civem Romanum ob creditam pecuniam paſſuros; neque delectum haberi, donec inſpecto ære alieno, initaque ratione minuendi ejus, ſciat unuſquiſque quid ſui, quid alieni ſit: ſuperſit ſibi liberum corpus, an id quoque nervo debeatur.* Merces ſeditionis propoſita confeſtim ſeditionem excitavit: nam & addicebantur multi, & ad Præneſtini famam belli novas legiones ſcribendas Patres cenſuerant. quæ utraque ſimul auxilio tribunicio, & conſenſu plebis impediri cœpta. Nam neque duci addictos tribuni ſinebant, neque juniores [1] nomina

[1] *Nomina dabant, quum Patribus minor*] Sive antecedentia ſive conſequentia conſideres, apparebit τὸ *quum* hic locum nullum eſſe. Neque enim ratio

na dabant, quum Patribus minor præſens cura creditæ pecuniæ juris exſequendi, quam delectus eſſet: quippe jam à Præneſte profectos hoſtes in agro Sabino conſediſſe nunciabatur. Interim tribunos plebis fama ea ipſa irritaverat magis ad ſuſceptum certamen quam deterruerat. neque aliud ad ſeditionem exſtinguendam in urbe, quam prope illatum mœnibus ipſis bellum valuit. Nam 28
quum eſſet Prænestinis nunciatum nullum exercitum conſcriptum Romæ, nullum ducem certum eſſe, Patres ac plebem in ſemetipſos verſos; occaſionem rati duces eorum, [1] raptim agmine acto, pervaſtatis protinus agris,

ratio datur, cur detrectaverint juniores militiam, quæ ſi ad hanc quæſtionem applicaretur, contrarium potius efficeret; neque ſi ab eo novam incipias periodum, plena eſt oratio aut decenter præciſa: Flagitium ingens oblatum huic loco ſic abolendum videtur: *Quæ utraque ſimul auxilio tribunicio & conſenſu plebis impediri cœpta: nam neque duci addictos tribuni ſinebant, neque juniores nomina dabant. Patribus minus præſens cura creditæ pecuniæ juris exſequendi quam delectus eſſe: quippe jam à Præneſte profectus hoſtis in agro Sabino conſediſſe nuntiabatur.* A MSS. eſt *profectus hoſtis*. Sic lib. 8. *Peſtilentia, quæ Romanam urbem adorta nuntiabatur.* Lib. 22. *Cum duobus conſulibus conſulares exercitus amiſſi nuntiabantur.* Cæſar lib. 7. *Jam Cæſar à Gergovia diſceſſiſſe audiebatur.* Præterea ſcripſimus, *minus præſens*, pro *minor*. Non tam urgens. Lib. 8. *Injuriæ Samnitium quam beneficii Romanorum memoria præſentior erat.* Cætera vides quam bene ſibi conſtent: & ne quid temere nos adfirmaſſe putes, hujus generis alia quædam ſubjungemus. Par omnino vitium ſuſtulit Rhenanus lib. 4, 39. *Quod ubi eſt factum, intercluſi equites nec perrumpere eadem, qua tranſierant, poſſe.* Ubi ante peſſime, *cum poſſent*. Prorſus ita ſimile nos, ubi diſſimilis ſibi Rhenanus, lib. 26, 50. *Quum adoleſcens ſimul pudore gaudioque perfuſus, dextram Scipionis tenens, Deos omnes invocaret ad gratiam illi referendam.* Sic ille è ſuo libro hic certe corrupto: nam Put. & omnes nobis viſi: *Adoleſcens*, &c. *Deos omnes invocare.* Proxima vero nova periodus ibi incipit: *Parentes inde.* itaque & diſtinctionem mutabis. Lib. 5, 15. *Prodigia interim multa nuntiari.* Ubi male Rhenani liber, *nuntiavere* & male ipſe, *nuntiata fuere*. Lib. 22, 15. *Numidæ alii atque alii occurſantes refugienteſque, ad caſtra prope ipſum cum fatigatione equorum atque hominum pertrahere.* Sic Put. Petav. Reg. Men. Vulgo: *pertraxere*: Lib. 23, 47. *Dein libero ſpatio inter ſe ludificantes, ſine vulnere pugnam extrahebant.* Put. *Extraherebant*. Dele augmentum librarii hæſitantis, & habebis verum: *pugnam extrahere*. Lib. 27, 52. *Matronæ*, &c. *per omnia delubra vagæ ſuppliciis votiſque fatigare Deos.* Ita iidem omneſque alii, non *fatigavere*. J. F. Gron.

1 *Raptim agmine facto*] *Acto*, videtur legendum, quo genere loquendi ſæpe utitur Livius. *Sigonius.*

Raptim agmine facto] Scripſimus è MSS. *acto*. Ut apud Virgilium: *Agmen agens equitum.* Lib. 7. *Relictiſque impedimentis caſtrorum raptim agitur agmen.* Auctor lib. 8 de Gall. cap. 7. *Sin majores copias ageret, in eo loco permanere.* Ita optimæ membrana

gris, ad portam Collinam ſigna intulere. Ingens in urbe trepidatio fuit. conclamatum *ad arma*, [1] concurſumque in muros atque portas eſt: tandemque ab ſeditione ad bellum verſi, dictatorem T. Quintium Cincinnatum creavere. Is magiſtrum equitum A. Sempronium Atratinum dixit. Quod ubi auditum eſt, (tantus ejus magiſtratus terror erat) ſimul hoſtes à mœnibus receſſere, [2] & juniores Romani ad edictum ſine detrectatione convenere. Dum conſcribitur Romæ exercitus, caſtra interim hoſtium haud procul Allia flumine poſita, inde agrum late populantes fatalem ſe urbi Romanæ locum cepiſſe, inter ſe jactabant: *ſimilem pavorem inde ac fugam fore, ac bello Gallico fuerit. Etenim, ſi diem contactum religione, inſignemque nomine ejus loci timeant Romani,* [3] *quanto magis Allienſi die Alliam ipſam, monumentum tantæ cladis, reformidaturos? Species profecto his ibi truces Gallorum, ſonumque vocis, in oculis atque in auribus fore.* Has inanium rerum inanes ipſas volventes cogitationes, fortunæ loci delegaverant ſpes ſuas. Romani contra, *Ubicunque eſſet Latinus hoſtis, ſatis ſcire eum eſſe, quem ad Regillum lacum devictum, centum annorum pace obnoxia tenuerint. Locum inſignem memoria cladis, irritaturum ſe potius ad delendam memoriam dedecoris, quam ut timorem faciat, ne qua terra ſit nefaſta victoriæ ſuæ.* [4] *Quin ipſi Galli ſi offerantur, illo loco ſe ita* pugna-

bran. Vulgo, *adduceret.* J. F. Gron.

1 *Concurſum in muros atque portas eſt*] Voſſ. 1. *& portas.* Forte: *in muros adque portas eſt.* Idem.

2 *Et juniores Romani ad edictum*] Freinshemius, *Romam.* Non ſine magna ſpecie. Sic enim lib. 43. *Hoc edicto literiſque cenſorum per fora & conciliabula dimiſſis, tanta multitudo juniorum Romam convenit, ut gravis urbi turba inſolita eſſet.* Sed tum latius patebat Romana civitas. Hunc ex plebe præſente conſcriptum exercitum veriſimilius eſt. Itaque poteſt vetus ſcriptura tolerari. *Idem.*

3 *Quanto magis Allienſi die Alliam*] Tollendum omnino iſtud, *Allienſi die*: quod quaſi gloſſema adſcriptum fuerat τῷ *contactum religione diem.* Eſt autem ineptum. Nam per *contactum religione diem* intelligebant Prænestini iſti omnes omnino dies, qui clade aliqua nobilitati fuerant; non autem particulariter de die Allienſi. *Tan. Faber.*

4 *Quin ipſi Galli ſi offerantur*] Vetuſta lectio veſtigia certa continet germanæ lectionis: in veteribus enim libris aliquot eſt: *Quin ipſi ſibi Galli ſe offerant.* Puto autem legendum: *Quin ipſi*

pugnaturos, ut Romæ pugnaverint in repetenda patria, ut poſtero die ad Gabios; tunc, quum effecerint, ne quis hoſtis, qui mœnia Romana intraſſet, nuncium ſecundæ adverſæque fortunæ domum perferret. His utrimque animis ad Alliam ventum 29
eſt. Dictator Romanus, poſtquam in conſpectu hoſtes erant inſtructi intentique, *Videſne tu*, inquit, *A. Semproni, loci fortuna illos fretos ad Alliam conſtitiſſe? nec illis Dii immortales certioris quicquam fiduciæ majoriſve quod ſit auxilii dederint. At tu, fretus armis animiſque, concitatis equis invade mediam aciem: ego cum legionibus, in turbatos trepidanteſque inferam ſigna. Adeſte Dii teſtes fœderis: & expetite pœnas debitas ſimul vobis violatis, nobiſque per veſtrum numen deceptis.* Non equitem, non peditem ſuſtinuere Præneſtini. primo impetu ac clamore diſſipati ordines ſunt. Dein: poſtquam nullo loco conſtabat acies, terga vertunt: conſternatique, & [1] præter caſtra etiam ſua pavore prælati, non prius ſe ab effuſo curſu ſiſtunt, quam in conſpectu Præneſte fuit. Ibi ex fuga diſſipati, locum, quem tumultuario opere communirent, capiunt: ne, ſi intra mœnia ſe recepiſſent, extemplo ureretur ager, depopulatiſque omnibus obſidio urbi inferretur. Sed poſtquam direptis ad Alliam caſtris victor Romanus aderat, id quoque munimentum relictum: & vix mœnia tuta rati, oppido ſe Præneſte includunt. [2] Octo præterea oppida erant ſub ditione Præneſtinorum. ad ea circumlatum bellum: deincepſque haud magno certamine captis, Velitras exercitus ductus. Eæ quoque expugnatæ. tum ad caput belli Præneſte ventum. Id non vi, ſed per de-

ipſi ſi ibi Galli ſe offerant. Ibi autem intelligit *ad Aliam.* Sigonius.

Quin ipſi Galli ſi offerantur] Invenio in ſcriptis & primis edit. *ipſi ſibi Galli.* Sigonianus amplius *offerant.* Unde ille: *Quin ipſi ſi ibi Galli ſe offerant.* Forte interpunctio tantum mutanda, hoc modo: *Quin ipſi ſibi Galli ſi offerantur illo loco, ſe ita pugnaturos, ut Romæ pugnaverint.* J. F. Gron.

1 *Præter caſtra prælati*] *Perlati* legendum eſt potius: alioquin *præter* vacat, ut in libro 5. *Effuſa fuga caſtra ſua prælati.* Sigonius.

2 *Octo præterea oppida erant*]. Conjicio ſcripſiſſe Livium non *præterea*, ſed *per ea tempora.* Tan. Faber.

ditionem receptum eſt. T. Quintius ſemel acie victor, binis caſtris hoſtium, novem oppidis vi captis, Præneſte in deditionem accepto, Romam revertit: triumphanſque ſignum Præneſte devectum Jovis Imperatoris in Capitolium tulit. Dedicatum eſt inter cellam Jovis ac Minervæ; tabulaque ſub eo fixa, monumentum rerum geſtarum, [1] his ferme inciſa literis fuit: *Jupiter atque divi omnes hoc dederunt, ut T. Quintius dictator oppida novem caperet.* [2] Die vigeſima quam creatus erat, dictatura ſe abdi-

1 *His ferme inciſa literis*] *Ferme* ait Livius. non igitur neceſſe, ut totum illum titulum verbis omnibus, quibus conceptus fuit, retulerit. Certe nullis in libris antiquis reperitur præterquam: *Jupiter atque divi omnes hoc dederunt, ut T. Quinctius dictator oppida novem caperet.* Quæ mutila eſſe atque in iis deſiderari, *novem* vel *totidem diebus*, forte & aliquid de Præneſte, non iverim inficias. Meminit ejuſdem tituli Feſtus. *Trientem*, inquit, *tertium pondo coronam auream dediſſe Jovi donum ſcripſit T. Quinctius dictator, cum per novem dies totidem urbes & decimo Præneſte cepiſſet.* Itaque Pighius monumentum T. Quinctii tam ex Livio quam ex Feſto ita inſtaurari poſſe cenſuit: *Jupiter atque divi omnes hoc dederunt, ut T. Quinctius dictator oppida novem diebus novem caperet, decimo Præneſte in deditionem acciperet. Earum rerum ergo trientem tertium pondo coronam auream Jovi donum dedit.* Non improbo conatum. Sed hoc totum in exemplaria Livii contra omnes veteres libros à Grutero relatum eſſe, id vero probare non poſſum, inque eo tanti viri providentiam vehementer deſidero. Hæc enim vis eſt, quæ ad quidvis audendum feneſtram patefaciat. Quid autem indignius, quam ut princeps civis, inſtar exoleti è pædagogio, pannis & coloribus & faſciis alienis male conſpectus incedat? Ille quidem paupertate ſua involvi, & quod attulit vetuſtas, magno animo ferre liber ac ſuus multis partibus mavult. Itaque nos ea delevimus, facile concedentes aliquid ingenio ad emendandam veterum ſcripturam, dummodo ad ſententiam ea, ut aqua in uſum, molliter ducatur, non trahatur aut trudatur. Adſuere, & verſus integros, nec neceſſarios, ob verbum elegans interponere, aut ab aliis interpoſitos, ubi prohibere poſſumus, pati, nec pudoris eſt nec ſæculi noſtri. *J. F. Gron.*

2 *Die XX quam creatus erat dictatura ſe abdicavit*] Nihil emendatius hac eſſe oratione videtur, cum tamen ſi veteres libros attendamus, turpiſſime depravata ſit, in quibus ita eſt: *Duodeviceſimo quam creatus fuerat dictatura ſe abdicavit.* Item: *duodeviceſimo quam creatus fuerat die dictatura ſe abdicavit.* Quod magis probatur: prior enim ſyllaba vocis, *Dictatura*, in errorem impuliſſe librarium videtur, ut vocem *Die*, omiſerit. Hæc autem ſi germana lectio eſt, accipiendum eſt dictum eſſe, *duodeviceſimo die*, pro XXII *die*; ſic enim antiquos locutos eſſe docet Nonius his verbis, *Duodeviceſimo*, *ita ut*, *Duodecimo*. *Varro Humanarum rerum libro* 16. *Mortuus eſt anno duodeviceſimo. rex fuit* XXI. *Cato quarto Originum: Deinde duodeviceſimo anno poſt dimiſſum bellum, quod* IIII *&* XX *annos fuit.* Quamquam Gellius libro quinto, capite quarto, ſuperius exemplum ex Fabii Annalibus profert ita: *Mortuus eſt anno duo & viceſimo.*

abdícavit. Comitia inde habita tribunorum militum 30
conſulari poteſtate: quibus æquatus patriciorum plebeiorumque numerus. Ex patribus creati, P. & C. Manlii, cum L. Julio: plebes C. Sextilium, [1] M. Albinium, L. Antiſtium dedit. Manliis, quod genere plebeios, gratia Julium anteibant, Volſci provincia, ſine ſorte, ſine comparatione extra ordinem data: [2] cujus & ipſos poſtmodo, & Patres, qui dederant, pœnituit. Inexplorato, pabulatum cohortes miſere. quibus velut circumventis, quum id falſo nunciatum eſſet; dum, præſidio ut eſſent, citati feruntur, ne auctore quidem aſſervato, qui eos, hoſtis Latinus pro milite Romano, fruſtratus erat; ipſi in inſidias præcipitavere. Ibi dum iniquo loco ſola virtute militum reſtantes cæduntur cæduntque, caſtra interim Romana jacentia in campo, ab altera parte hoſtes invaſere. Ab ducibus utrobique [3] proditæ temeritate atque inſcitia res. [4] quicquid ſuperfuit fortu-

ſimo. Rex fuit annos vig. & unum. Sigonius.

Die vigeſima quam creatus] Pall. *Duo de viceſimo die.* Perinde ut Sigoniani, niſi quod vox *die* tranſpoſita eſt. Sed miror id eum interpretari, viceſimo ſecundo, contra quam fert ratio ſermonis, auctoritate Nonii, quæ & ipſa jamdudum à viris doctis ſpreta eſt: præſertim cum afferat ex Fabii annalibus: *mortuus eſt anno duo & viceſimo.* Aut igitur intelligendus octavus decimus dies, aut ſcribendum: *Duo & viceſimo, quam creatus erat, die, dictatura ſe abdicavit.* Viginti diebus hæc omnia ab illo geſta narrat Eutropius: ſed poteſt ille rotundum numerum videri ſecutus. Chiflet. *Duo viceſimo.* J. F. Gron.

1 *M. Albinum*] Vet. lib. *M. Albinium*, optime: eſt enim è plebe. *Sigonius.*

2 *Cujus & ipſos poſtmodo*] Vet. lib. *Poſtmodum.* Idem.

3 *Prodita temeritate, atque inſcitia res*] Vet. lib. *prodita.* Idem.

4 *Quicquid ſuperfuit fortunæ pop. Romani, id militum*] Nimis elate inflateque: *quicquid ſuperfuit fortuna pop. Romani?* Alliam aut Cannas cogites. Multum ſane ſupererat, idque non horum militum virtus (hactenus utilis, ut ſe ipſi loco iniquo non ſine aliqua clade expedirent) ſed prudentia Patrum & ipſa fortuna ſervavit, quæ hoſtibus eripuit mentem victoria utendi. Scribe: *quicquid ſuperfuit,* (nempe de his exercitibus) *fortuna pop. Romani & militum etiam ſine rectore ſtabilis virtus tutata eſt.* Mos eſt Romanis ſcriptoribus, atque imprimis Livio, quæ inſperatam ſalutem in magno periculo attulerunt, ea fortunæ populi Romani delegare. Ut lib. 1. *Forte ita inciderat, ne duo violenta ingenia matrimonio jungerentur, fortuna credo populi Romani, quo diuturnius Servii regnum eſſet, conſtituique civitatis mores poſſent.* Lib. 2. *Ibi fortuna populi Romani duos hoſtium exercitus haud minus pernicioſo quam pertinaci certamine confecit.* Lib. 7. *Nec deinde aut fortuna populi Romani aut noſtra*

ed by Google

fortunæ populi Romani, id militum etiam ſine rectore ſtabilis virtus tutata eſt. Quæ ubi Romam ſunt relata, primum dictatorem dici placebat: deinde, poſtquam quietæ res ex Volſcis afferebantur, & apparuit neſcire eos victoria & tempore uti, revocati etiam inde exercitus ac duces: otiumque inde, quantum à Volſcis, fuit. id modo extremo anno tumultuatum, quod Prænestini concitatis Latinorum populis rebellarunt. [1] Eodem anno, Setiam ipſis querentibus penuriam hominum, novi coloni aſſcripti. Rebuſque haud proſperis bello, domeſtica quies, quam tribunorum militum ex plebe gratia
31 majeſtaſque inter ſuos obtinuit, ſolatium fuit. Inſequentis anni principia ſtatim ſeditione ingenti arſere; tribunis militum conſulari poteſtate, Sp. Furio, [2] Q. Servilio ſecun-

ſtra virtus expediet. Et, quod prorſus ſimile eſt præſenti dicto, lib. 35. *M. Claudius ſcripſerat, fortunæ populi Romani & militum virtuti gratiam habendam, quod res bene geſta eſſet: conſulis opera & militum aliquantum amiſſum, & hoſtium exercitum, cujus delendi oblata fortuna fuerit, elapſum.* J. F. Gron.

1 *Eodem anno etiam ipſis querentib. penuriam*] Omiſſum eſt hoc loco coloniæ nomen. Nam de Prænestinis intelligi non poteſt, qui jam rebellarunt. Quidam de Satrico hoc intelligunt; at hoc ſtatim poſt fit hoſtium receptaculum. Ego de Veliternis intelligere malim. Nam illi otio geſtientes, in agrum Romanum incurſionem feciſſe, poſt dicentur. *Glareanus.*

Eodem anno etiam ipſis querentibus pen. homin. novi coloni adſcr.] Deſideratur coloniæ nomen. Nam de Prænestinis ipſis rebellantibus intelligi non poteſt, nec de Satrico quidem, & Velitris, neque enim ſyllabas habent, quæ erroris cauſam tribuere librario potuerint. Itaque ego ſine dubio legendum puto, *Eodem anno Setiam ipſis querentibus.* Setiæ enim coloniæ poſt Satricum deductæ meminit Velleius lib. 1. Et Livius lib. 7 extremo Norbam, & Setiam finitimas colonias vocat, cum tamen quo anno deducta Setia ſit, nuſquam apud eum extet. Quod autem *Novi coloni* dicat de iis, qui tum primum deducti ſint, non eſt mirum. Etenim ſic loquutus eſt ſupra: *Norbæ in montes novam coloniam miſerunt.* Et Pædian. in Piſon. *Pompeius non novis incolis eas conſtituit, ſed veteribus incolis manentibus jus dedit Latii.* Item; *Placentiam novi coloni deducti ſunt.* Sigonius.

2 *Q. Servilio* II, *Licinio Menenio* III.] Pro *Licinio Menenio* III legendum puto, *C. Licinio.* me in hanc ſententiam ducit Diodorus, qui quatuor hujus anni tribunos militum his nominibus edit: Λεύκιος Φούριος, Κόϊντος Σερουίλιος, Γάϊος Λικίνιος, Πόπλιος Κλοίλιος. Item Livius, qui poſtea *C. Licinium* eum, qui primus è plebe magiſter equitum fuit, tribunum militum ſcribit fuiſſe, neque tamen quo anno fuerit, extat, niſi hoc anno dicamus. Item quod idem ſequenti anno tribunos militum patricios omnes à plebe invita factos ſcribit: quaſi vero hoc ipſo non omnes fuerint, ſiquidem *C. Licinius* è plebe fuit. Quod vero in veteribus etiam libris

Digitized by Google

ſecundum, C. Licinio, P. Clœlio, M. Horatio, L. Ge-
ganio. Erat autem & materia & cauſſa ſeditionis æs alie-
num: cujus noſcendi gratia, Sp. Servilius Priſcus, Q.
Clœlius Siculus cenſores facti, ne rem agerent, bello
impediti ſunt. namque trepidi nuncii primo, fuga dein-
de ex agris legiones Volſcorum ingreſſas fines populari-
que paſſim Romanum agrum, attulere. In qua trepida-
tione tantum abfuit, ut civilia certamina terror exter-
nus cohiberet, ut contra eo violentior poteſtas tribuni-
cia impediendo delectui eſſet: donec conditiones impo-
ſitæ Patribus, ne quis quoad bellatum eſſet, tributum
daret, aut jus de pecunia credita diceret. Eo laxamento
plebi ſumpto, mora delectui non eſt facta. Legionibus
novis ſcriptis, placuit duos exercitus in agrum Volſcum
legionibus diviſis duci. Sp. Furius, M. Horatius dextror-
ſus maritimam oram atque Antium, Q. Servilius, &
L. Geganius læva ad montes Ecetram pergunt. Neutra
parte hoſtis obvius fuit. Populatio itaque non illi vagæ
ſimilis, quam Volſcus latrocinii more, diſcordia ho-
ſtium fretus, & virtutem metuens, per trepidationem
raptim fecerat: ſed ab juſto exercitu juſta ira facta; ſpa-
tio quoque temporis gravior. Quippe à Volſcis timenti-
bus, ne interim exercitus ab Roma exiret, incurſiones
in extrema finium factæ erant: Romano contra etiam in
hoſtico morandi erat cauſſa, ut hoſtem ad certamen eli-
ceret. Itaque omnibus paſſim tectis agrorum, viciſque
etiam quibuſdam exuſtis, non arbore frugifera, non ſa-
tis in ſpem frugum relictis, omni, quæ extra mœnia fuit,
hominum pecudumque præda abacta, Romam utrim-
que exercitus reducti. Parvo intervallo ad reſpirandum 32
debitoribus dato, poſtquam quietæ res ab hoſtibus e-
rant,

libris legatur, *Licinio Menenio* III, cauſſam attulerunt imperiti illi emendatores veteres Nicomachus & Victorianus, qui quia ſcripſerant, bis Licinium Menenium ante tribunum, hoc etiam loco inſcite ſcripſerunt, ubi in *Licinium* inciderunt, & de ſuo III addiderunt, itemque *Menenium*. Sigonius.

rant, celebrari de integro juriſdictio: & tantum abeſſe ſpes veteris levandi fœnoris, ut tributo novum fœnus contraheretur, in murum à cenſoribus locatum ſaxo quadrato faciundum. cui ſuccumbere oneri coacta plebes; quia quem delectum impedirent, non habebant tribuni plebis. Tribunos etiam militares patricios omneis coacta principum opibus fecit, L. Æmilium, P. Valerium quartum, C. Veturium, Ser. Sulpicium, L. & C. Quintios Cincinnatos. Iiſdem opibus obtinuere, ut adverſus Latinos, Volſcoſque, qui conjunctis legionibus ad Satricum caſtra habebant, nullo impediente omnibus junioribus ſacramento adactis, tres exercitus ſcriberent: unum, ad præſidium urbis; alterum, qui ſi qui alibi motus exſtitiſſet, [1] ad ſubita belli mitti poſſet; tertium longe validiſſimum P. Valerius & L. Æmilius ad Satricum duxere. ubi quum aciem inſtructam hoſtium, loco æquo inveniſſent, extemplo pugnatum: & [2] ut nondum ſatis claram victoriam, ſic proſperæ ſpei pugnam imber ingentibus procellis fuſus diremit. Poſtero die iterata pugna: & aliquamdiu æqua virtute fortunaque Latinæ maxime legiones, longa ſocietate militiam Romanam edoctæ, reſtabant. eques immiſſus ordines turbavit; turbatis ſigna peditum illata: quantumque Romana ſe invexit acies, tantum hoſtes [3] gradu demoti. & ut ſemel inclinavit pugna, jam intolerabilis Romana vis erat. Fuſi hoſtes, quum Satricum, quod [4] duo millia

1 *Ad ſubita bella*] Voſſ. Buſl. Chifl. *ad ſubita belli.* Sic Tacitus 3 Hiſtor. *quando impetus & ſubita belli locus abnueret.* In Agricola: *quatuor equitum alas ad ſubita belli retentas.* Florus lib. I cap. I. *Juventus diviſa per tribus in equis & armis ad ſubita belli excubaret.* J. F. Gron.

2 *Ut nondum ſatis claram victoriam*] Forte, *gnaram*, id eſt, certam. *Tan. Faber.*

3 *Gradu demoti*] Rott. *gradu moti.* 7, 8. *Inferunt pedem, & primum gradu moverunt hoſtem.* Jac. Gron.

4 *Duobus millibus inde aberat*] Vet. lib. *Duo millia paſſuum inde aberat.* Sigonius.

Duobus millibus inde aberat ab equite] Sigonianus: *duo millia paſſuum inde.* Noſtri: *duo millia inde aberat, non caſtra peterent, ab equitatu.* Hoc poſtremum & veteres habent editiones. *J. F. Gron.*

1 *Hinc*

millia inde aberat, non caſtra peterent, ab equitatu ma-
xime cæſi. caſtra capta, direptaque. Ab Satrico nocte,
quæ prœlio proxima fuit, fugæ ſimili agmine petunt An-
tium: & quum Romanus exercitus prope veſtigiis ſe-
queretur, plus tamen timor, quam ira celeritatis habuit.
Prius itaque mœnia intravere hoſtes, quam Romanus
extrema agminis carpere aut morari poſſet. inde aliquot
dies vaſtando agro abſumpti; nec Romanis ſatis inſtru-
ctis apparatu bellico ad mœnia aggredienda, nec illis ad
ſubeundum pugnæ caſum. Seditio tum inter Antiates 33
Latinoſque coorta; quum Antiates victi malis ſubacti-
que bello, in quo & nati erant & conſenuerant, dedi-
tionem ſpectarent: Latinos ex diutina pace nova defe-
ctio recentibus adhuc animis ferociores ad perſeveran-
dum in bello faceret. finis certaminis fuit, poſtquam u-
triſque apparuit, nihil per alteros ſtare, quo minus in-
cœpta perſequerentur. Latini profecti, à ſocietate pa-
cis, ut rebantur, inhoneſtæ, ſeſe vindicaverunt. An-
tiates incommodis arbitris ſalutarium conſiliorum remo-
tis, urbem agroſque Romanis dedunt. Ira & rabies La-
tinorum, quia nec Romanos bello lædere, nec Volſcos
in armis retinere potuerant, eo erupit, ut Satricum ur-
bem, quæ receptaculum primum eis adverſæ pugnæ fue-
rat, igni concremarent: nec aliud tectum ejus ſuperfuit
urbis (quum faces pariter ſacris profaniſque injicerent)
quam matris Matutæ templum. Inde eos nec ſua reli-
gio, nec verecundia Deum arcuiſſe dicitur, ſed vox hor-
renda edita templo cum triſtibus minis, ni nefandos ignes
procul delubris amoviſſent. Incenſos ea rabie, impetus
Tuſculum tulit; ob iram, quod deſerto communi con-
cilio Latinorum, non in ſocietatem modo Romanam,
ſed etiam in civitatem ſe dediſſent. Patentibus portis
quum improviſo incidiſſent, primo clamore oppidum
præter arcem captum eſt, in arcem oppidani refugere
cum conjugibus ac liberis: nuncioſque Romam, qui cer-

tiorem

tiorem de ſuo caſu ſenatum facerent, miſere. Haud ſegnius, quam fide populi Romani dignum fuit, exercitus Tuſculum ductus. L. Quintius, & Servius Sulpicius tribuni militum duxere. clauſas portas Tuſculi, Latinoſque ſimul obſidentium atque obſeſſorum animo [1] hinc mœnia tueri vident, illinc arcem oppugnare; terrere una ac pavere. Adventus Romanorum mutaverat utriuſque partis animos. Tuſculanos ex ingenti metu in ſummam alacritatem; Latinos ex prope certa fiducia mox capiendæ arcis, quoniam oppido potirentur, [2] in exiguam de ſeipſis ſpem verterat. Tollitur ex arce clamor ab Tuſculanis: [3] excipitur aliquanto majore ab exercitu Romano. Utrimque urgentur Latini: nec impetus Tuſculanorum decurrentium ex ſuperiore loco ſuſtinent: nec Romanos ſubeuntes mœnia, molienteſque obices portarum, arcere poſſunt. Scalis prius mœnia capta; inde effracta clauſtra portarum. & quum anceps hoſtis & à fronte & à tergo urgeret; nec ad pugnam ulla vis, nec ad fugam loci quicquam ſupereſſet; in medio cæſi ad unum omnes. Recuperato ab hoſtibus Tuſculo, exerci-
34 tus Romam eſt reductus. Quanto magis proſperis eo anno bellis tranquilla omnia foris erant, tanto in urbe vis Patrum indies miſeriæque plebis creſcebant; quum eo ipſo, quod neceſſe erat ſolvi, facultas ſolvendi impediretur. Itaque quum jam ex re nihil dari poſſet, fama & corpore judicati atque addicti creditoribus ſatisfaciebant, pœnaque in vicem fidei ceſſerat. Adeo ergo obnoxios ſummiſerant animos, non infimi ſolum, ſed principes etiam plebis, ut non modo ad tribunatum militum inter patricios petendum, quod tanta vi, ut liceret, tetende-

1 *Hinc mœnia tueri*] Helmſtad. Rott. Voſſianus uterque: *Hinc mœnia Tuſculi tueri.* J. F. Gron.

2 *In exiguam de ſeipſis ſpem verterat*] Suſpectum mihi ultimum verbum, quod ſententia minime requirit: quippe cui ſufficiat ex ſuperioribus in utroque intelligi τὸ *mutaverat.* Idem.

3 *Excipitur aliquanto majore*] Rott. Voſſ. uterque *major.* Idem.

rant; ſed ne ad plebeios quidem magiſtratus capeſſendos petendoſque ulli viro acri experientique animus eſſet: poſſeſſionemque honoris uſurpati modo à plebe per paucos annos, recuperaſſe in perpetuum Patres viderentur. Ne id nimis lætum parti alteri eſſet, parva (ut plerumque ſolet) rem ingentem moliundi cauſſa intervenit. M. Fabii Ambuſti potentis viri, quum inter ſui corporis homines, tum etiam ad plebem, quod haudquaquam inter id genus contemptor ejus habebatur, filiæ duæ nuptæ, Ser. Sulpicio major, minor C. Licinio Stoloni erat; illuſtri quidem viro, tamen plebeio: eaque ipſa affinitas haud ſpreta gratiam Fabio ad vulgum quæſierat. Forte ita incidit, [1] ut in Ser. Sulpicii tribuni militum domo ſorores Fabiæ, quum inter ſe (ut fit) ſermonibus tempus tererent, lictor Sulpicii, quum is de foro ſe domum reciperet, forem (ut mos eſt) virga percuteret. quum ad id, moris ejus inſueta, expaviſſet minor Fabia, riſui ſorori fuit; miranti ignorare id ſororem. Cæterum is riſus ſtimulos parvis mobili rebus animo muliebri ſubdidit: frequentia quoque proſequentium rogantiumque, numquid vellet, credo fortunatum matrimonium ei ſororis viſum: ſuique ipſam malo arbitrio, quo à proximis quiſque minime anteiri vult, pœnituiſſe. Confuſam eam ex recenti morſu animi, quum pater forte vidiſſet, percunctatus, *ſatin' ſalvæ*, avertentem, cauſſam doloris (quippe nec ſatis piam adverſus ſororem, nec admodum in virum honorificam) elicuit, comiter ſciſcitando, ut fateretur, eam eſſe cauſſam doloris, quod juncta impari eſſet; nupta in domo, [2] quam nec honos nec gratia intrare poſſet. Conſolans inde filiam Ambuſtus, bonum animum habere juſſit. eoſdem propediem domi

1 *Ut in Ser. Sulpicii trib. mil. domo ſorores Fabiæ, quum*] Miror, quibus ita potius viſum eſt diſtinguere, quam ut aliæ edd. *Ut, in Ser. Sulpicii trib. mil. domo ſorores Fabiæ quum*, &c. *Jac. Gron.*

2 *Quam nec honos*] Vet. lib. *In quam nec.* Sigonius.

1 *Quos*

domi viſuram honores, [1] quos apud ſororem videat. In-
de conſilia inire cum genero cœpit, adhibito L. Sextio,
ſtrenuo adoleſcente, & cujus ſpei nihil præter genus pa-
35 tricium deeſſet. Occaſio videbatur rerum novandarum
propter ingentem vim æris alieni, cujus levamen mali
plebes, niſi ſuis in ſummo imperio locatis nullum ſpera-
ret. [2] Accingendum ad eam cogitationem eſſe. conando
agendoque jam eo gradum feciſſe plebeios, unde ſi por-
ro annitantur, pervenire ad ſummam, & Patribus æ-
quari tam honore quam virtute poſſent. In præſentia tri-
bunos plebis fieri placuit, quo in magiſtratu ſibimetipſi
viam ad cæteros honores aperirent. creatique tribuni C.
Licinius & L. Sextius, promulgavere leges omnes ad-
verſus opes patriciorum, & pro commodis plebis: unam
de ære alieno, ut deducto eo de capite quod uſuris per-
numeratum eſſet, id quod ſupereſſet, triennio æquis
portionibus perſolveretur. alteram de modo agrorum,
[3] ne quis plus quingenta jugera agri poſſideret: tertiam,
ne tribunorum militum comitia [4] fierent, conſulumque
utique alter ex plebe crearetur. cuncta ingentia & quæ
ſine certamine maximo obtineri non poſſent. Omnium
igitur ſimul rerum, quarum immodica cupido inter
mortales eſt, agri, pecuniæ, honorum, diſcrimine pro-
poſito, [5] conterriti Patres quum trepidaſſent, publicis
priva-

1 *Quos apud ſororem viderat*] Rott. Voſſ. ut. Flor. Helm. *videat*. J. F. Gron.

2 *Accingendum ad eam cogitationem eſſe*] Forte melius: *Accingendum ad ea cogitationem eſſe*. Et conſilia, quæ retulit, vel auſa, vel conata. lib. 2. *Proinde in hoc diſcrimen, ſi juvat, accingere, ut in ſingulas horas capite dimices tuo*. Lib. 4. *Jam ad conſulatum vulgi turbatores accingi*. Lib. 28. *Quin igitur ad hoc accingeris, nec per iſtos circuitus potius quam recto hinc itinere, ubi Annibal eſt, eo bellum intendis?* Idem.

3 *Ne quis plus quingenta jugera agri poſſideret*] Hujus legis meminit his verbis Varro lib. 1 de re Ruſt. *Nam Stolonis illa lex, quæ vetat plus quingenta jugera habere civem Romanum*. Sigonius.

4 *Fierent, conſulumque utique alter*] Repone, ut eſt in veteribus libris, *Ne tribunorum militum comitia fierent, ſed conſulum, & ut utique alter ex plebe crearetur*. Ita enim fit, ut hujus legis duo capita eſſent: unum quo tribuni militares abrogarentur: alterum, quo conſulatus plebeius conſtitueretur. *Idem*.

5 *Conterriti patres cum trepidaſſent*] Lege, *trepidarent*. Tan. Faber.

Digitized by Google

privatiſque conſiliis nullo remedio alio præter expertam multis jam ante certaminibus interceſſionem invento; collegas adverſus tribunicias rogationes comparaverunt. qui ubi tribus ad ſuffragium ineundum citari à Licinio Sextioque viderunt; ſtipati Patrum præſidiis, nec recitari rogationes, nec ſolenne quicquam aliud ad ſciſcendum plebi fieri, paſſi ſunt. Jamque fruſtra ſæpe concilio advocato, quum pro antiquatis rogationes eſſent; *Bene habet*, inquit Sextius, *quandoquidem tantum interceſſionem pollere placet, iſto ipſo telo tutabimur plebem. Agitedum, comitia indicite Patres tribunis militum creandis. faxo ne juvet vox iſta*, VETO, *qua nunc concinentes collegas noſtros tam læti auditis.* Haud irritæ cecidere minæ: comitia, præter ædilium tribunorumque plebis, nulla ſunt habita. Licinius Sextiuſque tribuni plebis refecti, nullos curules magiſtratus creari paſſi ſunt, eaque ſolitudo magiſtratuum, & plebe reficiente duos tribunos, & his comitia tribunorum militum tollentibus, per quinquennium urbem tenuit. Alia bella opportune quievere: Ve- 36
literni coloni, geſtientes otio, quod nullus exercitus Romanus eſſet, & agrum Romanum aliquoties incurſavere, & Tuſculum oppugnare adorti ſunt. eaque res Tuſculanis, veteribus ſociis, novis civibus, opem orantibus, verecundia maxime non Patres modo, ſed etiam plebem movit. Remittentibus tribunis plebis comitia per interregem ſunt habita: creatique tribuni militum L. Furius, A. Manlius, Ser. Sulpicius, Ser. Cornelius, [1] P. & C. Valerii, haudquaquam tam obedientem in delectu, quam in comitiis plebem habuere: ingentique contentione exercitu ſcripto profecti, non ab Tuſculo modo ſubmovere hoſtem, ſed intra ſuamet ipſum mœ-

nia

1 *A. & C. Valerii*] Legendum eſt, *P. & C. Valerii.* Id docent Capitolina fragmenta, in quibus eſt POPLICOLA V. Ex quo apparet, *P. Valerium Poplicolam* eſſe, qui *quater* ante tribunus militum fuit, & poſt etiam VI traditur eſſe à Livio. Quæ res in magnum errorem Glareanum induxit, ut annum ibi ſine cauſa interjiciendum eſſe putarit. *Sigonius.*

1 C. Ve-

nia compulere. obſidebanturque haud paulo vi majore Velitræ quam Tuſculum obſeſſum fuerat: nec tamen ab eis, à quibus obſideri cœptæ erant, expugnari potuere. Ante novi creati ſunt tribuni militum, Q. Servilius, [1] C. Viturius iterum, A. & M. Cornelii, Q. Quintius, M. Fabius. nihil ne ab his quidem tribunis ad Velitras memorabile factum. In majore diſcrimine domi res vertebantur: nam præter Sextium Liciniumque latores legum, jam octavum tribunos plebis refectos, Fabius quoque tribunus militum Stolonis ſocer, quarum legum auctor fuerat, earum ſuaſorem ſe haud dubium ferebat. & quum octo ex collegio tribunorum plebis primo interceſſores legum fuiſſent, quinque ſoli erant: & (ut ferme ſolent, qui à ſuis deſciſcunt) capti, & ſtupentes animi, vocibus alienis id modo quod domi præceptum erat, interceſſioni ſuæ prætendebant: Velitris in exercitu plebis magnam partem abeſſe: in adventum militum comitia differri debere, ut univerſa plebes de ſuis commodis ſuffragium ferret. Sextius Liciniuſque, cum parte collegarum, & uno ex tribunis militum Fabio, artifices jam tot annorum uſu tractandi animos plebis, primores Patrum productos, interrogando de ſingulis quæ ferebantur ad populum, fatigabant: *Auderentne poſtulare, ut quum bina jugera agri plebi dividerentur, ipſis plus quingenta jugera habere liceret? Ut ſinguli prope trecentorum civium poſſiderent agros, plebeio homini vix ad tectum neceſſarium, aut* [2] *locum ſepulturæ, ſuus pateret ager? An placeret fœnore circumventam plebem,* [3] *ni potius quam ſortem creditum ſolvat, corpus in nervum ac ſuppli-*

1 *C. Veturius A. & M. Cornelii*] Quia antea legebatur *C. Veturius, M. Aulus, & M. Cornelius*: propterea probo conjecturam Glareani, quæ eſt ut legatur, *C. Veturius* II, *A. & M. Cornelii*. Nam *C. Veturius* ſemel ante fuit, *A.* autem & *M. Cornelii* infra iterum eſſe dicuntur, quorum alter *Coſſus* eſt, alter *Maluginenſis*. Sigonius.

2 *Locum ſepulturæ*] Mos enim veterum fuit, ut in ſuis agris plerumque buſta ſibi facerent. Vide Victorium lib. 14 Var. lect. cap. 21.

3 *Ni potius quam ſortem creditum ſolvat*]

Digitized by Google

ſupplicia dare: & gregatim quotidie de foro addictos duci, & [1] repleri vinctis nobiles domos? & ubicunque patricius habitet, ibi carcerem privatum eſſe? Hæc indigna miſerandaque 37
auditu, quum apud timentes ſibimetipſos majore audientium indignatione quam ſua increpuiſſent: *atqui nec agros occupandi modum, nec fœnore trucidandi plebem alium Patribus unquam fore* affirmabant; *niſi alterum ex plebe conſulem, cuſtodem ſuæ libertatis, plebs feciſſet. Contemni jam tribunos plebi, quippe quæ poteſtas jam ſuam ipſa vim frangat intercedendo. Non poſſe æquo jure agi, ubi imperium penes illos, penes ſe auxilium tantum ſit. niſi imperio communicato, nunquam plebem in parte pari reipublicæ fore: nec eſſe quod quiſquam ſatis putet, ſi plebeiorum ratio comitiis conſularibus habeatur. niſi alterum conſulem utique ex plebe fieri neceſſe ſit, neminem fore.* [2] *An jam memoria exiſſe, quum tribunos militum idcirco potius quam conſules creari placuiſſet, ut & plebeiis pateret ſummus honos,* [3] *quatuor & quadraginta annis neminem ex plebe*

vat] Glareanus tollendam vocem putat illam, *Ni*, & immerito: ſenſus enim eſt; Placeretne plebem ni prius uſuram quam ſortem ſolvat, vinculis aſtringi? *Sigonius.*

Ni potius quam ſortem creditum ſolvat] Vexatus merito conjecturis locus. Glareanus τὸ *Ni* tollit. Repugnat Sigonius, & explicat: placeretne plebem ni prius uſuram quam ſortem ſolvat, vinculis adſtringi. Faërnus: *ni plus quam ſortem.* Salmaſius: *ni totius ſortem crediti ſolvat.* Duo MSS. Pall. & Voſſ. *Ni potius quam ſorte creditum.* Unus: *Plebem potius quam ſortem creditam.* Quid ſi legamus: *An placeret fœnore circumventam plebem potius, quam ſorte creditum ſolvat, corpus in nervum ac ſupplicia dare?* Creditum fœnus non ſolvitur ſolà ſorte reſtituta: uſuræ accedant oporret. Id autem volebat lex, quam illi ferebant, ut fœneratores ſorte contenti eſſent: ſi nempe de capite deducto eo, quod uſuris pernumeratum eſſet, reliquum triennio æquis portionibus redderetur. Hæc ſcripſeram pridem, quum monuit me humaniſſimus Henricus Neſſelrodius S. I. prorſus, ut conjeceram, in membranis quibuſdam collegii ſcriptum reperiri. *J. F. Gron.*

1 *Repl. vinctu nobiles domos*] Vet. lib. *Nobilium domos.* Sigonius.

2 *An jam memoria exiſſe*] Hic locus, quem alii aliter interpungunt, ſic mihi videtur legendus, atque interpungendus: *An jam memoria exiſſe, cum tribunos militum idcirco potius, quam conſules creari placuiſſet, ut & plebeius pateret ſummus honos,* IIII *&* XL. *annis neminem ex plebe tribunum militum creatum eſſe? Quis crederet duobusne in locis ſua voluntate impertituros plebi honorem, qui octona loca tribunis militum creandis occupare ſoliti ſint?* Idem.

3 IV *ac* XL *annis neminem ex plebe trib. mil.*] Hic annus eſt 385 ab urbe cond. At ille quo primi tribuni mil. conſ. poteſt. creati ſunt, fuit annus 311. hos ſi ab illis ſubtraxeris, relin-

 quen-

plebe tribunum militum creatum eſſe? [1] *Qui crederent, duobus ne in locis ſua voluntate impertituros plebi honorem, qui octona loca tribunis militum creandis occupare ſoliti ſint? & ad conſulatum, viam fieri paſſuros, qui tribunatum ſeptum tam diu habuerint? Lege obtinendum eſſe, quod comitiis per gratiam nequeat: & ſeponendum extra certamen alterum conſulatum, ad quem plebi ſit aditus. quoniam in certamine relictus, præmium ſemper potentioris futurus ſit. Nec jam poſſe dici id, quod antea jactare ſoliti ſint, non eſſe in plebeiis idoneos viros ad curules magiſtratus. Nunquid enim ſocordius, aut ſegnius rempublicam adminiſtrari poſt P. Licinii Calvi tribunatum, qui primus ex plebe creatus ſit, quam per eos annos geſta ſit, quibus præter patricios nemo tribunus militum fuerit? quin contra patricios aliquot damnatos poſt tribunatum, neminem plebeium. Quæſtores quoque, ſicut tribunos militum, paucis ante annis*

quentur anni 74. tot enim annis licuit tribunos mil. conſ. pot. creare, ac ex plebeiis etiam. *Glareanus.*

IIII *& XL annis neminem ex plebe tribunum mil. creat.*] Reprehendit hunc numerum Glareanus, ut alios multos, quod à primis tribunis militum uſque ad hunc annum multo plures numerentur anni, quam XLIIII. itemque, quod ſæpius quam quater & quadragies fieri ex plebe tribuni militum potuerint. Verum injuſta accuſatio eſt. Mens enim auctoris eſt hæc: Quater & quadragies tribunos militum ex patriciis ſolis factos eſſe nullo admiſſo plebeio. Hinc error natus eſt Sex. Rufi, qui ſcribit Romam ſub tribunis militum conſulari poteſtate fuiſſe annos XLIIII. Quamquam re diligenter inſpecta, ne patricios quidem ſolos in hoc magiſtratu fuiſſe, reperire poſſum, niſi annos duos & quadraginta. *Sigonius.*

1 *Qui crederent, duobusne in locis*] Sic lego: *Quid? crederentne duobus in locis.* Tan. Faber.

Qui crederent, duobusne in locis] Sigonius: *Quis crederet.* Sed non tollit difficultatem. Potius deleret τὸ *ne*. Hoc ſi inducat, integra ſententia eſt: qua credulitate perſuadere ſibi poſſent, ex duobus locis unum gratificaturos plebeio, qui octo loca tam avide occuparint? Ego tamen huc magis inclino, ut gravius ulcus hic ſedere putem, & τὸ *ne* quidem genuinum, τὸ *qui crederent*, inſiticia eſſe. Quid enim rotundius hac oratione, ut integram proponamus: *An jam memoria exiſſe, quum tribunos militum idcirco potius quam conſules creari placuiſſet, ut & plebeiis pateret ſummus honos, quatuor & quadraginta annis neminem ex plebe tribunum militum creatum eſſe? duobusne in locis ſua voluntate impertituros plebi honorem, qui octona loca tribunis militum creandis occupare ſoliti ſint?* Confirmat me quod ſimile additamentum maculavit veteres libros lib. 4, 35. *An portento ſimile miraculoque ſit, fortem & ſtrenuum virum aliquem exiſtere ortum de plebe?* nam hic excerpta duum Pall. *miraculoque ſi fortem*, &c. *de plebe crederetur.* Tertius: *miraculoque ſit fortem*, &c. *credatur.* Editiones primæ: *ſi crederent.* Quæ à corruptoribus eſſe nemini poteſt eſſe ambiguum. Adde quæ lib. 2 Obſervat. notavimus. *J. F. Gron.*

1 Ex

annis [1] *ex plebe cœptos creari: nec ullius eorum populum Romanum pœnituiſſe. Conſulatum ſupereſſe plebeiis: eam eſſe arcem libertatis, id columen. ſi eo perventum ſit, tum populum Romanum vere exactos ex urbe reges, & ſtabilem libertatem ſuam exiſtimaturum. Quippe ex illa die in plebem ventura omnia, quibus patricii excellant; imperium atque honorem, gloriam belli, genus, nobilitatem, magna ipſis fruenda, majora liberis relinquenda.* Hujus generis orationes ubi accipi videre; novam rogationem promulgant, ut pro duumviris ſacris faciundis decemviri creentur: ita ut pars ex plebe, pars ex Patribus fiat: omniumque earum rogationum comitia in adventum ejus exercitus differunt, qui Velitras obſidebat.
Prius circumactus eſt annus quam à Velitris reducerentur legiones. ita ſuſpenſa de legibus res, ad novos tribunos militum dilata. nam plebis tribunos eoſdem, duos utique qui legum latores erant, plebes reficiebat. Tribuni militum creati T. Quintius, Ser. Cornelius, Ser. Sulpicius, Sp. Servilius, L. Papirius, L. Veturius. Principio ſtatim anni, ad ultimam dimicationem de legibus ventum: & quum tribus vocarentur, nec interceſſio collegarum latoribus obſtaret; trepidi Patres ad duo ultima auxilia, ſummum imperium ſummumque ad civem decurrunt. Dictatorem dici placet. dicitur M. Furius Camillus, qui magiſtrum equitum L. Æmilium cooptat. Legum quoque latores, adverſus tantum apparatum adverſariorum, & ipſi cauſſam plebis ingentibus animis armant: concilioque plebis indicto, tribus ad ſuffragium vocant. Quum dictator ſtipatus agmine patriciorum, plenus iræ minarumque conſediſſet, atque ageretur res ſolito primum certamine inter ſe tribunorum plebi, ferentium legem intercedentiumque, & quanto jure potentior interceſſio erat, tantum vinceretur favore legum ipſarum, latorumque, [2] & *Uti rogas*, primæ tribus dicerent;

(38 — in margin beside "Prius circumactus eſt annus")

1 *Ex plebe cœptos creari?*] Tolle notam interrogationis. *Sigonius.*

2 *Et uti rogaſſent, primæ tribus dicerent*] Veteres libri habent, *Uti rogas*, non

cerent; tum Camillus, *Quandoquidem*, inquit, *Quirites, jam vos tribunicia libido, non poteſtas, regit, & interceſſionem ſeceſſione quondam plebis partam,* [1] *vobis eadem vi facitis irritam, qua peperiſtis; non reipublicæ magis univerſæ, quam veſtræ cauſſa* [2] *dictator interceſſioni adero: everſumque veſtrum auxilium imperio tutabor. Itaque ſi C. Licinius & L. Sextius interceſſioni collegarum cedunt, nihil patricium magiſtratum inſeram concilio plebis. ſi adverſus interceſſionem, tamquam captæ civitati, leges imponere tendent, vim tribuniciam à ſeipſa diſſolvi non patiar.* Adverſus ea quum contemptim tribuni plebis rem nihilo ſegnius peragerent: tum percitus ira Camillus, lictores, qui de medio plebem emoverent, miſit. & addit minas: ſi pergerent, ſacramento omnes juniores adacturum, [3] exercitumque extemplo ex urbe educturum. Terrorem ingentem incuſſerat plebi: ducibus plebis accendit magis certamine animos, quam minuit. ſed re neutro inclinata, magiſtratu ſe abdicavit: ſeu quia vitio creatus erat, ut ſcripſere quidam: ſeu quia tribuni plebis tulerunt ad plebem, idque plebes ſcivit, ut ſi M. Furius pro dictatore quid egiſſet, [4] quingentum millium ei

non ſolum hoc in loco, ſed etiam libro 10 ubi ait Livius: *Hanc legem uti rogaſtis jubendum cenſeo*, & recte: fuit enim *Uti rogas*, vox, aut tabella, qua populus rogatus in jubendo ſciſcendoque aliquid, utebatur, de qua Cicero libro ſecundo de Legibus: *Suade igitur iſtam ipſam legem, ut ego, Uti rogas poſſim dicere* (ſic enim legendum eſt, non ut legitur *edicere*). Idem ad Atticum, libro, *Tabellæ miniſtrabantur ita, ut nulla daretur, Uti rogas.* Itaque apud Livium libro trigeſimo, *De pace uti rogaſſent omnes tribus juſſerunt*: legendum eſt, *Uti rogas.* Et libro trigeſimo primo, *In ſuffragium miſſi, uti rogarat, bellum juſſerunt. Uti rogas.* Has autem voces cum mendoſe eſſe animadverterent ii, qui ante me Livium emendarunt, *Uti rogata eſt*, *Uti rogata eſſent*, *Uti rogati eſtis*, corrigendum ſine ratione putarunt. *Sigon.*

1 *Nobis eadem vi*] *Vobis* habent MSS. & recte. *Idem.*

2 *Dict. interceſſioni adero*] Veteres libri, *Interceſſioni veſtræ adero.* Idem.

Dictator interceſſioni veſtræ adero] Sigonius immiſit *veſtræ*, nos expulimus, quod nec in bonis libris reperiretur & inconveniens eſſet. Quirites alloquitur Camillus, non tribunos: interceſſio autem proprie non erat Quiritium nec plebis, ſed tribunorum plebis in uſum & commodum ejus. Hac de cauſa ſtatim ante: *vobis eadem vi facitis irritam*; ſcripſimus è MSS. & vett. edd. non *nobis*, quod habent novitiæ. *J. F. Gron.*

3 *Exercitum extemplo, ex urbe deducturum*] Vet. lib. *Exercitumque extemplo educturum.* Sigonius.

4 *Quingentum millium æris*] Vox ultima

ei mulcta eſſet. Sed auſpiciis magis quam novi exempli rogatione deterritum ut potius credam, quum ipſius viri facit ingenium, tum quod ei ſuffectus eſt extemplo P. Manlius dictator: quem quid creari attinebat ad id certamen, quo M. Furius victus eſſet? & quod eundem M. Furium dictatorem inſequens annus habuit; haud ſine pudore certe fractum priore anno in ſe imperium repetiturum: ſimul quod eo tempore, quo promulgatum de mulcta ejus traditur, aut & huic rogationi, qua ſe in ordinem cogi videbat, obſiſtere potuit: aut ne illas quidem, propter quas & hæc lata erat, impedire: [1] & quoad uſque ad memoriam noſtram tribuniciis conſularibuſque certatum viribus eſt, dictaturæ ſemper altius faſtigium fuit. Inter priorem dictaturam abdicatam, 39
novamque à Manlio initam, ab tribunis velut per interregnum concilio plebis habito, apparuit, quæ ex promulgatis plebi, quæ latoribus gratiora eſſent. nam de fœnore atque agro rogationes jubebant, [2] de plebeio conſulatu antiquabant. & perfecta utraque res eſſet, [3] ni tribuni ſe in omnia ſimul conſulere plebem dixiſſent. P. Manlius deinde dictator rem in cauſſam plebis inclinavit; [4] C. Licinio, qui tribunus militum fuerat, magiſtro equitum

tima ignoratur à Flor. Rott. Voſſ. ut. Helm. *J. F. Gron.*

1 *Et quod uſque ad memor. noſtram tribun. --- fuit*] Deſideratur vox una, ſine qua ſtare hæc ſententia non poteſt, quam diu à me quæſitam vix in uno tandem manuſcripto libro reperi: *Et quod quotiens uſque ad*: at malim illam poſtponi, ſic: *Et quod uſque ad memoriam noſtram quoties tribuniciis.* Sigonius.

2 *De plebeio conſulatu*] Vet. lib. *De plebeio conſule.* Idem.

De plebeio conſulatu antiq.] Helm. & Sig. *de plebeio conſule antiquabant.* Voſſ. alter: *de plebeio conſ. antiq.* Alter: *de plebeio conſules antiq.* Videtur ſcripſiſſe: *de plebe conſules antiquabant*: eleganter mutata oratione. *J. F. Gron.*

3 *Ni tribuni ſe*] Vet. lib. *Ni tribuni plebu ſe.* Sigonius.

4 *C. Licinio, qui tribunus militum fuerat, magiſtro equitum de plebe*] Hic non eſt C. Licinius, qui tribunatus plebis novem per hos annos geſſit cum L. Sextio, ut tradit Plutarchus in Camillo. Nam de eo vel hoc etiam anno tribuno plebis ita ſuggerit Livius: *Licinius, Sextiuſque cum tribunorum plebis creandorum indicta comitia eſſent, ita ſe gerere, ut negando jam ſibi velle continuari honorem acerrime accenderent ad id, quod diſſimulando petebant, plebem.* Pauloque poſt iidem loquuntur: *Jam nec collegas, nec bellum, nec dictatorem obſtare, quippe qui etiam omen plebeio conſuli magiſtro equitum ex plebe dicendo dede-*

quitum de plebe dicto. Id ægre Patres paſſos accipio: dictatorem propinqua cognatione Licinii ſe apud Patres excuſare ſolitum; ſimul negantem magiſtri equitum majus, quam tribuni conſularis imperium eſſe. Licinius Sextiuſque, quum tribunorum plebi creandorum indicta comitia eſſent, ita ſe gerere, ut, negando jam ſibi velle continuari honorem, acerrime accederent ad id, quod diſſimulando petebant, plebem. *Nonum ſe annum jam velut in acie adverſus optimates maximo privatim periculo, nullo publice emolumento ſtare. conſenuiſſe jam ſecum, & rogationes promulgatas, & vim omnem tribuniciæ poteſtatis. Primo interceſſione collegarum in leges ſuas pugnatum eſſe: deinde ablegatione juventutis ad Veliternum bellum: poſtremo dictatorium fulmen in ſe intentatum. Jam nec collegas, nec bellum, nec dictatorem obſtare; quippe qui etiam omen plebeio conſuli, magiſtro equitum ex plebe dicendo dederit. ſeipſam plebem, & commoda morari ſua. Liberam urbem ac forum à creditoribus, liberos agros ab injuſtis poſſeſſoribus extemplo, ſi velit, habere poſſe. Quæ munera quando tandem ſatis grato animo æſtimaturos, ſi inter accipiendas de ſuis commodis rogationes, ſpem honoris latoribus earum incidant? non eſſe modeſtiæ populi Romani id poſtulare, ut ipſe fœnore levetur; & in agrum injuria poſſeſſum à potentibus inducatur; per quos ea conſecutus ſit, ſenes tribunicios, non ſine honore tantum, ſed etiam ſine ſpe honoris relinquat. Proinde, ipſi primum ſtatuerent apud animos quid vellent;* [1] *deinde comitiis tribuniciis declararent voluntatem. Si conjunctim ferri ab ſe promulgatas rogationes vellent, eſſe quod eoſdem reficerent tribunos plebis: perlaturos enim quæ promulgaverint. ſin quod cuique privatim opus ſit, id modo accipi velint;*

dederit. Cum autem non extaret annus apud Livium, quo tribunatum hic militum cepiſſet, eum ipſum ſupra ex Diodori auctoritate tradidi. Eſt autem veriſimile, ſi Livius Licinium tribunum plebis intellexiſſet, non *qui tribunus militum fuerat*, ſed qui tribunus plebis erat, dicturum fuiſſe. Quod ne animadvertit quidem etiam Glareanus. *Sigonius.*

1 *Deinde comitiis tribunitiis decl. vol.*] Tribunicia vocat comitia, quibus plebs mandare tribunatum plebis Licinio, Sextioque cupiebat. Quare non eſt, cur *Tributis* legamus, ut placet Glareano. *Idem.*

1 Quo-

lint; opus eſſe nihil invidioſa continuatione honoris; nec ſe tribunatum, nec illos ea quæ promulgata ſint, habituros. Adverſus 40
tam obſtinatam orationem tribunorum, quum, præ indignitate rerum, ſtupor, ſilentiumque inde cæteros Patrum defixiſſet; App. Claudius Craſſus, nepos decemviri, dicitur odio magis iraque, quam ſpe, ad diſſuadendum proceſſiſſe; & locutus in hanc fere ſententiam eſſe: *Neque novum, neque inopinatum mihi ſit, Quirites, ſi quod unum familiæ noſtræ ſemper objectum eſt ab ſeditioſis tribunis, id nunc ego quoque audiam: Claudiæ genti jam inde ab initio nil antiquius in republica Patrum majeſtate fuiſſe: ſemper plebis commodis adverſatos eſſe.* [1] *Quorum alterum neque nego, neque inficias eo: nos, ex quo aſciti ſumus ſimul in civitatem & Patres, enixe operam dediſſe, ut per nos aucta potius quam imminuta majeſtas earum gentium, inter quas nos eſſe voluiſtis, dici vere poſſet. Illud alterum pro me majoribuſque meis contendere auſim, Quirites, (niſi quæ pro univerſa republ. fiant, ea plebi tamquam aliam incolenti urbem adverſa quis putet) nihil nos neque privatòs, neque in magiſtratibus, quod incommodum plebi eſſet, ſcientes feciſſe: nec ullum factum dictumve noſtrum contra utilitatem veſtram (etſi quædam contra voluntatem fuerint) vere referri poſſe. An hoc, ſi Claudiæ familiæ non ſim, nec ex patricio ſanguine ortus, ſed unus Quiritium quilibet, qui modo me duobus ingenuis ortum, & vivere in libera civitate ſciam, reticere poſſim? L. illum Sextium & C. Licinium perpetuos (ſi Diis placet) tribunos, tantum licentiæ novem annis, quibus regnant, ſumpſiſſe, ut vobis negent poteſta-*

1 *Quorum alterum neque nego, neque inficias eo*] Quaſi vero diverſa pronunciatio eſſet in τῷ *nego*, diverſa in τοῖς *inficias eo*. Sed etiam id ipſum alterum, quod ſe ait non negare, eſt plane id ipſum, de quo ait ſe inficias non ire, nempe de aucta patriciorum majeſtate. Vix dubito ſcripſiſſe Livium: *quorum alterum neque ego inficias eo*. Adjectæ ſunt voces ab illis, qui τὸ *neque* ſine antapodoſi non concoquebant. 9, 9. *Neque ego inficias eo, tam ſponſiones quam fœdera ſancta eſſe*. Vel ſi placet mitius conſulere, legendum erit: *quorum alterum neque neſcio neque inficias eo*. Is enim ordo eſt, ut rem, de qua conſuleris, vel neſcire te dicas, vel deinde ſi concedas te ſcire, probes ita quoque fieri debere. Sic Frontinus in præfatione jungit: *neque ignoro neque inficior*. Jac. Gron.

teſtatem liberam ſuffragii, non in comitiis, non in legibus jubendis, ſe permiſſuros eſſe? Sub conditione, inquit, nos reficietis decimum tribunos. Quid eſt aliud dicere, quod petunt alii, nos adeo faſtidimus, ut ſine mercede magna non accipiamus. Sed quæ tandem iſta merces eſt, qua vos ſemper tribunks plebis habeamus? ut rogationes, inquit, noſtras, ſeu placent, ſeu diſplicent, ſeu utiles, ſeu inutiles ſunt, omnes conjunctim accipiatis. Obſecro vos, Tarquinii tribuni plebis, putate me ex media concione unum civem [1] *ſucclamare: Bona venia veſtra liceat ex his rogationibus legere, quas ſalubres nobis cenſemus eſſe; antiquare alias.* [2] *Non, inquit, licebit. Tu de fænore atque agris, quod ad*

1 *Succlamare bona venia veſtra liceat*] Hæc verba ita interpungenda, ut appareat: *Bona venia veſtra*, &c. eſſe Appii ſucclamantis, ſic: *ſucclamare, Bona venia.* Sigonius.

2 *Non, inquit, licebit tu de fœn. atq. ag.*] Fœdata pulcherrima ſententia eſt ab iis, qui eam non percipientes, non recte diſtinxerunt: ſic enim accipiendum eſt, ut illæ voces: *Non, inquit, licebit*: ſint Licinii reſpondentis Appio ſucclamanti. *Idem.*

Non, inquit, licebit, tu de fænore] Sigonius notat, *Non licebit*, eſſe Licinii reſpondentis Appio ſucclamanti; *Iu de fænore*, eſſe Appii Licinium ex ejus reſponſo arguentis: contra atque ſenſerit Glareanus. Immo Glareanus recte ſenſit: ſunt enim utraque unius, non neceſſario Licinii, ſed ex tribunis pl. reliquorum nomine, aut omnium tribunorum ſimul [illegible] prolata, ſed ita concepta, ut Appium ea dixiſſe appareat. Refert verba tribuni Appius, non qualia illi pronuntiarant, aut qua ſententia illi accipi ea voluerant, ſed qualia ea populo videri, quamque ſententiam ex iis educi atque elici cupiebant Appius & patricii. Tribunorum hæc verba fuerant: *non eſſe modeſtiæ pop. Romani id poſtulare, ut ipſe fænore levetur & in agrum poſſeſſum à potentibus inducatur*; (hæc ita durius reddit Appius: *Non licebit ex rogationibus legere, quas ſalubres tibi cenſeas eſſe, antiquare alias. Tu de fænore atque agris, quod ad vos omnes pertinet, jubeas?*) *per quos ea conſecutus ſit, ſenes tribunicios, non ſine honore tantum, ſed etiam ſine ſpe honoris relinquat?* Niſi tamen ſcripſit Livius, *relinquere.* Hæc invidioſiſſime inciviliſſimeque reddit Appius, non contentus dicere: *& tu idem*, nempe quicumque civis, *ex noſtro collegio dubites creare conſules?* quod ipſum quoque ingratum fuiſſet: ſed multo aſperius: *& hoc portenti non fiat in urbe Romana, uti illum L. Sextium atque hunc C. Licinium conſules, quod indignaris, quod abominaris, videas. Hoc portenti* deſumptum Livio ex illo in Ventidium: *Portentum inuſitatum conflatum eſt recens, nam qui fricabat mulos, conſul factus eſt.* Verba *jubeas, indignaris, abominaris, videas*, intelligunt, tu quicumque civis Romane de plebe: & proferuntur tanquam ex ore Licinii per Appium narratorem vitiata: non tanquam Appii contra Licinium, ut vult Sigonius, qui artificium hoc oratorium, adverſarii ſenſus invidioſe exponendi, tantus orator non pervidit. Sic Cicero lib. 3 in Verrem: *De cohorte mea rejicies*, inquit. (puta, Verres) *Quid? iſta cohors quorum hominum eſt? Voluſii haruſpicis & Cornelii medici, & horum canum, quos tribunal meum vides lambere.* Sic ille paſſim. Valerius Max. 2,9. *Quam enim imprudenter Duronius Roſtra conſcendit,*

Digitized by Google

ad vos omnes pertinet, jubeas: & hoc portenti non fiat in urbe Romana,[1] *uti L. Sextium atque hunc C. Licinium conſules, quod indignaris, quod abominaris,*[2] *videas? Aut omnia accipe: aut nihil fero. Ut ſi quis ei, quem urgeat fames, venenum ponat cum cibo, & aut abſtinere eo quod vitale ſit, jubeat, aut mortiferum vitali admiſceat. Ergo ſi eſſet libera hæc civitas, non tibi frequentes ſucclamaſſent, Abi hinc cum tribunatibus ac*[3] *rogationibus tuis? quid ſi non tuleris, quod commodum eſt populo accipere, nemo erit qui ferat illud? Si quis patricius, ſi quis (quod illi volunt invidioſius eſſe) Claudius diceret, Aut omnia accipite, aut nihil fero; quis veſtrum, Quirites, ferret? Nunquamne vos res potius quam auctores ſpectabitis, ſed omnia ſemper, quæ magiſtratus ille dicet, ſecundis auribus, quæ ab noſtrum quo dicentur, adverſis accipietis? At hercule, ſermo eſt minime civilis. Quid? Rogatio qualis eſt, quam à vobis antiquatam indignantur? ſermoni, Quirites, ſimilima. Conſules, inquit, rogo, ne vobis, quos velitis, facere liceat. An aliter rogat, qui utique alterum ex plebe fieri conſulem jubet: nec duos patricios creandi poteſtatem vobis permittit? Si hodie bella ſint, quale Etruſcum fuit, quum Porſena Janiculum inſedit; quale Gallicum modo, quum præter Capitolium atque arcem omnia hæc hoſtium erant, & conſulatum cum hoc M. Furio aut quolibet alio ex Patribus L. ille Sextius peteret; poſſetiſne ferre Sextium haud pro dubio conſulem eſſe, Camillum de repulſa dimicare?*[4] *Hoccine eſt in commune honores vocare, ut duos plebeios fieri*

dit, *illa dicturus: Freni ſunt injecti vobis, Quirites, nullo modo perpetiendi: alligati & adſtricti eſtis amaro vinculo ſervitutis: lex enim lata eſt, quæ vos eſſe frugi jubet*, &c. Sic ridicule Saturnum inducit Prudentius 1 adverſus Symmach. *Sum Deus, advenio fugiens, præbete latebras*, &c. *Uti illum* habent veteres Andreæ, Becharii, Mogunt. Aſcenſii, & aliæ. Haud ſcio cur mutarint. *J. F. Gron.*

1 *Ut Sextium*] Vet. lib. *Uti Sextium*: ex quo colligi poteſt legendum: *ut L. Sextium.* Sigonius.

2 *Videas, aut omnia accipe, aut nihil fero. ut ſi quis ei, quem urgeat fames*] Adde notam interrogationis voci, *Videas?* Quæ ſequuntur verba: *aut omnia accipe, aut nihil fero*, verba ſunt Licinii tribuni pl. ab Appio recitata per μίμησιν, perinde atque illa: *Non, inquit, licebit.* Jam vero illa, *Ut ſi quis ei, quem urgeat fames:* ſunt Appii coarguentis Licinii ſententiam illam: *Aut omnia accipe, aut nihil fero.* Idem.

3 *Rogationibus tuis*] Adde notam interrogationis. *Idem.*

4 *Hoccine eſt in commune honores voc.*]

ſieri conſules liceat, duos patricios non liceat? & alterum ex plebe creari neceſſe ſit, utrumque ex Patribus præterire liceat? Quænam iſta ſocietas, quænam conſortio eſt? Parum eſt, ſi cujus pars tua nulla adhuc fuit, in partem ejus venis, niſi partem petendo, totum traxeris? Timeo, inquit, ne ſi duos licebit creari patricios, neminem creetis plebeium. [1] Quid eſt dicere aliud, niſi, quia indignos veſtra voluntate creaturi non eſtis, neceſſitatem vobis creandi quos non vultis, imponam? quid ſequitur, niſi ut ne beneficium quidem debeat populo, ſi cum duobus patriciis unus petierit plebeius, & lege ſe, non ſuffragio, creatum
41 dicat? Quomodo extorqueant, non quomodo petant honores, quærunt: & ita maxima ſunt adepturi, [2] ut nihil ne pro minimis quidem debeant; & occaſionibus potius quam virtute petere honores malint. [3] Eſt aliquis qui ſe inſpici, æſtimari faſtidiat? qui certos ſibi uni honores inter dimicantes competitores æquum cenſeat eſſe? qui ſe arbitrio veſtro eximat? qui veſtra neceſſaria ſuffragia pro voluntariis & ſerva pro liberis faciat? Omitto Licinium Sextiumque, [4] quorum annos in perpetua poteſtate, tanquam

Si hic atque ſequens verſus abſque interrogatione legantur, cum quadam dicentis admiratione, plus gratiæ habebunt. *Glareanus.*

1 *Quid eſt dicere aliud, quia*] Vet. lib. *Quid eſt dicere aliud, niſi quia indignos,* &c. *Sigonius.*

2 *Ut nihil ne pro minimis quidem debeant*] Iſthæc non placent. Leg. *ut nihil pro iis nec minimum quidem debeant.* Is enim ſenſus Livii fuiſſe videtur. Sed quanto magis arrideat: *ut nihil populo Romano Quiritium debeant.* Hanc ego veram eſſe lectionem arbitror. *Tan. Faber.*

Ut nihil ne pro minimis debeant] Fortaſſis: *& ita maxima ſunt adepturi, ut nihil quaſi pro minimis debeant.* J.F.Gron.

3 *Eſt aliquis qui ſe inſpici, qui æſtimari faſtidiat*] Et hæc, & quæ ſequuntur verba ſine interrogatione legenda ſunt. *Sigonius.*

Qui ſe inſpici, qui æſtimari] Campanus: *inſpici æſtimarique.* Tres Pall. & Thuan. *qui ſe inſpici, æſtimari, faſtidiat.* Placet omnino, & neſcio quid ponderis eſt in aſyndeto. Lib. 8. *Si quando unquam conſociandi imperii, uſurpandæ libertatis, tempus optaſtis.* Lib. 10, 24. *Quum periculum, dimicatio propoſita ſit.* ſic enim ſcripti. *J. F. Gron.*

4 *Quorum annos in perpetua poteſtate*] Reſpicit Livius Regum ſtatuas, quæ erant poſitæ in Capitolio, quarumque baſibus numerus annorum, quibus regnaverant, erat inſcriptus. Cum autem C. Licinius Stolo & L. Sextius per aliquot annos, continui tribuni plebis fuiſſent, eorum annos ait Claudius numerari in perpetua poteſtate vel continuos, non ſecus ac in titulis, qui additi erant Regum ſtatuis. Nam cum ii qui honores diverſis vicibus geſſiſſent, dicebantur tertium, quartum, quintum, &c. Coſſ. vel Tribuni plebis, hi è diverſo poterant inſcribi Tribuni pl. v. c. decem vel plurium annorum. Statuas autem Romuli

Digitized by Google

quam regum in Capitolio numeratis: quis eſt hodie in civitate tam humilis, cui non via ad conſulatum facilior per iſtius legis occaſionem, quam nobis ac liberis noſtris fiat? ſi quidem nos, ne quum volueritis quidem, creare interdum poteritis, iſtos etiam ſi nolueritis, neceſſe ſit. De indignitate ſatis dictum eſt (etenim dignitas ad homines pertinet) quid de religionibus atque auſpiciis, quæ propria Deorum immortalium contemptio atque injuria eſt, loquar? auſpiciis hanc urbem conditam eſſe, auſpiciis bello ac pace, domi militiaque omnia geri, quis eſt qui ignoret? Penes quos igitur ſunt auſpicia more majorum? nempe penes Patres. nam plebeius quidem magiſtratus nullus auſpicato creatur. Nobis adeo propria ſunt auſpicia, ut non ſolum quos populus creat patricios magiſtratus, non aliter quam auſpicato creet; ſed nos quoque ipſi ſine ſuffragio populi auſpicato interregem prodamus, & privatim auſpicia habeamus, quæ iſti ne in magiſtratibus quidem habent. Quid igitur aliud quam tollit ex civitate auſpi-

muli & reliquorum regum fuiſſe in Capitolio nos docent veteres. Aſconius in orat. pro M. Scauro extremam: *Cato prætor judicium, quia æſtate agebatur, ſine tunica exercuit, campeſtri ſub toga cinctus. In forum quoque ſic deſcenderat, juſque dicebat, idque repererat* (alii *repetierat*) *ex vetere conſuetudine, ſecundum quam & Romuli ætatis ſtatuæ in Capitolio & in Roſtris Camilli fuerunt, togatæ ſine tunicis.* Plinius lib. 33 cap. 1 ſtatuarum Romuli, Servii Tullii, Numæ, Tarquinii Priſci in Capitolio poſitarum meminit. Julio Cæſari *ſtatuam inter Reges*, id eſt, Regum ſtatuas decretam tradit Suetonius cap. 76, & Cicero oratione pro Deiotaro; nec alibi quam in Capitolio fuiſſe auctor locuples Dion Caſſius lib. 43. ex quo inſuper conſtat omnium Regum cum Bruti Tarquiniorum everſoris ſtatuas ibi poſitas & Cæſaris juxta Bruti, illudque poſtea in omen tractum eſſe. Cum autem Bruti ſtatua inter Reges poſita fuerit ex ære, teſte Plutarcho in vita Bruti, ipſo initio, videntur & Regum ex eodem metallo fuiſſe, & ſcribi apud Aſconium debere; *Romuli æratæ ſtatuæ.* Nam vulgatum *ætatis* nullum ſenſum recipit. *Gisb. Cuperus.*

Tanquam regum in Capitolio numeratis] Quid eſt, *regum in Capitolio*? An ſignatorum in Capitolinis faſtis? Quaſi nuſquam alibi numerari regum anni potuerint. An tribunorum? at illorum in faſtis, quatenus ſuperſunt, veſtigium nullum. Acta urbana, vel ſi qua fuerunt collegii, his ſufficiebant. An inſeritur mentio Capitolii, tanquam loci, ubi tum temporis pleſrumque comitia tribunicia haberentur? nam in area Capitolina nonnunquam habita eſſe conſtat. An potius legendum, *in Campo*; vel *in comitio*? hic enim ſæpius. Niſi reſecta utraque voce Livius reliquit: *quorum annos in perpetua poteſtate, tanquam regum numeratis.* Adjecerunt autem *in Capitolio*, qui ſemiplenam periodum putarent, niſi apponeretur aliquid regibus, ut adeſt tribunis *in perpetua poteſtate:* quaſi non hoc quoque pertineret ad reges. *J. F. Gron.*

1 *Omnium*

auſpicia, qui plebeios conſules creando, à Patribus, qui ſoli ea
habere poſſunt, aufert? Eludant nunc licet religiones. Quid e-
nim eſt, ſi pulli non paſcentur? ſi ex cavea tardius exierint? ſi
occinuerit avis? Parva ſunt hæc: ſed parva iſta non contemnen-
do, majores noſtri, maximam hanc rem fecerunt. Nunc nos,
tamquam jam nihil pace Deorum opus ſit, omnes cærimonias pol-
luimus. Vulgo ergo pontifices, augures, ſacrificuli reges creen-
tur: cuilibet apicem dialem, dummodo homo ſit, imponamus:
tradamus ancilia, penetralia, Deos Deorumque curam, qui-
bus nefas eſt. non leges auſpicato ferantur, non magiſtratus creen-
tur: nec centuriatis comitiis Patres auctores fiant. Sextius &
Licinius, tamquam Romulus ac Tatius, in urbe Romana re-
gnent, quia pecunias alienas, quia agros dono dant. Tanta dul-
cedo eſt ex alienis fortunis prædandi: nec in mentem venit, al-
tera lege ſolitudines vaſtas in agris fieri pellendo finibus domi-
nos: altera fidem abrogari, cum qua omnis humana ſocietas tol-
litur. [1] *Omnium rerum cauſſa vobis antiquandas cenſeo iſtas ro-*
42 *gationes. Quod faxitis, Deos velim fortunare.* Oratio Appii
ad id modo valuit, ut tempus rogationum jubendarum
proferretur. Refecti decimum iidem tribuni Sextius &
[2] Licinius, de decemviris ſacrorum ex parte de plebe
creandis legem pertulere. creati quinque Patrum, quin-
que plebis: graduque eo jam via facta ad conſulatum vi-
debatur. Hac victoria contenta plebes ceſſit Patribus, ut
in

1 *Omnium rerum cauſa*] Librariorum oſcitantia. Leg. *Quarum rerum cauſa.* Eſt enim orationis concluſio. *Tan. Faber.* Et ſic tamen 8, 13. *Noſtrum enim fuit efficere, ut omnium rerum vobis ad conſulendum poteſtas eſſet.* Quum illic tantummodo agatur de ſtatu ac futura conditione Latii. Et lib. 10 cap. 26. *Omnium rerum arbitrium & à populo & ab ſenatu Fabio permiſſum*, ubi ſolum quæritur de collega. *Jac. Gron.*

2 *Lic. De decemviris ſacr. e. p. d. p. creandis pertulere*] Vet. lib. *Legem pertulere.* Sigonius.

Licinius. De decemviris] Mutem diſtinctionem, & ſcribam: *Refecti decimum iidem tribuni, Sextius & Licinius, de decemviris ſacrorum ex parte de plebe creandis legem pertulere.* Inſerendum eſſe τὸ *legem* monuit prior Sigonius, cui tres Pall. & Campani editio adſtipulantur. In diſtinctione conſentiunt etiam veteres quædam nobiſcum. mox: *Cum præter Velitrarum obſidionem, tardi magis rerum exitus quam dubii, quieta externa res Romanis eſſent.* Sic jam à Curione: ſed MSS. & priſcæ edd. *magis rem exitus.* Utrum tota vox abolenda, an ſcribendum: *quieta externa Romanis.* J. F. Gron.

1 *Veli-*

Digitized by Google

in præſentia conſulum mentione omiſſa, tribuni militum crearentur. creati A. & M. Cornelii iterum: M. Geganius, P. Manlius, L. Veturius, P. Valerius ſextum. Quum præter [1] Velitrarum obſidionem, tardi magis rem exitus quam dubii, quietæ externæ res Romanis eſſent; fama repens belli Gallici allata, perpulit civitatem, ut M. Furius dictator quintum diceretur. is [2] T. Quintium Pennum magiſtrum equitum dixit. Bellatum cum Gallis eo anno circa Anienem flumen, auctor eſt Claudius: inclitamque in ponte pugnam, qua T. Manlius Gallum, cum quo provocatus [3] manus conſeruit, in conſpectu duorum exercituum cæſum torque ſpoliavit, tum pugnatam. Pluribus auctoribus magis adducor, ut credam, decem haud minus poſt annos ea acta: [4] hoc autem anno in Albano agro cum Gallis dictatore M. Furio ſigna collata. Nec dubia, nec difficilis Romanis (quamquam ingentem Galli terrorem memoria priſtinæ cladis attulerant) victoria fuit. multa millia Barbarorum in acie, multa captis caſtris cæſa: palati alii Apuliam maxime petentes, [5] quum fuga ſe longinqua, tum quod paſſim eos ſimul pavor terrorque diſtulerant, ab hoſte ſeſe tutati ſunt. Dictatori, conſenſu Patrum plebiſque, triumphus decretus. Vix dum perfunctum eum bello, atrocior domi ſeditio excepit: & per ingentia certamina dictator ſenatuſque victus, ut rogationes tribuniciæ acciperentur: & comitia conſulum adverſa nobilitate habita, quibus L. Sextius de plebe primus Cos. factus. Et ne

1 *Velitrarum obſidionem, tardi magis rem exitus quam dubii*] Ea haud dubie vera lectio. 24, 17. *Omiſſa ſpe Nolæ petiundæ, rei nunquam proſpere tentatæ.* 6, 9. *Animus ducis rei majori, Antio, imminebat.* Jac. Gron.

2 *T. Quint. Pænum*] *Pennum*, ex Capitolinis lapidibus. *Sigonius.*

3 *Manus conſeruit*] Vet. lib. *manum.* Idem.

4 *Hoc autem anno in Albano agro cum Gallis, &c.*] Hac de re ſic Polybius lib. 2. παραγενομένων δὲ πάλιν τῶν Κελτῶν εἰς Ἄλβαν στρατεύματι μεγάλῳ μετὰ τὴν τῆς πόλεως κατάληψιν ἔτει τριακοστῷ. Hoc tamen à Livio diſcrepat. nam à Roma capta ad hunc annum non XXX ſed XXIII apud Livium numerantur. *Idem.*

5 *Quum fuga ſe longinqua*] Dele τὸ *ſe*, quod ſuperfluum eſt. *J. F. Gron.*

1 *Pro-*

ne is quidem finis certaminum fuit. quia patricii ſe auctores futuros negabant, [1] prope ſeceſſionem plebis res terribileſque alias minas civilium certaminum venit: cum tamen per dictatorem conditionibus ſedatæ diſcordiæ ſunt, conceſſumque ab nobilitate plebi de conſule plebeio: à plebe nobilitati de prætore uno, qui jus in urbe diceret, ex Patribus creando. Ita ab diutina ira tandem in concordiam redactis ordinibus, quum dignam eam rem ſenatus cenſeret eſſe, meritoque id, [2] ſi quando unquam alias, Deum immortalium cauſſa libenter facturos fore, ut ludi maximi fierent, & dies unus ad triduum adjiceretur; recuſantibus id munus ædilibus plebis, conclamatum à patriciis eſt juvenibus, ſe id honoris Deum immortalium cauſſa libenter acturos, ut ædiles fierent. Quibus quum ab univerſis gratiæ actæ eſſent, factum ſenatuſconſultum, ut duo viros ædiles ex Patribus dictator populum rogaret: Patres auctores omnibus ejus anni comitiis fierent.

EPI-

1 *Prope ſeceſſionem plebis*] Veteres libri, *Prope ad ſeceſſionem.* Probo. Nam libro octavo ait: *Prope ad ultimum dimicationis ventum eſt.* Et libro 10. *Quam prope ad ultimum diſcrimen nuper ventum foret.* Sigonius.

Prope ad ſeceſſionem plebis res] Ante Sigonium legebatur: *prope ſeceſſionem:* & recte puto. Lib. 26, 48. *Ea contentio quum prope ſeditionem veniret.* Ubi τò *ad* ſimiliter novitiæ quædam male adoptarunt. Epitome lib. 49. *Quum prope vitæ finem ultimum eſſet.* Hic iterum præſto eſt cum ſuo *ad* Sigonius. Tacitus lib. 2 Hiſtor. *Id ægre tolerante milite prope ſeditionem ventum.* Idem lib. 6 Ann. *Iiſdem conſulibus gravitate annonæ juxta ſeditionem ventum.* Sic lib. 7, 10. *Inter carminum prope modum incondita quædam joculantes Torquati nomen auditum.* Quod ita explicabamus: inter joculantes militariter incondita quædam dicta prope modum carminum, vel proxime modulos verſuum. *J. F. Gron.*

2 *Si quando unquam alias, Deum immortal.* &c.] Sigonius emendat: *ſi quando unquam alias, hoc maxime tempore faciundum, factum SC. feriæ ut Latinæ fierent, & dies*, &c. Quod non probo. Neque enim Ædiles ferias Latinas curabant. *Henr. Valeſius.*

Deum immortalium cauſa libenter facturos fore] De hoc loco vide quæ ſcripſimus 4 Obſervat. 25. *J. F. Gron.*

Digitized by Google

EPITOME LIBRI VII.

[1] *DUo novi magiſtratus adjecti ſunt; prætura & ædilitas curulis. Peſtilentia civitas laboravit, eamque inſignem fecit mors Furii Camilli. cujus remedium & finis quum per novas religiones quæreretur, ludi ſcenici tunc primum facti ſunt. Quum dies L. Manlio dicta eſſet* [2] *à M. Pomponio tribuno plebis, propter delectum* [3] *acerbe actum, & T. Manlium* [4] *filium, relegatum ſine ullo crimine; adoleſcens ipſe, cujus relegatio patri objiciebatur, venit in cubiculum tribuni, ſtrictoque gladio coëgit eum in verba ſua jurare, Non perſeveraturum ſe in accuſatione. Cum telluris hiatu tota ad ultimum patria territa foret,* [5] *tunc omnia pretioſa miſſa ſunt in patentem voraginem urbis Romanæ. in eam Curtius armatus ſedens equo ſe præcipitavit, eaque expleta eſt.* [6] *T. Manlius adoleſcens, qui patrem à tribunicia vexatione vindicaverat, contra Gallum provocantem aliquem ex militibus Romanis, in ſingulare certamen deſcendit, eique occiſo, torquem aureum*

1 *DUo novi magiſtrat.*] In vet. lib. non eſt vox, *novi*, & ſine ea ſenſus ſtare poteſt. *Sigonius.*

2 *A M. Pompeio trib. pl.*] Lege *M. Pomponio*, ex Livio & Cicerone. *Idem.*

3 *Acerbe factum*] Vet. lib. *Actum.* Idem.

4 *Filium relegatum*] Vet. lib. *Filium rus relegatum*, recte: ſic enim Livius. *Idem.*

5 *Tunc omnia pernicioſa omiſſa ſunt. In pat. vor. u Romæ Curtius armatus equo*, &c.] Hic locus ita legendus: *Tunc omnia pretioſa miſſa ſunt in patentem voraginem urbis Romæ. In eam Curtius arm.* Sic. quam lectionem veteribus in libris ſe reperiſſe mihi affirmavit juvenis eruditiſſimus Claudius Puteanus; & Livius ipſe comprobat, cum ſcribit: *Donaque ac fruges ſuper eum à multitudine virorum ac mulierum congeſtas.* Idem.

Tum omnia pretioſa miſſa ſunt] Deeſſe hic aliquid videre cuivis licet. Supplet membranaceus Barberinus hoc modo: *Cum telluris hiatu tota ad ultimum territa patria foret, tunc omnia pretioſa miſſa ſunt in præaltam voraginem urbis Romanæ.* Idem: *armatus ſedens equo ſe præcipitavit, & expleta eſt.* Tum: *à tribunicia vexatione vindicaverat.* Denique *ſingulare certamen feliciter iniit.* J.F. Gron.

6 *Manlius adoleſcens*] Vet. lib. *T. Manlius.* Sigonius.

1 *Plus*

neum detraxit: quem ipſe poſtea tulit, & ex eo Torquatus eſt nuncupatus. Duæ tribus additæ, Pomtina & Publilia. Licinius Stolo lege ab ipſo lata damnatus eſt, quod [1] *plus quingentis jugeribus agri poſſideret. M. Valerius tribunus militum Gallum, à quo provocatus erat, inſidente galeæ corvo, & unguibus roſtroque hoſtem infeſtante, interemit, & ex eo* [2] *Corvi nomen accepit; conſulque proximo anno creatus eſt ob virtutem, quum vigeſimum tertium ageret annum. Amicitia cum Carthaginienſibus juncta. Campani, quum urgerentur à Samnitibus bello, auxilio adverſus eos à ſenatu petito; quum id non impetrarent, urbem atque agros populo Romano dediderunt. ob quam cauſſam ea, quæ populi Romani facta eſſent, defendi bello adverſus Samnites placuit. Cum ab A. Cornelio conſule exercitus in iniquum locum deductus, in magno diſcrimine eſſet,* [3] *P. Decii Muris tribuni militum opera ſervatus eſt. qui occupato colle ſuper id jugum,* [4] *in quo Samnites conſederant, occaſionem conſuli in æquiorem locum evadendi dedit: ipſe ab hoſtibus circumſeſſus erupit.* [5] *Milites Romani, qui Capuæ in præſidio erant relicti, quum de ea occupanda urbe conſpiraſſent, & detecto conſilio, metu ſupplicii à populo Romano defeciſſent; per M. Valerium* [6] *Corvum dictatorem, qui conſilio ſuo eos à furore revocaverat,* [7] *patriæ reſtituti ſunt. Res præterea contra Hernicos, & Gallos, & Tiburtes, & Privernates, & Tarquinienſes, & Samnites, & Volſcos proſpere geſtas continet.*

AN-

1 *Plus quingentorum jugerum*] Aut lege, *plus quingenta jugera*, ut Livius: aut *Plus quingentis jugeribus*, ut in epit. lib. 6. *Sigonius.*

2 *Corvini nomen*] *Corvi nomen*, ut poſt dicam. *Idem.*

3 *P. Decii tribuni*] Vet. lib. *P. Decii Muris tribuni.* Idem.

4 *In quo Samn. ſederant*] Vet. lib. *conſederant.* Idem.

5 *Milites, qui Capuæ in præſidio erant relicti, cum de ea*] Vet. lib. *Cum milites Romani, qui Capuæ in præſidio erant relicti, de ea occupanda urbe conſpiraſſent.* Idem.

6 *Corvinum dictatorem*] *Corvum*, ut dicam. *Idem.*

7 *Patriæ reſtituti ſunt*] Præter hæc adde: *Res præterea contra Hernicos, & Gallos, & Tiburtes, & Privernates, & Tarquinienſes, & Samnites, & Volſcos proſpere geſtas continet*: ſic enim eſt in veteribus libris, atque ita eſt apud Livium. *Idem.*

Digitized by Google

ANNUS hic erit inſignis novi hominis conſulatu, inſignis novis duobus magiſtratibus, prætura, & curuli ædilitate. Hos ſibi patricii quæſivere honores, pro conceſſo plebi altero conſulatu. Plebes conſulatum L. Sextio, cujus lege partus erat, dedit: [2] Patres præturam Sp. Furio M. filio 1

1 *Annus inſignis novi hominis conſulatu*] *Novus homo* apud Livium dicitur, & is, qui magiſtratum cepit, quem non antea geſſit, & qui primus ex familia ſua curulem magiſtratum cepit. Priore modo locutus eſt lib. 22. *Nec cuiquam eorum præter Terentium conſulem, erat mandatus honos, quem jam non antea geſſiſſet. præteritis aliquot fortibus ac ſtrenuis viris, quia in tali tempore nullus novus magiſtratus videbatur mandandus.* Poſteriore hoc loco: Hominem eum novum L. Sextium plebeium vocat, qui primus è gente ſua curulem magiſtratum conſulatum ceperit. *Novis* autem *hominibus*, *Nobiles* opponuntur, & *Novitati Nobilitas*. *Nobiles* autem ii dicti, qui majorum ſuorum habent imagines. *Imagines* autem ſui ponere, ac poſteris tradere non poſſunt, niſi qui curulem magiſtratum geſſerunt, quorum primus erat ædilitas. Qui magiſtratus quoniam ſolis patriciis primum patuerunt, iccirco ſoli patricii nobiles primum appellati. Ubi vero plebi honores etiam curules ſunt communicati, tum plebeii etiam nobiles nominati ii, qui majorum ſuorum imagines haberent. Eſt autem *imago*, auctore Polybio lib. 6, *ſimulacrum oris ſimilitudinem affabre, mireque artificio effictam coloribus, pigmentiſque adumbratam referens, quam in inſigniori ac celebriori domus parte collocabant.* De jure autem ponendarum imaginum ſic Cicero in Verrem: *Ego me ob ædilitatem mihi delatam adeptum eſſe intelligo antiquiorem in ſenatu ſententiæ dicendæ locum, togam prætextam, ſellam curulem, jus, imagines ad memoriam, poſteritatemque prodendam.* Et contra Rullum, *Eſt hoc in more poſitum, Quirites, ut ii qui beneficio veſtro imagines familiæ ſuæ conſecuti ſunt, eam primam habeant concionem, qua gratiam beneficii veſtri cum ſuorum laude conjungant.* *Eſt autem conſequi imagines familiæ, magiſtratus curules à majoribus ſuis item geſtos capere.* Et poſt: *Me hominem novum conſulem feciſtis.* Item: *Mihi apud vos de meis majoribus dicendi facultas non datur, non quod non tales fuerint, quales nos illorum ſanguine creatos, diſcipliniſque inſtitutos videtis, ſed quod laude populari, atque honoris veſtri luce caruerunt.* Item: *Quemadmodum cum petebam nulli me vobis auctores generis mei commendarunt: ſic ſi quid deliquero, nullæ ſunt imagines, quæ me à vobis deprecentur.* Et in Piſonem: *Commendatio fumoſarum imaginum.* Et Livius lib. 1. *Ancus Marcius nobilis una imagine Numæ.* Et Pædianus in oration. in Toga: *Cicero competitores quatuor plebeios habuit, ex quibus duo nobiles, duos qui tantum non primi ex familiis ſuis magiſtratum adepti erant.* Et Livius lib. 22. *Nec finem ante belli habituros, quam conſulem vere plebeium, id eſt, hominem novum feciſſent.* *Nam plebeios nobiles jam iiſdem initiatos eſſe ſacris & contemnere plebem, ex quo contemni deſierint à patribus.* Sigonius.

2 *Patres præturam Sp. Furio M. F. Camillo dederunt*] Hic M. Camilli quinquies Dictatoris filius fuit auctore Suida, qui ita ſcribit in voce Πραίτωρ: πρῶτος ϛρατηγὸς ἀποδείχθη Φούριος Κάμιλλος παῖς Καμίλλου τοῦ πολλάκις μοναρχήσαντος, ὃν πραίτωρα τῇ ἰδίᾳ γλώττῃ οἱ Ῥωμαῖοι ὀνομάζουσιν. *Idem.*

filio Camillo, ædilitatem Cn. Quintio Capitolino, & P. Cornelio Scipioni, [1] ſuarum gentium viris, gratia campeſtri ceperunt. L. Sextio collega ex Patribus datus Lucius Æmilius Mamercinus. Principio anni, & de Gallis, quos primo palatos per Apuliam congregari jam fama erat, & de Hernicorum defectione, agitata mentio. Quum de induſtria omnia, ne quid per plebeium conſulem ageretur, proferrentur, ſilentium omnium rerum, ac juſtitio ſimile otium fuit: niſi quod non patientibus tacitum tribunis, quod pro conſule uno plebeio tres patricios magiſtratus curulibus ſellis prætextatos tamquam conſules ſedentes nobilitas ſibi ſumſiſſet; prætorem quidem etiam jura reddentem, & [2] collegam conſulibus, atque iiſdem auſpiciis creatum; verecundia inde impoſita eſt ſenatui, ex Patribus jubendi ædiles curules creari. primo ut alternis annis ex plebe fierent, convenerat: poſtea promiſcuum fuit. Inde L. Genucio & Q. Servilio conſulibus, & ab ſeditione & à bello quietis rebus, ne quando à metu ac periculis vacarent, peſtilentia ingens orta. [3] Cenſorem, ædilem curulem, tres tribunos plebis mortuos ferunt: pro portione & ex multitudine alia multa funera fuiſſe. maximeque eam peſtilen-

1 *Suarum gentium viris gratia campeſtri ceperunt*] Vet. lib. omnes, *Dederunt*. Sic poſt: *ab patribus L. Cornelius Scipio conſul datus*. Sigonius.

Suarum gentium viris gratia campeſtri dederunt] Ita quidem Sigonius. Et ſic lib. 2. *Ea igitur pars Reipublicæ vicit: nec in præſens modo, ſed in venientem etiam annum M. Fabium & L. Valerium conſules dedit*. Libroque 6. *Plebes C. Sextilium, M. Albinium, L. Antiſtium dedit*. Sed quod ait veteres libros omnes ſic habere, nollem dictum, aut certe de illis tantum, quibus ipſe uſus, intelligemus. nam Thuaneus, duo Voſſ. Helm. Buſl. Chifl. clare, *ceperunt*, ut priores editiones. Cumque ſequatur ſtatim: *L. Sextio collega ex Patribus datus*: non video cur Livio hanc varietatem invideamus. Nam, ut *dederunt*, eſt, effecerunt, ut ei daretur: ita *ceperunt*, eſt effecerunt, ut ille caperet. Lib. 5. *Licinius ut ceperat haud tumultuoſe magiſtratum*. Hoc libro infra: *qui legis Liciniæ ſpreta mercedem conſulatum cepiſſet*. J. F. Gron.

2 *Collegam conſulibus*] *Prætor collega conſulum* dicebatur, quod iiſdem auſpiciis crearetur, auctore Meſſala apud Gellium lib. 13 cap. 14. *Sigonius*.

3 *Cenſorem, &c. mortuos ferunt*] Nomina cenſorum per hos annos edit nulla Livius: in Capitolinis tabulis eſt, *Poſthumius Albinus Regillenſis*, & *C. Sulpicius Peticus*. *Albinus* procul dubio mortuus. Nam de *Petico* poſt magna mentio fit. *Idem*.

lentiam inſignem mors quam matura, tam acerba, M.
Furii fecit. Fuit enim vere vir unicus in omni fortuna;
princeps pace belloque, prius quam exulatum iret: clarior in exilio; vel deſiderio civitatis, quæ capta abſentis imploravit opem, vel felicitate, qua reſtitutus in patriam, ſecum patriam ipſam reſtituit. [1] Par deinde per quinque & viginti annos (tot enim poſtea vixit) titulo tantæ gloriæ fuit, dignuſque habitus, quem ſecundum à Romulo conditorem urbis Romanæ ferrent. Et hoc 2
& inſequenti anno [2] C. Sulpicio Pætico, C. Licinio Stolone, conſulibus, peſtilentia fuit. eo nihil dignum memoria actum; niſi quod pacis Deum expoſcendæ cauſſa tertio tum poſt conditam urbem lectiſternium fuit. & quum vis morbi, nec humanis conſiliis nec ope divina levaretur, victis ſuperſtitione animis, ludi quoque ſcenici, nova res bellicoſo populo (nam [3] circi modo ſpectaculum fuerat) inter alia cœleſtis iræ placamina inſtituti dicuntur. Cæterum parva quoque (ut ferme principia omnia) & ea ipſa peregrina res fuit. Sine carmine ullo, ſine imitandorum carminum actu, ludiones ex Etruria acciti, ad tibicinis modos ſaltantes haud indecoros motus, more Tuſco dabant. imitari deinde eos juventus, ſimul inconditis inter ſe jocularia fundentes verſibus, cœpere; nec abſoni à voce motus erant. Accepta itaque res, ſæpiuſque uſurpando excitata, vernaculis artificibus; [4] quia hiſter Tuſco verbo ludio vocabatur, nomen hiſtrionibus inditum: qui non ſicut ante, Feſcen-

1 *Par deinde per quinque & triginta annos*] Libri veteres, *viginti quinque*, egregie: tot enim à Roma capta ad hunc uſque annum numerantur, id eſt, ab anno CCCLXV ad annum CCCXC. *Sigonius.*

2 *T. Sulpicio Petico*] Lege, *C. Sulpicio Petico* ex lapidibus Capitolinis, ex Diodoro, Caſſiodoro, omnibus. *Idem.*

3 *Circi modo ſpectaculum fuerat*] Hoc quid ſit declarat Valerius lib. II cum ait: *Itaque placandi cœleſtis numinis gratia compoſitis carminibus vacuas aures præbuit, ad id tempus Circenſi ſpectaculo contenta, quod primus Romulus raptis virginibus Sabinis Conſualium nomine celebravit.* Idem.

4 *Quia hiſter Tuſco verbo ludio vocab.*] Quidam libri *Hiſtrio* habent: at Plutarchus etiam in Problematis à Tuſcis ἵστρον vocatum ſcribit, ut recte *Hiſter* legatur. *Idem.*

[1] Feſcennino verſu ſimilem incompoſitum temere ac rudem alternis jaciebant; ſed impletas modis ſaturas, deſcripto jam ad tibicinem cantu, motuque congruenti, peragebant. Livius poſt aliquot annos, [2] qui ab ſaturis auſus eſt primus argumento fabulam ſerere, (idem ſcilicet, id quod omnes tum erant, ſuorum carminum actor) dicitur, quum ſæpius revocatus vocem obtudiſſet, venia petita puerum ad canendum ante tibicinem quum ſtatuiſſet, canticum egiſſe aliquanto magis vigenti motu, quia nihil vocis uſus impediebat. [3] inde ad manum

1 *Feſcennino verſu ſimilem incompoſitum temere*] Hic locus partim librariorum vitio, partim antiquitatis ignoratione obſcuriſſimus eſt. Habent tamen libri veteres impreſſa aliqua veſtigia veræ lectionis. Nam in quibuſdam eſt *Feſcennino ſimilem verſu incompoſitum temere.* Quibus adductus ſum, ut credam legendum eſſe: *Feſcennino ſimilem verſum, compoſitum temere.* ita ut prima ſyllaba vocis, *incompoſitum*, ſit ultima litera vocis *Verſum.* Quid enim ſignificat *verſus incompoſitus temere*? Eſt autem ſenſus: primum ludiones ex Etruria acciti ſine carmine ad tibicinis modos ſaltarunt, poſt verſus ſed inconditi, & motus à voce non abſoni acceſſerunt, tum diligentia quoque major adhibita eſt. Non enim feſcennino ſimilis verſus, temere compoſitus ac rudis, ut ante allatus eſt, verum deſcripto ad tibicinem cantu, ſaltuque congruenti ſatyras peregerunt. Quo fit, ut mos ille explicetur, qui ab Ariſtotele in Poëticis recitatur. Veteres nimirum hiſtriones imitatos eſſe *ῥυθμῷ, ἁρμονίᾳ καὶ λόγῳ.* id eſt, *ſaltu, concentu & verſu.* Sigonius.

Feſcennino verſu ſimilem incompoſitum] Voſſianus quoque & Helm. *verſum.* Hoc igitur accipio ab Sigonio. At non tranſpono voces, non fero *compoſitum*: abnuunt enim ſcripti. Quærit, quid ſit *incompoſitus temere*? Sed jungit diſſociabilia. Livius vult verſus incompoſitos ac rudes, feſcenninis verſibus ſimiles, alternis temere ac ſine arte jactaſſe. *J. F. Gron.*

2 *Qui ab Satyris auſus eſt primus argumento fabulam ſerere*] Hanc ſententiam his verbis tradidit Valerius lib. 2. *Paulatim deinde ludicra ars ad Satyrarum modos perrexit, à quibus omnium primus poëta Livius ad Fabularum argumenta ſpectantium oculos & animos tranſtulit. Iſque ſui operis actor, cum ſæpius a populo revocatus vocem obtudiſſet, adhibito pueri & tibicinis concentu geſticulationem tacitus peregit.* Sigonius.

3 *Inde ad manum cantari hiſtrionibus cœptum*] Salmaſius ad Flavii Vopiſci Carinum *ſaltari*: & hanc emendationem dubitatione prorſus carere ſcribit. Sed illud habent omnes codices: accipiendumque, non ut ipſi hiſtriones *cantare ad manum* dicantur cœpiſſe, ſed alii, illis geſtum ſine voce agentibus. Eſt enim *cantare* alicui *ad manum*, non, ut Turnebus voluit, cantare in promptu & in præſentia, coramque, ſed geſticulationi ejus, quæ ſaltando fiebat & loquaci manu, cantando reſpondere, & pronuntiare modulate, quæ hiſtrio agat. Suetonius Caligula cap. 54. *Canendi ac ſaltandi voluptate ita efferebatur, ut ne publicis quidem ſpectaculis temperaret, quo minus & tragœdo pronuntianti concineret, & geſtum hiſtrionis quaſi laudans vel corrigens palam effingeret.* Et hinc intelligendum apud eundem in Nerone cap. XXIV. *Atque in quodam tragico actu cum elapſum*

num cantari hiſtrionibus cœptum, [1] diverbiaque tantum ipſorum voci relicta. Poſtquam lege hac fabularum ab riſu ac ſoluto joco res avocabatur; & ludus in artem paulatim verterat; juventus hiſtrionibus fabellarum actu

pſum baculum cito reſumſiſſet, pavidus & metuens, ne ob delictum certamine ſummoveretur, non aliter confirmatus eſt, quam adjurante hypocrita, non animadverſum id inter exſultationes ſucclamationesque populi. Ubi fatetur Torrentius, ſe non intelligere, quis hic ſit *hypocrita*: & ſuſpicatur aliquem qui adſtiterit canenti, ut phonaſcus verba facienti, monendi cauſa vel ſubjiciendi, ſi quid fugeret memoriam. Alii *hypocritam* conjiciunt fuiſſe ex illis, qui cum principe tragœdiæ partem cantaverint; aut denique ſimplicius, ut ajunt, hypocritam pro adulatore Cæſaris accipiunt. Nimium illi quidem ſimpliciter ſe. Nec cantabat ille cum principe, ſed principe cantante ſaltabat. Nimirum Nero hic, quod in Caligulæ verbis *tragœdus*, agit; *hypocrita*, quod *hiſtrio*. Tragœdus canebat, id eſt, modulate pronuntiabat: hiſtrio vel hypocrita vel pantomimus ſaltabat & geſticulabatur: & præter hos aderat tibicen. Ut hic *puer ad canendum* pro tragœdo; tibicen, ante quem ſtatutus puer; Livius Andronicus, *actor ſuorum carminum.* Sic *cantare ad tibias*, ſicubi, non utique ſemper, ut vult ὁ πάνυ, eſt ſolummodo tibias inflare, ſed alio tibias animante, carmen voce accinere: *cantare ad fides*, Ovidio *ad Citharam ora vocalia movere*, & *ſubjungere* vel *ſociare carmina nervis*, ſimul pulſare citharam, ſimul canere. Varro apud Nonium: *ibi à muliere, quæ optuma voce eſſet, præfica laudari, dein neniam cantari ſolitam ad tibias & fides.* Sic conjicimus pro *per quam.* Cicero lib. 4 Tuſcul. cap. 2. *Graviſſimus auctor in Originibus dixit Cato, morem apud majores hunc epularum fuiſſe, ut deinceps, qui accubarent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes atque virtutes: ex quo perſpicuum eſt & cantus tum fuiſſe deſcriptos vocum ſonis & carmina.* Sic autem legendum, non *reſcriptos*, vel docent verba hic apud Livium: *deſcripto ad tibicinem cantu.* Idem lib. 1 ejuſdem operis: *Non intelligo quid metuat, cum tam bonos verſus fundat ad tibiam.* Et ſecunda Agraria: *hoſtiæ majores ad præconem & ad tibicinem immolabantur.* Lib. 2 de Legibus: *Honoratorum Virorum laudes in concione memorantor, eaſque etiam ad cantus ad tibicinem proſequuntor.* Varro lib. 2 de re Ruſt. ult. *Sacrificanti tibi, Varro, ad tibicinem Græcum.* Donatus de tragœd. & com. *Hujuſmodi adeo carmina ad tibias fiebant, ut his auditis multi ex populo ante diſcerent quam fabulam acturi ſcenici eſſent.* *Cantabat* igitur puer *ad manum* Livio Andronico, ipſe ad tibicinis modos ſaltabat agens canticum. Lucianus de Saltatione: Πάλαι γὰρ αὐτοὶ καὶ ᾖδον καὶ ὠρχοῦντο· εἶτ' ἐπειδὴ κινουμένων τὸ ἆσθμα τὴν ᾠδὴν ἐπετάραττεν, ἄμεινον ἔδοξεν ἄλλους αὐτοῖς ὑπᾴδειν. Feſtus in *Salva res eſt*: *inventum eſſe ibi C. Pomponium libertinum, mimum magno natu, qui ad tibicinem ſaltaret.* Idem: *Nenia, quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam.* J. F. Gron.

1 *Diverbiaque tantum ipſorum voci relicta*] Hinc eſt, quod ait Donatus in Andr. *Diverbia* à ſolis hiſtrionibus fuiſſe pronunciata. *Hiſtriones* enim videtur vocare eos tantum, qui canerent, non qui item ſaltarent, aut tibias inflarent. Quaſi vero intelligendum ſit, in Canticis rem actam eſſe tibiis, ſaltu & verſu in diverbiis autem verſu tantummodo, id quod veteres Latini, *aſſa voce* dixerunt. *Diverbia partes comœdiarum ſunt* auctore Diomede, *in quibus plures perſonæ verſantur. Cantica, in quibus una tantum.* Sigonius.

Digitized by Google

ctu relicto, ipſa inter ſe more antiquo ridicula intexta verſibus jactitare cœpit: [1] quæ inde exodia poſtea appellata, conſertaque fabellis potiſſimum Atellanis ſunt. Quod genus ludorum ab Oſcis acceptum tenuit juventus: nec ab hiſtrionibus pollui paſſa eſt. Eo inſtitutum manet, ut actores Atellanarum, nec tribu moveantur, & ſtipendia, tanquam expertes artis ludicræ, faciant. Inter aliarum parva principia rerum, ludorum quoque primo origo ponenda viſa eſt: ut appareret: quam ab ſano initio res in hanc vix opulentis regnis

3 tolerabilem inſaniam venerit. Nec tamen ludorum primum initium, procurandis religionibus datum, aut religione animos, aut corpora morbis levavit. quin etiam quum medios forte ludos circus Tiberi ſuperfuſo irrigatus impediſſet; id vero, velut averſis jam Diis, aſpernantibuſque placamina iræ, terrorem ingentem fecit. Itaque [2] Cn. Genucio, L. Æmilio Mamercino ſecundum, conſulibus, quum piaculorum magis conquiſitio animos quam corpora morbi afficerent, [3] repetitum ex ſeniorum memoria dicitur, peſtilentiam quondam clavo ab dictatore fixo ſedatam. Ea religione adductus ſenatus, dictatorem clavi figendi cauſſa dici juſſit. dictus L. Manlius Imperioſus, L. Pinarium magiſtrum equitum dixit. Lex vetuſta eſt priſcis literis, verbiſque ſcripta, ut qui prætor maximus ſit, Idibus Septembribus clavum pangat. Fixus fuit dextro lateri ædis Jovis optimi

1 *Quæ inde exodia poſtea appellata*] *Exodia* idem ſunt atque apud Ariſtotelem in Poëticis, *Epiſodia*; hæc quod extra rem ſint, illa quod rei inſerantur, appellata. Etenim Suidas ait: Ἐπεισόδιον τὸ εἰς τὰ δράματα εἰσαγόμενον κατὰ προσθήκην τινὰ, καὶ αὔξησιν τοῦ δράματος. Item Ἐπεισόδιον τὸ εἰσφερόμενον τῷ δράματι γέλωτος χάριν, ἔξω τῆς ὑποθέσεως ὄν· καταχρηστικῶς δὲ τὸ ἐξαγώνιον ἅπαν πρᾶγμα. Sic Livius vocat: *Ridicula intexta verſibus*: *Conſertaque fabellis potiſſimum Attellanis*. Nonius Marcellus exempla ſæpe profert ex fabula Nonii poëtæ comici, *Exodio*. Sigonius.

2 *C. Genutio*] *Cn. Genucio*, ex tabulis Capitolinis, & Diodoro, qui Γναῖον Γενύκιον edit. *Idem*.

3 *Repetitum ex ſeniorum memoria dicitur*] Hac de re nihil ante tradidit. *Idem*.

3 *Ea*

optimi maximi, [1] ea ex parte qua Minervæ templum eſt. Eum clavum, quia raræ per ea tempora literæ erant, [2] notam numeri annorum fuiſſe ferunt: eoque Minervæ templo dicatam legem, [3] quia numerus Minervæ inventum ſit. [4] Volſiniis quoque clavos indices numeri annorum, fixos in templo Nortiæ Etruſcæ Deæ, comparere, diligens talium monimentorum auctor Cincius affirmat. [5] M. Horatius conſul, ex lege templum Jovis optimi

1 *Ea ex parte qua Minerva*] Membranæ Thuani, & Voſſ. Andreas, Beccarius: *maximi ea qua parte.* Voſſ. alter: *eaque parte.* Moguntini mutarunt. Sed fuit ſcribendum: *Fixus fuit dextro lateri ædis Jovis optimi maximi, ex qua parte Minervæ templum eſt.* Ut infra: *Fines Romanos, qua ex parte Etruriam adjacent, peragravere.* De viciſſitudine elementorum A & X diximus lib. 4 Obſervationum. Sed & alia hujus loci obſcura & ambigua. Libri MSS. fere omnes, *fixa fuit:* tanquam de lege loquatur, non de clavo. Video etiam in Voſſiano poſt *vetuſta* τὸ *eſt* inter verſus demum manu ſequiore adſcriptum. Quaſi fuerit: *Lex vetuſta, priſcis literis verbiſque ſcripta, ut qui prætor maximus ſit, Idibus Septembribus clavum pangat, fixa fuit dextro lateri.* De clavo ipſo ſi quæras, veriſimile in eodem pariete ſub ea lege depactum. Et iſtud videtur confirmare, quod ſubnectit: *eoque Minervæ templo dicatam legem.* Nam ſi de clavo loqui voluiſſet, dixiſſet potius, *dicatum lege.* Ne vero cenſeas hoc verbi magis convenire clavo quam legi, dicamus licet, *dicatam* nihil aliud eſſe quam fixam, ſuſpenſam. Sic Tiberius Parthaſii tabulam, ſatis indecoram, *in cubiculo dedicaſſe* dicitur Suetonio cap. 44. *J. F. Gron.*

2 *Notam numeri fuiſſe ferunt*] Scilicet, ut quot anni, tot clavi numerarentur. Quod Glareano obſcurum videtur, cum tamen ſcribat Feſtus: *Clavus annalis appellatur, qui figebatur in parietibus ſacrarum ædium per annos ſingulos, ut per eos colligeretur numerus annorum.* Sigonius.

3 *Quia numerus Minervæ invent. ſit*] Vet. lib. *A. Minerva inventus ſit.* Idem.

Numerus à Minerva inventus ſit] Ab Sigonio eſt. Priores & duo Pall. Chiflet. Thuan. Voſſ. *Quia numerus Minervæ inventum ſit.* Vel Ovidio dandum fuit, ne mutaretur, qui lib. 1 Met. *Inventum medicina meum eſt.* quæ adduxit Modius. Gratius: *priſcas artes inventaque ſimplicis ævi.* Cicero 5 Tuſc. *Maximiſque doloribus adfectus eos ipſos inventorum ſuorum memoria & recordatione confutat.* Voſſ. alter. & Buſl. *Numerus Minerva inventus ſit.* Helm. *Numerus Minerva inventus fuit.* J. F. Gron.

4 *Volſiniis*] *Vulſiniis*, ex veteribus lib. & Capitolinis lapidibus. *Sigonius.*

5 *M. Horatius Coſ. ex lege templum Jovis*] Dedicatio templi Jovis Opt. Max. lib. 2 quid attinebat ad ſolenne clavi figendi? Neque enim Livius eo in loco quicquam de clavo pangendo ſcripſit. *Glareanus.*

Conſul ex lege templum Jovis optimi] Quid hujus loci intereſt, Pulvillus ex lege, an ex Senatuſconſulto, an abſque & hoc & illa, jure magiſtratus dedicaverit? Quid igitur hic, *ex lege templum Jovis optimi maximi dedicavit?* Nullius hic legis tempeſtiva mentio, niſi de clavo pangendo. Utrum igitur ſcribendum *eam legem templo Jovis opt. max. dedicavit?* an ſufficit, *ea lege*, ut ſignificet, dicationis quoddam caput fuiſſe, ut in ea clavus annalis

mi maximi dedicavit; anno poſt reges exactos, à conſulibus poſtea ad dictatores, quia majus imperium erat, ſolenne clavi figendi tranſlatum eſt. Intermiſſo deinde more, digna etiam per ſe viſa eſt res, propter quam dictator crearetur. qua de cauſſa creatus L. Manlius, perinde ac [1] reipublicæ gerendæ, ac non ſolvendæ religione

nalis pangeretur. De Minerva Jovis & Junonis συνναίῳ Rycquius in Capitolio ſuo cap. 13. *J. F. Gron.*

1 *Reipublicæ gerendæ, ac non ſolvendæ religione gratia creatus eſſet*] Non poſſum non vehementer diſſentire à Sigiſmundo Gelenio, qui cum antea legeretur, *Rei gerendæ, ac non ſolvendæ religionis gratia*, & recte legeretur, emendavit, *Reipub. gerendæ, ac non ſolvendæ religione gratia.* Diſſentio autem ab eo non ſolum, quod à veterum auctoritate librorum, ſed etiam quod ab ipſa ratione alienam attulit lectionem. Neque enim dictatorem umquam traditum eſt creatum eſſe *Reipub. gerendæ cauſa*, ſed *Rei. Rem* autem *gerere* eſt bellum Reip. cauſa gerere. Itaque cum aliis multis de cauſis dictator creari ſolitus fuerit, hæ tamen duæ præcipuæ ſemper habitæ ſunt, pacis & foris, & domi præſtandæ. Quorum illud *Rei gerendæ*, dixerunt, hoc *Seditionis ſedandæ*, quemadmodum ex Capitolinis dictaturis intelligi poteſt. Neque vero ſolum *Rei*, ſed etiam *belli gerendi cauſa* inquit Livius, ut lib. 8 extremo: *Id ambigitur belli ne gerendi cauſa creatus ſit.* Et lib. 34. *Novumque Imperatorem rei gerendæ cauſa ex Italia veniſſe. Solvere autem religione, & religionem*, non ſunt idem: Nam illud eſt liberare eo officio, quo per religionem tenemur, hoc præſtare illud, quod ipſi ut faciamus noſtra nos religio admonet. *Sigonius.*

Rei gerendæ ac non ſolvendæ religionis] Præclare ſcriptus apud Sigiſm. Gelenium: *reipublicæ gerendæ ac non ſolvendæ religione gratia.* niſi quod poſterius ac ſuperfluum videtur. Firmat ipſe Livius lib. 5. *Furere civitatem, quæ damnata voti omnium rerum priorem curam, quam religione ſe exſolvendi habeat.* Lib. 9. *Exſolvamus religione populum, ſi qua obligavimus.* Lib. 29. *Et vos audire & exſolvere rempublicam veſtram religione, ſi ita vobis videbitur, velimus.* Lib. 40. *Q. Fulvius conſul, priusquam ullam rempublicam ageret, liberare & ſe & rem publicam religione votis ſolvendis dixit velle.* Quam vehementer igitur Sigonius à Gelenio hic diſſentit, tam vehementer errat. Cauſatur nunquam dictatorem dictum eſſe *reipublicæ gerendæ* cauſa, ſed *rei. rem* autem *gerere* eſſe bellum reipublicæ cauſa gerere. At qui bellum gerit, is etiam *rempublicam gerere* dicitur: & non modo dictator, ſed ipſi etiam milites: ut monuimus ad lib. 8, 31. ubi offendit ad eundem lapidem Sigonius. Cauſatur deinde, *ſolvere religione* & *religionem*, non eſſe idem: cum ſit illud liberare eo officio, quo per religionem tenemur; hoc, præſtare, quod ipſi ut faciamus, noſtra nos religio admonet. Atqui optima ratio liberandi ſe illo officio, quo per religionem tenemur, eſt exſequi religionis officia, ſeu præſtare illud, quod ut faciamus, religione admonemur. Et ita accipere perpetuo Livium tot locis demonſtratum eſt. Sic & *ſolutos religione animos* dicit lib. 36 poſtquam litatum, & ſecunda reſponderunt aruſpices. Nec me fugit tamen, quod eſt lib. 2. *Nullam ſcelere religionem exſolvi.* Quantum autem Gelenianus liber Sigonianis præſtet, nihil attinet dicere. *J. F. Gron.*

1 *San-*

ne, gratia creatus eſſet, bellum Hernicum affectans,
delectu acerbo juventutem agitavit; tandemque omni-
bus in eum tribunis plebis coortis, ſeu vi ſeu verecundia
victus, dictatura abiit. Neque eo minus principio inſe- 4
quentis anni, Q. Servilio Ahala, L. Genucio ſecundum
conſulibus dies Manlio dicitur à M. Pomponio tribuno
plebis. Acerbitas in delectu, non damno modo civium,
ſed etiam laceratione corporum lata, partim virgis cæ-
ſis, qui ad nomina non reſpondiſſent, partim in vincu-
la ductis, inviſa erat: & ante omnia inviſum ipſum in-
genium atrox, cognomenque Imperioſi grave liberæ
civitati, ab oſtentatione ſævitiæ adſcitum; quam non
magis in alienis, quam in proximis, ac [1] ſanguine ipſe ſuo
exerceret. [2] criminique ei tribunus inter cætera dabat,
*Quod filium juvenem nullius probri compertum, extorrem, ur-
be, domo, penatibus, foro, luce, congreſſu æqualium prohibi-
tum, in opus ſervile, prope in carcerem atque in ergaſtulum dede-
rit; ubi ſummo loco natus dictatorius juvenis quotidiana miſeria
diſceret, vere imperioſo patre ſe natum eſſe. At quam ob noxam?
quia infacundior ſit, & lingua impromptus. [3] Quod naturæ*

1 *Sanguine ipſo ſ.*] Veteres libri, *Sanguine ipſe ſuo.* Sigonius.

2 *Criminique ei tribunus inter cæt. dabat*] Voſſ. 1. *criminique rei.* Sed Rottend. *criminique tribunus* abſque τοῦ *ei.* Nec puto id à Livio inſertum fuiſſe. 1, 5. *Crimini maxime dabant in Numitoris agros ab his impetus fieri.* Jac. Gron.

3 *Quod naturæ damnum utr. nutriendum patri, ſi quicq. in eo hum. eſſet, an caſtig. ac vex. inſ. faciendum*] Glareanus ſine veterum librorum auctoritate ita legendum putat: *utrum nutriendum patri, ac vexatione inſigne faciendum, an caſtigandum potius, ſi in eo quicquam humani fuiſſet?* Quæ lectio alienam edit ſententiam ab ea quæ vulgata continetur, quæque germana videtur. Induxit autem eum in hunc errorem, quod ignoravit, quemadmodum filiorum vitia à patribus nutrirentur. Qua de re Horat. lib. 1 Satyr. 3.

At pater ut gnati, ſic nos debemus amici
Si quod ſit vitium, non faſtidire. ſtrabonem
Appellat pætum pater, & pullum male parvus
Si cui filius eſt: ut abortivus fuit olim
Siſyphus. hunc varum diſtortis cruribus, illum
Balbutit ſcaurum, pravis fultum male talis.

Eſt igitur ſenſus: Nutriendum potius fuiſſe patri vitium filii pro humanitate ejus, quam relegatione caſtigandum, atque inſigne faciendum. *Nutrire* autem dixit Livius, quod Horatius *non faſtidire*, Sigonius.

Utrum nutriendum patri] Sic lego: *utrumne nutriendum patri*, &c. *an caſtigandum ac vexatione.* Tan. Faber.

Naturæ damnum utrum nutriendum

damnum utrum nutriendum patri (ſi quicquam in eo humani eſſet) an caſtigandum, ac vexatione inſigne faciendum fuiſſe? ne mutas quidem beſtias minus alere, ac fovere, ſi quid ex progenie ſua parum proſperum ſit. At, hercle. L. Manlium, malum malo augere filii; & tarditatem ingenii inſuper premere: & ſi quid in eo exiguum naturalis vigoris ſit, id extinguere vita agreſti, & ruſtico cultu, inter pecudes habendo.

5 Omnium potius his criminationibus, quam ipſius juvenis irritatus eſt animus: quin contra ſe quoque parenti cauſſam invidiæ atque criminum eſſe ægre paſſus; ut omnes Dii hominesque ſcirent, ſe parenti opem latam quam inimicis ejus malle; capit conſilium, rudis quidem atque agreſtis animi, & quamquam non civilis exempli, tamen pietate laudabile. Inſcientibus cunctis cultro ſuccinctus, mane in urbem, atque à porta domum confeſtim [1] ad M. Pomponium tribunum pergit: janitori, opus eſſe ſibi domino ejus convento extemplo, ait. nunciaret T. Manlium Lucii filium eſſe.

patri] Non ineleganter hic Sigonius contra Glareanum: vim tamen τοῦ *nutrire* non ſatis percepit, quod non modo eſt non faſtidire, ſed aliquo modo remediis & fomentis adhibitis curare. Ut lib. 4. *Peſtilentia coorta, minacior tamen quam pernicioſior, cogitationes hominum à foro certaminibusque publicis ad domum curamque nutriendorum corporum avertit*. Rutilius Lupus lib. 1. *Fer fortiter laborem: jam brevi domum venies exſpectatus: excipiet te defatigatum diligens atque amans uxor: ea ſedulo ac blande præminiſtrando detrahet languorem, & ſimul ſeniles nutriendo recuperabis vires*. Seneca ad Helviam cap. 17. *Illius pio maternoque nutricio per longum tempus æger convalui*. Sic Græcis medici ἀνατρέφειν dicuntur. Unde ſcite Cicero ad Atticum 6 Ep. 1. *Appius cum* ἐξ ἀφαιρέσεως *provinciam curarit, ſanguinem miſerit, quicquid potuit detraxerit, mihi tradiderit enectam:* προσανατρεφομένην *eam à me non libenter videt*. Nec abeunt longe iſta noſtri lib. 1. *Proinde materiam ingentis publice privatimque decoris omni indulgentia noſtra nutriamus*. Lib. 2. *Diſſipata res nondum adulta diſcordia forent: quas fovit tranquilla moderatio imperii, eoque nutriendo perduxit*, &c. Quintilianus decl. 306. *Nobis tollendus infans & adverſus frigora nutriendus*. Columella 4, 3. *Liberos ſuos nonnulli nuptiis votiſque quæſitos avare nutriunt, nec diſciplinis aut cæteris corporis excolunt inſtrumentis*. Intellige igitur, utrum fovendum & indulgentia leniendum medicandumque, an plectendum & acerba coërcitione irritandum. Quod poſterius etiam Poſtumo Agrippæ novercæ artibus nocuit, & Claudio, pædagogum *barbarum & olim ſuperjumentarium ex induſtria ſibi appoſitum, ut ſe quibuſcumque de cauſis quam ſæviſſime coërceret*, jure conqueſto, ut refert Suetonius. *J. F. Gron.*

1 *Ad M. Pomp. tribunum p.*] Vet. lib. *Tribunum plebis pergit*. Sigonius.

1 *Mox*

ſe. [1] Mox introductus (etenim percitum ira in patrem ſpes erat aut criminis aliquid novi, aut conſilii ad rem agendam deferre) ſalute accepta redditaque, eſſe ait, quæ cum eo agere arbitris remotis velit. Procul inde omnibus abire juſſis, cultrum ſtringit: & ſuper lectum ſtans ferro intento, [2] niſi in quæ ipſe concepiſſet verba, juraret, *ſe patris ejus accuſandi cauſſa concilium plebis numquam habiturum*, ſe eum extemplo transfixurum minatur. Pavidus tribunus (quippe qui ferrum ante oculos micare, ſe ſolum, inermem, illum prævalidum juvenem, & quod haud minus timendum erat, ſtolide ferocem viribus ſuis cerneret) adjurat in quæ adactus eſt verba; & præ ſe deinde tulit, ea vi ſubactum ſe incepto deſtitiſſe. Nec perinde, ut maluiſſet plebes, ſibi ſuffragii ferendi de tam crudeli & ſuperbo reo poteſtatem fieri; [3] ita ægre habuit filium id pro parente auſum. eoque id laudabilius erat, quod animum ejus tanta acerbitas patria nihil à pietate avertiſſet. Itaque non patri modo remiſſa cauſſæ dictio eſt, ſed ipſi etiam adoleſcenti ea res honori fuit. & quum eo anno primum placuiſſet [4] tribunos militum ad legiones ſuffragio fieri (nam & antea ſicut nunc, [5] quos Ruffulos vocant, imperatores ipſi faciebant) ſecundum in ſex locis tenuit, nullis domi militiæ-

1 *Mox introductus (etenim percitum ira*] Scripti duo Pall. & Voſſianus carent particula, *etenim*: Et poteſt abeſſe. Reviſe ad lib. 3, 52. *J. F. Gron.*

2 *Niſi quæ ipſe concepiſſet, verba juraret*] A Curione hoc acceperunt: nam anno ante Gryphius etiam dederat: *niſi in quæ ipſe concepiſſet*. Ut in prioribus editis & ſcriptis conſtanter habetur. Idque Latinum magis eſſe ſcias vel ex illo: *jurare in verba magiſtri*. Moxque ipſe Livius: *adjurat in quæ adactus eſt verba*. Idem.

3 *Ita ægre habuit filium*] Quidam libri, *tulit* vel *abſtulit*: ſed Voſſianus ut editur. Plautus Bacchidibus 5, 1. *Si alibi plus perdiderim, minus ægre habeam, minuſque id damni ducam.* Salluſtius in orat. Cæſaris: *Neque cuiquam mortalium injuria ſua parva videntur: multi eas gravius æquo habuere.* Plebes non ægre habuit filium pro parente hoc auſum. *Idem.*

4 *Tribunos militum ad legiones*] Eo modo dixit *tribunos militum ad legiones*, quo Cicero, *Cum in Africam veniſſem tribunus militum ad quartam legionem*, lib. 6 de Republica. *Sigonius.*

5 *Quos Rufulos vocant*] Feſtus item, *Rufuli appellabantur tribuni militum à conſule facti, non à populo, de quorum jure, quod Rutilius Rufus legem tulerit, Rufuli ac poſt Rutuli ſunt appellati.* Idem.

1 Ad

litiæque [1] ad conciliandam gratiam meritis; ut qui ru-
6 re, & procul cœtu hominum juventam egiſſet. Eodem anno ſeu motu terræ, ſeu qua vi alia, forum medium ferme ſpecu vaſto collapſum in immenſam altitudinem dicitur: neque eam voraginem [2] conjectu terræ, quum pro ſe quiſque gereret, expleri potuiſſe prius, quam Deum monitu quæri cœptum, quo plurimum populus Romanus poſſet? Id enim illi loco dicandum vates canebant, ſi rempublicam Romanam perpetuam eſſe vellent. Tum M. Curtium juvenem bello egregium, caſtigaſſe ferunt dubitantes, an ullum magis Romanum bonum, quam arma virtuſque eſſet. Silentio facto, templa Deorum immortalium, quæ foro imminent, Capitoliumque intuentem, & manus nunc in cœlum, nunc in patentes terræ hiatus ad Deos manes porrigentem, ſe devoviſſe. equo deinde quam poterat maxime exornato inſidentem, armatum ſe in ſpecum immiſiſſe, donaque ac fruges ſuper eum à multitudine virorum ac mulierum congeſtas: lacumque Curtium, non ab antiquo illo T. Tatii milite Curtio Metio, ſed ab hoc appellatum. Cura non deeſſet, ſi qua ad verum via inquirentem ferret: [3] nunc famæ rerum ſtandum eſt, ubi certam derogat vetuſtas fidem. & lacus nomen [4] ab hac recentiore inſignitius fabula eſt. Poſt tanti prodigii procura-

1 *Ad conciliandum grat.*] Vet. lib. *ad conciliandam gratiam*. Sigonius.

2 *Conjectu terræ, quum pro ſe quiſque gereret*] Puta terram. Niſi malis *quam*, Plautus Pſeudolo: *Non pluris refert, quam ſi imbrem in cribrum geras.* Cato de re Ruſt. cap. 152. *Si non habebis unde irriges, gerito inditoque leniter.* Livius lib. 28. *Saxa in muros munientibus gerunt.* Lib. 37. *Fœminæ tela omnis generis ſaxaque in muros gererent.* J. F. Gron.

3 *Nunc fama rerum ſtandum eſt*] Corrige *Fama*. Etenim cum dicimus, *ſtare pactis*, *ſtare promiſſis*, & ejuſmodi, caſum auferendi uſurpamus, non dandi. Sic Livius in extremo octavi: *Nec quiſquam æqualis temporibus illis ſcriptor extat, quo ſatis certo auctore ſtetur.* Sigonius.

4 *Ab hac recentiore inſignius*] Thuan. Chiflet. duo Pall. Voſſianus & Campanus, *inſignitius*: quod reponendum. Lib. 4, 4. *An eſſe ulla major aut inſignitior contumelia poteſt?* Lib. 8, 13. *Quo inſignitius omiſſa res Æmilio ſuperioris anni conſuli exprobraretur.* Ubi perperam mutat Sigonius. Hoc libro: *quæ fœditate ſupplicii aliquanto ignominia pop. Romani inſignitior fuit.* Voſſ. *inſignitus.* J. F. Gron.

4 1 *Dein-*

curationem, eodem anno de Hernicis conſultus ſenatus, quum feciales ad res repetendas nequicquam miſiſſet, primo quoque die ferendum ad populum de bello indicendo Hernicis cenſuit: populuſque id bellum frequens juſſit. L. Genucio conſuli ea provincia ſorte evenit. In exſpectatione civitas erat, quod primus ille de plebe conſul bellum ſuis auſpiciis geſturus eſſet; [1] perinde ut eveniret res, ita communicatos honores pro bene aut ſecus conſulto habitura. Forte ita tulit caſus ut Genucius ad hoſtes magno conatu profectus, in inſidias præcipitaretur; legionibus nec opinato pavore fuſis, conſul circumventus [2] ab inſciis, quem interfeciſſent, occideretur. Quod ubi Romam nunciatum, nequaquam tantum publica calamitate mœſti Patres, quantum feroces infelici conſulis plebeii ductu, fremunt omnibus locis, *Irent*, [3] *crearent conſules ex plebe, transferrent auſpicia quo nefas eſſet. Potuiſſe Patres plebiſcito pelli honoribus ſuis:* num

1 *Deinde ut even. res, ita commun. honores proſpere aut ſecus conſulto habitura*] Vet. lib. *Perinde ut eveniret*. Item: *Probe aut ſecus*. Sigonius.

Honores probe aut ſecus conſulto, habitura] Sic à Sigonio: nam paullo ante illum, *deinde*, pridem *proſpere* cœptum erat legi. Mogunt. *conſultos*; nuperæ, *conſulta* facere. Quæ omnia magis aggravant quam levant morbum. Nos olim viſo in excerptis unius Pall. *probent* (nec aliter Voſſianus) conjeceramus: *ita communicatos honores pro bene aut ſecus conſulto habitura*. Quod nunc atteſtamur & in Chiſl. Voſſianoque altero legi & olim Romæ Andream dediſſe, ut mirer quis in exemplaribus illum ſecutis *proſpere* ſubjecerit. Lib. 8. *Debellari eo die cum Samnitibus potuiſſe pro haud dubio habitum ſit*. Lib. 9. *Et geri poſſe bellum Romani pro certa victoria habuerint*. Lib. 10. *Ut omnis rei bene aut ſecus geſtæ decus dedecuſque ad L. Volumnium ſit delegatum*. Neque illud novum τὸ *ſecus* in malam partem accipi etiam extra viciniam τ͂ *bene*. Cicero 3 Famil. *Iniquis ſecus exiſtimandi videris nonnihil loci dediſſe?* Lib. 6. *Etiamſi ſecus acciderit, te tamen recte vereque ſenſiſſe*. Tacit. 2 Ann. *Quæ de matre ejus locuta ſecus argueretur*. Plinius Paneg. cap. 33. *Meminerintque ſic maxime laudari incolumem imperatorem, ſi priores ſecus meriti reprehendantur*. Vir doctus ibi: forte, *ſequius*. Sed etſi alicubi ſic ſcripti libri, ubi vulgo, *ſecus*, non ideo tamen hoc paſſim exterminari velim. *J. F. Gron.*

2 *Ab inſciis quem interfeciſſent*] Vet. lib. *Quem interficerent*. Sigonius.

Ab inſciis, quem interfeciſſent, occideretur] Ita libri. Sigonius, *interficerent*. Ego malim: *in quem incidiſſent*. Ibidem Flor. *in inſidias præcipitaretur*. J. F. Gron.

3. *Crear. conſules ex plebe*] Vet. lib. *Conſulem*: Siquidem lata lex erat, ut alter utique ex plebe conſul crearetur. *Sigonius*.

1 *App.*

num etiam in Deos immortales inauſpicatam legem valuiſſe? Vindicaſſe ipſos ſuum numen, ſua auſpicia. quæ ut primum contacta ſint ab eo, à quo nec jus nec fas fuerit, deletum cum duce exercitum documento fuiſſe, ne deinde, turbato gentium jure, comitia haberentur. His vocibus curia & forum perſonat. [1] Appium Claudium, quia diſſuaſerat legem, majore nunc auctoritate eventum reprehenſi ab ſe conſilii incuſantem, dictatorem conſenſu patriciorum Servilius conſul dicit, delectuſque & juſtitium indictum.
7 Priuſquam dictator legioneſque novæ in Hernicos venirent, ductu C. Sulpicii legati res per occaſionem geſta egregie eſt. In Hernicos morte conſulis contemptim ad caſtra Romana cum haud dubia expugnandi ſpe ſuccedentes, hortante legato, & plenis iræ atque indignitatis militum animis, eruptio eſt facta. Multum ab ſpe adeundi valli res Hernicis abfuit; adeo turbatis inde ordinibus abſceſſere. Dictatoris deinde adventu novus veteri exercitus jungitur, & copiæ duplicantur. & pro concione dictator laudibus legati militumque, quorum virtute caſtra defenſa erant, ſimul audientibus laudes meritas, tollit animus: ſimul cæteros ad æmulandas virtutes acuit. [2] Neque ſegnius ad hoſtes bellum apparatur, qui & par-

1 *App. Claudium quia diſſuaſerat legem, &c. dictatorem dicit*] Dictatorem abſque magiſtro equitum hoc loco exhibet Livius, ſicut libro ſecundo M. Valerium; quod idem admonuimus, cum ſatis conſtet Romæ nunquam hoc factum. *Glareanus.*

Quia diſſuaſerat legem] Vet. lib. *Legem in concione.* Sigonius.

2 *Neque ſegn. ad hoſtes bell. apparatur*] Vet. lib. alii habent: *Neque ſegnius apud hoſtes bellum apparatur*: alii, *Neque ſegnius & hoſtes bellum apparant.* Utrumque probe magis, quam quod vulgo legitur. *Idem.*

Neque ſegnius & hoſtes bellum apparant] Legebatur hic antea: *Neque ſegnius ad hoſtes bellum apparatur.* Sigonius, quum produxiſſet ex malis libris id quod editur, & præterea: *apud hoſtes bellum apparatur*: utrumque, ait, probe magis quam quod vulgo legitur. Immo utrumque pejus: quin & neutrum inventum nobis, qui pluſculos veteres de hoc loco conſuluimus, ſed ubique illud quod loco movit Sigonius. Adfirmatque Livius lib. 10. *Furiarum ac formidinis plena omnia ad hoſtes eſſe.* Iterumque: *Minus cladis, cæterum non plus animorum ad hoſtes erat.* Lib. 24, 32. *Ad militare genus omne partemque magnam plebis inviſum eſſe nomen Romanum.* Eodem cap. 48. *Q. Statorio nomen fuit, qui ad regem remanſit.* Lib. 27, 12. *Iiſque gratia & in ſenatu & ad populum acta.* Sic tribus his locis MSS. *J. F. Gron.*

1 Ne-

& parti ante decoris memores, [1] neque ignari auctarum virium hoſtis, ſuas quoque vires augent. Omne Hernicum nomen, omnis militaris ætas excitur. quadringenariæ octo cohortes, lecta robora virorum ſcribuntur. Hunc eximium florem juventutis, eo etiam, quod ut duplex acciperent ſtipendium, decreverant, ſpei animorumque implevere. Immunes quoque operum militarium erant; ut in unum pugnæ laborem reſervati, plus ſibi, quam pro virili parte annitendum ſcirent. Extra ordinem etiam in acie locati, quo conſpectior virtus eſſet. Duum millium planicies caſtra Romana ab Hernicis dirimebat: ibi pari ferme utrimque ſpatio in medio pugnatum eſt. Primo ſtetit ambigua ſpe pugna; nequicquam ſæpe conatis equitibus Romanis impetu turbare hoſtium aciem. Poſtquam equeſtris pugna effectu quam conatibus vanior erat; conſulto prius dictatore equites, permiſſu deinde ejus, relictis equis, [2] clamore provolant ante ſigna, & novam integrant pugnam. neque ſuſtineri poterant, ni extraordinariæ cohortes pari corporum animorumque robore ſe objeciſſent. Tunc inter primores duorum populorum res geritur. 8
quicquid hinc aut illinc [3] communis Mars belli aufert, mul-

1 *Neque ignari auctarum virium hoſtis*] Poteſt tolerari: ſed hic ſi, qua figura plurimum, uſus eſt, ſcripſit *hoſti*. Infra: *ipſa contatio & his animos minuiſſet, & auxiſſet hoſti*. Lib. 2. *Et Velitris auxere numerum colonorum*. Lib. 3. *Nuntius deinde vincentibus Romanis animos auxit, & referentes gradum perculit Æquos*. Lib. 21. *Et Romanis multitudo ſua auxit animum & paucitas illis minuit*. Lib. 28. *Aliquantum & Romanis aucti & deminuti hoſtibus animi erant*. Lib. 37. *Ea vero res Romanis auxit animos, conceſſum ſibi tranſire cenſentibus in Aſiam*. Lib. 38. *Præter animos & victoribus ab re ſecunda auctos & hoſtibus fractos*. J. F. Gron.

2 *Clamore provolant*] Scribe ex veteribus libris: *Clamore ingenti provolant ante ſigna*. Sigonius.

Clamore ingenti provolant ante ſigna] Sigonii emblema, *ingenti*, procul habendum eſſe monuimus ad lib. 2, 56. *J. F. Gron*,

3 *Communis Mars bello aufert*] Quamquam veteres omnes libri habent, *bello*, corrigo tamen, *belli*. Eſt enim hæc locutio Livio familiariſſima, cujus ex plurimis pauca exempla ſubjiciam: lib. 8. *Affirmando, communem vere Martem belli, utramque aciem pari cæde proſtraviſſe*. Et lib. 10. *Quamquam communis adhuc Mars belli erat*. Et lib. 28. *Quid quod in Africa quoque Mars communis belli erit?* Et lib. 30. *Martem belli communem propone animo*. Et lib. 42. *Quam*

multiplex quam pro numero damnum eſt: vulgus aliud armatorum, velut delegata primoribus pugna, eventum ſuum in virtute aliena ponit. multi utrimque cadunt, plures vulnera accipiunt. Tandem equites alius alium increpantes, *quid deinde reſtaret*, quærendo, *ſi neque ex equis pepuliſſent hoſtem, neque pedites quicquam momenti facerent. Quam tertiam exſpectarent pugnam? quid ante ſigna feroces proſiluiſſent, & alieno pugnarent loco?* His inter ſe vocibus concitati, clamore renovato, inſerunt pedem: & primum gradu moverunt hoſtem, deinde pepulerunt; poſtremo jam haud dubie avertunt: [1] neque tam vires pares quæ ſuperaverit res, facile dictu eſt, niſi quod perpetua fortuna utriuſque populi, & extollere animos, & minuere potuit. Uſque ad caſtra fugientes Hernicos Romanus ſequitur: caſtrorum oppugnatione, quia ſerum erat diei, abſtinuere. Diu non perlitatum tenuerat dictatorem, ne ante meridiem ſignum dare poſſet: eo in noctem tractum erat certamen. Poſtera die deſerta fuga caſtra Hernicorum, & ſaucii relicti quidam inventi: [2] agmenque fugientium ab ſignis, quum præter mœnia eorum infrequentia ſigna conſpecta eſſent, fuſum, ac per agros trepida fuga palatum eſt. Nec Romanis incruenta victoria fuit: quarta pars militum amiſſa. &, ubi haud minus jacturæ fuit, aliquot equites Romani cecidere.

9 Inſequenti anno [3] quum C. Sulpicius & C. Licinius Calvus conſules in Hernicos exercitum duxiſſent, neque inventis in agro hoſtibus, Ferentinum urbem eorum vi cepiſſent,

Quam incertus fortunæ eventus, communisque Mars belli ſit. Sigonius.

1 *Neque tam vires pares*] Utrum, *vires tam pares*, an *tam pares vires*? qui ordo eſt in Rottend. *J. F. Gron.*

2 *Agmenque fugientium ---infrequentia ſigna --- palatum eſt*] Nullum habet vitium hic locus, contra atque cenſet Glareanus: ſenſus eſt, cum ſigna Hernicorum prope mœnia oppidi conſpecta eſſent deſerta ab ſuis, agmen eorum, qui ab ſignis fugerant, fuſum, fugatumque eſt. *Signa* autem *infrequentia* vocat, quæ militum frequentia non eſſent ſtipata, ſic lib. 9 locutus eſt. *Sigonius.*

3 *Cum L. Sulpicius*] *C. Sulpicius* legendum, ex priore hujus conſulatu, partim Liviano, partim Capitolino: item ex Diodoro, & Caſſiodoro, & cæteris. *Idem.*

Tybur-

piſſent, revertentibus inde eis, [1] Tiburtes portas clauſere. Ea ultima fuit cauſa, quum multæ antea querimoniæ ultro citroque jactatæ eſſent, cur per feciales rebus repetitis bellum Tiburti populo indiceretur. Dictatorem T. Quintium Pennum eo anno fuiſſe ſatis conſtat, & magiſtrum equitum [2] Servium Cornelium Maluginenſem. Macer Licinius, comitiorum habendorum cauſſa, & ab Licinio conſule dictum ſcribit, quia collega comitia bello præferre feſtinante, ut continuaret conſulatum, obviam eundum pravæ cupiditati fuerit. Quæſita ea propriæ familiæ laus, leviorem auctorem Licinium facit. quum mentionem ejus rei in vetuſtioribus annalibus nullam inveniam, magis ut belli Gallici cauſſa dictatorem creatum arbitrer, inclinat animus. eo certe anno [3] Galli ad tertium lapidem Salaria via trans pontem Anienis caſtra habuere. Dictator, quum tumultus Gallici cauſſa juſtitium edixiſſet, omnes juniores ſacramento adegit, ingentique exercitu ab urbe profectus, in citeriore ripa Anienis caſtra poſuit. Pons in medio erat; neutris eum rumpentibus, ne timoris indicium eſſet. Prœlia de occupando ponte crebra erant; nec qui potirentur, incertis viribus [4] ſatis diſcerni poterat. Tum eximia

1 *Tyburtes*] *Tibur* & *Tiburtes*, ſcribendum litera *i*, ex veteribus libris, & lapidibus Capitolinis, & Græcorum monumentis. *Sigonius.*

2 *Sergium Cornelium*] *Ser. Cornelium* perſpicue. *Idem.*

3 *Galli ad tert. lapid. Salaria via*] Glareanus *Falaria* legit, his verbis: *Falarienſium meminit Plinius lib.* 3 *cap.* 13 *in Picenis, quod melius quadrat, quam Salaria via, ut quidam habent codices.* Quæ autem affert Glareanus, portenti ſimilia ſunt: Nam de *Salaria via* ita Feſtus lib. 17. *Salaria via Romæ eſt appellata, quia per eam Sabini ſal a mari deferebant.* Et lib. 10. *Lucaria feſta in luco colebant Romani, qui magnus inter viam Salariam & Tiberim fuit, pro eo, quod victi à Gallis fugientes è prœlio ibi ſe occultaverunt.* Hunc tertium Gallorum motum nominat Appianus in Celtico T. Quintio duce compreſſum. *Idem.*

4 *Satis diſcerni poterat*] Legendum eſt, *decerni*, contra omnes libros. Puta, certamen uter ponte potiretur. Lib. 5. *Sed rem dubiam decrevit opportune vox emiſſa.* Lib. 10. *Poſtremo conditionem ferre, quæ decretura ſit, non orator, ſed imperator uter ſit melior.* Lib. 28. *Equitum jam diu anceps pugna erat, nec ipſa per ſe decerni poterat.* Iterumque: *emiſſis levibus telis, quæ irritare magis quam decernere pugnam poterant.* Ut *certamen cernere* Plautus, *cernere bellum* Lucretius Enniuſque pro committere, dixe-

eximia corporis magnitudine in vacuum pontem Gallus proceſſit: & quantum maxima voce potuit, *Quem nunc*, inquit, *Roma fortiſſimum virum habet, procedat agedum ad pugnam, ut noſter duorum eventus oſtendat, utra gens bello ſit melior.* Diu inter primores juvenum Romanorum ſilentium fuit, quum & abnuere certamen vererentur, & præcipuam ſortem periculi petere nollent. tum T. Manlius L. filius, qui patrem à vexatione tribunicia vindicaverat, ex ſtatione ad dictatorem pergit: *Injuſſu tuo*, inquit, *imperator, extra ordinem numquam pugnaverim, non ſi certam victoriam videam. Si tu permittis, volo ego illi belluæ oſtendere, quando adeo ferox præſultat hoſtium ſignis, me ex ea familia ortum, quæ Gallorum agmen ex rupe Tarpeia dejecit.* Tum dictator, [1] *Macte virtute*, inquit, *ac pietate in patrem patriamque, T. Manli, eſto. Perge, & nomen Romanum invictum, juvantibus Diis, præſta.* Armant inde juvenem æquales. pedeſtre ſcutum capit, Hiſpano cingitur gladio, ad propiorem habili pugnam. Armatum adornatumque adverſus Gallum ſtolide lætum, & (quoniam id quoque [2] memoria dignum antiquis viſum eſt) lin-

dixerunt, ita *decernitur pugna*, cum pars ejus altera vincit. Sic apud Cæſarem: *dijudicata jam belli fortuna*, lib. 2 Civil. Tacitus 3 Hiſtor. *Dum inter Veſpaſianum ac Vitellium præliis legionum, captivitatibus urbium, deditionibus cohortium judicatur.* Ita Græcis *κρίνειν*. Diodorus lib. 17. *μὴ συγκαταβαίνειν εἰς τὸ διὰ μάχης κρίνειν τὸν πόλεμον.* Sic Libanius Paneg. in conſulatum Juliani: *βουλευομένων τοίνυν ἐν Παννονίᾳ περὶ τῆς Θρᾴκης, εἴτ' ἐμβολῆς εἴτε καθέδρας ὁ καιρὸς, τύχη τις κρίνει τοὔργον, ἡσυχαζόντων ὅπλων τρόπον ἐξευροῦσα τῇ συγγενείᾳ πέρας.* Ita ſcribendum, non *Παιονίᾳ*. Sed hic dupliciter peccavit interpres: primum vertendo: *ſive impreſſionis faciendæ ſive reſidentiæ opportunitas occurreret*: dein, *fortuna quadam opus expendebat*. Debuit autem: *utrum ultro aggrediendi an belli trahendi tempus foret: tum, fortuna rem decrevit.* Per mortem Conſtantii nimirum, quæ prohibuit, ne cognata arma miſcerent. Sic ipſe Julianus in epiſtola quadam, *εἰ δὲ μάχη κριθείη, τῇ τύχῃ ἅπαντα καὶ τοῖς θεοῖς ἐπιτρέψαι.* Libanius declamat. ſub perſona Ulyſſis: *εἰ τὸ πρᾶγμα εἰς πόλεμον προβαίη, καὶ τοῖς ὅπλοις τὴν κρίσιν ἐπιτρεψαίμεθα.* *J. F. Gron.*

1 *Macte virtute, inquit, hac pietate*] Rott. Flor. Voſſ. uterque, *ac pietate.* 10, 40. *Tu quidem macte virtute diligentiaque eſto.* Jac. Gron.

2 *Memoria dignum antiquis viſum eſt, linguam*, &c.] Inter antiquos fuit etiam Q. Claudius Quadrigarius, qui in primo Annalium, teſte Gellio, hanc pugnam deſcribens ita ait: *Deinde Gallus irridere cœpit, atque linguam exertare.* Sigonius.

Digitized by Google

linguam etiam ab irriſu exerentem, producunt. [1] Recipiunt inde ſe ad ſtationem, & duo in medio armati, ſpectaculi magis more, quam lege belli deſtituuntur; nequaquam viſu ac ſpecie æſtimantibus pares. Corpus alteri magnitudine eximium, verſicolori veſte, pictiſque & auro cælatis refulgens armis: media in altero militaris ſtatura, modicaque in armis habilibus magis quam decoris ſpecies. non cantus, non exultatio, armorumque agitatio vana, ſed pectus animorum iræque tacitæ plenum, omnem ferociam in diſcrimen ipſum certaminis diſtulerat. Ubi conſtitere inter duas acies, [2] tot circa mortalium animis ſpe metuque pendentibus; Gallus, velut moles ſuperne imminens, projecto læva ſcuto in advenientis arma hoſtis, vanum cæſim cum ingenti ſonitu enſem dejecit. Romanus, mucrone ſurrecto, [3] quum ſcutum ſcuto imum perculiſſet, totoque corpore interior periculo vulneris factus, inſinuaſſet ſe inter corpus armaque, uno alteroque ſubinde ictu ventrem atque inguina hauſit, & in ſpatium ingens ruentem porrexit hoſtem. jacentis inde corpus, ab omni alia vexatione intactum, uno torque ſpoliavit: quem reſperſum cruore, collo circumdedit ſuo. Defixerat pavor cum admiratione

1 *Recip. ſe inde ad ſtationem*] Melius in vet. lib. *recipiunt ſe inde ad ſtationem ceteri*. Sigonius.

Recipiunt inde ſe ad ſtationem cæteri] Nec Thuan. nec duo vel Voſſiani vel meliores Pall. nec vett. ed. ulla τὸ *cæteri* agnoſcunt ab Sigonio inſertum, idque nos ab ſcholiaſte mutuatos eſſe, qui addiderunt, librarios non dubitamus. *J. F. Gron.*

2 *Tot circa mortalium animis ſpe, metuque pendentibus*] *Animi* non *animis* legi oportere, exiſtimat idem quem ingenio dixi excellere, Florebellus: ut ſit, *Tot mortalibus pendentibus animi ſpe metuque*: & illud exprimatur, quod eſt libro 8. *Tot populos inter ſpem metumque ſuſpenſos animi habetis*. Sigonius.

3 *Cum ſcuto ſcutum imum perculiſſet --- uno alterove ſubinde ictu ventrem a. i. hauſit*] Obſcurum quia cenſet eſſe hunc locum Glareanus, ejus ſenſum exponam. Manlium ait, cum ſcuto ſcutum imum Galli percuſſiſſet, toto corpore, ne à Gallo vulneraretur, Gallum ipſum ſubiiſſe, & proxime ad eum acceſſiſſe, ita ut ſe inter corpus Galli & ſcutum ejus implicaret. Sic enim Q. etiam Quadrigarius in primo Annalium, auctore Gellio, à quo hujus pugnæ deſcriptio ſumpta à Livio eſt: *Manlius iterum ſcuto ſcutum percutit, atque de loco hominem iterum dejecit: eo pacto ei ſub Gallicum gladium ſucceſſit, atque Hiſpanico pectus hauſit*. Idem.

ne Gallos, Romani alacres ab ſtatione obviam militi ſuo progreſſi, gratulantes laudanteſque ad dictatorem perducunt. [1] Inter carminum prope modum incondita quædam militariter joculantes, [2] Torquati cognomen auditum; celebratum deinde [3] poſteris etiam, familiæque honori fuit. Dictator coronam auream addidit donum, miriſque pro concione eam pugnam laudibus tu-
11 lit. Et, Hercle, tanti ea ad univerſi belli eventum momenti dimicatio fuit, ut Gallorum exercitus proxima nocte, relictis trepide caſtris, in Tiburtem agrum, atque inde ſocietate belli facta, [4] commeatuque benigne ab Tiburtibus adjutus, mox in Campaniam tranſierit. Ea fuit cauſſa cur proximo anno [5] C. Pœtelius Balbus conſul, quum collegæ ejus M. Fabio Ambuſto Hernici provincia eveniſſet, adverſus Tiburtes juſſu populi exercitum duceret. ad quorum auxilium quum Galli ex Campania rediſſent, fœdæ populationes in Lavicano, Tuſculanoque, & Albano agro, haud dubie Tiburtibus ducibus, ſunt factæ. Et quum adverſus Tiburtem hoſtem duce conſule contenta reſpublica eſſet, Gallicus tumultus dictatorem creari coëgit. creatus Q. Servilius Ahala, T. Quintium magiſtrum equitum dixit: & ex auctoritate Patrum, ſi proſpere id bellum eveniſſet, ludos magnos vovit. Dictator ad continendos proprio bello Tiburtes conſulari exercitu juſſo manere, omnes juniores nullo

1 *Inter carminum propemodum*] Ego hæc corruptiſſima arbitror. Senſus & Latinitas ſatis placerent, ſi legeretur: *Inter carminum licentiam, incondituſque ac militares jocos.* Tan. Faber.

Inter carminum propemodum] Muretus, *in carminum.* Ego ſic explico: *Cognomen Torquati auditum inter joculantes militariter incondita quædam prope carminum modum, celebratum deinde.* Nam quod Sigonius *additum*, nuſquam in meis reperio. *J. F. Gron.*

2 *Torquati nomen auditum*] Lege, *Additum* ex veteribus libris. *Sigonius.*

3 *Poſteris etiam, familiæque hon. f.*] Vet. lib. *Poſteris, & familiæ honori fuit.* Idem.

Poſteris etiam familiæque] Sigonius: *poſteris & familiæ.* Ego in duobus Voſſ. duobuſque Pall. video: *poſteris etiam familiæ honori fuit.* J. F. Gron.

4 *Commeatuque benigne adjutus*] Ita Rott. & alii, non *benigno.* 9, 6. *Commeatus militibus benigne mittunt.* Et paſſim. *Idem.*

5 *C. Petilius Balbus*] Capitolini lapides hunc *C. Pœtelium Libonem* vocant. *Sigonius.*

nullo detrectante militiam, ſacramento adegit. Pugnatum haud procul porta Collina eſt totius viribus urbis, in conſpectu parentum conjugumque ac liberorum. quæ magna, etiam abſentibus, hortamenta animi, tum ſubjecta oculis, ſimul verecundia miſericordiaque militem accendebant. Magna utrimque edita cæde, avertitur tandem acies Gallorum. [1] fuga Tibur, ſicut arcem belli Gallici, petunt: palati à conſule Pœtelio haud procul Tibure excepti, egreſſis ad opem ferendam Tiburtibus, ſimul cum his intra portas compelluntur. [2] Egregie quum ab dictatore, tum ab conſule res geſta eſt. Et conſul alter Fabius prœliis primum parvis, poſtremo una inſigni pugna quum hoſtes totis adorti copiis eſſent, [3] Hernicos devicit. Dictator conſulibus in ſenatu & apud populum magnifice collaudatis, & ſuarum quoque rerum illis remiſſo honore, dictatura ſe abdicavit. Pœtelius de Gallis Tiburtibuſque geminum triumphum egit. Fabio ſatis viſum, ut ovans urbem iniret. Irridere Pœtelii triumphum Tiburtes: *Ubi enim eum ſecum acie conſtixiſſe, ſpectatores paucos fugæ trepidationiſque Gallorum, extra portas egreſſos, poſtquam in ſe quoque fieri impetum viderint, & ſine diſcrimine obvios cædi, [4] recepiſſe ſe intra urbem. Eam rem triumpho dignam viſam Romanis? ne nimis mirum magnumque cenſerent, [5] tumultum exciere in hoſtium portis, majorem ipſos*

1 *Fuga Tibur ſicut arcem belli Gallici petunt: palati*] Suſpicor legendum eſſe, *Fugati Tibur*: nam ſubſequitur *palati*. Syllaba quidem prima vocis *Tibur* errorem probabiliorem mihi reddit. *Sigonius.*

Fugati Tibur, ſicut arcem belli Gallici petunt] Nec Sigonius ſic conjicere, nec ferre debuerunt editores, cum in omnibus MSS. & vett. ed. eſſet: *Fuga Tibur.* Hoc ipſo libro: *certamine victi fuga effuſa Satrici mœnia petunt.* Virgilius 12 Æneid. *Diverſa fuga petit æquora Turnus.* Tacitus lib. 5 Hiſtor. *pulſique Germani Rhenum fuga petebant.* Juſtinus lib. 16, 4. *Sexaginta ſenatores comprehenſos (nam cæteri fuga dilapſi erant) in vincula compingit.* Sic enim MSS. ubi fecerunt, *in fugam*. J.F.Gron.

2 *Egregie cum ab dictat. tum ab conſ. geſta eſt res*] Vet. lib. *Egregie tum ab Dictatore, tum ab conſule res geſta eſt.* Sigonius.

3 *Hernicos devincit*] Vet. lib. *Devicit.* Idem.

4 *Recep. ſe in urbem*] Vet. lib. *Intra urbem.* Idem.

5 *Tumultum exciere*] Quidam legunt, *excire*: at *Exciere* infinitivus verbi *Excieo*, eſt in vet. lib. *Idem.*

12 *ipſos trepidationem ante mœnia ſua viſuros.* Itaque inſequenti anno [1] M. Popillio Lænate, Cn. Manlio conſulibus primo ſilentio noctis ab Tibure agmine infeſto profecti ad urbem Romam venerunt. terrorem repente ex ſomno excitatis ſubita res & nocturnus pavor præbuit: [2] ad hoc multorum inſcitia, qui aut unde, hoſtes adveniſſent. Conclamatum tamen celeriter ad arma eſt, & portæ ſtationibus murique præſidiis firmati. & ubi prima lux mediocrem multitudinem ante mœnia, neque alium quam Tiburtem hoſtem oſtendit, duabus portis egreſſi conſules, utrimque aciem ſubeuntium jam muros aggrediuntur. Apparuitque occaſione magis, quam virtute fretos veniſſe. adeo vix primum impetum Romanorum ſuſtinuere. Quin etiam bono fuiſſe Romanis adventum eorum conſtabat, orientemque jam ſeditionem inter Patres & plebem, metu tam propinqui belli compreſſam. [3] Alius adventus hoſtium fuit proximo bello, agris quam urbi terribilior. Populabundi Tarquinienſes, fines Romanos, maxime [4] qua ex parte Etruriam adjacent, peragravere: rebuſque nequicquam repetitis, novi [5] conſules, C. Fabius, & C. Plautius juſſu populi bellum indixere; Fabioque ea provincia, Plautio Hernici evenere. Gal-

1 *M. Popilio Lenate*] Ex Capitolinis tabulis *M. Popillio Lanate* ſcribendum eſt. Diodorus item Μάρκον Ποπίλλιον Λαινάτην conſulem vocat. Duxit autem cognomen à *læna*, ut ait Cicero in Bruto. *M. Popillius Lænas conſul cum eſſet, eodemque tempore ſacrificium publicum cum læna faceret, quod erat flamen Carmentalis, plebis contra patres concitatione & ſeditione nunciata, ut erat læna amictus, ita venit in concionem, ſeditionemque cum auctoritate, tum oratione ſedavit.* Livius item hoc anno orientem ſeditionem inter patres, & plebem metu Tiburtini belli compreſſam ſcribit. *Sigonius.*

2 *Ad hoc multor. inſc.*] Vet. lib. *Ad hæc.* Idem.

Ad hæc multorum inſcitia]. Voſſ. uterque, Rott. *ad hoc.* J. F. Gron.

3 *Alius adventus hoſtium fuit proximo bello*] Legendum, *anno.* Id patet ex mutatis conſulibus. Iſtud *bello* natum ex verſu ſuperiori. Deinde quid eſſet *propinqui belli* & mox *proximo bello.* Tan. Faber.

Adventus hoſtium fuit proximo bello] Recte *bello*, non *anno.* nam eodem fuit adventus, etſi ſequentis anni conſules bellum geſſerint. *J. F. Gron.*

4 *Qua ex parte Etruriam adjacent*] Veteres libri. *Qua ex parte Etruria adjacet*, probo. *Sigonius.*

5 *Conſules C. Fabius, & C. Plautius*] Diodorus Μάρκον Φάβιον, & Γάϊον Πλώτιον edit. *Idem.*

1 Ex

Gallici quoque belli fama increbreſcebat. ſed inter multos terrores ſolatio fuit pax Latinis petentibus data, & magna vis militum ab iis, [1] ex fœdere vetuſto, quod multis intermiſerant annis, accepta. quo præſidio, quum fulta res Romana eſſet, levius fuit, quod [2] Gallos mox Præneſte veniſſe, atque inde circa Pedum conſediſſe, auditum eſt. Dictatorem dici C. Sulpicium placuit. conſul ad id accitus C. Plautius dixit. magiſter equitum dictatori additus M. Valerius. Hi robora militum, ex duobus conſularibus exercitibus electa, adverſus Gallos duxerunt. Lentius id aliquanto bellum, quam parti utrique placebat, fuit. quum primo Galli tantum avidi certaminis fuiſſent, deinde Romanus miles ruendo in arma ac dimicationem, aliquantum Gallicam ferociam vinceret; dictatori neutiquam placebat, quando nulla cogeret res, fortunæ ſe committere adverſus hoſtem, quem tempus deteriorem indies & locus alienus faceret, ſine præparato commeatu, ſine firmo munimento morantem. ad hoc iis animis corporibuſque, quorum omnis in impetu vis eſſet, parva eadem langueſceret mora. His conſiliis dictator bellum trahebat, gravemque edixerat pœnam, [3] ſi quis injuſſu in hoſtem pugnaſſet. Milites ægre id patientes, primo in ſtationibus vigiliiſque inter ſe dictatorem ſermonibus carpere, interdum patres communiter increpare, quod non juſſiſſent per conſules geri bellum. Electum eſſe eximium imperatorem, unicum ducem, qui nihil agenti ſibi de cœlo devolaturam in ſinum victoriam cenſeat. Eadem deinde hæc interdiu propalam, ac ferociora his jactare; ſe injuſſu imperatoris,

1 *Ex fœdere vetuſto*] Quod ictum cum Latinis erat victis ad lacum Regillum. Livius lib. 2. *Sigonius.*

2 *Gallos mox Præneſte veniſſe, & dictatorem, &c.*] Hic eſt quartus Gallorum in Romanos impetus C. Sulpicio Dictatore repreſſus: de quo ſic Appian. in Celtica: μετὰ δὲ Βοιοὶ Κελτικὸν ἔθνος θηριωδέστατον ἐπῆλθε Ῥωμαίοις, καὶ αὐτοῖς Γάϊος Συλπίκιος δικτάτωρ μετὰ στρατιᾶς ἀπήντα. *Idem.*

3 *Si quis injuſſus pugnaſſet*] Vet. lib. *Injuſſu.* Probe. ſic enim & lib. 3. *Populus injuſſu & altero die frequens ſupplicatum iit.* Idem.

aut dimicaturos aut agmine Romam ituros. Immiſcerique militibus centuriones: [1] nec in circulis modo fremere, ſed jam in principiis ac prætorio in unum ſermones confundi; atque in concionis magnitudinem creſcere turba, & vociferari ex omnibus locis, ut extemplo ad dictatorem iretur: verba pro exercitu faceret Sex.
13 Tullius, ut virtute ejus dignum eſſet. Septimum primum pilum jam Tullius ducebat, neque erat in exercitu, qui quidem pedeſtria ſtipendia feciſſet, vir factis nobilior. is præcedens militum agmen, ad tribunal pergit, mirantique Sulpicio, non turbam magis quam turbæ principem Tullium, imperiis [2] obedientiſſimum militem: *Scilicet dictator*, inquit, *condemnatum ſe univerſus exercitus à te ignaviæ ratus, & prope ignominiæ cauſſa deſtitutum ſine armis, oravit me, ut ſuam cauſſam apud te agerem. Equidem ſicubi loco ceſſum, ſi terga data hoſti, ſi ſigna fœde amiſſa objici nobis poſſent, tamen hoc à te impetrari æquum cenſerem, ut nos virtute culpam noſtram corrigere, & abolere flagitii memoriam nova gloria patereris. Etiam ad Alliam fuſæ legiones, eandem quam per pavorem amiſerant patriam, profectæ poſtea ab Veiis virtute recuperavere. nobis Deum benignitate, felicitate tua, populique Romani, & res & gloria eſt integra. Quanquam de gloria vix dicere auſim, ſi nos & hoſtes haud ſecus quam fœminas abditos intra vallum omnibus contumeliis eludunt: & tu imperator noſter, quod ægrius patimur, exercitum tuum, ſine animis, ſine armis, ſine manibus, judicas eſſe: & prius quam expertus nos eſſes, de nobis ita deſperaſti, ut te mancorum ac debilium ducem judicares eſſe. Quid enim aliud eſſe cauſſæ credemus, cur veteranus dux, fortiſſimus bello, compreſſis, quod ajunt, manibus ſedeas? utcumque enim ſe habeat res, te de noſtra virtute dubitaſſe videri, quam nos de tua verius*

1 *Nec in circulis modo fremere ſed jam in principiis*] Veget. libro 2 *Principia principales milites* ait fuiſſe, *qui privilegiis muniebantur, ut tribuni, ordinarii, aquiliferi*. Hoc loco *in principiis*, eſt in *cœtu principalium militum*. Sigonius.

2 *Obedientiſſimum militum*] Vet. lib. *Militem*. Idem.

1 *Quæſo*

rius eſt. Sin autem non tuum iſtuc, ſed publicum eſt conſilium,
& conſenſus aliquis Patrum, non Gallicum bellum, nos ab ur-
be, à penatibus noſtris, ablegatos tenet; [1] *quæſo ut ea quæ di-*
cam, non à militibus imperatori dicta cenſeas, ſed à plebe Patri-
bus, quæ, ſicut vos veſtra habeatis conſilia, ſic ſe ſua habituram
dicat. Quis tandem ſuccenſeat milites nos eſſe, non ſervos ve-
ſtros? ad bellum, non in exilium, miſſos? ſi quis det ſignum,
in aciem educat, ut viris ac Romanis dignum ſit, pugnaturos: ſi
nihil armis opus ſit, otium Romæ potius quam in caſtris actu-
ros. hæc dicta ſint Patribus. Te, imperator, milites tui [2] *ora-*
mus, ut nobis pugnandi copiam facias. tum vincere cupimus;
tum duce te vincere, tibi lauream inſignem deferre, tecum
triumphantes urbem inire. tuum ſequentes currum Jovis Opt.
Max. templum gratantes ovanteſque adire. Orationem Tul-
lii exceperunt preces multitudinis: & undique ut ſignum
daret, ut capere arma juberet, clamabant. Dictator, 14
quamquam rem bonam [3] exemplo haud probabili actam
cernebat, tamen facturum quod milites vellent, ſe re-
cepit: Tulliumque ſecreto, quænam hæc res ſit, aut
quo acta more, percunctatur. Tullius magnopere à di-
ctatore petere, ne ſe oblitum diſciplinæ militaris, ne ſui,
neve imperatoriæ majeſtatis, crederet: *Multitudini conci-*
tatæ, quæ ferme auctoribus ſimilis eſſet, non ſubtraxiſſe ſe du-
cem: ne quis alius, quales mota creare multitudo ſoleret, exi-
ſteret. nam ſe quidem nihil non arbitrio imperatoris acturum. il-

li

1 *Quæſo ut quæ dicam*] Rott. Voſſ. uterque, Flor. Helm. *ut ea quæ*. J. F. Gron.

2 *Oramus, ut nobis copiam pugnandi facias*] Elegantius duo ſcripti Pall. & Voſſ. in quibus particula *ut* ignoratur. Catullus; *Oramus, tibi forte ni moleſtum eſt, Demonſtres ubi ſint tua latebræ.* Sic enim legendum priorem verſum cenſemus. *Idem.*

3 *Exemplo haud probabili actam cenſebat*] Thuan. & Voſſ. *actam cernebat.* Pall. duo, Alduſque & Juntas habent utrumque: *actam cernebat, cenſebat tamen.* Voſſ. alter *cenſeret actam cenſebat.* Tertius Pall. *haud probabili cerneret actam, cenſeretque ſe facturum.* Scribe: *actam cernebat, tamen facturum, quod milites vellent, ſe recepit.* Alia ab interpolatrice manu. Lib. 6. *Dictator etſi majorem dimicationem propoſitam domi quam foris cernebat.* Lib. 42, de Perſeo: *Quem per omnia clandeſtina graſſati ſcelera latrociniorum ac veneficiorum cernebant.* Talia ſunt Ciceronis ad Atticum: *quid videret, quod exemplum.* Quæ contra Malaſpinam defendebamus ad Statium. *Idem.*

li quoque tamen videndum magnopere eſſe, ut exercitum in poteſtate haberet. Differri non poſſe adeo concitatos animos, ipſos ſibi locum ac tempus pugnandi ſumpturos, ſi ab imperatore non detur. Dum hæc loquuntur, jumenta forte paſcentia extra vallum Gallo abigenti duo milites Romani ademerunt. In eos ſaxa conjecta à Gallis: deinde ab Romana ſtatione clamor ortus, ac procurſum utrimque eſt. Jamque haud procul juſto prœlio res erant, ni celeriter diremptum certamen per centuriones eſſet. Affirmata certe eo caſu Tullii apud dictatorem fides eſt. nec recipiente jam dilationem re, in poſterum diem edicitur, acie pugnaturos. Dictator tamen, ut qui magis animis quam viribus fretus ad certamen deſcenderet, omnia circumſpicere atque agitare cœpit, ut arte aliqua terrorem hoſtibus incuteret. Solerti animo rem novam excogitat, qua deinde multi noſtri atque externi imperatores, [1] noſtra quoque quidam ætate uſi ſunt. [2] Mulis ſtrata detrahi jubet: biniſque tantum centunculis relictis, agaſones, partim captivis, partim ægrorum armis ornatos imponit. His fere mille effectis, centum admiſcet equites. & nocte ſuper caſtra in montes evadere, ac ſilvis ſe occultare jubet: [3] neque inde ante moveri, quam ab ſe acciperent ſignum. Ipſe ubi illuxit, in radicibus montium extendere aciem cœpit ſedulo, ut adverſus montes conſiſte-

1 *Noſtra quoque quidam ætate uſi ſunt*] Inter cæteros C. Marium nominat Frontinus lib. 2. qui contra Theutonas dimicaturus, jumentorum magnam partem inſtruxit, eaque agaſones, lixaſque conſcendere juſſit ut per id facies equitatus objiceretur. Idem eodem in loco C. Sulpicii etiam meminit. *Sigonius.*

2. *Mulis ſtrata detrahi jubet, biniſque t. centunculis relictis agaſones --- armis ornatos imponit*] Sic Frontinus lib. 2, de Mario. *Agaſones lixaſque armatos ſimul ire juſſit, jumentorumque magnam partem inſtructorum cum centunculis, ut per hoc equitatus ſpecies objiceretur.* Ex his locis *centunculus* videtur fuiſſe pannus, quo equi inſternebantur. Nam mulis & Sulpicius, & Marius *centunculos* addiderunt, ut ſpeciem equorum præberent. *Idem.*

3 *Neque inde ante moveri*] Rott. *movere.* quod accipio, ſive τὸ *ſe* ex præcedenti intelligas, ſive neutrale ſit, de quo 10, 4. Et videtur gemina loquutio per diſtinctionem reſtituenda Livio 10, 20. *Cognoſcit ad Vulturnum ſedere: inde tertia vigilia moturum: iter in Samnium eſſe.* Jac. Gron.

1 *In-*

ſiſteret hoſtis. [1] Inſtructo jam vani terroris apparatu,
qui quidem terror plus penè veris viribus profuit; primo
credere duces Gallorum non deſcenſuros in æquum Ro-
manos; deinde [2] ubi degreſſos repente viderunt, & ipſi
avidi certaminis in prœlium ruunt: priuſque pugna cœ-
pit, quam ſignum ab ducibus daretur. Acrius invaſere 15
Galli dextrum cornu: neque ſuſtineri potuiſſent, ni for-
te eo loco dictator fuiſſet, Sex. Tullium nomine incre-
pans rogitanſque: *Siccine pugnaturos milites ſpopondiſſet? U-
bi illi clamores ſint arma poſcentium? ubi minæ injuſſu impera-
toris prœlium inituros? En ipſum imperatorem clara voce voca-
re ad prœlium, & ire armatum ante prima ſigna. Ecquis ſeque-
retur eorum, qui modo ducturi fuerint; in caſtris feroces, in a-
cie pavidi?* Vera audiebant. itaque tantos pudor ſtimulos
admovit, ut ruerent in hoſtium tela alienatis à memo-
ria periculi animis. Hic primo impetus prope vecors tur-
bavit hoſtes: eques deinde emiſſus turbatos avertit. Ipſe
dictator, poſtquam labantem una parte vidit aciem, ſi-
gna in lævum cornu confert, quo turbam hoſtium con-
gregari cernebat; & iis, qui in monte erant, ſignum
quod convenerat, dedit. Ubi inde quoque novus cla-
mor ortus, & tendere obliquo monte ad caſtra Gallo-
rum viſi ſunt; tum metu, ne excluderentur, omiſſa pu-
gna eſt, curſuque effuſo ad caſtra ferebantur. ubi quum
occurriſſet eis M. Valerius, magiſter equitum (qui pro-
fligato dextro cornu obequitabat hoſtium munimentis)
ad montes ſilvaſque vertunt fugam: plurimique ibi [3] à
fallaci equitum ſpecie, agaſonibuſque excepti ſunt: &
eorum, quos pavor pertulerat in ſilvas, atrox cædes
poſt

1 *Inſtructo jam vani terroris app.*] Illud *jam* in nullo MSS. apparet. *J. F. Gron.*

2 *Ubi digreſſos rep. vid.*] *Degreſſos*: nam paulo ante dixit: *Evadere in montes jubet.* Item, *non deſcenſuros in aquum Romanos.* Sigonius.

3 *A fallaci equitum ſpecie, agaſonibuſque*] Vet. lib. non habent vocem, *que*: ita ut, *Agaſonibus*, appoſitive dictum ſit. Fallax enim equitum ſpecies, nihil aliud erat, quam agaſones mulis impoſiti. *Idem.*

1 In-

poſt ſedatum prœlium fuit. Nec alius poſt M. Furium, quam C. Sulpicius, juſtiorem de Gallis egit triumphum. auri quoque ex Gallicis ſpoliis ſatis magnum pondus ſaxo quadrato ſeptum in Capitolio ſacravit. Eodem anno & à Coss. vario eventu bellatum. nam Hernici à C. Plautio devicti ſubactique ſunt. Fabius collega ejus incaute atque inconſulte adverſus Tarquinienſes pugnavit. nec in acie tantum ibi cladis acceptum, quam quod trecentos ſeptem milites Romanos captos Tarquinienſes immolarunt: qua fœditate ſupplicii aliquanto ignominia populi Romani [1] inſignitior fuit. Acceſſit ad eam cladem & vaſtatio Romani agri, quam Privernates, Veliterni deinde, incurſione repentina fecerunt. Eodem anno duæ tribus, Pomptina & Publilia additæ. Ludi votivi, quos M. Furius dictator voverat, facti: & de ambitu [2] ab C. Pœtelio, tribuno plebis, auctoribus Patribus, tum primum ad populum latum eſt. eaque rogatione novorum maxime hominum ambitionem, qui nundinas & conciliabula obire ſoliti erant, compreſſam credebant. Haud æque læta Patribus inſequenti anno C. Marcio, Cn. Manlio conſulibus, de unciario fœnore [3] à M. Duilio, L. Mænio tribunis plebis rogatio eſt perlata: & plebs aliquanto eam cupidius ſcivit, accepitque. [4] Ad bella nova, priore anno deſtinata, Faliſci quoque hoſtes exorti, duplici crimine: quod & cum Tarquinienſibus juventus eorum militaverat: & eos, qui Falerios perfugerant, quum male pugnatum eſt, repetentibus fecialibus Romanis non reddiderant. Ea pro- [illegible] vincia

16 credebant. (chapter 16 begins at "Haud æque læta Patribus")

1 *Inſignitior fuit*] Vet. lib. *Inſignior.* Sigonius.

2 *A C. Petilio trib. pl.*] *Pœtelio*, ex Capitolinis lapidibus. *Idem.*

3 *A M. Duellio, L. Menenio trib. pl.*] *M. Duilio, L. Mænio*, ut ante. *Idem.*

4 *Ad bella nova p. a. d. Faliſci quoque hoſtes exorti*] Veteres quidam libri habent, *Faliſci quoque novi hoſtes exorti.* Verum non ſine menda. Non enim *novi hoſtes* Faliſci erant, quos ante domuerat Camillus. Suſpicor legendum, *Noti hoſtes*, ita ut vox *Noti* reſpondeat vocibus illis, *Ad bella nova.* De hoc bello Faliſcorum ſic Diodorus lib. 16. Ῥωμαίοις δὲ πρὸς Φαλίσκους συνέστη πόλεμος, καὶ μέγα μὲν οὐδὲν, οὐδ' ἄξιον μνήμης ἐπετελέσθη. *Idem.*

1 *Si*

vincia Cn. Manlio obvenit, Marcius exercitum in agrum Privernatem, integrum pace longinqua, induxit: militemque præda implevit. Ad copiam rerum addidit munificentiam, quod nihil in publicum ſecernendo, augenti rem privatam militi favit. Privernates, quum ante mœnia ſua caſtris permunitis conſediſſent; vocatis ad concionem militibus, *Caſtra nunc*, inquit, *vobis hoſtium, urbemque prædæ do; ſi mihi pollicemini vos fortiter in acie operam navaturos; nec prædæ magis, quam pugnæ paratos eſſe.* Signum poſcunt ingenti clamore: celſique & ſpe haud dubia feroces in prœlium vadunt. Ibi ante ſigna Sex. Tullius, de quo ante dictum eſt, exclamat: *Aſpice imperator*, inquit, *quemadmodum exercitus tuus tibi promiſſa præſtet*: piloque poſito, ſtricto gladio in hoſtem impetum facit. Sequuntur Tullium anteſignani omnes: primoque impetu avertere hoſtem: fuſum inde ad oppidum perſecuti, quum jam ſcalas mœnibus admoverent, in deditionem urbem acceperunt. triumphus de Privernatibus actus. Ab altero conſule nihil memorabile geſtum: niſi quod legem, novo exemplo, ad Sutrium in caſtris tributim de viceſima eorum, qui manumitterentur, tulit. Patres, quia ea lege haud parvum vectigal inopi ærario additum eſſet, auctores fuerunt. Cæterum tribuni plebis, non tam lege quam exemplo moti, ne quis poſtea populum ſevocaret, capite ſanxerunt. nihil enim non per milites juratos in conſulis verba, quamvis pernicioſum populo, [1] ſi id liceret, ferri poſſe. Eodem anno C. Licinius Stolo, à M. Popillio Lænate ſua lege decem millibus æris eſt damnatus, quod mille jugerum agri cum filio poſſideret, emancipandoque filium fraudem legi feciſſet. Novi conſules inde, M. Fabius Am- 17
buſtus ſecundum, & M. [2] Popillius Lænas iterum, duo bella

1 *Si id liceret, fieri poſſe*] Lego, *Ferri poſſe*, quia de militibus, qui legem novo exemplo in caſtris tulerant, loquitur. *Sigon.*

2 *Popillius Lænas iterum, duo bella*] Nihil minus credibile eſt, quam a Livio voculam *ſecundum* adjectam fuiſſe

bella habuere. Facile alterum cum Tiburtibus quod Læ-nas geſſit: qui hoſte in urbem compulſo, agros vaſtavit. Faliſci Tarquinienſeſque alterum conſulem prima pugna fuderunt. [1] inde terror maximus fuit, quod ſacerdotes eorum facibus ardentibus anguibuſque prælatis inceſſu furiali militem Romanum inſueta turbaverunt ſpecie: & tunc quidem velut limphati & attoniti munimentis ſuis trepido agmine inciderunt; [2] deinde ubi conſules legatique ac tribuni, puerorum ritu vana miracula paventes irridebant increpabantque; vertit animos repente pudor: & in ea ipſa, quæ fugerant, velut cæci ruebant. Diſcuſſo itaque vano apparatu hoſtium, quum in ipſos armatos ſe intuliſſent, averterunt totam aciem: caſtriſque etiam eo die potiti, præda ingenti parta victores reverterunt; militaribus jocis, quum apparatum hoſtium, tum ſuum increpantes pavorem. [3] Concitatur deinde omne nomen Etruſcum, & Tarquinienſibus Faliſciſque ducibus ad Salinas perveniunt. Adverſus eum terrorem dictator C. Marcius Rutilus primus de plebe dictus, magiſtrum equitum, item de plebe C. Plautium dixit. Id vero Patribus indignum videri, etiam dictaturam jam in

fuiſſe Ambuſto, *iterum* Lænati. Quæ illæ deliciæ? Sed & plane Rott. *Lænas* II *duo.* Id rurſus erat pronunciandum *ſecundum.* Quodſi vox *iterum* in aliis MSS. tota fuit expreſſa, opiner Livium ſcripſiſſe, *Popilius Lænas* II, *iterum duo bella.* Nam & præcedenti anno tot fuerunt. *Jac. Gron.*

1 *Inde terror maximus fuit, quod ſacerdotes --- inſueta turbaverunt ſpecie*] Obſcure hoc à Livio dictum eſſe, ait Glareanus: at Frontinus lib 2 cap. 4 iiſdem fere utitur verbis: *Faliſci & Tarquinienſes compluribus ſuorum in habitu ſacerdotum ſubornatis faces & angues furiali habitu præferentibus aciem Romanorum turbaverunt. Idem Veientes & Fidenates facibus arreptis fecerunt.* De his autem ſic ſcribit Florus, quaſi rem exponens: *Fidenæ, quia impares erant ferro ad terrorem movendum facibus armata, & diſcoloribus ſerpentum in modum vittis furiali more preceſſerunt.* Quod autem ait Florus de anguibus Fidenatum, id non eſt apud Livium, qui ſic loquitur lib. 4. *Ignibus armata ingens multitudo facibuſque ardentibus tota collucens, velut phanatico inſtincta curſu, in hoſtem ruit.* Sigonius.

2 *Deinde ubi conſules*] Lege: *Conſul.* Muretus.

3 *Concitatur deinde nomen Etruſcum*] Sic Diodorus lib. 16. Τυῤῥηνοὶ δὲ διαπολεμοῦντες Ῥωμαίοις ἐπόρθησαν πολλὴν τῆς πολεμίας χώρας, καὶ μέχρι τοῦ Τιβέριος καταδραμόντες ἐπανῆλθον εἰς τὴν οἰκείαν. *Sigonius.*

1 Quia

in promiſcuo eſſe: omnique ope impediebant, ne quid dictatori ad id bellum decerneretur, pararcturve. eo promptius cuncta, ferente dictatore, populus juſſit. Profectus ab urbe, utraque parte Tiberis, ratibus exercitu, quocumque fama hoſtium ducebat, trajecto; multos populatores agrorum vagos palantes oppreſſit. Caſtra quoque, necopinato aggreſſus, cepit. & octo millibus hoſtium captis, cæteris aut cæſis, aut ex agro Romano fugatis, ſine auctoritate Patrum, populi juſſu, triumphavit. [1] Quia nec per dictatorem plebeium, nec per conſulem, comitia conſularia haberi volebant, & alter conſul Fabius bello retinebatur; res ad interregnum redit. Interreges deinceps Q. Servilius Ahala, M. Fabius, Cn. Manlius, C. Fabius, C. Sulpicius, L. Æmilius, Q. Servilius, M. Fabius Ambuſtus. In ſecundo interregno orta contentio eſt, quod duo patricii conſules creabantur: [2] intercedentibuſque tribunis, interrex Fabius ajebat in duodecim tabulis legem eſſe, ut quodcumque poſtremum populus juſſiſſet, id jus ratumque eſſet, juſſum populi & ſuffragia eſſe. Quumque intercedendo tribuni nihil aliud, quam ut differrent comitia, valuiſſent; duo patricii conſules [3] creati ſunt, C. Sulpicius Pæticus tertium, M. Valerius Publicola: eodemque die magi-
ſtratum inierunt. Quadringenteſimo anno, quam urbs 18
Romana condita erat, [4] quinto triceſimo [5] quam à Gallis reciperata, [6] ablato poſt undecimum annum à plebe con-

1 *Quia nec per dictat.*] Vet. lib. *Et quia nec per dictatorem.* Sigonius.

2 *Intercedentibuſque tribunis*] Vet. lib. *Tribunis plebis.* Idem.

3 *Creati ſunt C. Sulpicius Paticus*] Videtur ab Livio fuiſſe rotundius: *duo patricii conſules creati, C. Sulpicius Paticus, M. Valerius Poplicola, eodem die magiſtratum inierunt.* J. F. Gron.

4 *Quinto triceſ.*] Vet. lib. *Quinto & triceſimo.* Sigonius.

5 *Quam à Gallis recepta*] Membr. Thuan. *reciperata.* Cujus in vicem mi ſatis conſtaret illud eſſe ſubjectum, deprehendi poſſet ex lib. 30, 21. *Sibi quidem, dicere, nihil eſſe in præſentia pulchrius, quam victorem, reciperatum tanto poſt intervallo patrium inviſere regnum.* Ita omnimodo MSS. Vulgo interpoſitum eſt etiam τὸ *receptum.* Voſſ. & Chiſſ. *reciperet.* J. F. Gron.

6 *Ablato poſt nonum annum, &c.*] xi corrigendum eſt, id eſt, *undecimum*

conſulatu, patricii conſules ambo ex interregno magiſtratum iniere, C. Sulpicius Pæticus tertium, M. Valerius Publicola. Empulum eo anno ex Tiburtibus haud memorando certamine captum; ſive duorum conſulum auſpicio bellum ibi geſtum eſt, ut ſcripſere quidam; ſeu per idem tempus Tarquinienſium quoque ſunt vaſtati agri ab Sulpicio conſule, quo Valerius adverſus Tiburtes legiones duxit. Domi majus certamen conſulibus cum plebe ac tribunis erat. Fidei jam ſuæ, non ſolum virtutis, ducebant eſſe, ut accepiſſent duo patricii conſulatum, ita ambobus patriciis mandare. quin aut toto cedendum eſſe, [1] ſi plebeius jam magiſtratus conſulatus fiat, aut totum poſſidendum, quam poſſeſſionem integram à Patribus accepiſſent. Plebes contra fremit: *Quid ſe vivere, quid in parte civium cenſeri: ſi quod duorum hominum virtute, L. Sextii, ac C. Licinii, partum ſit, id obtinere univerſi non poſſint? Vel reges, vel decemviros, vel ſi quod triſtius ſit imperii nomen patiendum eſſe potius: quam ambos patricios conſules videant: nec invicem pareatur atque imperetur, ſed pars altera in æterno imperio locata plebem nuſquam alio natam quam ad ſerviendum putet.* Non deſunt tribuni auctores turbarum: ſed inter concitatos per ſe omnes, vix duces eminent. Aliquoties fruſtra in campum deſcenſum quum eſſet, multique per ſeditiones acti comitiales dies; poſtremo victæ perſeverantia conſulum plebis, eo dolor erupit, ut tribunos actum eſſe de libertate vociferantes, relinquendumque non campum jam ſolum, ſed etiam urbem captam atque oppreſſam regno patriciorum, mœſta plebs ſequeretur. Conſules relicti à parte populi, per infrequentiam comitia nihilo ſegnius perficiunt. creati conſules ambo patricii, M. Fabius

mum: tot enim anni ſunt, ex quo plebeiis patuit conſulatus. Error ex notis natus eſt, IX & XI. *Sigonius*

1 *Si pleb. jam mag. fiat conſulatus, aut poſſid. tot.*] Vet. lib. *Si plebeius jam magiſtratus conſulatus fiat, aut totum poſſidendum.* Idem.

bitus Ambuſtus tertium, T. Quintius. In quibuſdam annalibus [1] pro T. Quintio, M. Popillium conſulem invenio. Duo bella eo anno proſpere geſta: cum Tiburti- 19
buſque ad deditionem pugnatum. Saſſula ex his urbs capta. cæteraque oppida eandem fortunam habuiſſent, ni univerſa gens poſitis armis in fidem conſulis veniſſet. Triumphatum de Tiburtibus: alioquin mitis victoria fuit. In Tarquinienſes acerbe ſævitum; multis mortalibus in acie cæſis. ex ingenti captivorum numero, trecenti quinquaginta octo [2] delecti nobiliſſimus quiſque, qui Romam mitterentur: vulgus aliud trucidatum. Nec populus in eos, qui miſſi Romam erant, mitior fuit. medio in foro omnes [3] virgis cæſi ac ſecuri percuſſi. id pro immolatis in foro Tarquinienſium Romanis pœnæ hoſtibus redditum. Res bello bene geſtæ, [4] ut Samnites quoque amicitiam peterent, effecerunt. Legatis eorum comiter ab ſenatu reſponſum: fœdere in ſocietatem accepti. Non eadem domi quæ militiæ fortuna erat plebi Romanæ. nam etſi unciario fœnore facto levata uſura erat, ſorte ipſa obruebantur inopes, [5] nexumque inibant. eo nec patricios ambo conſules, nec comitiorum curam, publicave ſtudia præ privatis incommodis plebs ad animum

1 *Pro T. Quintio M. Popill. coſ. i.*] Diodorus etiam *T. Quintium* edit conſulem. *Sigonius.*

2 *Delecti nobiliſſimus quiſque, qui Romam mitteretur*] Repone cum MSS. *mitterentur.* Nec aliter velim cap. 6. *Conſectu terræ, quum pro ſe quiſque gererent*: tum cap. 32. *Hoc ſpectaculo accenſi dextra lævaque ante ſe quiſque memorandum prœlium cient.* Ut hoc libro: *virtute ſua quemque fretos*: &, *pro ſe quiſque obviam effuſi laudant.* Et alibi: *pro ſe quiſque revocare jubebant*: *pro ſe quiſque conferebant.* Lib. 9, 6 ex melioribus MSS. legimus: *Senatus populuſque obviam egreſſi juſtis omnibus hoſpitalibus privatiſque & publicis funguntur officiis.* non *egreſſus* & *fungitur*, ut vulgo. Eodem libro cap. 36 iterum ſcripti: *eam intrare haud fere quiſquam præter ducem ipſum audebant.* Vulgo, *audebat.* J. F. Gron.

3 *Virgis cæſi ac ſec. perc.*] CCCLVIII Tarquinienſes in foro Romæ cæſos ſcribit: at Diodorus CCCLX. ſic enim lib 16. *Ταρκυνίους δὲ ἄνδρας τ' καὶ ξ' δημοσίᾳ ἐθανάτωσαν ἐν τῇ ἀγορᾷ. Sigonius.*

4 *Ut Samnites quoque amicit. pet.*] Diodorus his item conſulib. fœdus inter Samnites & Romanos factum ſcribit. *idem.*

5 *Nexumque inibant*] Id eſt, operas in ſervitute pro pecunia, quam debebant, præbebant, auctore Varrone. *idem.*

mum admittebat. Conſulatus uterque apud patricios manet. Conſules creati C. Sulpicius Pæticus quartum, M. Valerius Publicola iterum. In bellum Etruſcum intentam civitatem, quia Cæritem populum miſericordia conſanguinitatis Tarquinienſibus adjunctum fama ferebat, legati Latini ad Volſcos convertere, nunciantes, exercitum conſcriptum armatumque jam ſuis finibus imminere. deinde populabundos in agrum Romanum venturos eſſe. Cenſuit igitur ſenatus, neutram negligendam rem eſſe: utroque legiones ſcribi, conſuleſque ſortiri provincias juſſit. Inclinavit deinde pars major curæ in Etruſcum bellum: poſtquam literis Sulpicii conſulis, cui Tarquinii provincia evenerat, cognitum eſt, depopulatum agrum circa Romanas Salinas, prædæque partem in Cæritum fines avectam: & haud dubie juventutem ejus populi inter prædatores fuiſſe. Itaque Valerium conſulem, Volſcis oppoſitum, caſtraque ad finem Tuſculanum habentem, revocatum inde ſenatus dictatorem dicere juſſit. [1] T. Manlium Lucii filium dixit. Is, quum ſibi magiſtrum equitum A. Cornelium Coſſum dixiſſet, conſulari exercitu contentus, ex auctoritate Patrum ac populi juſſu, Cæritibus bellum indixit. Tum primum Cærites, tanquam in verbis hoſtium vis major ad bellum ſignificandum, quam in ſuis factis, qui per populationem Romanos laceſſierant, [2] eſſet, verus belli terror invaſit: & quam non ſuarum virium ea dimicatio eſſet, cernebant. Pœnitebatque populationis, & Tarqui-

1 *T. Manlium Lucii filium*] Mirum cur non addiderit *Torquatum*. Deinde aut exemplum eſt, poſſe fieri dictatorem eum qui antea non fuerit Coſ. ut de L. Manlio parente ante poſuit: niſi quis eum partem tribunum mil. conſ. poteſtate fuiſſe exiſtimet, anno 387, quod equidem conjicio; aut anno 398 pro *Cn. Manlio* legendum eſſe *T. Manlio*. Id quoque mirum, quæ cauſa coëgerit dictatorem creari, cum tam eximium Conſulum par in magiſtratu eſſet; quorum alter etiam dictator fuit bello Gallico, unde eximiam pepererat gloriam. Alter præter generis nobilitatem Coſ. etiam eo anno fuit, quando è plebeiorum manu conſulatus rurſus ereptus videbatur. *Glareanus*

2 *Eſſet, verus b.*] Vet. lib. *Etiam verus belli terror invaſit*. Sigonius.

quinienſes execrabantur defectionis auctores. nec arma, aut bellum quiſquam apparare, ſed pro ſe quiſque legatos mitti jubebat ad petendam erroris veniam. Legati ſenatum quum adiſſent; ab ſenatu rejecti ad populum, Deos rogaverunt, quorum ſacra bello Gallico accepta rite procuraſſent, ut Romanos florentes ea ſui miſericordia caperet, quæ ſe rebus adfectis quondam populi Romani cepiſſet, converſique ad delubra Veſtæ, hoſpitium Flaminum Veſtaliumque ab ſe caſte ac religioſe cultum invocabant. [1] *Eane meritos crederet quiſquam, hoſtes repente ſine cauſſa factos? aut ſi quid hoſtiliter feciſſent, conſilio id magis, quam furore lapſos feciſſe, ut ſua vetera beneficia, locata præſertim apud tam gratos, novis corrumperent maleficiis, florentemque populum Romanum ac feliciſſimum bello ſibi deſumerent hoſtem, cujus afflicti amicitiam cepiſſent? ne appellarent conſilium, quæ vis ac neceſſitas appellanda eſſet. Tranſeuntes agmine infeſto per agrum ſuum Tarquinienſes, quum præter viam nihil petiſſent, traxiſſe quoſdam agreſtium populationis ejus, quæ ſibi crimini detur, comites. Eos, ſeu dedi placeat, dedere ſe paratos eſſe: ſeu ſupplicio affici, daturos pœnas. Cære, ſacrarium populi Romani, diverſorium ſacerdotum ac receptaculum Romanorum ſacrorum, intactum inviolatumque crimine belli, hoſpitio Veſtalium cultiſque diis darent.* Movit populum non tam cauſſa præſens, quam vetus meritum, ut maleficii quam beneficii potius immemores eſſent. Itaque pax populo Cæriti data, induciaſque in centum annos factas, in ſenatuſconſultum referri placuit. In Faliſcos eodem noxios crimine vis belli converſa eſt: ſed hoſtes nuſquam inventi. Quum populatione peragrati fines eſſent, ab oppugnatione urbium temperatum: legionibuſque Romam reductis, reliquum anni muris turri-

1 *Eane meritos c. q. hoſtes r. ſine cauſa factos?*] Sententia, quæ obſcuriſſima Glareano viſa eſt, hæc eſt: Credibilene eſſet, eos qui tam magna beneficia populo Rom. dediſſent, hoſtes ejus repente ſine cauſa factos? Inde transfertur culpa aut in temeritatem eorum, qui feciſſent, aut in neceſſitatem. *Sigonius.*

turribuſque reficiendis conſumptum, & ædes Apollinis
21 dedicata eſt. Extremo anno comitia conſularia certamen patrum ac plebis diremit; tribunis negantibus paſſuros comitia haberi, ni ſecundum Liciniam legem haberentur; dictatore obſtinato tollere potius totum è republ. conſulatum, quam promiſcuum Patribus ac plebi facere. Prolatandis igitur comitiis, quum dictator magiſtratu abiſſet, res ad interregnum rediit. Infeſtam inde Patribus plebem interreges quum accepiſſent, ad undecimum interregem ſeditionibus certatum eſt. Legis Liciniæ patrocinium tribuni jactabant. Propior dolor plebi fœnoris ingraveſcentis erat: curæque privatæ in certaminibus publicis erumpebant. Quorum tædio Patres L. Cornelium Scipionem interregem, concordiæ cauſſa obſervare legem Liciniam, comitiis conſularibus juſſere. P. Valerio Publicolæ datus è plebe collega C. Marcius Rutilus. Inclinatis ſemel in concordiam animis, novi conſules fœnebrem quoque rem quæ diſtinere unanimos videbatur, levare aggreſſi; ſolutionem alieni æris in publicam curam verterunt: quinqueviris creatis, quos menſarios ab diſpenſatione pecuniæ appellarunt. Meriti æquitate curaque ſunt, ut per omnium annalium monumenta celebres nominibus eſſent. Fuere autem C. Duilius, P. Decius Mus, M. Papirius, [1] Q. Publilius, & Ti. Æmilius, qui rem difficilimam tractatu, & plerumque parti utrique, ſemper certe alteri, gravem, quum alia moderatione, tum impendio magis publico, quam jactura ſuſtinuerunt. [2] tarda enim nomina, & impedi-

1 *Q. Publius, & T. Æmilius*] *Q. Publilius, & Ti. Æmilius.* De *Publilio* ſupra dictum eſt. De *Æmilio* dicam haud ita multo poſt. *Sigonius.*

2 *Tarda enim nomina & impeditiora*] Duo MSS. Pall. *Tarda enim nominum.* Quod non temere auſim damnare. Infra: *quoties in extrema periculorum ventum.* Curtius lib. 5, 9. *Tentabat Perſas adducere, Bactra & intacta regionis opulenta, ſimulque quæ manentibus inſtarent pericula, oſtentans.* Ita MSS. & exilis Modius, ubi retulere corruptum, *opulentiam.* Juſtinus 41. *Ut non immenſa tantum ac profunda camporum, verum etiam prærupta collium montiumque ardua occupaverint.* J. F. Gron.

peditiora inertia debitorum quam facultatibus; aut ærarium menſis cum ære in foro poſitis, diſſolvit, ut populo prius caveretur: aut æſtimatio æquis rerum pretiis liberavit: ut non modo ſine injuria, ſed etiam ſine querimoniis partis utriuſque exhauſta vis ingens æris alieni ſit. Terror inde vanus belli Etruſci, quum conjuraſſe duodecim populos fama eſſet, dictatorem dici coëgit. dictus in caſtris (eo enim ad conſules miſſum ſenatuſconſultum eſt) C. Julius, [1] cui magiſter equitum adjectus L. Æmilius. Cæterum foris tranquilla omnia fuere. [2] Tenta- 22
tum domi per dictatorem, ut ambo patricii conſules crearentur, rem ad interregnum perduxit. duo interreges C. Sulpicius, & M. Fabius, interpoſiti obtinuere, quod dictator fruſtra tetenderat, mitiore jam plebe ob recens meritum levati æris alieni, ut ambo patricii conſules crearentur. creati ipſe C. Sulpicius Pæticus, qui prior interregno abiit, & T. Quintius Pennus. [3] quidam Cæſonem, alii Caium nomen Quintio adjiciunt. Ad bellum ambo profecti, Faliſcum Quintius, Sulpicius Tarquinienſe, nuſquam acie congreſſo hoſte, cum agris magis quam cum hominibus urendo populandoque geſſerunt bella: cujus lentæ velut tabis ſenio victa utriuſque pertinacia populi eſt, ut primum à conſulibus, dein permiſſu eorum ab ſenatu inducias peterent. in quadraginta annos impetraverunt. Ita poſita duorum bellorum quæ imminebant cura, dum aliqua ab armis quies eſſet; quia

1 *Cui Magiſter equitum adjectus L. Æm.*] Vet. lib. *Magiſter equitum ei adjectus eſt L. Æmilius.* Sigonius.

2 *Tentatum domi, &c. perduxit*] Rectus hujus orationis caſus eſt, *tentatum*. Ejuſmodi forma dicendi uſus eſt ſupra. *Diu non perlitatum tenuerat dictatorem.* Idem.

3 *Quidam Cæſonem, alii C. cognomen Quintio adjiciunt*] *Cæſo*, & *Cajus* prænomina ſunt, non cognomina. Neque quiſquam qui Latine locutus ſit, alio unquam modo loquutus eſt, niſi fortaſſe vitiatæ voces ſint, ut hoc loco. In antiquis enim libris legitur: *Quidam Cæſonem, alii cognomen Quintio adjiciunt.* Quæ lectio veſtigia germanæ lectionis oſtendit; quæ eſt, *alii C. nomen Quintio adjiciunt.* Depravatum eſt enim *C. nomen*, mutatumque primum in *conomen*, poſt in *cognomen*. *Nomen* autem & prænomini, & cognomini congruit. *Idem.*

quia ſolutio æris alieni multarum rerum mutaverat dominos; cenſum agi placuit. cæterum quum cenſoribus creandis indicta comitia eſſent; profeſſus cenſuram ſe petere C. Marcius Rutilus, qui primus dictator de plebe fuerat, concordiam ordinum turbavit. quod videbatur quidem tempore alieno feciſſe: quia ambo tum forte patricii conſules erant, qui rationem ejus ſe habituros negabant. Sed & ipſe conſtantia inceptum obtinuit, & tribuni omni vi recuperando jus conſularibus comitiis amiſſum, adjuverunt; & quum ipſius viri majeſtas nullius honoris faſtigium non æquabat, tum per eundem, qui ad dictaturam aperuiſſet viam, [1] cenſuram quoque in partem vocari plebes volebat. Nec variatum comitiis eſt, [2] quin cum Manlio Cnæo cenſor Marcius crearetur. Dictatorem quoque hic annus habuit M. Fabium; [3] nullo terrore belli, ſed ne Licinia lex comitiis conſularibus obſervaretur. Magiſter equitum dictatori additus Q. Servilius. nec tamen dictatura potentiorem eum conſenſum Patrum conſularibus comitiis fecit, quam cenſoriis fuerat.

23 [4] M. Popillius Lænas, à plebe conſul: à Patribus L. Cornelius Scipio datus. Fortuna quoque illuſtriorem plebeium conſulem fecit. Nam quum ingentem Gallorum exercitum in agro Latino caſtra poſuiſſe nunciatum eſſet;

Sci-

1 *Cenſuram quoque in partem vocari plebs volebat*] Lege: *cenſura quoque in partem vocari plebes volebat*. Alterum à Florentino codice, alterum ab conjectura noſtra eſt, quam video & in mentem veniſſe Mureto. Juſtinus: *vocandos etiam in portionem muneris Ionios*. J. F. Gron.

2 *Quin cum Manlio Nævio cenſor Marcius cr.*] Si *Marcius* hic è plebe primus cenſor factus eſt, ut ait Livius, profecto *Manlius Nævius* hic patricius ſit neceſſe eſt. Nam ambo ex plebe cenſores ſero admodum fieri cœpti ſunt; cum autem cenſores niſi ex conſularibus fere crearentur, non eſt dubium, quin hic *Manlius Cnæus Imperioſus ſit*, qui conſul ante fuit. Erroris autem cauſam attulit prænomen *Cnæus*, quod antiqui *Næum* dixerunt. *Sigonius*.

3 *Nullo terrore belli, ſed ne Licin. lex c. c. obſervar.*] M. Fabium non rei gerendæ, ſed comitiorum habendorum cauſa creatum eſſe ſignificat, ne conſul alter ex plebe ex lege Licinia fieret, ſed uterque patricius. Qua de lege lib. priore tradidit. *Idem*.

4 *M. Popillius Lænas à plebe Cos.*] Adjiciendum *tertium*, quippe, qui bis antea fuerit Cos. Niſi quis putet à Livio hæc conſulto neglecta, quod mihi non ſit veriſimile. *Glareanus*.

1 *Gal-*

Scipione gravi morbo implicito, [1] Gallicum bellum Popillio extra ordinem datum. Is impigre exercitu ſcripto, quum omnes extra portam Capenam ad Martis ædem convenire armatos juniores juſſiſſet, ſignaque eodem quæſtores ex ærario deferre, quatuor expletis legionibus, quod ſuperfuit militum, P. Valerio Publicolæ prætori tradidit: auctor Patribus ſcribendi alterius exercitus, quod ad incertos belli eventus ſubſidium reipublicæ eſſet. Ipſe jam ſatis omnibus inſtructis comparatiſque, ad hoſtem pergit: cujus ut prius noſceret vires quam periculo ultimo tentaret; in tumulo, quem proximum caſtris Gallorum capere potuit, vallum ducere cœpit. Gens ferox, & ingenii avidi ad pugnam, quum, procul viſis Romanorum ſignis, ut extemplo prœlium initura explicuiſſet aciem; poſtquam neque [2] in æquum demitti agmen vidit, & quum loci altitudine, tum vallo etiam tegi Romanos; perculſos pavore rata ſimul opportuniores, quod intenti tum maxime operi eſſent, truci clamore aggreditur. Ab Romanis nec opus intermiſſum, ([3] triarii erant, qui muniebant) & ab haſtatis principibuſque qui pro munitoribus intenti armatique ſteterant, prœlium initum. Præter virtutem locus quoque ſuperior adjuvit, ut pila omnia haſtæque, non tanquam ex æquo miſſa, vana (quod plerumque fit) caderent, ſed omnia librata ponderibus figerentur, oneratique telis Galli, quibus aut corpora transfixa, aut prægravata inhærentibus gerebant ſcuta, quum curſu penè in adverſum ſubiſſent, primo incerti reſtitere: dein quum ipſa cunctatio & his animos minuiſſet & auxiſſet hoſti,

1 *Gallic. bellum Popillio e. o. datum*] *Popillium* item Appianus in Celtica egregie rem poſt Sulpicium geſſiſſe cum Gallis auctor eſt. *Sigonius.*

2 *In æquum dimitti*] *Demitti* legendum eſt, ut lib. 27. *In inferiorem campum equites. Numidas Aſdrubal demiſit.* Et hoc libro paulo poſt: *Quod totum in vallem infimam demitteret agmen.* Idem error eſt, qui eſt in *digredi.* Nam ubi de *deſcenſu* verba fiunt, *degredi:* ſic non *dimitti*, ſed *demitti*. Idem.

3 *Triarii erant*] De *Triariis*, *Principibus* & *Haſtatis*, Polybius lib. 6, Livius lib. 8, Suidas in voce Πρίγκιπες. nos etiam infra. *Idem.*

hoſti, impulſi retro ruere alii ſuper alios, ſtragemque inter ſe cæde ipſa fœdiorem dare. adeo præcipiti turba
24 obtriti plures, quam ferro necati. Necdum certa Romanis victoria erat. alia [1] in campum degreſſis ſupererat moles. Namque multitudo Gallorum ſenſum omnem talis damni exſuperans, velut nova rurſus exoriente acie, integrum militem adverſus victorem hoſtem ciebat. ſtetitque ſuppreſſo impetu Romanus; & quia iterum feſſis ſubeunda dimicatio erat, & quod conſul, dum inter primores incautus agitat, [2] lævo humero matari prope trajecto, ceſſerat parumper ex acie. Jamque omiſſa cunctando victoria erat, quum [3] conſul vulnere alligato revectus ad prima ſigna: *Quid ſtas miles?* inquit. *Non cum Latino Sabinoque hoſte res eſt, quem victum armis ſocium ex hoſte facias. In belluas ſtrinximus ferrum. hauriendus aut dandus eſt ſanguis.* [4] *Propuliſtis à caſtris, ſupina valle præcipites egiſtis, ſtratis corporibus hoſtium ſuperſtatis. Complete eadem ſtrage campos, qua montes repleſtis. Nolite exſpectare dum ſtantes vos fugiant, inferenda ſunt ſigna, & vadendum in hoſtem.* His adhortationibus iterum coorti, pellunt loco primos mani-

1 *In c. digreſſis*] *Degreſſis*, ut ante dixi. *Sigonius.*

2 *Lævo humero matari prope trajecto*] Mendum in textu eſſe non dubitamus, & loco *matari*, reponendum *materi*. Nam μάτερις παλτοῦ τι εἶδος, hoc eſt, materis jaculi ſeu teli ſpecies eſt, ſic ſcribente Strabone lib. Geogr. & Nonius Marcellus, *materim* teli genus poſt lanceam longius dixit. Siſenna, *Galli materibus*, inquit, *Suevi lanceis configunt*. Et alibi, *Lanceis & materibus medium perturbant agmen.* Marcell. Don.

3 *Conſul vulnere alligato*] Non hodie quidem ita tritum, ut *obligare*: non minus tamen elegans. Cicero de Divinat. lib. 1, 54. *Scriptum eſt item, quum Critonis ſui familiaris oculum alligatum vidiſſet, quæſiviſſe, quid eſſet: cum autem ille reſpondiſſet, in agro ambulanti ramulum adductum, ut remiſſus eſſet, in oculum recidiſſe.* Ubi perperam Lambinus conjicit, *obligatum*. Lib. 2 Tuſcul. quæſt. *Quieſce igitur, & vulnus alliga.* M. Seneca contr. 18 ex Montano Votieno: *Et medici alligant & corporibus noſtris, ut medeantur, vim adferunt.* Juſtinus lib. 15. *Ut ſanguis aliter cludi non poſſet, quam diadema ſibi demptum Rex, alligandi vulneris cauſa, capiti ejus imponeret.* Plinius lib. 28, 7. *Faſcia mulieris alligato capite dolores minui.* Inane eſt diſcrimen Plutarchi in Quæſt. Rom. τὸ δὲ δεσμεύειν *alligare* λέγουσιν οἱ πολλοὶ Ῥωμαίων οἱ δὲ καθαρεύοντες ἐν τῷ διαλέγεσθαι *ligare*. Auctor de bello Africano *deligatos* dicit eodem ſenſu: *ſaucios ſuos jubet in ploſtris deligatos Adrumetum deportari.* J. F. Gron.

4 *Pepuliſtis à caſtris*] Rott. Voſſ. uterque, Flor. & editt. *Propuliſtis*. Idem.

1 *Pu-*

Digitized by Google

manipulos Gallorum: cuneis deinde in medium agmen perrumpunt. Inde barbari diſſipati, quibus nec certa imperia, nec duces eſſent, vertunt impetum in ſuos: fuſique per campos, & præter caſtra etiam ſua fuga prælati, quod editiſſimum inter æquales tumulos occurrebat oculis, arcem Albanam petunt. Conſul non ultra caſtra inſecutus, quia & vulnus degravabat, & ſubjicere exercitum [1] pugna feſſum novo labori nolebat, à perſequendo hoſte continuit; tumulis ab hoſte occupatis. Præda omni caſtrorum, militi data, victorem exercitum, opulentumque Gallicis ſpoliis, Romam reduxit. Moram triumpho vulnus conſulis attulit. eademque cauſſa dictatoris deſiderium ſenatui fecit, ut eſſet qui ægris conſulibus comitia haberet. Dictator L. Furius Camillus dictus, addito magiſtro equitum P. Cornelio Scipione,

1 *Pugna feſſum novo labori nolebat, à perſequendo hoſte continuit*] Nimis metuo, ne peſſime ſit affectus hic locus: nam ex omnibus verbis propoſitis, præter unum *nolebat*, nihil vidi in Thuaneo, nihil in Helm. viſum Langermanno meo, nihil video in Voſſiano antiquiore, in Rottendorfiano, apud Andream, cui ipſe editioni Romæ præfuit. Mediolani poſt ſeptimum annum inſerta ſunt: inde Tarviſinæ & cæteris. Florent. & Voſſianus alter defecti: tantummodo enim præbent, *ſubjicere exercitum opulentumque* (Voſſ. *opulentum quod*) *Gallicis ſpoliis Romam reduxit.* Nempe quia bis in hac periodo poſita eſt vox *exercitum*, à priori ad poſteriorem locum oculus librarii, qui primus ſic corrupit, aberravit tranſmiſſis mediis. At integri, quos nominavi: continenter & concordiſſime: *Conſul non ultra caſtra inſecutus* (*quia & vulnus degravabat & ſubjicere exercitum tumulis ab hoſte occupatis nolebat*) *præda omni caſtrorum militi data, victorem exercitum opulentumque Gallorum ſpoliis Romam reduxit.* Interpunctio noſtra eſt; ipſa verba veterum librorum, in quibus nihil deſidero, niſi forſan *opulentum* mavis *ἀντὶ τοῦ opulentumque.* Quum autem omnia me vehementer capiant, tum maxime illud, *ſubjicere exercitum tumulis ab hoſte occupatis*: quo credibile eſt offenſos inani garrulitate nos huc uſque lactaſſe: *à perſequendo hoſte continuit, tumulis ab hoſte occupatis.* Hoc Livii eſſe parum probabile: at illud cenſeo docte dictum, ut ſit, exponere exercitum hoſti locum ſuperiorem nacto: aut eo ducere, ubi hoſtis montibus occupatis ex inferiore loco aggreſſum exercitum ſubjectum & obnoxium telis haberet. Qualia ſunt apud Ovidium lib. 4 Met. *Veritus ſe credere nocti*: Lib. 13. *Cur audet Ulyſſes Ire per excubias, & ſe committere nocti.* Suetonius Nerone: *Quare nunquam poſtea ſe publico illud horæ ſine tribunis commiſit.* Sic ipſum *ſubjicere* Livio lib. 26. *Id vero minime committendum eſſe, ut ſollicitarentur ſociorum fidelium animi, & ſubjicerentur indicibus, queis neque quid facerent, neque quid dicerent, quicquam unquam perſi fuiſſet.* Lib. 31. *Quum campeſtribus locis ſubjicientes eos caſtra Phecado urbi videret.* J. F. Gron.

1 *Red-*

pione, [1] reddidit Patribus poſſeſſionem priſtinam conſulatus. ipſe ob id meritum ingenti Patrum ſtudio creatus conſul, [2] collegam Ap. Claudium Craſſum dixit.

25 Priuſquam inirent novi conſules magiſtratum, triumphus à Popillio de Gallis actus magno favore plebis: muſſanteſque inter ſe rogitabant, num quem plebeii conſulis pœniteret? Simul dictatorem increpabant, qui legis Liciniæ ſpretæ mercedem conſulatum privata cupiditate, quam publica injuria fœdiorem, cepiſſet, ut ſe ipſe conſulem dictator crearet. Annus multis variiſque motibus fuit inſignis. Galli ex Albanis montibus, quia hiemis vim pati nequiverant, per campos maritimaque loca vagi populabantur. Mare infeſtum claſſibus Græcorum erat: oraque littoris Antiatis, Laurenſque tractus, & Tiberis oſtia: ut prædones maritimi cum terreſtribus congreſſi, ancipiti ſemel prœlio decertarint, dubiique diſceſſerint in caſtra Galli, Græci retro ad naves, victos ſe an victores putarent. [3] Inter hæc longe maximus extitit terror, concilia populorum Latinorum ad lucum Ferentinæ habita: reſponſumque haud ambiguum imperantibus milites Romanis datum, abſiſterent imperare iis, quorum auxilio egerent. Latinos pro ſua libertate potius, quam pro alieno imperio laturos arma. Inter duo ſimul bella externa, defectione etiam ſociorum ſenatus anxius, quum cerneret metu tenendos, quos fides non tenuiſſet; extendere omnes imperii vires conſules delectu habendo juſſit. civili quippe ſtandum excr-

1 *Reddidit patribus poſſeſſ. priſt. conſulatus*] Id eſt, nomen nullius plebeii comitiis conſularibus acceſſit, ac neminem plebeium conſulem fieri paſſus eſt, contra quam M. Fabius dictator fecerat. *Sigonius.*

2 *Collegam Ap. Claud. Craſſ. dixit*] *L. Camillus* eſt, qui collegam Ap. Claudium dixit. Eſt autem legendum, *P. Claudium*, ex veteribus libris Ciceronis de Senectute, ubi ait: *Platonem veniſſe Tarentum L. Æmilio, Ap. Claudio* Coss. cum in veteribus libris legatur: *L. Camillo, ac Pu. Claudio.* Confirmant hanc lectionem Capitolina quoque fragmenta, in quibus hic *Claudius P. F.* vocatur. Maximus enim natu filius ferme patris prænomen ferebat. *Idem.*

3 *Inter has longe m.*] Vet. lib. *Inter hæc.* *Idem.*

exercitu eſſe, [1] quando ſocialis cœtus deſereret. Undique, non urbana tantum, ſed etiam agreſti juventute, decem legiones ſcriptæ dicuntur, quaternum millium & ducenorum peditum, equitumque trecenorum. quem nunc novum exercitum, ſi qua externa vis ingruat, hæ vires populi Romani, quas vix terrarum capit orbis, contractæ in unum haud facile efficiant: adeo in quæ laboramus ſola crevimus, divitias, luxuriamque. Inter cætera triſtia ejus anni, [2] conſul alter Ap. Claudius in ipſo belli apparatu moritur. redierantque res ad Camillum: cui unico conſuli, vel ob aliam dignationem haud ſubjiciendam dictaturæ, [3] vel ob omen fauſtum ad Gallicum tumultum cognominis, [4] dictatorem arrogari haud ſatis decorum viſum eſt Patribus. Conſul duabus legionibus urbi præpoſitis, octo cum L. Pinario prætore diviſis, memor paternæ virtutis, Gallicum ſibi bellum

1 *Quando ſocialis cœtus deſereret*] Sic quidem libri omnes, fateor tamen me non concoquere *cœtum* illum *ſocialem*. Non enim, ſi *cœtus* eſt *multitudinis magnæ nomen coëuntis ex conſenſu quodam*, ut eſt apud M. Senecam, aut ſi *auxilia coire* apud Juſtinum dicuntur; ideo permiſiſſe uſus videtur, ut *ſocialis cœtus* deſerere, ubi ſocii officio deſunt, aut exercitus eorum ad condictum non venit, diceretur. Non magis quam vocabulum *concurſus* aut *congreſſus* aut *conventus* aut *populi* eodem loco repudiares. *Exercitum ſocialem* ſolet dicere Livius: Lib. 3. *T. Quinctium ſubſidio caſtris cum ſociali exercitu mitti.* Lib. 8. *Unde ſociali egregio exercitu per multa bella magnaque ſæpe uſi eſtis.* Satis commode poſſis legere: *civili quippe ſtandum exercitu eſſe, quando ſocialis fœdus deſereret.* Lib. 5. *Qui cæci avaritia in pondere auri fœdus ac fidem fefellerunt.* J. F. Gron.

2 *Coſ. alter Ap. Claudius*] *P. Claudius*, ut ante. De ejus obitu ſcriptum eſt & in fragmento Capitolino. *Sigonius.*

3 *Vel ob omen fauſtum ad Gallicum tumultum cognominis*] Hoc ait, quia pater ejus Camillus Gallos prœlio victos urbe exegerat: patrem autem L. Furii M. Camillum fuiſſe docet ipſe poſt, cum ait: *Paternæ virtutis memor.* Itemque Appianus in Celtica, ubi poſt Popillium à L. Furio Camilli filio Gallos devictos eſſe ſcribit. *Idem.*

Vel ob omen fauſtum ad Gall. tumul. cognominis] An *Furius* minus fauſtum præbet omen adverſus Gallos quam *Camillus*? Mallem, ſi quis adjutaret codex; *vel ob nomen fauſti ad Gallicum tumultum ominis*, Vel, *ob omen fauſtum ad Gallicum tumultum nominis.* J. F. Gron.

4 *Dictatorem arrogari*] Non tam adjungebatur, quam imponebatur conſuli dictator. Itaque fortaſſis *irrogari* ſcripſit Livius. Sed hæc ita, ut facile ſuum cuique arbitrium relinquamus. nam & lib. 2 de dictatore: *moderatorem & magiſtrum coſſ. appoſitum.* Idem.

lum extra ſortem ſumit: prætorem maritimam oram tutari, Græcoſque arcere littoribus juſſit. & quum [1] in agrum Pomptinum deſcendiſſet, quia neque in campis congredi nulla cogente re volebat, & prohibendo populationibus, quos rapto vivere neceſſitas cogeret, ſatis domari credebat hoſtem; locum idoneum ſtativis dele-
26 git. Ubi quum ſtationibus quieti tempus tererent, Gallus proceſſit magnitudine atque armis inſignis: [2] quatienſque ſcutum haſta, quum ſilentium feciſſet, provocat per interpretem unum ex Romanis, qui ſecum ferro decernat. M. erat Valerius tribunus militum, adoleſcens, qui haud indigniorem eo decore ſe quam T. Manlium ratus, prius ſciſcitatus conſulis voluntatem, in medium armatus proceſſit. Minus inſigne certamen humanum numine interpoſito Deorum factum. namque conſerenti jam manum Romano corvus repente in galea conſedit, in hoſtem verſus; quod primo ut augurium cœlo miſſum, lætus accepit tribunus. precatus deinde; *Si divus, ſi diva eſſet, qui ſibi præpetem miſiſſet, volens propitius adeſſet.* Dictu mirabile, tenuit non ſolum ales captam ſemel ſedem, ſed quotieſcumque certamen initum eſt, levans ſe alis, os oculoſque hoſtis roſtro & unguibus appetiit: donec territum prodigii talis viſu, oculiſque ſimul ac mente turbatum, Valerius obtruncat. [3] corvus è conſpectu elatus orientem petit. Hactenus quietæ utrimque ſtationes fuere. poſtquam ſpoliare corpus cæſi hoſtis tribunus cœpit; nec Galli ſe ſtatione tenuerunt, & Romanorum curſus ad victorem etiam ocior fuit. Ibi circa jacentis Galli corpus contracto certamine, pugna atrox concitatur. Jam non manipulis proximarum ſtationum,

1 *In agrum Pomptinum*] Gallos item in agro *Pomptino* conſediſſe his conſulibus tradit Gellius libro 9 cap. 11. *Sigonius.*

2 *Quatienſque ſcutum haſta*] Gellius eodem in loco dixit *manu telum reciprocans*; nimirum ex antiquo aliquo Annali totam hanc Galli, & Valerii pugnam ſumens. *Idem.*

3 *Corvus è conſpectu elatus*] Forte *ablatus.* J. F. Gron.

tionum, ſed legionibus utrimque effuſis res geritur. Camillus lætum militem victoria tribuni, lætum tam præſentibus ac ſecundis Diis, ire in prœlium jubet: oſtenſanſque inſignem ſpoliis tribunum, *Hunc imitare miles*, ajebat: *& circa jacentem ducem ſterne Gallorum catervas.* Dii homineſque illi affuere pugnæ; depugnatumque haudquaquam certamine ambiguo cum Gallis eſt. adeo duorum militum eventum, inter quos pugnatum erat, [1] utraque acies animis perceperat. Inter primos, quorum concurſus alios exciverat, atrox prœlium fuit: alia multitudo, priuſquam ad conjectum teli veniret, terga vertit. Primo per Volſcos Falernumque agrum diſſipati ſunt: inde Apuliam ac [2] mare inferum petierunt. Conſul, concione advocata, laudatum tribunum, decem bobus aureaque corona donat. ipſe juſſus ab ſenatu bellum maritimum curare, cum prætore junxit caſtra. ibi, quia res trahi ſegnitia Græcorum non committentium ſe in aciem videbatur, dictatorem comitiorum cauſſa T. Manlium Torquatum ex auctoritate ſenatus dixit. Dictator, magiſtro equitum A. Cornelio Coſſo dicto, conſularia comitia habuit, [3] æmulumque decoris ſui abſentem [4] M Valerium Corvum (id enim illi deinde cognomi-

1 *Utraque acies animis praeceperat*] Si ante duorum pugnam Romanorum quidem erecti, Gallorum vero jacentes animi fuiſſent, verum eſſet. Hæc enim vis eſt τοῦ *pracipere* pro ante capere, præſumere. Sed loquitur de prœlio inter exercitus commiſſo poſt Gallum à M. Valerio Corvo proſtratum. Ergo repone, *perceperat*. Ut apud Plautum Amphitruone: *mihi horror membra miſero percipit dictis tuis.* Menæchmis: *priuſquam percipit inſania.* Terentius Eun. *Neque agri neque urbis odium me umquam percipit.* Lucretius lib. 3. *Hu ibi me rebus quadam divina voluptas Percipit atque horror.* Sic legendum pro *ubi*, quod habent MSS. eſtque *ibi* eo ſenſu quo *tum*. Etiam eleganter *percipitur*, quod penitus capitur: *animis percipitur*, quod animos penetrat, totos occupat, nec alii adfectui aut cogitationi locum relinquit. Nec aliter Aldina & Juntæ editiones. *J. F. Gron.*

2 *Mare inferum*] Malim & ipſe, *ſuperum*, ut Glareanus: Volſci enim ad inferum, Apuli ad ſuperum mare ſunt. *Sigonius.*

3 *Æmulumque decoris ſui*] Quia *T. Manlius*, qui comitia habebat, Gallum & ipſe ſingulari in certamine obtruncarat. *Idem.*

4 *M. Valerium Corvinum, id enim*, &c.] Scribe *Corvum*, non *Corvinum*: ſic enim eſt in Capitolinis tabulis, & veteribus pleriſque libris. Egregie. Ut

onim

gnominis fuit) ſummo favore populi tres & viginti natum annos conſulem renunciavit. collega Corvo de plebe, M. Popillius Lænas quartum conſul futurus datus eſt. Cum Græcis à Camillo nulla memorabilis geſta res: nec illi terra, nec Romanus mari bellator erat. Poſtremo quum littoribus arcerentur, aqua etiam præter cætera neceſſaria uſui deficiente, Italiam reliquere. [1] Cujus populi ea, cujuſque gentis claſſis fuerit, nihil certi eſt. maxime Siciliæ fuiſſe tyrannos crediderim. nam ulterior Græcia ea tempeſtate inteſtino feſſa bello, jam
27 Macedonum opes horrebat. Exercitibus dimiſſis, quum & foris pax & domi concordia ordinum otium eſſet, ne nimis lætæ res eſſent, peſtilentia civitatem adorta coëgit ſenatum imperare decemviris, ut libros Sibyllinos inſpicerent: eorumque monitu lectiſternium fuit. Eodem anno Satricum ab Antiatibus colonia deducta, reſtitutaque urbs, quam Latini diruerant. & cum Carthaginienſibus legatis Romæ fœdus ictum, quum amicitiam ac ſocietatem petentes veniſſent. Idem otium domi foriſque manſit [2] T. Manlio Torquato, C. Plautio conſulibus: ſemunciarium tantum ex unciario fœnus factum, & in

enim *Albus*, *Rufus*, *Craſſus*, *Luſcus*, *Longus*, cognomina primum inventa ſunt, poſt autem *Albinus*, *Rufinus*, *Craſſinus*, *Luſcinus*, *Longinus* ſubſequuta ſunt: ſic qui primus cognomen hoc tulit, *Corvus*, poſteri *Corvini* appellati ſunt. *Sigonius.*

1 *Cujus populi ea, cujuſque gentis claſſis fuerit*, &c.] Vereor ne claſſis ea Timoleontis Corinthii fuerit, qui priore anno Dionyſium tyrannum Syracuſanum vicit, & regno exegit, legeſque Siciliæ victor dedit, ut ſcribit lib. 16 Diodorus; qui idem fortaſſe Italiæ quoque oram tanta elatus victoria claſſe tentaverit. Idem tamen poſt Poſtumii tyranni prædonis, aliorumque quorundam, quos idem Timoleon ſuſtulit, meminit. *Idem.*

2 *T. Manlio Torquato, C. Plautio ſecundum conſulibus*] In veteribus libris, nota iterati honoris eſt adjuncta *Torquato*: at abeſſe tamen ab utroque debet. Nam nec Caſſiodorus eam affert, & Torquatus in Capitolinis tabulis ea caret; quia numquam ante conſulatum cepit, cum tamen bis dictaturam geſſerit. Et poſt *iterum*, *tertiumque conſul eſſe*, non *tertium*, *quartumque traditur*. Neque vero Plautius ea nota affici debet, quia non eſt idem cum eo, qui paulo ante conſul fuit; ille enim *Proculi* cognomen tulit, hic, ut opinor, *Hypſæi*. qua de re dicam in ſecundo hujus conſulatu. *Idem.*

1 *Æquus*

Digitized by Google

& in penſiones [1] æquas triennii, ita ut quarta præſens eſſet, ſolutio æris alieni diſpenſata eſt. & ſic quoque parte plebis affecta, fides tamen publica privatis difficultatibus potior ad curam ſenatui fuit. Levatæ maxime res, quia tributo ac delectu ſuperſeſſum. Tertio anno poſt Satricum reſtitutum à Volſcis, M. Valerius Corvus ſecundum conſul cum C. Pœtelio factus, quum ex Latio nunciatum eſſet, legatos ab Antio circumire populos Latinorum ad concitandum bellum; priuſquam plus hoſtium fieret, Volſcis arma inferre juſſus, ad Satricum exercitu infeſto pergit. quo quum Antiates aliique Volſci præparatis jam ante, ſi quid ab Roma moveretur, copiis occurriſſent, nulla mora inter infenſos diutino odio dimicandi facta eſt. Volſci, ferocior ad rebellandum quam ad bellandum gens, certamine victi, fuga effuſa Satrici mœnia petunt. & ne in muris quidem ſatis firma ſpe, quum corona militum cincta jam ſcalis caperetur urbs, ad quatuor millia militum præter multitudinem imbellem, ſeſe dedidere. Oppidum dirutum atque incenſum: ab æde tantum Matris Matutæ abſtinuere ignem. Præda omnis militi data. Extra prædam quatuor millia deditorum habita. eos vinctos conſul ante currum triumphans egit: venditis deinde magnam pecuniam in ærarium redegit. Sunt qui hanc multitudinem captivam ſervorum fuiſſe ſcribant: idque magis veriſimile eſt, quam deditos veniiſſe. Hos conſules ſecuti 23
ſunt [2] M. Fabius Dorſo, Ser. Sulpicius Camerinus. Auruncum inde bellum ab repentina populatione cœptum. metuque ne id factum populi unius conſilium omnis nominis Latini eſſet, dictator velut adverſus armatum jam Latium L. Furius creatus, magiſtrum equitum Cn. Manlium Capitolinum dixit. & quum (quod per magnos tumultus fieri ſolitum erat) juſtitio indicto, delectus ſine

1 *Æquas triennii*] Vet. lib. *In triennium*. Sigonius.

2 *M. Fabius Dorſuo*] *Dorſo*, ut ſupra dixi. *Idem*.

ſine vacationibus habitus eſſet; legiones, quantum maturari potuit, in Auruncos ductæ. ibi prædonum magis, quam hoſtium animi inventi. Prima itaque acie debellatum. Dictator tamen, quia & ultro bellum intulerant, & ſine detrectatione ſe certamini offerebant; Deorum quoque opes adhibendas ratus, inter ipſam dimicationem, ædem Junoni Monetæ vovit: cujus damnatus voti quum victor Romam revertiſſet, dictatura ſe abdicavit. Senatus duumviros [1] ad eam ædem pro amplitudine populi Romani faciendam creari juſſit. locus in arce deſtinatus, quæ area ædium M. Manlii Capitolini fuerat. Conſules dictatoris exercitu ad bellum Volſcum uſi, Soram ex hoſtibus, incautos adorti, ceperunt. Anno poſtquam vota erat, ædes Monetæ dedicatur, C. Marcio Rutilo tertium, T. Manlio Torquato ſecundum conſulibus. Prodigium extemplo dedicationem ſecutum, [2] ſimile vetuſto montis Albani prodigio. namque & lapidibus pluit, & nox interdiu viſa intendi: libriſque inſpectis, quum plena religione civitas eſſet, ſenatui placuit, dictatorem feriarum conſtituendarum cauſſa dici. Dictus P. Valerius Publicola. magiſter equitum ei Q. Fabius Ambuſtus datus eſt. Non tribus tantum ſupplicatum ire placuit, ſed finitimos etiam populos: ordoque iis, quo quiſque die ſupplicarent, ſtatutus. [3] Judicia eo anno populi triſtia in fœneratores facta, quibus ab ædilibus dicta dies eſſet, traduntur. Et res, haud ulla inſigni ad memoriam cauſſa, ad interregnum rediit. Ex interregno, ut id actum videri poſſet, [4] ambo patricii conſules creati ſunt, M. Valerius Corvus

1 *Ad eandem ædem*] Vet. lib. *ad eam ædem*. Sigonius.

Ad eand. æd.] Flor. Voſſ. uterque, Rott. *ad eam ædem*. J. F. Gron.

2 *Simile vet. montis Albani prodigio*] Hoc prodigium factum eſt Tullo Hoſtilio regnante, ut ſcripſit lib. I. *Sigonius*.

3 *Judicia eo anno populi Romani*] Abeſt à MSS. τὸ *Romani*. J. F. Gron.

4 *Ambo patricii conſules creati*] Priore etiam anno ambo patricii conſules fuerunt, cujus tamen rei non meminit, Fabius inquam & Sulpicius. *Sigonius*.

Digitized by Google

vus tertium, A. Cornelius Coſſus. Majora jam hinc bel- 29
la, & viribus hoſtium, & [1] longinquitate, vel regionum,
vel temporum ſpatio, quibus bellatum eſt, dicentur.
namque eo anno adverſus Samnites, gentem opibus ar-
miſque validam, mota arma. Samnitium bellum, anci-
piti Marte geſtum, Pyrrhus hoſtis, Pyrrhum Pœni ſe-
cuti. [2] Quanta rerum moles? quoties in extrema pericu-
lorum ventum, ut in hanc magnitudinem, quæ vix ſuſti-
netur, erigi imperium poſſet? Belli autem cauſſa cum
Samnitibus, Romanis, quum ſocietate amicitiaque jun-
cti eſſent, extrinſecus venit, non orta inter ipſos eſt. Sa-
mnites Sidicinis injuſta arma, quia viribus plus poterant,
quum intuliſſent, coacti inopes ad opulentiorum auxi-
lium confugere, Campanis ſeſe conjungunt. Campani
magis nomen ad præſidium ſociorum quam vires quum
attuliſſent, fluentes luxu, ab duratis uſu armorum in Si-
dicino pulſi agro, in ſe deinde molem omnem belli ver-
terunt. namque Samnites, omiſſis Sidicinis, ipſam arcem fi-
nitimorum Campanos adorti; unde æque facilis victoria,
prædæ atque gloriæ plus eſſet; Tifata imminentes Ca-
puæ colles, quum præſidio firmo occupaſſent; deſcendunt
inde quadrato agmine in planitiem, quæ Capuam Tifa-
taque interjacet. ibi rurſus acie dimicatum: adverſoque
prœlio [3] Campani intra mœnia compulſi. Quum robo-
re juventutis ſuæ acciſo, nulla propinqua ſpes eſſet, coa-
cti ſunt ab Romanis petere auxilium. Legati introducti in 30
ſenatum, maxime in hanc ſententiam locuti ſunt: [4] *Po-
pulus*

1 *Longinquitate vel regionum vel temporum ſpatio*] Suſpectum eſt ultimum vocabulum, tanquam incertum ab aliquo, qui *longinquum* de tempore dici non putabat. Vide lib. 4 Obſervat. cap. 11. Lib. 9. *Et aut tempore longinqua aut præceps periculo victoria eſſet.* J. F. Gron.

2 *Quanta rerum moles*] Sic MSS. non *molo*. Idem.

3 *Campani intra mœnia compulſi*] Tò *ſuæ* ſignificat aliter ſcripſiſſe Livium, & quidem hoc modo: *ibi rurſus acie dimicatum, adverſoque prælio Campanis intra mœnia compulſis quum, robore juventutis ſuæ acciſo, nulla propinqua ſpes eſſet, coacti ſunt ab Romanis petere auxilium.* Idem.

4 *Populus nos Campanus legatos*] Hæc petitio Campanorum expreſſa eſt ex

 lib. 1

pulus nos Campanus legatos ad vos, Patres conſcripti, miſit: amicitiam in perpetuum, auxilium præſens à vobis petitum. quam ſi ſecundis rebus noſtris petiſſemus, ſicut cœpta celerius, ita infirmiore vinculo contracta eſſet. tunc enim, ut qui ex æquo nos veniſſe in amicitiam meminiſſemus, amici forſitan pariter ac nunc, ſubjecti atque obnoxii vobis minus eſſemus. nunc miſericordia veſtra conciliati, auxilioque in dubiis rebus defenſi, beneficium quoque acceptum colamus oportet, ne ingrati, atque omni ope divina humanaque indigni videamur. Neque Hercule, quod Samnites priores amici ſociique vobis facti ſunt, ad id valere arbitror, [1] *ne nos in amicitiam accipiamur: ſed ut vetuſtate & gradu honoris nos præſtent. neque enim fœdere Samnitium, ne qua nova jungeretis fœdera, cautum eſt. Fuit quidem apud vos ſemper ſatis juſta cauſſa amicitiæ, velle eum vobis amicum eſſe, qui vos appeteret. Campani, etſi fortuna præſens magnifice loqui prohibet, non urbis amplitudine, non agri ubertate, ulli populo præterquam vobis cedentes, haud parva (ut arbitror) acceſſio bonis rebus veſtris, in amicitiam venimus veſtram. Æquis Volſciſque æternis hoſtibus hujus urbis, quandocunque ſe moverint, ab tergo erimus: & quod vos pro ſalute noſtra priores feceritis; id nos pro imperio veſtro & gloria ſemper faciemus. Subactis iis gentibus, quæ inter nos voſque ſunt, quod propediem futurum ſpondet & virtus & fortuna veſtra, continens imperium uſque ad nos habebitis. Acerbum ac miſerum eſt, quod fateri nos fortuna noſtra cogit. Eo ventum eſt, Patres conſcripti, ut aut amicorum aut inimicorum Campani ſimus. Si defenditis, veſtri: ſi deſeritis, Samnitium erimus. Capuam ergo, & Campaniam*

lib. 1 Thucydidis, quo iu loco Corcyræi auxilium ab Athenienſibus petunt. Quod quiſque intelliget, qui utraſque orationes comparabit. *Sigonius.*

1 *Ne nos in amicitiam ſuſcipiamur*] Pall. tres, Voſſ. uterque, editio Campani: *accipiamur.* Nam & ſic interdum maluit Livius. Lib. 8, de Lucanis & Apulis: *fœdere ergo in amicitiam accepti.* Ubi tentarunt etiam nonnulli codices, offerentes *recepti.* Lib. 9. *Ocriculani ſponſione in amicitiam accepti.* Lib. 26, 32. *Veniam iis daret, & in fidem clientelamque ſe urbemque Syracuſas acciperet.* Sic vett. ed. cum optimis. Fruſtra concutit Sigonius laciniam ſui codicis: *reciperet.* Cicero 2 ad Attic. 22. *Numeſtium libenter accepi in amicitiam.* J. F. Gron.

paniam omnem veſtris an Samnitium viribus accedere malitis, deliberate. Omnibus quidem, Romani, veſtram miſericordiam, veſtrumque auxilium æquum eſt patere; iis tamen maxime, qui eam implorantibus aliis, auxilium dum ſupra vires ſuas præſtant, omnes ipſi in hanc neceſſitatem venerunt. quanquam pugnavimus verbo pro Sidicinis, re pro nobis, quum videremus finitimum populum nefario latrocinio Samnitium peti: & ubi conflagraſſent Sidicini, ad nos trajecturum illud incendium eſſe. Nec enim nunc, quia dolent injuriam acceptam Samnites, ſed quia gaudent oblatam ſibi eſſe cauſſam, oppugnatum nos veniunt. An ſi ultio iræ hæc, & non occaſio cupiditatis explendæ eſſet, parum fuit, quod ſemel in Sidicino agro, iterum in Campania ipſa legiones noſtras cecidere? Quæ eſt iſta tam infeſta ira, quam per duas acies fuſus ſanguis explere non potuerit? Adde huc populationem agrorum, prædas hominum atque pecudum actas, incendia villarum ac ruinas, omnia ferro ignique vaſtata. Hiſcene ira expleri non potuit? Sed cupiditas explenda eſt. ea ad oppugnandam Capuam rapit. aut delere urbem pulcherrimam, aut ipſi poſſidere volunt. Sed vos potius, Romani, beneficio veſtro occupate eam, quam illos habere per maleficium ſinatis. [1] Non loquor apud recuſantem juſta bella populum: ſed tamen ſi oſtenderitis auxilia veſtra, ne bello quidem arbitror vobis opus fore. Uſque ad nos contemtus Samnitium pervenit, ſupra non eſcendit. Itaque umbra veſtri auxilii, Romani, tegi poſſumus: quicquid deinde habuerimus; quicquid ipſi fuerimus; veſtrum id omne exiſtimaturi. Vobis arabitur ager Campanus, vobis Capua urbs frequentabitur: conditorum, parentum, Deorum immortalium numero nobis eritis. Nulla colonia veſtra erit, quæ nos obſequio erga vos fideque ſuperet. Annuite, Patres Conſcripti, [2] nutum numenque veſtrum invictum Campanis, & jubete ſperare

1 *Non loquor --- Sed tamen ſi o. a. v. ne b. q. a. v. opus fore*] Glarean. mendoſe habere putat illas voces, *ſed tamen*, legendumque, *ſed tantum:* neque intelligit correctionem hanc eſſe oratoriam, ita; quamquam quid dixi bella? neque enim ſi oſtenderitis auxilia veſtra, bello ullo opus fore arbitror. *Sigonius.*

2 *Nutum nomenque veſtrum invictum*] Sic primus apud me Curio. Priores ſcripti & editi, *numen.* Cicero poſt

rare incolumem Capuam futuram. Qua frequentia omnium generum multitudinis proſequente creditis nos illinc profectos? quam omnia votorum lacrimarumque plena reliquiſſe? in qua nunc exſpectatione ſenatum populumque Campanum, conjuges, liberoſque noſtros eſſe? ſtare omnem multitudinem ad portas, viam hinc ferentem proſpectantes, certum habeo, quid illis nos, Patres Conſcripti, ſollicitis[1] *ac pendentibus animi renunciare jubeatis. Alterum reſponſum ſalutem, victoriam, lucem ac libertatem: alterum ominari horreo, quæ ferat. Proinde ut aut de veſtris futuris ſociis atque amicis aut nuſquam ullis futuris nobis, conſulite.*
31 Summotis deinde legatis, quum conſultus ſenatus eſſet, etſi magnæ parti urbs maxima opulentiſſimaque Italiæ, uberrimus ager marique propinquus ad varietates annonæ horreum populi Romani fore videbatur; tamen tanta utilitate fides antiquior fuit, reſponditque ita ex auctoritate ſenatus Conſul: *Auxilio vos, Campani, dignos cenſet ſenatus: ſed ita vobiſcum amicitiam*

poſt reditum ad Quirites: *qua ſanctiſſimi homines pietate erga deos immortales eſſe ſolent, eadem me erga populum Romanum ſemper fore: numenque veſtrum æque mihi grave & ſanctum, ac deorum immortalium in omni vita futurum.* Et in extrema: *vobis, qui apud me deorum immortalium vim & numen tenetis.* An vero *invictum numen* pejus dicitur quam *invictus Jupiter*? J. F. Gron.

1 *Ac pendentibus animis, ren. jub.*] Et hoc etiam in loco *animi*, recte reponit Florebellus. *Sigonius.*

Ac pendentibus animis renuntiare jubeatis] Omnino, *animi*: quicquid in alterum conjurent librarii. Plautus Merc. *Obſecro, diſſolve jam me, nimis diu animi pendeo.* Cicero 1 de Leg. *Ego animi pendere ſoleo, cum ſemel quid orſus traducor alio.* Cœlius ad Ciceronem: *Quæ cura ſit, neſcio: ego quidem vehementer animi pendeo.* Livius hoc 7. *Itaque conſul territo animi, videſne tu, inquit.* Vix eſt ut aliter quoque ſcripſerit Cicero lib. 1 Tuſc. 40. *Quod ſi exſpectando pendemus animi, cruciamur, angimur.* Ubi *animis* tuentur magni auctores, & differentiam nobis conſtituunt, ut *pendere animis* dicatur, ſi de pluribus ſermo ſit, *animi* ſi de uno. Quod tamen confutat Livius lib. 6. *Quinque ſoli erant, & (ut ferme ſolent qui à ſuis deſciſcunt) capti & ſtupentes animi.* Sed & lib. 8. *Tot populos inter ſpem metumque ſuſpenſos animi habetis.* Et ſane ut unius *animos*, ſic & multorum *animum* & dicimus frequenter & dictum legimus. Eadem medicina cenſeo indigere Curtium lib. 4, 5, de Græcis: *Iidem paullo ante incertæ famæ captaverant auram, ut quocunque pendentes animos tuliſſet fortuna, ſequerentur.* Flor. *animus*, Pall. *animis.* quod poſſis tenere una cum Ciceronis loco in Tuſculanis. Me tamen capit: *quocumque pendentes animi tuliſſet fortuna.* Lib. 4 Tuſcul. *Qui appropinquans aliquod malum metuit, exanimatuſque pendet animi.* J. F. Gron.

1 *Sic*

tiam inſtitui par eſt, ne qua vetuſtior amicitia ac ſocietas violetur. Samnites nobiſcum fœdere juncti ſunt, itaque arma, Deos prius quam homines violatura, adverſus Samnites vobis negamus. Legatos, ſicut fas juſque eſt, ad ſocios atque amicos precatum mittemus, ne qua vobis vis fiat. Ad ea princeps legationis ([1] ſic enim domo mandatum attulerant) *Quandoquidem*, inquit, *noſtra tueri adverſus vim atque injuriam juſta vi non vultis*; [2] *veſtra certe defendetis. Itaque populum Campanum, urbemque Capuam, agros, delubra Deum, divina humanaque omnia in veſtram, Patres Conſcripti, populique Romani ditionem dedimus; quicquid deinde patiemur, dediticii veſtri paſſuri.* Sub hæc dicta, omnes manus ad Coſſ. tendentes, pleni lacrimarum in veſtibulo curiæ procubuerunt. Commoti Patres vice fortunarum humanarum: ſi ille præpotens opibus populus, luxuria ſuperbiaque clarus, à quo paulo ante auxilium finitimi petiſſent, adeo infractos gereret animos, ut ſe ipſe ſuaque omnia poteſtatis alienæ faceret; tum jam fides agi viſa, deditos non prodi, nec facturum æqua Samnitium populum cenſebant, ſi agrum urbemque per deditionem factam populi Romani, oppugnarent. Legatos itaque extemplo mitti ad Samnites placuit. data mandata, *ut preces Campanorum*, [3] *reſponſum ſenatus amicitiæ Samnitium memor, deditionem poſtremo factam, Samnitibus exponerent. Peterent pro ſocietate amicitiaque, ut dediticiis ſuis parcerent: neque in eum agrum, qui populi Romani factus eſſet, hoſtilia arma inferrent. Si leniter agendo parum proficerent, denunciarent Samniti-*

1 *Sic enim domo mandatum attulerat*] Scripti, *attulerant*: ut referatur ad omnes legatos. Melius. nec aliter editio prima. *J. F. Gron.*

2 *Veſtra certe defendetis*] Theophylactus in Lucam 12. Ἢ οὐχὶ καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς οἰκείοις οὕτω ποιοῦμεν, μᾶλλον ἐκείνων φροντίζοντες τῶν ὅλως ἑαυτοὺς ἐπιδεδωκότων τῇ ἡμετέρᾳ θεραπείᾳ, καὶ τούτων προνοούμενοι, ὡς μὴ προνοουμένων αὐτῶν; *Idem.*

3 *Reſponſum ſenatus amicitia Samnitium memor*] Voſſ. *memorum*. Buſlid. & Voſſiani alterius margo antiqua manu, *memoris*: ut referatur ad *ſenatus*. Et non parum mollius videtur. Reſponſum ſenatus tale, ut appareret, eum memorem amicitiæ cum Samnitibus fuiſſe. Quinimo illud *memor* ab Curione eſt. Omnes priores ab Andrea uſque ad Frobenium *memoris*. Idem.

mnitibus populi Romani ſenatuſque verbis, ut Capua urbe Campanoque agro abſtinerent. Hæc legatis agentibus in concilio Samnitium, adeo eſt ferociter reſponſum, ut non ſolum geſturos ſe eſſe dicerent id bellum, ſed magiſtratus eorum è curia egreſſi, ſtantibus legatis præfectos cohortium vocarent: iiſque clara voce imperarent, ut prædatum in agrum Campanum extemplo proficiſcerentur.
32 tur. Hac legatione Romam relata, poſitis omnium aliarum rerum curis, Patres fecialibus ad res repetendas miſſis, belloque, quia non redderentur, ſolenni more indicto, decreverunt, ut primo quoque tempore de ea re ad populum ferretur: juſſuque populi conſules ambo cum duobus ab urbe exercitibus profecti, Valerius in Campaniam, Cornelius in Samnium; ille ad [1] montem Gaurum, hic [2] ad Saticulam caſtra ponunt. Priori Valerio Samnitium legiones (eo namque omnem belli molem inclinaturam cenſebant) occurrunt. ſimul in Campanos, ſtimulabat ira, tam promptos nunc ad ferenda, nunc ad arceſſenda adverſus ſe auxilia. Ut vero caſtra Romana viderunt, ferociter pro ſe quiſque ſignum duces poſcere, affirmare, eadem fortuna Romanum Campano laturum opem, qua Campanus Sidicino tulerit. Valerius levibus certaminibus, tentandi hoſtis cauſſa haud ita multos moratus dies, ſignum pugnæ propoſuit; paucis ſuos adhortatus: *Ne novum bellum eos, novuſque hoſtis terreret.* [3] *quidquid ab urbe longius proferrent arma, magis magiſque in imbelles gentes eos prodire. Ne Sidicinorum Campanorumque cladibus Samnitium æſtimarent virtutem. qualeſcun-*

1 *Mentem Gaurum*] Hujus montis meminit Florus, Cicero contra Rullum, Plin. lib. 3 cap. 5. *Sigonius.*

2 *Ad Satriculam*] *Saticulam*, ſic enim libri veteres, ſic Velleius libro primo, ſic Diodorus, ſic Stephanus, uterque enim Σατίκολαι edit. *Idem.*

3 *Quicquid ab Urbe longius proferrent arma*] Notandum & id genus ſermonis; *quicquid longius*, pro quanto longius. *Glareanus.*

Quicquid longius proferrent arma] Sic libro 8. *Et quicquid progrediebantur, magis magiſque turbatos hoſtes cernebant.* Lib. 34. *Quicquid Byrſam ſedem ſuam exceſſerint, vi atque injuria partum habere.* Gellius 12, 1. *Quicquid videntur amare.* J. F. Gron.

1 *Quam*

leſcunque inter ſe certaverint, neceſſe fuiſſe alteram partem vinci. Campanos quidem haud dubie magis nimio luxu fluentibus rebus, mollitiaque ſua, [1] *quam vi hoſtium victos eſſe. Quid autem eſſe, duo proſpera in tot ſeculis bella Samnitium, adverſus tot decora populi Romani, qui triumphos penè plures quam annos ab urbe condita numeret? qui omnia circa ſe, Sabinos, Etruriam, Latinos, Hernicos, Æquos, Volſcos, Auruncos, domita armis habeat? qui Gallos tot prœliis cæſos, poſtremo in mare ac naves, fuga compulerit? Quum gloria belli ac virtute ſua quemque fretos ire in aciem debere; tum etiam intueri, cujus ductu auſpicioque ineunda pugna ſit.* [2] *utrum qui audiendus duntaxat magnificus adhortator ſit, verbis tantum ferox, operum militarium expers; an qui & ipſe tela tractare, procedere ante ſigna, verſari media in mole pugnæ ſciat? Facta mea, non dicta vos, milites,* inquit, *ſequi volo: nec diſciplinam modo, ſed exemplum etiam à me petere.* [3] *Non factionibus modo, nec per coitiones*

1 *Quam vi hoſtium victos*] Vet. lib. *Quam virtute hoſtium.* Sigonius.

Quam virtute hoſtium victos eſſe] Potior apud me, quam Sigonius ſuſtulit, & plurium & meliorum codicum ſcriptura: *quam vi hoſtium.* Plautus Amphit. *vicimus vi feroces.* Noſter hoc libro infra: *bis legiones Samnitium fudiſtis, bis caſtra vi cepiſtis.* Lib. 8 in formula devotionis: *uti pop. Romano Quiritium vim victoriamque proſperetis.* Iterum: *nec ultra Samnis tolerare terrorem equitum peditumque vim potuit.* Lib. 9. *Luceriam omnibus copiis circumſedere, nec procul abeſſe quin vi capiant.* Et rurſum: *Seu virium vi ſeu exercitatione multa.* Perinde ut Comicus: *cadunt vulneris vi & virium.* Lib. 21. *Qualis noſtra vis virtuſque fuerit, talem deinde fortunam illius urbis ac Romani imperii fore.* Juſtinus lib. 5, 1, de Athenienſibus: *Conſumpti magis fortunæ varietate, quam vi victi ſunt.* Sic enim olim legebatur, nec debuit, opinor, mutare Bongarſius. *J. F. Gron.*

2 *Utrum qui audiendus, magnificus dumtaxat adhortator ſit*] Glareanus legendum putat, *Utrum audiendus, qui magnificus dumtaxat adhortator ſit.* quaſi vero non optimus ſenſus eliciatur ex hac lectione, id eſt, utrum, qui imperat, & cui obediendum eſt, ſit tantum magnificus adhortator. ſic paulo poſt: *Hoc ſilentium in me audiendo ſervandum eſt.* Sigonius.

Utrum qui audiendus dumtax. magnif. adh. ſit] Adſentior Freinshemio emendanti, *audendi dumtaxat.* Ammianus lib. 15. *Fixo gradu conſiſte inter ſigniferos ipſos audendi in tempore conſideratus hortator.* Helm. *audientibus.* alius, *audiendum.* J. F. Gron.

3 *Non factionibus modo, nec per conciones uſitatas*] Glareanus tollendam vocem, *modo,* putat: quia eadem quoque præceſſerit, *Nec diſciplinam modo, ſed exemplum etiam à me petere;* neque videt illam, *ſolum*, ſignificare, hanc vero *nuper*, atque ita utrumque locum habere. Cæterum legendum eſt *per coitiones*, non *conciones.* Quid autem ſit in petendo magiſtratu *coitio*, ſupra oſtendi, cum alia loca emendavi. *Sigonius.*

tiones uſitatas nobilibus, ſed hac dextra mihi tres conſulatus ſummamque laudem peperi. Fuit, quum hoc dici poterat: Patricius enim eras, & à liberatoribus patriæ ortus: & eodem anno familia iſta conſulatum, quo urbs hæc conſulem habuit. Nunc jam nobis Patribus, vobiſque plebeiis promiſcuus conſulatus patet; nec generis, ut ante, ſed virtutis eſt præmium. proinde ſummum quodque ſpectate, milites, decus. Non ſi mihi novum hoc Corvi cognomen Diis auctoribus homines dediſtis, Publicolarum vetuſtum familiæ noſtræ cognomen memoria exceſſit. Semper ego plebem Romanam militiæ domique, privatus, in magiſtratibus parvis magniſque, æque tribunus ac conſul, eodem tenore per omnes deinceps conſulatus, colo atque colui. nunc quod inſtat, Diis bene juvantibus, novum atque integrum de Samni-
33 *tibus triumphum mecum petite.* Non alias militi familiarior dux fuit; omnia inter infimos militum haud gravate munia obeundo. In ludo præterea militari, quum velocitatis viriumque inter ſe æquales certamina ineunt, comiter facilis, vincere ac vinci vultu eodem; nec quemquam aſpernari parem qui ſe offerret; [1] factis benignus pro re, dictis haud minus libertatis alienæ quam ſuæ dignitatis memor: &, quo nihil popularius eſt, quibus artibus petierat magiſtratus, iiſdem gerebat. Itaque univerſus exercitus, incredibili alacritate adhortationem proſecutus ducis, caſtris egreditur. Prœlium, ut quod maxime umquam, pari ſpe, utrimque æquis viribus cum fiducia ſui, ſine contemptu hoſtium, commiſſum eſt. Samnitibus ferociam augebant novæ res geſtæ, & paucos ante dies geminata victoria. Romanis contra, [2] quadringentorum annorum decora, & conditæ urbi æqualis victoria.

1 *Factis benignus --- dignitatis memor*] Senſus hujus loci, quem ſe ignorare Glareanus fatetur, eſt, Factis, inquit, habita perſonæ, & temporis ratione liberalis erat, dictis ita cautus, ut non minus aliorum libertatis, quam ſuæ dignitatis rationem haberet. *Dicta* autem Latini vocant, quæ Græci ἀποφθέγματα. *Sigonius.*

2 *Quadringentorum annor. decora*] Hic annus eſt CDXII ab urbe condita; non enim ubique rotundi poſtulantur numeri. *Idem.*

1 *Utriſ-*

ctoria. [1] Utriſque tamen novus hoſtis curam addebat: pugna indicio fuit, quos geſſerint animos. namque ita conflixerunt, ut aliquamdiu [2] in neutram partem inclinarent acies. Tum conſul, trepidationem injiciendam ratus, quando vi pelli non poterant; equitibus immiſſis turbare prima ſigna hoſtium conatur. quos ubi nequicquam tumultuantes in ſpatio exiguo volvere turmas vidit, nec poſſe aperire in hoſtes viam; revectus ad anteſignanos legionum, quum deſiluiſſet ex equo: *Noſtrum*, inquit, *peditum illud, milites, eſt opus: agitedum, ut me videritis quacumque inceſſero, in aciem hoſtium ferro viam facientem, ſic pro ſe quiſque obvios ſternite.* [3] *Illa omnia, quæ nunc erectæ micant haſtæ, patefacta ſtrage vaſta cernetis.* Hæc dicta dederat, quum equites conſulis juſſu diſcurrunt in cornua, [4] legionibus in mediam aciem aperiunt viam. Primus omnium conſul invadit hoſtem: & cum quo forte contulit gradum, obtruncat. Hoc ſpectaculo accenſi, dextra lævaque ante ſe [5] quiſque memorandum prœlium ciet. Stant obnixi Samnites, quamquam plura accipiunt quam inferunt vulnera. Aliquamdiu jam pugnatum erat: atrox cædes circa ſigna Samnitium, fuga ab nulla dum parte erat. adeo morte ſola vinci deſtinaverant animis. Itaque [6] Romani quum effluere jam laſſitudine vires ſentirent & diei haud multum ſupereſſe, accenſi ira concitant ſe in hoſtem. Tum primum referri pedem

1 *Utriſque tamen novus hoſtis*] Pergit Livius in eodem ſenſu, & aliud momentum narrat, quod pugnam fecerit vehementiorem; ſic ut, quum ante narrati ſtimuli fuerint ſingulis proprii, hic unus communis fuerit idemqne ambobus. Non vero ad diverſa quædam diſcedit auctor, ut neceſſarium illi fuerit τὸ *tamen*. Lego ex Rott. *utriſque tam novus*. Jac. Gron.

2 *In neutram partem inclinaret acies*] Scripti, *inclinarent*. J. F. Gron.

3 *Illa nunc omnia, quæ nunc*] Thuan. Voſſ. uterque, Helm. ignorant priori loco poſitam particulam. *Idem.*

4 *Legionibusque in mediam*] Thuan. & Voſſ. ambo per ἀσύνδετον *legionibus in mediam*. Idem.

5 *Quiſque memorandum prœlium ciet*] Forte, *cient*. Voſſ. alter *ejecit*. Idem.

6 *Romani cum effluere*] Lege ex Flor. & ſex aliis codicibus: *Itaque Romani, quum & fluere jam laſſitudine vires ſentirent, & diei haud multum ſupereſſet, accenſi ira concitant ſe in hoſtem.* De verbo *fluere* vide ad lib. 27, 17. *Idem.*

pedem atque inclinari rem in fugam apparuit; tum capi, occidi Samnis. nec ſuperfuiſſent multi, ni nox victoriam magis quam prœlium diremiſſet. Et Romani fatebantur, numquam cum pertinaciore hoſte conflictum. & Samnites, quum quæreretur quænam prima cauſſa tam obſtinatos moviſſet in fugam? *oculos ſibi Romanorum ardere viſos*, ajebant, *veſanoſque vultus & furentia ora: inde pluſquam ex alia ulla re terroris ortum.* quem terrorem non pugnæ ſolum eventu, ſed nocturna profectione confeſſi ſunt. Poſtero die vacuis hoſtium caſtris, Romanus potitur: quo ſe omnis Campanorum multitudo
34 gratulabunda effudit. Cæterum hoc gaudium magna prope clade in Samnio fœdatum eſt. nam ab Saticula profectus Cornelius conſul exercitum incaute in ſaltum cava valle pervium, circaque inſeſſum ab hoſte induxit: nec prius quam recipi tuto ſigna non poterant, imminentem capiti hoſtem vidit. Dum id moræ Samnitibus eſt, [1] quoad totum in vallem infimam demitterent agmen, P. Decius tribunus militum, conſpicit unum editum in ſaltu collem, imminentem hoſtium caſtris, aditu arduum impedito agmini, expeditis haud difficilem. Itaque conſuli territo animi, *Videſne tu*, inquit, *A Corneli*, [2] *cacumen illud ſupra hoſtem? Arx illa eſt ſpei ſalutiſque noſtræ, ſi eam, quam cæci reliquere Samnites, impigre capimus. Nec tu mihi plus quam unius legionis principes haſtatoſque dederis, cum quibus ubi evaſero in ſummum; perge hinc omni liber metu: teque & exercitum ſerva. neque enim moveri hoſtis, ſubjectus nobis ad omnes ictus, ſine ſua pernicie poterit. Nos deinde aut fortuna populi Romani, aut noſtra virtus expediet.* Col-

1 *Quoad totum in vallem infimam demitteret agmen*] Sic jam Andreas, ſic Aldus: ſic omnes, quotquot utor: quum ſcribendum ſit: *demitterent.* nempe Samnites. Et ita uterque Voſſianus. *J. F. Gron.*

2 *Cacumen illud ſupra hoſtes*] Aſperum editumque locum intelligit, quem *verrucam* appellat Cato, ubi de ſimili facto Calpurnii Flammæ tribuni mil. bello Punico primo agebat in Originibus, auctore Gellio lib. 3 cap. 7. *Sigonius.*

1 Di-

Collaudatus ab conſule, accepto præſidio vadit occultus per ſaltum: nec prius ab hoſte eſt viſus, quam loco quem petebat appropinquavit. Inde admiratione paventibus cunctis, quum omnium in ſe vertiſſet oculos; & ſpatium conſuli dedit ad ſubducendum agmen in æquiorem locum, & ipſe in ſummo conſtitit vertice. Samnites dum huc illuc ſigna vertunt, utriuſque rei amiſſa occaſione, neque inſequi conſulem, niſi per eandem vallem, in qua paulo ante ſubjectum eum telis ſuis habuerant, poſſunt: nec erigere agmen in captum ſuper ſe ab Decio tumulum. Sed quum ira in hos magis, qui fortunam gerendæ rei eripuerant, tum propinquitas loci, atque ipſa paucitas incitat: & nunc circumdare undique collem armatis volunt, ut à conſule Decium intercludant: nunc viam patefacere, ut [1] degreſſos in vallem adoriantur. incertos quid agerent, nox oppreſſit. Decium primum ſpes tenuit, cum ſubeuntibus in adverſum collem ex ſuperiore loco ſe pugnaturum: deinde admiratio inceſſit, quod nec pugnam inirent, nec ſi ab eo conſilio iniquitate loci deterrerentur, opere ſe valloque circumdarent. Tum centurionibus ad ſe vocatis, *Quænam illa inſcitia belli ac pigritia* [2] *eſt? aut quonam modo iſti ex Sidicinis Campaniſque victoriam pepererunt? Huc atque illuc ſigna moveri, ac modo in unum conferri, modo educi videtis. opus quidem incipit nemo; cum jam circumdati vallo potuerimus eſſe. Tum vero nos ſimiles iſtorum ſimus, ſi diutius hic moremur, quam commodum ſit. Agitedum, ite mecum, ut dum lucis aliquid ſupereſt, quibus locis præſidia ponant, qua pateat hinc exitus, exploremus.* Hæc omnia ſagulo gregali amictus, centurionibus item manipularium militum habitu ductis, ne ducem circumire hoſtes notarent, perluſtravit.
Vigiliis deinde diſpoſitis, cæteris omnibus teſſeram 35
dari jubet: ubi ſecundæ vigiliæ buccina datum ſignum eſſet,

1 *Digreſſos in vall.*] *Degreſſos*, ut ante. *Sigonius*.

2 *Eſt, quonam mod.*] Vet. lib. *Aut quonam modo*. Idem.

1 *Hoc*

eſſet, armati cum ſilentio ad ſe venirent. Quo ubi, ſicut edictum erat, taciti convenerunt, [1] *Hoc ſilentium, milites*, inquit, *omiſſo militari aſſenſu, in me audiendo ſervandum eſt. ubi ſententiam meam vobis peregero, tum quibus eadem placebunt, in dextram partem taciti tranſibitis:* [2] *quæ pars major erit, eo ſtabitur conſilio. Nunc quæ mente agitem, audite. Non fuga delatos, nec inertia relictos hic vos circumvenit hoſtis. virtute cepiſtis locum, virtute hinc oportet evadatis. Veniendo huc, exercitum egregium populi Romani ſervaſtis: erumpendo hinc, voſmet ipſos ſervate. digni eſtis qui pauci pluribus opem tuleritis, ipſi nullius auxilio egueritis. Cum eo hoſte res eſt, qui heſterno die delendi omnis exercitus fortuna per ſocordiam uſus non ſit, hunc tam opportunum collem imminentem capiti ſuo non ante viderit, quam captum à nobis:* [3] *nos tam*

1 *Hoc ſilentium, milites, inquit, omiſſo*] Duo Pall. meliores cum Voſſiano: *Hoc ſilentium, miles, inquit*. Satis commode. Sic lib. 3. *Conſularem exercitum ipſumque conſulem increpans, carebis, inquit, prædæ parte, miles, ex eo hoſte, cui prope prædæ fuiſti.* Supra hoc libro: *Oſtentanſque inſignem ſpoliis tribunum, hunc imitare, miles, ajebat, & circa jacentem ducem ſterne Gallorum catervas.* Lib. 45. *At tu, centurio, miles, quid de imperatore Paullo ſenatus decrevit, potius audi.* Neque impediat quod mox ut plures appellat. Sic in hac ipſa oratione, cum dixiſſet: *Cum eo hoſte res eſt*, &c. mox addit: *Nos tam paucos tot ipſi millibus hominum nec aſcenſu arcuerint, nec tenentes locum, quum diei tantum ſupereſſet, vallo circumdederint.* Sic enim MSS. & Campanus: non *ipſe*, nec *arcuerit*, nec *circumdederit*. *Ipſi* habet & Andreas. Sic lib. 25. *Cuneuſque is hoſtium, qui in confertos circa ducem impetum fecerat, ut exanimem labentemque ex equo Scipionem vidit, alacres gaudio cum clamore per totam aciem nuntiantes diſcurrunt.* Sed de his pluribus infra. *J. F. Gron.*

2 *Quæ pars major erit, eo ſtabitur conſilio*] Vet. lib. *Ejus ſtabitur conſilio*. Sig. *Quæ pars major erit, eo ſtab. conſilio*] Sigonius *ejus*, approbante Jureto ad Symmachum. At alterum mihi & prægnans & venuſtiſſimum. Senſus enim, quæ major pars erit, quod illa ſecuta fuerit, eo ſtabitur conſilio. Talia veteribus quia quotidiana erant, & obvium, quod ſupplerent, quamvis curta, nihil præbebant obſcuritatis: nobis cum occurrunt, potius ſcrutanda quam corrigenda ſunt. Facile alioqui poſſes: *quæ major pars erit*. Sed vetus ſcriptura hoc vult; quæ major pars erit, quod dabit vel ſequetur, eo ſtabitur conſilio. Tale eſt Plauti in Curcul. 2, 1, 35. *Quod eis reſpondi, ea omnes ſtant ſententia.* Quod ſimiliter integrum: Quod eis reſpondi, quæ ejus reſponſi ſententia eſt, ea omnes ſtant. *J. F. Gron.*

3 *Nos tam paucos tot ipſi millibus hominum*] Sexta vox injuriam paſſa eſt, quum per notas ſcripſiſſet Livius; quæ non ita erat exprimenda, ut vulgo factum, ſed *tot ipſi millia hominum*. Non aliter loquitur 28, 28. *Propter quod facinus tota legio, millia hominum quatuor, in foro ſecuri percuſſa ſunt.* Ibidemque: *vos octo millia hominum.* Ita 30, 7 vides variatum inter *millium* & *millia*. Neque

tam paucos tot ipſi millibus hominum nec aſcenſu arcuerint; nec tenentes locum, quum diei tantum ſupereſſet, vallo circumdederint. quem videntem ac vigilantem ſic eluſeritis, ſopitum oportet fallatis. immo neceſſe eſt. [1] *In eo enim loco res ſunt noſtræ, ut vobis ego magis neceſſitatis veſtræ index, quam conſilii auctor ſim. neque enim maneatis, an abeatis hinc, deliberari poteſt; quum, præter arma & animos armorum memores, nihil vobis fortuna reliqui fecerit. fameque & ſiti moriendum ſit ſi plus, quam viros ac Romanos decet, ferrum timeamus. Ergo una eſt ſalus, erumpere hinc atque abire. id aut interdiu aut nocte faciamus oportet.* [2] *Ecce autem aliud minus dubium. quippe ſi lux exſpectetur, quæ ſpes eſt, non vallo perpetuo foſſaque nos ſepturum hoſtem?* [3] *qui nunc corporibus ſuis ſubjectis undique cinxerit, ut videtis, collem. Atqui ſi nox opportuna eſt eruptioni, ſicut eſt, hæc profecto noctis aptiſſima hora eſt. Signo ſecundæ vigiliæ conveniſtis, quod tempus mortales ſomno altiſſimo premit. per corpora ſopita vadetis; vel ſilentio incautos fallentes, vel ſentientibus clamore ſubito pavorem injecturi. Me modo ſequimini, quem ſecuti eſtis. ego eandem, quæ duxit huc, ſequar fortunam. Quibus hæc ſalutaria videntur, agitedum, in dextram partem*

que ego dubito, quin à Livio ſcriptum fuerit 35, 3. *Nec in Italia ſegnius Ligurum bellum creſcebat. Piſas jam quadraginta millia hominum affluente quotidie multitudine ad famam belli ſpemque prædæ circumſedebant.* Vulgo etiam *millibus.* Jac. Gron.

1 *In eo enim loco res ſunt noſtra*] Duo meliores Pall. & Voſſianus: reciſis duabus vocibus, *in eo res ſunt noſtræ*: quæ auctoritas vehementer illas mihi ſuſpectas facit. Lib. 2, 17. *Et quum vineis refectis aliaque mole belli jam in eo eſſet, ut in muros evaderet miles.* Inſerit quidem Sigonius τὸ *res*: ſed meliores eo carent, & verbum *eſſet* reſpicit militem. Cornelius Nepos in Miltiade: *Cum jam in eo eſſet, ut oppido potiretur.* Idem Pauſania: *Cum jam in eo eſſet, ut comprehenderetur.* Servius ad 3 Æneid. *Geſtamen Abantis*] *Cumque in eo eſſent, ut jam civitatis potirentur.* J. F. Gron.

2 *Ecce hoc aliud minus dubium*] Vet. lib. *Ecce autem aliud.* Sigonius.

Ecce hoc aliud min. dub.] Sigonii liber, Thuan. duo Pall. duoque Voſſ. editt. Campanus, Aldus, Juntas: *Ecce autem aliud.* Alludit Pal. tertius: *Ecce haud aliud.* Quid moramur? Plautus Menæch. 5, 2. *Ecce autem litigium.* Cicero ad Attic. 14, 3. *Ecce autem ſtructores noſtri ad frumentum profecti.* Eodemque epiſt. 13. *Ecce autem Antonius, accepta grandi pecunia fixit legem.* Lib. 2 de Oratore: *Ecce autem cum te nihil aliud profeciſſe arbitrarer.* Act. 1 in Verrem: *Ecce autem repente, his diebus paucis, comitiis conſularibus factis.* J. F. Gron.

3 *Qui nunc corporibus ſuis ſubjectis*] Malim, *objectis.* Idem.

1 Præ-

36 *partem pedibus tranſite.* Omnes tranſierunt, vadentemque per intermiſſa cuſtodiis loca, Decium ſecuti ſunt. Jam evaſerant media caſtra, quum ſuperſcandens vigilum ſtrata ſomno corpora miles, offenſo ſcuto [1] præbuit ſonitum: quo excitatus vigil, quum proximum moviſſet, erectique alios concitarent, ignari cives an hoſtes eſſent, præſidium erumperet, an conſul caſtra cepiſſet; Decius, [2] quum non fallerent, clamorem tollere juſſis militibus, torpidos ſomno, inſuper pavore exanimat; quo præpediti, nec arma impigre capere, nec obſiſtere, nec inſequi poterant. Inter trepidationem tumultumque Samnitium, præſidium Romanum, obviis cuſtodibus cæſis, ad caſtra conſulis pervadit. Aliquantum ſupererat noctis: [3] jamque in tuto videbantur eſſe, quum Decius, *Macti virtute*, inquit, *milites Romani eſte. veſtrum iter ac reditum omnia ſecula laudibus ferent. Sed ad conſpiciendam tantam virtutem, luce ac die opus eſt. nec vos digni eſtis, quos cum tanta gloria in caſtra reduces ſilentium ac nox tegat. hic lucem quieti opperiamur.* Dictis obtemperatum. atque ubi primum illuxit, præmiſſo nuncio [4] ad conſulem in caſtra, ingenti

1 *Præbuit ſonitum: quo excitatus vigil*] Duo meliores Pall. & Voſſ. *Quo exterritus vigil.* Num fuit *Quo expergitus*? Nam quod Diomedes *expergitum* ait dici, qui ſatiatus ſomno ſponte evigilat, *experrectum* autem à quiete impeditum, *expergefactum* denique, qui per alium à ſomno excitatur; id equidem tale eſſe arbitror, qualia multa ſunt horum. Feſtus contra: *Expergitus, ab alio excitatus, quem ſolemus dicere expergefactum. Experrectus à porrigendo* (ita ſcribendum) *ſevocatus, quod facimus recentes à ſomno.* Cenſorinus de die Natali cap. 12. *Pythagoras, priuſquam ſe ſomno daret, & cum eſſet expergitus, cithara, ut ferunt, cantare conſueverat.* ex MS. Modii epiſt. 89. Arnobius lib. 5. *Expergitoſque illos ſtatim perdocuiſſe regem.* Chiflet. *exercitus.* Voſſ. *exitatus*: ſed in marg. eadem fere manu, *excitus*: quod etiam non incommodum. Mirum vero & eoſdem duos Pall. pro *erectique* habere *excitique.* Lib. 4. *Clamor ſubito ortus, non conſulu modo vigiles, exercitum deinde omnem, ſed Dictatorem quoque ſomno excivit.* Lib. 24. *Ipſe rex, ſicut ſomno excitus erat, prope ſeminudus fugiens.* Salluſtius Jugurth. *Interdum ſomno excitus arreptis armis tumultum facere.* Tacitus 3 Hiſtor. *Vitellius ut è ſomno excitus.* J. F. Gron.

2 *Cum non fallerent*] Vet. lib. *Quando non fallerent.* alii, *quoniam non fallerent.* Sigonius.

3 *Jamque in tuto videbantur eſſe*] Ita Rott. Voſſ. duo. Flor. editique. non *videbatur.* J. F. Gron.

4 *Ad conſulem in caſtra ingenti gaudio*] Forte: *Præmiſſo nuntio ad conſulem caſtra ingenti gaudio concitantur.* Idem.

1 *Exi-*

ingenti gaudio concitantur: & teſſera data, incolumes
reverti, qui ſua corpora pro ſalute omnium haud dubio
periculo objeciſſent, pro ſe quiſque obviam effuſi lau-
dant, gratulantur, ſingulos univerſoſque ſervatores ſuos
vocant: Diis laudes grateſque agunt, Decium in cœ-
lum ferunt. Hic Decii caſtrenſis triumphus fuit, ince-
dentis per media caſtra cum armato præſidio, conjectis
in eum omnium oculis, & omni honore tribunum con-
ſuli æquantibus. Ubi ad prætorium ventum eſt, con-
ſul claſſico ad concionem convocat: orſuſque meritas
Decii laudes, interfante ipſo Decio, diſtulit concionem:
qui auctor omnia poſthabendi, dum occaſio in manibus
eſſet, perpulit conſulem, ut hoſtes, & nocturno pavo-
re attonitos, & circa collem caſtellatim diſſipatos, ag-
grederetur. credere etiam aliquos ad ſe ſequendum e-
miſſos, per ſaltum vagari. Juſſæ legiones arma capere:
egreſſæque caſtris, quum per exploratores notior jam
ſaltus eſſet, via patentiore ad hoſtem ducuntur. quem
incautum improviſo adortæ, quum palati paſſim Samni-
tium milites, plerique inermes, nec coire in unum, nec
arma capere, nec recipere intra vallum ſe poſſent, pa-
ventem primum in caſtra compellunt: deinde caſtra ipſa
turbatis ſtationibus capiunt. Perfertur circa collem cla-
mor: fugatque ex ſuis quemque præſidiis. ita magna
pars abſenti hoſti ceſſit. quos intra vallum egerat pavor
(fuere autem ad triginta millia) omnes cæſi. caſtra di-
repta. Ita rebus geſtis, conſul, advocata concione, 37
P. Decii non cœptas ſolum ante, ſed cumulatas nova vir-
tute laudes peragit: & præter militaria alia dona, aurea
corona eum, & centum bobus, [1] eximioque uno albo
opimo auratis cornibus donat. Milites, qui in præſidio
ſimul fuerant, duplici frumento in perpetuum, in præ-
ſentia ſingulis bobus, biniſque privis tunicis donati. Se-
cun-

1 *Eximioque uno albo*] *Eximium* ſacrificale verbum, *de hoſtiis dictum, quæ ad ſacrificium deſtinata eximantur è grege,* auctor Macrob. lib. 3. *Sigonius.*

cundum conſulis donationem, legiones [1] gramineam coronam obſidionalem, clamore donum approbantes, Decio imponunt. altera corona ejuſdem honoris index à præſidio ſuo impoſita eſt. His decoratus inſignibus, bovem eximium Marti immolavit, centum boves militibus dono dedit, qui ſecum in expeditione fuerant. iiſdem militibus legiones libras farris & ſextarios vini contulerunt, omniaque ea ingenti alacritate per clamorem militarem, indicem omnium aſſenſus, gerebantur. Tertia pugna [2] ad Sueſſulam commiſſa eſt, qua fugatus à M. Valerio Samnitium exercitus, omni robore juventutis domo accito, certamine ultimo fortunam experiri ſtatuit. Ab Sueſſula nuncii trepidi Capuam, inde equites citati ad Valerium conſulem, opem oratum veniunt. Confeſtim ſigna mota: relictiſque impedimentis caſtrorum valido præſidio, raptim agitur agmen: [3] nec procul ab hoſte locum perexiguum (ut quibus præter equos cæterorum jumentorum calonumque turba abeſſet) caſtris cepit. Samnitium exercitus, velut haud ulla mora pugnæ futura eſſet aciem inſtruit; deinde poſtquam nemo obvius ibat, infeſtis ſignis ad caſtra hoſtium ſuccedit. ibi ut militem in vallo vidit, miſſique ab omni parte exploratum, [4] quam in exiguum orbem contracta caſtra eſſent, paucitatem inde hoſtium colligentes, retulerunt; fremere omnis acies, complendas eſſe foſſas, ſcin-

1 *Gramineam coronam obſidionalem*] De hac corona Gell. lib. 5 cap. 6, itemque de cæteris. *Sigonius.*

2 *Ad Sueſſulam*] *Sueſſulani*, ut ex hoc loco apparet, *Campani* erant. *Idem.*

3 *Nec procul ab hoſte locum exiguum*] Quicquid eſt bonorum codd. *perexiguum.* Cicero act. 1 in Verrem: *cum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam poſtularem.* Noſter lib. 2. *Pars perexigua duce amiſſo, Romam inermes & fortuna & ſpecie ſupplicum delati ſunt.* J. F. Gron.

4 *Quam in exiguum orb. contr.*] Vet. lib. *Quod in exiguum.* probo. *Sigonius.*

Quod in exiguum] Lege & diſtingue: *quam in exiguum orbem contracta caſtra eſſent, paucitatem inde hoſtium colligentes, retulerunt: fremere omnis acies*, &c. Tò *quam*, lectum etiam in vetuſtis edd. Sigonius mutavit in *quod*, non bene perpenſa ſententia. Ita enim evolvenda oratio: Ut miſſi exploratum retulerunt, in quam exiguum orbem eſſent contracta caſtra, paucitatem inde hoſtium colligentes; tum, ſcilicet, fremere omnis acies. *J. F. Gron.*

1 *Reli-*

ſcindendumque vallum, & in caſtra irrumpendum. tranſactumque ea temeritate bellum foret, ni duces continuiſſent impetum militum. Cæterum, quia multitudo ſua commeatibus gravis, & prius ſedendo ad Sueſſulam, & tunc certaminis mora, haud procul ab rerum omnium inopia eſſet; placuit dum incluſus paveret hoſtis, frumentatum per agros militem duci. interim & Romano, qui expeditus, quantum humeris inter arma geri poſſet, frumenti ſecum attuliſſet, deſutura omnia. Conſul palatos per agros quum vidiſſet hoſtes, ſtationes infrequentes relictas, paucis milites adhortatus, ad caſtra oppugnanda ducit. quæ quum primo clamore atque impetu cepiſſet, pluribus hoſtium in tentoriis ſuis, quam in portis valloque cæſis, ſigna captiva in unum locum conferri juſſit; [1] relictiſque duabus legionibus, cuſtodiæ & præſidii cauſſa, gravi edicto monitis, ut donec ipſe revertiſſet, præda abſtinerent; profectus agmine inſtructo, quum præmiſſus eques velut indagine diſſipatos Samnites ageret, cædem ingentem fecit. nam neque quo ſigno coirent inter ſe, neque utrum caſtra peterent, an longiorem intenderent fugam, territis conſtare poterat. Tantumque fugæ ac formidinis fuit, ut ad quadraginta millia ſcutorum, nequaquam tot cæſis, & ſigna

1 *Relictiſque duabus legionibus cuſtodiæ & præſidii cauſa*] Quis unquam audivit caſtris præſidio relictas integras duas legiones, hoc eſt, integrum conſularem exercitum, ut oſtendit 8, 8, alibique appellat? Ergo Valerius ſolus abiit nudatus omni ſuo exercitu? Profecto vitioſum. Supra cap. 25 in tumultu Gallico ipſi urbi Romanæ tantum duæ legiones præponuntur. Et lib. 22 in tanto rerum tumore tamque abundanti exercitu in caſtris minoribus ad Geronium tantum dicuntur fuiſſe una legio & duo millia ſociorum. Immo toti Hiſpaniæ cis Iberum, Scipio aggreſſurus Novam Carthaginem reliquit ad præſidium regionis ejus M. Silanum cum tribus millibus peditum & trecentis equitibus 26, 42. Nec hic itaque nec uſpiam de duabus legionibus ſomniatum: ut omnino corrupta hæc ſint, proque iis ſubſtituendum cenſeam vel *relictiſque duabus cohortibus*. Ut lib. 6 cap. 24. *Aliquot validas cohortes in caſtris reliquerant*. Vel *relictiſque duobus millibus*. Ut 37, 39. *Et duo millia miſtorum Macedonum Thracumque, qui voluntate ſecuti erant, præſidio relicti ſunt caſtris*. 24, 19. *Marcellus duobus militum millibus Nolæ in præſidio relictis*. Jac. Gron.

ſigna militaria cum iis, quæ in caſtris capta erant, ad centum ſeptuaginta ad conſulem deferrentur. Tum in caſtra hoſtium reditum: ibique omnis præda militi data.
38 Hujus certaminis fortuna, & [1] Faliſcos, quum in induciis eſſent, fœdus petere ab ſenatu coëgit: & Latinos jam exercitibus comparatis, ab Romano in Pelignum vertit bellum. Neque ita rei geſtæ fama Italiæ ſe finibus tenuit: ſed Carthaginienſes quoque legatos gratulatum Romam miſere, cum coronæ aureæ dono, quæ in Capitolio in Jovis cella poneretur. fuit pondo viginti quinque. Conſules ambo de Samnitibus triumpharunt; ſequente Decio inſigni cum laude, doniſque: quum incondito militari joco, haud minus tribuni celebre nomen, quam conſulum eſſet. [2] Campanorum deinde Sueſſanorumque auditæ legationes: precantibuſque datum, ut præſidium eo in hiberna mitteretur, quo Samnitium excurſiones arcerentur. [3] Jam tum minime ſalubris militari diſciplinæ Capua, inſtrumento omnium voluptatum delinitos militum animos avertit à memoria patriæ: inibanturque conſilia in hibernis [4] eodem ſcelere adimendæ Campanis Capuæ, per quod illi eam antiquis cultoribus ademiſſent: *neque immerito ſuum ipſorum exemplum in eos verſurum. Cur autem potius Campani agrum Italiæ uber-*

1 *Faliſcos quum in induciis eſſent, fœdus petere ab ſenatu coëgit*] Duo Pall. & Voſſ. uterque omittunt præpoſitionem *in*. Ambigo an fuerit: *quum induciæ exiſſent.* Ut lib. 1. *Bellum cum Veientibus (jam enim induciæ exierant) aliiſque Etruſcis eſt ſumptum.* Nec ignoro iſto modo loqui Livium lib. 9. *Interea in induciis res fuiſſet.* Et potuit vocis inſequentis prima ſyllaba particulam haurire. Meliores, codices aliquando forte nos explicabunt. Qui ſi conſtanter illud ſervent, me libente hæc conjectura in ſpongiam incumbet. *J. F. Gron.*

2 *Campan. deinde Sueſſanorumque*] Legendum, *Sueſſulanorum*, à *Sueſſula*, ad quam pugnatum eſt: non à *Sueſſa*, quod alia quam *Sueſſula* ſit. *Sigonius.*

3 *Jam tum min. ſalubris mil. diſc. Capua*] Hoc dictum eſt propter hyberna Annibalis, cujus Capuæ corruptus exercitus eſt. *Idem.*

4 *Eodem ſcelere adimenda C. Capua, per, &c.*] Hac de re libro quarto: *Capuam Etruſcorum urbem Samnites cepere prius bello fatigatis Etruſcis in ſocietatem urbis agrorumque accepti: deinde feſto die gravatos ſomno epuliſque incolas veteres novi coloni nocturna cæde adorti.* Idem Strabo lib. 5. *Idem.*

Digitized by Google

berrimum, dignam agro urbem, qui nec ſe, nec ſua tutari poſſint, quam victor exercitus haberet, qui ſuo ſudore ac ſanguine inde Samnites depuliſſet? An æquum eſſe, deditícios ſuos illa fertilitate atque amœnitate perfrui; ſe, militando feſſos, in peſtilenti atque arido circa urbem ſolo luctari, aut in urbe [1] *inſidentem tabem creſcentis indies fœnoris pati?* Hæc agitata occultis conjurationibus, necdum vulgata in omnes conſilia, invenit novus conſul [2] C. Marcius Rutilus: cui Campania ſorte provincia evenerat; Q. Servilio collega ad urbem relicto. Itaque quum omnia ea, ſicut geſta erant, per tribunos [3] comperta haberet, & ætate & uſu doctus (quippe qui jam quartum conſul eſſet, dictatorque & cenſor fuiſſet) optimum ratus, differendo ſpem quandocumque vellent conſilii exſequendi, militarem impetum fruſtrari; rumorem diſſipat, in iiſdem oppidis & anno poſt præſidia hibernatura. diviſa enim erant per Campaniæ urbes, manaverantque à Capua conſilia in exercitum omnem. Eo laxamento cogitationibus dato; quievit in præſentia ſeditio. Conſul, educto in 39
æſtiva milite, dum quietos Samnites habebat, exercitum purgare miſſionibus turbulentorum hominum inſtituit; aliis emerita dicendo ſtipendia eſſe; alios graves jam ætate, aut viribus parum validos. quidam in commeatus mittebantur, ſinguli primo, deinde & cohortes quædam, quia procul ab domo ac rebus ſuis hibernaſſent. Per ſpeciem etiam militarium uſuum quum alii alio mitterentur, magna pars ablegati. quam multitudinem conſul alter Romæ, prætorque, alias ex aliis fingendo moras, retinebat. Et primo quidem ignari ludificatio-

1 *Inſidentem tabem*] Vet. lib. *tabem.* Sigonius.

2 *C. Marcius Rutilus*] Adjiciendum *quartum*: fuit enim Coſ. annis 398, 403, 411, atque hoc anno. Quare temere hic quidam pro *quartum* poſuerunt *tertium.* Q. item Servilio adjiciendum III, quippe qui prius bis fuit, anno 393. niſi quis intra tam paucos annos alium eſſe contendat, aut prænominibus variatum. *Glarean.*

3 *Comperta & æt. hab. & uſu doct.*] Vet. lib. *Comperta haberet, & ætate, & uſu doctus.* Sigonius.

ficationis, minime inviti domos reviſebant. poſtquam neque reverti ad ſigna primos, nec ferme alium quam qui in Campania hibernaſſent, præcipueque ex iis ſeditionis auctores mitti viderunt; primum admiratio, deinde haud dubius timor inceſſit animos, conſilia ſua emanaſſe: [1] *jam quæſtiones, jam judicia, jam occulta ſingulorum ſupplicia, impotenſque & crudele conſulum ac Patrum in ſe regnum paſſuros.* Hæc qui in caſtris erant, occultis ſermonibus ferunt; [2] nervos conjurationis ejectos arte conſulis cernentes. Cohors una, quum haud procul Anxure eſſet, ad Lautulas ſaltu anguſto inter mare ac montes conſedit, ad excipiendos, quos conſul aliis atque aliis (ut ante dictum eſt) cauſſis mittebat. [3] Jam valida admodum numero manus erat, nec quicquam ad juſti exercitus formam, præter ducem, deerat. incompoſiti itaque prædantes in agrum Albanum perveniunt, & ſub jugo Albæ longæ caſtra vallo cingunt. Perfecto inde opere, reliquum diei, de imperatore ſumendo, ſententiis decertant; nulli ex præſentibus ſatis fidentes. [4] *Quem autem ab Roma poſſe exciri? quem Patrum aut plebis eſſe, qui aut ſe tanto periculo ſciens offerat, aut cui ex injuria inſanientis exerci-*

1 *Jam quæſtiones, jam judicia*] Quid aliud quæſtio quam capitis judicium? Recte. Flor. & optimi quique: *jam indicia.* Intellige & inſontium, qui aliquid comperiſſent, & magis proprie illorum qui ejuſdem culpæ conſcii, fide publica data, alios protraherent. Ut *indicium poſtulare, indicium profiteri.* Vide Aſconium in Divinationem. *J. F. Gron.*

2 *Nervos conjurationis ejectos*] Claud. Puteanus conjicit, *exſectos*: ut Cicero ſecunda agraria: *Nervis omnibus exſectis urbem ipſam ſolutam ac debilitatam reliquerunt*: & Livius alibi, *nervos incidere.* Gebhardus, *electos*, ut Lucilius: *Corrumpat prorſus & nervos omnes elegat.* Cicero & *eliſos* admittit lib. 2 Tuſc. *Cum acceſſerunt etiam poëta, nervos omnes virtutis elidunt.* Eſt & tertia Tuſcul. extrema; *Atqui ſtirpes ſunt ægritudinis quàm multæ? quàm amaræ? quæ ipſo trunco everſo omnes elidendæ ſunt.* Et ſecundo de Divinatione pariter extremo: *ſuperſtitionis ſtirpes omnes ejiciendæ*: Sed utrobique corrigunt *eligendæ.* Idem.

3 *Jam valido adm.*] Vet. lib. *Valida,* Sigonius.

4 *Quem autem ab Roma poſſe acciri?*] A Gelenio eſt, neque hactenus abeunt noſtri, cum prius ederetur *ab domo.* Sed Pall. tres & Voſſ. uterque ac Campanus *exciri.* Lib. 3. *Indignitas rei magis quam periculum conſulem alterum ab urbe excivit.* Lib. 27. *Fama ejus rei Philippum ab ludis excivit.* J. F. Gron.

1 Ab-

ercitus cauſſa recte committatur? Poſtero die quum eadem
deliberatio teneret, ex prædatoribus vagis quidam com-
pertum attulerunt, T. Quintium in Tuſculano agrum
colere; urbis honorumque immemorem. Patriciæ hic
vir gentis erat, cui quum militiæ magna cum gloria actæ
finem pes alter ex vulnere claudus feciſſet, ruri agere vi-
tam procul ambitione ac foro conſtituit. Nomine audi-
to, extemplo agnovere virum: &, quod bene verteret,
acciri juſſerunt. Sed parum ſpei erat, voluntate quic-
quam facturum. vim adhiberi ac metum placuit. Itaque
ſilentio noctis, quum tectum villæ, qui ad id miſſi erant,
intraſſent; ſomno gravi Quintium oppreſſum, nihil me-
dium, aut imperium [1] atque honorem, aut ubi reſti-
taret, mortem, ni ſequeretur, denunciantes, in caſtra
pertraxerunt. Imperator extemplo adveniens appellatus:
inſigniaque honoris exterrito ſubitæ rei miraculo defe-
runt, & ad urbem ducere jubent. Suo magis inde impe-
tu, quam conſilio ducis, convulſis ſignis infeſto agmi-
ne, [2] ad lapidem octavum viæ, quæ nunc Appia eſt,
perveniunt: iſſentque confeſtim ad urbem, ni venire
contra exercitum, dictatoremque adverſus ſe M. Vale-
rium Corvum dictum, audiſſent, & magiſtrum equitum
L. Æmilium Mamercinum. Ubi primum [3] in conſpe- 40
ctum ventum eſt, arma, ſignaque agnovere; extemplo
omnibus memoria patriæ iras permulſit. Nondum erant
tam fortes ad ſanguinem civilem, nec præter externa no-
verant bella: ultimaque rabies ſeceſſio ab ſuis habebatur.
itaque

1 *Atque honorem, aut ubi reſtitaret, mortem, ni ſequeretur*] In altero membro aliquid deeſt, in altero ſupereſt: nam *ni ſequeretur* quid aliud eſt, quam *ubi reſtitaret*? Fortaſſe: *Nihil medium, imperium atque honorem, ſi ſequeretur, aut, ubi reſtitaret, mortem denuntiantes.* J. F. Gron.

2 *Ad lapidem octavum via, qua nunc Ap.*] Rott. *via*; idque haud dubie ab Livii manu venit. 2, 11. T. *Herminium ad ſecundum lapidem Gabina via occultum conſidere.* 3, 6. *Pervenere ad tertium lapidem Gabina via.* 5, 49. *Ad octavum lapidem Gabina via vincuntur.* 7, 9. *Galli ad tertium lapidem Salaria via trans pontem Anienis caſtra habuere.* Jac. Gron.

3 *In conſpectum ventum eſt*] Lege: *in conſpectum ventum, & arma ſignaque.* J. F. Gron.

itaque jam duces, jam milites utrimque, congreſſus quærere ad colloquia. Quintius, quem armorum etiam pro patria ſatietas teneret, nedum adverſus patriam; Corvus omnes caritate cives, præcipue milites: & ante alios ſuum exercitum complexus; ad colloquium proceſſit. Cognito ei extemplo haud minor ab adverſariis verecundia, quam ab ſuis ſilentium datum: *Deos*, inquit, *immortales, milites, veſtros, publicos, meoſque, ab urbe proficiſcens ita adoravi, veniamque ſupplex popoſci, ut mihi de vobis concordiæ partæ gloriam, non victoriam, darent. Satis fuit eritque, unde belli decus pariatur: hinc pax petenda eſt. Quod Deos immortales inter nuncupanda vota expopoſci, ejus me compotem voti vos facere poteſtis; ſi meminiſſe vultis, non vos in Samnio, nec in Volſcis, ſed in Romano ſolo caſtra habere. ſi illos colles, quos cernitis, patriæ veſtræ eſſe, ſi hunc exercitum civium veſtrorum: ſi me conſulem veſtrum, cujus ductu auſpicioque priore anno bis legiones Samnitium fudiſtis, bis caſtra vi cepiſtis. Ego ſum M. Valerius Corvus, milites, cujus vos nobilitatem beneficiis erga vos, non injuriis, ſenſiſtis; nullius ſuperbæ in vos legis, nullius crudelis Senatuſconſulti auctor: in omnibus meis imperiis in me ſeverior, quam in vos. Ac ſi cui genus, ſi cui ſua virtus, ſi cui etiam majeſtas, ſi cui honores ſubdere ſpiritus potuerunt: iis eram natus, id ſpecimen mei dederam, ea ætate conſulatum adeptus eram, ut potuerim, tres & viginti annos natus, conſul Patribus quoque ferox eſſe, non ſolum plebi. Quod meum factum dictumve conſulis gravius quam tribuni audiſtis? eodem tenore duo inſequentes conſulatus geſſi, eodem hæc imperioſa dictatura geretur: ut neque in hos meos & patriæ meæ milites mitior, quam in vos, horreo dicere, hoſtes. Ergo vos prius in me ſtrinxeritis ferrum, quam in vos ego. iſtinc ſigna canent, iſtinc clamor prius incipiet atque impetus, ſi dimicandum eſt. Inducite in animum, quod non induxerunt patres avique veſtri: non illi, qui [1] in Sacrum montem ſeceſſerunt, non hi, qui poſtea Aven-*

1 *In Sacrum montem*] In ſacrum montem ſeceſſio facta, pro libertate plebis, & in Aventinum pro pudicitia. Livius lib. 2 & 3. *Sigonius.*

Aventinum inſederunt. Exſpectate dum vobis ſingulis, ut olim Coriolano, matres, conjugeſque crinibus paſſis obviæ ab urbe veniant. Tum Volſcorum legiones, quia Romanum habebant ducem, quieverunt: vos Romanus exercitus non deſtiteritis impio bello? T. Quinti, quocunque iſtic loco, ſeu volens ſeu invitus, conſtitiſti, ſi dimicandum erit, tum tu in noviſſimos te recipito: fugeris etiam honeſtius, tergumque civi dederis, quam pugnaveris contra patriam. Nunc ad pacificandum bene atque honeſte inter primos ſtabis, & colloquii hujus ſalutaris interpres fueris. Poſtulate æqua, & ferte. [1] *quamquam vel iniquis ſtandum eſt potius, quam impias inter nos conſeramus manus.* T. Quintius plenus lacrimarum, ad ſuos verſus, *Me quoque*, inquit, *milites, ſi quis uſus mei eſt, meliorem pacis quam belli habetis ducem. Non enim illa modo Volſcus aut Samnis, ſed Romanus verba fecit: veſter conſul, veſter imperator, milites: cujus auſpicia pro vobis experti nolite adverſus vos velle experiri. Qui pugnarent vobiſcum infeſtius, & alios duces ſenatus habuit: qui maxime vobis ſuis militibus parceret, cui plurimum vos imperatori veſtro crederetis, eum elegit. Pacem, etiam qui vincere poſſunt, volunt. quid nos velle oportet? quin, omiſſis ira & ſpe fallacibus auctoribus, nos ipſos noſtraque omnia cognitæ permittimus fidei?* Approbantibus clamore cunctis, T. Quintius 41
ante ſigna progreſſus, in poteſtate dictatoris milites fore dixit: [2] oravitque, ut cauſſam miſerorum civium ſuſciperet: ſuſceptamque eadem fide, qua rempublicam adminiſtrare ſolitus eſſet, tueretur. *Sibi ſe privatim nihil cavere. nolle alibi, quam in innocentia ſpem habere. Militibus cavendum, quod apud Patres ſemel plebi, iterum legionibus cautum ſit, ne fraudi ſeceſſio eſſet.* Quintio collaudato, cæteris bonum animum habere juſſis, dictator equo citato ad urbem revectus, auctoribus Patribus tulit ad populum

1 *Quamqu. vel iniquis ſtand. eſt pot.*] Id eſt, vel quantumvis iniqua conditio accipienda eſt. *Sigonius.*

2 *Oravit, ut c.*] Vet. lib. *Oravitque ut cauſam.* Idem.

Oravitque ut cauſam] Sic Sigonius. Noſtri, ut prius vulgabatur, *oravit ut cauſam.* Videtur legendum: *orare, ut cauſam.* Nempe eoſdem milites. *J. F. Gron.*

lum [1] in luco Petelino, ne cui militum fraudi ſeceſſio eſſet. [2] oravit etiam bona venia Quirites, ne quis eam rem joco ſeriove cuiquam exprobraret. Lex quoque ſacrata militaris lata eſt, ne cujus militis ſcripti nomen, niſi ipſo volente, deleretur. additumque legi, ne quis, ubi tribunus militum fuiſſet, poſtea ordinum ductor eſſet. Id propter P. Salonium poſtulatum eſt ab conjuratis: qui alternis prope annis, & tribunus militum, & primus centurio erat, quem nunc primipili appellant. Huic infenſi milites erant, quod ſemper adverſatus novis conſiliis fuiſſet, [3] nec particeps eorum eſſet, qui ab Lautulis fugiſſent. Itaque quum hoc unum propter Salonium ab ſenatu non impetraretur; tum Salonius, obteſtatus Patres Conſcriptos, ne ſuum honorem pluris quam concordiam civitatis æſtimarent, perpulit, ut id quoque ferretur. Æque impotens poſtulatum fuit, ut ſtipendio equitum (merebant autem triplex ea tempeſtate) æra
42 demerentur, quod adverſati conjurationi fuiſſent. Præter hæc invenio apud quoſdam, L. Genucium, tribunum plebis, tuliſſe ad populum, ne fœnerare liceret. item aliis plebiſcitis cautum, ne quis eundem magiſtratum intra decem annos caperet: neu duos magiſtratus uno anno gereret. utique liceret conſules ambos plebeios crea-

1 *In luco Petilino*] Lib. 6 *Petelinum lucum* appellavit. Plutarchus etiam in Camillo Πετηλίνον ἄλσος. apud Varronem de lingua Latina libro 4 eſt *Petilius*, pro *Petelinus*, per mendum. *Sigonius.*

2 *Oravit etiam bona venia Quirites*] Sic ſupra lib. 6. *Puta me ex media concione unum civem ſucclamare: Bona venia veſtra liceat ex his rogationibus legere, quas ſalubres nobis cenſemus eſſe.* Idem.

3 *Et ne particeps e.*] Vet. lib. *Nec particeps eorum eſſet.* placet. *Idem.*

Nec particeps eorum eſſet] Ab Sigonio eſt, qui vulnus vulnere aggravavit. MSS. & prius editi: *& ne particeps.* Qui ſunt autem qui fugerunt ab Lautulis? Adoleviſſe & prorupiſſe conjurationem per illos, qui ſubſtitiſſent ibi aliosque ab conſule miſſos excepiſſent, cognovimus. Si qui aufugerant inde, recte fecerant: quorum conſilii ac fugæ, qui participes eſſe noluerunt, videntur ſenſiſſe cum conſpiratis, neque illis odio eſſe poſſe. Licet opinari Salonium ipſum exceptum cum aliis, quod tum quoque flagitium illud improbaret, ab tumultuantibus fuga ſe ſubduxiſſe, eoſque habuiſſe offenſos, ſcripſit Livius: *Quod ſemper adverſatus novis conſiliis fuiſſet, &, ne particeps eorum eſſet, ab Lautulis fugiſſet.* Hoc etiam me monuit Alb. Rubenius. *J. F. Gron.*

1 *Ad*

creari. quæ ſi omnia conceſſa ſunt plebi, apparet haud parvas vires defectionem habuiſſe. Aliis annalibus proditum eſt, neque dictatorem Valerium dictum, ſed per conſules omnem rem actam: neque antequam Romam veniretur, ſed Romæ, eam multitudinem conjuratorum [1] ad arma conſternatam eſſe, nec in T. Quintii villam, ſed in ædes C. Manlii nocte impetum factum: eumque à conjuratis comprehenſum, ut dux fieret: inde ad quartum lapidem profectos loco munito conſediſſe: nec ab ducibus mentionem concordiæ ortam, ſed repente, quum in aciem armati exercitus proceſſiſſent, ſalutationem factam: & permiſtos dextras jungere, ac complecti inter ſe lacrimantes milites cœpiſſe, coactoſque conſules, quum viderent averſos à dimicatione militum animos, retuliſſe ad Patres de concordia reconcilianda. adeo nihil, præterquam ſeditionem fuiſſe, eamque compoſitam, inter antiquos rerum auctores conſtat. Et hujus fama ſeditionis, & ſuſceptum cum Samnitibus grave bellum, aliquot populos ab Romana ſocietate avertit, & præter Latinorum infidum jam diu fœdus, Privernates etiam Norbam atque Setiam, finitimas colonias Romanas, incurſione ſubita depopulati ſunt.

EPI-

1 *Ad arma conſternatam eſſe*] *Conſternari* eſt erigi & concitari, hoc loco, ut libro octavo, *Tumultu ſanos etiam conſternante animos.* Et libro trigeſimoquarto, *Conſternatio muliebris*, pro *ſeditione mulierum*. Sic Marcellus. *Sigon.*

EPITOME
LIBRI VIII.

Latini cum Campanis defecerunt, & miſſis legatis ad ſenatum conditionem tulerunt, ut, ſi pacem habere vellent, alterum ex Latinis conſulem facerent. Qua legatione perlata, prætor eorum Annius de Capitolio ita prolapſus eſt, ut exanimaretur. T. Manlius conſul filium, quod contra edictum adverſum Latinos, quamvis proſpere, pugnaſſet, ſecuri percuſſit. Laborantibus in acie Romanis, [1] P. Decius tunc conſul cum Manlio, devovit ſe pro exercitu: & concitato equo quum in medios hoſtes ſe intuliſſet, interfectus, morte ſua Romanis victoriam reſtituit. Latini in deditionem venerunt. T. Manlio in urbem reverſo, nemo ex juventute obviam proceſſit. Minucia virgo Veſtalis, inceſti damnata eſt. Auſonibus victis, [2] in oppidum ex iis captum Cales [3] colonia deducta eſt. Item Fregellæ colonia deductæ ſunt. Veneficium complurium matronarum deprehenſum: quarum plurimæ ſtatim epotis medicaminibus perierunt. Lex de veneficio tunc primum conſtituta. Privernatibus, quum rebellaſſent, victis civitas data eſt. Palæpolitani, [4] bello & obſidione victi, in deditionem venerunt. [5] Q. Publilio, qui eos obſederat, primo & imperium prolatum, & pro conſule decretus triumphus. Plebs nexu liberata eſt, propter

L. Pa-

1 *P. Decius tunc cum Manlio devovit ſe*] Vet. lib. *P. Decius devovit ſe.* Malim *P. Decius tunc cum Manlio conſul devovit ſe.* Sigonius.

2 *In oppidum Cales*] Vet. lib. *In oppidum ex iis captum Cales.* Idem.

3 *Colonia deducta eſt. Item Fregellæ*] Suſpiçor ab interprete verba illa eſſe, *colonia deducta eſt:* & reliquiſſe auctorem: *Cales, item Fregellæ coloniæ deductæ ſunt.* J. F. Gron.

4 *Victi bello, & obſid.*] Vet. lib. *Bello & obſidione victi.* Sigonius.

5 *Q. Publio, qui eos obſed. primum imper. prolatum, & per conſules ei decr. triumphus*] Ex Capit. Triumphis & ipſius Livii verbis legendum eſt: *Q. Publilio, qui eos obſederat, primo & imperium prolatum eſt, & pro conſule decretus triumphus.* Senſus eſt: Q. Publilius primus fuit, cui in inſequentem annum prorogaretur imperium, & qui non conſul, ſed pro conſule triumpharet. *Idem.*

1 *C. Pr-*

L. Papirii creditoris libidinem, qui [1] *C. Publilio debitori ſuo ſtuprum inferre voluerat. Quum L. Papirius dictator reverſus in urbem ab exercitu eſſet propter auſpicia repetenda, Q. Fabius magiſter equitum, occaſione rei bene gerendæ invitatus,* [2] *contra edictum ejus proſpere adverſus Samnites pugnavit. Ob eam cauſſam quum dictator de magiſtro equitum ſupplicium ſumpturus videretur, Fabius Romam profugit: &, quum cauſſa parum proficeret, populi precibus donatus eſt. Res præterea contra Samnites proſpere geſtas continet.*

IAM [3] conſules erant C. Plautius ſecundum, 1
L. Æmilius Mamercinus, quum Setini Norbanique Romam, nuncii defectionis Privernatium cum querimoniis acceptæ cladis venerunt. Volſcorum item exercitum duce Antiati populo conſediſſe ad Satricum, allatum eſt. utrumque bellum Plautio ſorte evenit. [4] Prius ad Privernum profectus, extemplo acie conflixit. haud magno certamine devicti hoſtes: oppidum captum, redditumque Privernatibus, præſidio valido impoſito: agri partes duæ ademptæ. Inde victor exercitus Satricum contra Antiates ductus. Ibi magna utrimque cæde atrox prœlium fuit, & quum tem-

1 *C. Publio*] *C. Publilio*. Sigonius.

2 *Contra edict. ejus prœliatus eſt, qui proſp. adv. Samn. pugn.*] Vet. lib. *Contra edictum ejus proſpere adverſus Samnites pugnavit*. Idem.

3 *Conſules erant C. Plautius II.*] Glareanus *C. Plautium tertium* legit, atque hunc *C. Plautium Venocem* eſſe cenſet, in quo multiplex error eſt. Primum quod *C. Plautii Proculi* conſulatum, quem ille geſſit anno CCCXCVII, huic *C. Plautio* tribuit: deinde quod hunc *Venocis* cognomine afficit; cum *Hypſæus*, potius appellandus ſit. De *Proculo* ſcriptum eſt in Capitolinis tabulis. De *Hypſæo* in nummis argenteis. Hic enim *C. Plautius* Privernum in hoc conſulatu cepit, auctore Livio. Itaque eſt apud And. Lauredanum nummus cum his literis

Ab una parte,	Ab altera parte,
C. YPSÆUS COS. PRIV. CEPIT.	P. YPSÆUS S. C.

Videtur autem *P. Hypſæus* is fuiſſe, qui nummum cudendum curarit, qui nobilitandæ familiæ cauſa unum ex ſuis majoribus clariſſimi tituli virum ab altera, ut fiebat, parte nummi inciderit. *Idem*.

4 *Prius ad Privernum profectus*] Vet. lib. *Prius Privernum*. Idem.

Prius Privernum prof.] Sigonius delet præpoſitionem, quam vindicant omnes noſtri. Helm. etiam ac Rott. *ad Privernum bellum profectus*. Unde ſuſpicor fuiſſe quondam. *Utrumque bellum*

Digitized by Google

tempeſtas eos neutro inclinata ſpe dimicantes, diremiſſet, Romani, nihil eo certamine tam ambiguo feſſi, in poſterum diem prœlium parant. Volſcis recenſentibus [1] quos viros in acie amiſiſſent, haudquaquam idem animus ad iterandum periculum fuit. nocte pro victis Antium agmine trepido, ſauciis ac parte impedimentorum relicta, abierunt. Armorum magna vis tum inter cæſa corpora hoſtium, tum in caſtris inventa eſt. *Ea Luæ matri dare ſe* conſul dixit; fineſque hoſtium uſque ad oram maritimam eſt depopulatus. Alteri conſuli Æmilio ingreſſo Sabellum agrum, non caſtra Samnitium, non legiones uſquam oppoſitæ, ferro ignique vaſtantem agros legati Samnitium pacem orantes adeunt, à quo rejecti ad ſenatum, poteſtate facta dicendi, poſitis ferocibus animis, pacem ſibi ab Romanis, bellique jus adverſus Sidicinos petierunt. *quæ ſe eo juſtius petere,* [2] *quod in amicitiam populi Romani ſecundis ſuis rebus, non adverſis, ut Campani, veniſſent: & adverſus Sidicinos ſumerent arma, ſuos ſemper hoſtes, populi Romani numquam amicos. qui nec, ut Samnites, in pace amicitiam, nec, ut Campani, auxilium in bello pe-*
2 *tiſſent, nec in fide populi Romani nec ditione eſſent.* Quum de poſtulatis Samnitium [3] Ti. Æmilius prætor ſenatum conſuluiſſet, reddendumque his fœdus Patres cenſuiſſent, prætor Samnitibus reſpondit: *Nec, quo minus* [4] *perpetua cum eis amicitia eſſet, per populum Romanum ſtetiſſe: nec contradici, quin quoniam ipſos belli culpa ſua contracti tædium ceperit, amicitia de integro reconcilietur.* [5] *Quod ad Sidicinos*

atti-

lum Plautio ſorte evenit. Prius ad Privernas profectus. Cui ſuperpoſuit aliquis explicandi gratia *τὸ bellum:* quod dein alius cum voce corrupta inſeruit contextui. Infra: *Eodem anno Privernas bellum initum.* J. F. Gron.

1 *Quos viros in*] Vet. lib. *Quot viros.* Sigonius.

2 *Quod in amicitiam*] Flor. Rott. Helm. Voſſ. ſatis mihi perſuadent ſcripſiſſe Livium: *quod & in amicitiam.* Mox malim: *nec in fide populi Romani aut ditione eſſent.* J. F. Gron.

3 *T. Æmilius prætor*] *Ti. Æmilius.* Nam Diodorus hunc in conſulatu Τιβέριον nominat, ſupra etiam alius *Ti. Æmilii* meminimus ex Dionyſio. *Sigonius.*

4 *Perpetua amicitia*] Vet. lib. *Perpetua cum eis amicitia.* Idem.

5 *Quod ad Sidicinos attinet*] In ſola ex editis apud me Sigoniana reperio, *attinet:*

attinet, nihil intercedi, quo minus Samniti populo pacis bellique liberum arbitrium ſit. Fœdere icto quum domum revertiſſent, extemplo [1] inde exercitus Romanus deductus; annuo ſtipendio, & trium menſium frumento accepto; quod pepigerat conſul ut tempus induciis daret, quoad legati rediſſent. Samnites, copiis iiſdem, quibus uſi adverſus Romanum bellum fuerant, contra Sidicinos profecti, haud in dubia ſpe erant mature urbis hoſtium potiundæ. Tum ab Sidicinis deditio prius ad Romanos cœpta fieri eſt, dein, poſtquam Patres, ut ſeram eam, ultimaque tandem neceſſitate expreſſam, aſpernabantur, ad Latinos jam ſua ſponte in arma motos facta eſt. ne Campani quidem (adeo injuriæ Samnitium, quam beneficii Romanorum memoria præſentior erat) his ſe armis abſtinuere. Ex his tot populis, [2] unus ingens exercitus, duce Latino, fines Samnitium ingreſſus, plus populationibus quam prœliis cladium fecit. & quamquam ſuperiores certaminibus Latini erant, haud inviti, ne ſæpius dimicandum foret, agro hoſtium exceſſere. Id ſpatium Samnitibus datum eſt Romam legatos mittendi, qui quum adiiſſent ſenatum, conqueſti eadem ſe fœderatos pati, quæ hoſtes eſſent paſſi, precibus infimis petiere, *ut ſatis ducerent Romani victoriam, quam Samnitibus ex Campano Sidicinoque hoſte eripuiſſent: ne vinci etiam ſe ab ignaviſſimis populis ſinerent. Latinos Campanoſque ſi ſub ditione populi Romani eſſent, pro imperio arcerent Samniti agro; ſin imperium abnuerent, armis coërcerent.* Adverſus hæc reſponſum anceps datum. quia fateri pigebat, in poteſtate ſua Latinos jam non eſſe, timebantque ne arguendo abalienarent, *Campanorum aliam conditionem eſſe, qui non fœdere, ſed per deditionem in fidem veniſſent. itaque Campanos, ſeu velint,*

attinet: poſtea ſpreverunt. At ita Flor. Rott. Helm. Voſſiani duo. *J. F. Gron.*

1 *Inde exercit. Rom. ductus*] Vet. lib. *Deductus*: ſic paulo poſt, *Reducta Romam legiones.* ut fortaſſe recte, *Romam deductus*, legi poſſit. *Sigonius.*

2 *Ingens exercit.*] Vet. lib. *Unus ingens exercitus.* Idem.

1 *Quod*

velint, ſeu nolint, quieturos: in fœdere Latino nihil eſſe, [1] *quo*
3 *bellare cum quibus ipſi velint, prohibeantur.* Quod reſponſum, ſicut dubios Samnites, quidnam facturum Romanum cenſerent, dimiſit, ita Campanos metu abalienavit: Latinos, velut nihil jam non concedentibus Romanis, ferociores fecit. Itaque per ſpeciem adverſus Samnites belli parandi, crebra concilia indicentes, omnibus conſultationibus inter ſe principes occulte Romanum coquebant bellum. huic quoque adverſus ſervatores ſuos bello Campanus aderat. Sed quamquam omnia de induſtria celabantur, priuſque quam moverentur Romani, tolli ab tergo Samnitem hoſtem volebant; tamen per quoſdam, privatis hoſpitiis neceſſitudinibuſque conjunctos, indicia conjurationis ejus Romam emanarunt. juſſiſque ante tempus conſulibus abdicare ſe magiſtratu, quo maturius novi conſules adverſus tantam molem belli crearentur; religio inceſſit ab eis quorum imminutum imperium eſſet, comitia haberi. Itaque interregnum initum. duo interreges fuerunt, [2] M. Valerius ac M. Fabius. Is creavit conſules, T. Manlium Torquatum tertium, P. Decium Murem. Eo anno Alexandrum, Epiri regem, [3] in Italiam claſſem appuliſſe conſtat. quod bellum, ſi prima ſatis proſpera fuiſſent, haud dubie ad Romanos perveniſſet. Eadem ætas rerum Magni Alexandri eſt, quem, ſorore hujus ortum, in

1 *Quod bellare cum quibus*] Perſpicuum eſt legi debere: *in fœdere Latino nihil eſſe, quo bellare, cum quibus ipſi velint, prohibeantur.* Et ſic alter Voſſianus. Antiquior tamen *quod*, ut forte fuerit etiam *prohibeat*. J. F. Gron.

2 *M. Val. ac M. Fabius creavere conſules*] Vet. lib. *Is creavit conſules.* Recte, ut de poſteriore interrege Fabio intelligatur. *Sigonius.*

Is creavit conſules] Sic ſolus Sigonianus: quod Gelenius, *creavit*, ut apud me Voſſianus: olim edebant *creavere*, quod habuerunt & duo Pall: Helm. *creant conſules.* Suſpicor ſcribendum: *Creati conſules T. Manlius Torquatus III, P. Decius Mus.* Et ſic tertius Palatinorum. *J. F. Gron.*

3 *In Ital. claſſe appuliſſe*] Vet. lib. *Claſſem.* probo. non enim *appellere navi*, ſed *navim*, Latine dicitur. ſic libro decimo, *Claſſis Romana cum appulſa Pompeios eſſet.* Hunc Alexandrum Moloſſum vocat Gell. lib. 17 ubi de hoc ejus in Italiam adventu ait. *Sigonius.*

[1] in alio tractu orbis invictum bellis juvenem fortuna morbo extinxit. Cæterum Romani, etſi defectio ſociorum nominiſque Latini haud dubia erat; tamen, tamquam de Samnitibus, non de ſe, curam agerent; decem principes Latinorum Romam evocaverunt, quibus imperarent quæ vellent. [2] Prætores tum duos Latini habebant, L. Annium Setinum, & [3] L. Numicium Circeienſem; ambo ex coloniis Romanis: per quos præter Signiam Velitraſque, & ipſas colonias Romanas, Volſci etiam exciti ad arma erant. eòs nominatim evocari placuit. Haud cuiquam dubium erat ſuper qua re acciperentur. itaque concilio prius habito prætores, quam Romam proficiſcerentur, evocatos ſe ab ſenatu docent [4] Romano, & quæ actum iri ſecum credant, quidnam ad ea reſponderi placeat, referunt. Quum aliud alii cen- 4
ſerent, tum Annius: *Quamquam ipſe ego retuli quid reſponderi placeret, tamen magis ad ſummam rerum noſtrarum pertinere arbitror, quid agendum nobis, quam quid loquendum ſit. facile erit, explicatis conſiliis, accommodare rebus verba. Nam ſi etiam nunc ſub umbra fœderis æqui ſervitutem pati poſſumus; quid abeſt, quin proditis Sidicinis,* [5] *non Romanorum ſolum, ſed Samnitium quoque dicto pareamus, reſpondeamuſque Romanis, nos, ubi innuerint, poſituros arma? Sin autem tandem libertatis deſiderium remordet animos, ſi fœdus eſt,*

1 *In alio tractu orbis*] In Aſia ad Orientem. Adhuc tamen Philippus Alexandri pater vivebat, nec in Aſia res gerebantur, ſed in Græcia; auctor Diodorus. *Sigonius.*

2 *Prætores tum duos Latini habebant*] *Duo* Voſſianus alter. *Latium habebat* Flor. Rott. Helm. Voſſianus prior. *Ambo* omnes, & editi ab Andrea ad Moguntinos: *ambos* primus Aldus: in Modiana video reductum *ambo*. Scribas igitur cenſeo; *Prætores tum duo Latium habebat, L. Annium Setinum & L. Numicium Circeienſem, ambo ex coloniis Romanis.* Sic lib. 10, 37. *J. F. Gron.*

3 *L. Numitium*] *Numicium.* Græci enim Νομικιον. *Sigonius.*

4 *Romano*] Quid ſi *Romam* legas? *Idem.*

5 *Non Romanorum ſolum, ſed Samnitium*] Quamvis omnes ſic ſcripti, non ambigo tamen, quin ex perpetua veterum conſuetudine dictarit Livius: *quin proditis Sidicinis, non Romanis ſolum, ſed Samnitibus quoque dicto pareamus.* Eſt enim *alicui parere dicto*, ut *alicui audientem* vel *obedientem eſſe dicto.* Vide ad lib. 29, 21. *J. F. Gron.*

eſt, [1] *ſi ſocietas æquatio juris eſt, ſi conſanguineos nos Romanorum eſſe, quod olim pudebat, nunc gloriari licet, ſi ſocialis illis exercitus is eſt, quo adjuncto duplicent vires ſuas, quem ſecernere ab ſe* COSS. *bellis propriis ponendis ſumendiſque nolint; cur non omnia æquantur? cur non alter ab Latinis conſul datur? ubi pars virium, ibi & imperii pars eſt? Eſt quidem nobis hoc per ſe haud nimis amplum: quippe concedentibus Romam caput Latio eſſe. ſed ut amplum videri poſſet, diuturna patientia fecimus. Atqui ſi quando unquam conſociandi imperii, uſurpandæ libertatis tempus optaſtis; en hoc tempus adeſt, & virtute veſtra, & Deum benignitate vobis datum. Tentaſtis patientiam negando militem. quis dubitat exarſiſſe eos,* [2] *quum plus ducentorum annorum morem ſolveremus? pertulerunt tamen hunc dolorem. Bellum noſtro nomine cum Pelignis geſſimus: qui ne noſtrorum quidem finium nobis per nos tuendorum jus antea dabant, nihil interceſſerunt. Sidicinos in fidem receptos, Campanos ab ſe ad nos deſciſſe, exercitus nos parare adverſus Samnites fœderatos ſuos audierunt, nec moverunt ſe ab urbe. Unde hæc illis tanta modeſtia, niſi à conſcientia virium & noſtrarum & ſuarum? Idoneos auctores habeo, querentibus de nobis Samnitibus, ita reſponſum ab ſenatu Romano eſſe, ut facile appareret, ne ipſos quidem jam poſtulare, ut Latium ſub Romano imperio ſit. Uſurpate modo poſtulando eo, quod illi vobis taciti concedunt. Si quem hoc dicere metus prohibet, en ego ipſe, audiente, non populo Romano modo ſenatuque, ſed Jove ipſo qui Capitolium incolit, profiteor me dicturum, ut ſi nos in fœdere ac ſocietate eſſe velint,*

1 *Si ſocietas æquatio juris eſt*] Falſa definitio ſocietatis: multi enim obnoxia pace & impari fœdere in ſocietatem veniebant. Putem non de quavis ſocietate, ſed proprie de illa, quæ Latinis erat data, extuliſſe hæc verba Livium, ſcripſiſſeque: *ſi ſocietas æquati juris eſt.* nempe nobis cum Romanis. Lib. 24. *Societas eo jure ſtaret, ut Pœnus Locrenſem, Locrenſiſque Pœnum pace ac bello juvaret.* Lib. 39. *Si fœdus ratum eſt, ſi ſocietas & amicitia ex æquo obſervatur.* Juſtinus lib. 23. *Auctores quoque ſuos Lucanos bello vicerant, & pacem cum his æquis legibus fecerant.* Mox: *cum pacem æquo jure feciſſent.* J. F. Gron.

2 *Cum plus ducentorum annor. morem ſolv.*] Elatorie loquuntur Latini: non enim niſi CLX anni numerantur à pugna ad lacum Regillum, qua victi à Romanis leges acceperunt, ad hunc annum, niſi à fœdere cum L. Tarquinio icto initium ſumas. *Sigonius.*

Digitized by Google

velint, conſulem alterum ab nobis ſenatuſque partem accipiant. Hæc ferociter non ſuadenti ſolum, ſed pollicenti, clamore & aſſenſu omnes permiſerunt, ut ageret diceretque, quæ è republica nominis Latini fideque ſua viderentur. Ubi eſt Romam ventum, [1] in Capitolio ei ſenatus datus eſt. Ibi quum T. Manlius conſul egiſſet cum eis ex auctoritate Patrum, ne Samnitibus fœderatis bellum inferrent; Annius, tamquam victor armis Capitolium cepiſſet, non legatus, jure gentium tutus loqueretur, *Tempus erat*, inquit, *T. Manli, voſque Patres Conſcripti, tandem jam vos nobiſcum nihil pro imperio agere, quum florentiſſimum Deum benignitate nunc Latium armis viriſque, Samnitibus bello victis, Sidicinis Campaniſque ſociis, nunc etiam Volſcis adjunctis, videretis: colonias quoque veſtras Latinum Romano prætuliſſe imperium. Sed quoniam vos regno impotenti finem ut imponatis, non inducitis in animum; nos, quamquam armis poſſumus aſſerere Latium in libertatem, conſanguinitati tamen hoc dabimus, ut conditiones pacis feramus æquas utriſque:* [2] *quoniam vires quoque æquari Diis immortalibus placuit. Conſulem alterum Roma, alterum ex Latio creari oportet: ſenatus partem æquam ex utraque gente eſſe: unum populum, unam rempublicam fieri: & ut imperii eadem ſedes ſit idemque omnibus nomen, quoniam ab alterutra parte concedi neceſſe eſt, quod utriſque bene vertat, ſit hæc ſane patria potior, & Romani omnes vocemur.* Forte ita accidit, ut parem ferociæ hujus & Romani Conſulem T. Manlium haberent: qui adeo non tenuit iram, ut ſi tanta dementia Patres Conſcriptos cepiſſet, ut ab Setino homine leges acciperent, gladio cinctum in ſenatum venturum ſe eſſe palam diceret, & quemcunque in curia Latinum vidiſſet, ſua manu interempturum, & converſus ad ſimulacrum Jovis, *Audi Jupiter hæc ſcelera*, inquit, *Audite jus faſque! Peregrinos*

1 *In Capitolio ei ſenatus datus eſt*] Flor. Rott. Helm. Voſſ. uterque *eis*. hoc eſt, Annio & Numicio: ut mox, *egiſſet cum eis*. J. F. Gron.

2 *Quoniam vires*] Vet. lib. *Quando vires*. Sigonius.

nos Conſules & peregrinum ſenatum in tuo, Jupiter, augurato templo, captus, atque ipſe oppreſſus, viſurus es? Hæccine fœdera Tullus Romanus rex cum Albanis Patribus veſtris, Latini, hæc L. Tarquinius vobiſcum poſtea fecit? [1] *Non venit in mentem pugna apud Regillum lacum? adeo & cladium veterum veſtrarum, & beneficiorum noſtrorum erga vos obliti eſtis?*
6 Quum conſulis vocem ſubſecuta Patrum indignatio eſſet, proditur memoriæ, adverſus crebram implorationem Deum, quos teſtes fœderum ſæpius invocabant Conſules, vocem Annii ſpernentis numina Jovis Romani auditam. certe quum commotus ira ſe ab veſtibulo templi citato gradu proriperet, lapſus per gradus, capite graviter offenſo, impactus imo ita eſt ſaxo, ut ſopiretur. Exanimatum auctores quoniam non omnes ſunt, mihi quoque in incerto relictum ſit: ſicut inter fœderum ruptorum teſtationem ingenti fragore cœli procellam effuſam. nam & vera eſſe, & apte ad repræſentandam iram Deum ficta poſſunt. Torquatus, miſſus ab ſenatu ad dimittendos legatos, quum jacentem Annium vidiſſet, exclamat, ita, ut populo Patribuſque audita vox pariter ſit, *Bene habet. Dii, pium movete bellum.* [2] *Eſt cœleſte numen! es magne Jupiter! haud fruſtra te patrem Deum hominumque hac ſede ſacravimus. Quid ceſſatis, Quirites, voſque Patres Conſcripti, arma capere diis ducibus? Sic ſtratas legiones Latinorum dabo, quemadmodum legatum jacentem videtis.* Aſſenſu populi excepta vox conſulis, tantum ardoris animis fecit, ut legatos proficiſcentes cura magiſtratuum magis,

1 *Non venit in mentem pugna apud Regillum*] Annon *pugna*? Ut apud Ciceronem pro Sulla: *Cum mihi patriæ, cum veſtrorum periculorum, cum hujus urbis, cum illorum delubrorum, atque templorum, cum puerorum infantium, cum matronarum ac virginum veniebat in mentem.* Lib. 7 Fam. 3. *Solet in mentem venire illius temporis, quo proxime fuimus una.* In Verrem: *Non dubito, quin in tanto tuo periculo tuorum tibi ſcelerum veniat in mentem.* Sed & ad Atticum 15. 11. *Dicebam ea, quæ tibi profecto in mentem veniunt.* Et ſic ipſe Livius lib. 5. *quotieſcumque patria in mentem veniret.* Tamen optimus Flor. *pugnam*, quas literas pro Æ redditas ſæpius obſervavimus. *J. F. Gron.*

2 *Eſt cœleſte numen, es m. Jup.*] Sic lib. 3. *Dum pro ſe quiſque deos eſſe, & non negligere humana fremunt.* Sigonius.

magis, qui juſſu conſulis proſequebantur, quam jus gentium ab ira impetuque hominum tegeret. Conſenſit & ſenatus bellum: conſuleſque duobus ſcriptis exercitibus per Marſos Pelignoſque profecti, adjuncto Samnitium exercitu, ad Capuam, quo jam Latini sociique convenerant, caſtra locant. Ibi in quiete utrique conſuli eadem dicitur viſa ſpecies viri majoris, quam pro humano habitu, auguſtioriſque; dicentis: *Ex una acie imperatorem, ex altera exercitum diis manibus matrique Terræ deberi: utrius exercitus imperator legiones hoſtium, ſuperque eas ſe devoviſſet, ejus populi partiſque victoriam fore.* Hos ubi nocturnos viſus inter ſe conſules contulerunt; placuit averruncandæ Deum iræ victimas cædi: ſimul, ut, ſi extis eadem quæ ſomno viſa fuerant, portenderentur, alteruter conſulum fata impleret. Ubi reſponſa aruſpicum inſidenti jam animo tacitæ religioni congruerunt; tum adhibitis legatis tribuniſque, & imperiis Deum propalam expoſitis, ne mors voluntaria conſulis exercitum in acie terreret; comparant inter ſe, ut ab utra parte cedere Romanus exercitus cœpiſſet, inde ſe conſul devoveret pro populo Romano, Quiritibuſque. Agitatum etiam in conſilio eſt, [1] ut ſi quando umquam ſevero ullum imperio bellum adminiſtratum eſſet, tunc uti [2] diſciplina militaris ad priſcos redigeretur mores. Curam acuebat, quod adverſus Latinos bellandum erat; lingua, moribus, armorum genere, inſtitutis ante omnia militaribus congruentes, milites militibus, centurionibus centuriones, tribuni tribunis compares, collegæque iiſdem præſidiis, ſæpe iiſdem manipulis permiſti fuerant. per hæc ne quo errore milites caperentur, edicunt

1 *Ut ſi quando --- tunc uti diſciplina*] Malim, *tunc utique*, quod eſt, *tunc omnino, tunc maxime*, alioquin vacet neceſſe eſt aut *Ut*, aut *Uti*. Sigonius.

2 *Diſciplina militaris ad priſcos redigeretur*] Nec pejus foret: *exigeretur.* Suetonius Julio cap. 65. *Non enim ubique ac ſemper, ſed cum hoſtis in proximo eſſet, coërcebat, tum maxime exactor graviſſimus diſciplinæ.* Tiberio 19. *Diſciplinam acerrime exegit.* J. F. Gron.

 1 Eve-

edicunt conſules, ne quis extra ordinem in hoſtem pugnaret.
7 Forte inter cæteros turmarum præfectos, qui exploratum in omnes partes dimiſſi erant, T. Manlius Conſulis filius ſuper caſtra hoſtium cum ſuis turmalibus [2] evaſit, ita ut vix teli jactu ab ſtatione proxima abeſſet. ibi Tuſculani erant equites, [1] præerat Geminius Metius, vir tum genere inter ſuos, tum factis, clarus. Is ubi Romanos equites inſignemque inter eos præcedentem conſulis filium (nam omnes inter ſe, utique illuſtres viri, noti erant) cognovit, *Unane*, ait, *turma Romani cum Latinis ſociiſque bellum geſturi eſtis? quid interea conſules, quid duo exercitus conſulares agent? Aderunt in tempore,* Manlius inquit, *& cum illis aderit Jupiter ipſe fœderum à vobis violatorum teſtis, qui plus poteſt polletque. Si ad Regillum lacum, ad ſatietatem veſtram pugnavimus; hic quoque efficiemus profecto,* [3] *ne nimis acies vobis & collata ſigna nobiſcum cordi ſint.* Ad ea Geminius paululum ab ſuis eo provectus, *Viſne igitur dum dies iſta venit, qua magno conatu exercitus moveatis, interea tu ipſe congredi mecum, ut noſtro duorum jam hinc eventu cernatur, quantum eques Latinus Romano præſtet?* Movet ferocem animum juvenis, ſeu ira, ſeu detrectandi certaminis pudor, ſeu inexſuperabilis vis fati. oblitus itaque imperii patrii, conſulumque edicti, præceps ad id certamen agitur; quo vinceret an vinceretur, haud multum intereſſet. equitibus cæteris velut ad ſpectaculum

2 *Evaſit, ut vix teli jactu*] Particulam addidimus ex Thuan. trib. Pall. duobus Voſſ. Helm. *evaſit ita, ut vix.* J. F. Gron.

1 *Praer. Geminius Metius*] Meminit hujus etiam Valerius: ſic vet. lib. *Sigonius.*

Geminius Metius] Flor. *Geminus Macius.* Rott. & Helm. *Geminus Mettius.* Voſſ. uterque *Geminus Metius.* In quo conſentiunt, id non videtur inſuper habendum: etſi apud Valerium Maximum quoque, *Geminio Metio.* J. F. Gron.

3 *Ne nimis acies vobis*] Vet. lib. *Ne quid minus, quam acies vobis*, &c. *Sigonius.*

Nequid minus quam acies] Quicquid bonorum codicum videre licuit: *ne nimis acies vobis & collata ſigna nobiſcum cordi ſint.* Quod quidem longè antefero vulgato commento libri Sigoniani. Cicero l. 7 Famil. 16. *Quod in Britannia non nimis φιλοθέωρον te præbuiſti, plane non reprehendo.* Lib. 2 In Verrem: *monet hominem, ne nimis judicio Sacerdotis & cauſæ confidat.* J. F. Gron.

1 *Igna-*

lum ſummotis, ſpatio, quod vacui interjacebat campi, adverſos concitant equos: & quum infeſtis cuſpidibus concurriſſent, Manlii cuſpis ſuper galeam hoſtis, Metii trans cervicem equi elapſa eſt. Circumactis deinde equis, quum prior ad iterandum ictum Manlius conſurrexiſſet; ſpiculum inter aures equi fixit. ad cujus vulneris ſenſum quum equus prioribus pedibus erectis magna vi caput quateret, excuſſit equitem: quem cuſpide parmaque innixum, attollentem ſe ab gravi caſu, Manlius ab jugulo, ita ut per coſtas ferrum emineret, terræ affixit, ſpoliiſque lectis ad ſuos revectus, cum ovante gaudio turma in caſtra, atque inde ad prætorium ad patrem tendit; [1] ignarus fati futurique, laus an pœna merita eſſet, *Ut me omnes*, inquit, *pater tuo ſanguine ortum vere ferrent, provocatus equeſtria hæc ſpolia capta ex hoſte cæſo porto.* Quod ubi audivit conſul, extemplo filium averſatus, concionem claſſico advocari juſſit. quæ ubi frequens convenit, [2] *Quandoquidem*, inquit, *tu T. Manli, neque imperium conſulare, neque majeſtatem patriam veritus, adverſus edictum noſtrum extra ordinem in hoſtem pugnaſti: & quantum in te fuit, diſciplinam militarem, qua ſtetit ad hanc diem Romana res, ſolviſti, meque in eam neceſſitatem adduxiſti, ut aut reipubl. mihi, aut mei meorumque obliviſcendum ſit; nos potius noſtro delicto plectemur, quam reſpublica tanto ſuo damno noſtra peccata luat. triſte exemplum, ſed in poſterum ſalubre juventuti erimus. Me quidem quum ingenita caritas liberum, tum ſpecimen iſtud virtutis deceptum vana imagine decoris in te movet. Sed quum aut morte tua ſancienda ſint conſulum imperia, aut impunitate in perpetuum abroganda; ne te quidem,*

1 *Ignarus facti, futurique*] Sic vet. lib. At *Fati* malim, hoc ſenſu: Ignarus fatalis futuri ſupplicii, ſive laus, ſive pœna à ſe merita eſſet. ſic etiam ante: *Præceps ad id certamen agitur, quo vinceret, an vinceretur, haud multum intereſſet.* Et, *Movet juvenis animum inexſuperabilis vis fati.* Sigonius.

2 *Quandoquidem inquit*] Voſſ. recentior, *quando inquit.* Sed Flor. Rott. Voſſ. prior, *quandoque, inquit.* Id haud dubie Livianum. Vide 9, 10. *J. F. Gron.*

quidem, ſi quid in te noſtri ſanguinis eſt, recuſare cenſeam, quin diſciplinam militarem culpa tua prolapſam, pœna reſtituas. I lictor, deliga ad palum. Exanimati omnes tam atroci imperio, nec aliter quam in ſe quiſque diſtrictam cernentes ſecurim; metu magis quam modeſtia quievere. Itaque, velut emerſo ab admiratione animo, quum ſilentio defixi ſtetiſſent, repente poſtquam cervice cæſa fuſus eſt cruor, tum libero conqueſtu coortæ voces ſunt, ut neque lamentis, neque execrationibus parceretur: ſpoliiſque contectum juvenis corpus, quantum militaribus ſtudiis funus ullum concelebrari poteſt, ſtructo extra vallum rogo cremaretur: Manlianaque imperia non in præſentia modo horrenda, ſed exempli etiam triſtis in poſte-
8 rum eſſent. Fecit tamen atrocitas pœnæ obedientiorem duci militem: & præterquam quod cuſtodiæ vigiliæque & ordo ſtationum intentioris ubique curæ erant, in ultimo etiam certamine, quum deſcenſum in aciem eſt, ea ſeveritas profuit. [1] Fuit enim civili maxime bello pugna ſimilis. adeo nihil apud Latinos diſſonum ab Romana re, præter animos, erat. [2] Clypeis antea Romani uſi ſunt. deinde poſtquam ſtipendiarii facti ſunt, [3] ſcuta pro

1 *Fuit enim*] Vet. lib. *Fuit autem civili*, & recte. Eſt enim novæ narrationis initium. *Sigonius.*

Fuit enim civili] Quaſi vero nunc Livius cauſam ederet, cur iſta ſeveritas profuerit. Helm. Rott. Voſſ. duo *fuit autem civili*. J. F. Gron.

2 *Clypeis Romanis uſi*] Quales Romani *clypei* fuerint exponit pluribus lib. 6 Polybius. Eum enim credo eſſe *clypeum*, quem πάρμην vocat, *ſcutum* vero quod θυρεόν. *Sigonius.*

3 *Scuta pro clypeis fecere*] Livius lib. 1 primæ claſſi imperatum dicit eſſe *clypeum cum galea, ocreis, lorica: ſecundæ pro clypeo ſcutum, & præter loricam eadem omnia.* ubi Dionyſius pro *clypeo* ἀσπίδα Græce ſcribit, pro *ſcuto* θυρεόν. Igitur *clypeus* rotundus erat, ut ex Virg. lib. 2 Æneid. intelligitur; qui prægrandem Cyclopis oculum, comparat clypeo Argolico, oculi autem figura rotunda eſt. *Scutum* vero formæ oblongæ, majuſque clypeo. Itaque pro *clypeo* ſecundæ claſſi datum *ſcutum* eſt, quod ſine lorica eſſent; ut ſcutum & clypei & loricæ loco eſſet, & totum corpus protegeret. hinc & θυρεὸν Græci vocant, quod referat ſimilitudinem forium, quæ longiores quam latiores eſſe ſolent. Dicit autem Romanos ſcutis uſos eſſe, ex quo ſtipendium militibus conſtitutum fuit: antea enim ſine ſtipendio militabant. Mox idem appellat quoſdam milites antepilanos: *hoc*, inquit, 30 *manipulorum agmen antepilanos appellabant.* Sic autem vocabant *haſtates* & *principes*, in

pro clypeis fecere: [1] & quod antea phalanges ſimiles Macedonicis, hoc poſtea manipulatim ſtructa acies cœpit eſſe. Poſtremo in plures ordines inſtruebantur. [2] ordo ſexagenos milites, duos centuriones, vexillarium unum habebat. prima acies haſtati erant, manipuli quindecim,

in legione, quod eſſent ante triarios, qui pilani vocabantur. Vide Varr. iv de Ling. Lat. Turneb. lib. xi Adv. cap. 27.

1 *Et quod antea phalanges*] Niſi fuit: *& quæ antea phalanges ſimiles Macedonicis, hæc poſteà.* Vide in Senecam ad Marciam cap. 19. *J. F. Gron.*

2 *Ordo ſexagen. milites, duos centurion. ---prima* &c.] Locus intricatus & corruptus in omnibus libris, quam tamen magna parte reparavit Lipſius. Igitur, ne nihil dicam, illius ſententiam paucis proponam. Legendum eſt: *Ordo milites ſexagenos duos, centurionem & vexillarium unum habebat.* nam cuique centuriæ vexillum ſuum. Dein extra aleam eſt: *Prima acies haſtati erant, manipuli decem.* non *quindecim*, quod inauditum. Ovidio jam Romulus *Haſtatos inſtituitque decem: Et totidem Princeps, totidem Pilanus habebat Corpora.* Quia ergo totidem manipulorum princeps, ſine dubio mox legendum: *Hoc viginti manipulorum agmen.* non *triginta.* Conſentiunt veteres in omni legione, numeratis ſimul triariis, tantum fuiſſe triginta manipulos. Magis ambigua quæ ſequuntur. De triariis Lipſius: *quia ſub ſignis jam alii decem ordine locabantur.* Sed retineri videntur poſſe *ordines* pro manipulis: utcumque ſuperius aliter acceperit: neque enim novum veteres eandem vocem in propinquo diverſa vi ſatis uſitata adhibere. Sic nec opus ejicere τὸ *ordo* in illis, quæ ſubjunguntur: *ex quibus ordo unuſquiſque tres partes habebat.* Pergit Lipſius: *earum unamquamque primam, Pilum vocabant.* Tres enim partes in quoque facit ordine ſive manipulo, triarios, rorarios, accenſos. Pilum autem proprie triariorum, primæ partis. Sed ſunt qui omnes triariorum ordines *Primoſpilos* putent vocitatos: ita ut primus ordo centuriaque κατ' ἐξοχὴν *primuſpilus* & *centurio primipili* diceretur, quemadmodum *Haſtatus* & *Princeps* ſimpliciter κατ' ἐξοχὴν primus haſtatus & primus princeps: proximus, *ſecundus primuſpilus*, inde *tertius primuſpilus*, & ſic deinceps. Quod ſi mavis, licet legere: *earum primam quamque primumpilum vocabant.* Denique legit Lipſius: *tribus ex vexillis conſtabat, centum octoginta ſex homines erant.* nempe unuſquiſque ordo ſive manipulus. non enim vexillum, quæ ſingula ſingulis generibus attribuit, unum triariis, alterum rorariis, tertium accenſis. Sic fuerint haſtati mille ducenti quadraginta, ex quibus ducenti leviter armati: principes mille ducenti quadraginta: ſexcenti viginti triarii, totidem rorarii, totidemque accenſi: in univerſum omnis legio quatuor millium trecentorum quadraginta. Eoque inferius legendum: *quatuor fere legiones quaternis millibus peditum.* non *quinis.* Idem.

Prima acies haſtati erant, &c.] Secus de Romana militia Polybius, quam hoc loco Livius agit: ita tamen, ut quid ille ſentiat facilius, quam quid Livius, intelligi poſſit. Legionem enim quatuor millium peditum fuiſſe ſcribit. Eam vero in quatuor partes dividit: *Velites* quos γροσφομάχους appellat, *Haſtatos*, *Principes*, & *Triarios*, primos natu minimos, extremos maximos, medios inter utroſque interjectos fuiſſe: præterea *Triarios* ſexcentos, *Principes*, itemque *Haſtatos*, ſingulos mille & ducentos, *Velites* inde mille. Sin autem legio major fuit, tum præter *haſtatos* reliquarum trium partium numerum pro portione auctum fuiſſe.

cim, diſtantes inter ſe modicum ſpatium: manipulus leves vicenos milites, aliam turbam ſcutatorum habebat. leves autem qui haſtam tantum gæſaque gererent, vocabantur. Hæc prima frons in acie florem juvenum pubeſcentium ad militiam habebat. Robuſtior inde ætas, totidem manipulorum, quibus principibus eſt nomen, hos ſequebantur, ſcutati omnes, inſignibus maxime armis. hoc triginta manipulorum agmen antepilanos appellabant, quia ſub ſignis jam alii quindecim ordines locabantur: ex quibus ordo unuſquiſque tres partes habebat. earum unamquamque primum pilum vocabant. Tribus ex vexillis conſtabat. vexillum centum octoginta ſex homines erant. Primum vexillum triarios ducebat; veteranum militem ſpectatæ virtutis: ſecundum rorarios; minus roboris ætate factiſque: tertium accenſos; minimæ fiduciæ manum. eo & in poſtremam aciem rejiciebantur. Ubi his ordinibus exercitus inſtructus eſſet, haſtati omnium primi pugnam inibant. ſi haſtati profligare hoſtem non poſſent, pede preſſo eos retrocedentes in intervalla ordinum principes recipiebant. tum principum pugna erat; haſtati ſequebantur. triarii ſub vexillis conſidebant, ſiniſtro crure porrecto, ſcuta innixa humeris, [1] haſtas ſubrecta cuſpide

ſe. *Haſtatos* præterea in x partes diſtributos, ac ſingulis earum *Centuriones duos* præfuiſſe, itemque in *Principibus* ac *Triariis*. *Velites* porro in partes æquales diviſiſſe: iiſque ſeparatim *centuriones duos* præfeciſſe, partes has σπεῖραν, τάγμα, σημαίαν, præfectos ταξιάρχους, κεντυρίωνας nominat. Hæc ille. Livius autem primam aciem *Haſtatos* facit, id eſt, leves milites, ac *ſcutatos*, in eamque pubeſcentes ad militiam omnes conjicit; alteram *Principes* una cum ſcutatis, quos *antepilanos* vocabant. Tertiam ex xv ordinibus conſtituit, quorum unuſquiſque tres partes haberet, earum unamquamque *primum pilum* vocabant: ex tribus vexillis conſtabat, *Triariorum*, *Rorariorum & Accenſorum*. In nominibus autem *Ordo* & *Manipulus*, atque in ſumma militum ex verbis ejus concipienda mira obſcuritas eſt. *Sigonius.*

1 *Haſtas ſub erecta cuſpide*] Lege: *ſubrecta cuſpide*. Ut apud alios *ſurrecto mucrone*, *ſurrecto ſigno*. Feſtus: *ſurregit & ſorctus antiqui ponebant pro ſurrexit, & ejus participio ſurrectus.* Et ſic Voſſianus. Quin etiam: *haſtas ſubrecta cuſpide in terra fixas, ut haud ſecus quam vallo ſepta inhorreret acies, tenentes.* J. F. Gron.

1 *In*

Digitized by Google

de [1] in terra fixas, haud ſecus quam vallo ſepta inhorreret acies, tenentes. Si apud principes quoque haud ſatis proſpere eſſet pugnatum, à prima acie ad triarios ſenſim referebantur. inde rem ad triarios rediſſe, quum laboratur, proverbio increbuit. Triarii conſurgentes, ubi in intervalla ordinum ſuorum principes & haſtatos recepiſſent, extemplo compreſſis ordinibus velut claudebant vias: unoque continente agmine, jam nulla ſpe poſt relicta, in hoſtem incidebant: id erat formidoloſiſſimum hoſti, quum velut victos inſecuti, novam repente aciem exſurgentem, auctam numero cernebant. Scribebantur autem [2] quatuor fere legiones quinis millibus peditum, equitibus in ſingulas legiones trecenis. alterum tantum ex Latino delectu adjiciebatur, qui ea tempeſtate hoſtes erant Romanis, eodemque ordine inſtruxerant aciem: nec vexilla cum vexillis tantum, univerſi haſtati cum haſtatis, principes cum principibus; [3] ſed centurio quoque cum centurione, ſi ordines turbati non eſſent, concurrendum ſibi eſſe ſciebat. [4] Duo primipili ex utraque acie inter triarios erant: Romanus, corpore haudquaquam ſatis validus, cæterum ſtrenuus vir peritusque militiæ: Latinus, viribus ingens, bellatorque

1 *In terra fixas*] An non *In terram* maluit? 2,65. *Fixis in terram pilis.* 9, 7. *Fixoſque in terram oculos.* 10, 29. *Verutis in corpora ipſa fixis.* Jac. Gron.

2 *Quatuor fere legiones quinis mill. ped.*] Mallem legi, *legiones fere quinis.* non enim de numero legionum ambigit, ſed de numero militum cujuſque legionis. Libro autem priore, *quaternum millium & ducenorum peditum* fuiſſe legionem ſcribit. Et lib. 22 auctam eſſe uſque ad *quina millia.* ſic enim ait: *Numero quoque peditum equitumque legiones auctas, millibus peditum, & centenis equitibus in ſingulas adjectis, ut quina millia peditum, trecenti equites eſſent.* Quo ex loco apparet ante tempus illud, non niſi *quaternum millium* eam fuiſſe, quemadmodum aperte quoque ibi Polybius ait. Eadem dubitatio de *equitibus* incidit, quos hoc tempore *trecenos* vocat, cum ſecundo bello Punico centum adjectis *primum trecenos* factos eſſe ſcribat. Fortaſſe autem hæc non ad hoc, ſed ad illud tempus accommodavit. *Sigonius.*

3 *Sed centurio quoque cum centurione*] Illud, *ſi ordines turbati non eſſent*, videtur ſignificare aliquid definitius dixiſſe Livium: nimirum, *ſed & centurio, quo cum centurione, ſi ordines turbati non eſſent, concurrendum ſibi eſſet ſciebant.* J. F. Gron.

4 *Duo primipili*] Nomina horum centurionum omiſit, Romani & Latini. *Sigonius.*

torque primus: notiſſimi inter ſe, quia ſemper [1] pares
ordines duxerant. Romano haud ſatis fidenti viribus,
jam Romæ permiſſum erat ab conſulibus, ut ſubcentu-
rionem ſibi, quem vellet, legeret, qui tutaretur eum
ab uno deſtinato hoſte. iſque juvenis in acie oblatus, ex
centurione Latino victoriam tulit. Pugnatum eſt haud
procul [2] radicibus Veſuvii montis, qua via ad Veſerim
9 ferebat. Romani conſules prius quam educerent in a-
ciem, immolaverunt. Decio [3] caput jecinoris à familia-
ri parte cæſum aruſpex dicitur oſtendiſſe: alioqui acce-
ptam Diis hoſtiam eſſe: Manlium egregie litaſſe. *At-
qui bene habet*, inquit Decius, [4] *ſi ab collega litatum eſt.* In-
ſtructis, ſicut ante dictum eſt, ordinibus, proceſſere in
aciem. Manlius dextro, Decius lævo cornu præerat.
primo utrimque æquis viribus, eodem ardore animo-
rum gerebatur res: deinde ab lævo cornu haſtati Roma-
ni, non ferentes impreſſionem Latinorum, ſe ad princi-
pes recepere. In hac trepidatione Decius conſul M. Va-
lerium magna voce inclamat: *Deorum*, inquit, *ope*, *Va-
leri*, *opus eſt. agedum pontifex publicus populi Romani præi
verba*,

1 *Pares ord. duxerunt*] Malim, *du-
xerant*. Sigonius.

2 *Radicibus Veſuvii m.*] Ad eaſdem radices caſtra poſita fuiſſe ſcribit Valerius lib. 1 cap. 5. *Idem.*

3 *Caput jecinoris à familiari parte cæſum*] Feſtus *Peſtifera auſpicia* fuiſſe ait, *ubi caput in jecinore non fuiſſet.* Fuiſſe autem & fiſſum, & caput jecoris apparet ex lib. 2 Ciceronis de Divinatione: *Fiſſum*, inquit, *familiare tractant*, *& vitale caput jecoris ex omni parte diligentiſſime conſiderant.* Unde Lucanus in primo Pharſaliæ:

Ecce videt capiti fibrarum increſcere molem; (pendet,
Alterius capitis pars ægra, & marcida
Pars micat.

Quod autem Cicero *familiare fiſſum*, & Livius *caput à familiari parte cæſum* ajunt, eo pertinet, quod pars una *hoſtis*, altera *familiaris* dicebatur. Unde Lucanus: *Venaſque minaces Hoſtili de parte videt.* Idem.

4 *Si ab collega litat. e.*] Vet. lib. *Si ab collega proſpere litatum eſt.* Idem.

Si ab collega proſpere litatum eſt] Delevi additum ab Sigonio, *proſpere*, auctoritate meliorum codicum, qui ſpernunt illud ſegregantque. Quis autem ignorat *litare* eſſe proprie καλλιερεῖν; lib. 38. *Sacrificio facto cum primis hoſtiis litaſſet.* Plautus Pœnulo: *Quia litare nequeo abii illinc illico iratus.* Juſtinus lib. 10. *Facto ſacrificio auxilium Deorum implorant: litatis hoſtiis, obtentoque ut rebantur, quod petebant.* Unde & illa Plauti Pſeudolo 1, 3. *Ut hodie ad litationem huic ſuppetat ſatias Jovi.* Livius lib. 41. *Senatus majoribus hoſtiis uſque ad litationem ſacrificari juſſit.* J. F. Gron.

Digitized by Google

verba, quibus me pro legionibus devoveam. Pontifex eum togam prætextam ſumere juſſit, & velato capite manu ſubter togam ad mentum exerta, ſuper telum ſubjectum pedibus ſtantem ſic dicere: *Jane, Jupiter, Mars pater, Quirine, Bellona, Lares, Divi Novenſiles, Dii indigetes, Divi, quorum eſt poteſtas noſtrorum, hoſtiumque, Diique Manes, vos* [1] *precor, veneror, veniam peto feroque, uti populo Romano Quiritium vim victoriamque proſperetis: hoſteſque populi Romani Quiritium, terrore, formidine, morteque afficiatis. Sicut verbis nuncupavi,* [2] *ita pro republica Quiritium, exercitu, legionibus, auxiliis populi Romani Quiritium, legiones auxiliaque hoſtium, mecum, Diis manibus Tellurique devoveo.* Hæc ita precatus, lictores ire ad T. Manlium jubet: matureque collegæ ſe devotum pro exercitu nunciare. [3] Ipſe incinctus cinctu Gabino, armatus in equum inſiluit, ac ſe in medios hoſtes immiſit. Conſpectus ab utraque acie [4] aliquanto auguſtior humano viſu, ſicut cœlo miſſus piaculum omnis Deorum iræ, qui peſtem ab ſuis aver-

1 *Precor, veneror, veniam peto*] Solennia in ejuſmodi devotionibus verba. Quæ adhibet etiam Macrobius lib. 3 ubi de ratione urbium, & exercituum devovendorum agit. *Sigonius.*

2 *Ita pro republica Quiritium, exercitu*] Videtur excidiſſe aliquid, ut integrum ſit: *ita pro republica populi Romani Quiritium, exercitu, legionibus, auxiliis populi Romani Quiritium.* Nam τὸ *Quiritium*, in hujuſmodi formulis appendix propria eſt τ͂ *populi Romani.* Vitiatum quoque in vulgatis erat lib. 22, 10 illud *Reſpublica populi Romani Quiritium*, in veris ſacri carmine. *J. F. Gron.*

3 *Ipſe incinctus cinctu Gabino*] Romani magiſtratus & pontifices eo cinctu uti ſolent, cum belli cauſa operabantur; ſacris ſe devovebant pro exercitu: portas Jani aperiebant: aut amburbia faciebant: denique cum rei ſacræ operam dabant belli cauſa, & cærimonia quadam ſacra defungebantur. Lucan. lib. 1. *Turba minor ſequitur ritu ſuccincta Gabino.* Turneb. lib. 22 cap. 20 Adverſ.

4 *Aliquanto auguſtior humano viſu*] Si vox ultima bonæ fidei libris exciſſet, non eam deſiderarem. Varro Atacinus: *clariſſima longe Nomina vix ullo condita ſunt tumulo, Magnus, & humano major Cato.* Ovidius lib. 2 Faſt. *Pulcher & humano major, trabeaque decorus Romulus in media viſus adeſſe via.* Juſtinus vel Trogus lib. 42. *Primuſque humanorum poſt Herculem & Liberum, qui reges Orientis fuiſſe traduntur, eam cœli plagam domuiſſe dicitur.* Cicero lib. 13 ad Attic. ep. 21. *Ego autem tibi confirmo (poſſum falli ut humanus) à me non habere.* Video quidem conjuraſſe viros doctos ut hæc mutent, ſed quieſſe melius erat. Vel ſcribe, *viſus.* Senſus, ut conſpectus eſt ab utraque acie, aliquanto auguſtior humano viſus eſt, vel apparuit: ne alterutrum ſuperfluum putes. *J. F. Gron.*

1 In

verſam [1] in hoſtes ferret. Ita omnis terror, pavorque cum illo latus, ſigna primo Latinorum turbavit: deinde in totam penitus aciem pervaſit. Evidentiſſimum id fuit, quod quacumque equo invectus eſt, ibi haud ſecus quam peſtifero ſidere icti pavebant: ubi vero corruit obrutus telis, inde jam haud dubie conſternatæ cohortes Latinorum, fugam ac vaſtitatem late fecerunt. Simul & Romani exſolutis religione animis, velut tum primum ſigno dato coorti pugnam integram ediderunt. nam & rorarii procurrebant inter antepilanos, addiderantque vires haſtatis ac principibus: & triarii genu dextero innixi, nutum conſulis ad conſurgendum ex-
10 ſpectabant. Procedente deinde certamine, quum aliis partibus multitudo ſuperaret Latinorum, Manlius conſul, audito eventu collegæ, quum, ut jus faſque erat, lacrimis non minus quam laudibus debitis proſecutus tam memorabilem mortem eſſet; paulliſper addubitavit, an conſurgendi jam triariis tempus eſſet: deinde melius ratus integros eos ad ultimum diſcrimen ſervari, accenſos ab noviſſima acie ante ſigna procedere jubet. Qui ubi ſubiere, extemplo Latini, tanquam idem adverſarii feciſſent, triarios ſuos excitaverunt: qui aliquandiu pugna atroci quum & ſemetipſi fatigaſſent, & haſtas aut præfregiſſent, aut hebetaſſent, pellerent vi tamen hoſtem, debellatum jam rati, perventumque ad extremam aciem; tum conſul triariis, *Conſurgite nunc*, inquit, *integri adverſus feſſos, memores patriæ parentumque & con-*

1 *In hoſtes ferret. Ita omnis terror*, &c.] Prava penitus diſtinctio, & ſic potius formanda: *Conſpectus aliquanto auguſtior humano viſu, ſicut cælo miſſus p. o. D. iræ, qui peſtem ab ſuis averſam in hoſtes ferret; ita omnis terror*, &c. Quæ ad voces *auguſtior humano viſu* eruditius quam verius notantur, vix auſim Livio attribuere; ne quidem ſi τὸ *viſu* in MSS. quoque deſideraretur: quippe eam vocem, vel ſimilem omnino credere-mus hic quoque à Livio ſubaudiri, ut 5, 32. *Vocem noctis ſilentio audiſſe clariorem humana*; ubi etiam ſubintelligi voluit *voce*. 5, 41. *Sedentes viros, præter ornatum habitumque humano auguſtiorem.* Hoc libro cap. 6. *Viſa ſpecies viri majoris, quam pro humano habitu, auguſtiorisque.* Seneca lib. 1 Controv. 2. *Altior humana viſa eſt circa me ſpecies eminere.* Jac. Gron.

1 *Signum*

Digitized by Google

& conjugum ac liberorum: memores conſulis pro veſtra victoria morte occumbentis. Ubi triarii conſurrexerunt integri, refulgentibus armis, nova ex improviſo exorta acies, receptis in intervalla ordinum antepilanis, clamore ſublato principia Latinorum perturbant: haſtiſque ora fodientes, primo robore virorum cæſo per alios manipulos velut inermes prope intacti evaſere: tantaque cæde perrupere cuneos, ut vix quartam partem relinquerent hoſtium. Samnites quoque ſub radicibus montis procul inſtructi præbuere terrorem Latinis. Cæterum inter omnes cives ſociosque præcipua laus ejus belli penes conſules fuit: quorum alter omnes minas periculaque ab Diis ſuperis inferiſque in ſe unum vertit: alter ea virtute eoque conſilio in prœlio fuit, ut facile convenerit inter Romanos Latinoſque, qui ejus pugnæ memoriam poſteris tradiderunt, utrius partis T. Manlius dux fuiſſet, ejus futuram haud dubie fuiſſe victoriam. Latini ex fuga ſe Minturnas contulerunt. caſtra ſecundum prœlium capta, multique mortales ibi vivi oppreſſi, maxime Campani. Decii corpus ne eo die inveniretur, nox quærentes oppreſſit. poſtero die inventum inter maximam hoſtium ſtragem coopertum telis: funuſque ei par morti, celebrante collega, factum eſt. Illud adjiciendum videtur, licere conſuli, dictatorique, & prætori, quum legiones hoſtium devoveant, non utique ſe, ſed quem velint ex legione Romana ſcripta civem devovere, *ſi is homo qui devotus eſt, moritur, probe factum videri: ni moritur, tum* [1] *ſignum ſeptem pedes altum, aut majus in terram defodi, &* [2] *piaculum hoſtia cædi. Ubi illud ſignum defoſſum erit,*

1 *Signum ſeptem pedes altum*] Signum opinor vocare imaginem ejus hominis, qui devotus non eſt mortuus: mortem enim ejus defoſſione imaginis & hoſtiæ cæde repræſentari voluerunt. *Sigonius.*

2 *Piaculum hoſtia cædi*] Niſi quid vitii ineſt, *Piaculum cædi*, dixit pro *fieri*. Nam paulo poſt ait: *Marti Sue ove taurilibus piaculum fieri* Idem.

Piaculum hoſtia cædi] Niſi quid vitii ineſt, inquit Sigonius. Volunt certe id Rott. Helm. Voſſ. alter, Mureti libri, qui *piaculum hoſtiam cædi*, eleganti ἐπεξηγήσει. *J. F. Gron.*

erit, eo magiſtratum Romanum eſcendere fas non eſſe. Sin autem ſeſe devovere volet, ſicuti Decius devovit: *ni moritur, neque ſuum, neque publicum divinum pure faciet, qui ſeſe devoverit. Vulcano arma, ſive cui alii divo devovere volet, ſive hoſtia, ſive quo alio volet, jus eſt. Telo, ſuper quod ſtans conſul precatus eſt, hoſtem potiri, fas non eſt: ſi potiatur, Marti* [1] *ſuovetaurilibus piaculum fieri.*
11 Hæc (etſi omnis divini humanique [2] moris memoria abolevit, nova peregrinaque omnia priſcis ac patriis præferendo) haud ab re duxi verbis quoque ipſis, ut tradita nuncupataque ſunt, referre. Romanis poſt prœlium demum factum Samnites veniſſe ſubſidio, exſpectato eventu pugnæ, apud quoſdam auctores invenio. Latinis quoque ab Lavinio auxilium, dum deliberando terunt tempus, victis demum ferri cœptum. & cum jam portis prima ſigna, & pars agminis eſſet egreſſa, nuncio allato de clade Latinorum, quum converſis ſignis retro in urbem rediretur; prætorem eorum nomine Millionium dixiſſe ferunt, *pro paullula via magnam mercedem Romanis eſſe ſolvendam.* Qui Latinorum pugnæ ſuperfuerant, multis itineribus diſſipati, quum ſe in unum conglobaſſent, [3] Veſcia urbs eis receptacu-

1 *Suovetaurilibus*] Olim *Solitauril.* legebatur. At Feſtus docet rationem, cur & *Solitaurilia*, & *Sue ove taurilia* defendi poſſint. *Sigonius.*

2 *Moris memoria abolevit*] Locus corruptus & contra ſenſum. Legendum autem, *incuria abolevit.* τὸ *memoria* natum ἐκ τοῦ *moris.* Nil ego certius puto. *Tan. Faber.* Immo ſanum eſt τὸ *memoria* & verbum boni coloris: quippe memoria aboleſcens parit incuriam: ac Livius voce *memoria* ſic utitur, ut aliquid proximum curæ & ſollicitudinis ſpeciem quandam denotet. 27, 3. *Ne Tarentina quidem arcu excidit memoria*, hoc eſt, cura & ad eam recipiendam intentio. 4, 21. *Peſtilentior inde annus tantum vaſtitatu fecit, ut non modo prædandi cauſa quiſquam ex agro Romano non exiret, bellive inferendi memoria patribus aut plebi eſſet.* hoc eſt, cupiditas & propoſitum. Sic *miles prædæ aut vivos capiendi non memor* dicitur 28, 20, qui cædi tantum & ſanguini fundendo animum adjicit. Ipſa phraſis eſt 9, 36. *Aliis omnibus cladis Caudinæ nondum memoria aboleverat.* Jac. Gron.

3 *Veſcia urbs eis rec. f.*] Stephanus Βεσκία πόλις Αὐσόνων. Hoc dixi, quia Glareanus ſe nuſquam alibi legiſſe hoc nomen ait. *Sigonius.*

Veſcia urbs eis receptaculum fuit] Suſpectum mihi τὸ *eis*: nec pejus erit ſi deleas, ſcribaſque: *multis itineribus diſſipatis.* quod tanquam ambiguum videntur mutaſſe. Nihil tamen auſim, antequam vetus aliqua accedat auctoritas. *J. F. Gron.*

I *Inte,*

ptaculum fuit. Ibi in conciliis Numiſius imperator eorum, affirmando *communem vere Martem belli utramque aciem pari cæde proſtraviſſe; victoriæque nomen tantum penes Romanos eſſe, ceteram pro victis fortunam & illos gerere: funeſta duo conſulum prætoria, alterum parricidio filii, alterum conſulis devoti cæde: trucidatum exercitum omnem: cæſos haſtatos principeſque; ſtragem & ante ſigna & poſt ſigna factam: triarios poſtremo rem reſtituiſſe. Latinorum etſi pariter acciſæ copiæ ſint, tamen ſupplemento vel Latium propius eſſe, vel Volſcos, quam Romam. Itaque, ſi videatur eis, ſe ex Latinis & ex Volſcis populis juventute propere excita, rediturum infeſto exercitu Capuam eſſe: Romanoſque nihil tum minus quam prælium exſpectantes, nec opinato adventu perculſurum.* Fallacibus literis circa Latium nomenque Volſcum miſſis, quia qui non interfuerant pugnæ, ad credendum temere faciliores erant, tumultuarius undique exercitus raptim conſcriptus convenit. Huic agmini Torquatus conſul ad Trifanum ([1] inter Sinueſſam Minturnaſque is locus eſt) occurrit, prius quam caſtris locus caperetur, ſarcinis utrimque in acervum conjectis, pugnatum debellatumque eſt. adeo enim acciſæ res ſunt, ut conſuli victorem exercitum ad depopulandos agros eorum ducenti dederent ſe omnes Latini: deditionemque eam Campani ſequerentur. [2] Latium Capuaque agro mulctati. Latinus ager

1 *Inter Sinueſſam*, &c.] Hinc Diodorus lib. 16 ait Latinos, Campanoſque ad Sueſſam hoc anno victos: vitioſe pro ad Sinueſſam. Ῥωμαῖοι δὲ πρὸς Λατίνους καὶ Καμπανοὺς, παραταξάμενοι περὶ Σύεσσαν πόλιν ἐνίκησαν, καὶ τῶν ἡττηθέντων μέρος τῆς χώρας ἀφείλοντο. ὁ κατορθώσας τὴν μάχην Μάλλιος ὁ ὕπατος ἐθριάμβευσεν. *Sigonius.*

2 *Latium, Capuaque*] Vet. lib. *Latini Capuaque.* Idem.

Latium Capuaque agro mulctati] Alienum, non Livii eſt, quod venditat Sigonianus: *Latini.* nam *Latium Capuaque* ſenſu eſt Latini Campanique: itaque his conveniens verbum illis apponitur. Sic lib. 6. *Etruria prope omnis armata Sutrium ſocios populi Romani obſidebat.* Rurſus: *Eodem anno Setiam, ipſis querentibus penuriam hominum, novi coloni adſcripti.* Quaſi dixiſſet, in Setinos. Lib. 9. *Pliſtiam ipſi ſocios Romanorum, ut parem dolorem hoſti redderent, circumſidunt.* Eodem cap. 41. *Is profectus ad Nuceriam Alfaternum, jam pacem petentes, quod uti ea quum daretur noluiſſent, adſpernatus oppugnando ad deditionem ſubegit.* Quaſi eſſet Nucerinos petentes adſpernatus ſubegit. Itaque Sigonius, bene alioquin hic verſa-

ager Privernati addito agro : & Falernus , qui populi Campani fuerat, uſque ad Vulturnum flumen, plebi Romanæ dividitur. bina in Latino jugera, ita ut dodrantem ex Privernati complerent, data: terna in Falerno, quadrantibus etiam pro longinquitate adjectis. Extra pœnam fuere Latinorum Laurentes, Campanorumque equites, quia non deſciverant. Cum Laurentibus renovari fœdus juſſum. renovaturque ex eo quotannis [1] poſt diem decimum Latinarum. Equitibus Campanis civitas data: monumentoque ut eſſet, æneam tabulam in æde Caſtoris Romæ fixerunt. vectigal quoque eis Campanus populus juſſus pendere in ſingulos quotannis ([2] fuere autem mille, & ſexcenti) denarios nummos quadringe-
12 nos quinquagenos. Ita bello geſto, præmiis pœnaque pro cujuſque merito perſolutis , T. Manlius Romam rediit: cui venienti ſeniores tantum obviam exiſſe conſtat: juventutem, & tunc, & omni vita deinde, averſatam eum execratamque. Antiates in agrum Oſtienſem, Ardeatem, Solonium incurſiones fecerunt. Manlius conſul, quia ipſe per valetudinem id bellum exſequi nequierat, dictatorem L. Papirium Craſſum, qui tum forte erat prætor, dixit: ab eo magiſter equitum L. Papirius Curſor dictus. Nihil memorabile adverſus Antiates ab dictatore geſtum eſt, quum aliquot menſes ſtativa in agro Antiati habuiſſet. Anno inſigni victoria de tot ac tam potentibus populis, ad hoc conſulum alterius nobili morte, alterius ſicut truci, ita claro ad memoriam, imperio, ſucceſſere conſules [3] Ti. Æmilius Mamercinus, & [4] Q. Publilius Philo : neque in ſimilem

mate-

verſatus, male addit, *eam oppugnando.* Adde quæ ad lib. 29, 12 & lib. 38,29. *J. F. Gron.*

1 *Poſt diem decimum Latinarum*] Vet. lib. *Decimam.* Latinæ feriæ per quatuor dies agebantur, poſt x diem, quam actæ erant renovabatur hoc fœdus. *Sigonius.*

2 *Fuere a. mille, & ſexcenti*] Ne quis de hac lectione dubitet, ita etiam in lib. vet. eſſe ſcito. *Idem.*

3 *T. Æmil. Mamercus*] *Ti. Æmilius Mamercinus:* Diodorus & vet. lib. *Idem.*

4 *Q. Publius Ph.*] *Publilius*, ut ante. *Idem.*

1 *Ab*

Digitized by Google

materiam rerum, & ipſi aut ſuarum rerum, aut partium in republica magis quam patriæ memores. Latinos ob iram agri amiſſi rebellantes [1] in campis Fenectanis fuderunt, caſtriſque exuerunt. Ibi Publilio, cujus ductu auſpicioque res geſtæ erant, in deditionem accipiente Latinos populos, quorum ibi juventus cæſa erat; Æmilius ad Pedum exercitum duxit. Pedanos tuebantur Tiburs, Præneſtinus, Veliternuſque populus: venerant & [2] ab Lavinio Antioque auxilia. Ubi quum prœliis quidem ſuperior Romanus eſſet, ad urbem ipſam Pedum, caſtraque ſociorum populorum, quæ urbi adjuncta erant, integer labor reſtaret; bello infecto repente omiſſo, conſul, quia collegæ decretum triumphum audivit, ipſe quoque triumphi ante victoriam flagitator Romam rediit. Qua cupiditate [3] offenſis Patribus, negantibuſque, niſi Pedo capto aut dedito, triumphum, hinc alienatus ab ſenatu Æmilius, ſeditioſis tribunatibus, ſimilem deinde conſulatum geſſit. Nam neque quoad fuit conſul, criminari apud populum Patres deſtitit, collega haudquaquam adverſante, quia & ipſe de plebe erat: (materiam autem præbebat criminibus [4] ager in Latino Falernoque agro maligne plebei diviſus.) & poſtquam ſenatus finire imperium conſulibus cupiens, dictatorem adverſus rebellantes Latinos dici juſſit: [5] Æmilius,

1 *In campis Fenectanis*] Cluverius lib. 3 Ital. ant. legit *Pedanis*. Jac. Gron.

2 *Ab Lanuvio, Ant.*] *Lavinio*, ex vet. lib. ut poſt dicam. *Sigonius.*

3 *Offenſus patribus, negantibuſque*] Procul dubio legendum eſt, *offenſis patribus*: præſertim cum ſubſequatur, *Negantibuſque*. Idem.

4 *Ager in Latino Falernoque agro*] Dele τὸ *agro*. Sic ſupra: *Bina in Latino jugera, ita ut dodrantem ex Privernati complerent, data*. Tan. Faber.

Ager in Latino Falernoque agro maligne plebi diviſus] Scio poſſe excuſari, quum priore loco partem proprie illam deſignet, quæ ſub ſortem & perticam venit, poſteriore omne territorium eorum populorum. Si tamen τὸ *agro* vetus aliquis liber excluderet, facile intelligerem illud ipſum vel τὸ *ſolo*: ut cum dicimus, *in hoſtico*, *in pacato*. Lib. 3. *Non diutius ſe in Hernico hoſtis continuit*. Lib. 8. *Sine commeatu vagi milites, in pacato, in hoſtico, errent*. J. F. Gron.

5 *Æmilius cujus tum faſces erat*] Vet. lib. *Cui*, ut lib. 1. *Brutus prior concedente collega faſces habuit*. Et alibi de eadem re: *Penes quem ſumma imperii erat*. Sigonius.

lius, cujus tum faſces erant, collegam dictatorem dixit: ab eo [1] magiſter equitum Junius Brutus dictus. [2] Dictatura popularis, & orationibus in Patres criminoſis fuit, & quod tres leges ſecundiſſimas plebei, adverſas nobilitati tulit: unam, [3] ut plebiſcita omnes Quirites tenerent: alteram, ut legum, quæ comitiis centuriatis ferrentur, ante initum ſuffragium Patres auctores fierent: tertiam, ut alter utique ex plebe, [4] quum eo ventum ſit ut utrumque plebeium conſulem fieri liceret, cenſor crearetur. Plus eo anno domi acceptum cladis ab conſulibus, ac dictatore, quam ex victoria eorum belliciſ-
13 que rebus foris auctum imperium Patres credebant. Anno inſequenti [5] L. Furio Camillo, C. Mænio conſulibus,

1 *Magiſter equitum Junius Brutus*] Hic eſt *D. Junius Brutus Scæva*, qui poſt conſul erit. *Sigonius.*

2 *Dictatura popularis*] Lego *Dictator popularis.* nam ſequitur, *leges tulit*, alioquin fiet, ut dicamus: *Dictatura leges tulit*, ſic vet. lib. *Idem.*

Dictatura popularis] Sigonius *Dictator*: ſed vide notas ad lib. 34, 6. *J. F. Gron.*

3 *Ut plebiſcita omnes Quirites tenerent*] Contra alii, ut Plinius, Gellius, & Juriſconſulti, qui hanc legem primum latam eſſe à Q. Hortenſio Dictatore ſcribunt, ut poſt dicam in epitoma lib. 11. *Sigonius.*

4 *Cum eo ventum ſit, ut utrumque plebeium fieri liceret*] Miror non hoc loco notatum eſſe à Glareano Livium, qui ſcripſerit *eo ventum* eſſe, *ut utrumque plebeium* cenſorem *fieri liceret*, cujus rei nihil ante meminerit. Nam de altero tantum occupato à plebe cenſuræ loco egit. Hoc tamen ſi quis fecerit, injuſte faciet. legitur enim mendoſe in vulgatis libris, recte autem in manuſcriptis, ſic: *cum eo ventum ſit, ut utrumque plebeium conſulem fieri liceret*: ſenſus eſt, Ut, quoniam quod gravius erat, conceſſum eſt à patribus, utrumque conſulem ex plebe fieri, concedant id etiam, quod levius eſſe videtur, ut alter utique cenſor ex plebe fiat. De utroque autem conſule plebeio lata lex anno CDXIII, ut ait Livius lib. 7 extremo. *idem.*

5 *L. Furio Camillo, C. Mænio conſulibus*] Plinius lib. 34 cap. 5 *C. Mænium* cum Livio conſules edit. Diodorus Λεύκιον Φούριον, Γάϊον Μαίνιον. *C. Mænius P. F. P. N.* in Cenſura, & Dictatura ejus Capitolina dicitur: At collega *L. Furius, Sp. F. M. N. Camillus.* Ex quo apparet errare Glareanum, qui hunc *iterum* conſulem eſſe ſcribendum putat, quaſi vero idem ſit, atque ille qui ante & conſul & dictator fuit, cum ille *M. F.* hic *Sp. F. M. N.* ſit, hoc modo:

M. Furius Camillus. Tr. mil. an. 352.

M. Furius Camillus Tr. mil. an. 354, 357, 361, 370, 372, 375. Dictator, 359, 365, 367, 387, 388.

M. Furius Camillus mortuus in damnatione patris. Livius, Plutarchus.	Sp. Furius Camilli dictat. F. prætor primus. 389.	L. Furius Camillus Dictatoris F. Dict. 405, 410. Cos. 406. *Idem.*
	L. Furius Sp. F. M. N. Camillus Cos. 417, 430.	

1 *Iy-*

bus, quo [1] inſignitius omiſſa res Æmilio ſuperioris anni conſuli exprobraretur, Pedum armis, viriſque, & omni vi expugnandum ac delendum, ſenatus fremit: coactique novi conſules omnibus eam rem præverti, proficiſcuntur. Jam Latio is ſtatus erat rerum, ut neque bellum neque pacem pati poſſent. ad bellum opes deerant: pacem ob agri adempti dolorem aſpernabantur. Mediis conſiliis ſtandum videbatur, ut oppidis ſe tenerent: ne laceſſitus Romanus cauſſam belli haberet: & ſi cujus oppidi obſidio nunciata eſſet, undique ex omnibus populis auxilium obſeſſis ferretur. Neque tamen niſi admodum à paucis populis Pedani adjuti ſunt. Tiburtes, Præneſtinique, quorum ager propior erat, Pedum pervenere. [2] Aricinos, Laviniosque, & Veliternos Antiatibus Volſcis

1 *Inſignitius om. r.*] Vet. lib. *Inſignius.* Sigonius.

2 *Aricinos, Lanuvinoſque*] Quemadmodum paulo ante *ab Antio, Lavinioque* dixit, ſic hoc loco, *Aricinos, Laviniosque* legendum puto. Me in hanc ſententiam adducunt cum libri veteres, tum maxime Capitolini lapides, in quibus hic *C. Mænii* triumphus his verbis deſcriptus eſt:

C. MÆNIUS P. F. P. N. COS. DE ANTIATIBUS AN. CDXV.
LAVINIEIS, VELITERNEIS PRIDIE K. OCT.

Quoniam autem in his duorum oppidorum nominib. tanti erroris implicant non Latinorum, ſed etiam Græcorum auctorum, ut vix *Lavinium* à *Lanuvio* diſtinguere, vel diuturna attentione queas, non alienum ab hoc inſtituto eſſe duxi, notas quaſdam afferre, quibus alterum ab altero prudens lector internoſcere poſſit. Eſt autem illa una, quod *Lavinium* ab Ænea, ut omnes, *Lanuvium* à Diomede, ut Appianus lib. 2 ait, conditum eſt. Altera quod *Lavinium* colonia, *Lanuvium*, municipium fuiſſe traditur. De *Lavinio* ſcriptum eſt in Epitome libro ſeptuageſimo, *Marius, Antium, & Ariciam, & Lavinium colonias devaſtavit.* De Lanuvio in oratione pro Milone, pro Murena, & apud Pædianum. Tertia, quod *Lavinii* conſules Veſtæ & penatibus ſacra peregerint, *Lanuvii* vero Soſpitæ Junoni. Illius hiſtoriæ auctor eſt Dionyſius libro 1, & Macrobius lib. 3 cum ait: *Conſules & prætores, & dictatores cum ineunt magiſtratum, Lavinii rem divinam faciunt penatibus pariter, & Veſtæ.* Hujus Cicero pro Murena: *Nolite*, inquit, *à ſacris patriis Junonis Soſpitæ, cui omnes conſules facere neceſſe eſt, domeſticum & ſuum conſulem potiſſimum avellere.* Erat autem Murena è municipio, ut ipſe paulo ante ait. Quarta, quod *Lavinium* longius abeſt à Roma, quam *Lanuvium.* Diſtat enim à mari quatuor ſtadia, ut ait Dionyſius lib. 1. ſitum inter Oſtiam & Antium, auctore Strabone lib. 5. At *Lanuvium* abeſt à Roma ſtadia CL, ut ait Appian. lib. 2. ita ut auctore Strabone ab eo mare & Antium proſpici poſſit, haud procul ab Aricia, quæ CLX ſtadia abeſt in Appia via ſita. Ipſa tamen inter ſe non admodum diſtantia videntur fuiſſe. Quæ res majorem etiam erroris cauſam præbuiſſe videtur. Horum etiam oppi-

Digitized by Google

ſcis ſe conjungentes [1] ad Aſturæ flumen, Mænius improviſo adortus fudit. Camillus ad Pedum cum Tiburtibus, maxime valido exercitu, [2] majore mole, quamquam æque proſpero eventu, pugnat. Tumultum maxime repentina inter prœlium eruptio oppidanorum fecit: in quos parte exercitus converſa Camillus, non compulit ſolum eos intra mœnia, ſed eodem etiam die, quum ipſos auxiliaque eorum perculiſſet, oppidum ſcalis cepit. Placuit inde jam majore conatu animoque ab unius expugnatione urbis ad perdomandum Latium victorem circumducere exercitum: nec quievere ante, quam expugnando, aut in deditionem accipiendo ſingulas urbes, Latium omne ſubegere. Præſidiis inde diſpoſitis, per recepta oppida, Romam ad deſtinatum omnium conſenſu triumphum deceſſere. additus triumpho honos, ut ſtatuæ equeſtres eis, rara illa ætate res, in foro ponerentur. Prius quam comitiis in inſequentem annum conſules rogarent, Camillus de Latinis populis ad ſenatum retulit, atque ita diſſeruit: *Patres Conſcripti, quod bello armiſque in Latio agendum fuit, id jam Deum benignitate ac virtute militum ad finem venit. caſi ad Pedum Aſturamque ſunt exercitus hoſtium: oppida Latina omnia,* [3] *& An-*

tium

oppidorum populos commemorat Dionyſius lib. 5 *Λαυρεντίνυς, Λανυΐνυς, Λαβινιάτας*, id eſt, *Laurentes, Lanuvinos, & Lavinios.* Ac Stephanus quidem etiam *Λαβίνιον, κτίσμα τῆ Αἰνείυ,* populos edere *Λαβινιάτας* ait. Ubi vero ait, *Λαύινιον μητρόπολις τῆ Λατίνων. τὸ ἐθνικὸν Λαυρεντῖνος, Διονύσιος ι Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας,* dubitationem affert, quia Dionyſii ex 5 lib. teſtimonium profert, ne mendoſe pro *Laurento*, aut pro *Lanuvio* ſit. Apud Dionyſ. etiam vox illa *λαυνίυς* vitioſe videtur eſſe, pro *Λανυΐνυς*. Verum ut dixi mira horum nominum depravatio eſt. *Sigonius.*

1 *Ad Aſtura flumen*] Plin. lib. 3 cap. 5 ait & flumen & inſulam in Latio eſſe Aſturam. Sabellicus *Aſſura* legiſſe videtur. *Glareanus.*

Ad Aſtura flumen] Vet. lib. *Ad Saturam flumen.* Ego tamen legendum puto: *Ad Sturam flumen.* Nam Feſtus in vocib. incipientibus à litera S, ait: *Stura fluvius eſt in agro Laurenti.* Item Strabo lib. 5 eundem in his locis fluvium *Στόραν* vocat. *Sigonius.*

2 *Majore mole*] *Majore mole*, quod Glareanus ait neſcire ut intelligatur, eſt *majore apparatu.* Nam quia de Mænio dixit: *Aricinos improviſo adortus fudit*: hinc opponit, *at Camillus Tiburtes, majore mole, quamquam æque proſpero eventu.* Idem.

3 *Et Antium ex Volſcis*] Hoc *κατὰ σιωπὴν* intelligo. nam ipſe antea nuſ-

quam

tium ex Volſcis, aut vi capta, aut recepta in deditionem, præſidiis tenentur veſtris. Reliqua conſultatio eſt, quoniam rebellando ſæpius nos ſollicitant, quonam modo perpetua pace quietos obtineamus. Dii immortales ita vos potentes hujus conſilii fecerunt, ut ſit Latium deinde, an non ſit, in veſtra manu poſuerunt. Itaque pacem vobis, quod ad Latinos attinet, parare in perpetuum, vel ſæviendo, vel ignoſcendo, poteſtis. Vultis crudeliter conſulere in deditos, victoſque? licet delere omne Latium: vaſtas inde ſolitudines facere, unde ſociali egregio exercitu per multa bella magnaque ſæpe uſi eſtis. Vultis exemplo majorum augere rem Romanam, victos in civitatem accipiendo? materia creſcendi per ſummam gloriam ſuppeditat. certe id firmiſſimum longe imperium eſt, quo obedientes gaudent. Sed maturato opus eſt, quicquid ſtatuere placet. tot populos inter ſpem metumque ſuſpenſos animi habetis: [1] *& veſtram itaque de eis curam quam primum abſolvi, & illorum animos, dum exſpectatione ſtupent, ſeu pœna, ſeu beneficio, præoccupari oportet.* [2] *Noſtrum enim fuit efficere, ut omnium rerum vobis ad conſulendum poteſtas eſſet. veſtrum eſt decernere quod optimum vobis reique*

quam dixit: quamquam memoriæ lapſus videri poterat, in tanta cum ſcriptorum, tum rerum confuſione. *Glareanus.*

Et Antium ex Volſcis] Quamquam Volſci Latini erant, tamen Latinorum numero haud habiti eſſe videntur. Captum ergo ait Antium Camillus, quod tamen nomen nominatim ſupra non eſt expreſſum à Livio, niſi cum dixit: *Nec quievere ante, quam expugnando, aut in deditionem accipiendo ſingulas urbes Latium omne ſubegere.* Sigonius.

1 *Et veſtram itaque de eis*] Placet antiqua quorundam librorum lectio, *& veſtram utique.* Quæ lectio deſiderare videtur, ut verba illa: *Tot populos,* &c. parentheſi includantur, atque hoc modo tota ſententia colligatur: *Sed maturato opus eſt, quicquid ſtatuere placet (tot populos inter ſpem, metumque ſuſpenſos animi habetis) & veſtram utique de eis curam quamprimum abſolvi, & illorum animos dum expectatione ſtupent, ſeu pœna, ſeu beneficio præoccupari oportet.* Idem.

Et veſtr. utique de eis] Illud *utique* ab Sigonio eſt, præcedentia verba includentis parentheſi. Sed noſtri, ut edebatur, *itaque:* longeque melius ſic procedit oratio. Dixerat maturato opus eſſe. Id confirmat quaſi ſyllogiſmo: tot populos ſuſpenſos animi tenetis. ergo & veſtra & illorum intereſt rem confieri: veſtra, ut abſolvamini tanta cura; illorum, ut vel pœna vel beneficio præveniantur, priuſquam ſe colligere, & ipſi aliquid conſilii capere poſſint. *J. F. Gron.*

2 *Noſtrum enim fuit efficere*] Flor. Rott. Helm. uterque Voſſianus & Mureti libri expungunt τὸ *enim.* Nec facit ad ſententiam. *Idem.*

14 *reique publicæ ſit.* Principes ſenatus relationem conſulis de ſumma rerum laudare. ſed quum aliorum cauſſa alia eſſet, ita expediri poſſe conſilium dicere, ut pro merito cujuſque ſtatueretur, ſi de ſingulis nominatim referrent populis. Relatum igitur de ſingulis, decretumque. [1] Lanuvinis civitas data: ſacraque ſua reddita cum eo, ut ædes lucuſque Soſpitæ Junonis communis Lanuvinis municipibus cum populo Romano eſſet. Aricini, Nomentanique, & Pedani, eodem jure, quo Lanuvini in civitatem accepti. [2] Tuſculanis ſervata civitas, quam habebant: crimenque rebellionis à publica fraude in paucos auctores verſum. In [3] Veliternos, veteres cives Romanos, quod toties rebellaſſent graviter ſævitum: & muri dejecti, & ſenatus inde abductus: juſſique trans Tiberim habitare: ut ejus, qui cis Tiberim deprehenſus eſſet, [4] uſque ad mille pondo clarigatio eſſet: nec priuſquam

1 *Lanuvinis civitas — Rom. eſſet*] Quamquam in quibuſdam libris eſt *Lavinii*, tamen *Lanuvinis*, legendum eſt. Nam de *Municipio*, deque ſacris *Junonis Soſpitæ* mentio fit. Hoc autem primum tempore *Lanuvini municipes* facti ſunt una cum aliis Latinis multis; quos numerat Livius. Hac de re Cicero pro Cornelio, ſic: *Itaque ex Latio multi & Tuſculani, & Lanuvini, & ex cæteris generib. gentes univerſæ in civitatem ſunt receptæ; ut Sabinorum, Volſcorum, Hernicorum.* Neque vero moveat quemquam, quod *Lanuvinis* civitatem datam ſcribat, quos ne victos quidem ante tradiderit. Nam, ut dixi, ſatis habuit dicere: *Neque ante quievere, quam expugnando, aut in deditionem accipiendo ſingulas urbes, Latium omne ſubegere.* Sigonius.

2 *Tuſculanis ſervata civitas, quam hab.*] Data eſt civitas Tuſculanis auctore Livio an. ab urbe cond. CCCLXXV. ut merito Cic. pro Plancio municipium antiquiſſimum vocet Tuſculum. *Idem.*

3 *Veliternos veteres cives Rom.*] Velitræ colonia deducta eſt anno ab urb. cond. CCLX lib. 2. *Idem.*

4 *Uſque ad mille pondo clarigatio eſſet*] Budæus, *Clarigationem* eſſe voluit, quam Græci ἀνδροληψίαν dixere: vide Pollucem lib. 8 cap. 1. *Pigneratio* etiam vocatur: interpretes barbari, *repreſaliam* dicere maluerunt. Vet. Gloſſ. ἐνεχυρασμὸς, & Novell. 52 ὅμηρος, & ἁρπαγή, nam reddere nolentibus, vi pigneratio ſeu repreſalia fiebat. Ego ſane *Clarigationem* pignerationem dici Latine poſſe cenſerem; niſi *pigneratio* res potius, quam perſonam reſpiceret. *Clarigatio* vero, ſicut Androlepſia, potius perſonas quam res. At *Clarigationem* fuiſſe perſonarum potius quam rerum prehenſionem, ex ipſius Livii verbis clare percipimus; quæ tamen prehenſio ceſſabat, ſoluta pœnæ loco pecunia determinata: ſicque reſpectu prehenſionis perſonarum *Androlepſiam*; reſpectu vero redemptionis & ſolutæ pecuniæ *pignerationem* dici poſſe cenſemus. *Marcell. Donatus.*

1 Et

quam ære perſoluto, is qui cepiſſet, extra vincula captum haberet. In agrum ſenatorum coloni miſſi: quibus adſcriptis, ſpeciem antiquæ frequentiæ Velitræ receperunt. [1] Et Antium nova colonia miſſa, cum eo, ut Antiatibus permitteretur, ſi & ipſi adſcribi coloni vellent. naves inde longæ abactæ: interdictumque mari Antiati populo eſt, & civitas data. Tiburtes, Præneſtinique agro mulctati: neque ob recens tantum rebellionis, commune cum aliis Latinis crimen, ſed quod, tædio imperii Romani, cum Gallis, gente efferata, [2] arma quondam conſociaſſent. Cæteris Latinis populis connubia commerciaque & concilia inter ſe ademerunt. [3] Campanis equitum honoris cauſſa, qui cum Latinis rebellare noluiſſent, Fundaniſque, & Formianis, quod per fines eorum tuta pacataque ſemper fuiſſet via, civitas ſine ſuffragio data. Cumanos, Sueſſulanoſque ejuſdem juris conditioniſque [4] cujus Capuam eſſe placuit. Naves Antiatium, partim in navalia Romæ ſubductæ, partim incenſæ, roſtriſque earum ſuggeſtum, in foro exſtructum,

1 *Et Antium nova colonia miſſa*] Ea primum deducta fuit anno ab urb. cond. CCLXXXV. *Sigonius.*

2 *Arma quondam*] Hac de re libro priore dictum eſt. *Idem.*

3 *Campanis equitibus honoris cauſa, quia cum Lat.*] Nihil in his quod ad intellectum poteſt pertinere. Et jam ante cap. 11 dixit Campanis equitibus civitatem datam. MS. Rott. & alter Voſſ. *equitum.* Lege: *Campanis, equitum honoris cauſa, qui cum Latinis,* &c. Quod enim ante diximus de equitibus, iis civitatem datam eſſe, id de pleno civitatis jure intelligendum: nunc vero omnibus Campanis civitas datur, ſed ſine ſuffragio. Id utrumque ita factum eſſe, ſed diverſis temporibus, clarum eſt ex Livio 23, 5, in verbis Varronis: *Adjicite ad hæc, quod fœdus æquum deditis, quod leges veſtras, quod ad extremum civitatem noſtram magna parti veſtrum dedimus communicavimusque vobiſcum.* 26, 33, de Campanis: *Cives Romanos, affinitatibus pleroſque & propinquis jam cognationibus, connubio vetuſto junctos.* 31, 31, de iiſdem: *Hi homines, quum ipſos fœdere primum, deinde connubio atque inde cognationibus, poſtremo civitate nobis conjunxiſſemus.* Ad hoc tempus, quo omnibus Campanis civitas abſque ſuffragio data eſt, pertinet fragmentum vetus apud Cenſorinum: *Cives Romani tunc facti ſunt Campani.* Σταδιονίκ. apud Scaligerum ad Euſebium pag. 329 Olymp. ΡΙΔ. χϛ' ἢ Ἰταλίας τὸ πολίτευμα Ῥωμαϊκὸν Καμπανοῖς ἐδόθη. *Equitum honoris cauſa,* ut 10, 24. *Honoris ejus cauſa.* Cicero l. 16 ad Atticum, epiſt ad Plancum: *Ut hoc, quod te tua ſponte facturum certo ſcio, honoris noſtri cauſa libenter facias.* Jac. Gron.

4 *Cujus Capuam*] *Capuam* agro multatam tantum dixit ſupra. *Latinis Capuaque agro multatis.* Sigonius.

ctum, adornari placuit: [1] Roſtraque id templum appel-
15 latum. C. Sulpicio Longo, [2] P. Ælio Pæto, conſulibus, quum omnia non opes magis Romanæ, quam beneficiis parta gratia bona pace obtineret, inter Sidicinos Auruncoſque bellum ortum. Aurunci à T. Manlio conſule in deditionem accepti; nihil deinde moverant: eo petendi auxilii ab Romanis cauſſa juſtior fuit. Sed prius quam conſules ab urbe (juſſerat enim ſenatus defendi Auruncos) exercitum educerent, fama affertur: Auruncos metu oppidum deſeruiſſe, profugoſque cum conjugibus ac liberis, [3] Sueſſam communiſſe (quæ nunc Aurunca appellata) mœnia antiqua eorum, urbemque ab Sidicinis deletam. Ob ea infenſus conſulibus ſenatus, quorum cunctatione proditi ſocii eſſent, dictatorem dici juſſit. dictus C. Claudius Regillenſis, magiſtrum equitum C. Claudium Hortatorem dixit. Religio inde injecta de dictatore: & quum augures vitio creatum videri dixiſſent, dictator magiſterque equitum ſe magiſtratu abdicarunt. Eo anno Minucia Veſtalis, ſuſpecta primo propter mundiorem juſto cultum, inſimulata deinde apud pontifices ab indice ſervo; quum decreto eorum juſſa eſſet ſacris abſtinere, [4] familiamque in poteſtate habere; facto judicio, viva [5] ſub terram, ad portam Col-

1 *Roſtraque id templum appellatum*] Hinc Plin. lib. 16 cap. 4. *Antea roſtra navium tribunali præfixa fori decus erant, velut populo Rom. ipſi corona impoſita.* Et Cic. in Vatin. *In roſtris, in illo inquam augurato templo, ac loco.* Et pro lege Manilia: *In eum ipſum locum aſcendere, quem majores exuviis nauticis, & claſſium ſpoliis ornatum reliquiſſent.* Sigonius.

2 *P. Ælio Peto*] *Pæto* ex Capitolinis lapidibus, & nummis argenteis. *Idem.*

3 *Sueſſam communiſſe*] Vet. lib. *Commeaſſe.* Recte. Nam, inquit, Auruncos oppidum antiquum ſuum deſeruiſſe ac profugiſſe. Nomen autem ejus oppidi Aurunca fortaſſe fuit, quo deinde nomine Sueſſa ipſa etiam affecta eſt. Sic Auſonum fuiſſe oppidum Auſona. *Idem.*

4 *Juſſa familiam ſuam in poteſtate habere*] Id eſt, prohibita manumittere ſervos, ut eſſent, ex quibus quæſtiones haberi poſſent. Sic pag. 749, 750, Sigon. 2 de Iud. *Henr. Valeſius.*

5 *Sub terram dextra via ſtratam*] Cur *ſub terram ſtratam* dicat, exponit Plutarch. in Numa, ubi de pœna Veſtalium agit: ἐνταῦθα κατασκευάζεται κατάγειος οἶκος οὐ μέγας· κεῖται δ' ἐν αὐτῷ κλίνη τε ὑπεστρωμένη. id eſt, *Eo in loco*, ad portam Collinam, *prapara-*

tur

Digitized by Google

Collinam dextra via ſtrata defoſſa [1] Scelerato campo. credo ab inceſto id ei loco nomen factum. Eodem anno Q. Publilius Philo prætor primum de plebe, adverſante Sulpicio conſule, [2] qui negabat, rationem ejus ſe habiturum, eſt factus; ſenatu, quum in ſummis imperiis id non obtinuiſſet, [3] minus in prætura tendente. Inſequens 16
annus, L. Papirio Craſſo, [4] Cæſone Duilio conſulibus, Auſonum magis novo quam magno bello fuit inſignis. ea gens Cales urbem incolebat. Sidicinis finitimis arma conjunxerat: unoque prœlio haud ſane memorabili duorum populorum exercitus fuſus, propinquitate urbium & ad fugam pronior, & in fuga ipſa tutior fuit. nec tamen omiſſa ejus belli cura Patribus, quia toties jam Sidicini, aut ipſi moverant bellum, aut moventibus auxilium tulerant, aut cauſſa armorum fuerant. Itaque omni ope annixi ſunt, ut maximum ea tempeſtate imperatorem T. Valerium Corvum conſulem quartum facerent: collega additus Corvo M. Atilius Regulus. & ne forte caſu erraretur, petitum ab conſulibus, ut extra ſortem Corvi ea provincia eſſet. Exercitu victore à ſuperioribus conſulibus accepto ad Cales, unde bellum or-

tur ſub terram domus haud admodum magna, in ea vero lectus eſt ſtratus. Sigonius..

Dextra via ſtrata] Sic priſcæ editiones. Sigonius *ſtratam*: & cur *terram ſtratam* dicat Livius, ait docere Plutarchum: apud quem eſt in hypogæo, quo defodiebantur virgines Veſtales, lectum ſtratum fuiſſe. Ego *triclinium ſtratum* facile admitto, in quo lecti ſunt ſtrati: *terram ſtratam*, ſub qua lectus ſtratus ſit, accipere non poſſum. Niſi & *ſtratum mare* in quo lecti ſternuntur. Thuan. *Dextra viam ſtrata*. Pall. *Dextra via ſtatim*. Voſſ. *Dextra viam ſtratam*. Helm. *Extra viam ſtratam*. Quod aliquem commovere poſſit. Sed *dextra via ſtrata*, eſt ad ſiniſtram munitæ viæ: in campo, ubi à dextra eſt via ſtrata. Sic lib. 2, 49. *Infelici via dextro Jano portæ Carmentalis*, J. F. Gron.

1 *Scelerato campo, credo ab inceſto*] Vet. lib. *Ab inceſtu*. Ac Feſtus, *Sceleratus campus appellatur proxime portam Collinam, in quo Virgines Veſtales, quæ inceſtum fecerunt, defoſſæ ſunt*. Sigonius.

2 *Qui negabat rationem ejus ſe habiturum*] Id eſt, nomen ejus candidati non recepturum; conſules enim prætoria comitia habebant. *Idem.*

3 *Min. in pr. intendente*] Vet. lib. *Tendente*, quod ſæpe uſurpat Livius. *Idem.*

4 *Caſone Duellio*] *K. Duilio*, ut ſupra, nota hujus prænominis mendum peperit in epiſt. Cic. ad Pætum, cum ait: *L. Papirius Craſſus quadriennio poſtquam Dictator fuit, conſul factus eſt cum C. Duilio*, cum ſit legendum *K. Duilio*. Idem.

tum erat, profectus, quum hoſtes ab ſuperioris etiam certaminis memoria pavidos clamore atque impetu primo fudiſſet; mœnia ipſa oppugnare eſt aggreſſus. & militum quidem is erat ardor, ut jam inde cum ſcalis ſuccedere ad muros vellent, evaſuroſque contenderent. Corvus, quia id arduum factu erat, labore militum potius quam periculo, peragere incœptum voluit. itaque aggerem & vineas egit, turreſque muro admovit: quarum uſum forte oblata opportunitas prævertit. namque M. Fabius, captivus Romanus, quum per negligentiam cuſtodum feſto die vinculis ruptis, per murum inter opera Romanorum, religata ad pinnam muri reſte ſuſpenſus, manibus ſe demiſiſſet; perpulit imperatorem ut vino epuliſque ſopitos hoſtes aggrederetur. nec majore certamine capti cum urbe Auſones ſunt, quam acie fuſi erant. Præda capta ingens eſt. præſidioque impoſito Calibus reductæ Romam legiones. Conſul ex Senatuſconſulto triumphavit: &, ne Atilius expers gloriæ eſſet, juſſi ambo conſules adverſus Sidicinos ducere exercitum. Dictatorem ante ex ſenatuſconſulto comitiorum habendorum cauſſa dixerunt [1] L. Æmilium Mamercinum. is magiſtrum equitum Q. Publilium Philonem dixit. Dictatore comitia habente, [2] conſules creati ſunt T. Veturius, Sp. Poſtumius. Etſi belli pars cum Sidicinis reſtabat; tamen ut beneficio prævenirent deſiderium plebis, de colonia deducenda Cales retulerunt: factoque ſenatuſconſulto, ut duo millia quingenti homines eo ſcriberentur, triumviros coloniæ deducendæ, agroque divi-

1 *L. Æmil. Mamercum*] *Mamercinum*, ex vet. lib. Quo prænomine multi Æmilii uſi ſunt. *Sigonius.*

2 *Conſules creati ſunt T. Veturius*] Ne hic quidem nihil ab aliena manu eſſe cum quoquam pignus dare auſim. Videtur enim feciſſe Livius: *Dictatore comitia habente, conſules creati T. Veturius, Sp. Poſtumius, etſi belli pars cum Sidicinis reſtabat, tamen ut beneficio prævenirent deſiderium plebis, de colonia deducenda Cales retulerunt.* Multo id quidem rotundius. Vide ad lib. 3 cap. 22. *J. F. Gron.*

T. Veturius, Sp. Poſtumius] *Calvinus* ille, hic *Albinus*, vocatus eſt: Livius auctor lib. 9. Plutarch. in Parallelis. *Sigonius.*

1 *In-*

dividundo creaverunt Cæſonem Duilium, T. Quin-
tium, M. Fabium. Novi deinde conſules, à veteribus 17
exercitu accepto, ingreſſi hoſtium fines, populando uſ-
que ad mœnia atque urbem pervenerunt. Ibi, quia
[1] ingenti exercitu comparato Sidicini, & ipſi pro extre-
ma ſpe dimicaturi enixe videbantur, & Samnium fama
erat conciri ad bellum; dictator ab conſulibus ex aucto-
ritate ſenatus dictus P. Cornelius Rufinus: magiſter e-
quitum M. Antonius. Religio deinde inceſſit, vitio eos
creatos: magiſtratuque ſe abdicaverunt. & quia peſti-
lentia inſecuta eſt, velut omnibus eo vitio contactis au-
ſpiciis, res ad interregnum rediit. ab interregno inito per
quintum demum interregem M. Valerium Corvum
[2] creati conſules A. Cornelius iterum, & Cn. Domitius.
Tranquillis rebus, [3] fama Gallici belli pro tumultu va-
luit, ut dictatorem dici placeret. Dictus M. Papirius
Craſſus, & magiſter equitum P. Valerius Publicola. à
quibus [4] dum delectus intentius quam adverſus finitima
bella haberetur, exploratores miſſi attulerunt, quieta
omnia apud Gallos eſſe. Samnium quoque jam alterum
annum turbari novis conſiliis ſuſpectum erat. eo ex agro
Sidicino exercitus Romanus non eſt deductus. Cæte-
rum Samnites bellum Alexandri Epirenſis in Lucanos
traxit, qui duo populi [5] adverſus regem exſcenſionem à
Pæſto

1 *Ingenti exercitu comparato*] Audeo aſſerere Livio, quod in unico eſt Florentino: *ingenti exercitu comparando*. Eſt enim quale lib. 1, 84. *Officio obeundo*, & cap. 53. *Præda dividunda*, & hujuſmodi Ciceroni & Livio frequentiſſima. *J. F. Gron.*

2 *Creati conſules A. Cornelius*] Hic par conſulum L. Papirium Curſorem, C. Poetelium Libonem Viſolum deſiderari anno U. C. 420 diſputat Steph. Vinandus Pighius.

L. Cornelius iterum] *A. Cornelius* eſt ſcribendum, Caſſiodoro, Diodoro, & vet. lib. atteſtantibus. Eſt autem is, qui conſul ante fuit anno CDXII. *Sigonius.*

3 *Fama Gallici belli pro tumultu valuit*] Illud *pro tumultu* gloſſema puto: nam vulgo dicebant *tumultus Gallicus*. Et res notiſſima eſt. Itaque ejiciendum arbitror totum illud *pro tumultu*. Tan. Faber.

4 *Dum delectus*] Sic quidem jam & Modiana editio. Sed vetuſtiores & ſcripti, *cum delectus*. Alioqui *dum habetur* fuiſſet dicendum. *J. F. Gron.*

5 *Adverſus regem exſcenſionem a Pæſto facientem*] Vet. lib. omnes *Exſcenſionem* habent, quomodo alio loco locutus

Pæſto facientem ſignis collatis pugnaverunt. eo certami-
ne ſuperior Alexander, incertum qua fide culturus, ſi
perinde cætera proceſſiſſent, pacem cum Romanis fe-
cit. Eodem anno cenſus actus novique cives cenſi: tri-
bus propter eos additæ, Mæcia & Scaptia: cenſores ad-
diderunt, Q. Publilius Philo, Sp. Poſtumius. Roma-
ni facti Acerrani lege ab L. Papirio prætore lata, qua ci-
vitas ſine ſuffragio data. hæc eo anno domi militiæque
18 geſta. Fœdus inſequens annus, ſeu intemperie cœli,
ſeu humana fraude fuit, M. Claudio Marcello, [1] C. Va-
lerio conſulibus. Flaccum Potitumque, varie in anna-
libus cognomen conſulis invenio: cæterum in eo par-
vi refert quid veri ſit: illud pervelim (nec omnes au-
ctores ſunt) proditum falſo eſſe, venenis abſumptos,
quorum mors infamem annum peſtilentia fecerit. ſicut
proditur tamen res, ne cui auctorum fidem abrogave-
rim, exponenda eſt. Quum primores civitatis ſimilibus
morbis, eodemque ferme omnes eventu morerentur;
ancilla quædam ad [2] Q. Fabium Maximum ædilem cu-
rulem,

cutus eſt Livius, ut lib. 22. *Exſcenſu è navib. in terram facto.* Et lib. 28. *Ad Erythras exſcenſionem fecit*: Quæ lectio placet, ſi *ad Pæſtum*, legamus. At placet aliis, *excurſionem* legi. Quod etiam probatur, cum paucis ante annis idem Alexander appuliſſe claſſem in Italiam ſupra dicatur. *Sigonius.*

Exſcenſionem à Pæſto facientem] Nugæ, quid enim eſt *exſcendere à Pæſto*? Lego, *ad Pæſtum.* Tan. Faber.

Adverſ. reg. exſcenſionem à Pæſto facientem] Sic omnes veteres libri, fatente & Sigonio. Quibus placet *excurſionem*, ex eorum genere ſunt, qui eandem vocem ter corruperunt apud Livium, correpti Lipſio lib. 2 Epiſt. quæſt. 20. Adjungas licet lib. 22, 20. *Claſſe profecti exſcenſu è navibus in terram facto, cum urbem vi cepiſſent.* nam & ibi legendum, *exſcenſione facta*, ſignificant optimi codices. Nollem iſtis iterum ſe aggregaſſe Sigonium lib. 29, 28. *Prædatorias claſſes, quibus exſcenſiones in agros maritimos factæ erant. Excurſiones*, quod ille inculcat, nos in uno tantum libro, nec eo antiquo aut optimo invenimus. Memineris autem diſtinguere inter *eſcendere* & *exſcendere*: illud eſt ſurſum niti ſcandendo; hoc è navi deſcendere. Nec vero opus, quod hic requirit Sigonius, ſi veterem ſcripturam retineamus, *ad Pæſtum*. Intelligimus exſcenſionem in Lucaniam ab ea parte, ubi eſt Pæſtum. Vide quæ ad lib. 31, 24. *J. F. Gron.*

1 *T. Valerio conſulibus*] Nuſquam alias *Titi* prænomen in gente *Valeria* comperi. Quare aſſentior Diodoro & Caſſiodoro, qui hunc conſulem *C. Valerium* vocant. *Sigonius.*

2 *Q. Fab. Maximum ædilem*] Adhuc *Maximus* non dicebatur. nam poſt in cenſura id cognomen invenit. *Idem.*

1 *Medi-*

rulem, indicaturam ſe cauſſam publicæ peſtis profeſſa eſt; ſi ab eo fides ſibi data eſſet, haud futurum noxæ indicium. Fabius confeſtim rem ad conſules, conſules ad ſenatum referunt: conſenſuque ordinis fides indici data. Tum patefactum, muliebri fraude civitatem premi: matronaſque ea venena coquere; & ſi ſequi extemplo velint, manifeſto deprehendi poſſe. Secuti indicem, & coquentes quaſdam [1] medicamenta, & recondita alia, invenerunt. quibus in forum delatis, [2] & ad viginti matronis apud quas deprehenſa erant, per viatorem accitis, duæ ex eis, Cornelia ac Sergia, patriciæ utraque gentis, quum ea medicamenta ſalubria eſſe contenderent, ab confutante indice, bibere juſſæ, ut ſe falſum commentam arguerent; ſpatio ad colloquendum ſumpto, quum ſummoto populo in conſpectu omnium rem ad cæteras retuliſſent: haud abnuentibus & illis bibere, epoto medicamento, ſuamet ipſæ fraude omnes interierunt. comprehenſæ extemplo earum comites, magnum numerum matronarum indicaverunt: ex quibus ad centum ſeptuaginta damnatæ. Neque de veneficiis ante eam diem Romæ quæſitum eſt. prodigii ea res loco habita; captiſque magis mentibus quam conſceleratis, ſimilis viſa. Itaque memoria ex annalibus repetita, [3] in ſeceſſionibus quondam plebis, clavum ab dictatore fixum, alienataſque diſcordia mentes hominum eo piaculo

1 *Medicamenta & recondita*] Lego *conditanea.* quid enim eſt *coquere recondita*? Tan. Faber.

2 *Et viginti matronis*] *Et à XXX matr.* Rott. ſed primum x deletum. Voſſ. 1 & Helm. *& à viginti.* alter, *& ad viginti matronis.* Sic & Flor. immo & veteres editi. Recte. Suetonius Julio c. 20. *Agrum Campanum diviſit extra ſortem ad viginti millibus civium.* J. F. Gron.

3 *In ſeceſſionibus quondam plebis clavum ab dict.*] Lib. 7, non ita longe ab initio, de fixo cauſa ſedandæ peſtis clavo mentio eſt: at de ſeceſſione plebis nulla prorſus: quamquam hujuſmodi apud Livium multa. *Glareanus.*

In ſeceſſione quondam plebis] Hac de re ante nihil Livius. Seceſſit primum plebs in montem ſacrum, ejus ſedandæ cauſa Dictator M. Valer. creatus eſt; iterum in Aventinum, per conſules reducta eſt: denique ſeceſſit exercitus, per M. Valer. Corvum Dictat. res compoſita eſt, Liv. lib. 2, 3 & 7. nuſquam autem clavi figendi mentio facta eſt. *Sigonius.*

Digitized by Google

culo compotes ſui feciſſe, dictatorem clavi figendi cauſſa creari placuit. creatus Cn. Quintilius magiſtrum equitum L. Valerium dixit: qui fixo clavo magiſtratu ſe abdicarunt.
19 Creati conſules L. Papirius Craſſus iterum, [1] L. Plautius Venno. cujus principio anni [2] legati ex Volſcis Fabraterni & Lucani Romam venerunt; orantes ut in fidem reciperentur. ſi à Samnitium armis defenſi eſſent, ſe ſub imperio populi Romani fideliter atque obedienter futuros. Miſſi tum ab ſenatu legati denunciatumque Samnitibus, eorum populorum finibus vim abſtinerent. valuitque ea legatio, non tam quia pacem volebant Samnites, quam quia nondum parati erant ad bellum. Eodem anno Privernas bellum initum: cujus ſocii Fundani, dux etiam Fundanus fuit, Vitruvius Vaccus; vir non domi ſolum, ſed etiam Romæ clarus. ædes fuere in Palatio ejus, quæ [3] Vacciprata, diruto ædifi-

1 *L. Plautius Venox*] *Venno* ſcribendum eſt ex ſecundo hujus conſulatu Cap. Nam qui *Venox* eſt dictus, is & *Caii* prænomen tulit, & multis poſt annis in cenſura illud cognomen invenit: ſunt autem cognomina duo *Venno* & *Venox*, utrumque *Plautiorum*: verum librariorum incuria alterum prope ex hominum memoria evulſum eſt, & à ſcriptoribus Capit. modo reſtitutum. *Sigonius.*

2 *Legati ex Volſcis Fabraterni, & Lucani Romam vener. orantes*] Vox, *Lucani*, mendum habet. Neque n. *Lucani* aut *Volſci* ſunt, aut *Volſcis* vicini, neque ita per ſe invalidi, ut à Samnitibus quicquam timere poſſent, quibus paulo ante erant amici. præſertim vero cum dicat haud ita multo poſt, *Lucani atque Apuli, quib. gentib. nihil ad eam diem cum populo Rom. fuerat, in fidem venerunt.* Idem.

Leg. ex Volſcis Fabraterni & Lucani] Vox ultima mendoſa Sigonio videtur. Neque enim Lucanos ex Volſcis eſſe aut Volſcis vicinos, neque ita per ſe invalidos, ut à Samnitibus quicquam timere poſſent. Errat componendo, quæ dividenda ſunt. Livius ait legatos Lucanos veniſſe Romam & ex Volſcis Fabraternos: non ſimul ex Volſcis & Fabraternos & Lucanos. Fortunæ autem gentium parvis momentis mutantur, & modo invalidi ſunt, qui paullo ante formidabiles. Quod autem non multo poſt ait Livius, cum Appulis eos in fidem veniſſe, quibus gentibus nihil ad eam diem cum populo Romano fuerit: id quidem confirmat hujus loci ſcripturam. Accepto enim beneficio per legatos in Samnium à Romanis miſſos hanc gratiam retulerunt. Nec celabo lectorem, ſi cui forte id magis placeat, Albertum Rubenium conjeciſſe, *Poluſcani*, quum Πολυσκανῶν χώραν in Volſcis commemoret Dionyſius lib. VIII. Cluverius lib. 3 Ital. antiq. ſuſpicatur *Fabraterni & Arcani.* J. F. Gron.

3 *Vacciprata*] Hinc Cicero pro domo: *In Vaccipratis domus fuit M. Vacci quæ publicata eſt, & everſa.* Sigonius.

Digitized by Google

diſicio publicatoque ſolo appellata. Adverſus hunc, vaſtantem effuſe Setinum Norbanumque & Coranum agrum, L. Papirius profectus; haud procul caſtris ejus conſedit. Vitruvio, nec ut vallo ſe teneret adverſus validiorem hoſtem, [1] ſana conſtare mens, nec ut longius à caſtris dimicaret, animus ſuppetere. vix tota extra portam caſtrorum explicata acie, fugam magis retro quam prœlium aut hoſtem ſpectante milite, ſine conſilio, ſine audacia depugnat, & ut levi momento, nec ambigue eſt victus, ita brevitate ipſa loci, facilique receptu in tam propinqua caſtra, haud ægre militem à multa cæde eſt tutatus: nec fere quiſquam in ipſo certamine, pauci in turba fugæ extremæ, quum in caſtra ruerent, cæſi, primiſque tenebris Privernum inde Petitum agmine trepido, ut muris potius quam vallo ſeſe tutarentur. A Priverno Plautius, alter conſul, pervaſtatis paſſim agris prædaque abacta, in agrum Fundanum exercitum inducit. Ingredienti fines ſenatus Fundanorum occurrit, *negant ſe pro Vitruvio ſectamque ejus ſecutis precatum veniſſe, ſed pro Fundano populo;* [2] *quem extra culpam belli eſſe ipſum Vitru-*

1 *Sana conſtare mens.*] Vet. lib. *Sane.* Sigonius.

Sana conſt. mens] Sigonius cum maculoſo ſuo libro, *ſane.* Putaverat enim *ſana eſſe*, aut *conſtare* ſolum dicendum. Ut lib. 9. *An ſi ſana mens fuiſſet.* Lib. 39. *Ut non color, non vultus ei conſtaret.* Seneca epiſt. 22. *Non animus nobis, non color conſtat.* Sed vulgatum, quod nuſquam non nobis occurrit, firmat Plautus Trinummo: *Satin tu ſanus mentis aut animi tui, Qui conditionem hanc repudies?* Ovidius lib. VIII. *Vix ſua, vix ſana virgo Niſeïa compos Mentis erat.* Et Cicero, qui Philip. 2. *Nec vero te unquam neque vigilantem neque in ſomnis credo mente poſſe conſiſtere:* idem lib. 1 in Verrem: *Religiones vero cærimoniæque omnium ſacrorum fanorumque violatæ conſiſtere ejus animum ſine furore atque amentia non ſinunt.* J. F. Gron.

2 *Quem extra culpam belli eſſe ipſum Vitruvium indicaſſe*] Scio illud lib. 9. *violentos illos cenſores, C. Furium & M. Geganium, qui quid iſte magiſtratus in republica male facere poſſet, indicarunt.* Hic tamen vereor, ne ſcripſerit Livius, *judicaſſe.* Sic enim dicuntur eleganter, qui facto aliquo ſuo præjudicium de re faciunt, & ex eo aliis dant æſtimandi copiam. Cicero lib. 15 Famil. 1. *Et quod genus hoc militum ſit, judicavit vir fortiſſimus M. Bibulus in Aſia, qui, cum ei permiſiſſetis, delectum habere noluerit.* Pro Quinctio: *Clamabat porro ipſe Quinctius, ſeſe idcirco nolle ſatiſdare, ne videretur judicaſſe bona ſua ex edicto poſſeſſa eſſe.* Et ſic *ſtatuere* in eadem oratione: *Quid ſi tu ipſe, Sex. Nævi, ſtatuiſti bona P. Quinctii ex edicto poſſeſſa non eſſe? opinor, tuum teſtimonium, quod in aliena re leve eſſet, id in*

Digitized by Google

Vitruvium judicaſſe, quum receptaculum fugæ Privernum habuerit, non patriam Fundos. Priverni igitur hoſtes populi Romani quærendos perſequendoſque eſſe, qui ſimul à Fundanis ac Romanis utriuſque patriæ immemores defecerint. [1] *Fundanis pacem eſſe, & animos Romanos, & gratam memoriam acceptæ civitatis. Orare ſe conſulem, ut bellum ab innoxio populo abſtineat: agros, urbem corpora ipſorum conjugumque ac liberorum ſuorum, in poteſtate populi Romani eſſe, futuraque.* Collaudatis Fundanis conſul, literiſque Romam miſſis, in officio Fundanos eſſe, ad Privernum flexit iter. Prius animadverſum in eos, qui capita conjurationis fuerant, à conſule ſcribit Claudius: ad trecentos quinquaginta ex conjuratis vinctos Romam miſſos: eamque deditionem ab ſenatu non acceptam; quod egentium atque humilium pœna defungi velle Fundanum populum cenſuerint. Privernum duobus conſularibus exercitibus quum obſideretur, alter conſul comitiorum cauſſa Romam revocatus. [2] Carceres eo anno in circo primum ſtatuti. Nondum perfunctos cura Privernatis belli, tumultus Gallici fama atrox invaſit; haud ferme unquam neglecta Patribus. Extemplo igitur conſules novi, [3] L. Æmilius Mamercinus, & C. Plautius, eo ipſo die Kalen-

in tua, quoniam contra te eſt, graviſſimum debet eſſe. Emiſti bona Sex. Alpheni, L. Sulla dictatore vendente: ſocium tibi in hujus bonis edidiſti Quinctium. Suſpicor ita fuiſſe etiam lib. 28, 19. *Ipſos claudendis portis judicaſſe Hiſpanos, quid ut timerent meriti eſſent.* Et apud auctorem de bello Alexandrino cap. 34. *Secundani veriti, ne ſoli relinquerentur, atque ex eo, quid ſenſiſſent, judicaretur, ſecuti ſunt factum ſuperiorum.* Noſter lib. 9 in verbis Poſtumii: *Et hoc ipſi etiam Samnites judicaverunt, quibus non ſatis fuit conſules ſpondere,* &c. Hic autem, ut conjeceram, Helm. & duo Voſſiani. *J. F. Gron.*

1 *Fundanis pacem eſſe*] Vet. lib. *Fundis*, quod placet: dixit enim *Priverni hoſtes eſſe.* Sigonius.

Fundanis pacem eſſe & animos] Illud *pacem* nihil eſt. Lege: *Fundanis autem eſſe &* (ſine interpunctione omni) *& gratam.* Prius illud *ET* more ſolenni *παρέλκον* eſt, & figuram facit. *Tan. Faber.*

2 *Carceres eo anno in circo*] Varro lib. 4 de lingua Latina: *In circo primo, unde mittuntur equi, Carceres dicuntur dicti, quod coërcentur equi, ne inde exeant ante, quam magiſtratus ſignum miſit.* Sigonius.

3 *L. Æmilius Mamercus, & Cn. Plautius*] Scribe *L. Æmilius Mamercinus, & C. Plautius.* De *Mamercino* teſtantur & vetera, & Capitolina monumenta. De *C. Plautio* triumphus ejus Capitolinus, in quo ipſe ita deſcribi-

Kalendis Quintilibus, quo magiſtratus inierunt, comparare inter ſe provincias juſſi: & Mamercinus, cui Gallicum bellum evenerat, ſcribere exercitum ſine ulla vacationis venia. quin opificum quoque vulgus, & ſellularii, minime militiæ idoneum genus, exciti dicuntur. Veioſque ingens exercitus contractus, ut inde obviam Gallis iretur. longius diſcedi, ne alio itinere hoſtis falleret ad urbem incedens, non placuit. Paucos deinde poſt dies, ſatis explorata temporis ejus quiete, à Gallis Privernum omnis converſa vis. Duplex inde fama eſt, alii vi captam urbem, Vitruviumque vivum in poteſtatem veniſſe: alii, priuſquam ultima adhiberetur vis, [1] ipſos ſe in deditionem conſulis caduceum præferentes permiſiſſe, auctores ſunt, Vitruviumque ab ſuis traditum. Senatus, de Vitruvio Privernatibuſque conſultus, conſulem Plautium, dirutis Priverni muris, præſidioque valido impoſito, ad triumphum arceſſit; Vitruvium in carcerem aſſervari juſſit, quoad conſul rediſſet; tum verberatum necari. ædes ejus quæ eſſent in Palatio, diruendas, bona [2] Semoni Sanco cenſuerunt conſecranda: quodque æris ex eis redactum eſt, ex eo ænei orbes facti; poſiti in ſacello [3] Sanci verſus ædem Quirini. De ſenatu Privernate ita decretum, ut qui ſenator Priverni poſt defectionem ab Romanis manſiſſet, trans Tiberim, lege eadem qua Veliterni, habitaret. His ita decretis, uſque ad triumphum Plautii ſilentium de Privernatibus fuit: poſt triumphum conſul necato Vitruvio,

ſcribitur: C. PLAUTIUS P. F. P. N. DECIANUS. Sunt enim multi per hæc tempora illuſtres Plautii, ſed diverſis cognominibus præditi, *Proculo*, *Hypſæo*, *Vennone*, *Venoce*, *Deciano*. Hunc tamen adoptionis cognomine uti cenſeo, non familiæ. *Sigonius.*

1 *Ipſos ſe in deditionem conſulis permiſiſſe*] Malim, *in ditionem*. id eſt, in poteſtatem. Solent enim hæc duo vocabula ſæpe confundi. Cicero pro Fonteio: *videtis poſitum in veſtra fide ac poteſtate: atque ita ut commiſſus ſit fidei, permiſſus poteſtati.* Cæſar 2 Gall. *Se ſuaque omnia in fidem atque poteſtatem pop. Romani permittere.* J. F. Gron.

2 *Semoni Sanco cenſuerunt*] Dio Fidio vel Herculi Sabino. Vide Joſ. Caſtalionem Obſerv. dec. 3 cap. 10.

3 *Sanci verſus ædem Quirini*] Vet. lib. *Adverſus ædem.* Sigonius.

vio, ſociiſque ejus noxæ, apud ſatiatos jam ſuppliciis nocentium, tutam mentionem de Privernatibus ratus; *Quoniam auctores defectionis*, inquit, *meritas pœnas, & ab Diis immortalibus & à vobis habent, Patres Conſcripti, quid placet de innoxia multitudine fieri? Equidem etſi meæ partes exquirendæ magis ſententiæ, quam dandæ ſunt; tamen, quum videam Privernates vicinos Samnitibus eſſe, unde nunc nobis incertiſſima pax eſt; quam minimum irarum inter nos illoſque re-*
21 *linqui velim.* Quum ipſa per ſe res anceps eſſet; prout cujuſque ingenium erat, atrocius mitiuſve ſuadentibus; tum incertiora omnia unus ex Privernatibus legatis fecit; magis conditionis in qua natus eſſet, quam præſentis neceſſitatis memor: qui interrogatus à quodam triſtioris ſententiæ auctore, *quam pœnam meritos Privernates cenſeret? eam*, inquit, *quam merentur qui ſe libertate dignos cenſent.* cujus quum feroci reſponſo infeſtiores factos videret conſul eos, qui ante Privernatium cauſſam impugnabant; ut ipſe benigna interrogatione mitius reſponſum eliceret, *Quid, ſi pœnam*, inquit, *remittimus vobis, qualem nos pacem vobiſcum habituros ſperemus?* [1] *Si bonam dederitis*, inquit, *& fidam, & perpetuam: ſi malam, haud diuturnam.* Tum vero minari, nec id ambigue, Privernatem quidam, & illis vocibus ad rebellandum incitari pacatos populos. [2] Pars melior ſenatus ad meliora reſponſa trahere, & dicere, *Viri, & liberi, vocem auditam. an credi poſſe ullum populum, aut hominem denique, in ea conditione, cujus eum pœniteat, diutius quam neceſſe ſit, manſurum? Ibi pacem eſſe fidam, ubi voluntarii pacati ſint: neque eo loco, ubi ſervitutem eſſe velint, fidem ſperandam eſſe.* In hanc ſententiam maxime conſul ipſe inclinavit animos, identidem ad principes ſententiarum conſulares, uti exaudiri poſſet à pluribus, dicendo, *Eos demum, qui nihil præterquam de liber-*

1 *Si bonam dederitis*] Idem tradit Valerius lib. 6 cap. 2. *Sigonius.*

2 *Pars melior Senatus ad meliora*] Forte, *ad meliora reſponſum*, aut *ad melius reſponſa trahere.* J. F. Gron.

1 *P. Plau-*

libertatè cogitant, dignos eſſe qui Romani fiant. Itaque & in ſenatu cauſſam obtinuere, & ex auctoritate Patrum latum ad populum eſt, ut Privernatibus civitas daretur. Eodem anno Anxur trecenti in coloniam miſſi ſunt: bina jugera agri acceperunt. Secutus eſt annus nulla re 22
belli domive inſignis, [1] P. Plautio Proculo, P. Cornelio Scapula conſulibus; præterquam quod [2] Fregellas (Sidicinorum is ager, deinde Volſcorum fuerat) colonia deducta: & populo viſceratio data à M. Flavio in funere matris. Erant qui per ſpeciem honorandæ parentis, meritam mercedem populo ſolutam interpretarentur, quod cum die dicta ab ædilibus crimine ſtupratæ matrisfamiliæ abſolviſſet. Data viſceratio in præteritam judicii gratiam, honoris etiam ei cauſſa fuit: [3] tribunatumque plebei, proximis comitiis, abſens petentibus præfertur. Palæpolis fuit haud procul inde, ubi nunc Neapolis ſita eſt. duabus urbibus populus idem habitabat. Cumis erant oriundi. [4] Cumani ab Chalcide Euboica origi-

1 *P. Plautio Proculo, P. Corn.*] Pro *Plautio* Diodorus edit *A. Poſtumium: ſic enim eſt apud eum*, Αὖλος Ποςύμιος, Πόπλιος Κορνήλιος. *Sigonius.*

2 *Fregellas, Signinorum is ager*] Satis apparet ex locorum deſcriptione, *Sidicinorum* legendum, qui populi fuerunt inter Volſcos & Campanos, non *Signinorum*, quæ urbs fuit in Latio. *Idem.*

3 *Trib. pl. pr. com. abſens præſentib. præfertur*] Vet. lib. omnes, *abſens petentibus.* Glareanus *præſentibus* mavult, quaſi vero non alio loco Livius opponat, *abſentes petentibus*, quippe cum abſens non ſolum dicatur is, qui non adeſt in urbe, ſed etiam qui ne in campo quidem, ut alio loco oſtendam. *Idem.*

Tribunatuque plebis proximis comitiis] Qui dicitur *tribunatu plebis* aliquid feciſſe, aut cui dicitur *tribunatu plebis* aliquid eveniſſe, is intelligitur cum jam adeptus, non nunc primum petere. Vide lib. 5, 34. At hic reficiendum eſt, *tribunatumque plebei*, quorum illud duo Pall. meliores & Voſſ. alter habent, exigitque verbum *petentibus*, à quo dependet; hoc evidenter membr. Voſſ. prior, Helm. Thuaneus, ex eiſdem alibi ſæpius ab nobis Livio reſtitutum. Proximis comitiis, inquit, tribunatum plebei petentibus ipſe abſens præfertur. Hic cum coactum neſcio quid videtur Glareano, homo bonus ultro clauſis oculis errat. Gelenii *præſentibus*, & recte & docte hic & ad lib. 10 rejecit Sigonius: niſi lateat ſub eo *prenſantibus*: ſed tum & *tribunatuſque* faciendum putares, patrio caſu, ut ad *comitia* referatur. *J. F. Gron.*

4 *Cumani ab Chalcide Euboica*] Idem Strabo lib. 5. *Sigonius.*

Cumani ab Chalcide] Præpoſitionem non agnoſcunt Th. Voſſ. Helm. Rott. *J. F. Gron.*

Digitized by Google

originem trahunt. Claſſe, qua advecti ab domo fuerant, multum in ora maris ejus, quod accolunt, potuere. [1] Primo in inſulas Ænariam & Pithecuſas egreſſi, deinde in continentem auſi ſedes transferre. Hæc civitas, quum ſuis viribus, tum Samnitium [2] infida adverſus Romanos ſocietate freta, ſive peſtilentiæ, quæ Romanam urbem adorta nunciabatur, fidens, multa hoſtilia adverſus Romanos, agrum Campanum Falernumque incolentes, fecit. Igitur, L. Cornelio Lentulo, Q. Publilio Philone iterum conſulibus, fecialibus Palæpolim ad res repetendas miſſis, quum relatum eſſet à Græcis, gente lingua magis ſtrenua, quam factis, ferox reſponſum; ex auctoritate Patrum populus Palæpolitanis bellum fieri juſſit. Inter conſules provinciis comparatis, bello Græci perſequendi Publilio evenerunt, Cornelius altero exercitu Samnitibus, ſi qua ſe moverent, oppoſitus. Fama autem erat, defectioni Campanorum imminentes admoturos caſtra. ibi optimum viſum Cornelio ſtativa habere. Ab utroque conſule exiguam ſpem pacis cum

23 Samnitibus eſſe, certior fit ſenatus. Publilius duo millia Nolanorum militum & quatuor Samnitium, magis Nolanis cogentibus quam voluntate Græcorum, [3] recepta Palæ-

1 *Primo in inſulas Ænariam & Pithecuſas*] Livius Ænariam hic à Pithecuſis ſeparat, quas Plin. lib. 3 cap. 6 unam facit inſulam, ab Homero *Inarimen* dictam: ſequitur enim Plinius errorem illius quo Latini Poëtæ ex duabus unam fecere dictionem, εἰν Α'ρίμοις. *Glareanus.*

In inſ. Ænariam, & Pithecuſas egreſſi] Plin. has duas inſulas unam facit, at Mela duas, cum inquit; *Pithecuſa, Leucothea, Ænaria, Sinonia,* &c. *Italico lateri citra Tiberina oſtia objacent.* Hoc torſit valde Glareanum. *Sigonius.*

2 *Infida adverſus Romanos ſocietati freta*] Vet. lib. *Infida ſocietate.* Quod Latina locutio etiam poſtulat. *Idem.*

Infida adv. Rom. ſocietate freta] Sic Sigonius, quia id poſtulet Latinus ſermo. Quid eſt igitur, quod omnes ſcripti, ut prius edebatur, *infida ſocietati?* Vereor ne ſit ſubditum τὸ *freta*, & Livius ſcripſerit: *quum ſuis viribus, tum Samnitium infida adverſus Romanos ſocietati, ſive peſtilentiæ, quæ Romanam urbem adorta nunciabatur, fidens.* J. F. Gron.

Infida adverſus Romanos] Cavillatur Camillus Peregrinus diſ. 4 cap. 15 pag. 725. *Idem.*

3 *Recepta Palæpoli miſerat. Romæ compertum eſt delectum*] Vet. lib. *Recepta Palæpolim miſerat.* Utrumque recte. Dixit enim Cicero pro Archia: *Luculli eum domum ſuam receperunt.* Et Livius: *Oppido, ac tectis receperunt:* eſt enim

Palæpoli miſerat: Cornelius, delectum indictum à magiſtratibus; univerſum Samnium erectum: ac vicinos populos, Privernatem Fundanumque & Formianum, haud ambigue ſollicitari. Ob hæc quum legatos mitti placuiſſet prius ad Samnites, quam bellum fieret; reſponſum redditur ab Samnitibus ferox. Ultro incuſabant inju-

enim ſenſus: Publilius ad ſenatum miſerat, duo millia Nolanorum, & quatuor millia Samnitium Palæpolim hoſtium oppidum eſſe recepta. Pro *Roma compertum eſt, delectum*, vet. lib. alii habent: *Roma compertum eſt, Cornelius delectum.* alii omnino vacant vocib. his *Roma compertum eſt*, habent vero vocem, *Cornelius*: Quorum lectionem valde probo. Nam cum ab utroque conſule de Samnitium bello certiorem ſenatum factum dixiſſet, poſt ſubdidit, quid Publilius nunciaſſet: hoc vero loco, quid Cornelius, ita: *Ab utroque conſule exiguam ſpem pacis cum Samnitibus eſſe, certior fit ſenatus. Publilius duo millia Nolanorum militum, & quatuor Samnitium, magis Nolanis cogentibus, quam voluntate Græcorum recepta Palæpolim miſerat. Cornelius, delectum indictum à magiſtratibus, univerſum Samnium erectum, ac vicinos populos Privernatem, Fundanumque & Formianum haud ambigue ſollicitari.* egregie. Nam Publilius in Græcos ierat, Cornelius in Samnites. *Sigonius.*

Recepta Palæpoli, miſerat. Roma compertum eſt delectum] Fulvius Urſinus: *miſerat Romam. Compertum Cornelius delectum.* Sed hæc inania: nam & quod Publilius miſerat, habebat compertum: & quod nuntiabat Cornelius, nuntiabat Romam. Turpiſſimo additamento deformata eſt hæc [illegible], quam Sigonius egregie reſtituit, quamvis adhuc nemini auditus. MSS. *Roma compertum eſt Cornelius delectum:* alii, quos inter unus è Pall. verba illa, *Roma compertum eſt*, omnino inficiantur. Unde optime cenſuit ille, à ſarcinatore quodam nolenti Livio ſuppoſita eſſe ſcribendumque: *recepta Palæpoli, miſerat: Cornelius, delectum indictum.* Senſus eſt planus: nam cum parum ab utroque conſule ſpei de pace datum eſſe dixiſſet, mox ſubjungit diſtincte, quid à Publilio, quid à Cornelio delatum fuerit. Publilio autem Græci perſequendi provincia evenerat, Cornelio Samnium. *Miſerat* ad utrumque refertur conſulem, eſtque, miſerat nuntios vel nuntiatum vel literas hoc nuntio: qui fruſtra Glareano durus videtur ſermo. Sic lib. 25. *Conſulibus literæ à prætore miſſæ, ut priuſquam clauderent Capuam operibus, poteſtatem Campanis facerent*, &c. Lib. 29. *Scaphas circummiſit, ut ex omnibus navibus gubernatoreſque & magiſtri navium & bini milites in forum convenirent ad imperia accipienda.* Lib. 33. *Literas ad Zeuxippum mittit, ſervum conſcium tolleret.* Ut intelligat, hoc argumento, vel cum his mandatis. Auctor de bello Hiſpanienſi: *tabellarius eſt miſſus, ut ea nocte turres aggeremque incenderet.* Sophocles Antigona: *ὑμᾶς δ᾽ ἐγὼ πομποῖσιν ἐκ πάντων δίχα Ἔστειλ᾽ ἱκέσθαι*, Quodque omnium ſimillimum eſt præſenti loco, Livius lib. 36. *Is extemplo ad M. Bæbium proprætorem miſit, Antiochum in Theſſaliam impetum feciſſe.* Nec Cicero refugit id compendium ſermonis. Lib. 5 Famil. 20. *Ita exiſtimes velim, me antelaturum fuiſſe, ſi ad me miſiſſet, voluntatem tuam commodo meo*, id eſt, ſi me certiorem feciſſet. Lib. 11 ep. 8. *Eo tempore Polla miſit ut ad te, ſi quid vellem, darem literarum.* Utrobique ab eadem ignorantia vitium erat ante Victorium, quem vide. *J. F. Gron.*

injurias Romanorum: neque eo negligentius ea quæ ipſis objicerentur, purgabant. *Haud ullo publico conſilio auxiliove juvari Græcos: nec Fundanum Formianumve à ſe ſollicitatos. quippe minime pœnitere ſe virium ſuarum, ſi bellum placeat. Cæterum non poſſe diſſimulare, ægre pati civitatem Samnitium, quod Fregellas, ex Volſcis captas dirutaſque ab ſe, reſtituerit Romanus populus, coloniamque in Samnitium agro impoſuerit, quam coloni eorum Fregellas appellent. Eam ſe contumeliam injuriamque, ni ſibi ab iis qui fecerint, dematur, ipſos omni vi depulſuros eſſe.* Quum Romanus legatus ad diſceptandum eos ad communes ſocios atque amicos vocaret: [1] *Quid perplexe agimus?* inquit, *noſtra certamina, Romani, non verba legatorum, nec hominum quiſquam diſceptator, ſed campus Campanus, in quo concurrendum eſt, & arma, & communis Mars belli decernet. Proinde inter Capuam Sueſſulamque caſtra caſtris conferamus: & Samnis Romanuſne imperio Italiam regat, decernamus.* Legati Romanorum quum ſe non quo hoſtis vocaſſet, ſed quo imperatores ſui duxiſſent, ituros eſſe reſpondiſſent; jam Publilius inter Palæpolim Neapolimque loco opportune capto, diremerat hoſtibus ſocietatem auxilii mutui: qua ut quiſque locus premeretur, inter ſe uſi fuerant. Itaque quum & comitiorum dies inſtaret, & Publilium imminentem hoſtium muris, avocari ab ſpe capiendæ indies urbis, haud è republica eſſet; actum cum tribunis eſt, ad populum ferrent, ut quum Publilius Philo conſulatu abiſſet, [2] pro conſule rem gereret, quoad debellatum cum Græcis eſſet. L. Cornelio (quia ne eum quidem in Samnium jam ingreſſum revocari ab impetu belli placebat) literæ miſſæ, ut dictatorem comitiorum cauſſa diceret. dixit M. Claudium Marcellum. ab eo magiſter equitum dictus Sp. Poſtumius. Nec tamen ab dictato-

1 *Quid perplexe agimus, inquit*] Subaudiendum eſt, *Samnis*, Sequitur enim: *Et Samnis, Romanuſne imperio Italiam regat, decernamus.* Sigon.

2 *Proconſul rem ger.*] Vet. lib. *Pro conſule.* Idem.

Digitized by Google

ctatore comitia ſunt habita, quia vitione creatus eſſet, in diſquiſitionem venit. conſulti augures, vitioſum videri dictatorem, pronunciaverunt. Eam rem tribuni ſuſpectam infamemque criminando fecerunt. *Nam neque facile fuiſſe id vitium noſci,* [1] *quum conſul oriente nocte ſilentio diceret dictatorem: neque ab conſule cuiquam publice privatimve de ea re ſcriptum eſſe: nec quemquam mortalium exſtare,* [2] *qui ſe vidiſſe aut audiſſe quid dicat, quod auſpicium dirimeret: neque augures divinare Romæ ſedentes potuiſſe, quid in caſtris conſuli vitii obveniſſet. Cui non apparere, quod plebeius dictator ſit, id vitium auguribus viſum?* Hæc, aliaque ab tribunis nequicquam jactata: tamen ad interregnum res redit: dilatiſque alia atque alia de cauſſa comitiis, quartuſdecimus demum interrex Lucius Æmilius [3] conſules creat, C. Pœtelium, [4] L. Papirium Mugillanum. Curſorem in aliis annalibus invenio. [5] Eodem anno Alexandriam in 24
Ægy-

1 *Quum cos. oriente nocte*] Vet. lib. *Ineunte*. Sigonius.

Ineunte nocte] Ita Sigonius: ſed editt. antiquæ, & omnes ſcripti, *oriente nocte*. Nox quidem perinde oritur, ut dies. Ovidius 6 Faſt. *Delphina videbimus*, *inquit*, *Humida cum pulſo nox erit orta die*. Sed non principio noctis, verum poſt mediam, ſilentio, ſurgere moris erat auſpicantibus: ut Feſtus docet in *Silentio* & *Solida ſella*. Scribendum: *Cum conſul oriens nocte ſilentio diceret dictatorem*. Velius Longus de Orthographia: *Oriri apud antiquos ſurgere frequenter ſignificabat, ut apparet in eo quod dicitur*: *CONSUL ORIENS MAGISTRUM POPULI DICAT*. Hæc elegantiſſima obſervatio eſt Alberti Rubenii. *J. F. Gron.*

2 *Qui ſe vidiſſe aut audiviſſe*] Flor. Rott. Helm. Voſſ. uterque, *audiſſe*. Idem.

3 *Conſules creat C. Pœtelium*] *C. Pœtelium tertium* ſcribendum eſſe cenſet Glareanus. putat enim eundem eſſe cum eo, qui conſul fuit an. CCCXCV. in quo decipitur: ille enim pater, hic filius eſt. Quod ex conſulatu ejus, & ex dictatura hujus Capitolina cognoſcitur, in quibus ille *C. Pœtelius, C. F. Q. N. Vibo Viſolus*, hic *C. Pœtelius C. F. C. N. Libo Viſolus* appellatur. Eſt igitur *C.* hic *Pœtelius* conſul II, non III. nam *primum* fuit anno CDIX. *Sigonius.*

4 *L. Papirium Mugillan. Curſorem*, &c.] Quamquam ambigere de cognomine *Papirii* conſulis videtur, *Curſorem* tamen probat magis, quod ex eo intelligi poteſt, quod eum II poſt conſulem profitetur, hunc annum enumerans, Idem faciunt Capitolini ſcriptores. *Idem.*

5 *Eodem anno Alexandriam in Ægypto*] Hoc loco Alexander ædificat Alexandreiam, qui non longe ab initio hujus libri, in alio tractu orbis à fortuna morbo extinctus eſt. Diodorus Siculus ait; Alexandrum extinctum anno primo Olympiados centeſimæ quartæ decimæ. Caſſiodorus autem ait Coss. C. Pœtelio III, & L. Papirio Mugillano Alexandriam conditam. *Glar.*

Ægypto proditum conditam: Alexandrumque Epiri regem, ab exule Lucano interfectum, ſortes Dodonæi Jovis eventu affirmaſſe. [1] Accito ab Tarentinis in Italiam, data dictio erat, [2] caveret Acheruſiam aquam, Pandoſiamque urbem: ibi fatis ejus terminum dari. Eoque ocius tranſmiſit in Italiam, ut quam maxime procul abeſſet urbe Pandoſia in Epiro & Acheronte amni, quem ex Moloſſide fluentem in ſtagna inferna accipit Theſprotinus ſinus. Cæterum (ut ferme fugiendo in media fata ruitur) quum ſæpe Bruttias Lucanaſque legiones fudiſſet; Heracleam Tarentinorum coloniam, Conſentiam ex Lucanis Sipontumque, [3] Bruttiorum Terinam, alias inde Meſſapiorum ac Lucanorum cepiſſet urbes, & trecentas familias illuſtres in Epirum, quas obſidum numero haberet, miſiſſet; [4] haud procul Pandoſia

Eod. anno Alexandriam in Æg. conditam] Sic Solinus cap. 35. *L. Papirio Sp. F. C. Poetelio C. F. Cos. Alexandria condita eſt*: Idem Caſſiodorus. *Sigonius.*

1 *Accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat*] Id eſt, *oraculum*: ex eo credo, quod oracula à Græcis interdum λόγια dicuntur. Pacuvius in Peribœa: *Plexa, non falſa, autumare dictio Delphis ſolet.* Ait enim oracula Delphica tortuoſa & obliqua eſſe: ut ex eo Apollo Λοξίας vocari ſoleat, ad cujus hoc cognomen tum reſpexit, non tamen eſſe unquam falſa. *Turneb.* lib. 30 cap. 1.

2 *Caveret Acheruſiam aquam, Pandoſ. urb.*] Oraculum hoc his duobus Græcis verſibus expreſſum eſt:

Αἰακίδη προφύλαξο μολεῖν Ἀχερούσιον ὕδωρ
Πανδοσίην θ', ὅθι τοι θάνατος πεπρωμένος ἐστί.

Eandem rem tradit etiam Strab. lib. 6 his verbis: περὶ Πανδοσίαν Ἀλέξανδρος ὁ Μολοττὸς διεφθάρη. ἐξηπάτησε δὲ καὶ τοῦτον ὁ ἐν Δωδώνῃ χρησμός, φυλάττεσθαι κελεύων τὸν Ἀχέροντα καὶ τὴν Πανδοσίαν· δεικνυμένων γὰρ ἐν τῇ Θεσπρωτίᾳ ὁμωνύμων τούτοις, ἐνταῦθα κατέστρεψε τὸν βίον. *Sigonius.*

3 *Bruttiorum coloniam Acerinam*] Merito ſuſpectam habet vocem *Acerinam* Glareanus. neque enim ejus oppidi apud quemquam ulla mentio eſt. Quo fit ut ſuſpicer, pro *Acerinam*, *Terinam* eſſe legendum, quod oppidum Bruttiorum fuiſſe ſcribit aperte Strabo lib. 6. Τεμέσης δὲ συνεχὴς Τέρινα, ἣν Ἀννίβας καθεῖλεν οὐ δυνάμενος φυλάττειν, ὅτε δὴ εἰς αὐτὴν καταπεφεύγει τὴν Βρεττίαν, εἶτα Κωνσεντία μητρόπολις Βρεττίων. Eandem Stephanus vocat κτίσμα Κροτωνιατῶν. Itaque ſubdit, *alias inde Meſapiorum ac Lucanorum urbes.* *Terina* Plinius etiam & Mela meminerunt. *Idem.*

Bruttiorum coloniam Acerinam] De conſilio Glareani & Sigonii repoſui, *Terinam*. Vocem autem *coloniam* auctore Thuaneo, duobus Voſſ. Helm. delevi: nam ad τὸ *Bruttiorum* ſubaudiendum ex ſequentibus *urbem*. Cluverius: *Heracleam Tarentinorum coloniam, Metapontumque, Conſentiam Bruttiorum, ex Lucanis coloniam Acerinam.* lib. 4 Italiæ antiq. 15. *J. F. Gron.*

4 *Haud procul Pandoſia tres tumulos inſedit*]

Digitized by Google

doſia urbe imminentes Lucanis ac Bruttiis finibus treis tumulos aliquantum inter ſe diſtantes inſedit, ex quibus incurſiones in omnem partem agri hoſtilis faceret. & ducentos ferme Lucanorum exſules circa ſe pro fidis habebat; ut pleraque ejus generis ingenia ſunt, cum fortuna mutabilem gerentes fidem. Imbres continui campis omnibus inundantes, quum intercluſiſſent trifariam exercitum à mutuo inter ſe auxilio; duo præſidia, quæ ſine rege erant, improviſo hoſtium adventu opprimuntur: deletiſque eis, ad ipſius obſidionem omnes converſi. Inde ab Lucanis exulibus ad ſuos nuncii miſſi ſunt: pactoque reditu, promiſſum eſt, regem, aut vivum, aut mortuum, in poteſtatem daturos. Cæterum cum delectis ipſe egregium facinus auſus, per medios erumpit hoſtes, & ducem Lucanorum cominus congreſſum obtruncat: contrahenſque ſuos ex fuga palatos, pervenit ad amnem ruinis recentibus pontis, quem vis aquæ abſtulerat, [1] indicantem iter. quem quum incerto vado tranſiret agmen, feſſus metu ac labore miles, increpans nomen abominandum fluminis, Jure Acheros vocaris, inquit. quod ubi ad aures accidit regis; adjecit extemplo animum fatis ſuis: ſubſtititque dubius, an tranſiret. Tum Sotimus miniſter ex regiis pueris, quid in tanto diſcrimine periculi cunctaretur interrogans; indicat Lucanos inſidiis quærere locum. Quos ubi reſpexit rex procul grege facto venientes, ſtringit gladium, & per medium amnem tranſmittit equum. Jamque in vadum egreſſum, eminus veruto Lucanus exul transfigit. lapſum inde cum inhærente telo corpus exanime detulit amnis in hoſtium præſidia. Ibi fœda laceratio

ſedit] Eorundem tumulorum meminit etiam Strabo, & alterius oraculi, à quo Alexander deceptus ſit, ait enim: Τρικόρυφοι δ᾽ ἐστὶ τὸ φρούριον, καὶ παραῤῥεῖ ποταμὸς Ἀχέρων. προσεπιτείνει δὲ καὶ ἄλλο λόγιον,

Πανδοσία τρικόλωνε, πολύν ποτε λαὸν ὀλέσσεις.

ἔδοξε γὰρ πολεμίων φθορὰν οὐκ οἰκείων δηλοῦν. *Sigonius.*

1 *Indicantem iter*] Immo *negantem* aut *denegantem*. Sic lege. *Tan. Faber.*

tio corporis facta. namque, præciſo medio, partem Conſentiam miſere: pars ipſis retenta ad ludibrium. quæ, quum jaculis ſaxiſque procul inceſſeretur; mulier una, [1] ultra humanarum irarum fidem ſævienti turbæ immiſta, ut parumper ſuſtinerent precata, flens ait, virum ſibi liberoſque captas apud hoſtes eſſe. ſperare, [2] corpore regio utcumque mulcato, ſe ſuos redempturam. Is finis lacerationi fuit. ſepultumque Conſentiæ, quod membrorum reliquum fuit, cura mulieris unius; oſſaque Metapontum ad hoſtes remiſſa: inde Epirum devecta ad Cleopatram uxorem, ſororemque Olympiadem: quarum mater Magni Alexandri altera, ſoror altera fuit. Hæc de Alexandri Epirenſis triſti eventu, quamquam Romano bello fortuna eum abſtinuit, tamen quia in

25 Italia bella geſſit, paucis dixiſſe ſatis ſit. Eodem anno lectiſternium Romæ quinto poſt conditam urbem, iiſdem, quibus ante, placandis habitum eſt Diis. Novi deinde conſules juſſu populi quum miſiſſent, qui indicerent Samnitibus bellum; & ipſi majore conatu quam adverſus Græcos cuncta parabant; & alia nova nihil tum animo tale agitantibus acceſſerunt auxilia. Lucani atque Apuli, quibus gentibus nihil ad eam diem cum Romano populo fuerat, in fidem venerunt: arma viroſque ad bellum pollicentes. [3] fœdere ergo in amicitiam accepti. Eodem tempore etiam in Samnio res proſpere geſta. tria oppida in poteſtatem venerunt; Allifæ, Calliſæ, Ruffrium: aliuſque ager primo adventu conſulum longe

1 *Ultra humanarum irarum fidem*] Poteſt explicari, ultra quam credi poteſt humanam iram progredi. Malim tamen *finem*. Juſtinus lib. 17. *Non ſolum patrium, verum etiam humanum ultra morem peroſus*. Lib. 24. *Ultra vera affectionis modum*. J. F. Gron.

2 *Corpore r. utcumque multato*] Glareanus Eraſmo præceptori ſuo placuiſſe ait: hoc in loco pro *multato*, legendum eſſe *mutilato*. At Cicero ita quoque locutus eſt pro Milone: *Qua in turba C. Vibienus ita eſt multatus, ut vitam amiſerit*. Sigonius.

3 *Fœdere e. in amicitiam accep.*] Recte. Nam aut fœdere, aut deditione in amicitiam veniebant. Sic enim ſupra: *Campanorum aliam conditionem eſſe qui non fœdere, ſed per deditionem in fidem veniſſent*. Idem.

1 Qui-

longe lateque eſt pervaſtatus. Hoc bello tam proſpere commiſſo, alteri quoque bello, quo Græci obſidebantur, jam finis aderat. nam præterquam quod interſeptis munimentis hoſtium pars parti abſciſſa erat, fœdiora aliquanto intra muros iis, [1] quibus hoſtis territabat, patiebantur: & velut capti à ſuiſmetipſis præſidiis, [2] indigna jam liberis quoque ac conjugibus, & quæ captarum urbium extrema ſunt, patiebantur. Itaque, quum & à Tarento & à Samnitibus fama eſſet nova auxilia ventura, Samnitium plus quam vellent, intra mœnia eſſe rebantur: [3] Tarentinorum juventutem Græci Græcos, haud minus per quos Samniti Nolanoque, quam ut Romanis hoſtibus reſiſterent, exſpectabant. Poſtremo, leviſſimum malorum deditio ad Romanos viſa. Charilaus & Nymphius principes civitatis, communicato inter ſe conſilio, partes ad rem agendam diviſere, ut alter ad imperatorem Romanorum transfugeret, alter ſubſiſteret ad præbendam opportunam conſilio urbem. Charilaus fuit, qui [4] ad Publilium Philonem venit: &, *quod bonum,* [5] *fauſtum, felixque Palæpolitanis, populoque Romano eſſet, tradere ſe* ait *mœnia ſtatuiſſe. Eo facto, utrum ab ſe prodita an ſervata patria videatur; in fide Romana poſitum eſſe. ſibi privatim nec paciſci quicquam, nec petere: publice petere quam paciſci magis,* [6] *ut ſi ſucceſſiſſet incœptum, cogitaret popu-*

1 *Quibus hoſtis territabat, patiebantur*] Videtur ſupereſſe verbum, *patiebantur*, quum idem mox ſequatur, & ſatis commode hic intelligi poſſit. Scribe: *fœdiora aliquanto intra muros iis, quibus hoſtis territabat, &, velut capti a ſuiſmet ipſi præſidiis, indigna in liberis quoque ac conjugibus, & quæ captarum urbium extrema ſunt, patiebantur.* J. F. Gron.

2 *Indigna jam liberis quoque ac conjugibus*] Corruptus locus. Senſus Livii fuerat: *indigna jam liberis* (non intelligo παῖδας, ſed libera capita) *& quæ captarum urbium extrema ſunt, patiebantur, filiis ac conjugibus ſtupratis.* Hæc, opinor, ſunt à mente non prorſus læva. *Tan. Faber.*

3 *Tarentinorum juvent. Græci Græcos*] Tarentinos Græcos Palæpolitani Græci expectabant. Tarentum enim Lacedæmoniorum colonia fuit, Juſtin. lib. 3. *Sigonius.*

4 *Ad Philonem venit*] Vet. lib. *ad Publilium Philonem.* Idem.

5 *Fauſtum, felix*] Vet. lib. *Felixque.* Idem.

6 *Ut ſi ſucceſſiſſet inceptum*] Flor. *inceptumis cogitaret.* Quod ego ſic accipio, ut cenſeam librarium inveniſſe in alio exemplari *inceptum*, in alio *inceptis*, & dubium, utram lectionem proba-

Digitized by Google

populus Romanus, potius cum quanto ſtudio periculoque reditum in amicitiam ſuam eſſet, quam qua ſtultitia & temeritate de officio deceſſum. Collaudatus ab imperatore, tria millia militum ad occupandam eam partem urbis, quam Samnites inſidebant, accepit: præſidio ei L. Quintius tribu-
26 nus militum præpoſitus. Eodem tempore & Nymphius prætorem Samnitium arte aggreſſus perpulerat, ut quoniam omnis Romanus exercitus, aut circa Palæpolim aut in Samnio eſſet, ſineret ſe claſſe circumvehi ad Romanum agrum; non oram modo maris, ſed ipſi urbi propinqua loca depopulaturum. Sed ut falleret, nocte proficiſcendum eſſe, extemploque naves deducendas. quod quo maturius fieret, omnis juventus Samnitium, præter neceſſarium urbis præſidium, ad littus miſſa. ubi dum Nymphius, in tenebris & multitudine ſemetipſa impediente, ſedulo aliis alia imperia turbans, terit tempus, Charilaus ex compoſito ab ſociis, in urbem receptus; quum ſumma urbis Romano milite impleſſet, tolli clamorem juſſit. ad quem Græci, ſigno accepto à principibus, quievere. Nolani per averſam partem urbis via Nolam ferente effugiunt. Samnitibus excluſis ab urbe, ut expeditior in præſentia fuga, ita fœdior, poſtquam periculo evaſerunt, viſa: quippe qui inermes nulla rerum ſuarum non relicta inter hoſtes; ludibrium non externis modo, ſed etiam popularibus, ſpoliati atque egentes domos rediere. [1] Haud ignarus opinionis alterius,

probaret, utriuſque copiam lectori feciſſe. Quod & aliis locis in bonæ fidei libris & in hujus excerptis ſæpius notavimus. Placet autem *ſucceſſiſſet inceptis.* Sic lib. 21. *Ita haudquaquam proſpere, poſtquam ad effectum operis ventum eſt, cœptis ſuccedebat.* Lib. 40. *Si facinori eorum ſucceſſerit.* J. F. Gron.

1 *Haud ignarus opinionis alterius,* &c.] Senſus eſt, proditionem Palæpolis ab aliis Palæpolitanis auctorib. ab aliis Samnitib. auctorib. factam eſſe traditum eſt, me, ut Palæpolitanis ducibus factam eſſe credam, cum ſcriptorum auctoritas movet, qui id tradiderunt, tum fœdus Neapolitanum. Nam Græcorum rei ſumma à Palæpoli Neapolim deinde tranſlata eſt. Videtur autem fœdus Neapolitanum vocare id, quod Græci cum Romanis victorib. Neapoli icerunt. nam ſi cum Samnitib. ictum eſſet, non Neapoli fœdus, quæ Græcorum erat, ſed in Samnio factum eſſet. *Sigonius.*

Haud

Digitized by Google

rius, qua hæc proditio ab Samnitibus facta traditur; quum auctoribus hoc dedi, quibus dignius credi eſt, tum fœdus Neapolitanum (eo enim deinde [1] ſumma rei Græcorum venit) ſimilius vero facit, ipſos in amicitiam rediſſe. Publilio triumphus decretus: [2] quod ſatis credebatur obſidione domitos hoſtes in fidem veniſſe. [3] Duo ſingularia hæc ei viro primum contigere: prorogatio imperii non ante in ullo facta, & acto honore triumphus.
Aliud ſubinde bellum cum alterius oræ Græcis exor- 27
tum. namque Tarentini quum rem Palæpolitanam vana ſpe auxilii aliquamdiu ſuſtinuiſſent, poſtquam Romanos urbe potitos accepere, velut deſtituti, ac non qui ipſi deſtituiſſent, increpare Palæpolitanos, ira atque invidia in Romanos furere: eo etiam quod Lucanos & Apulos (nam utraque eo anno ſocietas cœpta eſt) in fidem populi Romani veniſſe allatum eſt. *quippe propemodum perventum ad ſe eſſe: jamque in eo rem fore, ut Romani aut hoſtes, aut domini habendi ſint. Diſcrimen profecto rerum ſuarum in bello Samnitium eventuque ejus verti. eam ſolam gentem reſtare, nec eam ipſam ſatis validam, quando Lucanus defecerit. quem revocari adhuc, impellique ad abolendam ſocietatem Romanam poſſe, ſi qua ars ſerendis diſcordiis adhibeatur.* Hæc conſilia quum apud cupidos rerum novandarum valuiſſent; ex juventute quidam Lucanorum pretio

Haud ignarus opinionis alt.] Cavillatur Camillus Peregrinus diſ. 4 cap. 15. *J. F. Gron.*

1 *Summa rei Græcorum*] Forte: *ſumma res Græcorum.* Idem.

2 *Quod ſatis videbatur*] Forte, *cui ſatis.* nimirum triumpho. Et forte *quoi* ab Livio ſcriptum. *Idem.*

3 *Duo ſingularia hæc ei viro primum contigerunt*] Suſpicor *ei viro primo.* Idem.

Duo ſingularia hæc ei, &c. *& acto honore triumphus*] Glareanus legendum cenſet, *Aucto honore.* Quid tamen ſit aut, *Acto*, aut *Aucto honore*, ſe ignorare profitetur. Mihi vero hæc eſſe videtur mens auctoris. Duo hæc ſingularia Publilio contigiſſe, & quod primus prorogato ultra conſulatum imperio pro conſule rem geſſerit, & quod primus exacto conſulatu pro conſule triumpharit. Eſt enim *acto honore*, pro eo, quod eſt, *poſtquam honore abiit*: ſic lib. 3. *Ea ætate iiſque honorib. actu.* Et Epitome lib. 61. *Gracchus ſeditioſo tribunatu acto interemptus eſt*: ſic in Capitolinis lapidib.

Q. PUBLILIUS Q. F. Q. N. PHILO II. PRIMUS PRO COS.

DE SAMNITIBUS PALÆPOLITANEIS. *Sigonius.*

1 *Cor-*

tio aſciti, clari magis inter populares quam honeſti, inter ſe mulcati ipſi virgis, quum [1] corpora nuda intuliſſent in civium cœtum, vociferati ſunt, ſe, quod caſtra Romana ingredi auſi eſſent, à conſule virgis cæſos, ac prope ſecuri percuſſos eſſe. Deformis ſuapte natura res, quum ſpeciem injuriæ magis quam doli præ ſe ferret; concitati homines cogunt clamore ſuo magiſtratus ſenatum vocare: & alii circumſtantes concilium, bellum in Romanos poſcunt: alii ad concitandam in arma multitudinem agreſtium diſcurrunt: tumultuque, etiam ſanos conſternante animos, decernitur, ut ſocietas cum Samnitibus renovaretur, legatique ad eam rem mittantur. Repentina res, quia quam cauſſam nullam, tam ne fidem quidem habebat; coacti à Samnitibus & obſides dare, & præſidia in loca munita accipere. cæci fraude & ira nihil recuſarunt. Dilucere deinde brevi fraus cœpit, poſtquam criminum falſorum auctores Tarentum commigravere: ſed [2] amiſſa omni de ſe poteſtate, nihil
28 ultra quam ut pœniteret fruſtra, reſtabat. Eo anno plebi Romanæ, velut aliud initium libertatis factum eſt, [3] quod ligari nexi deſierunt: mutatum autem jus ob unius fœneratoris ſimul libidinem, ſimul crudelitatem inſignem. [4] L. Papirius is fuit. cui quum ſe C. Publilius ob

1 *Corpora nuda*] Vet. lib. *Nudata*. Sigonius.

2 *Amiſſa omni de ſe poteſtate*] Latinum non eſt. Senſus Livii erat ut videtur: *ſed amiſſa omni ſpe rei perficiendæ*. Tan. Faber.

Amiſſa omni de ſe poteſtate] Videtur ſubintelligi, *ſtatuendi*; adeo ut ſenſus ſit, omnia ipſis integra non fuiſſe, nec potuiſſe pro libitu ſtatuere. *Gisb. Cuperus.*

3 *Quod necti deſierunt*] Vet. lib. *Quod ligari nexi deſierunt*. Recte. Nam paulo poſt ſubdit, *ita nexi ſoluti: cautumque in poſterum ne necterentur*. Et Epit. lib. 6. *Cum obſtrictos ære alieno liberaret, nexos exolveret*. Et Varro lib. 1 de lingua Latina: *Liber, qui ſuas operas in ſervitute pro pecunia, quam debebat, præbet, nexus vocatur, ut ab ære obæratus. Hoc C. Pætelio Viſolo Dictatore inſtitutum ne fieret*. Quæ verba quamquam mendoſa ſunt, tamen ad hunc locum pertinere perſpicuum eſt. Et Suidas in voce Γάϊος. Καὶ δι' ἐκεῖνο τὸ πάθος ἅπαντες οἱ δανεισθέντες πρὸς τὰ χρέα Ῥωμαίων νόμῳ κυρωθέντι ἀρχαίαν ἐλευθερίαν ἐκομίσαντο. *Sigonius.*

4 *L. Papirius is fuit*] Cognomen omittit multum ad rem pertinens: ſed ipſemet Livius de his dubitat, ut anno 428 & poſtea anno 435. Porro hactenus tres L. Papirii à Livio numerati ſunt, Curſor, Craſſus ac Mugillanum

ob æs alienum paternum nexum dediſſet; quæ ætas formaque miſericordiam elicere poterat, ad libidinem & contumeliam animum accenderunt: & florem ætatis ejus fructum adventicium crediti ratus, primo perlicere adoleſcentem ſermone inceſto eſt conatus: dein poſtquam aſpernabantur flagitium aures, minis territare, atque identidem admonere fortunæ: poſtremo, quum ingenuitatis magis, quam præſentis conditionis memorem videret, nudari jubet, verberaque afferri. Quibus laceratus juvenis, quum ſe in publicum proripuiſſet, libidinem crudelitatemque conquerens fœneratoris; ingens vis hominum, quum ætatis miſeratione atque indignitate injuriæ accenſa, tum ſuæ conditionis, liberumque ſuorum reſpectu, in forum, atque inde, agmine facto, ad curiam concurrit. & quum conſules tumultu repentino coacti ſenatum vocarent, introeuntibus in Curiam Patribus, laceratum juvenis tergum, procumbentes ad ſingulorum pedes oſtentabant. [1] Victum eo die ob impotentem injuriam unius ingens vinculum fidei: juſſique conſules ferre ad populum, ne quis, niſi qui noxam meruiſſet, donec pœnam lueret, in compedibus aut in nervo teneretur. Pecuniæ creditæ, bona debitoris, non corpus obnoxium eſſet. Ita nexi ſoluti: cautumque in poſterum, ne necterentur. Eodem anno 29
quum ſatis per ſeipſum Samnitium bellum, [2] & defectio

nus. Curſor cum Craſſo dictatore magiſter equitum fuit anno 415, quo P. Decius pater perierat. Craſſus ipſe Cos. fuit anno 424. Mugillani autem ab initio, anno 428 & 435. Forte & in prænominibus & cognominibus Papiriorum erratum. *Glareanus.*

1 *Victum eo die ob impotentem*] Imo *ruptum*, non *victum*; neque enim Latinum eſt. *Tan. Faber.*

2 *Et defectio recens Lucanorum*] MSS. & vetuſtæ edd. *repens.* Vere. Sic lib. 6. *Fama repens belli Gallici allata perpulit civitatem.* Lib. 9. *Repens adventus conſulis ita exterruit Umbros.* Lib. 21. *Qui tumultus repens poſtquam eſt Romam perlatus.* Scimus, inquis, & quid exemplis opus? Scilicet tibi contingere non poteſt, quod accidit doctiſſimo viro lib. 2 Ital. antiq. qui cum adduceret ex Livii lib. 22, 8. *Prinſquam ſatis certa concilia eſſent, repens alia nuntiatur clades:* apponebat, Lego *repente.* Lucretius lib. 5. *Phaëthonta repenti fulminis ictu Deturbavit equis.* J. F. Gron.

ctio repens Lucanorum, auctoreſque defectionis Tarentini ſollicitos haberent Patres; acceſſit, ut & Veſtinus populus Samnitibus ſeſe conjungeret. quæ res, ſicut eo anno ſermonibus magis paſſim hominum jactata, quam in publico ullo concilio eſt: ita inſequentis anni conſulibus [1] L. Furio Camillo iterum, Junio Bruto Scævæ, nulla prior potiorque viſa eſt, de qua ad ſenatum referrent. & quamquam nova res erat, tamen tanta cura Patres inceſſit, ut pariter eam ſuſceptam neglectamque timerent: ne aut impunitas eorum laſcivia ſuperbiaque, aut bello pœnæ expetitæ metu propinquo atque ira, concirent finitimos populos. Et erat genus omne abunde bello Samnitibus par, Marſi Pelignique & Marrucini: quos, ſi Veſtinus attingeretur, omnes habendos hoſtes. Vicit tamen pars, quæ in præſentia videri potuit majoris animi, quam conſilii: ſed eventus docuit, [2] fortes fortunam juvare. Bellum ex auctoritate Patrum populus adverſus Veſtinos juſſit. Provincia ea Bruto, Samnium Camillo ſorte evenit. Exercitus utroque ducti, & cura tuendorum finium hoſtes prohibiti conjungere arma. Cæterum alterum conſulem L. Furium, cui major moles rerum impoſita erat, morbo gravi implicitum fortuna bello ſubtraxit: juſſuſque dictatorem dicere rei gerendæ cauſſa, longe clariſſimum bello ea tempeſtate dixit L. Papirium Curſorem, à quo [3] Q. Fabius Maximus Rullianus magiſter equitum eſt dictus; par nobile rebus in eo magiſtratu geſtis: diſcordia tamen, qua prope ad ultimum dimicationis ventum eſt,

1 *L. Fur. Cam. iterum*] Quam vehementer erret Glareanus, qui *L. Furio Camillo tertium* legit, ſupra oſtendi. *Sigonius.*

2 *Fortes fortunam juvare*] Eodem proverbio utitur lib. 34, & Cicero Tuſc. 2. *Fortes non modo fortuna adjuvat, ut eſt in veteri proverbio, ſed multo magis ratio.* Idem.

3 *Q. Fab. Max. Rutilianus*] Ex Capit. tabulis apparet *Rullianum*, non *Rutilianum* eſſe legendum. Mendoſe etiam apud Valerium lib. 2 cap. 2. At apud Plinium recte: *Q. Fabius Rullianus.* Livius eundem poſt Rullum nominat. Plutarchus in Pompeio Ῥοῦλλον in Fabio Ῥυλλίον appellat, ut puto vitioſe. *Idem.*

1 *Ad*

eſt, nobilius. Ab altero conſule in Veſtinis multiplex
bellum, nec uſquam vario eventu geſtum eſt. nam & per-
vaſtavit agros, & populando atque urendo tecta ho-
ſtium, ſataque, in aciem invitos extraxit: & ita prœlio
uno accidit Veſtinorum res, (haudquaquam tamen in-
cruento milite ſuo) ut non in caſtra ſolum refugerent
hoſtes, ſed jam ne vallo quidem ac foſſis freti, dilaberen-
tur in oppida, ſitu urbium mœnibuſque ſe defenſuri.
Poſtremo, oppida quoque vi oppugnare adortus, pri-
mo Cutinam ingenti ardore militum aut vulnerum ira,
quod haud fere quiſquam integer prœlio exceſſerat, ſca-
lis cepit: deinde Cingiliam. utriuſque urbis prædam mi-
litibus, quod eos neque portæ, neque muri hoſtium ar-
cuerant, conceſſit. In Samnium, incertis itum auſpiciis 30
eſt: cujus rei vitium non in belli eventum, quod pro-
ſpere geſtum eſt, ſed in rabiem atque iras imperatorum
vertit. namque Papirius dictator à pullario monitus,
quum [1] ad auſpicium repetendum Romam proficiſcere-
tur, magiſtro equitum denunciavit, ut ſeſe loco teneret,
neu abſente ſe cum hoſte manum consereret. Fabius
quum poſt profectionem dictatoris per exploratores
comperiſſet, perinde omnia ſoluta apud hoſtes, ac ſi ne-
mo Romanus in Samnio eſſet; ſeu ferox adoleſcens indi-
gnitate accenſus, quod omnia in dictatore viderentur re-
poſita eſſe; ſeu occaſione bene gerendæ rei inductus; ex-
ercitu inſtructo paratoque profectus [2] ad Imbrinium (ita
vocant

1 *Ad auſpicium repetendum*] Idem habet Valerius Max. lib. 3 cap. 2, ubi eandem narrat hiſtoriam, & lib. 2 cap. 2 de Cotta. Servius Fuldenſis in 2 Æn. docte hunc morem enarrat. *Sed hoc*, inquit, *ſervatum à ducibus Rom. donec ab his in Italia pugnatum eſt propter vicinitatem. Poſtquam vero imperium latius prolatum eſt, ne dux ab exercitu diutius abeſſet, ſi Romam ad renovanda auſpicia revertiſſet, conſtitutum, ut unus locus de captivo agro Romanus fieret in ea provincia, in qua bellabatur, in quem, ſi renovari opus eſſet auſpicia, dux rediret.* Repetere auſpicia dicit Livius 9, 39 & 10, 3. Cicero poſt reditum ad Quir. *Henr. Valeſius.*

Ad auſpic. rep. Romam proficiſceretur] Sæpe legimus, duces è provincia & exercitu auſpiciorum repetendorum cauſa Romam advolaſſe. *Turneb.* lib. 6 cap. 21. Adverſ.

2 *Ad Imbrinium*] Hermol. Barbarus in 3 lib. Plinii, meminit hujus

loci,

vocant locum) acie cum Samnitibus conflixit. ea fortuna pugnæ fuit, ut nihil relictum ſit, quo ſi affuiſſet dictator, res melius geri potuerit: non dux militi, non miles duci defuit. Eques etiam, auctore L. Cominio tribuno militum, qui aliquoties impetu capto perrumpere non poterat hoſtium agmen, detraxit frenos equis; atque ita concitatos calcaribus permiſit, ut ſuſtinere eos nulla vis poſſet. per arma, per viros late ſtragem dedere. Secutus pedes impetum equitum, turbatis hoſtibus intulit ſigna. Viginti millia hoſtium cæſa eo die traduntur. Auctores habeo, bis cum hoſte ſigna collata dictatore abſente, bis rem egregie geſtam. Apud antiquiſſimos ſcriptores, una hæc pugna invenitur: in quibuſdam annalibus tota res prætermiſſa eſt. Magiſter equitum, ut ex tanta cæde multis potitus ſpoliis, congeſta in ingentem acervum hoſtilia arma ſubdito igne concremavit: ſeu votum id Deorum cuipiam fuit; [1] ſeu credere libet Fabio auctori, eo factum, ne ſuæ gloriæ fructum dictator caperet, nomenque ibi ſcriberet, aut ſpolia [2] in triumpho ferret. Literæ quoque de re proſpere geſta ad ſenatum, non ad dictatorem miſſæ; argumentum fuere minime cum eo communicantis laudem. Ita certe dictator id factum accepit, ut lætis aliis victoria parta, præ ſe ferret iram triſtitiamque. Miſſo itaque repente ſenatu, ſe ex curia proripuit: tum vero, non Samnitium magis

loci, idque etiam *Simprivium* dictum ſcribit. Unde Tacitus *ad ſtagna Simprivina*. Et Silius: *Gelidoque rigantur Simprivio*. Et iterum Tac. *Fonteis ſub Imbrivinis collib. deductos urbi intulit*. Sigonius.

1 *Seu credere libet Fabio auctore factum ne*] Vet. lib. *Seu, ſi credere libet, Fabio*, &c. *Idem*.

Seu credere libet, Fabio auctore factum] Sigonius ex ſuo: *ſeu ſi credere libet*. Ignorant noſtri, & nullius pretii eſt. Gravius hic ulcus curandum. MSS. & primæ editiones: *ſeu credere libet Fabio auctori, eo factum*, id eſt, vel ſcriptori vel cenſenti aut edenti. Nec Fabius intelligitur equitum magiſter, ſed Pictor, ſcriptor antiquus rerum Romanarum, ſæpe noſtro memoratus. Lib. 1. *Eo magis Fabio, præterquam quod antiquior eſt, crediderim, quadringenta ea ſola talenta fuiſſe*. Idem, ne quid diſſimulem, notaverat ex Fulvii codice Claudius Puteanus. *J. F. Gron.*

2 *In triumphum*] Vet. lib. *in triumpho*. Sigonius.

magis legiones quam majeſtatem dictatoriam & diſcipli-
nam militarem à magiſtro equitum victam & everſam
dictitans, ſi illi impune ſpretum imperium fuiſſet. Ita-
que plenus minarum iræque, profectus in caſtra quum
maximis itineribus iſſet; non tamen prævenire famam
adventus ſui potuit. Præcucurrerant enim ab urbe, qui
nunciarent dictatorem avidum pœnæ venire, alternis
penè verbis [1] T. Manlii factum laudantem. Fabius con- 31
cione extemplo advocata, obteſtatus milites eſt, *ut qua
virtute rempubl. ab infeſtiſſimis hoſtibus defendiſſent, eadem ſe
cujus ductu auſpicioque viciſſent, ab impotenti crudelitate dicta-
toris tutarentur. Venire amentem invidia, iratum virtuti a-
lienæ felicitatique, furere,* [2] *quod ſe abſente res publica egre-
gie geſta eſſet: malle, ſi mutare fortunam poſſet, apud Samni-
tes, quam Romanos victoriam eſſe. Imperium dictitare ſpretum,
tanquam non eadem mente pugnari vetuerit, qua pugnatum
doleat: & tunc invidia impedire virtutem alienam voluiſſe, cu-
pidiſſimiſque arma ablaturum fuiſſe militibus, ne ſe abſente mo-
veri poſſent: & nunc id furere, id ægre pati, quod ſine L. Papi-
rio, non inermes, non manci milites fuerint, quod ſe Q. Fabius
magiſtrum equitum duxerit, ac non accenſum dictatoris. Quid
illum facturum fuiſſe, ſi quod belli caſus ferunt, Marſque com-
munis,*

1 *T. Manlii facta laud.*] Vet. lib. *Factum*, probo. Severitatem n. in ejus filium, qui injuſſu imperatoris pugnaverat, intelligit. *Sigonius.*

2 *Quod ſe abſente reſpub. egregie geſta eſſet*] Vet. lib. *Res egregie*, ut ante: ſic paulo poſt, *Ad rem gerendam*. Idem.

Res egregie geſta eſſet] Hic perperam auſcultatum Sigonio, qui mutavit omnium ſcriptorum & vett. editorum: *quod ſe abſente reſpublica egregie geſta eſſet.* Sæpe ita loquuntur optimi quique de illis, qui quamcunque partem ad ſummam rerum pertinentem adminiſtrant. Salluſtius Jugurth. *niſi tamen republica pariter ac ſæviſſimo imperio, bene ac decore geſta.* Cæſar ad milites lib. 1 Civil. *hortatur, cujus imperatoris ductu novem annis rempublicam geſſiſſent.* Noſter lib. 3. *Tum hercle illo die, quo ego conſul creatus ſum, male geſta reſpublica eſt.* Poſſem dare exempla innumera, ex his & Cicerone, Seneca, Tacito, quo non? Neque aliter legendum lib. 2, 64. *Et in Volſcis reſpublica egregie geſta, tum ducis tum militum opera.* Sic meliores etiam ſcripti: ubi adeſt item cum ferro Sigonius. Et lib. 28, 9. *Ut quemadmodum uno animo rempublicam geſſiſſent, ita quamquam ex diverſis regionibus convenirent.* Sic enim MSS. non tantum, *rem geſſiſſent.* Cur autem reliquit ſtatim infra Sigonius: *devictis hoſtibus, reſpublica bene geſta?* J. F. Gron.

munis, adverſa pugna eveniſſet: qui ſibi devictis hoſtibus, republica bene geſta, ita ut non ab illo unico duce melius geri potuerit, ſupplicium [1] *magiſtro equitum minetur? Neque illum magiſtro equitum infeſtiorem, quam tribunis militum, quam centurionibus, quam militibus eſſe. ſi poſſit, in omnes ſæviturum fuiſſe: quia id nequeat, in unum ſævire. Etiam invidiam tamquam ignem ſumma petere, in caput conſilii, in ducem incurrere. ſi ſe ſimul cum gloria rei geſtæ extinxiſſet, tunc victorem velut in capto exercitu dominantem, quicquid licuerit in magiſtro equitum, in militibus auſurum. Proinde adeſſent in ſua cauſſa omnium libertati. Si conſenſum exercitus eundem, qui in prælio fuerit, in tuenda victoria videat, & ſalutem unius omnibus curæ eſſe; inclinaturum ad clementiorem ſententiam animum. Poſtremo ſe vitam, fortunaſque ſuas illorum fidei virtutique per-*
32 *mittere.* Clamor è tota concione ortus, uti bonum animum haberet: neminem illi vim allaturum ſalvis legionibus Romanis. Haud multo poſt dictator advenit: claſſicoque extemplo ad concionem advocavit. Tum ſilentio facto, præco Q. Fabium magiſtrum equitum citavit. qui ſimul ex inferiore loco ad tribunal acceſſit, tum dictator: *Quæro*, inquit, *de te, Q. Fabi, quum ſummum imperium dictatoris ſit, pareantque ei* [2] *Conſules, regia poteſtas, prætores iiſdem auſpiciis quibus Conſules creati: æquum cenſeas, necne, magiſtrum equitum dicto audientem eſſe? Itemque illud interrogo, quum me incertis auſpiciis profectum ab domo ſcirem, utrum mihi turbatis religionibus reſpubl. in diſcrimen committenda fuerit, an auſpicia repetenda, ne quid dubii Diis agerem? Simul illud, quæ dictatori religio impedimento ad rem gerendam fuerit, num ea magiſter equitum ſolutus ac liber potuerit eſſe? Sed quid ego hæc interrogo, quum ſi ego taci-*

tus

1 *Magiſtro equitum & tunc victori, minetur*] Verba, *& tunc victori*, à tribus Pall. Thuan. utroque Voſſ. Fulviano & Cujaciano codd. abſunt :. & ſane ſuperflua eſſe revincunt antecedentia. Quare cancellare ea pudori non habui. *J. F. Gron.*

2 *Conſules, regia poteſtas*] Recte, quod pro Rege, duo conſules creati ſint iiſdem inſignibus & eadem fere poteſtate; præterquam quod annua hæc, illa perpetua erat. lib. 2. *Sigonius.*

1 Quæ

tus abiſſem, tamen tibi ad voluntatis interpretationem mea dirigenda tua ſententia fuerit. Quin tu reſpondes, vetuerimne te quicquam rei me abſente agere? vetuerimne ſigna cum hoſtibus conferre? [1] *Quo tu imperio meo ſpreto, incertis auſpiciis, turbatis religionibus, adverſus morem militarem, diſciplinamque majorum, & numen Deorum, auſus es cum hoſte confligere? Ad hæc, quæ interrogatus es, reſponde. extra ea cave vocem mittas. Accede lictor.* [2] Adverſus quæ ſingula Q. Fabio quum reſpondere haud facile eſſet, & nunc quereretur, eundem accuſatorem capitis ſui, ac judicem eſſe; modo, vitam ſibi eripi citius, quam gloriam rerum geſtarum poſſe, vociferaretur; purgaretque ſe invicem, atque ultro accuſaret; tunc Papirius, redintegrata ira, ſpoliari magiſtrum equitum, ac virgas & ſecures expediri juſſit. Fabius fidem militum implorans, [3] lacerantibus veſtem lictoribus, ad triarios, [4] tumultum jam in concione miſcentes, ſeſe recepit. Inde clamor in totam concionem eſt perlatus: alibi preces, alibi minæ audiebantur. [5] qui proximi forte tribunal ſteterant, quia ſubjecti oculis impera-

1 *Quo tu imperio meo ſpreto*] *Quo*, eſt pro eo, quod Græci, dicunt, πρὸς τί & τί δὴ, ut Cicero ad Fabium: *Martis vero ſignum quo mihi pacis auctori?* Sigonius.

Quo tu imperio meo] Sigonius, quaſi operæ pretium ſit, monet τὸ *Quo* eſſe pro eo, quod Græci dicunt Πρός τί, vel τί δή; ut apud Ciceronem: *Martis ſignum quo mihi pacis auctori?* Tu vero ſi ſapis, tolle interrogationis notam à fine hujus periodi: non enim rogat, ſed adfirmat: quaſi diceret: *Quod tu meum imperium ſprevisti, & auſus es confligere.* Plautus Aſinaria 2,4. *Tu, verbero, imperium meum contempſiſti.* J. F. Gron.

2 *Adverſus quæ ſingula Q. Fabio*] Τὸ *Q. Fabio* abſunt à Flor. Rott. Helm. Voſſ. duobus. *Idem.*

3 *Lacerantibus veſtem lictoribus*] Vet. quidam lib. *Lacerantibus fœde lictoribus.* Sigonius.

4 *Tumultum jam in concionem miſcentes*] Hem! quæ Latinitas? Lego: *tumultu jam concionem miſcentes.* Tan. Faber.

Tumultum jam in concionem miſcentes] Duo Voſſ. Rott. *in concione.* J. F. Gron.

5 *Qui proximi forte tribunali ſteterant*] Duo meliores Pall. cum altero Voſſ. *proximi forte tribunal*: ut monuimus olim 3 Obſerv. 2. Cæſar 3 Gall. 7. *P. Craſſus adoleſcens cum legione ſeptima proximus mare Oceanum in Andegavis hiemabat.* Idem 7, 31. *Pars in continentes paludes profugit, qui proximi Oceanum fuerant.* Sic utrobique optimæ membranæ: & priore loco jam admiſerunt. Livius lib. 28. *Vincente verecundiam metu, cum proximus quiſque hoſtem cederet.* Lib. 29. *Scorpione icto, qui proximus eum forte ſteterat.* Idem.

Digitized by Google

peratoris noſcitari poterant, orabant ut parceret magiſtro equitum, neu cum eo exercitum damnaret. Extrema concio, & circa Fabium globus, increpabant inclementem dictatorem. nec procul ſeditione aberant: ne tribunal quidem ſatis quietum erat. Legati circumſtantes ſellam orabant, ut rem in poſterum diem differret, & iræ ſuæ ſpatium, & conſilio tempus daret: *Satis caſtigatam adoleſcentiam Fabii eſſe: ſatis deformatam victoriam: ne ad extremum finem ſupplicii tenderet: neu unico juveni, neu patri ejus clariſſimo viro,* [1] *neu Fabiæ genti eam injungeret ignominiam.* Quum parum precibus, parum cauſſa proficerent, *intueri ſævientem concionem jubebant. ita irritatis militum animis ſubdere ignem, ac materiam ſeditioni, non eſſe ætatis, non prudentiæ ejus. neminem id Q. Fabio pœnam deprecanti ſuam vitio verſurum, ſed dictatori, ſi occæcatus ira infeſtam multitudinem in ſe pravo certamine moviſſet. Poſtremo, ne id ſe gratiæ dare Q. Fabii crederet, ſe jusjurandum dare paratos eſſe; non videri è republica in Q. Fabium eo tempore animadverti.*
33 His vocibus quum in ſe magis incitarent dictatorem, [2] quam in magiſtrum equitum placarent, juſſi de tribunali

1 *Neu Fabiæ genti eam inureret ignominiam*] Valde faveo huic ſcripturæ, & ex libris fide digniſſimis propagatam eſſe cupio: quod tamen adhuc tantum ſuſpicari mihi contigit. Apud primum eam reperio Aſcenſium, altera quam mox memorabo, in margine notata, inde Moguntini acceperunt, mox Frobenius, poſt omnes. At in tribus Pall. Thuan. utroque Voſſ. Helm. Fulvii Cujaciique MSS. in prima Romana Andreæ, Mediol. Ven. Tarv. Juntæ, *injungeret.* Nec videtur incommodum loquendi genus. Lib. 3. *Injuriam à nobis repulſam, tanquam aut facere aut pati neceſſe ſit, injungimus aliis.* Lib. 28. *Nec tam large gratiam relatam ſibi, nec nunc immodice pœnam injungi debere.* Valerius maximus *abdicationis injungentem notam* Themiſtocli patrem dicit. Cæſar Civil. 1, 4. *Cum communibus inimicis in gratiam redierat, quorum ille maximam partem illo adfinitatis tempore injunxerat Cæſari.* Ita non modo Fulvii codex: ſed & Flor. pervetuſtus, Longobardicis exaratus literis, ſed & Torrentianus, quem Lipſii manu collatum vidimus. *Injungere detrimentum* dixit Brutus ad Ciceronem 11 Famil. 13. *Injungere legem, laborem, ſervitutem, munus, onus,* hæc omnia Livius. Ut ergo *onerare contumeliis, maledictis,* ita & *injungere ignominiam* non male pronuntiari videtur. Sed alterum tamen dedignari non poſſumus. Vide ad ſequentem librum. *J. F. Gron.*

2 *Quam magiſtro equitum placarent*] Tres Pall. & alter Voſſ. *Quam in magiſtrum equitum placarent.* Exquiſitius. Cicero 11 ad Attic. 9. *Si me non offendes, ſatis tamen habeto commendatam,* patrum-

Digitized by Google

nali deſcendere legati: & ſilentio nequicquam per præconem tentato, quum præ ſtrepitu ac tumultu nec ipſius dictatoris, nec apparitorum ejus vox audiretur; nox, velut in prœlio, certamini finem fecit. Magiſter equitum, juſſus poſtero die adeſſe; quum omnes affirmarent infeſtius Papirium exarſurum, agitatum contentione ipſa, exacerbatumque; clam ex caſtris Romam profugit: &, [1] patre auctore M. Fabio, qui ter jam conſul dictatorque fuerat, vocato extemplo ſenatu, quum maxime conquereretur apud Patres vim atque injuriam dictatoris, repente ſtrepitus ante curiam lictorum ſubmoventium auditur. & ipſe infenſus aderat; poſtquam comperit profectum ex caſtris, cum expedito equitatu ſecutus. [2] Iterata deinde contentio eſt: & prendi Papirius Fabium juſſit. Ubi quum deprecantibus primoribus Patrum, atque univerſo ſenatu [3] perſtaret in incepto immitis animus; tum pater M. Fabius, *Quandoquidem*, inquit, *apud te nec auctoritas ſenatus, nec ætas mea, cui orbitatem paras; nec virtus nobilitaſque magiſtri equitum à te ipſo nominati valet, nec preces, quæ ſæpe hoſtem mitigavere, quæ Deorum iras placant;* [4] *tribunos plebis appello, & provoco ad populum.*

eum-

patruumque in eam, quantum poteris, mitigato. Quamvis vulgo legatur, *in ea*, & hoc quoque recte. Epiſtola 12. *Etſi non dubito, quin is lenis in eum futurus ſit.* Cornelius Nepos in Pelopida: *Poſt id factum nunquam is animo placari potuit in eum, à quo erat violatus.* Suetonius Aug. 27. *Illis in multorum ſæpe perſonam per gratiam & preces exorabilibus.* Tib. 13. *Facilis exorabiliſque in vitricum fuit.* J. F. Gron.

1 *Patre auct. M. Fabio, qui ter cos. dict. que*] M. Fabius Ambuſtus pater fuit cos. an. CCCXCV, CCCXCIX: CDI, Dictator an. CDV. Livius & Plin. auctores. *Sigonius.*

2 *Iterata d. contentio*] Vet. lib. *Contentio eſt.* Idem.

3 *Perſtaret incepto*] Miror ſic editum, quum & Rott. & duo Voſſ. & vulgg. habeant *perſtaret in incepto*, quomodo cap. ſeq. *Se tamen perſtaturum in incepto.* 10, 13. *Ille quidem in recuſando perſtabat.* Jac. Gron.

4 *Tribunos plebis appello, & provoco ad populum*] Hinc intelligi poteſt à Dictatore ad populum provocationem fuiſſe. Qua de re ſic Feſtus: *Optima lege cum dicebatur in magiſtro populi faciendo, qui vulgo Dictator appellatur, quam pleniſſimum poſſet jus eſſe ſignificabatur, ut fuit M. Valerii M. F. Voluſi N. qui primus magiſter populi creatus eſt: poſtquam vero provocatio ab eo magiſtratu ad populum data eſt, quæ ante non erat, deſitum eſt dici, Ut optima lege, utpote imminuto jure poſteriorum magiſtrorum.* Sigonius.

 1 *Bene*

Digitized by Google

eumque tibi fugienti exercitus tui, fugienti ſenatus judicium, judicem fero, qui certe unus plus quam tua dictatura poteſt polletque. Videro ceſſuruſne provocationi ſis, cui Rex Romanus Tullus Hoſtilius ceſſit. Ex curia in concionem itur. quo cum paucis dictator, cum omni agmine principum magiſter equitum quum eſcendiſſet; deduci eum de roſtris Papirius in partem inferiorem juſſit. Secutus pater, [1] *Bene agis*, inquit, *quum eo nos deduci juſſiſti, unde & privati vocem mittere poſſemus.* In primo, [2] non tam perpetuæ orationes, quam altercatio exaudiebantur. Vicit deinde ſtrepitum vox & indignatio Fabii ſenis, increpantis ſuperbiam crudelitatemque Papirii, *Se quoque dictatorem Romæ fuiſſe, nec à ſe quemquam, ne plebis quidem hominem, non centurionem, non militem, violatum; Papirium tamquam ex hoſtium ducibus, ſic ex Romano imperatore victoriam & triumphum petere.* [3] *Quantum intereſſet inter moderationem antiquorum, & novam ſuperbiam crudelitatemque.* [4] *Dictatorem Quintium Cincinnatum, in L. Minucium conſulem, ex obſidione à ſe ereptum, non ultra ſæviſſe, quam ut legatum eum ad exercitum pro conſule relinqueret.* [5] *M. Furium Camillum, in L. Furio, qui contempta ſua ſenectute & auctoritate, fœdiſſimo cum eventu pugnaſſet; non ſolum in præſentia moderatum iræ eſſe, ne quid de collega ſecus populo, aut ſenatui ſcriberet; ſed quum revertiſſet, potiſſimum ex tribunis conſularibus habuiſſe, quem ex collegis, optione ab ſenatu data, ſocium ſibi imperii delegerit.*

1 *Bene agis, cum eo nos deduci juſſiſti, &c.*] Hoc ait, quia M. Fabius in concione pro Roſtris ad populum loqui non potuiſſet, quod eſſet privatus, ex inferiore autem loco, quo eum deduci Dictator juſſerat, licebat. Non enim niſi magiſtratus, & qui à magiſtratibus producti erant, in concionem aſcendere poterant. *Sigonius.*

2 *Non tam perp. orationes, quam altercatio exaudiebantur*] Quidam libri, *altercationes audiebantur*, quod non probo. Nam lib. 4 inquit: *Cum res à perpetuis orationib. in altercationem vertiſſet.* Idem.

Quam altercatio exaudiebantur] Meis auribus ſatisfaceret magis *exaudiebatur*. J. F. Gron.

3 *Quantum intereſſet inter moderationem*] Malim, *intereſſe*, ob dicta lib. 3 Obſerv. cap. 9. *Idem.*

4 *Dictatorem Quint. Cincinnat. in L. Minuc.*] Hac de re lib. 3. *Sigonius.*

5 *M. Furium Camillum in L. Furio*] Hoc fecit Camillus trib. VI, anno CCCLXXV. Livius lib. 6. *Idem.*

1 Ne

rit. Nam populi quidem, penes quem poteſtas omnium rerum eſſet, [1] *ne iram quidem umquam atrociorem fuiſſe in eos, qui temeritate atque inſcitia exercitus amiſiſſent, quam ut pecunia eos multaret. capite anquiſitum ob rem bello male geſtam, de imperatore* [2] *nullo ad eam diem eſſe. Nunc ducibus populi Romani, quæ ne victis quidem bello fas fuerit, virgas & ſecures victoribus, & juſtiſſimos meritis triumphos intentari. Quid enim tandem paſſurum fuiſſe filium ſuum, ſi exercitum amiſiſſet, ſi fuſus, fugatus, caſtris exutus fuiſſet? quo ultra iram violentiamque ejus exceſſuram fuiſſe, quam ut verberaret necaretque? Quam conveniens eſſe,* [3] *propter Q. Fabium civitatem in lætitia, victoria, ſupplicationibus, ac gratulationibus eſſe: eum, propter quem Deum delubra pateant, aræ ſacrificiis fument, honore, donis cumulentur, nudatum virgis lacerari in conſpectu populi Romani; intuentem Capitolium atque arcem, Deoſque ab ſe duobus prœliis haud fruſtra advocatos? Quo id animo exercitum, qui ejus ductu auſpiciiſque viciſſet, laturum? quem luctum in caſtris Romanis, quam lætitiam inter hoſtes fore?* Hæc ſimul jurgans, querens, Deum hominumque fidem

1 *Ne iram quidem fuiſſe atrociorem -- -- quam ut pecunia eos multaret*] Lib. 4. *Mœſtæ civitati ob re male geſta, & iratæ ducibus M. Poſtumius reus objectus, qui tribunus mil. procos. ad Veios fuerat X millibus æris gravis damnatur.* Sigonius.

2 *Nullum ad eum diem eſſe*] Jam reperio apud Juntam ſic editum: nec ei deſunt ſcripti codices. Numquid excidit vox, *exemplum.* Ut lib. 38. *Auctoritas ſeniorum valuit, negantium exemplum proditum memoria eſſe, ut imperator,* &c. Lib. 41. *Res triumpho dignas eſſe, cenſebat ſenatus, ſed exemplum à majoribus non accepiſſe, ut qui neque,* &c. An medicina mitior, quam adhibent prima Romana, & eam ſecutæ, tum Aſcenſiana, Moguntina: *de imperatore nullo ad eam diem eſſe.* An denique, τὸ *capite anquiſitum* pro oratione, cui ſubſtantivum ineſt, ponitur; quaſi ſit, *Capitale factum judicium, vel quæſtionem habitam.* Sic alibi: *Diu non litatum tenuit dictatorem.* J. F. Gron.

3 *Propter Q. Fabium c. in l. v. ſ. ac g. eſſe*] Vet. lib. *Propter Q. Fabii victoriam civitatem in lætitia, ſupplicationibus, ac gratulationibus eſſe.* Sigonius.

Propter Q. Fabii victoriam civitatem in lætitia, in ſupplicationibus] A mala manu eſt quod finxit hic Sigonius. Vett. ed. & meliores ſcripti: *propter Q. Fabium civitatem in lætitia, victoria, ſupplicationibus, & gratulationibus eſſe.* Scilicet inſolens viſum *in victoria eſſe.* Num inſolentius illo apud Salluſtium Jugurth. *Semperne in ſanguine, ferro, fuga, verſabimur?* Plinius nat. Hiſt. 7, 7. *Tu qui fortunæ munera amplexaris, & te ne alumnum quidem ejus exiſtimas, ſed partum; tu cujus ſemper in victoria mens; tu qui te Deum credis aliquo ſucceſſu tumens.* J. F. Gron.

dem obteſtans, & complexus filium, plurimis cum la-
34 crimis agebat. Stabat cum eo ſenatus majeſtas, favor populi, tribunicium auxilium, memoria abſentis exercitus. Ex parte altera, *imperium invictum populi Romani, & diſciplina rei militaris, & dictatoris edictum pro numine ſemper obſervatum, & Manliana imperia, & poſthabita filii caritas publicæ utilitati*, jactabantur. *Hoc etiam L. Brutum, conditorem Romanæ libertatis, antea in duobus liberis feciſſe. nunc patres comes, & ſenes faciles,* [1] *de alieno imperio ſpreto, tamquam rei parvæ, diſciplinæ militaris everſæ juventuti gratiam facere. Se tamen perſtaturum in incepto: nec ei, qui adverſus dictum ſuum turbatis religionibus, ac dubiis auſpiciis pugnaſſet, quicquam ex juſta pœna remiſſurum. Majeſtas imperii perpetua ne eſſet, non eſſe in ſua poteſtate. L. Papirium nihil de ejus jure deminuturum. optare, ne poteſtas tribunicia, inviolata, ipſa violet interceſſione ſua Romanum imperium, neu populus Romanus in ſe potiſſimum dictatorem & jus dictaturæ extinguat. Quod ſi feciſſet, non L. Papirium, ſed tribunos, ſed pravum populi judicium nequicquam poſteros accuſaturos: quum polluta ſemel militari diſciplina, non miles centurionis, non centurio tribuni, non tribunus legati, non legatus conſulis, non magiſter equitum, dictatoris pareat imperio: nemo hominum, nemo Deorum verecundiam habeat: non edicta imperatorum, non auſpicia obſerventur. ſine commeatu vagi milites in pacato* [2] *in hoſtico*

1 *De alieno imperio ſpreto*] Lege, *dictatorio imperio ſpreto.* Cætera ut mittam, quæ iſthæc Latinitas *corruptæ diſciplinæ gratiam tibi facio de imperio alieno ſpreto*? Tan. Faber. Locus revera obſcurus, qui neſcio an parva tranſpoſitione clarior fieri poſſit: *ſenes faciles de alieno, tanquam rei parvæ, diſciplinæ militaris ſpreto imperio everſa, juventuti gratiam facere.* Neque enim video, quare dici non poſſit *gratiam facere de alieno*, cum *largiri de alieno* uſitatum ſit. Addit autem *de alieno*, quia res ſolum Dictatorem L. Papirium ſpectabat: & *ſpreto imperio*, quia & aliæ viæ ſunt, quibus diſciplina militaris tolli poteſt. Putabam nonnunquam tolli poſſe τὸ *de*; ita ut *alieno imperio ſpreto* referatur ad *patres* & *ſenes*, qui ſpreto dictatoris imperio L. Manlio gratiam faciebant everſæ diſciplinæ. *Gisb. Cuperus.*

2 *In hoſtico errent*] Voſſ. *In hoſtico errarent*: ſed ſupraſcriptum *ultimæ* voci *co*, quaſi vellet: *coërrent*. Quod verbum legas apud Paullum l. 2 π. 3 D. de officio Præfecti vigilum: *per totam noctem vigilare debere & coërrare calceatum.* J. F. Gron.

1 Li-

Digitized by Google

ſtico errent; immemores ſacramenti, [1] *licentia ſola ſe, ubi velint, exauctorent;* [2] *infrequentia deſerantur ſigna. neque conveniatur ad edictum, nec diſcernatur interdiu nocte, æquo iniquo loco, juſſu injuſſu imperatoris pugnent: & non ſigna, non ordines ſervent. latrocinii modo cæca, & fortuita, pro ſolenni & ſacrata militia ſit. Horum criminum vos reos in omnia ſecula offerte tribuni plebi. veſtra obnoxia capita pro licentia Q. Fabio objicite.* Stupentes tribunos, & ſuam jam vicem magis 35 anxios, quam ejus cui auxilium ab ſe petebatur; liberavit onere [3] conſenſus populi Romani ad preces & obteſtationem verſus, ut ſibi pœnam magiſtri equitum dictator remitteret. Tribuni quoque inclinatam rem in preces ſubſecuti, orare dictatorem inſiſtunt, ut veniam errori humano, veniam adoleſcentiæ Q. Fabii daret. ſatis eum pœnarum dediſſe. Jam ipſe adoleſcens, jam pater M. Fabius contentionis obliti, procumbere ad genua, & iram deprecari dictatoris. Tum dictator ſilentio facto: *Bene habet*, inquit, *Quirites*, *vicit diſciplina militaris: vicit imperii majeſtas. quæ in diſcrimine fuerunt, an ulla poſt hanc diem eſſent. Non noxæ eximitur Q. Fabius, qui contra edictum imperatoris pugnavit; ſed, noxæ damnatus, donatur populo Romano, donatur tribuniciæ poteſtati; precarium non juſtum auxilium ferenti. Vive, Q. Fabi, felicior hoc conſenſu*

1 *Licentia ſola ſe*] Thuan. & Chiſl. *ſola ua ſe.* Unde Rubenius: *licentia ſola duce ſe.* Video & in margine Voſſiani alterius: *uai.* Alter: *ſola qua ſe ubi.* Numquid *licentia ſola vagi ſe exauctorent?* J. F. Gron.

2 *Infrequentia deſerant ſigna, neque conveniant*] A nimia Curionis eſt cura. Gryphius anno ante cum prioribus editis & ſcriptis ediderat: *Deſerantur, conveniatur, diſcernatur:* non ſine lepore per ipſam illam varietatem, quæ diſplicuit. Sed & medii verbi eandem formam ſæpius aboleviſſe corruptores librorum obſervavi. Sic apud Cæſarem Gall. 6, 35. *Tribus horis Atvatucam veniri poteſt: Huc omnes ſuas fortunas exercitus Romanus contulit.* Sic inculpatæ membranæ Claud. Menardi. At vulgo: *venire poteſtis.* De Civ. 1. *Poſſe prius ad anguſtias veniri quam ſentirentur.* Idem.

3 *Conſenſus populi Romani ad preces & obteſtationem verſus*] Ita lib. 3. *Eas leges habiturum pop. Romanum, quas conſenſus omnium, non juſſiſſe latas magis, quam tuliſſe videri poſſet.* Lib. 6. *Comitiiſque jurare parato in verba excuſandæ valetudini ſolita, conſenſus populi reſtiterat.* Velleius lib. 2. *Tum expoſtulante conſenſu populi, cum Pompeio pax inita.* Idem.

1 *Me-*

ſenſu civitatis ad tuendum te, quam qua paulo ante exultabas victoria. vive, id facinus auſus, cujus tibi ne parens quidem, ſi eodem loco fuiſſet, quo fuit L. Papirius, veniam dediſſet. [1] *Mecum ut voles, reverteris in gratiam: populo Romano, cui vitam debes, nihil majus præſtiteris, quam ſi hic tibi dies ſatis documenti dederit, ut bello ac pace pati legitima imperia poſſis.* [2] Quum ſe nihil morari magiſtrum equitum pronunciaſſet, [3] degreſſum cum templo lætus ſenatus, lætior populus, circumfuſi, ac gratulantes hinc magiſtro equitum, hinc dictatori, proſecuti ſunt: firmatumque imperium militare haud minus periculo Q. Fabii, quam ſupplicio miſerabili [4] adoleſcentis Manlii videbatur. Forte ita eo anno evenit, ut [5] quotieſcunque dictator ab exercitu receſſit, hoſtes in Samnio moverentur. cæterum in oculis exemplum erat Q. Fabius M. Valerio legato, qui caſtris præerat, ne quam vim hoſtium magis, quam trucem dictatoris iram timeret. Itaque frumentatores; quum circumventi ex inſidiis, cæſi loco iniquo eſſent, creditum vulgo eſt, ſubveniri eis ab legato potuiſſe, ni triſtia edicta exhorruiſſet. ea quoque ira alienavit à dictatore militum animos, jam ante infenſos, quod implacabilis Q. Fabio fuiſſet: & quod ſuis precibus negaſſet, e-

36 jus populo Romano veniam dediſſet. Poſtquam dictator præpoſito in urbe L. Papirio Craſſo magiſtro equitum, Q. Fabio vetito quicquam pro magiſtratu agere, in

1 *Mecum ut voles, reverteris in gratiam*] Cicero Phil. 2 extr. *mecum, ut voles; cum republica redi in gratiam.* J. F. Gron.

2 *Cum ſe nihil morari magiſtrum equitum pron.*] Genus dicendi, quo utebantur in abſolvendo: ſic ſupra lib. 4 Tribunus plebis: *Sempronium nihil moror.* Et Philip. 13 in epiſt. Antonii: *Nihil moror eos ſalvos eſſe, & ire quo lubet.* Sigonius.

3 *Degreſſum cum templo*] *Templum*, non curiam Hoſtiliam intelligendum eſſe puto, ut ait Glareanus quibuſdam placere, ſed *Roſtra*, quæ ſummoto magiſtro equitum Dictator aſcenderat, & ex eis verba ad populum fecerat: ſupra autem *Roſtra templum* dici monuimus. *Idem.*

4 *Adoleſcentis Manlii*] Vet. lib. *T. Manlii*, recte. præceſſit enim *Q. Fabii.* Idem.

5 *Quotieſcumque dictator ab exercitu receſſit*] Voſſ. alter & Mureti liber: *receſſiſſet.* J. F. Gron.

in caſtra rediit; neque civibus ſatis lætus adventus ejus fuit, nec hoſtibus quicquam attulit terroris. namque poſtero die, ſeu ignari veniſſe dictatorem, ſeu, adeſſet an abeſſet, parvi facientes, inſtructa acie ad caſtra acceſſerunt. Cæterum tantum momenti in uno viro L. Papirio fuit, ut ſi ducis conſilia favor ſubſecutus militum foret, debellari eo die cum Samnitibus potuiſſe, pro haud dubio habitum ſit. ita inſtruxit aciem loco, ac ſubſidiis: ita omni arte bellica firmavit. ceſſatum à milite, ac de induſtria, ut obtrectaretur laudibus ducis, impedita victoria eſt. Plures Samnitium cecidere: plures Romani vulnerati ſunt. Senſit peritus dux, quæ res victoriæ obſtaret: temperandum ingenium ſuum eſſe, & [1] ſeveritatem miſcendam comitati. Itaque adhibitis legatis ipſe circum ſaucios milites inſerens in tentoria caput, [2] ſingulos ut ſeſe haberent rogitans, curam eorum nominatim legatis, tribuniſque, & præfectis demandabat: rem per ſe popularem ita dexter egit, ut medendis corporibus, animi multo prius militum imperatori reconciliarentur: nec quicquam ad ſalubritatem efficacius fuerit, quam quod grato animo ea cura accepta eſt. Refecto exercitu, cum hoſte congreſſus, haud dubia ſpe ſua militumque; ita fudit fugavitque Samnites, ut ille ultimus eis dies conferendi ſigna cum dictatore fuerit. Inceſſit deinde, qua duxit prædæ ſpes, victor exercitus: perluſtravitque hoſtium agros; nulla arma, nullam vim nec apertam, [3] nec inſidiis expertus. Addebat alacritatem, quod dictator prædam omnem edixerat militibus: nec ira magis publica, quam privatum compendium in hoſtem

1 *Severitatem miſcendam comitati*] Ferri poteſt, ſi intelligas tam id miſceri quod adfunditur, quam id cui adfunditur. Melius tamen erit, opinor, *comitate*. Lib. 40. *Quum pavorem miſtum admirationi patri injeciſſet.* J. F. Gron.

2 *Singulos, ut ſeſe haberent*] Flor. *inferens in tentoria caput, ſinguloſque; ut ſeſe haberent, rogitans.* Sed & Rottendorff. *Ipſe circumiens ſaucios.* Tacitus 1 Annal. 71. *Utque cladis memoriam comitate leniret, circumire ſaucios, facta ſingulorum extollere, vulnera intuens.* Id.

3 *Nec inſidiis expertus*] Flor. *Nec ex inſidiis.* Idem.

1 Q. Æ-

hoſtem acuebat. His cladibus ſubacti Samnites, pacem ab dictatore petiere: cum quo pacti, ut ſingula veſtimenta militibus, & annuum ſtipendium darent; quum ire ad ſenatum juſſi eſſent, ſecuturos ſe dictatorem reſponderunt, unius ejus fidei virtutique cauſſam ſuam commendantes. ita deductus ex Samnitibus exercitus.

37 Dictator triumphans urbem eſt ingreſſus: & quum ſe dictatura abdicare vellet, juſſu Patrum prius quam abdicaret, conſules creavit C. Sulpicium Longum iterum, [1] Q. Æmilium Cerretanum. Samnites, infecta pace, [2] quia de conditionibus agebatur, inducias annuas ab urbe retulerunt. nec earum ipſarum ſancta fides fuit: adeo poſtquam Papirium abiſſe magiſtratu nunciatum eſt, arrecti ad bellandum animi ſunt. C. Sulpicio, [3] Quinto Æmilio (Aulium quidam annales habent) conſulibus, ad defectionem Samnitium, Apulum novum bellum acceſſit. Utroque exercitus miſſi: Sulpicio Samnites, Apuli [4] Æmilio ſorte evenerunt. Sunt qui non ipſis Apulis bellum illatum, ſed [5] ſocios ejus gentis populos ab Samnitium vi atque injuriis defenſos ſcribant. Cæterum fortuna Samnitium vix à ſeipſis eo tempore propulſantium

1 *Q. Æmilium Caretanum*] *Cerretanum* ex Cap. conſulibus & vet. lib. *Sigonius.*

Q. Æmilium Cerret.] Immo *Aulium*, ut recte Sigonius & Pighius, qui & interpoſitionem iſtam, *Aulium quidam annales habent*, putat eſſe ab ſtudioſo: qui tamen ſcripſerit, *Æmilium quidam*, tanquam notius nomen. Certe lib. 9 cap. 22 MSS. ubique *Aulius*, non *Æmilius*. J. F. Gron.

2 *Quia de conditionibus agebatur*] Id eſt, res hærebat, non conveniebat. Ut lib. 10. *De ſocietate haud abnuunt barbari; de mercede agitur, qua pacta acceptaque* &c. Poſſes alioqui legere, *ambigebatur*. Terent. Heaut. *Simus & Crito, Vicini noſtri, hic ambigunt de finibus.* Juſtinus lib. 1. *Cum de regno ambigerent*. Feſtus in Silvii: *Cum inter eos de regno ambigeretur.* Idem.

3 *Q. Æmilio*] *Aulium* quidam Annales habent. Quæſtio eſt an alter Cos. *Q. Æmilius*, an *Q. Aulius Cerretanus* fuerit? *Aulium* vocandum eſſe, & Livius & Capitolini ſcriptores conſentiunt: eſt enim is qui poſt magiſter equitum in prœlio occiſus eſt: Livius lib. 9, & Capitolinæ tabulæ. *Sigonius.*

4 *Æmilio ſorte even.*] Malim, *Aulio*, ut dixi. Accedit quod pro *Æmilio* Diodorus Αἴλιον, Caſſiodorus *Ælium* vocant, mendoſe. *Idem.*

5 *Socios ejus gentis populos*] Id eſt, ſocios populi Romani Apuliæ populos: in amicitiam enim paulo ante venerant una cum Lucanis. *Idem.*

Digitized by Google

tium bellum, propius ut ſit vero facit; non Apulis ab Samnitibus arma illata, ſed cum utraque ſimul gente bellum Romanis fuiſſe. nec tamen res ulla memorabilis acta: [1]ager Apulus, Samniumque evaſtatum: hoſtes nec hic nec illic inventi. Romæ nocturnus terror ita ex ſomno trepidam repente civitatem excivit, ut Capitolium atque arx, mœniaque & portæ, plena armatorum fuerint. & quum [2] concurſatum conclamatumque ad arma omnibus locis eſſet, prima luce nec auctor, nec cauſſa terroris comparuit. Eodem anno de Tuſculanis Flavia rogatione populi fuit judicium. M. Flavius Tribunus plebis tulit ad populum, [3] ut in Tuſculanos animadverteretur: quorum eorum ope ac conſilio Veliterni Privernateſque populo Rom. bellum feciſſent. Populus Tuſculanus cum conjugibus ac liberis Romam venit: ea multitudo veſte mutata, & ſpecie reorum tribus circuit, genibus ſe omnium advolvens. plus itaque miſericordia ad pœnæ veniam impetrandam, quam cauſa ad crimen purgandum valuit. Tribus omnes, præter Polliam, antiqua-

1 *Ager Apulus Samniumque evaſtatum*] Voſſ. Helm. Pall. *Samnitiumque evaſtatur*. Commodius, ut videtur. Adde tamen quæ dicimus lib. 10 cap. 20. *J. F. Gron.*

2 *Conc. clamatumque ad ar.*] Vet. lib. *Conclamatumque ad arma*. Sigonius.

Concurſatum conclamatumque] Flor. Rott. Voſſ. prior *concurſatum clamatumque*. J. F. Gron.

3 *Ut in Tuſculanos animadverteretur, quorum ope ac conſ. Veliterni*, &c.] De Tuſculanis nihil ante libr. 7, ubi de Privernatibus & Veliternis ita ait: *Acceſſit ad eam cladem vaſtatio Romani agri, quam Privernates, Veliterni deinde incurſione repentina fecerunt*. Sigonius.

Quorum ope ac conſilio Veliterni] Eleganter & magis ex formula memb. Thuan. Voſſ. Helm. Chifl. *Quorum eorum ope ac conſilio*. Ducunt eodem duo alii: *quod eorum*. Putaverunt ſupervacuum eſſe: non eſt. nam *Quorum eorum*, eſt, quorum ex iis Tuſculanis. Etſi enim publico conſilio id factum ſuſpicio erat, quæſtionem tamen in auctores ejus conſilii adjutoreſque male alacres potius decernere juſtæ ſeveritatis erat, quam in univerſos & ſingulos; quum vix unquam etiam in maxime populari republica res ejuſmodi cunctorum pari conſenſu & ſtudio fiat. Lib. 23, 25. *De exercitu Marcelli, qui eorum ex fuga Cannenſi eſſent*. Sic nos ex MSS. Lib. 26. *Extra quam qui eorum aut ipſi aut parentes eorum apud hoſtes eſſent*. Lib. 38. *Aliorum qui non comparebant, quando quiſque eorum inventus fuerit*. Ibidemque: *Quæ urbes, qui agri, qui homines Ætolorum juris aliquando fuerunt, qui eorum L. Quinctio, Cn. Domitio coſſ. poſtve eos coſſ. ſubacti*, &c. Ipſum eſt apud Plautum Trinum. 4, 3. *Quorum eorum unus ſurripuit currenti curſori ſolum*. J. F. Gron.

tiquarunt legem. Polliæ ſententia fuit, puberes verberatos necari; conjuges liberoſque ſub corona lege belli venire: memoriamque ejus iræ Tuſculanis in pœnæ tam atrocis auctores manſiſſe ad patrum ætatem conſtat: [1] nec quemquam ferme ex Pollia tribu candidatum Papi-
38 riam ferre ſolitum. Inſequenti anno [2] Q. Fabio, [3] L. Fulvio Conſulibus, A. Cornelius Arvina dictator, & [4] M. Fabius Ambuſtus magiſter equitum, metu gravioris in Samnio belli (conducta enim pretio à finitimis juventus dicebatur) intentiore delectu habito, egregium exercitum adverſus Samnites duxerunt. Caſtra in hoſtico incurioſe ita poſita, tamquam procul abeſſet hoſtis: quum ſubito advenere Samnitium legiones; tanta ferocia, ut vallum uſque ad ſtationem Romanam inferrent. Nox jam appetebat: id prohibuit munimenta adoriri. nec diſſimulabant orta luce poſtero die facturos. Dictator ubi propiorem ſpe dimicationem vidit, ne militum virtuti damno locus eſſet, ignibus crebris relictis, qui conſpectum hoſtium fruſtrarentur, ſilentio legiones educit: nec tamen fallere propter propinquitatem caſtrorum potuit. Eques extemplo inſecutus; ita inſtitit agmini, ut donec luceſceret, prœlio abſtineret. [5] ne pedeſtres quidem copiæ ante lucem caſtris egreſſæ. Eques luce demum auſus incurſare in hoſtem, carpendo noviſſimos;

1 *Nec quemquam ferme ex Pollia tribu candid. Papiriam ferre ſol.*] Locus non eſt, ut cenſet Glareanus, mancus ac debilis. Quod ipſum ſenſus oſtendit, qui eſt hic: Cum Pollia tribus una Tuſculanos condemnaſſet, memoriam iræ Tuſculani in Polliam tribum uſque ad patrum memoriam conſervarunt: neque enim quiſquam ex tribu Pollia candidatus Papiriam ferre ſolitus erat, in quam præſertim conjecti Tuſculani cives fuerant, & in qua ſuffragia ferebant. Auctor Valerius lib. 9. quamquam ibi *Popillia* eſt, pro *Papiria*. Sigonius.

Papiriam ferre] Credo eſſe, ſuffragium à Papiria tribu ferre. *Glareanus*

2 *Q. Fabio*] *Rullianum* intelligit, ex triumpho Capit. hoc anno acto. *Sigonius.*

3 *L. Fulvio*] Fulvii cognomen *Curvus*, ex Capitol. ejus triumpho. *Idem.*

4 *M. Fabius Ambuſtus*] Magiſter equit. erat *Ambuſtus*, *Rullianus* conſul. *Ambuſtum Rulliani* patruelem fuiſſe reor *M. Ambuſti Pont. Max. F.* Idem.

5 *Nec pedeſtres q.*] Vet. lib. *Ne pedeſtres quidem.* Samnitium autem copias intelligit. *Idem.*

mos, premendoque iniquis ad tranſitum locis, agmen detinuit. interim pedes equitem aſſecutus, & totis jam copiis Samnis urgebat. Tum dictator, poſtquam ſine magno incommodo progredi non poterat, eum ipſum, in quo conſtiterat, [1] locum, caſtris dimetari juſſit. [2] id vero circumfuſo undique equitatu, ut vallum peteretur, opuſque inciperet, fieri non poterat. Itaque, ubi neque eundi neque manendi copiam eſſe videt, inſtruit aciem, impedimentis ex agmine remotis. inſtruunt contra & hoſtes; & animis & viribus pares. auxerat id maxime animos, quod [3] ignari loco iniquo non hoſti ceſſum, velut fugientes ac territos terribiles ipſi ſecuti fuerant. Id aliquamdiu æquavit pugnam; jam pridem deſueto Samnite clamorem Romani exercitus pati. [4] At hercule illo die [5] ab hora diei tertia ad octavam ita anceps

1 *Locum caſtris dimetari juſſit*] Vet. lib. *communiri juſſit*. Sigonius.

Locum caſt. communiri juſſit] Ita quidem Sigonius ex ſuo: ſed potiores apud me, quibus vir nec ingenio nec doctrina vulgari Gelenius uſus, exhibentes *dimetari*: cum præſertim inveniſſemus ipſi *dimicari*. Lib. 44. *Imperat, metarentur frontem caſtrorum*. Ibidemque: *Poſtquam metata caſtra impedimentaque collocata animadvertit*. Cæſar 2 Gall. *Opere dimenſo caſtra munire cœperunt*. Cicero 2 de nat. Deor. *Atque ita dimetata ſigna ſunt, ut in tantis deſcriptionibus divina ſolertia appareat*. J. F. Gron.

2 *Id vero, circumfuſo undique equitatu, ut vallum peteretur, o. i. f. n. poterat*] Senſus eſt: Dictator, ubi ultra progredi ſe non ſine ſummo incommodo poſſe vidit, locum caſtris communiri juſſit: cum autem hoſtium equitatus circumfuſus eſſet, ne id quidem fieri poterat, ut vallum poneretur, & opus inciperet. In quibuſdam enim libris eſt pro *peteretur*, *poneretur*. Sigonius.

Ut vallum peteretur] Sigonius, *poneretur*. Id quod nobis occurrit nuſquam. Sed ſcribendum, *ut vallus peteretur*: vel, *ut vallum peterent, opuſque inciperent*. Ut lignatum irent, vallos cæderent ac pararent, quemadmodum alibi loquitur. *J. F. Gron.*

3 *Ignari; loco iniquo, non hoſti ceſſum*] Sigonius malit *gnari*, aut *non ignari*, hoc ſenſu: auxerat Samnitium animos, quod non ignari ſe loco iniquo non ceſſiſſe Romano hoſti, nunc Romanos velut territos ipſi terribiles erant perſequuti. Perperam me judice. Nihil mutandum, nec *hoſtis* intelligitur Romanus, ſed Samnis. Id, ait, ſuperbos & plenos fiduciæ Samnites fecerat, quod Romanis nuper nocte vaſa colligentibus profectiſque ab tergo inſtiterant quaſi fugientibus & territis ipſi terrentes. At Romani loco iniquo deceſſerant hoc regreſſu, non ceſſerant hoſti Samniti, qui veræ cauſæ ignarus, tanquam ignavia aut rerum deſperatione id factum fuiſſet, interpretabatur. Lib. 7. *Sicubi loco ceſſum, ſi terga data hoſti*. Idem.

4 *At Hercule illo d.*] Vet. lib. *Et hercule*. Sigonius.

5 *Ab hora diei tertia ad octavam*]

ceps dicitur certamen ſtetiſſe, ut neque clamor, ut primo ſemel concurſu eſt ſublatus, iteratus ſit, neque ſigna promota loco retrove recepta, neque recurſum ab ulla ſit parte. In ſuo quiſque gradu obnixi, urgentes ſcutis ſine reſpiratione ac reſpectu pugnabant. fremitus æqualis, tenorque idem pugnæ [1] in defatigationem ultimam aut noctem ſpectabat. Jam viris vires, jam ferro ſua vis, jam conſilia ducibus deerant, quum ſubito Samnitium equites, cum, turma una longius provecta, accepiſſent impedimenta Romanorum procul ab armatis ſine præſidio ſine munimento ſtare, aviditate prædæ impetum faciunt. Quod ubi dictatori trepidus nuncius attulit; *Sine modo*, inquit, *ſeſe præda præpediant.* alii deinde ſuper alios, diripi paſſim ferrique fortunas militum vociferabantur. Tum magiſtro equitum accito, *Vides tu*, inquit, *M. Fabi, ab hoſtium equite omiſſam pugnam? hærent impediti impedimentis noſtris. Aggredere: quod inter prædandum omni multitudini evenit, diſſipatos, raros equis inſidentes, raros quibus ferrum in manu ſit, invenies: equoſque dum præda onerant, cæde inermes, cruentamque illis prædam redde. Mihi legiones, peditumque pugna curæ erunt: penes te*
39 *equeſtre ſit decus.* Equitum acies, qualis quæ eſſe inſtructiſſima poteſt, invecta in diſſipatos impeditoſque hoſtes, cæde omnia replet. inter ſarcinas omiſſas repente objacentes pedibus fugientium, conſternatorumque equorum, neque pugnæ, neque fugæ ſatis potentes cæduntur. Tum, deleto prope equitatu hoſtium, M. Fabius, circumductis paullulum alis, ab tergo pedeſtrem aciem adoritur. clamor inde novus accidens, & Samnitium terruit animos, & dictator, ubi reſpectantes hoſtium

Numquid ad hunc locum exigenda ſunt illa 10, 34 *Ab hora quarta diei ad octavam ferme horam pugnatum* & 44, 37 *Nocte proxima, ab hora ſecunda uſque ad quartam horam noctu?* An & hæc dicta credemus, ut lib. 6, cap. 1 *Ab condita urbe Roma ad captam eandem urbem?* Jac. Gron.

1 *In defatigationem ultimam aut noctem ſpectabat*] Forte: *ad noctem ſpectabatur.* J. F. Gron.

ſtium anteſignanos, turbataque ſigna, & fluctuantem aciem vidit, tum appellare, tum adhortari milites, tribunos principeſque ordinum nominatim ad iterandam ſecum pugnam vocare. Novato clamore ſigna inferuntur: & quicquid progrediebantur, magis magiſque turbatos hoſtes cernebant. Eques ipſe jam primis erat in conſpectu: & Cornelius, reſpiciens ad manipulos militum, quod manu, quod voce poterat, monſtrabat, vexilla ſe ſuorum parmaſque cernere equitum. Quod ubi auditum ſimulque viſum eſt, adeò repente laboris per diem penè totum tolerati vulnerumque obliti ſunt, ut haud ſecus quam ſi tum integri è caſtris ſignum pugnæ accepiſſent, concitaverint ſe in hoſtem. nec ultra Samnis tolerare terrorem equitum peditumque vim potuit: partim in medio cæſi, partim in fugam diſſipati ſunt. [1] Pedes reſtantes, ac circumventos cecidit: ab equite fugientium ſtrages eſt facta: inter quos & ipſe imperator cecidit. Hoc demum prœlium Samnitium res ita infregit, ut omnibus conciliis fremerent, *minime id quidem mirum eſſe, ſi* [2] *impio bello, & contra fœdus ſuſcepto, infeſtioribus merito Diis quam hominibus, nihil proſpere agerent. expiandum id bellum magna mercede, luendumque eſſe. Id referre tantum, utrum ſupplicia noxia paucorum, an omnium innoxio præbeant ſanguine*: audebantque jam quidam nominare auctores armorum. Unum maxime nomen per conſenſum clamantium Brutuli Papii exaudiebatur. vir nobilis, potenſque erat, haud dubie proximarum induciarum ruptor. De eo coacti referre prætores decretum fecerunt, *Ut* [3] *Brutulus Papius Romanis dederetur: & cum eo præda*

1 *Pedes reſtantes ac circumventos cecidit*] Vix credo τὸ *ac* eſſe Livii, qui ſcripſerat, *Pedes reſtantes circumventos cecidit*. Vide quæ dicemus ad lib. 10 cap. 35. Lib. 9. *Jacet inter eos ſatis patens clauſus in medio campus herbidus aquoſuſque*. J. F. Gron.

2 *Impio bello, & contra fœdus ſuſcepto*] Hoc ait, quia paulo ante dixerat: *Samnites inducias annuas ab urbe retulerunt, nec earum ipſarum ſancta fides fuit*, &c. Itaque ſubdit: *Brutulus Papius haud dubie erat proximarum induciarum ruptor*. Sigonius.

3 *Brutulus Papius*] *Papia* gens Italica fuit. Itaque bello Italico *Papius*

Mutilus

præda omnis Romana, captivique ut Romam mitterentur, quæque res per feciales ex fœdere repetitæ eſſent, ſecundum jus faſque reſtituerentur. Feciales Romam, ut cenſuerunt, miſſi, & corpus Brutuli exanime: ipſe morte voluntaria, ignominiæ ſe ac ſupplicio ſubtraxit. Placuit cum corpore bona quoque ejus dedi: nihil tamen earum rerum præter captivos ac ſiqua cognita ex præda ſunt, acceptum eſt: [1] cæterarum rerum irrita fuit deditio. dictator ex Senatuſconſulto triumphavit. Hoc bellum à Coss. bellatum [2] quidam auctores ſunt, eoſque de Samnitibus triumphaſſe: [3] Fabium etiam in Apuliam proceſſiſſe, atque inde magnas prædas egiſſe. Nec diſcrepat, quin dictator eo anno A. Cornelius fuerit. id ambigitur, belline gerendi cauſſa creatus ſit, an ut eſſet qui ludis Romanis, quia L. Plautius prætor gravi morbo forte implicitus erat, [4] ſignum mittendis quadrigis daret, functuſque eo [5] haud ſane memorandi imperii miniſterio, ſe dictatura abdicaret, nec facile eſt aut rem rei, aut auctorem auctori præferre. [6] Vitiatam memoriam funebribus laudibus

dibus

Mutilus inter ejus belli duces inſignis eſt. Appianus, alii. *Sigonius.*

1 *Cæter. rerum irrita f. deditio*] Id eſt, non acceptæ res cæteræ, quæ dedebantur, nec ex eo pax conſequuta eſt. *Id.*

2 *Quidam auctores ſunt*] Inter cæteros ſunt Capitolini ſcriptores, qui *Q. Fabium, L. Fulvium* hujus anni conſules de Samnitibus triumphaſſe, non *Dictatorem A. Cornelium*, tradiderunt. *Id.*

3 *Fabium et. in Apuliam proceſſiſſe*] Hinc apud eum qui ſcripſit de viris Illuſtribus ſcriptum eſt, *Q. Fabium* Cos. primum de Apulis & Lucerinis triumphaſſe. Quod idem extat etiam in Capitolino triumpho. *Idem.*

4 *Signum mittendis quadrigis daret*] Inter cæteras cauſas Dictatoris creandi hæc etiam fuit, ludorum Rom. cauſa, quod eſt, ut ſignum mittendis quadrigis daret. *Signum* autem dediſſe *Dictatorem & prætorem*, hic locus docet, *Conſulem*, lib. 45. *Idem.*

5 *Haud ſane memorandi imperii miniſterio*] Legerem *magiſterio.* Vide interpretes Suetonii. *Tan. Faber.*

6 *Vitiatam memoriam funebribus laudibus --- etiam publica monumenta rerum confuſa*] Hunc locum à Cicerone accepiſſe videtur in Bruto: *Niſi quem nonnullæ mortuorum laudationes forte delectant, & hercule hæ quidem extant, ipſæ enim familiæ ſuæ quaſi ornamenta, ac monumenta ſervabant, & ad uſum, ſi quis ejuſdem generis occidiſſet, & ad memoriam laudum domeſticarum, & ad illuſtrandam nobilitatem ſuam. quamquam his laudationibus hiſtoria rerum noſtrarum facta eſt mendoſior: multa enim ſcripta ſunt in eis, quæ facta non ſunt, falſi triumphi, plures conſulatus, genera etiam falſa, & à plebe tranſitiones, cum homines humiliores in alienum ejuſdem nominis infunderentur genus.* Sigonius.

1 *Dedu-*

dibus reor, falſiſque imaginum titulis, dum familia ad ſe quæque famam rerum geſtarum, honorumque fallente mendacio trahunt. Inde certe & ſingulorum geſta, & publica monimenta rerum confuſa. nec quiſquam æqualis temporibus illis ſcriptor extat, quo ſatis certo auctore ſtetur.

EPITOME

LIBRI IX.

Titus Veturius & Sp. Poſtumius apud Caudinas Furcas, [1] deducto in locum arctum exercitu, quum nulla ſpes evadendi eſſet, fœdere cum Samnitibus facto, & ſexcentis equitibus Romanis obſidibus datis, ita exercitum abduxerunt, ut omnes ſub jugum mitterentur. iidemque, auctore Sp. Poſtumio conſule, qui in ſenatu ſuaſerat, ut eorum deditione, quorum culpa tam deforme fœdus ictum erat, publica fides liberaretur, cum duobus tribunis plebis, & omnibus [2] qui fœdus ſpoponderant, dediti Samnitibus, non ſunt recepti. [3] nec multo poſt fuſis à Papirio Curſore Samnitibus, & ſub jugum miſſis, receptiſque ſexcentis equitibus Romanis, qui obſides dati erant, pudor prioris flagitii abolitus. Tribus duæ adjectæ ſunt, Uſentina & Falerina. Sueſſa & Pontia coloniæ deductæ ſunt. Ap. Claudius cenſor aquam Claudiam perduxit: viam ſtravit, quæ Appia vocata eſt: libertinorum filios [4] in ſenatum legit.

1 *Deducto in locum iniquum exercitu*] Barber. *In locum arctum.* Recte, nam propter hoc ipſum iniquus erat. Juſtinus lib. 1. *Cyrum ad anguſtias uſque perduxit. ibi compoſitis in montibus inſidiis, ducenta millia Perſarum cum ipſo rege trucidavit.* Idem lib. 11, de Alexandro: *Itaque timens anguſtias magna celeritate Taurum tranſcendit.* Noſter hoc libro: *Locis anguſtis, milites, deprehenſi, niſi quam victoria patefecerimus, viam nullam habemus.* J. F. Gron.

2 *Qui per fœdus ſpop.*] Vet. lib. *Qui fœdus ſpoponderant.* Sigonius.

3 *Nec etiam multo p.*] Vet. lib. *Nec multo poſt.* Idem.

4 *In ſenatu legit*] Vet. lib. *In ſenatum.* Idem.

legit. Ideoque quoniam is ordo videbatur inquinatus indignis, ſequentis anni conſules in ſenatu legendo obſervaverunt, quemadmodum ante per proximos cenſores obſervatum fuerat. Res præterea contra Apulos, Etruſcos, Umbros, Marſos, Pelignos, Æquos & Samnites, quibus fœdus erat reſtitutum, proſpere geſtas continet. Flavius Scriba, libertino patre natus, ædilis curulis fuit; per forenſem factionem creatus: quæ quum comitia & campum turbaret, & in iis propter nimias vires dominaretur, à Q. Fabio cenſore in quatuor tribus [1] *redacta eſt, quas urbanas appellavit.* [2] *Eaque res Fabio Max. nomen dedit. In hoc libro mentio Alexandri Magni, qui temporibus his fuit, & æſtimatis populi Romani viribus quæ tunc erant, colligit, ſi Alexander in Italiam trajeciſſet, non tam facilem ei victoriam de populo Romano fore, quam de iis gentibus quas ad Orientem imperio ſuo ſubjecerat.*

1 SEQUITUR hunc annum nobilis clade Romana Caudina pax, [3] T. Veturio Calvino, Sp. Poſtumio conſulibus. Samnites eo anno imperatorem Caium Pontium Herenniii filium habuerunt, patre longe prudentiſſimo natum, primum ipſum bellatorem ducemque. Is, ubi legati, [4] qui ad dedendas res miſſi erant, pace infecta redierunt, *Ne nihil actum*, inquit, *hac legatione cenſeatis, expiatum eſt quicquid ex fœdere rupto irarum in nos cœleſtium fuit. Satis ſcio,* [5] *quibuſcunque Diis cordi fuit, ſubigi nos ad neceſſitatem dedendi*

1 *Redacta eſt. Eaque res*] M S. auctius: *Q. Fabio cenſore in quatuor tribus redacta eſt, quas urbanas appellavit.* J. F. Gron.

2 *Eaque res Fabio Maximo nomen dedit*] Vet. lib. *Maximi.* id eſt, ex ea re Maximus appellatus eſt, ſic Livius. Porro autem adde hæc verba ex manuſcriptis libris. *In hoc libro mentionem habet Alexandri, qui temporibus his fuit, & æſtimatis populi Rom. viribus, quæ tunc erant, colligit: ſi Alexander in Italiam trajeciſſet, non tam facilem ei victoriam de populo Rom. fore, quam de gentibus. quas ad Orientem imperio ſuo ſubjecerat.* Sigonius.

3 *Tito Veturio Calvino, Sp. Poſthumio Coſſ.*] Utroque iterum. Fuere antea hi Coſſ. anno 419 ab urbe condita. *Pighius.*

4 *Qui ad dedendas res miſſi erant*] Duo MSS. addunt *Romam.* J. F. Gron.

5 *Quibuſcumque diis cordi*] Thucydidem imitatur lib. 7 in oratione Niciæ:

dedendi res, quæ à nobis ex fœdere repetitæ fuerant; iis non fuiſſe cordi tam ſuperbe ab Romanis fœderis expiationem ſpretam. Quid enim ultra fieri ad placandos Deos mitigandoſque homines potuit, quam quod nos fecimus? Res hoſtium in præda captas, quæ belli jure noſtræ videbantur, remiſimus: [1] *auctores belli, quia vivos non potuimus, perſunctos jam fato dedidimus: bona eorum, ne quid ex contagione noxæ remaneret penes nos, Romam portavimus. Quid ultra tibi, Romane, quid fœderi, quid Diis arbitris fœderis debeo? quem tibi tuarum irarum, quem meorum* [2] *ſuppliciorum judicem feram? Neminem neque populum, neque privatum fugio. Quod ſi nihil cum potentiore juris humani relinquitur inopi, at ego ad Deos vindices intolerandæ ſuperbiæ confugiam: & precabor, ut iras ſuas vertant in eos, quibus non ſuæ redditæ res, non alienæ accumulatæ ſatis ſint: quorum ſævitiam non mors noxiorum, non deditio exanimatorum corporum, non bona ſequentia domini deditionem exſatient:* [3] *placari nequeant, niſi hauriendum ſanguinem laniandaque viſcera noſtra præbuerimus. Juſtum eſt bellum, Samnites, quibus neceſſarium: & pia arma, quibus nulla niſi in armis relinquitur ſpes. Proinde, quum rerum humanarum maximum momentum ſit,* [4] *quam propitiis rem, quam adverſis agant Diis; pro certo habete, priora bella adverſus Deos magis, quam homines geſſiſſe:*

ciæ: ἱκανὰ γὰρ τοῖς τε πολεμίοις ηὐτύχηται· καὶ εἴ τῳ θεῶν ἐπίφθονοι ἐστρατεύσαμεν, ἀποχρώντως ἤδη τετιμωρήμεθα. &c. *J. F. Gron.*

1 *Auctores belli, quia vivos non pot.*] *Brutulum Papium* intelligit, cujus exanime corpus deditum erat. *Sigonius.*

2 *Suppliciorum judicem feram? Neminem*] Diſtinctione mutata ſcribendum: *Quem tibi tuarum irarum, quem meorum ſuppliciorum judicem feram, neminem neque populum neque privatum fugio.* Nam interrogatio, quæ vulgo habetur, hanc vim habet, ut oſtendat vix inveniri quemquam, quem judicem cupere poſſit. At contrarium vult mens dicentis, nimirum tam liquidam eſſe Samnitium cauſam, ut quovis judice vincere facile poſſint. *J. F. Gron.*

3 *Placari nequeant, niſi*] Videtur indecore hiare oratio, & aut præponendum à fronte *qui*, aut finienda periodos in verbo *exſatient.* Deinde: *Placari nequeunt, niſi hauriendum ſanguinem, laceranda viſcera noſtra præbuerimus.* Nam & ſic per ἀσυνδετον primæ editiones. *Idem.*

4 *Quam propitiis rem, quam adverſis agant diis*] Poſſunt intelligi ipſi homines; ſed mallem aliquis vetus liber haberet: *quam propitiis quam adverſis agantur diis.* Id ipſum, quod conjeci, non è l. v. ſed è LL. VV. notat Muretus. *Idem.*

2 *geſſiſſe: hoc, quod inſtat, ducibus ipſis Diis geſturos.* Hæc non læta magis quam vera vaticinatus, exercitu educto circa Caudium caſtra, quam poteſt occultiſſime locat: inde ad Calatiam, ubi jam conſules Romanos, caſtraque eſſe audiebat, milites decem paſtorum habitu mittit, pecoraque diverſos alium alibi haud procul Romanis paſcere jubet præſidiis: ubi inciderint in prædatores, ut idem omnibus ſermo conſtet, [1] legiones Samnitium in Apulia eſſe: Luceriam omnibus copiis circumſedere. nec procul abeſſe, quin vi capiant. [2] Jam is etiam rumor ante de induſtria vulgatus venerat ad Romanos, ſed fidem auxere captivi; eo maxime, quod ſermo inter omnes congruebat. Haud erat dubium, quin Lucerinis opem Romanus ferret; bonis ac fidelibus ſociis; ſimul ne Apulia omnis ad præſentem terrorem deficeret. ea modo, qua irent, conſultatio fuit. Duæ ad Luceriam ferebant viæ, altera præter oram ſuperi maris patens apertaque; ſed quanto tutior, tanto fere longior: altera per Furculas Caudinas brevior. Sed ita natus locus eſt; ſaltus duo alti anguſti ſilvoſique ſunt; [3] montibus circa per-

1 *Legiones Samnitium in Apulia eſſe, Luceriam*, &c.] Apuli quadriennio ante ſocietate juncta in fidem populi Romani venerant. Ea de cauſa Romani hoc tempore Luceriæ, quam à Samnitibus circumſederi nunciabatur, opem ferunt. ait enim: *Haud erat dubium, quin Lucerinis opem Romanus ferret, bonis ac fidelibus ſociis.* iidem tamen poſt cladem Caudinam ad Samnites defeciſſe videntur. Itaque Luceria poſt à Romanis recipitur, iterumque cum defeciſſet, capta, colonia deducitur. Neque enim probare videtur Livius eorum auctoritatem, qui Q. Fabium prioris anni conſulem de Apulis & Lucerinis triumphaſſe ſcripſerunt. *Sigonius.*

2 *Jam & is etiam rumor*] Particulam *&* ignorant Thuan. Voſſ. cum tribus Pall. Helm. Rott. *Jam & is rumor.* J.F. Gron.

3 *Montib. circa ſe perpet. inter ſe juncti*] Vet. lib. *Montibus perpetuis inter ſe juncti.* Sigonius.

Montibus circa ſe perp. int. ſe juncti] Lectiones Pall. retulit Gebhardus 1 antiq. Lect. 22, & de illis pronuntiat non liquere. Cæterum ex illis facile animadvertere eſt, nihil aliud velle quam prius *ſe* deleri: quod etiam non conſpicitur in Thuaneo, Voſſ. Buſſ. Chiff. Helm. Rott. nec ſententiam juvat. Soletque Livius eam particulam ſine caſu ponere locis ſimilibus, vel hoc libro infra: *An altero exercitu & duce Appuli circa, gens dubiæ ad id voluntatis, tentarentur.* Si Cæſaris Auguſti ſcriptum hoc eſſet, *τὸ ſe* non expungerem. Is enim, teſte Suetonio cap. 86, quo mentem apertius exprimeret, *neque præpoſitiones verbis addere, neque conjunctiones ſæpe iterare dubitavit,* qua

perpetuis inter ſe juncti. jacet inter eos ſatis patens clauſus in medio campus herbidus, aquoſuſque, per quem medium iter eſt. ſed ante quam venias ad eum, intrandæ primæ anguſtiæ ſunt, & aut eadem, [1] qua te inſinuaveris, retro via repetenda: aut ſi ire porro pergas, per alium [2] ſaltum arctiorem impeditioremque evadendum. In eum campum via alia per cavam rupem Romani demiſſo agmine, quum ad alias anguſtias protinus pergerent, [3] ſeptas dejectu arborum ſaxorumque ingentium objacente mole invenere. quum fraus hoſtilis apparuiſſet, præſidium etiam in ſummo ſaltu conſpicitur. Citati inde retro qua venerant, pergunt repetere viam. eam quoque clauſam ſua obice armiſque inveniunt. ſiſtunt inde gradum ſine ullius imperio, ſtuporque omnium animos, ac velut torpor quidam inſolitus membra tenet: intuen-

quæ detracta adferunt aliquid obſcuritatis, etſi gratiam augent. Cujus conſuetudinis exemplum eſt in verbis ipſius cap. 71. *Si vellent inter ſe inter cœnam vel talis vel par impar ludere.* Quod non meminerat Torrentius, cum τὸ *inter ſe*; tamquam ſupervacanea, rejiceret. Crederem vero eandem facilitatem in aliis quoque particulis ſequutum Cæſarem. Sed Livii non eſt hæc religio. Sigonianum, *montibus perpetuis int. ſe juncti*, ſpeciem ingenii habet, genuinum tamen non putaverim. *J. F. Gron.*

1 *Qua te inſinuaveris*] Valde ſuſpectum τὸ *te*. Gellius lib. 3, 6. *Milites Romani, uti res nata eſt, in locum inſinuant fraudi & perniciei obnoxium.* Et ſic Plautus, Cicero, Virgilius. *Idem.*

2 *Saltum arctiorem, impedit.*] Vet. lib. *Altiorem impeditioremque.* Recte. Nam paulo ante dixit: *Saltus duo alti, anguſti.* Sigonius.

3 *Septas dejectu arborum ſaxorumque ingentium objacentem molem invenerunt*] Malim, *objacente mole.* ut ſit, *ſeptas dejectu arborum, & ſaxorum objacente mole.* Idem.

Septas dejectu arborum ſaxorumque ingentium objacente mole] A conjectura Sigonii eſt. Sane pars ſepimenti iſtius lapidum moles erant, nec eo tamen prohibendus Livius, ne proprietate oratio ejus eniteſcat. Ea vero magis exprimitur in ſcriptura omnium veterum: *objacentem molem.* Sepes agreſtes quia fiunt ex palis trunciſque & virgultis implexis, ideo *dejectus arborum* dicit *ſepire:* non enim *ſaxa*, quæ quoniam in aggeribus & obicibus aquarum præcipue cum alia materia adhibentur, *moles*, & *objacere* dixit. Ovid. lib. 3 Met. de torrente: *quacumque trabes obſtructaque ſaxa tenebant, Spumeus & fervens & ab objice ſævior ibat.* Statius 4 Theb. *Magnumque objectus detinet amnem.* Tacitus 14 Annal. *Hi molium objectus, hi proximas ſcaphas ſcandere.* Ut non offenderet igitur, *anguſtias ſepiri dejectu arborum, & objacere illis ſaxorum molem:* ita nec offendere debuit, *ſeptas dejectu arborum ſaxorumque ingentium objacentem molem invenere.* Tacitus 4 Hiſtor. *Quem locum Valentinus inſederat, montibus & Moſella amne ſeptum. & addiderat foſſas obiceſque ſaxorum.* J. F. Gron.

 1 *In*

intuenteſque alii alios (quum alterum quiſque magis mentis compotem ac conſilii ducerent) diu immobiles ſilent. Deinde, ubi prætoria conſulum erigi videre, & expedire quoſdam utilia operi, quamquam ludibrio fore munientes perditis rebus ac ſpe omni adempta cernebant; tamen ne culpam malis adderent, pro ſe quiſque, nec hortante ullo nec imperante, ad muniendum verſi, caſtra propter aquam vallo circumdant: ſua ipſi opera, laboremque irritum (præterquam quod hoſtes ſuperbe increpabant) cum miſerabili confeſſione eludentes. Ad conſules mœſtos, ne advocantes quidem in conſilium (quando nec conſilio nec auxilio locus eſſet) ſua ſponte legati, ac tribuni conveniunt: militeſque [1] in prætorium verſi, opem, quam vix Dii immortales
3 ferre poterant, ab ducibus expoſcunt. Querentes magis quam conſultantes nox oppreſſit. quum pro ingenio quiſque fremerent: [2] alius *per obices viarum*; alius *per adverſa montium, per ſilvas,* [3] *qua ferri arma poterunt, eamus. Modo ad hoſtem pervenire liceat,* [4] *quem per annos jam prope triginta vicimus; omnia æqua ac plana erunt Romano, in perfidum Samnitem pugnanti.* alius, *Quo, aut qua eamus? Num montes moliri ſede ſua paramus? Dum hæc imminebunt juga, qua tu ad hoſtem venies? Armati, inermes, fortes, ignavi, pariter omnes capti atque victi ſumus. Ne ferrum quidem ad bene moriendum oblaturus eſt hoſtis: ſedens bellum conficiet.* His

1 *In prætorium verſi*] Duo Pall. cum Thuan. Uterque Voſſ. Helm. *Militeſque ad prætorium verſi.* J. F. Gron.

2 *Al. per obi. viar. al. per diverſa mont.*] Vet. lib. *Per adverſa montium.* Sigonius.

Alius per obices viarum, alius per adverſa] Alterum *alius* è ſuis delet Muretus, ut ſit: *alius, per obices viarum, per adverſa montium, per ſilvas.* Quibus facile ſubſcribo. *J. F. Gron.*

3 *Qua ferri arma poterant*] Haud dubie *poterunt.* nam ex militis, non ſua perſona, hoc Livius. *Idem.*

4 *Qu. annos jam prope* XXX *vincim.*] De Samnite loquitur, qui vinci cœptus eſt anno urb. cond. CDXII. Quoniam autem ab eo ad hunc annum niſi XXIII anni numerantur, Glareanus hunc numerum reprehendit, & XX, non XXX, legendum cenſet. Ego contra: Nam ſi XX dixiſſet, particulam *prope*, non addidiſſet, quæ ſolet addi, cum numerus re vera minor eſt, quam dicitur. *Sigonius.*

1 *Gra-*

His invicem ſermonibus, qua cibi qua quietis immemor, nox traducta eſt. Ne Samnitibus quidem conſilium in tam lætis ſuppetebat rebus. itaque univerſi Herennium Pontium patrem imperatoris per literas conſulendum cenſent. Jam is [1] gravis annis, non militaribus ſolum ſed civilibus quoque abſceſſerat muneribus: in corpore tamen affecto vigebat vis animi, conſiliique. Is ubi accepit, ad Furculas Caudinas inter duos ſaltus clauſos eſſe exercitus Romanos, conſultus ab nuncio filii, cenſuit omnes inde quam primum inviolatos dimittendos. quæ ubi ſpreta ſententia eſt, iterumque eodem remeante nuncio conſulebatur, cenſuit ad unum omnes interficiendos. Quæ ubi tam diſcordia inter ſe, velut ex ancipiti oraculo, reſponſa data ſunt; quamquam filius ipſe in primis jam animum quoque patris conſenuiſſe in affecto corpore rebatur; tamen conſenſu omnium victus eſt, ut ipſum in concilium acciret. Nec gravatus ſenex, plauſtro in caſtra dicitur advectus: vocatuſque in concilium, ita ferme locutus eſſe, ut nihil ſententiæ ſuæ mutaret; cauſſas tantum adjiceret: *Priore ſe conſilio, quod optimum duceret, cum potentiſſimo populo per ingens beneficium perpetuam firmare pacem, amicitiamque: altero conſilio, in multas ætates, quibus amiſſis duobus exercitibus haud facile receptura vires Romana res eſſet, bellum differre, tertium nullum conſilium eſſe.* Quum filius aliique principes [2] percunctando

1 *Gravior annis*] Vet. lib. *Gravis annis.* Sigonius.

2 *Percunctando exquirerent, quid ſi media via conſilium caperetur*] Sic Tacitus 3 Annal. *Crebriſque interrogationibus exquirit.* Sed Thuan. à manu prima, *exequirent*: unde conjeci ſtatim, quod poſt in duobus fuiſſe melioribus Pall. Voſſ. altero & Chiflet. deprehendi, *percunctando exſequerentur.* Eſt enim ea propria Livii phraſis. Lib. 3. *Quum tribuni pl. velut eludentes vana dicta perſequi quærendo, quonam modo exercitum educturi conſules eſſent.* Lib. 6. *Itaque exſequebantur quærendo, ubi tantæ rei furtum occultaretur.* Hoc lib. 9. *Itaque ſubinde exſequentes à conſule legati, quonam ſe pacto paucos & infirmos præſidio tam valido & armato vim allaturos?* Lib. 22. *Et cætera, quæ cognoſſe in rem erat, ſumma omnia cum cura inquirendo exſequebatur.* Lib. 25, 29. *Exſequentibus ſciſcitando, quæ acta cum Romanis eſſent, dilucere id quod erat cœpit,* &c. Sic optimi codices. Ludibrium Lipſiani, *acquirentibus*: unde fruſtra divinat ille *anquirentibus*. Lib. 35 in Scipionis & Hannibalis colloquio: *Exſe-*

do exſequerentur, *Quid ſi media via conſilii caperetur? ut & dimitterentur incolumes, & leges iis jure belli victis imponerentur? Iſta quidem ſententia*, inquit, *ea eſt; quæ neque amicos parat, neque inimicos tollit. Servate modo, quos ignominia irritaveritis. ea eſt Romana gens, quæ victa quieſcere neſciat.* [1] *Vivet ſemper in pectoribus illorum quicquid iſtuc præſens neceſſitas inuſſerit: neque eos ante multiplices pœnas expe-*
4 *titas à vobis quieſcere ſinet.* Neutra ſententia accepta. [2] Herennius domum è caſtris eſt avectus. Et in caſtris Romanis quum fruſtra multi conatus ad erumpendum capti eſſent, & jam omnium rerum inopia eſſet; victi neceſſitate legatos mittunt, qui primum pacem æquam peterent, ſi pacem non impetrarent, uti provocarent ad pugnam. Tum Pontius, *debellatum eſſe* reſpondit: *& quoniam ne victi quidem ac capti fortunam fateri ſcirent, iner-*

mes

Exſequenti quem tertium, haud dubie ſemet ipſum dixiſſe. Eodemque de Philopœmene: *Quem locum capturus ipſe eſſet, cogitando aut quærendo exſequebatur.* Lib. 41. *Exſequebantur deinde quærentes, quid non ita potius A. Manlius Romam veniſſet.* Toties idem loquendi genus repetivit, ut lectoribus illud ſuis familiare redderet, caveretque ne uſquam novum videretur: quod non mirum ab librariis, mirum vero ab longe doctiſſimo viro, cui alioqui tantum debet, non importare quiviſſe. Cæterum tres Pall. Thuan. uterque Voſſ. Helm. Fulv. Cujacianuſque *conſilii*. J. F. Gron.

1 *Viv. ſ. in pect. ill. quicquid iſtud præſens*] Vet. lib. *iſtinc.* Malim ergo *iſtic.* Sigonius.

Vivet ſemper in pectoribus illorum, quicquid iſtuc præſens neceſſitas inuſſerit] Eſt à Gelenio magno inter ſe conſenſu vetuſtos codices ſic habere teſtato. Et nobis in Thuaneo Voſſianoque obvium fuit. nec aliter Helm. & Chiflet. Alludit Voſſianus alter, qui *juſſerit.* Durabit impoſita à neceſſitate nota, nec deſinet admonere vindictæ. Cicero 2 Catil. *Tantus illorum temporum dolor inuſtus eſt civitati, ut jam iſta non modo homines, ſed ne pecudes quidem mihi paſſura eſſe videantur.* Pro domo: *tantum homines impios ex vetere illa conjuratione inuſtum nefariis mentibus bonorum odium retinebat.* Ad Att. 1, 16. *Doloris, quem improbiſſimo cuique inuſſerat ſeveritas conſulatus mei.* Oroſius 1, 18. *Quantos populos implicuerit, odio excidioque adflixerit, ludi literarii diſciplina noſtra quoque memoria inuſtum eſt.* Ubi ſuppoſuerunt, *inſitum eſt.* Nicetas de Alexio Comneno lib. 3. ὁ δ' λαβόμενος ὡς ἐγκαίονται τοῖς πλείστοις αἱ συμφοραὶ, καὶ εἰσὶν ἀναπόνιπτοι. Tamen hic duo Pall. & Campanus *immiſerit*: tertius & Andreas aliique olim editi, *injunxerint.* Quibus adducor, ut retineam quoque lib. 3, 58. *Ne Claudiæ genti eam inuſtam maculam vellent.* & lib. 8, 32. *Neu Fabiæ genti eam inurerent ignominiam*: & jubeam plorare librarios cum ſuis *ingeſta* & *injungerent.* Cicero 1 Catil. *Quæ nota domeſticæ turpitudinis non inuſta vitæ tuæ eſt?* J. F. Gron.

2 *Her. domum è caſtris avectus*] Vet. lib. *Revectus.* Egregie. Inde enim in caſtra vectus fuerat. *Sigonius.*

3 *Suis*

mes cum ſingulis veſtimentis ſub jugum miſſurum: alias conditiones pacis æquas victis ac victoribus fore; agro Samnitium decederetur, coloniæ abducerentur, [1] *ſuis deinde legibus Romanum ac Samnitem æquo fœdere victurum. His conditionibus paratum ſe eſſe fœdus cum Conſulibus ferire: ſi quid eorum diſpliceat,* [2] *legatos redire ad ſe vetuit.* Hæc quum legatio renunciaretur, tantus gemitus omnium ſubito exortus eſt, tantaque mœſtitia inceſſit, ut non gravius accepturi viderentur, ſi nunciaretur omnibus eo loco mortem oppetendam eſſe. Quum diu ſilentium fuiſſet, nec conſules aut pro fœdere tam turpi, aut contra fœdus tam neceſſarium hiſcere poſſent; tum L. Lentulus, qui tum princeps legatorum virtute atque honoribus erat: *Patrem meum*, inquit, *Conſules, ſæpe audivi memorantem, ſe in Capitolio unum non fuiſſe auctorem ſenatui redimendæ auro à Gallis civitatis, quando nec foſſa valloque ab ignaviſſimo ad opera ac muniendum hoſte clauſi eſſent: & erumpere ſi non ſine periculo magno, tamen ſine certa pernicie poſſent. Quod ſi ut illis decurrere ex Capitolio armatis in hoſtem licuit (quo ſæpe modo obſeſſi in obſidentes eruperunt) ita nobis æquo aut iniquo loco dimicandi tantummodo cum hoſte copia eſſet, non mihi paterni animi indoles in conſilio dando deeſſet. Equidem mortem pro patria præclaram eſſe fateor: & me vel devovere pro populo Romano legionibuſque,* [3] *vel in medios me immittere hoſtes paratus ſum. Sed hic patriam video: hic quicquid Romanarum legionum eſt.*

1 *Suis deinde leg.*] Vet. lib. *Suis inde legibus.* Sigonius.

2 *Legatos jam redire ad ſe vetuit*] Si eſſet *jam tum*, facilius ferres, ſed delendum eſt τὸ *jam* juſſu Flor. Thuan. Rott. Helm. utriuſque Voſſiani & Muſeti codicum. *J. F. Gron.*

3 *Vel in medios me mittere hoſtes p. ſ.*] Vet. lib. *Immittere.* Sigonius.

In medios me mittere hoſtes] Aliquid hic ſupereſt; aliquid deeſt. Nam τὸ *me* ſatis eſt ſemel conſpici: deinde volunt MSS. ut Sigonianus: *immittere.* Cicero primo Parad. *Quæ patrem Decium, quæ filium devovit, atque immiſit in armatas hoſtium copias.* Tuſcul. 1. *Codrum, qui ſe in medios immiſit hoſtes famulari veſte.* Noſter lib. 8. *Armatus equum inſiluit, ac ſe in medios hoſtes immiſit.* Curtius de Hypſide lib. 7. *Itaque ſubditis calcaribus equo, in medios hoſtes ſe immiſit.* Scribe: *Et me vel devovere pro populo Romano legionibuſque, vel in medios immittere hoſtes paratus ſum.* J. F. Gron.

1 *Pro-*

eſt. qua niſi pro ſe ipſis ad mortem ruere volunt, quid habent quod morte ſua ſervent? Tecta urbis dicat aliquis, & mœnia & eam turbam, à qua urbs incolitur. imo hercule [1] *produntur ea omnia deleto hoc exercitu, non ſervantur. Quis enim ea tuebitur? Imbellis videlicet atque inermis multitudo. tam hercule, quam à Gallorum impetu defendit. An à Veiis exercitum, Camillumque ducem implorabunt? Hic omnes ſpes opeſque ſunt: quas ſervando, patriam ſervamus: dedendo ad necem, patriam deſerimus, ac prodimus. At fœda atque ignominioſa deditio eſt, ſed ea caritas patriæ eſt, ut tam ignominia eam quam morte noſtra, ſi opus ſit, ſervemus. Subeatur ergo iſta quantacumque eſt indignitas: & pareatur neceſſitati, quam ne Dii quidem ſuperant. Ite Conſules, redimite armis civitatem, quam auro*
5 *majores veſtri redemerunt.* Conſules profecti ad Pontium in colloquium, quum de fœdere victor agitaret, negarunt, injuſſu populi fœdus fieri poſſe: nec ſine fecialibus cærimoniaque alia ſolenni. Itaque, non, ut vulgo credunt, Claudiuſque etiam ſcribit, fœdere pax Caudina, ſed per ſponſionem facta eſt. Quid enim aut ſponſoribus in fœdere opus eſſet aut obſidibus, ubi precatione res tranſigitur? *per quem populum fiat, quo minus legibus dictis ſtetur, ut eum ita Jupiter feriat, quemadmodum à fecialibus porcus feriatur?* Spoponderunt conſules, legati, quæſtores, tribuni militum: nominaque omnium, qui ſpoponderunt, extant: ubi ſi ex fœdere acta res eſſet, præterquam duorum fecialium non extarent, & propter neceſſariam fœderis dilationem obſides etiam ſexcenti equites imperati, qui capite luerent, ſi pacto non ſtaretur. Tempus inde ſtatutum tradendis obſidibus, exercituque inermi mittendo. Redintegravit luctum in caſtris conſulum adventus, ut vix ab iis abſtinerent manus, quorum temeritate in eum locum deducti eſſent:

1 *Produntur magis omnia*] Vet. lib. *Ea omnia.* Sigonius.
Prod. magis omnia] Tres Pall. duo Voſſ. Helm. ut Sigonius; *Produntur ea omnia.* J. F. Gron.

1 *Bel-*

ſent: quorum ignavia fœdius inde quam veniſſent abituri. illis non ducem locorum, non exploratorem fuiſſe: [1] belluarum modo cæcos in foveam miſſos. Alii alios intueri, contemplari arma mox tradenda, & inermes futuras dextras, obnoxiaque corpora hoſti. proponere ſibimetipſi ante oculos jugum hoſtile, & ludibria victoris, & vultus ſuperbos, & per armatos inermium iter. Inde fœdi agminis miſerabilem viam, per ſociorum urbes [2] reditum in patriam, ac parentes, quo ſæpe ipſi majoreſque eorum triumphantes veniſſent. Se ſolos ſine vulnere, ſine ferro, ſine acie victos: ſibi non ſtringere licuiſſe gladios, non manum cum hoſte conferre: ſibi nequicquam arma, nequicquam vires, nequicquam animos datos. Hæc frementibus hora fatalis ignominiæ advenit; omnia triſtiora experiundo factura, quam quæ præceperant animis. Jam primum cum ſingulis veſtimentis inermes extra vallum exire juſſi: & primi traditi obſides, atque in cuſtodiam abducti. Tum à conſulibus abire lictores juſſi, paludamentaque detracta; tantam inter ipſos, qui paulo ante eos execrantes, dedendos lacerandoſque cenſuerant, [3] miſerationem fecit, ut ſuæ quiſque conditionis oblitus, ab illa deformatione tantæ majeſtatis, velut ab nefando ſpectaculo, averteret ocu-
los. Primi conſules prope ſeminudi ſub jugum miſſi: 6
tum ut quiſque gradu proximus erat, ita ignominiæ objectus: tum deinceps ſingulæ legiones. circumſtabant armati hoſtes exprobrantes, eludenteſque: gladii etiam

ple-

1 *Belluarum modo cæcos*] Imo, *cæcam in foveam*. Virgilius, alii. *Tan. Faber.*

2 *Reditum in patriam ac parentes*] Haud dubie, *in patriam ad parentes*. Ut eſt lib. 2, de Clœlia: *Soſpiteſque omnes Romam ad propinquos reſtituit.* Eodem: *Soſpites brevi in patriam ad parentes reſtituunt.* Lib. 22. *Reduces in patriam ad parentes, ad conjuges & liberos facit.* Plautus Captivorum prologo: *Reducemque faciet liberum in patriam ad patrem.* Et ſic Helmſtadienſis. *J. F. Gron.*

3 *Miſerationem fecit*] Quis aut quæ res miſerationem fecit? Non utique alia quam denudatio conſulum. Scribe & concipe uno ſpiritu: *Tum à conſulibus abire lictores juſſi paludamentaque detracta tantam inter ipſos, qui paullo ante eos exſecrantes dedendos lacerandoſque cenſuerant, miſerationem fecerunt, ut ſuæ.* Idem.

1 *Omnium*

pleriſque intentati: & vulnerati quidam, necatique, ſi vultus eorum indignitate rerum acrior victorem offendiſſet. ita traducti ſub jugum, &, quod penè gravius erat, per hoſtium oculos, quum ex ſaltu evaſiſſent; etſi velut ab inferis extracti tum primum lucem aſpicere viſi ſunt; tamen ipſa lux ita deforme intuentibus agmen omni morte triſtior fuit. Itaque quum ante noctem Capuam pervenire poſſent, incerti de fide ſociorum, &, quod pudor præpediebat, circa viam haud procul Capua [1] omnium egeni corpora humi proſtraverunt. Quod ubi eſt Capuam nunciatum, evicit miſeratio juſta ſociorum ſuperbiam ingenitam Campanis. confeſtim inſignia ſua conſulibus, faſces, lictores, arma, equos, veſtimenta, commeatus militibus benigne mittunt: & venientibus Capuam cunctus ſenatus populuſque obviam [2] egreſſi, juſtis omnibus hoſpitalibus privatiſque & publicis funguntur officiis: neque illis ſociorum comitas, vultuſque benigni, & alloquia non modo ſermonem elicere, ſed ne ut oculos quidem attollerent, aut conſolantes amicos contra intuerentur, efficere poterant. [3] adeo ſuper mœrorem pudor quidam fugere colloquia & cœtus hominum, cogebat. Poſtero die quum juvenes nobiles, miſſi à Capua, ut proficiſcentes [4] ad finem Campanum

1 *Omnium egena corpora*] Vet. lib. *Egeni*. Sigonius.

Omnium egena corpora humi] Id eſt, nulla iis cura adhibita, omnibus quibus corpora curantur & veteres diligentius quam nos curare ſolebant, deſtituta & fraudata, voluntaria quadam dedignatione propriorum membrorum, quæ affligere in rebus triſtibus ſolenne antiquis. Sic videtur eruditior hæc lectio, nobis & in Thuan. Voſſianoque inventa, quam *egeni*, quod in Sigoniano eſt tribuſque Pall. Virgilius: *exhauſtos jam caſibus omnium egenos*. Tacitus 5 Hiſtor. de Judæis: *Jamque haud procul exitio totis campis procubuerant*. Sed hi tantum neceſſitate & fortuna; illi quodammodo conſilio & dolore, cum & puderet & dedignarentur quærere aut ſumere, quæ uſui eſſent. *J. F. Gron.*

2 *Egreſſus juſtis,*&c. *fungitur*] MSS. ex melioribus, *egreſſi funguntur*, ut dictum ad lib. 7, 19. *Idem.*

3 *Ad. ſuper mœrorem pudor quid. effug. coll.* &c. *cogebant*] Vet. lib. *cogebat*. Sigonius.

Pudor quidam effugere] Scripti omnes: *fugere colloquia*. nam illud eventus, hoc voluntatis, de qua voluit exponere. *J. F. Gron.*

4 *Ad finem Campanum*] Vet. lib. *Ad finem uſque Campani agri*. Dixit tamen alibi: *Finem Piſanum*. Sigonius.

1 *Ma-*

panum proſequerentur, revertiſſent; vocatique in curiam, percunctantibus majoribus natu, multo ſibi [1] mœſtiores & abjectioris animi viſos referrent; adeo ſilens, ac prope mutum agmen inceſſiſſe: [2] *tacere indolem illam Romanam, ablatoſque cum armis animos. non reddere ſalutem, non ſalutantibus dare reſponſum, non hiſcere quemquam præ metu potuiſſe; tamquam ferentibus adhuc cervicibus jugum, [3] ſub quo emiſſi eſſent. Habere Samnites victoriam, non præclaram ſolum, ſed etiam perpetuam. [4] cepiſſe enim eos non Romam, ſicut ante Gallos, ſed, quod multo bellicoſius fuerit, Romanam virtutem, ferociamque.* Quum hæc dicerentur, 7
audirenturque, & deploratum penè Romanum nomen in concilio ſociorum fidelium eſſet; dicitur [5] Ofilius Calavius Ovii filius, clarus genere factiſque, tum etiam ætate verendus, longe aliter ſe habere rem dixiſſe, *Silentium illud obſtinatum fixoſque in terram oculos, & ſurdas ad omnia ſolatia aures, & pudorem intuendæ lucis, [6] ingentem molem*

1 *Mæſtiores & abjectiores animi viſos*] Vet. lib. *Mæſtioris & abjectioris animi.* Sigonius.

Mæſtiores & abjectiores animi viſos] Corruptum vidit Sigonius: ſed nimis mutat: *mæſtioris & abjectioris animi.* Fuerat enim, ut eſt in pleriſque noſtris: *mæſtiores & abjectioris animi viſos.* Prima forma, *mæſtum & abjecti animi hominem* diceret: ſit igitur ſecunda collatione, *mæſtiorem & abjectioris animi.* J. F. Gron.

2 *Tacere indolem illam Romanam*] Uſurpant interdum eo ſenſu, quo ignorari, non apparere, non noſci. Seneca ad Marciam cap. 1: *At illorum carnificum cito ſcelera quoque quibus ſolis memoriam meruerunt, tacebunt.* Ita MSS. ubi Eraſmus *jacebunt*, Pincianus & Muretus *tacebuntur.* Cicero lib. 2 de Offic. *Quum autem reſpublica nulla eſſet omnino, illæ ſcilicet literæ conticuerunt forenſes & ſenatoriæ.* id eſt, celebratæ & frequentatæ non ſunt. Noſter hoc libro inferius: *Abſit invidia vero & civilia bella ſileant.* Sic *mutum* & *ſurdum* nomen dicunt Poëtæ pro ignobili & obſcuro. Sic poteſt defendi omnium librorum lectio: cæterum non incommode Gruterus, *jacere*: ut *erectam indolem* alioqui dicimus, & *alta indoles* Haſdrubalis apud noſtrum lib. 21. Lib. 10. *Se quidem omnia expertos, ſed militum jacere animos.* Quintilianus Inſtit. 6, 5. *Nam eſt res animi jacentis & mollis ſupra modum frontis, fallitque plerumque, quod probitas vocatur, quæ eſt imbecillitas.* Placet tamen *tacere* propter vicinitatem ꝧ *abjectioris.* Idem.

3 *Sub quod emiſſi eſſent*] Potius, *ſub quo.* Lib. 3. *Sub quo jugo dictator Æquos emiſit.* Idem.

4 *Cepiſſe enim non Romam*] Rott. Flor. Voſſ. uterque & editi *cepiſſe enim eos non R.* Idem.

5 *Offil. Cal. Ovii filius*] Vet. lib. *Ovi.* Sigonius.

6 *Ingentem molem irarum ex alto animo cientis*] Tres Pall. & margo Voſſ. *minarum.* Sed quid *alto animo*? quid autem *cientis*? An cujuſvis hominis?

molem irarum ex alto animi cientis, indicia eſſe; aut ſe Romana ignorare ingenia, aut ſilentium illud Samnitibus flebiles brevi clamores gemituſque excitaturum: Caudinaeque pacis aliquanto Samnitibus quam Romanis triſtiorem memoriam fore. Quippe ſuos quemque coram animos habiturum, ubicumque congreſſuri ſint; ſaltus Caudinos non ubique Samnitibus fore. Jam & Romæ ſua infamis clades erat. Obſeſſos primum audierunt: triſtior deinde ignominioſæ pacis magis, quam periculi nuncius fuit. Ad famam obſidionis delectus haberi cœptus erat: dimiſſus deinde auxiliorum apparatus, poſtquam deditionem tam fœde factam acceperunt. extemploque [1] ſine ulla publica auctoritate conſenſum in omnem formam luctus eſt. Tabernæ circa forum clauſæ, juſtitiumque in foro ſua ſponte cœptum, prius quam indictum: [2] lati clavi, annuli aurei poſiti; penè mœſtior exercitu ipſo civitas eſſe: nec ducibus ſolum atque auctoribus ſponſoribuſque pacis iraſci, ſed innoxios etiam milites odiſſe, & negare urbe tectiſve accipiendos. Quam concitationem animorum fregit adventus exercitus, etiam iratis miſerabilis. non enim tanquam in patriam revertentes ex inſperato incolumes, ſed capto-

Sic videtur cogitaſſe Gelenius: cujus tamen hic acumen deſidero. Verum omnino eſt, quod habent ſuperiores editiones, *animi*: nec niſi à poſitu verborum ulla obſcuritas. Vult enim Calavius illum habitum, quem male interpretantur Campani juvenes, in Romanis indicium eſſe animi cientis ac velut ſpirantis ex alto & quaſi profundo ſui (alte namque in pectus deſcenderat illata contumelia) ingentem molem ſive irarum ſive minarum. Seneca de Ira 3, 4. *Anhelitus crebros tractoſque altius gemitus.* J. F. Gron.

1 *Sine ulla publ. auct. conceſſum in omnem formam luctus eſt*] Vet. lib. *Sine ulla publica auctoritate conſenſuve in omnem formam luctus populus verſus eſt.* Ego tamen nihil muto. *Sigonius.*

Conceſſum in omnem formam luctus eſt] Thuan. duo Pall. Voſſ. Helm. & Campanus *conſenſum.* Adde ad librum 45 35. Sed uſtione ac ſectione dignus ob incredibilem audaciam Sigoniani codicis corrector, qui exhibuit: *auctoritate conſenſuve in o. f. l. populus verſus eſt.* Cogites licet, quid adeat periculi, qui ex hujuſmodi libris emendare tentat editos. *J. F. Gron.* [illegible]

2 *Lati clavi, annuli aurei poſiti*] Plin. lib. 33 cap. 1. Romæ longo tempore inter privatos, nullos fuiſſe annulos ſcribit aureos: publice quidem legatis datos; triumphanteis autem ferreis uſos; atque ita triumphatum à C. Mario, nec ab eo ſumptum aureum annulum ante tertium Conſulatum. *Glareanus.*

1 *M. Æ.*

captorum habitu vultuque ingreſſi ſero in urbem, ita ſe in ſuis quiſque tectis abdiderunt, ut poſtero atque inſequentibus diebus, nemo eorum forum aut publicum adſpicere vellet. Conſules in privato abditi, nihil pro magiſtratu agere niſi quod expreſſum ſenatuſconſulto eſt, ut dictatorem dicerent comitiorum cauſſa. Q. Fabium Ambuſtum dixerunt, & P. Ælium Pætum, magiſtrum equitum. quibus vitio creatis, ſuffecti [1] M. Æmilius Papus dictator, L. Valerius Flaccus magiſter equitum. Nec per eos comitia habita. & quia tædebat populum omnium magiſtratuum ejus anni, res ad interregnum rediit. Interreges Q. Fabius Maximus, M. Valerius Corvus. is conſules creavit Q. Publilium Philonem, & L. Papirium Curſorem iterum: haud dubio conſenſu civitatis, quod nulli ea tempeſtate duces clariores eſſent.
[2] Quo creati ſunt die, eo (ſic enim placuerat Patribus) 8
magiſtratum inierunt, [3] ſolennibuſque SC. perfectis, de pace Caudina retulerunt. & Publilius, penes quem faſces erant, *Dic Spuri Poſtumi*, inquit. Qui ubi ſurrexit, eodem illo vultu, quo ſub jugum miſſus erat, *Haud ſum ignarus*, inquit, *Conſules, ignominiæ, non honoris cauſſa me primum excitatum, juſſumque dicere, non tanquam ſenatorem, ſed tanquam reum, qua infelicis belli, qua ignominioſæ pacis. Ego tamen, quando neque de noxa noſtra neque de pœna retuliſtis, omiſſa defenſione, quæ non difficillima eſſet apud haud* [illegible] *ignaros*

1 *M. Æmilius Pappus*] Scribe, *M. Æmilius Papus*, auctorib. Capitolinis lapidibus & libris vet. *Sigonius.*

2 *Quo die creati ſunt, eo --- magiſtratum inierunt*] Ante ſolennem ineundi conſulatus diem iniſſe ſignificat, qui per bellum Punicum II & reliqua inſequentia fuit Idus Mart. His autem X primis libris res hæc tota inconſtantiſſima eſt. Nam modo K. Sept. modo K. Sext. modo Idibus Maiis, modo Id. Decemb. modo K. Octob. modo K. Quintilis iniiſſe Conſules à Dionyſio Livioque traduntur. *Idem.*

3 *Solennibuſque Senatuſconſultis*] Vet. lib. *ſolennibuſque ſacris.* Probo tamen magis *Senatuſconſultis.* Erant enim quædam *ſolennia Senatuſconſulta*, quæ ad religionem & cærimonias pertinebant. Nam quemadmodum ſcriptum eſt apud Gellium, ante de rebus divinis quam de humanis referebatur. Itaque Cicero ait ad Quirites poſt reditum: *P. Lentulus conſul ſimulatque de ſolenni religione retulit, nihil humanarum rerum ſibi prius, quam de me agendum exiſtimavit.* Idem.

ignaros fortunarum humanarum neceſſitatumque; ſententiam de eo, de quo retuliſtis, paucis peragam. quæ ſententia teſtis erit, mihine, an legionibus veſtris pepercerim, quum me ſeu turpi ſeu neceſſaria ſponſione obſtrinxi. Quæ tamen, quando injuſſu populi facta eſt, non tenetur populus Romanus: nec quicquam ex ea, præterquam corpora noſtra, debentur Samnitibus. Dedamur per feciales nudi vinctique. exſolvamus religione populum, ſi qua obligavimus; ne quid divini humanive obſtet, quo minus juſtum piumque de integro ineatur bellum. Interea conſules exercitum ſcribere, armare, educere placet: nec prius ingredi hoſtium fines, quam omnia juſta in deditionem noſtram perfecta erunt. Vos, Dii immortales, precor quæſoque, ſi vobis non fuit cordi Sp. Poſtumium, T. Veturium conſules, cum Samnitibus proſpere bellum gerere; at vos ſatis habeatis, vidiſſe nos ſub jugum miſſos, vidiſſe ſponſione infami obligatos, videre nudos vinctoſque hoſtibus deditos; omnem iram hoſtium noſtris capitibus excipientes. Novos conſules legioneſque Romanas ita cum Samnite gerere bellum velitis, ut omnia ante nos conſules bella geſta ſunt. Quæ ubi dixit, tanta [1] ſimul admiratio miſeratioque viri inceſſit homines, ut modo vix crederent illum eundem eſſe Sp. Poſtumium, qui auctor tam fœdæ pacis fuiſſet: modo miſerarentur, quod vir talis, etiam præcipuum apud hoſtes ſupplicium paſſurus eſſet, ob iram diremptæ pacis. Quum omnes [2] laudibus modo proſequentes virum in ſententiam ejus pedibus irent; tentata paulisper interceſſio eſt ab [3] L. Livio, & Q. Mælio,

1 *Simul admiratio miſeratioque viri inceſſit homines*] Scribo: *inceſſit omnes.* Cujus rei cauſa intelligi magis poteſt quam explicari. Non erat ibi, niſi unum genus hominum vel civium, qui nempe ſenatui intereſſe poterant. Similis corruptio lib. 5, 38. *Tanta hominum oblivio, ut multo major pars Veios* &c. *quam Romam fugerent.* Lege: *omnium.* nempe rerum. Lib. 23, 23. *Ita* CLXXVII *cum ingenti approbatione omnium in ſenatum lectis.* Put. Petav. melior, Men. tres Pall. *hominum.* cujuſvis quippe generis aut ordinis. Sed hæc erudita auris, ut dixi, magis ſibi poteſt probare, quam non eruditæ approbare. *J. F. Gron.*

2 *Laudibus modo proſequentes*] Dele iſtud *modo.* huc enim tranſlatum ex ſuperiori periodo, in qua bis, uti debuit, poſitum fuit. Utcumque ſit, tolli hinc debet. *Tan. Faber.*

3 *L. Livio, & Q. Melio trib. pl.*] *Mælio* ſcribe. Mendoſe autem ſunt apud

lio, tribunis plebis: qui *neque exſolvi religione populum*,
ajebant, *deditione ſua, niſi omnia Samnitibus, qualia apud
Caudium fuiſſent, reſtituerentur: neque ſe pro eo, quod ſpon-
dendo pacem, ſervaſſent exercitum populi Romani, pœnam ul-
lam meritos eſſe: neque ad extremum, quum ſacroſancti eſſent:
dedi hoſtibus violarive poſſe.* Tum Poſtumius: [1] *Interea de-* 9
dite, inquit, *profanos nos, quos ſalva religione poteſtis. De-
detis deinde & iſtos ſacroſanctos, quum primum magiſtratu ab-
ierint. Sed, ſi me audiatis, prius quam dedantur, hic in co-
mitio virgis caſos, hanc jam ut intercalatæ pœnæ uſuram ha-
beant. Nam quod deditione noſtra negant exſolvi religione po-
pulum, id iſtos magis ne dedantur, quam quia ita ſe res ha-
beat, dicere, quis adeo juris fecialium expers eſt, qui ignoret?
Neque ego inficias eo, Patres Conſcripti, tam ſponſiones quam
fœdera ſancta eſſe apud eos homines, apud quos juxta divinas re-
ligiones fides humana colitur: ſed injuſſu populi nego quicquam
ſanciri poſſe, quod populum teneat. An ſi eadem ſuperbia, qua
ſponſionem iſtam expreſſerunt nobis Samnites, coëgiſſent nos ver-
ba legitima dedentium urbes nuncupare, deditum populum Ro-
manum vos tribuni diceretis, & hanc urbem, templa, delu-
bra, fines, aquas, Samnitium eſſe? Omitto deditionem, quo-
niam de ſponſione agitur. quid tandem, ſi ſpopondiſſemus urbem
hanc relicturum populum Romanum? ſi incenſurum? ſi magi-
ſtratus, ſi ſenatum, ſi leges non habiturum? ſi ſub regibus futu-
rum? Dii meliora, inquis! atqui non indignitas rerum ſponſio-
nis*

pud Ciceronem hæc nomina, *Numicio*, & *Æmilio*, in Catone. Cæterum tribunatum pl. ceperunt, poſtquam ſub jugum ad Caudium miſſi fuerant. Neque enim tribunos pleb. in caſtris fuiſſe conſentaneum eſt, & ſi fuiſſent, & ſpopondiſſent, eorum ſupra meminiſſet Livius, cum dixit: *Sponderunt conſules, legati, quæſtores, tribuni militum.* Sigonius.

1 *Interea dedite, inquit*] Mirifice placet, quod in Rottendorff. legitur *Dedite interea, dedite, inquit*; repetitione iſta conſtantiam Poſtumii in adhortanda deditione impenſe exprimente. Nec videtur aliena à Livio 2, 40, mater Coriolano, *Sine, ſine, priuſquam complexum accipio, ſciam, inquit.* ut video illic ex ſecundo MS. Palatino annotatum. 30, 14. *Non eſt, non, mihi crede, tantum ab hoſtibus armatis ætati noſtræ periculum.* 5, 4. *Invitus in hac parte orationis, invitus, Quirites, moror*, ut ex quibuſdam libris illic admonuit pater. *Jac. Gron.*

nis vinculum levat. Si quid eſt, in quod obligari populus poſſit, in omnia poteſt. & ne illud quidem, quod quoſdam forſitan moveat, refert, conſul an dictator, an prætor ſpoponderit. Et hoc ipſi etiam Samnites judicaverunt, quibus non fuit ſatis Conſules ſpondere, ſed legatos, quæſtores, tribunos militum ſpondere coëgerunt. Nec à me nunc quiſquam quæſiverit, quid ita ſpoponderim: quum id nec conſulis jus eſſet, nec illis ſpondere pacem, quæ mei non erat arbitrii, nec pro vobis, qui nihil mandaveratis, poſſem. Nihil ad Caudium, Patres Conſcripti, humanis conſiliis geſtum eſt. Dii immortales & veſtris & hoſtium imperatoribus mentem ademerunt. nec nos in bello ſatis cavimus; & illi male partam victoriam male perdiderunt: dum vix locis, quibus vicerant, credunt, dum quacunque conditione arma viris in arma natis auferre feſtinant. An ſi ſana mens fuiſſet, difficile illis fuit, dum ſenes ab domo ad conſultandum arceſſunt, mittere Romam legatos, cum ſenatu, cum populo, [1] *de pace ac fœdere, agere? Tridui iter expeditis erat. interea in induciis res fuiſſet, donec ab Roma legati aut victoriam illis certam, aut pacem afferrent. ea demum ſponſio eſſet, quam populi juſſu ſpopondiſſemus. Sed neque vos tuliſſetis, nec nos ſpopondiſſemus: nec fas fuit alium rerum exitum eſſe, quam ut illi velut ſomnio lætiore, quam quod mentes eorum capere poſſent, nequicquam eluderentur: & noſtrum exercitum eadem quæ impedierat fortuna, expediret: vanam victoriam vanior irritam faceret pax: ſponſio interponeretur, quæ neminem præter ſponſorem obligaret. Quid enim vobiſcum, Patres Conſcripti, quid cum populo Romano actum eſt? quis vos appellare poteſt? quis ſe à vobis dicere deceptum? hoſtis? an civis? Hoſti nihil ſpopondiſtis: civem neminem ſpondere pro vobis juſſiſtis. Nihil ergo vobis, nec nobiſcum eſt, quibus nihil mandaſtis: nec cum Samnitibus, cum quibus nihil egiſtis. Samnitibus ſponſores nos ſumus, rei ſatis locupletes in id, quod noſtrum eſt: in id, quod præſtare poſſumus, corpora noſtra, & animos. in hæc ſæviant, in hæc ferrum, in hæc iras*

1 *De pace, fœdere agere*] Rott. Flor. Voſſ. duo & editt. *pace ac fœdere*. Infra iidem ignorant copulativam in illis, *quam ut & illi*. J. F. Gron

1 In

iras acuant. Quod ad tribunos attinet, conſulite, utrum præſens deditio eorum fieri poſſit, an in diem differatur. nos interim, T. Veturi, voſque cæteri, vilia hæc capita luenda ſponſionis feramus, & noſtro ſupplicio liberemus Romana arma. Mo- 10
vit Patres Conſcriptos, tum cauſſa, tum auctor: nec cæteros ſolum, ſed tribunos etiam plebei, ut ſe [1] in ſenatus dicerent fore poteſtate. Magiſtratu inde ſe extemplo abdicaverunt: traditique fecialibus cum cæteris Caudium ducendi. Hoc facto ſenatuſconſulto, lux quædam affulſiſſe civitati viſa eſt. Poſtumius [2] in ore erat: eum laudibus ad cœlum ferebant: devotioni P. Decii Conſulis, aliis claris facinoribus æquabant. Emerſiſſe civitatem ex obnoxia pace, illius conſilio & opera. ipſum ſe cruciatibus & hoſtium iræ offerre, piaculaque pro populo [3] dare Romano. Arma cuncti ſpectant, & bellum. En unquam futurum, ut congredi armatis cum Samnite liceat? In civitate, ira odioque ardente, delectus prope omnium voluntariorum fuit. reſcriptæ ex eodem milite novæ legiones, ductuſque ad Caudium exercitus. Prægreſſi feciales, ubi ad portam venere, veſtem detrahi pacis ſponſoribus jubent, manus poſt tergum vinciri. Quum apparitor verecundia majeſtatis Poſtumium laxe vinciret, *Quin tu*, inquit, *adducis lorum, ut juſta fiat deditio?* Tum ubi in cœtum Samnitium, & ad tribunal ventum Pontii eſt, A. Cornelius Arvina fecialis ita verba fecit: [4] *Quandoque hice homines injuſſu populi Romani Quiritium fœdus ictum iri ſpoponderunt, atque ob eam rem* [5] *noxam nocuerunt; ob eam rem, quo populus Romanus ſcelere impio ſit ſolutus, hoſce homines vobis dedo.* Hæc dicenti feciali, Poſtumius

1 *In ſenatus dicerent fore poteſtate*] Flor. Helm. Voſſ. Rott. *poteſtatem*. J.F. Gron.

2 *In ore erat*] Vet. lib. *In ore omnium erat*. Sigonius.

3 *Dare Romano*] Vet. lib. *Romano dare*. Idem.

4 *Quandoquidem hice homines*] Scribe: *Quandoque*. Dictum ad lib. 1. 24. Suetonius Claudio c. 1. *Nec diſſimulaſſe unquam, priſtinum ſe reipub. ſtatum quandoque poſſet, reſtituturum*. Sic optime Salmaſii codex. *J. F. Gron.*

5 *Noxam nocuer.*] Vet. lib. *Noxa nocuerunt*. Sigonius.

ſtumius genu femur, quanta maxime poterat vi percuſſit, & clara voce ait, *ſe Samnitem civem eſſe, illum legatum, fecialem à ſe contra jus gentium violatum:* [1] *eo juſtius bellum* 11 *geſturos.* Tum Pontius, *Nec ego iſtam deditionem accipiam*, inquit, *nec Samnites ratam habebunt. Quin tu, Spuri Poſtumi, ſi Deos eſſe cenſes, aut omnia irrita facis, aut pacto ſtas? Samniti populo omnes, quos in poteſtate habuit, aut pro eis, pax debetur. Sed quid ego te appello,* [2] *qui te captum victori cum qua potes fide reſtituis? Populum Romanum appello, quem ſi ſponſionis ad Furculas Caudinas factæ pœnitet, reſtituat legiones intra ſaltum, quo ſeptæ fuerunt. Nemo quemquam deceperit, omnia pro infecto ſint: recipiant arma, quæ per pactionem tradiderunt: redeant in caſtra ſua. quicquid pridie habuerunt quam in colloquium eſt ventum, habeant. tum bellum & fortia conſilia placeant, tunc ſponſio & pax repudietur.* [3] *Ea fortuna, iis locis, quæ ante pacis mentionem habuimus, geramus bellum. nec populus Romanus conſulum ſponſionem, nec nos fidem populi Romani accuſemus.* [4] *Nunquamne cauſſa defiet, cur victi pacto non ſtetis? Obſides Porſennæ dediſtis; furto eos ſubduxiſtis: auro civitatem à Gallis redemiſtis; inter accipiendum aurum*

1 *Eo juſtius bellum geſturos*] Vet. lib. *Romanos eo juſtius bellum geſturos*, quod placet. *Sigonius.*

2 *Qui te captum victori reſtituis*] Vet. lib. *Qui te nunc captum victori.* Idem.

3 *Ea vero fortuna, iis locis, quæ ante pacis*] In nullo ſcriptorum aut editorum ante Gryphium inveni τὸ *vero:* quare delevi. Poteſt autem intelligi vel per ἓν διὰ δυοῖν, quaſi eſſet fortuna locorum: nam æquis locis æqui dii, ut Tacitus, & contra. Lib. 5. *Fortuna certe loci hujus transferri hinc non poſſit.* Lib. 6. *Fortunæ loci delegaverant ſpes ſuas.* Ovidius: 4 Met. 565. *Tanquam fortuna locorum, Non ſua ſe premeret.* Vel diviſum: reſtituatur eadem fortuna & ſtatus exercituum, eadem conditio, eædem ſpes metuſque: reddamur iiſdem locis, quibus conſtiteramus utrique quum colloquium iniretur: ſic deerit cauſa, cur ſenatus pactione conſulum, nos pactis irritis doleamus. Supra: *noſtrum exercitum eadem, quæ impedierat fortuna, expediret.* 10, 19. *Neminem quæſiturum, quæ verba Appii, ſed quæ fortuna exercitus fuerit.* Quare non autumem aptiore ſenſu fore: *ea forma:* quod viro docto viſum. *J. F. Gron.*

4 *Nunquam ne cauſa defiet*] Vet. lib. *Deficiet.* Sigonius..

Nunq. ne cauſa deficiet] Sigonii eſt, nec aliter legitur in utroque Voſſ. Præplacet tamen quod in Helmſtad. Rott. & primis edd. habetur, *nunquamne cauſa defiet.* Plautus Menæchm. 1, 4. *tribus vide quod ſit ſatis, Neque defiat, neque ſuperſit.* Milite 4, 6. *Ita animus per oculos meos defit.* Rud. 4, 4. *Omnia iterum vis memorari, ut defiat dies.* J. F. Gron.

5 Pacem

Digitized by Google

rum cæſi ſunt; pacem nobiſcum pepigiſtis, ut legiones vobis captas reſtitueremus; eam pacem irritam facitis, & ſemper aliquam fraudi ſpeciem juris imponitis. Non probat populus Romanus ignominioſa pace legiones ſervatas? [1] *pacem ſibi habeat, legiones captas victori reſtituat: hoc fide, hoc fœderibus, hoc fecialibus cærimoniis dignum erat. Ut tu quidem, quod petiſti, per pactionem habeas, tot cives incolumes, ego pacem, quam hoſti tibi remittendo pactus ſum, non habeam? hoc tu, A. Corneli, hoc vos feciales juris gentibus dicitis? Ego vero iſtos, quos dedi ſimulatis, nec accipio, nec dedi arbitror, nec moror, quo minus* [2] *in civitatem obligatam ſponſione commiſſa iratis omnibus Diis, quorum eluditur numen, redeant. Gerite bellum, quando Sp. Poſtumius modo legatum fecialem genu perculit. Ita Dii credent Samnitem civem Poſtumium, non civem Romanum eſſe, & à Samnite legatum Romanum violatum. eo vobis juſtum in nos factum eſſe bellum. Hæc ludibria religionum non pudere in lucem proferre, & vix pueris dignas ambages ſenes ac conſulares fallendæ fidei exquirere? I lictor, deme vincla Romanis. moratus ſit nemo, quo minus ubi viſum fuerit, abeant.*
Et illi quidem, forſitan & publica, ſua certe liberata fide, ab Caudio in caſtra Romana inviolati redierunt. Sa- 12
mnitibus pro ſuperba pace infeſtiſſimum cernentibus renatum

1 *Pacem ſibi habeat*] Hac formula, *ſibi habeat*, utitur, qui quod non habet ipſe, cum habeant alii teneantque, eo ſe facile carere teſtatur. Hic utriſque ſimul aut habenda pax aut non habenda erat: neutri poterant habere vel aſpernari ſine alteris. Senſus poſcere videtur: *Non probat pop. Romanus ignominioſa pace legiones ſervatas? pacem ne habeat, legiones captas victori reſtituat. Hoc fide, hoc fœderibus, hoc fecialibus cærimoniis dignum erat. Ut tu quidem, quod petiſti per pactionem, habeas, tot cives incolumes, ego pacem, quam hos tibi remittendo pactus ſum, non habeam? Hoc tu, A. Corneli, hoc vos feciales juris gentibus dicitis?* Nam & ita ponenda interpunctio, ab qua vulgo laborat locus. *Ut tu*, quemadmodum notavimus ad lib. 4, 1. Plautus Aſinar. 5, 2. *Egon' ut non domo ſurripiam in delicius pallam quam habet, atque ad te deferam?* J. F. Gron.

2 *In civitatem obligatam*] Quid cauſæ cur in verbo vulgatiſſimo omnes MSS. diſcordent? Thuan. uterque Voſſ. duo Pall. *obluctam*. Helm. *oblitam*: alter, *obrutam*. Andreas quoque *oblitam*. Forte, *pollutam ſponſione commiſſa*. Idem.

In civitatem obligatam] Ex Varia MSS^torum lectione apparet ſcripſiſſe Livium, *in civitatem obſtrictam*, uti ſolet alias. 9, 35. *Niſi univerſam rempublicam eo nefario obſtrinxeris*. 10, 38. *Primoribus Samnitium ea deteſtatione obſtrictis*. Jac. Gron.

 1 *Omnia*

Digitized by Google

natum bellum, [1] omnia, quæ deinde venerunt, non in animis ſolum ſed prope in oculis eſſe: & ſero ac nequicquam laudare ſenis Pontii utraque conſilia, inter quæ ſe media lapſos, victoriæ poſſeſſionem pace incerta mutaſſe, & beneficii & maleficii occaſione amiſſa, pugnaturos cum eis, quos potuerint in perpetuum vel inimicos tollere, vel amicos facere: adeoque nullo dum certamine inclinatis viribus poſt Caudinam pacem animi mutaverant, ut clariorem inter Romanos deditio Puſtumium, quam Pontium incruenta victoria inter Samnites faceret: & geri poſſe bellum Romani pro victoria certa haberent: Samnites ſimul rebellaſſe & viciſſe crederent Romanum. Inter hæc Satricani ad Samnites defecerunt, & Fregellæ colonia necopinato adventu Samnitium (fuiſſe & Satricanos cum iis ſatis conſtat) nocte occupata eſt. timor inde mutuus utroſque uſque ad lucem quietos tenuit: lux pugnæ initium fuit. quam aliquandiu æquam, & quia pro aris ac focis dimicabatur, & quia ex tectis adjuvabat imbellis multitudo, tamen Fregellani ſuſtinuerunt. Fraus deinde rem inclinavit, quod vocem audiri præconis paſſi ſunt; Incolumem abiturum qui arma poſuiſſet. ea ſpes remiſit à certamine animos, & paſſim arma jactari cœpta. Pertinacior pars armata per averſam portam erupit, tutiorque eis audacia fuit, quam incautus ad credendum cæteris pavor: quos circumdatos igni, nequicquam Deos fidemque invocantes, Samnites concremaverunt. Conſules inter ſe [2] partiti provincias, Papirius in Apuliam ad Luceriam pergit,

1 *Omnia quæ deinde venerunt*] Sic & lib. 10, 45. *Quonam modo tolerabilis Etruria fuiſſet, ſi quid in Samnio adverſi veniſſet.* Vide tamen an non hic ſcribendum ſit, *eveniſſet*, & illic, *quæ dein evenerunt*. J. F. Gron.

2 *Partiti provincias. Papirius*] Legebam: *Conſules inter ſe partiti provincias, Papirius in Apuliam*, &c. Et ſic uterque Voſſianus. Sic & cap. 31. *Conſulibus inter ſe provincias partitis, Junio Samnites, Æmilio novum bellum Etruria ſorte obvenit.* non *conſules partiti.* & cap. 41. *Conſulibus partitis provincias, Etruria Decio, Samnium Fabio evenit.* Regredere ad quæ lib. 8, 16. *Idem.*

Digitized by Google

pergit, ubi equites Romani obſides ad Caudium dati cuſtodiebantur: Publilius in Samnio ſubſtitit [1] adverſus Caudinas legiones. Diſtendit ea res Samnitium animos, [2] quod nec ad Luceriam ire, ne ab tergo inſtaret hoſtis, nec manere ne Luceria interim amitteretur, ſatis audebant. Optimum viſum eſt committere rem fortunæ, & tranſigere cum Publilio certamen. Itaque [3] in aciem copias educunt. Adverſus quos Publilius conſul quum 13
dimicaturus eſſet, prius alloquendos milites ratus, concionem advocari juſſit. cæterum ſicut ingenti alacritate ad prætorium concurſum eſt, ita præ clamore poſcentium pugnam nulla adhortatio imperatoris audita eſt. Suus cuique animus memor ignominiæ adhortator aderat. Vadunt igitur in prœlium urgentes ſigniferos: & ne mora in concurſu pilis emittendis ſtringendiſque inde gladiis eſſet; pila velut dato ad id ſigno abjiciunt, ſtrictiſque gladiis curſu in hoſtem feruntur. Nihil illic imperatoriæ artis ordinibus aut ſubſidiis locandis fuit: omnia ira militaris prope veſano impetu egit. Itaque, non fuſi modo hoſtes ſunt, ſed ne caſtris quidem ſuis fugam impedire auſi, Apuliam diſſipati petiere: Luceriam tamen coacto rurſus in unum agmine eſt perventum. Romanos ira eadem, quæ per mediam aciem hoſtium tulerat, & in caſtra pertulit. ibi plus quam in acie ſanguinis ac cædis factum, prædæque pars major ira corrupta.

1 *Adverſus Caudinas legiones*] Si, *adverſus*, legas, Caudinas legiones Samnitium exercitum ad Caudium victorem intelligas: ſi (ut malim, & eſt in quibuſdam libris veter.) *Adducens Caudinas*, Romanorum exercitum ad Caudium ſub jugum miſſum, accipias neceſſe eſt. Ita vero accipiendum eſſe, docet Livius lib. 25. *Caudinæ legiones, quæ ſine armis redierant Romam, armatæ remiſſæ in Samnium, eundem illum hoſtem ſub jugum miſerunt, qui hac ſua ignominia lætatus fuerat.* Idem autem tradit hoc loco Livius. Ex quo intelligi debet, Publilium cum Caudino exercitu in Samnium eſſe profectum, Papirium cum novo in Apuliam. *Sigonius.*

2 *Quod nec ad Luceriam ire*] Hoc loco *Luceria* Samnitium eſt, quod forte ad eos, ut dixi, poſt Caudinam cladem defecerit, quemadmodum tacite intelligi vult Livius. *Idem.*

3 *In aciem copias ducunt*] *Educunt*, conſenſu veteres. Lib. 7. *Si quis det ſignum, in aciem educat*, J. F. Gron.

1 *Samni-*

Digitized by Google

rupta. Exercitus alter cum Papirio conſule locis maritimis pervenerat Arpos, per omnia pacata; Samnitium magis injuriis & odio, quam beneficio ullo populi Romani. Nam [1] Samnites ea tempeſtate in montibus vicatim habitantes, campeſtria & maritima loca, contempto cultorum molliore, atque, ut evenit fere, loci ſimili genere, ipſi montani atque agreſtes depopulabantur. quæ regio ſi fida Samnitibus fuiſſet, aut pervenire Arpos exercitus Romanus nequiſſet, aut [2] interjecta inter Romam & Arpos, penuria rerum omnium, excluſos à commeatibus abſumpſiſſent. [3] Tum quoque profectos inde ad Luceriam juxta obſidentes obſeſſoſque inopia vexa-

1 *Samnites ea tempeſtate --- contemptu cultorum molliore --- locis ſimili genere --- depopulabantur*] Glareanus merito obſcuritatem hujus loci jactat, non enim ſolum obſcurus eſt, ſed etiam vitioſus. Lege autem ex veterum librorum fide. *Contempto cultu molliore*, ut ſit: Samnites montani campeſtria loca depopulabantur contempto cultu molliore, & locis ejuſmodi, ut fieri ſolet. *Sigonius.*

Contempto cultu molliore] Sic Sigonius ex vett. ut ait, librorum fide; non immerito hujus loci obſcuritatem jactaſſe Glareanum præfatus. Sed editiones antiquæ & meliores ſcripti: *contemptu cultorum molliore.* Ubi unica modo litera mutanda eſt, & omnia ſic concipienda: *Nam Samnites ea tempeſtate in montibus vicatim habitantes, campeſtria & maritima loca, contempto cultorum molliore, atque, ut evenit, locis ſimili genere, ipſi montani atque agreſtes depopulabantur.* Particula *nam* & ſcriptorum veterumque editt. eſt & ſenſui convenientior. Duo Pall. *loci. cultores*, ut lib. 10. *Ne agrum Etruſcum vaſtarent armiſque laceſſerent cultores.* Lib. 24. *Cultoribuſque antiquis, quos vis reliquerat belli, reſtituerunt.* Campeſtria igitur & maritima incolentes, genus mollius, & ſimile locis, in quibus degebat, quia contemptui Samnitibus erat ob imbelliam, ſubinde in prædam petebatur. Lib. 21. *Inde ad planum deſcenſum eſt, & jam locis mollioribus & accolarum ingeniis.* Lib. 29. *Fertiliſſimus ager, eoque abundans omni copia rerum eſt regio, & imbelles (quod plerumque in uberre agro evenit) barbari ſunt.* Lib. 45. *Frigida hac omnis duraque cultu & aſpera plaga eſt: cultorum quoque ingenia terræ ſimilia habet.* J. F. Gron.

2 *Interjecta inter Romam & Arpos*] Iſtud *Romam* vitioſum reor: ſed quid ſubſtituendum ſit, non video. Arbitror fluvii alicujus aut urbis nomen. *Tan. Faber.*

Interjecta inter Romam & Arpos, &c. abſumpſiſſet] Miratur Glareanus penuriam interjacentem Romæ & Arpis. Immo *regio interjecta penuriâ*. Vel, quod malo, legendum eſt, *abſumpſiſſent.* Sic apparet τὸ *interjecta* non applicandum eſſe voci *penuria*, ſed πληθυντικῶς accipiendum, ſubaudito *loca*, pro interjectis regionibus. Lib. 21. *In locis Alpibus Appenninoque interjectis, propinquitate etiam fluminum ac paludum prægelidis.* Lib. 34. *Perpopulatus omnia circumjecta urbi frequentis & amœni agri loca.* J. F. Gron.

3 *Tum quoque profect.*] Veteres libri *Tum vero profectos.* Sigonius.

1 Et

vexavit. omnia ab Arpis Romanis ſuppeditabantur: cæterum adeo exigue, ut militi occupato ſtationibus vigiliiſque & opere, eques folliculis in caſtra ab Arpis frumentum veheret; interdum occurſu hoſtium cogeretur abjecto ex equo frumento, pugnare. [1] & obſeſſis, prius quam alter Conſul victore exercitu advenit, & commeatus ex montibus Samnitium invecti erant, & auxilia intromiſſa. Arctiora omnia adventus Publilii fecit, qui obſidione delegata in curam collegæ, vacuus per agros cuncta infeſta commeatibus hoſtium fecerat. Itaque quum ſpes nulla eſſet diutius obſeſſos inopiam laturos; coacti Samnites, qui ad Luceriam caſtra habebant, undique contractis viribus ſigna cum Papirio conferre.
Per id tempus parantibus utriſque ſe ad prœlium, le- 14
gati Tarentini interveniunt, denunciantes Samnitibus Romaniſque, ut bellum omitterent. per utros ſtetiſſet, quo minus diſcederetur ab armis, adverſus eos ſe pro alteris pugnaturos. Ea legatione Papirius audita, perinde ac motus dictis eorum, cum collega ſe communicaturum reſpondit: accitoque eo quum tempus omne in apparatu conſumpſiſſet, collocutus de re haud dubia, ſignum pugnæ propoſuit. Agentibus divina humanaque, quæ aſſolent quum acie dimicandum eſt, Conſulibus, Tarentini legati occurſare, reſponſum exſpectantes, quibus Papirius ait: *Auſpicia ſecunda eſſe, Tarentini, pullarius nunciat. litatum præterea eſt egregie. auctoribus Diis, ut videtis,* [2] *ad rem gerendam proficiſcimur.* Signa inde ferri juſſit, & copias eduxit vaniſſimam increpans gentem,

1 *Et obſeſſis priuſquam alter*] Copulativam ignorat Florentinus, & haud dubie etiam ignoravit Livius, Dixerat & obſidentes & obſeſſos inopiam vexaſſe. Hoc ita exponit, ut oſtendat prius, unde copiam commeatuum habuerint; deinde quid illos anguſtiores reddiderit. Et primo de Romanis: jam de Lucerinis: *Obſeſſis, priuſquam alter conſul victore exercitu advenit, & commeatus ex montibus Samnitium invecti erant & auxilia intromiſſa: arctiora deinde omnia adventus Publilii fecit.* nempe iiſdem obſeſſis. *J. F. Gron.*

2 *Ad rem agendam*] Vet. lib. *Rem gerendam*. Sigonius.

tem, quæ ſuarum impotens rerum, præ domeſticis ſeditionibus diſcordiiſque, aliis modum pacis ac belli facere æquum cenſeret. Samnites, ex parte altera, quum omnem curam belli remiſiſſent, quia aut pacem vere cupiebant, aut expediebat ſimulare, ut Tarentinos ſibi conciliarent, quum inſtructos repente ad pugnam Romanos conſpexiſſent, vociferari *ſe in auctoritate Tarentinorum manere, nec deſcendere in aciem, nec extra vallum arma ferre. Deceptos potius quodcumque caſus ferat paſſuros, quam ut ſpreviſſe pacis auctores Tarentinos videantur.* Accipere ſe omen, Conſules ajunt, & eam precari mentem hoſtibus, ut ne vallum quidem defendant. ipſi inter ſe partitis copiis, ſuccedunt hoſtium munimentis, & ſimul undique adorti, quum pars foſſas explerent, pars vellerent vallum, atque in foſſas proruerent, nec virtus modo inſita, ſed ira etiam exulceratos ignominia ſtimularet animos; caſtra invaſere: & pro ſe quiſque, non hæc Furculas, nec Caudium, nec ſaltus invios eſſe, ubi errorem fraus ſuperbe viciſſet, ſed Romanam virtutem, quam nec vallum, nec foſſæ arcerent, memorantes; cædunt pariter reſiſtentes, fuſoſque, inermes atque armatos, ſervos, liberos, puberes, impuberes, homines, jumentaque. nec ullum ſuperfuiſſet animal, ni conſules receptui ſignum dediſſent, avidoſque cædis milites è caſtris hoſtium imperio ac minis expuliſſent. Itaque apud infenſos, ob interpellatam dulcedinem iræ, confeſtim oratio habita eſt, ut doceretur miles, *minime cuiquam militum conſules odio in hoſtes ceſſiſſe, aut ceſſuros, quin duces, ſicut belli, ita inſatiabilis ſupplicii futuros fuiſſe, ni reſpectus equitum ſexcentorum, qui Luceriæ obſides tenerentur, præpediſſet animos: ne deſperata venia hoſtes cæcos in ſupplicia eorum ageret;* [1] *perdere prius quam perire, optantes.* Laudare ea milites, lætarique obviam itum iræ ſuæ eſſe. ac fateri

1 *Perdere prius quam perire*] Forte: *perirent*. J. F. Gron.

teri omnia patienda potius, quam proderetur ſalus tot principum Romanæ juventutis. Dimiſſa concione con- 15
ſilium habitum, omnibuſne copiis Luceriam premerent, an altero exercitu & duce Apuli circa, gens dubiæ ad id voluntatis, tentarentur. Publilius conſul ad peragrandam profectus Apuliam, aliquot expeditione una populos aut vi ſubegit, aut conditionibus in ſocietatem accepit. Papirio quoque, qui obſeſſor Luceriæ reſtiterat, brevi ad ſpem eventus reſpondit. nam inſeſſis omnibus viis, per quas [1] commeatus ex Samnio ſubvehebantur, fame domiti Samnites qui Luceriæ in præſidio erant, legatos miſere ad conſulem Romanum, ut receptis equitibus, qui cauſſa belli eſſent, abſiſteret obſidione. His Papirius ita reſpondit: [2] *Debuiſſe eos Pontium Herennii filium, quo auctore Romanos ſub jugum miſiſſent, conſulere,* [3] *quid victis patiendum cenſeret. cæterum, quoniam ab hoſtibus in ſe æqua ſtatui, quam in ſe ipſi ferre maluerint; nunciare Luceriam juſſit, arma, ſarcinas, jumenta, multitudinem omnem imbellem, intra mœnia relinquerent. militem ſe cum ſingulis veſtimentis ſub jugum miſſurum; ulciſcentem illatam, non novam inferentem ignominiam.* Nihil recuſatum. ſeptem millia militum ſub jugum miſſa, prædaque ingens Luceriæ capta; receptis omnibus ſignis, armiſque [4] quæ ad Caudium amiſerant: &, quod omnia ſuperabat gaudia, equiti-

1 *Commeatus ex Samnio ſubvehebatur*] Mutarunt numerum ſine cauſa. nam ſcripti, *ſubvehebantur.* Ut frequenter Livius. Vel hoc libro: *unde ſubvehi commeatus poterant.* Et inferius: *Sutrini commeatus benigne in caſtra advexere.* Sic lib. 23, 12. *Commeatum* editur pro *commeatuum.* Sic lib. 1, 4 ediderunt: *In latrones præda onuſtos impetum facere.* Quaſi non ſit Livii *impetus facere*, quod eſt in vett. libris. Lib. 3, 10. *Ne qui in loca ſumma urbis impetus cædeſque inde fierent.* Ubi fruſtra Rhenanus *fieret.* Eodem libro: *multi per eos dies metus multique impetus hinc atque illinc facti.* Alibi: *tum maxime impetus facientes receſſere à muro.* J.F.Gron.

2 *Debuiſſe eos Pontium Herennii filium*] Duo Pall. *docuiſſe.* ut fortaſſe verum ſit: *docuiſſe eos.* Sed parum intereſt. *Idem.*

3 *Quid victis patiendum*] Vet. lib. *Paciſcendum*, probe. agitur enim de conditionibus pacis. *Sigonius.*

4 *Quæ ad Caudium amiſerant*] Potius quod in Flor. Voſſ. Mureti, *amiſſa erant.* nam qui amiſerant, erant cum Publilio digreſſo in Apuliam. is acceperat Caudinas legiones. *J. F. Gron.*

1 *In*

equitibus recuperatis, quos pignora pacis cuſtodiendos Luceriam Samnites dederant. Haud ferme alia mutatione ſubita rerum clarior victoria populi Romani eſt: ſiquidem etiam (quod quibuſdam [1] in annalibus invenio) Pontius Herennii filius Samnitium imperator, ut expiaret Conſulum ignominiam, ſub jugum cum cæteris eſt miſſus. Cæterum id minus miror, obſcurum eſſe de hoſtium duce dedito miſſoque ſub jugum. id magis mirabile eſt ambigi, [2] Luciuſne Cornelius dictator cum L. Papirio Curſore, magiſtro equitum, eas res ad Caudium, atque inde Luceriam geſſerit, ultorque unicus Romanæ ignominiæ, haud ſciam an juſtiſſimo triumpho ad eam ætatem ſecundum Furium Camillum triumphaverit; [3] an conſulum Papiriique præcipuum id decus ſit. Sequitur hunc errorem alius error, [4] Curſorne Papirius proximis comitiis cum Q. Aulio Cerretano iterum ob rem bene geſtam, Luceriæ continuato magiſtratu conſul tertium creatus ſit; an L. Papirius Mugillanus; & in co-
16 gnomine erratum ſit. Convenit jam inde per conſules reliqua belli perfecta. [5] Aulius cum Ferentanis uno ſecundo

1 *In annalibus invenio*] Sic MSS. non *invenitur*. J. F. Gron.

2 *Luciuſne Cornelius Dictator*] Duorum L. Corneliorum antea meminit Livius, Scipionis ac Lentuli. Dubium igitur hic de utro loquatur. *Glareanus.*

Luciuſne Cornelius Dictator cum M. Papirio] Scriptores Capitolini *L. Cornelium Dictat.* cum *L. Papirio mag. equit.* aſcribentes has res ab eo geſtas eſſe ſentire videntur. Puto autem hunc eſſe *L. Cornelium Lentulum*, qui ante conſul fuit, qui ob res bene geſtas ad Caudium *Caudinus* appellatus ſit: ſiquidem *Caudinus* poſt fuit *Lentulorum* cognomen. *Sigonius.*

3 *An conſulis Papirii præcipuum*] Scribendum: *an conſulum Papiriique præcipuum id decus ſit:* monuimus ad librum tertium. *J. F. Gron.*

4 *Curſorne Papirius p. c. cum Q. Æmilio Cæretano — conſul tertium*] *L. Papirium Curſorem* Cos. III & Capitolini triumphi ejus ſcriptores & Livius ipſe, qui poſt hunc eundem IV *conſulem* nominat, ſentiunt. Quod autem ad *Q. Æmilium Cæretanum* attinet, cum ne de hoc quidem nomine inter auctores conveniat, an *Æmilius*, an *Aulius* ſit, ut ait Livius, intelligendum eſt *Aulium* à Livio, & ſcriptoribus Capitolinis magis probari. nam in vet. lib. apud Livium & hoc loco, & infra, *Aulius* eſt, non *Æmilius.* Cæterum *Cerretano* ex Capitolinis lapidibus & veterib. aliquot libris legendum eſt, non *Cæretano*. Sigonius.

5 *Aul. cum Ferentanis uno ſecundo prœlio debellavit, urbemque accepit*] Oppidum intelligit nomine *Ferentum*: de quo Horatius Oda 4 lib. 3. *Et arvum pingue tenent Humilis Ferenti*, quo loco

cundo prœlio debellavit: urbemque ipſam, quo ſe fuſa contulerat acies, obſidibus imperatis in deditionem accepit. Pari fortuna conſulum alter cum Satricanis, qui cives Romani poſt Caudinam cladem ad Samnites defecerant, præſidiumque eorum in urbem acceperant, rem geſſit. nam quum [1] ad mœnia Satrici admotus eſſet exercitus, legatiſque miſſis ad pacem cum precibus petendam, triſte reſponſum ab Conſule redditum eſſet, niſi præſidio Samnitium interfecto aut tradito, ne ad ſe remearent; plus ea voce, quam armis illatis terroris colonis

loco ait Acro: *Ferentum oppidum eſt Apuliæ Venuſinæ civitati vicinum in valle ſitum.* Itaque Diodorus lib. 20 hanc victoriam ſic deſcribit, Ῥωμαῖοι δὲ διαπολεμοῦντες Σαμνίταις Φερέντην πόλιν τῆς Ἀπουλίας κατὰ κράτος εἷλον. Fuit autem Ferentium, quod & Ferentinum eſt dictum, in Samnitibus, de quo ſic Stephanus, Φερεντῖνος, λέγεται καὶ Φερέντιος, πόλις Σαμνίτων ἐν Ἰταλίᾳ, τὸ ἐθνικὸν Φερεντῖνος. Hujus meminit Livius libr. 10. idque oppugnatum eſſe una cum Romulea ſcribit anno urb. cond. CDLVI. Porro autem Ferentinum alterum in Volſcis, ſive in Latio fuiſſe ſatis conſtat. Quod ipſum Volſcis ademptum, Hernicis donatum eſſe à Romanis Livius ſcribit lib. 4. Itaque lib. 7 Ferentinum Hernicorum urbem vi captam eſſe ab iiſdem ait, & Ptolemæus Ferentinum inter mediterraneas urbes Latinorum ſtatuit. Ab hoc cives Ferentinates appellati ſunt, ut hoc libro Livius: *Præter Aletrinatem, Ferentinatemque & Verulanum omnes Hernici nominis populi populo Rom. bellum indixerunt.* Et Plinius lib. 4 cap. 5. *Ex agro Falerno Ferentinates.* Hinc concilia Latinorum ad lucum Ferentinæ habita eſſe ſcribit Livius libr. 1 & 8. Quod, ut ſupra dixi, concilium Dionyſius τὴν ἐν Φερεντίνῳ ἀγορὰν vocat. Hinc etiam idem Livius lib. 1 meminit aquæ Ferentinæ, & 2, capitis Ferentini. Poſtremo Ferentiam oppidum collocat in Tuſcis Ptolemæus, quam Ferentinum etiam nominat Plinius lib. 3 cap. 5 cum ait: *Feſulæ, Ferentinum.* Præter hæc ſunt etiam populi quidam nomine Frentani Apulis finitimi. De quibus Mela, *Picentes, Frentani, Apuli.* Et Plin. *Peligni, Frentani, Marucini, Veſtini.* Et poſt: *In ora Frentanorum.* Item, *Anxani, Frentani.* Ptolemæus item poſt Apulos ſtatuit Frentanos, Pelignos, & Marrucinos. Et Polybius lib. 3. Μαρρουκίνην, καὶ Φρεντανὴν χώραν. Quæ cum ita ſint, non eſt dubium, quin libro hoc extremo ſit legendum, *Frentani*, ubi vulgo legitur, *Marrucini, Marſi, Peligni, Frentini.* Hæc dixi, ut intelligerent omnes quanto cum ſtudio atque judicio in veterum auctorum lectione verſandum eſſet. *Sigonius.*

Aulius cum Ferentanis] Multa quidem hic Sigonius, ſed parum ad Dionyſum. *Ferentinum* oppidum novimus & *Frentanos* gentem in Italia: *Ferentanos* nullos. Scribendum, *Forentanos.* Stephanus: Φόρεντον, πόλις Ἰταλίας· τὸ ἐθνικὸν Φορεντανός· Στράβων πέμπτῃ. Adde Cluverium lib. 4 Ital. Antiq. cap. 12. *J. F. Gron.*

1 *Ad mœnia Satrici*] Vet. lib. *Satricæ*, per mendum. Intelligit enim Satricum coloniam Romanam in Latio, quippe cum ſubjiciat: *Plus ea voce, quam armis illatis terroris colonis injectum.* Sigonius.

nis injectum. [1] Itaque ſubinde exſequentes quærendo à conſule legati, quonam ſe pacto paucos & infirmos crederet præſidio tam valido & armato vim allaturos; ab iiſdem conſilium petere juſſi, quibus auctoribus præſidium in urbem accepiſſent, diſcedunt: ægreque impetrato, ut de ea re conſuli ſenatum reſponſaque ad ſe referri ſineret, ad ſuos redeunt. Duæ factiones ſenatum diſtinebant: una, cujus principes erant defectionis à populo Romano auctores; altera, fidelium civium. certatum ab utriſque tamen eſt, ut ad reconciliandam pacem conſuli opera navaretur. [2] Pars altera (quum præſidium Samnitium, quia nihil ſatis præparati erat ad obſidionem tolerandam, exceſſurum proxima nocte eſſet) enunciare conſuli ſatis habuit, qua noctis hora, [3] quaque porta, & quam in viam egreſſurus hoſtis foret. altera, quibus invitis deſcitum ad Samnites erat, eadem nocte portam etiam Conſuli aperuerunt. [4] armatoſque

1 *Subinde quum exſequerentur*] Th. duo Pall. uterque Voſſ. Helm. *ſubinde exſequentur.* Tertius: *ſubinde exiguntur, exſequuntur.* Lege: *Itaque ſubinde exſequentes quærendo.* Sed & τὸ *crederet* mire mihi ſuſpectum ob dicta ad lib. 6,37. *J. F. Gron.*

2 *Pars altera, &c. nuntiare conſuli ſatis habuit*] Maluimus è Thuan. & Chiflet. *enuntiare.* Quod eſt ſignatum verbum de iis, qui arcana produnt. Lib. 33. *Cuſtodibus ad portas poſitis, ne quis enuntiare poſſet capta.* Lib. 39. *Veniam precata deorum, ſi ſilenda enuntiaſſet.* Cicero pro Roſcio: *cæterorum legatorum conſilia & voluntatem Chryſogono enuntiat.* Tuſc. 2. *Ab homine propter vim doloris enuntiante commiſſa, prodente conſcios.* Idem.

3 *Quamque per portam*] Vet. lib. *Quaque porta.* Sigonius.

Quamque per portam] *Quaque porta,* & Sigonii & omnium vett. librorum nec non primæ editionis eſt. Tacitus 1 Ann. *Ut porta triumphali duceretur funus.* Sed ne ſic quidem omnia ſalva credere me patitur varietas ſcripturæ veteris. Prima editio ignorat τὸ *eſſet,* habetque *aggreſſuros hoſtes.* Deeſt & τὸ *eſſet* in Voſſiano. Vix me contineo, quin jubeam legi reſectis quæ allita videntur: *Pars altera, præſidium Samnitium, quia nihil ſatis præparati erat ad obſidionem tolerandam, exceſſurum proxima nocte, enuntiare conſuli ſatis habuit, qua noctis hora, quaque porta, & quam in viam, fore.* Sed nimii ſumus, nec talia niſi majoribus præſidiis ſuccincti debemus audere. *J. F. Gron.*

4 *Armatos clam hoſtes in urbem acceperunt*] Pall. Thuan. Voſſ. Helm. *clam nocte.* ſed ſcribendum: *clam hoſte,* nempe ipſis Samnitibus. *Armatos* autem intellige Romanos. Sic voluit & Gelenius, qui primus hanc clauſulam vulgatis adjecit. *Idem.*

Clam nocte in urbem acceperunt] Sic ſane ſcripti: ſed ſententia videtur exigere, *clam ſuis.* reliquis civibus non earum partium. *Idem.*

Digitized by Google

toſque clam hoſtes in urbem acceperunt. Ita duplici proditione & præſidium Samnitium inſeſſis circa viam ſilveſtribus locis, necopinato oppreſſum eſt: & ab urbe plena hoſtium clamor ſublatus, momentoque unius horæ Samnis cæſus, Satricanus captus, & omnia in poteſtate Conſulis erant. Qui, quæſtione habita, quorum opera defectio eſſet facta; quos ſontes comperit, virgis cæſos ſecuri percuſſit: præſidioque valido impoſito, arma Satricanis ademit. Inde ad triumphum deceſſiſſe Romam Papirium Curſorem ſcribunt, qui eo duce Luceriam receptam, Samniteſque ſub jugum miſſos, auctores ſunt. Et fuit vir haud dubie dignus omni bellica laude; non animi ſolum vigore, ſed etiam corporis viribus excellens. Præcipua pedum pernicitas inerat, [1] quæ cognomen etiam dedit: victoremque curſu omnium ætatis ſuæ fuiſſe ferunt. & ſeu virium vi, ſeu exercitatione multa, cibi vinique eundem capaciſſimum: nec cum ullo aſperiorem (quia ipſe invicti ad laborem corporis eſſet) fuiſſe militiam pediti pariter equitique. Equites etiam aliquando auſos ab eo petere, ut ſibi pro re bene geſta laxaret aliquid laboris, quibus ille, *Ne nihil remiſſum dicatis, remitto*, inquit, *ne utique dorſum demulceatis, quum ex equis deſcendetis.* & vis erat in eo viro imperii ingens pariter in ſocios civeſque. Prænestinus prætor per timorem ſegnius ex ſubſidiis ſuos duxerat in primam aciem. quem quum inambulans ante tabernaculum vocari juſſiſſet; lictorem expedire ſecurim juſſit. ad quam vocem exanimi ſtante Prænestino, *Agedum lictor, excide radicem hanc*, inquit, *incommodam ambulantibus*: perfuſum-

1 *Quæ cognomen etiam dedit*] Vet. lib. alii, *Quæ cognomen via dederat.* alii, *Quæ cognomini viam dedit.* Hinc ego ſuſpicor legendum, *Quæ cognomen avo jam dedit.* Ut intelligamus, quemadmodum neceſſario intelligendum eſt, non hunc primum inveniſſe hoc Curſoris cognomen, ſed avum ejus ante. Avus autem ejus fuit *L. Papirius Curſor*, qui Cenſor fuit anno urb. cond. CCCLXI, & poſt etiam tribunus militum conſulari poteſtate. Hic enim, de quo non loquitur Livius, in lapidibus Capitolinis *L. Papirius Sp. F. L. N. Curſor* dicitur. *Sigonius.*

fuſumque ultimi ſupplicii metu, mulcta dicta dimiſit. Haud dubie illa ætate, qua nulla virtutum feracior fuit, nemo unus erat vir quo magis innixa res Romana ſtaret. [1] quin eum parem deſtinant animis Magno Alexandro ducem, ſi arma Aſia perdomita in Europam vertiſ-

17 ſet. Nihil minus quæſitum à principio hujus operis videri poteſt, quam ut plus juſto ab rerum ordine declinarem, varietatibuſque diſtinguendo opere, & legentibus velut diverticula amœna & requiem animo meo quærerem: tamen tanti regis ac ducis mentio, quibus ſæpe tacitis cogitationibus volutavit animum, eas evocat in medium: ut quærere libeat, quinam eventus Romanis rebus, ſi cum Alexandro foret bellatum, futurus fuerit. Plurimum in bello pollere videntur, militum copia & virtus, ingenia imperatorum, fortuna, per omnia humana, maxime in res bellicas, potens. Ea & ſingula intuenti, & univerſa, ſicut ab aliis regibus gentibuſque, ita ab hoc quoque facile præſtant invictum Romanum imperium. Jam primum, ut ordiar ab ducibus comparandis, haud equidem abnuo egregium ducem fuiſſe Alexandrum; ſed clariorem tamen eum facit, quod unus fuit, [2] quod adoleſcens, in incremento rerum, nondum alteram fortunam expertus, deceſſit. Ut alios reges claros duceſque omittam, magna exempla caſuum humanorum; Cyrum, quem maxime Græci laudibus cele-

1 *Quin eum parem deſtinarant animis*] Repugnat his verbis, quod cap. 18. *Quem ne fama quidem illis notum arbitror fuiſſe.* Si namque incognitus Romanis, dum viveret, Alexander, quomodo deſtinare potuerunt ei parem è ſuis ducem? Non ita immemor ſui Livius, ut exiſtimat Muretus 15 Var. 14. Scribebam: *deſtinarunt.* Scilicet judicia ſcriptorum & hominum, qui poſtea fuere, & nunc ſunt. Lib. 28. *Quia regnum ſibi Hiſpania, pulſis inde Carthaginienſibus, deſtinarant animis.* Sed Voſſ. duo & Helm. & omnes editi veteres ab Andrea ad Gryphium, *deſtinant.* Quo magis etiam apparet, quod dixi. Cœlius Curio primus mutavit. *J. F. Gron.*

2 *Quod adoleſcens in incremento rer.*] Scribe ex vet. lib. *Quod adoleſcens, quod in incremento rerum*, ut tertia eſſe cauſa videatur. *Sigonius.*

Quod in incremento] Hoc poſtremum *quod* eſt ſolius Sigoniani. nec neceſſe eſt gravitatem Livii in minutias concidi. *J. F. Gron.*

1 *M. Cor*

celebrant, quid niſi longa vita, ſicut Magnum modo Pompeium, vertenti præbuit fortunæ? Recenſeam duces Romanos, nec omnes omnium ætatum, ſed ipſos eos cum quibus conſulibus aut dictatoribus Alexandro fuit bellandum: M. Valerium Corvum, C. Marcium Rutilum, C. Sulpicium, T. Manlium Torquatum, Q. Publilium Philonem, L. Papirium Curſorem, Q. Fabium Maximum, duos Decios, L. Volumnium, [1] Manium Curium. Deinceps ingentes ſequuntur viri; [2] ſi Punicum Romano prævertiſſet bellum, ſeniorque in Italiam trajeciſſet. Horum in quolibet tum indoles eadem quæ in Alexandro erat animi ingeniique; tum diſciplina militaris jam inde ab initiis urbis tradita per manus, in artis perpetuis præceptis ordinatæ modum venerat. Ita reges geſſerant bella: ita deinde exactores regum Junii Valeriique: ita deinceps Fabii, Quintii, Cornelii: ita Furius Camillus, [3] quem juvenes duo, quibus cum Alexandro dimicandum erat, ſenem viderant. Militaria opera

1 *M. Curium*] *M' Curium*, Capitolini lapides: item alii. *Sigonius.*

2 *Si Punicum Romano prævertiſſet bellum, ſeniorque, &c.*] Senſus: Si Alexander ante intuliſſet Romano bellum, quam Pœni: Quod futurum erat, ſi ſenior in Italiam trajeciſſet: niſi malimus legere pro *Punicum*, *Indicum*, nam ſequitur: *Longe aliis Italia, quam India viſus illi habitus fuiſſet.* Idem.

Si Punicum Romano prævertiſſet bellum] Non admodum clarum, præſertim illud *Romano*, inquit Glareanus. At Sigonius: ſi Alexander ante intuliſſet Romano bellum, quam Pœni, quod futurum erat, ſi ſenior in Italiam trajeciſſet. Nihil minus ſenſit auctor. Et ſenior potius veniſſet in Italiam, ſi Pœni prius bellum cum Romanis habuiſſent quam ipſe Alexander: ita enim neceſſario tempora quædam intercedere oportuiſſet: ſin prius Alexander; cur ſenior? potuiſſet enim proxime illa tempora, quibus juvenis fatis ceſſit. Prorſus hic cæcutivit vir doctiſſimus. Alexander paullo ante mortem agitabat animo Punicum bellum, adverſus Tyri ab ſe devictæ colonos Carthaginienſes, mari tum potentes. Juſtinus lib. 21. Ideo Livius, ſi Africam, inquit, bello ſubjugare maluiſſet, antequam Italiam & Romanos aggrederetur: atque ita, quoniam haud dubie aliquot anni elapſuri erant, dum ea provincia conficitur, ſenior in Italiam trajeciſſet. *Prævertere* alias aliter, ſed ut hic, & lib. 2. *Nec poſſe, quum hoſtes ad portas eſſent, bello prævertiſſe quicquam.* Cicero 1 de Divin. *Si vacas animo, neque habes aliquid, quod huic ſermoni prævertendum putes.* Sed vidit hoc poſtea Glareanus in additionibus ad Sigonii notas. *J. F. Gron.*

3 *Quem juvenes duo*] *T. Manlius Torquatus & M. Valerius Corvus.* de quibus paulo poſt: *Ceſſiſſet videlicet in acie oblatus*

pera pugnando obeunti Alexandro, (nam ea quoque haud minus clarum eum faciunt) ceſſiſſet videlicet in acie oblatus par Manlius Torquatus, aut Valerius Corvus; inſignes ante milites, quam duces: ceſſiſſent Decii, devotis corporibus in hoſtem ruentes: ceſſiſſet Papirius Curſor, illo corporis robore, illo animi: victus eſſet conſiliis juvenis unius, ne ſingulos nominem, ſenatus ille, [1] quem qui ex regibus conſtare dixit, unus veram ſpeciem Romani ſenatus cepit? Id vero erat periculum, [2] ne ſolertius quam quilibet unus, ex iis quos nominavi, caſtris locum caperet, commeatus expediret, ab inſidiis præcaveret, tempus pugnæ deligeret, aciem inſtrueret, ſubſidiis firmaret. [3] Non cum Dario rem eſſe dixiſſet: quem mulierum ac ſpadonum agmen trahentem, [4] inter purpuram atque aurum oneratum fortu-

latus par Manlius Torquatus, aut Valerius Corvus? Sigonius.

Quem juvenes duo] T. Manlium Torquatum & M. Valerium Corvum intelligunt Glareanus & Sigonius. M. Valerius Corvus annorum trium & viginti, raro exemplo, conſul creatus anno U. C. 405. Septem igitur annos habebat, quum decederet Camillus, anno U. C. 388. Itaque hic ſi ſenem Camillum vidiſſe juvenis commode dicitur, quanto magis C. Marcius Rutilus conſul primum an. 395, hoc eſt octo annis poſt mortem Camilli. Ne Decium, Philonem, Sulpicium commemorem, qui omnes ut plerique Corvo majores, juvenes ſenem videre potuerant Camillum. Quare igitur præciſe *duo*? Membr. Voſſianæ, &, ut me monuit Alb. Rubenius, Buſlidianæ: *juvenes hii quibus.* Quod conſentiebamus eſſe *hi*, vel *ii*; quorum loco ſic MSS. paſſim. Omiſſa forte alicubi aſpiratione notam numeri ſe videre putarunt, reddideruntque *duo*. J. F. Gron.

1 *Quem qui ex regib. conſtare dixit*] Cyneas hic fuit legatus Pyrrhi bello Tarentino. Plut. in Pyrrho. *Sigonius.*

2 *Ne ſolertius, quam quivis unus ex iis*] Tres Pall. Thuan. Voſſ. Helm. *quilibet unus.* ut lib. 42, 42, *Queratur unusquilibet militu mei injuriam.* Plinius lib. 2 Epiſt. 4. *Si pluribus pater tuus vel unicuilibet alii plus quam mihi debuiſſet.* Vide ad M. Senecam. *J. F. Gron.*

3 *Non jam cum Dario rem eſſe*] Dele τὸ *jam.* Sic volunt Flor. Rott. Helm. Thuan. Voſſiani duo. *Idem.*

4 *Inter purpuram atque aurum enervatum*] Vet. lib. *Oneratum.* Quod placet: ſubdit enim *prædam verius quam hoſtem*, & præceſſit, *Mulierum, ac ſpadonum agmen trahentem.* Sigonius.

Inter purpur. atq. aur. enervatum] Sigoniani, uterque Voſſ. Helm. tres Pall. Thuan. Campanus: *oneratum*, & alludens eodem Andreas, *ornatum.* Terentius Heautont. *jam ancillas ſecum adduxit plus decem oneratas veſte atque auro.* Auctor ad Herennium, lib. 4. *Sicut Gallus e Phrygia, aut ariolus quiſpiam, depreſſus & oneratus auro.* Quodque maxime huc facit, Seneca de Benef. 6, 31. *Demaratus Lacedæmonius ſolus* (Xerxi) *dixit, ipſam illam, qua ſibi placeret, multitudinem, indigeſtam & gravem, metuendam eſſe ducenti: non e-*

num

ſortunæ ſuæ apparatibus, prædam verius quam hoſtem, nihil aliud quam bene auſus vana contemnere, incruentus devicit. Longe alius Italiæ, quam Indiæ, per quam temulento agmine comiſſabundus inceſſit, viſus illi habitus eſſet; ſaltus Apuliæ ac montes Lucanos cernenti. & veſtigia recentia domeſticæ cladis, ubi avunculus ejus nuper Epiri rex Alexander abſumptus erat. Et lo- 18
quimur de Alexandro nondum merſo ſecundis rebus, quarum nemo intolerantior fuit. qui ſi ex habitu novæ fortunæ, novique, ut ita dicam, ingenii, quod ſibi victor induerat, ſpectetur; Dario magis ſimilis quam Alexandro in Italiam veniſſet, & exercitum Macedoniæ oblitum degenerantemque jam in Perſarum mores adduxiſſet. Referre in tanto rege piget ſuperbam mutationem veſtis & [1] deſideratas humi jacentium adulationes, [2] etiam victis Macedonibus graves, nedum victoribus: & fœ-

nim vires ſed pondus habere. Tacitus 15 Annalium, de Nerone ventitante ad villam Piſonis, *omiſſis excubiis & fortunæ ſuæ mole.* Sic & aliæ veteres edd. *Enervatum* in primo invenio Aſcenſio. *J. F. Gron.*

1 *Deſ. humi jacentium adulationes*] Bene. nam *adulari* proprium eſt canum: atque adeo inde eſt προσκυνεῖν quamvis alii aliter. *Tan. Faber.*

Deſideratas humi jacentium adulationes] Sic omnes editi ſcriptique. Atque adeo adorationem regum, tantopere Græcis & Romanis liberis reprehenſam vitatamque, κατ' ἐξοχὴν *adulationem* Latinos dixiſſe veriſimile eſt. Livius noſter lib. 30, 16. *Qui ubi in caſtra Romana, & prætorium pervenerunt: more adulantium (accepto, credo, ritu ex ea regione, ex qua oriundi erant) procubuerunt. Conveniens oratio tam humili adulationi fuit.* Ita enim MSS. omnes, omnes dico, utrobique: quod nec Sigonius diſſimulavit priore loco, quamvis diſplicere ſibi fateatur. Valerius Maximus lib. 4, 7. *Hephæſtionemque, quia ei & ſtatura & forma præſtabat, more Perſarum adulata, tanquam Alexandrum ſalutavit.* Idem 6, 3. *Athenienſes autem Timagoran, inter officium ſalutationis Darium regem more gentis illius adulatum, capitali ſupplicio adfecerunt.* Ita & hic conſenſu omnes ſcripti & editi, nobiſque mutare quidquam religioni eſt. Salmaſius ad Solinum *adorata*, & *adoratum*. Sed hoc ex mera conjectura & ſine ullo alio auctore recipere non auſim. Tertullianus de Jejunio: *unde & qui in idolis comendis, & in aris ornandis, & ad ſingulas horas ſalutandis adulantur, curationem facere dicuntur.* Similiter de ſuperſtitioſo cultu Xenophon α Κυροπαιδ. ὅτι εἰκότως ἂν καὶ παρὰ τῶν θεῶν πρακτικώτερος εἴη, ὅστις μὴ, ὁπότε ἐν ἀπορίαις εἴη, τότε κολακεύοι, ἀλλ' ὅτι ἄριστα πράττοι, τότε μάλιστα τῶν θεῶν μεμνῷτο. *J. F. Gron.*

3 *Etiam victis Macedonibus graves, nedum victoribus*] Hoc eſt, etiamſi victi fuiſſent & ab externo hoſte domiti, ut ad Senecam notovimus de Benef. 1, 10. Nec mutandum; *etiam victis graves, nedum Macedonibus victoribus.* Sic lib. 5. *Itaque ne penes ipſos culpa*

eſſet

& fœda ſupplicia, & inter vinum & epulas cædes amicorum, & vanitatem ementiendæ ſtirpis. Quid ſi vini amor indies fieret acrior, quid ſi trux ac præfervida ira (nec quicquam dubium inter ſcriptores refero) nullane hæc damna imperatoriis virtutibus ducimus? Id vero periculum erat, quod leviſſimi ex Græcis, qui Parthorum quoque contra nomen Romanum gloriæ favent, dictitare ſolent, ne majeſtatem nominis Alexandri (quem ne fama quidem illis notum arbitror fuiſſe) ſuſtinere non potuerit populus Romanus, & adverſus quem Athenis, in civitate fracta Macedonum armis, cernente tum maxime prope fumantes Thebarum ruinas, concionari libere auſi ſint homines ([1] id quod ex monumentis orationum patet) adverſus eum nemo ex tot proceribus Romanis vocem liberam miſſurus fuerit. Quantalibet magnitudo hominis concipiatur animo, unius tamen ea magnitudo hominis erit; collecta paulo [2] plus decem annorum felicitate: quam qui eo extollunt, quod populus Romanus etſi nullo bello, multis tamen prœliis victus ſit, Alexandro nullius pugnæ non ſecunda fortuna fuerit; non intelligunt, [3] ſe hominis res

eſſet cladis forte Gallico bello accepta, cognitionem de poſtulatis Gallorum ad populum rejiciunt. id eſt, ſi acciperetur, vel ſi accepta fuiſſet. Cicero pro Quinctio cap. 23. *Contenderet, ut per ſe adflictum atque everſum propinquum ſuum, non modo honeſte partis bonis, verum etiam communi luce privaret.* Ubi laborat Manucius, quomodo jam tum dicatur *adflictus atque everſus:* diu, inquit, vexatum litibus: & poteſt etiam referri ad fundum Gallicanum, in quem nondum videtur Quinctius fuiſſe reſtitutus. Immo ad futurum reſpicit, ſi mala Nævii conata proceſſiſſent: adflictum atque everſum, ſi potuiſſet. Juſtinus lib. 8. *Adverſus quem Thebani Theſſalique non ex civibus ſuis, ne victoris potentiam ferre non poſſent, ſed Philippum Macedoniæ regem ducem eligunt.* id eſt, ſi victor is fuiſſet. *J. F. Gron.*

1 *Id quod ex monumentis orationum patet*] Unicus Flor. *orationum meritis patet.* Scribe, *id quod ex monumentis orationum editis patet.* Idem.

2 *Plus decem annorum*] Immo *plus XII.* nam mox XIII ponet. quorum ultimo periit. *Tan. Faber.*

3 *Se hominis res geſtas, & ejus juven. cum populi jam octingenteſ.* &c.] Scribe ex vet. lib. *Se unius hominis.* Opponuntur enim hæc inter ſe, *Unus homo,* idemque *juvenis,* & *populus* idemque *jam octingenteſimum annum bellans.* Paulo ante dixit: *quod unus fuit, quod adoleſcens.* Elatorie autem dixit, *Octingenteſimum.* Sigonius.

Se unius hominis] Non agnoſcitur media vox à MSS. *J. F. Gron.*

Populi jam octingenteſimum bellantis annum]

res geſtas, & ejus juvenis, cum populi jam octingenteſimum bellantis annum rebus conferre. [1] Miremur, ſi quum ex hac parte ſecula plura numerentur, quam ex illa anni, plus in tam longo ſpatio quam in ætate tredecim annorum fortuna variaverit. Quin tu hominis cum homine, & ducis cum duce, fortunam cum fortuna confers. Quot Romanos duces nominem, quibus nunquam adverſa fortuna pugnæ fuit. paginas in annalibus magiſtratuum, faſtiſque percurrere licet, conſulum, dictatorumque, quorum nec virtutis, nec fortunæ ullo die populum Romanum pœnituit. Et quo ſint mirabiliores, quam Alexander, [2] aut quiſquam rex; denos, vicenoſque dies quidam dictaturam, nemo plus quam annum conſulatum geſſit: ab tribunis plebis delectus impediti ſunt: poſt tempus ad bella ierunt: ante tempus, comitiorum cauſſa revocati ſunt: in ipſo conatu rerum circumegit ſe annus: collegæ nunc temeritas, nunc pravitas, impedimento aut damno fuit: male geſtis rebus alterius ſucceſſum eſt: tironem, aut mala diſciplina inſtitutum exercitum acceperunt. At, Hercule, reges, non liberi ſolum impedimentis omnibus, ſed

annum] Leg. *quingenteſimum*. Numerus perfectus pro imperfecto eſt. Quod ſequitur, *ſecula*, accipe non pro centum annis, ut Feſtus; ſed pro hominis ætate, quam Græci γενεὰν dicunt, quæ 33 annos efficit. Sic *ſecularis poſſeſſio* dicitur à Symmacho, & Neſtor *triſeclisſenex* à quodam poëta. *Henr. Valeſius*.

1 *Miremur ſi cum ex hac parte ſecula plura*] Videtur Livius accepiſſe *ſeculum* pro ætate. Nam pro centum annis non erit hoc verum quod ait: ſed ætates populi Romani ſunt duplo plures quam anni Alexandri ab Urbe cond. uſque ad Livii tempora. *Octingenteſimum* autem per auxeſim dixit; neque enim ipſe Livius tam diu vixit. *Glareanus*.

Secula plura numerentur] Quomodo? *paulo plus decem* annis (ſic enim ſcripſiſſe concedo, quanquam 12 dicere debuerat) Alexandro tribuit. Mox *tredecim* numerat. tum à parte Romanorum *plura ſecula* eſſe ait: & tamen, *octingenteſimum annum*, &c. Quid? non ſunt hæc ἀσύστατα? Hoc unum video qui excuſem, *ſecula* eſſe γενεάς. Sed tunc ſcribendum eſſet, non *octingenteſimum annum*, ſed *quadringenteſimum annum*: ita ut populum Romanum cum Alexandro comparaverit, ſed veterem illum populum Romanum, non qui ſub Auguſto ſene, ſed (quod in primis notandum) ſub iis ducibus, quos ſuperius nominat. *Tan. Faber.*

2 *Aut quiſquam alius rex*] Hinc quoque MSS. *τὸ alius* expellunt. *J. F. Gr.*

 1 *De-*

Digitized by Google

ſed [1] domini rerum temporumque, trahunt conſiliis cuncta, non ſequuntur. Invictus ergo Alexander cum invictis ducibus bella geſſiſſet, & eadem fortunæ pignora [2] in diſcrimen detuliſſet. imo etiam eo plus periculi ſubiſſent, quod Macedones unum Alexandrum habuiſſent; multis caſibus non ſolum obnoxium, ſed etiam offerentem ſe: Romanis multi fuiſſent Alexandro, vel gloria vel rerum magnitudine pares; quorum ſuo quiſque fato,
19 ſine publico diſcrimine viveret, moreretur que. Reſtat, ut copiæ copiis comparentur, vel numero, vel militum genere, vel multitudine auxiliorum. Cenſebantur ejus ætatis luſtris ducena quinquagena millia capitum. Itaque in omni defectione ſociorum Latini nominis, urbano prope delectu decem ſcribebantur legiones. quaterni, quinique exercitus ſæpe per eos annos, in Etruria, in Umbria Gallis hoſtibus adjunctis; in Samnio, in Lucanis gerebant bellum. Latium deinde omne cum Sabinis, & Volſcis, & Æquis, & omni Campania, & parte Umbriæ Etruriæque, & Picentibus & Marſis, Pelignisque, ac Veſtinis, atque Apulis, [3] adjunctaque omni ora

1 *Domini rerum temporumque*] Demoſthenes Olynthiaca prima: τὸ γὰρ εἶναι πάντων ἐκεῖνον, ἕνα ὄντα, κύριον καὶ ῥητῶν καὶ ἀπορρήτων, καὶ ἅμα στρατηγὸν καὶ δεσπότην καὶ ταμίαν καὶ πανταχοῦ αὐτὸν παρεῖναι τῷ στρατεύματι, πρὸς μὲν τὸ τὰ τοῦ ταχὺ καὶ κατὰ καιρὸν πράττεσθαι πολλῷ προέχει. *J. F. Gron.*

2 *In diſcrimen detuliſſet*] Xenophon Κυροπαιδ. lib. 2. ὅπου γε τὰ μὲν ἆθλα τῆς ἀρετῆς ἴσα πρόκειται, συμβαλλομένους δὲ ἴσα εἰς τὸν κίνδυνον ἴσμεν. *Idem.*

3 *Adjunctaque omni ora*] Th. Helm. Voſſ. *adjuncta omnis ora.* Sed non placet τὸ *Thuriis.* Neque enim Thurii pertinent ad inferum mare, ſed ad ſinum Tarentinum; & inter Thurios Græcoſque inferi maris Romanorum ſocios multi erant tum populi interjecti, quibus nihil cum Romanis. Scribe: *à Bruttiis.* Hi enim excipiuntur ab iis populis inferi maris, quos aut ſocios Romanis aut armis eorum fractos inventurus erat Alexander: nondum enim perdomiti Bruttii. *Neapolim* & *Cumas* appellat, cum jam nominaverit Campaniam. quia etiam Neapolitani & Cumani Græca origine. Dein iidem ſcripti codices cum Chiflet. & Buſlid. *Oſtiis tenus.* Sic enim uſus ferebat, *Oſtia Oſtiæ* & *Oſtia Oſtiorum.* Juvenalis Sat. 10. *mitte Oſtia Cæſar.* Et Sat. 11. *Bajas & ad Oſtia currunt.* Quare apud Dionem lib. 38 de piratis, εἰς αὐτὰ τὰ Ὄστια ἐσέπλευσαν, fruſtra corrigit vir doctus ad Florum: εἰς αὐτὴν τὴν Ὀστίαν. Soſipater: *Oſtia exitus fluminum in mare, neutro genere ſemper pluraliter dicuntur, ſed ſi urbem ſignificare velis, ſingularem potius numerum obſervabis, uti Salluſtius, quamvis etiam frequenter*

ora Græcorum inferi maris à Thuriis Neapolin & Cumas, & inde Antio atque Oſtiis tenus Samnites, aut ſocios validos Romanis, aut fractos bello inveniſſet hoſtes. Ipſe trajeciſſet mare cum veteranis Macedonibus, non plus triginta millibus hominum, & quatuor millibus equitum, maxime Theſſalorum: hoc enim roboris erat. Perſas, Indos, aliaſque ſi adjunxiſſet gentes, [1] impedimentum majus quam auxilium traheret. Adde quod Romanis ad manum domi ſupplementum eſſet. Alexandro (quod poſtea Annibali accidit) alieno in agro bellanti, exercitus conſenuiſſet. Arma, clypeus, ſariſſæque illis: Romano ſcutum, majus corpori tegumentum, & pilum, haud paulo quam haſta vehementius ictu miſſuque telum. Statarius uterque miles, ordines ſervans: ſed illa phalanx immobilis, & unius generis: Romana acies diſtinctior, ex pluribus partibus conſtans: facilis partienti quacunque opus eſſet, facilis jungenti. Jam in opere quis par Romano miles? quis ad tolerandum laborem melior? Uno prœlio victus Alexander, bello victus eſſet. Romanum, quem Caudium, quem Cannæ non fregerunt, quæ fregiſſet acies? Næ ille ſæpe, etiamſi prima proſpere eveniſſent, Perſas & Indos, & imbellem Aſiam quæſiſſet, & cum fœminis ſibi bellum fuiſſe dixiſſet: quod Epiri regem Alexandrum mortifero vulnere ictum dixiſſe ferunt: ſortem bellorum in Aſia geſtorum ab hoc ipſo juvene cum ſua conferentem. Equidem quum per annos quatuor & viginti, primo

frequenter plurali numero urbem ſignificet. Sic *Megara*, *Gadira*, *Clupea*. Cæſar lib. 2 de civil. 23. *Hic locus abeſt à Clupeis: paſſuum vigintiduo millia.* Ubi Ciacconius male ſollicitat. Auctor de Africano bello: *A Clupeis ſecundum oram maritimam Adrumeti Cn. Piſo apparuit.* Quum dicitur: *& inde Antio atque Oſtiis tenus:* intellige, junctis qui ſunt vel porriguntur inde à Cumis fine Antii & Oſtiæ: ut erant Aurunci vel Auſones, Rutuli, aliquando à vetere Latio diviſi. Non enim Samnites, quibus hic locus non eſt. Sic autem oratio procedit: *Latium deinde omne cum Sabinis*, &c. *atque Appulis, & Samnites, adjuncta omni ora Græcorum*, &c. *Oſtiis tenus*, hos omnes *aut ſocios validos Romanis aut fractos bello inveniſſet hoſtes.* J. F. Gron.

1 *Impedimentum majus*] Vet. lib. *Impedimentum magis.* Sigonius.

primo Punico bello claſſibus certatum cum Pœnis recordor, vix ætatem Alexandri ſuffecturam fuiſſe reor ad unum bellum. & forſitan quum & [1] fœderibus vetuſtis juncta Punica res Romanæ eſſet, & timor par adverſus communem hoſtem, duas potentiſſimas armis viriſque urbes armaret, ſimul Punico Romanoque obrutus bello eſſet. Non quidem Alexandro duce, nec integris Macedonum rebus; [2] ſed experti tamen ſunt Romani Macedonem hoſtem adverſus Antiochum, Philippum, Perſen, non modo cum clade ulla, ſed ne cum periculo quidem ſuo. [3] Abſit invidia vero, & civilia bella ſileant, nunquam ab equite hoſte, numquam à pedite, numquam aperta acie, numquam æquis, [4] utique numquam noſtris locis laboravimus. Equitem, ſagittas, ſaltus impeditos, avia commeatibus loca, gravis armis miles timere poteſt. Mille acies graviores quam Macedonum atque Alexandri, avertit, avertetque; modo ſit perpetuus hujus, qua vivimus, pacis amor, & civilis cura concordiæ. [5] M. Foſlius Flaccinator inde, & [6] L. Plautius Venno conſules facti. Eo anno ab frequentibus Samnitium populis de fœdere renovando legati quum ſenatum humi ſtrati moviſſent, rejecti ad populum, haudquaquam

1 *Fœderibus v. juncta Punica res Romanæ*] Fœdera hæc renovata iterum atque iterum, & quo tempore, late tradit Polybius lib. 3. *Sigonius.*

2 *Sed experti tamen ſunt*] Florent. manus prima neſcit *τὸ ſed*: quod ſæpius inculcatum invito auctore monuimus. Deinde omnes ſcripti relegant copulativam, quæ Philippum conjungit cum Perſe. Scribendum: *Non quidem Alexandro duce, nec integris Macedonum rebus, experti tamen ſunt Romani Macedonem hoſtem adverſus Antiochum, Philippum, Perſem, non modo cum clade ulla, ſed ne cum periculo quidem ſuo.* Poſſis etiam ſuſpicari: *adverſis Antiocho, Philippo, Perſe.* J. F. Gron.

3 *Abſit invidia verbo*] Vet. lib. *Vero.* Sigonius.

4 *Utique nunquam iniquis laboravimus*] Perſæpe immo. Sed ſcribendum, *nunquam noſtris locis*, confirmavimus 4 Obſervat. 17. Andreas Romæ dederat: *nunquam iniquis noſtris locis.* Proximæ, etiam ex ipſo expreſſæ, meliore omiſſo pejus elegerunt. Dixerat Romanos pari loco nunquam ceſſiſſe hoſtibus: quod ſi, ait, hoc magnum eſt, illud certe concedetur, ubi loco prævaluiſſent, ſemper ejus commoditate uſos. *J. F. Gron.*

5 *M. Follius Flaccina*] *M. Foſlius Flaccinator*, ex conſulatu Capitolino. *Sigon.*

6 *L. Plautius Venox*] *Venno*, ex conſul. Capitol. ut dixi. *Idem.*

I Ita

quam tam efficaces habebant preces. [1] Itaque de fœdere negatum: induciæ biennii, quum per aliquot dies [2] fatigaſſent ſingulos precibus, impetratæ. [3] Et ex Apulia Theanenſes Canuſinique populationibus feſſi, obſidibus L. Plautio Conſuli datis, in deditionem venerunt. [4] Eodem anno primum præfecti Capuæ creari cœpti; legibus ab L. Furio prætore datis: quum utrumque ipſi pro remedio ægris rebus diſcordia inteſtina petiſſent. [5] Et duæ Romæ additæ tribus, Uſentina ac Falerina. Inclinatis ſemel in Apulia rebus, [6] Theates quoque Apuli ad novos

1 *Itaque de fœdere negatum: induciæ*] Duo Pall. & alter Voſſ. *Itaque fœdere negato induciæ.* J. F. Gron.

2 *Fatigaſſent ſingulos, precibus imp.*] Diſpunge ita, ut ſit, *fatigaſſent ſingulos precibus*, non autem, *precibus impetratæ.* Nihil eſt enim tam familiare Livio, quam *fatigare precibus*, ut lib. 1. *Precibus raptorum fatigata.* Sigonius.

3 *Et ex Apulia Theanenſes, Canuſinique populationibus feſſi, obſidib. datis in dedit. vener.*] *Teanenſes* ſine aſpiratione, ex vet. lib. & Græcis Τέανον. hac de re ſic Diodorus lib. 20. ἐπόρθησαν δὲ καὶ τῆς Ἀπυλίας τὴν Δαυνίαν πᾶσαν, καὶ προσαγόμενοι Κανυσίνους ὁμήρους παρ' αὐτῶν ἔλαβον. *Idem.*

Et ex Apul. Theanenſes Canuſinique] Recte Sigonius in ſeqq. neque *Theate* facere *Theanenſes*, neque pertinere ad Apuliam. Teanum autem Appulum ſi hic intelligitur, quomodo poſt pauca ſubjicitur *Theates quoque Appuli ad novos Coſſ. C. Junium Bubulcum, Q. Æmilium Barbulam fœdus petitum venerunt?* Qui fœdus petunt dediti obſidibus datis? Et tamen hic quoque mirum ab Teano, fieri *Theates.* Vide an priore loco ſcriptum fuerit: *Et ex Apulia Cannenſes Canuſinique.* A Cannis, poſtea ignobili vico, quem victoria Hannibalis nobilitavit, (ſed *urbis veſtigia priſca* dicit Silius) hi Cannenſes, Canuſinis vicini. Atque inde fugatus Terentius Varro cum reliquiis cladis Canuſium ſe contulit, lib. 22. Poſteriore autem loco legendum *Teanitæ*, hoc enim ἐθνικὸν à Teano, ut ex Polybio obſervat Sigonius, aut *Teanates*, ut ab *Arpino Arpinates*, ab *Antio, Caſino, Priverno, Antiates, Caſinates, Privernates.* J. F. Gron.

4 *Eodem anno primum præfecti Capuæ*] Rott. & Helm. *Capuani.* Alius *Capua.* Sed Flor. Thuan. duo Voſſiani *Capuam.* Nec aliter Romæ dedit Andreas. Mediolani mutatum eſt. Ego reduci velim, *Præfecti Capuam.* Et videtur elegantiæ exquiſitæ, ut ſit creatos præfectos, qui Capuam mitterentur. Ut *Proconſuls in Hiſpaniam*, 26, 18. 24, 12. *Luceriam ſuccedere Graccho.* Idem.

5 *Et duæ Romæ additæ tribus Uſent. ac Faler.*] Earundem meminit Diodorus: προσέθηκαν δὲ καὶ δύο φυλὰς ταῖς προϋπαρχούσαις τήν τε Φαλερίαν, καὶ τὴν Ὠφεντίναν. *Sigonius.*

6 *Theates quoque Apuli ad novos coſſ.---petitum fœdus venerunt*] Parum conſtat, qui ſint *Theates Apuli.* Nam *Theate Theatinos* edit, ut *Reate Reatinos*, quos tamen non inter Apulos, ſed inter Marrucinos collocat Plinius. De *Teanenſibus* autem dixit paucis ante verſibus, *Teanenſes, Canuſinique populationibus feſſi obſidibus L. Plautio conſuli datis in deditionem venerunt*, ut ſupervacaneum fuiſſe videatur, eoſdem ad novos conſules fœdus petitum veniſſe, niſi ſi, quis pacis per omnem Apuliam præſtandæ auctores venerant, audacter id petentes impetraverint. Cæte-

Digitized by Google

novos Conſules, C. Junium Bubulcum, Q. Æmilium Barbulam fœdus petitum venere, pacis per omnem Apuliam præſtandæ populo Romano auctores. id audacter ſpondendo impetravere, ut fœdus daretur: [1] neque ut æquo tamen fœdere, ſed ut in ditione populi Rom. eſſent. Apulia perdomita ([2] nam Forento quoque valido oppido Junius potitus erat) in Lucanos perrectum. inde repentino adventu Æmilii Conſulis, Nerulum vi captum. Et poſtquam res Capuæ ſtabilitas Romana diſciplina, fama per ſocios vulgavit, Antiatibus quoque, qui ſe [3] ſine legibus certis, ſine magiſtratibus agere quereban-

Cæterum *Teana* duo fuiſſe, auctor eſt Strabo, unum cognomine *Sidicinum*, alterum *Apulum*. Et Plinius lib. 3 cap. 11. *Apulorum*, inquit, *tria genera ſunt, Teani à duce Gares, Lucani ſubacti à Calchante, & Daunii.* Vet. lib. *Teates habent.* Stephanus populos, & cives *Teani* vocat Τεανεῖς. Polybius tamen lib. 3 nominat *Calenos, Teanitas, Daunios, Nolanos*, ut Campaniæ mediterraneæ incolentes, Καλῆνοι, Τεανῖται, Δαύνιοι, Νωλανοί. *Sigonius.*

1 *Neque ut, &c. ſed in ditione populi Rom. eſſent*] Vet. lib. *Sed ut in ditione.* Eſt autem hoc unum è tribus generibus ſocietatis ineundæ, de quibus Livius lib. 35. *Aut enim victu leges dantur, aut pares bello paciſcuntur, aut cum numquam hoſtes fuerint, fœdere junguntur.* Idem.

Neque ut æquo tamen fœdere, ſed ut in dit.] Nihil ſollicitarem, ſi haberetur: *ut fœdus daretur: non æquum tamen: ſed ut in ditione populi Romani eſſent.* Aut hoc modo: *impetravere, ut fœdus daretur; nec æquo tamen jure, ſed ut in ditione populi Romani eſſent.* nam τὸ *Ut* inter *neque ut æquo* non agnoſcit Florentinus; *impetravere* autem, etſi parum intereſt, omnes ſcripti, non *impetraverunt.* Juſtinus lib. 23. *Qua victoria erecti cum pacem æquo jure feciſſent.* J. F. Gron.

2 *Nam Tarento quoque val. opp.*] Quid ſit hoc loco *Tarentum* ambigitur, neque enim Tarentum Apuliæ eſt, neque à Romanis hoc tempore captum eſt. Neque vero *Ferentum* habere locum poteſt, quod quibuſdam placuit, eſt enim biennio ante captum. Vet. lib. alii *Acronto* alii *Acerronto* cum habeant, me in hanc ſententiam trahunt, ut putem legendum eſſe *Acheronto*, quod oppidnm erat in Apulia, ut ait Horatius, & ejus interpres Acro: quamquam Horatius *Acherontiam* vocat Oda 4 lib. 3.

—— mirum quod foret omnibus,
Quicumque celſæ nidum Acherontiæ,
Saltuſque Batinos, & arvum
Pingue tenent humilis Ferenti. Sigon.

Nam Acheronto quoque valido oppido] Sic Sigonius, cum inveniret *Tarento*, ex Aldo, opinor, aut Junta propagatum: nam Romæ Andreas, Becharius, Aſcenſius, Moguntini, *Florento.* In membranis Thuaneis, *torento* manu priori, ſed ſecunda *florento* ſubjecerat. Voſſ. *à torento.* Helm. *Florente.* Ergo hic quoque, opinor, ſcribendum *Forento:* unde ſupra cap. 15. *Forentani.* Nihil enim vetat credere, quam urbem Cerretanus Aulius in deditionem acceperat, eam triennio poſt aliquid novantem vi captam à Junio Bubulco. *J. F. Gron.*

3 *Sine legibus certis, ſine magiſt.*] Vet. lib. *Sine legibus certiſque magiſtratibus.* Sigonius.

1 Non

rebantur, dati ab ſenatu ad jura ſtatuenda ipſius coloniæ
patroni: nec arma modo, ſed jura etiam Romana late
pollebant. C. Junius Bubulcus, & Q. Æmilius Barbu- 21
la conſules, exitu anni [1] non Conſulibus ab ſe creatis, Sp. Nautio, & M. Popillio, cæterum dictatori L. Æmilio, legiones tradiderunt. Is cum L. Fulvio magiſtro equitum [2] Saticulam oppugnare adortus, rebellandi cauſſam Samnitibus dedit. Duplex inde terror illatus Romanis. hinc Samnis magno exercitu coacto ad eximendos obſidione ſocios, haud procul caſtris Romanorum caſtra poſuit. hinc [3] Saticulani magno cum tumultu, patefactis repente portis, in ſtationes hoſtium incurrerunt. Inde pars utraque ſpe alieni magis auxilii, quam viribus freta ſuis, juſto mox prœlio inito Romanos urgent. & quamquam anceps dimicatio erat: tamen utrimque tutam aciem dictator habuit: quia & locum haud facilem ad circumveniendum cepit, & diverſa ſtatuit ſigna. Infeſtior tamen in erumpentes inceſſit: nec magno certamine intra mœnia compulit. Tum totam aciem in Samnites obvertit. ibi plus certaminis fuit. Victoria ſicut ſera, ita nec dubia, nec varia fuit. Fuſi in caſtra Samnites, extinctis nocte ignibus, tacito agmine abeunt: & ſpe abjecta Saticulæ tuendæ, [4] Pliſtiam ipſi ſocios Romanorum,

1 *Non conſulibus ab ſe creatis*] Unicus ille Florent. *novis conſulibus*. Promitterem utramque manum, ſi abeſſent τὰ *ab ſe*. Senſus foret, creaſſe quidem conſules, non tamen, ut ſolebat fieri, eos ſucceſſores habuiſſe ad exercitus. *J. F. Gron.*

2 *Satriculam opp.*] *Saticulam*, ut ante. *Sigonius.*

3 *Satricani magno c. t.*] De *Saticulæ* civibus cum agatur, *Saticulani* certe ſcribendum eſt. Nam Stephanus Σατικόλα πόλις. τὸ ἐθνικὸν Σατικολανός. Et Diodorus lib. 19, ubi *Saticulæ* meminit à Romanis obſeſſæ, ait: Ῥωμαίων Σατικόλαν πολιορκούντων Σαμνῖται ἐπεφάνησαν μετὰ δυνάμεως ἁδρᾶς, σπεύδοντες λῦσαι τὴν πολιορκίαν. *Idem.*

4 *Pliſtiam ipſi ſocios Rom.*] Diodorus lib. 19 *Pliſticam* vocat, cum ait hac de re ita: Πλιστικὴν μὲν ἔχουσαν φρουρὰν Ῥωμαϊκὴν ἐξεπολιόρκησαν. *Idem.*

Pliſtiam ipſi ſocios] *Pliſtiam* Samnitium, *Pleſtinam* Marſorum, cujus mentio lib. 10, 3, vult Sigonius: priorem eſſe, de qua Diodorus lib. 9. Πλιστικὴν μὲν ἔχουσαν φρουρὰν Ῥωμαϊκὴν ἐξεπολιόρκησαν. Cluverius unam eandemque urbem vult eſſe, & quaſi verius hoc nomen ſit, apud Diodorum corrigit Πλειστίνην. Sane hic loci & mox, *Samnites ad Pliſtiam manſerant*, nihil divortunt à vulgatis manu exarati. At in fine capitis ſequentis,

norum, ut parem dolorem hoſti redderent, circumſi-
22 dunt. Anno circumacto bellum deinceps [1] ab dictatore Q. Fabio geſtum eſt. [2] Conſules novi, ſicut ſuperiores Romæ manſerunt: Fabius ad accipiendum ab Æmilio exercitum, ad Saticulam cum ſupplemento venit. neque enim Samnites ad Pliſtiam manſerant: ſed accitis ab domo novis militibus, multitudine freti, caſtra eodem quo antea loco poſuerunt: laceſſenteſque prœlio Romanos avertere ab obſidione conabantur. [3] Eo intentius dictator in mœnia hoſtium verſus,

tis, *ad Pliſtica obſidionem redeunt*, tum *Pliſtica per vim Samnis potitur*, Florent. Thuan. Voſſianus codices. Quod mihi non temere eſſe videtur. Nam quod ait Cluverius ſociam in Samnio Romanis urbem tum nullam fuiſſe; mirum vero, ſi poſt tot expeditiones & excurſiones in Samnium obtinuerint ibi præſidium aliquod, aut oppidum φρουρὰν ἔχον Ῥωμαϊκήν. *J.F.Gr.*

1 *Ab Q. Fabio dictatore*] Glareanus hunc dictatorem hoc anno fuiſſe ſine conſulibus exiſtimat, verum errat. Fuit enim *Q. Publilio, & L. Papirio quartum conſulibus*, teſte Diodoro, qui in horum conſulatu ait: εἰωθότες δ' ἐν τοῖς κινδύνοις αὐτοκράτορα τοῦ πολέμου καθιστᾶν τῶν ἀξιολόγων ἀνδρῶν, προεχειρίσαντο τότε Κόϊντον Φάβιον καὶ μετ' αὐτοῦ Κόϊντον Ὤλιον ἵππαρχον. οὗτοι τὰς δυνάμεις ἀναλαβόντες παρετάξαντο πρὸς τοὺς Σαμνίτας περὶ τὰς καλουμένας Λαυστέλας. Narrat deinde Romanorum item, ut Livius, fugam, & *Q. Aulii* magiſt. equit. necem. eſt enim apud Diodorum Ὤλιον, pro *Aulium*, ut cum dicimus *Clodius*, pro *Claudius*. Sigonius.

2 *Conſules novi ſicut ſuperiores Romæ manſerunt*] Deſunt nomina novorum conſulum, ſine dubio librariorum vitio, neque enim alias unquam ea ſtudioſe Livius prætermiſit. Sunt autem apud Caſſiodorum *L. Papirius*, *Q. Publilius*. Itemque in Capitolinis tabulis, *L. Papirius Curſor* IIII & *Q. Publilius Philo* IIII. Et apud Diodorum libro 19. Λεύκιος Παπίριος, τὸ τέταρτον, καὶ Κόϊντος Ποπλίλιος τὸ δεύτερον. Atque ita reſtituendum eſſe apud Livium puto, ut eſt in Capitolinis lapidibus. Nam in horum temporum conſulibus nominandis mire diligens eſt, ita ut neque cognomina, neque multiplicatorum honorum notas ullas prætereat, & *L. Papirium* biennio poſt *conſulem quintum* tradit. Quod non faceret, niſi hoc anno eum conſulem quartum nominaſſet. Hoc ipſum, ut dixi, cum Glareanus non intelligeret, annum unum ſine conſulibus interſeruit: *L.* autem *Papirium* & *Q. Publilium* in inſequentem annum tranſtulit, ita ut uno anno Livium antecedat contra omnium monumentorum auctoritatem. *Sigonius.* Deſiderantur nomina conſulum negligentia potius librariorum, ni fallor, quam auctoris, qui ſcripſerat: *Conſules novi, L. Papirius Curſor IV & Q. Publilius Philo IV, ſicut ſuperiores, Romæ manſerunt*. Pighius.

3 *Eo intentius Dictator in mœnia hoſtium verſus, id bellum tanti ducere. — Eo ferocius adequitare S. v. n. otium pati*] Hujus loci ſenſus, quem ſibi ignotum eſſe Glareanus ait, hic eſt: Dictator ad oppugnationem urbis converſus, id opus tantum pro bello habebat, quatenus oppugnabat, ac cæteris in rebus nulla belli ſpecies erat. Nam à Samnitibus ſecurus, ſtationibus

ſus, id bellum tantum ducere quod urbem oppugnabat: ſecurior ab Samnitibus agere, ſtationibus modo oppoſitis, ne qua in caſtra vis fieret. Eo ferocius obequitare Samnites vallo, neque otium pati. & quum jam prope in portis caſtrorum eſſet hoſtis, nihil conſulto dictatore magiſter equitum Q. Aulius Cerretanus magno tumultu cum omnibus turmis equitum evectus, ſummovit hoſtem. tum in minime pertinaci genere pugnæ, ſic fortuna exercuit opes, ut inſignis utrimque clades, & clara ipſorum ducum ederet funera. Prior Samnitium imperator, ægre patiens [1] quo tam ferociter adequitaſſet, inde ſe fundi fugarique, orando hortandoque equites prœlium integravit. in quem inſignem inter ſuos cientem pugnam, magiſter equitum Romanus infeſta cuſpide ita permiſit equum, ut uno ictu exanimem equo præcipitaret: nec, ut fit, ad ducis caſum perculſa magis, quam irritata eſt [2] multitudo. Omnes, qui circa erant, in Aulium temere invectum per hoſtium turmas tela conjecerunt. [3] Fratri præcipuum decus ulti Samnitium imperatoris dederunt. is victorem detractum ex equo magiſtrum equitum: plenus mœroris atque iræ [illegible] tru-

bus tantum, ne qua vis in caſtra fieret, oppoſitis erat. Quo fiebat, ut Samnites, cum ſe contemni putarent, ferocius obequitarent vallo caſtrorum, neque quietem agere poſſent. In veteribus enim libris *obequitare* legitur, non *adequitare*. Poſt hæc novæ orationis principium fieri debet. *Et cum jam prope* Sigonius.

Id bellum tanti ducere] Senſum, quem ignorare ſe fatetur Glareanus recte eruit Sigonius, Sed hic ipſe ſenſus admonere illum poterat ſcribendum eſſe, *tantum ducere*, non *tanti*. Id tantummodo pro bello habebat. Lib. 28. *Immemorem eſſe rerum ſuarum geſtarum, qui id bellum ducat*. J. F. Gron.

Eo ferocius obequitare] Veteres libri, unde hoc Sigonius, haud ſcio qui ſint: noſtris certe, in quibus conſtanter *adequitare*, meliores non ſunt. *Id.*

1 *Quod tam ferociter*] Lege: *quo tam ferociter adequitaſſet, inde ſe fundi fugarique*. ratione evidenti; etſi non varient ſcripti. *Idem.*

2 *Multitudo omnis, qui circa er.*] Vet. lib. *Omnes qui circa erant*. Sigonius.

3 *Fratrique præcipuum decus*] Membranæ Thuaneæ, uterque Voſſ. Helm. carent copulativa: optime, eſt enim adverſativa, quæ intelligitur, *ſed*, non copulativa. Vide ἀντίθεσιν. *Omnes, qui circa erant, in Aulium temere invectum per hoſtium turmas, tela conjecerunt: fratri præcipuum decus ulti*, &c. Omnes quidem petierunt, ſed frater defuncti tetigit ſcopum. Ita autem legendum & diſtinguendum: non, *multitudo omnis. Qui circa erant*. Quod & Sigonius vidit. *Idem.*

trucidavit: nec multum abfuit, quin corpore etiam, quia inter hoſtiles ceciderat turmas, Samnites potirentur. Sed extemplo ad pedes deſcenſum ab Romanis eſt, coactique idem Samnites facere. & repentina acies circa corpora ducum pedeſtre prœlium iniit, quo haud dubie ſuperat Romanus: recuperatumque Aulii corpus miſta cum dolore lætitia victores in caſtra referunt. Samnites, duce amiſſo, & per equeſtre certamen tentatis viribus, omiſſa Saticula, quam nequicquam defendi rebantur, ad Pliſtiæ obſidionem redeunt: intraque paucos dies Saticula Romanus per deditionem, Pliſtia per vim
23 Samnis potitur. Mutata inde belli ſedes eſt. ad Soram ex Samnio Apuliaque traductæ legiones. [1] Sora ad Samnites defecerat; interfectis colonis Romanorum. quo quum prior Romanus exercitus ad ulciſcendam civium necem recuperandamque coloniam [2] magnis itineribus præveniſſet, & ſparſi per vias ſpeculatores, ſequi legiones Samnitium, nec jam procul abeſſe, alii ſuper alios nunciarent; obviam itum hoſti, atque [3] ad Lautulas ancipiti prœlio dimicatum eſt. non cædes, non fuga alterius partis, ſed nox incertos victi victoreſne eſſent, diremit. Invenio apud quoſdam, adverſam eam pugnam Romanis fuiſſe, atque in ea cecidiſſe Q. Aulium, magiſtrum equitum. Suffectus in locum Aulii C. Fabius magiſter equitum, cum exercitu novo ab Roma advenit; & per præmiſſos nuncios conſulto dictatore, ubi ſubſiſteret, quove tempore, & qua ex parte hoſtem aggrederetur, ſubſtitit occultus, ad omnia ſatis exploratis conſiliis. Dictator quum per aliquot dies poſt pugnam continuiſſet ſuos intra vallum, obſeſſi magis quam obſidentis modo; ſignum repente pugnæ propoſuit, & efficacius ratus

1 *Sora ad Samnit. defec. interf. col. Romanorum*] Sic Diodorus libro 19. *Σωρανοί τε ἐπεισιὼν κατασφάξαι τῶν παρ' αὐτοῖς Ῥωμαίους, συμμαχίαν δ' πρὸς Σαμνίτας συνέθεντο. Sigonius.*

2 *Magnis itineribus præveniſſet*] Sic MSS. non *perveniſſet*. J. F. Gron.

3 *Ad Lautulas*, &c.] Παρετάξαντο πρὸς τὸν Σαμνίτας περὶ τὰς καλουμένας Λαυτόλας. *Sigonius.*

1 Et

tus ad accendendos virorum fortium animos, nullam alibi, quam in ſemetipſo cuiquam relictam ſpem, de magiſtro equitum, novoque exercitu militem celavit. & tanquam nulla, niſi in eruptione ſpes eſſet; *Locus*, inquit, *anguſtis, milites, deprehenſi, niſi quam victoria pateſecerimus, viam nullam habemus. Stativa noſtra munimento ſatis tuta ſunt, ſed inopia eadem infeſta. nam & circa omnia defecerunt, unde ſubvehi commeatus poterant:* [1] *& ſi homines juvare relint, iniqua loca ſunt. Itaque non fruſtrabor ego vos, caſtra hic relinquendo, in qua infecta victoria, ſicut priſtino die, vos recipiatis. armis munimenta, non munimentis arma tuta eſſe debent. Caſtra habeant repetantque, quibus opera eſt trahere bellum: nos omnium rerum reſpectum, præterquam victoriæ, nobis abſcindamus. Ferte ſigna in hoſtem: ubi extra vallum agmen exceſſerit, caſtra quibus imperatum eſt, incendant: damna veſtra, milites, omnium circa, qui defecerunt, populorum præda ſarcientur.* [2] Ea oratione dictatoris, quæ neceſſitatis ultimæ index erat, milites accenſi, vadunt in hoſtem: & reſpectus ipſe ardentium caſtrorum, quamquam proximis tantum (ita enim juſſerat dictator) ignis eſt ſubditus, haud parvum fuit irritamentum. Itaque velut vecordes illati ſigna primo impetu hoſtium turbant, & in tempore poſtquam ardentia procul vidit caſtra magiſter equitum (id convenerat ſignum) hoſtium terga invadit. ita circumventi Samnites, qua poteſt quiſque fugam per diverſa petunt. Ingens multitudo in unum metu conglobata ac ſemetipſam turba impediens, in medio cæſa. Capta hoſtium caſtra direptaque; quorum præda onuſtum militem in Romana caſtra dictator reducit; haudquaquam tam victoria lætum, quam quod præter exiguam deformatam incendio partem, cætera contra ſpem ſalva invenit. Ad Soram inde reditum, novique 24
Con-

1 *Et ſi homines*] Vet. lib. *Omnes.* Sigonius.

2 *Ea oratione dictatoris*] Rott. & Helm. *Et ea oratione.* Flor. & Voſſianus: *Et oratione.* Et ita legendum. *J.F.Gron.*

[1] Conſules M. Pœtelius, C. Sulpicius exercitum ab dictatore Fabio accipiunt; magna parte veterum militum dimiſſa, noviſque cohortibus in ſupplementum adductis. Cæterum quum propter difficilem urbis ſitum nec oppugnandi ſatis certa ratio iniretur, & aut tempore longinqua, aut præceps periculo victoria eſſet; Soranus transfuga clam ex oppido profectus, quum ad vigiles Romanos penetraſſet, duci ſe extemplo ad conſules jubet, deductuſque, traditurum urbem promittit. Viſus inde (quum quonam modo id præſtaturus eſſet, percunctantes doceret) haud vana afferre, perpulit, prope adjuncta mœnibus Romana caſtra ut ſex millia ab oppido removerentur: fore ut minus intentæ in cuſtodiam urbis diurnæ ſtationes ac nocturnæ vigiliæ eſſent. ipſe inſequenti nocte ſub oppido ſilveſtribus locis cohortibus inſidere juſſis, decem milites delectos ſecum per ardua ac prope invia, in arcem ducit; pluribus quam pro numero virorum miſſilibus telis eo collatis. Ad hæc ſaxa erant, & temere jacentia (ut fit) in aſpretis, & de induſtria etiam, quo locus tutior eſſet, ab oppidanis congeſta. Ubi quum conſtituiſſet Romanos, ſemitamque anguſtam & arduam erectam ex oppido in arcem oſtendiſſet: *Hoc quidem aſcenſu*, inquit, *vel tres armati quamlibet multitudinem arcuerint. Vos & decem numero, & quod plus eſt, Romani, Romanorumque fortiſſimi viri eſtis. & locus pro vobis, & nox erit, quæ omnia ex incerto majora territis oſtentat. Ego jam terrore omnia implebo: vos arcem intenti tenete.* Decurrit inde [2] quanto maxime poterat cum tumultu, *ad arma*, & *pro veſtram fidem cives!* clamitans. *Arx ab hoſtibus*

1 *Coſſ. M. Petel. C. Sulpic.*] *Pœtelius* ex Conſulatu Capitolino. Diodorus, Μάρκος Πόπλιος, Γάϊος Σȣλπίκιος· at Πόπλιος mendoſe. *Sigonius.*

2 *Quanto maxime poterat cum tumultu*] Forte: *maximo.* Gellius 10, 3. *Per injuriam caſos, quanta maxima invidia poteſt, conqueritur.* Eſt tamen lib. 10 cap. 40. *Quanto maxime poſſet moto pulvere oſtendere*, Vel, ut volunt MSS. *Quanto maxime poſſet motu pulverem* (al. *pulveris*) *oſtendere.* J. F. Gron.

1 *Capta*

ſtibus [1] *capta eſt, ite, defendite.* Hæc incidens principum foribus, hæc obviis, hæc excurrentibus in publicum pavidis increpat. Acceptum ab uno pavorem plures per urbem ferunt. Trepidi magiſtratus, miſſis ad arcem exploratoribus, quum tela & armatos tenere arcem multiplicato numero audirent, avertunt animos à ſpe recuperandæ arcis. Fuga cuncta complentur, portæque ab ſemiſomnis, ac maxima parte inermibus refringuntur: quarum per unam præſidium Romanum clamore excitatum irrumpit, & concurſantes [2] per viam pavidos cædit. Jam Sora capta erat; quum conſules prima luce advenere; & quos reliquos fortuna ex nocturna cæde ac fuga fecerat, in deditionem accipiunt. [3] Ex his ducentos viginti quinque, qui omnium conſenſu deſtinabantur, & infandæ colonorum cædis & defectionis auctores, vinctos Romam deducunt. cæteram multitudinem incolumem præſidio impoſito Soræ relinquunt. Omnes, qui Romam deducti erant, virgis in foro cæſi, ac ſecuri percuſſi ſummo gaudio plebis: cujus maxime intererat, tutam ubique, quæ paſſim in colonias mitteretur, multitudinem eſſe. Conſules ab Sora profecti, in agros atque urbes Auſonum bellum intulerunt. mota namque omnia adventu Samnitium, quum apud Lautulas dimicatum eſt, fuerant, conjurationeſque circa Campaniam paſſim factæ, nec Capua ipſa crimine caruit: quin Romam quoque & ad principum quoſdam inquirendos ventum eſt. cæterum Auſonum gens proditione urbium, ſicut Sora, in poteſtatem venit. [4] Auſona, & Minturnæ,

1 *Capta eſt, defendite, ite*] Vet. lib. *Ite, defendite:* ſic ſupra, *Ite conſules, redimite civitatem.* Et lib. 7. *Irent, crearent conſulem ex plebe.* Sigonius.

2 *Per viam*] Vet. lib. *Per vias.* Idem.

3 *Ex his* CCXXV.] Vet. lib. CCXXXV. Idem.

4 *Auſona, Minturna & Veſtina urbes erant*] Anno ab Urbe 419 hic noſter Livius ait, Cales urbem Auſonum fuiſſe, quæ proximo deinde anno à M. Valerio Corvino expugnata, colonia Romana facta eſt: Plin. autem lib. 3 cap. 5, ubi de Latio, Auſonas habuiſſe ſedem inter Circeios ac Lirim amnem ſcriptum reliquit, *Glareanus.*

næ, & Veſcia, urbes erant: ex quibus principes juventutis duodecim numero in proditionem urbium ſuarum conjurati ad conſules veniunt: docent, *ſuos jampridem, exoptantes Samnitium adventum, ſimul ad Lautulas pugnatum audierunt,* [1] *pro victis Romanos habuiſſe, juventute & armis Samnites juviſſe. fugatis inde Samnitibus, incerta pace agere, nec claudentes portas Romanis, ne arceſſant bellum, & obſtinatos claudere, ſi exercitus admoveatur. In ea fluctuatione animorum, opprimi incautos poſſe.* His auctoribus mota propius caſtra: miſſique eodem tempore circa tria oppida milites; partim armati, qui occulti propinqua mœnibus inſiderent loca; partim togati, tectis veſte gladiis, qui ſub lucem apertis portis urbes ingrederentur. Ab iis ſimul cuſtodes trucidari cœpti, ſimul datum ſignum armatis, ut ex inſidiis concurrerent. ita portæ occupatæ, triaque oppida eadem hora, eodemque conſilio, capta. Sed quia abſentibus ducibus impetus eſt factus, nullus modus cædibus fuit; deletaque Auſonum gens vix certo defectionis crimine, perinde ac ſi internecino bello cer-
26 taſſet. Eodem anno, prodito hoſtibus Romano præſidio, Luceria Samnitium facta. nec diu proditoribus impunita res fuit. Haud procul inde exercitus Romanus erat: cujus primo impetu urbs, ſita in plano, capitur. Lucerini ac Samnites, ad internecionem cæſi. eoque ira proceſſit, [2] ut Romæ quoque quum de colonis mittendis Luceriam conſuleretur ſenatus, multi delendam urbem cenſerent. Præter odium, quod execrabile in bis captos erat, longinquitas, quoque abhorrere à relegandis tam procul ab domo civibus inter tam infeſtas gen-
tes

* *Et Veſtina*] Vet. lib. alii *Veſtitia*, alii *Veſtia*. Ego *Veſcia* legendum puto. Nam *Veſcia*, ut lib. 8 dixi, Auſonum erat, auctore Stephano. *Sigonius.*

1 *Pro victis Romanos habuiſſe, juventute & armis Samnites juviſſe*] Thuan. *Juventute ; armis Samnitem juviſſe.* Etiam Palatini, Voſſ. copula deficiebantur. Satis placet Thuanei lectio. *J. F. Gron.*

2 *Ut Romæ, quum de colonis*] Thuan. tres Pall. Voſſ. Helm. Campanus: *ut Romæ quoque, cum de colonis.* Idem.

1 Ut

Digitized by Google

tes cogebat. Vicit tamen ſententia, [1] ut mitterentur coloni. duo millia & quingenti miſſi. Eodem anno, quum omnia infida Romanis eſſent, Capuæ quoque occultæ [2] principum conjurationes factæ. De quibus quum ad ſenatum relatum eſſet, haudquaquam neglecta res eſt. quæſtiones decretæ: [3] dictatoremque quæſtionibus exercendis dici placuit. C. Mænius dictus. is M. Foſlium magiſtrum equitum dixit. Ingens erat magiſtratus ejus terror. [4] itaque ſive timore ejus, ſeu conſcientia Calavios, Ovium Noviumque (ea capita conjurationis fuerant) prius quam nominarentur apud dictatorem, mors haud dubie ab ipſis conſcita, judicio ſubtraxit. Deinde ut quæſtioni Campanæ materia deceſſit, verſa Romam interpretando res: non nominatim qui Capuæ, ſed in univerſum, qui uſquam coiſſent [5] conjuraſſentve adverſus

1 *Ut mitterentur coloni*] De Luceria colonia deducta in Apulia loquitur, De qua ſic Diodorus in conſulatu priore: *οἱ δὲ Ῥωμαῖοι φοβηθέντες μὴ κατὰ τὴν Ἀπουλίαν πράγματα τελέως ἀποβάλωσιν, ἀποικίαν ἐξέπεμψαν εἰς Λουκερίαν πόλιν ἐπιφανεστάτην τῶν ἐν τοῖς τόποις. Sigonius.*

2 *Principum conjurationes patefactæ*] Cum Gelenio ſcripſimus: *occultæ principum conjurationes factæ*: nec aliter Andreas, Becharius, Aſcenſius, Moguntini, præter ſcriptos noſtros. Lib. 24. *Conjuratio in tyranni caput facta indicatur per calonem.* Alterum video in primo Junta. *J. F. Gron.*

3 *Dictatoremque quæſtionibus exercendis d. pl. C. Mænius dictus, is M. Fulvium mag. eq. d.*] Hos iterum ambos factos eſſe ſcriptum eſt in tabulis Capitolinis. De quibus ſic Diodorus libro 19. *ὁ δὲ δῆμος εὐθὺς δύναμίν τε ἱκανὴν ἐξέπεμψεν ἐπ' αὐτοὺς, καὶ στρατηγὸν αὐτοκράτορα Γάϊον Μαίνιον, καὶ μετ' αὐτοῦ, κατὰ τὸ πάτριον ἔθος, Μάνιον Φούλβιον ἱππάρχον. τούτων δὲ περὶ πλησίον Καπύης καταστρατοπεδευσάντων, οἱ Καμπανοὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐπεχείρουν ἀγωνίζεσθαι.* Ergo Diodorus Dictatorem creatum rei in Campanos gerendæ, non quæſtionis in eos exercendæ cauſa ait. *Sigonius.*

4 *Itaque ſive, &c. Calavios Ovium, Noviumque*] Vet. lib. *Ovum, Novumque*: ſunt autem hæc Calaviæ gentis pronomina. *Idem.*

Itaque ſive timore ejus ſeu conſcientia Calavios] Becharius & Aldina: *ſive timore ſeu conſcientia ejus.* Aſcenſius & Mogunt. *Sive timore ſeu conſcientia vi.* Fuld. memb. Thuan. duo Pall. uterque Voſſ. Helm. Andreaſque & Campanus, *Sive timor ſeu conſcientia vis*: Proba lectio, ſi *morte* ſcribas, hoc modo, *Ingens erat magiſtratus ejus terror. itaque ſive timor ſive conſcientia vis Calavios Ovium Noviumque (ea capita conjurationis fuerant) morte haud dubie ab ipſis conſcita judicio ſubtraxit.* Veteres etiam omnes editi & ſcripti *appellantibuſque tribunos.* J. F. Gron.

5 *Conjuraſſentve adverſ. Romanum populum*] Pro certo habeo legendum eſſe, *adverſus remp.* nam ſubdit, *coitiones honorum adipiſcendorum cauſa factas, adverſus remp. eſſe.* Et hæc eſt tri-

ſus rempublicam quæri ſenatum juſſiſſe: & coitiones honorum adipiſcendorum cauſa factas, adverſus rempublicam eſſe: latiorque & re & perſonis quæſtio fieri: haud abnuente dictatore ſine fine ulla quæſtionis ſuæ jus eſſe. Poſtulabantur ergo nobiles homines. appellantibuſque tribunos nemo erat auxilio, quin nomina reciperentur. Inde nobilitas, nec ii modo in quos crimen intendebatur, ſed univerſi ſimul negare nobilium id crimen eſſe, quibus ſi nulla obſtetur fraude, pateat via ad honorem, ſed hominum novorum. ipſos adeo dictatorem magiſtrumque equitum, reos magis quam [1] quæſitores idoneos ejus criminis eſſe. intellecturoſque ita id eſſe, ſimul magiſtratu abiſſent. Tum enimvero Mænius jam famæ magis quam imperii memor, progreſſus in concionem, ita verba fecit: *Et omnes anteacta vitæ vos conſcios habeo, Quirites, & hic ipſe honos delatus ad me, teſtis eſt innocentiæ meæ. neque enim quod ſæpe alias, quia ita tempora poſtulabant reipublicæ, qui bello clariſſimus eſſet, ſed qui maxime procul ab his coitionibus vitam egiſſet, dictator deligendus exercendis quæſtionibus fuit. Sed quoniam quidam nobiles homines (qua de cauſſa vos exiſtimare, quam me pro magiſtratu quicquam incompertum dicere melius eſt) primum ipſas expugnare quæſtiones omni ope anniſi ſunt: dein, poſtquam ad id parum potentes erant, ne cauſſam dicerent, in præſidia adverſariorum, appellationem & tribunicium auxilium, patricii confugerunt. poſtremo repulſi inde (adeo omnia tutiora, quam ut innocentiam ſuam purgarent, viſa) in nos irruerunt, & privatis dictatorem poſcere reum verecundiæ non fuit: ut omnes Dii homineſque ſciant, ab illis, etiam quæ non poſſint, tentari, ne rationem vitæ reddant; me obviam ire crimini, & offerre me inimicis reum, dictatura me abdico. Vos quæſo, Conſules, ſi vobis datum ab ſenatu negotium fuerit, in me primum & hunc M. Foſlium*

ta loquendi forma. Error ex notis ortus, R. P. *Sigonius.*

1 *Quæſtores idoneos*] Vet. lib. *Quæſitores.* ut Virgil. *Quæſitor Minos urnam movet.* Idem.

1 *Testes*

ſtium quæſtiones exerceatis, ut appareat innocentia noſtra nos, non majeſtate honoris, [1] tutos à criminationibus iſtis eſſe. Abdicat inde ſe dictatura, & poſt eum confeſtim Foſlius magiſterio equitum: primique apud conſules (iis enim ab ſenatu [2] mandata res eſt) rei facti adverſus nobilium teſtimonia egregie abſolvuntur. Publilius etiam Philo multiplicatis ſummis honoribus poſt res tot domi belloque geſtas, cæterum inviſus nobilitati, cauſſam dixit, abſolutuſque eſt. Nec diutius, ut fit, quam dum recens erat, quæſtio, per clara nomina reorum viguit. inde labi cœpit ad viliora capita, donec coitionibus factionibuſque adverſus quas comparata erat, oppreſſa eſt. Ea- 27
rum fama rerum magis tamen ſpe Campanæ defectionis, in quam conjuratum erat, Samnites in Apuliam verſos rurſus ad Caudium revocavit: ut inde ex propinquo, ſi qui motus occaſionem aperirent, Capuam Romanis eriperent. Eo conſules cum valido exercitu venerunt. & primo circa ſaltus, quum utrimque ad hoſtem iniqua via eſſet, cunctati ſunt: deinde Samnites per aperta loca brevi circuitu in loca plana, [3] Campanos campos, agmen demittunt, ibique primum [4] caſtra in conſpectu hoſtibus data: deinde levibus prœliis, equitum ſæpius quam peditum utrimque periculum factum: nec aut eventus eorum Romanum, aut moræ, qua trahebant bellum, pœnitebat. Samnitium contra ducibus, & carpi parvis quotidie damnis, & ſeneſcere dilatione belli vires ſuæ videbantur. itaque in aciem procedunt; equitibus in cornua diviſis: quibus præceptum erat; intentiores ad reſpectum caſtrorum, ne qua eo vis fieret, quam

1 *Tutos à criminibus*] Vet. lib. *Criminationibus*. Sigonius.

2 *Mandata res eſt*] Vet. lib. *Erat*. Idem.

3 *Campanos campos*] Hæc verba ὑποβολιμαῖα cenſet Camillus Peregrinus. Loca enim plana eſſe, in quibus ſita erat Sueſſula, ubi Samnites prius ad prœlium provocaverant Romanos. Diſſert. 2 de Capua. *J. F. Gron.*

4 *Caſtra in conſpectu hoſtibus data*] Opinor, *in conſpectum*. Idem.

quam ad prœlium ſtarent. [1] aciem pediti tutam fore. Conſules Sulpicius in dextro, Pœtelius in lævo cornu conſiſtunt. Dextra pars, qua & Samnites raris ordinibus, aut ad circumeundos hoſtes, aut ne ipſi circumirentur, conſtiterant, latius patefacta ſtetit. Siniſtris, præterquam quod conſertiores ſteterant, repentino conſilio Pœtelii conſulis additæ vires: qui ſubſidiarias cohortes, quæ integræ ad longioris pugnæ caſus reſervabantur, in primam aciem extemplo emiſit: univerſiſque hoſtem primo impetu viribus impulit. Commota pedeſtri acie Samnitium, eques in pugnam ſuccedit. in hunc tranſverſo agmine inter duas acies ſe inferentem Romanus equitatus concitat equos: ſignaque & ordines peditum atque equitum confundit, donec univerſam ab ea parte avertit aciem. In eo cornu non Pœtelius ſolus, ſed Sulpicius etiam hortator affuerat; avectus ab ſuis nondum conſerentibus manus, ad clamorem ab ſiniſtra parte prius exortum. unde haud dubiam victoriam cernens, quum ad ſuum cornu tenderet cum mille ducentis viris, diſſimilem ibi fortunam invenit: Romanos loco pulſos, victorem hoſtem ſigna in perculſos inferentem. Cæterum omnia mutavit repente conſulis adventus. nam & conſpectu ducis refectus militum eſt animus: & [2] majus quam pro numero auxilium advenerat, fortes viri: & partis alterius victoria audita, mox viſa etiam, prœlium reſtituit. Tota deinde jam vincere acie Romanus, & omiſſo certamine, cædi capique Samnites: niſi qui

Male-

1 *Aciem pediti tutam fore*] Sic Gelenius, cum haberetur *peditum*. Romæ tamen Andreas quoque dedit *pediti*: ſed mox mutatum eſt. Nempe hæret in ea voce ſcrupulus. Scribo: *aciem pedite tutam fore*. Pedes ipſe ſolus per ſe ſatis tutam præſtabit aciem ex ſeſe conſtantem. Lib. 22. *Media acie peditibus firmata*. Et ſic poſtea accepi Helmſtadienſibus in membranis legi. Statim Chifl. uterque Voſſ. Buſl. *Conſulum Sulpitius in dextro*. non *Conſules*. J. F. Gron.

2 *Majus quam pro numero auxilium advenerat*] Flor. *advenerant*. Et placet ita interpunctum: *&, majus quam pro numero auxilium, advenerant fortes viri*. nam τὸ *majus quam pro numero auxilium*, ſunt titulus & ἐπεξήγησις τῦ *fortes viri*. Idem.

Maleventum, cui nunc urbi Beneventum nomen eſt,
perfugerunt. Ad triginta millia cæſa aut capta Samni-
tium, proditum memoriæ eſt. Conſules egregia victo- 28
ria parta, protinus inde ad Bovianum oppugnandum le-
giones ducunt. ibique hiberna egerunt, donec ab novis
conſulibus L. Papirio Curſore quintum, C. Junio Bu-
bulco iterum, nominatus dictator C. Pœtelius cum
M. Foſlio magiſtro equitum, exercitum accepit. [1] Is
quum audiſſet arcem Fregellanam ab Samnitibus captam,
omiſſo Boviano ad Fregellas pergit. [2] unde nocturna Sa-
mnitium fuga, ſine certamine receptis Fregellis, præſi-
dioque valido impoſito, in Campaniam reditum, ma-
xime ad Nolam armis repetendam. eo ſe intra mœnia
ſub adventum dictatoris & [3] Samnitium omnis multitu-
do & Nolani agreſtes, contulerant. Dictator urbis ſitu
circumſpecto, quo apertior aditus ad mœnia eſſet, o-
mnia ædificia ([4] & frequenter ibi habitabatur) circum-
jecta muris incendit; nec ita multo poſt, ſive à Pœtelio
dictatore, ſive ab C. Junio Conſule, (nam utrumque
traditur) Nola eſt capta. Qui captæ decus Nolæ ad Con-
ſulem trahunt, adjiciunt, Atinam & Calatiam, ab eo-
dem captas: Pœtelium autem peſtilentia orta clavi figen-
di

1 *Is cum audiſſet arcem Fregellanam à S. c.*] *Q. Fabium Dictatorem his* Coss. ad arcem Fregellanam rem geſſiſſe, non *C. Pœtelium*, ſcribit Diodorus. De *C.* tamen *Pœtelio* auctores ſunt ſcriptores Capitolini. Diodorus ſic libro 19. τὸ δὲ λοιπὸν στρατόπεδον ἀναλαβὼν Κόϊντος Φάβιος, ὃς ἦν αὐτοκράτωρ ᾑρημένος, τήν τε Φρεγελλανῶν πόλιν εἷλε, καὶ τῶν ἀλλοτρίως διακειμένων πρὸς τὴν Ῥώμην τοὺς ἐπιφανεστάτους ἐζώγρησεν. *Sigonius.*

2 *Unde poſt nocturnam Samnitium fugam receptu*] Ab Aldo eſt. Scripti omnes & Andreas, Bec. Aſc. Mog. *Unde nocturna Samnitium fuga receptu.* Quod minime mutandum fuit. Cæſar 1 Gall. *Propter linguæ Gallicæ ſcientiam, qua multa jam Arioviſtus, longinqua conſuetudine, utebatur.* Lib. 2. *Qui minus facile eam rem imperio noſtro conſequi poterant.* Lib. 3. *Ubi diligentia noſtrorum, nihil his robur profici poſſe intellexerunt.* Lib. 5. *Hæ celeriter ignem comprehenderunt, & venti magnitudine in omnem caſtrorum locum diſtulerunt.* Quaſi intelligeretur, *interveniente.* J.F.Gron.

3 *Samnitium omnis multitudo & Nolana agreſtis*] Ab Gelenio eſt. Nos reduximus omnium veterum à nobis viſorum ſcripturam: *& Nolani agreſtes.* Eſt enim variatio talis, qualem defendimus à Sigonio lib. 3, 17. *Ne Sabini, ne Vejens hoſtis.* Idem.

4 *Et freq. ibi habitatur*] Vet. lib. *Habitabatur.* Sigonius.

1 *Sueſſa,*

Digitized by Google

di cauſſa dictatorem dictum. [1] Sueſſa, & Pontiæ, eodem anno coloniæ deductæ ſunt. Sueſſa, Auruncorum fuerat: Volſci Pontias inſulam ſitam in conſpectu littoris ſui incoluerant. [2] & Interamna & Caſinum ut deducerentur coloniæ, ſenatuſconſultum factum eſt. ſed triumviros creavere, ac miſere colonorum [3] quatuor millia inſequentes [4] conſules, M. Valerius, P. Decius.

29 Profligato fere Samnitium bello, prius quam ea cura decederet Patribus Romanis, Etruſci belli fama exorta eſt: nec erat ea tempeſtate gens alia, cujus, ſecundum Gallicos tumultus, arma terribiliora eſſent; quum propinquitate agri, tum multitudine hominum. Itaque altero conſulum in Samnio reliquias belli perſequente, P. Decius, qui graviter æger Romæ reſtiterat, auctore ſenatu

1 *Sueſſa, & Pontia colonia d. ſ.*] Vet. lib. *Sueſſam, & Pontiam*: ſic lib. 10. *Soram atque Albam colonia deducta.* Sic Diodorus, ὁ δὲ δῆμος κατὰ τὸν τῶν πραγμάτων αὐτοῖς προχωρούντων ἀποικίαν ἀπέστειλεν εἰς τὴν νῆσον Ποτίδαιαν καλουμένην. *Sigonius.*

2 *Et in tertiam Caſinum ut deducerentur coloni*] Vet. lib. alii habent, *Et Minturna, & Caſinum ut deducerentur colonia.* alii *Veternam & Caſinum*, alii *Internam, & Caſinum.* Quæ voces in eam Gelenium traxerunt ſuſpicionem, ut, *Et in tertiam Caſſinum*, affirmarit eſſe legendum, & pro *deducerentur colonia*, *Deducerentur coloni*, ſubjecerit. Ego autem reſtituendum puto ita: *Et ut Interamnam, & Caſinum deducerentur colonia.* Etenim Velleius libr. 1 poſt Sueſſam Aruncam coloniam deductam, cujus hoc loco meminit Livius, Interamnam deductam eſſe ſcribit. Et Livius libro 10, anno CDLVIII ait, *Samnites Interamnam coloniam Romanam, quæ via Latina eſt, occupare conati*, neque tamen quo anno deducta colonia ſit ante dixit, niſi hoc loco tradiderit. Movet etiam me loquendi forma, *Deducere colonias*, vel *colonos in Caſinum tertiam coloniam.* Idem.

Et in tertiam Caſinum ut deducerentur coloni] Et hoc à Gelenio. Scripti: *& internam* (unus, *veternam*) *Caſinum ut deduceretur colonia.* Sic propemodum & Sigoniani: unde ille cum applauſu Cluverii: *Et ut Interamnam & Caſinum deducerentur colonia.* Nec reprehendo: ſed ne quid quantumvis minutum prætermittamus, videtur faciendum: *& Interamna ac Caſinum ut deducerentur colonia.* Nam & ſic loquuntur veteres. Livius modo: *Sueſſa & Pontia eodem anno colonia deducta ſunt.* Ubi non mutant boni libri, nec opus erat *Sueſſam & Pontias*, cum Sigonio. Velleius lib. 1. *Tunc Sora atque Alba deducta colonia & Carſeoli poſt biennium.* Vide locum. nam repetit ſæpius. *J. F. Gron.*

3 *Quatuor millia. Inſequentes*] Diſtinctionem muta, hoc modo: *ſed triumviros creavere ac miſere colonorum quatuor millia inſequentes conſules M. Valerius P. Decius.* Idem.

4 *Coſſ. M. Valerius, P. Dec.*] *M. Valerius* hic non eſt *Corvus*, ſed *M. Valerius Maximus*, ut eſt in Capitolino horum conſulatu. *Sigonius.*

1 *Di-*

Digitized by Google

natu [1] dictatorem C. Junium Bubulcum dixit. is, prout rei magnitudo poſtulabat, omnes juniores ſacramento adigit: arma, quæque alia res poſcit, ſumma induſtria parat; nec tantis apparatibus elatus, de inferendo bello agitat: quieturus haud dubie, niſi ultro arma Etruſci inferrent. Eadem in comparando cohibendoque bello conſilia & apud Etruſcos fuere. neutri finibus egreſſi. & [2] cenſura clara eo anno Appii Claudii, & C. Plautii fuit: memoriæ tamen felicioris ad poſteros nomen Appii, quod viam munivit, & aquam in urbem duxit, eaque unus perfecit: quia [3] ob infamem, atque invidioſam ſenatus lectionem verecundia victus collega, magiſtratu ſe abdicaverat. Appius jam inde antiquitus inſitam pertinaciam familiæ gerendo, ſolus cenſuram obtinuit. [4] Eodem Appio auctore Potitia gens, cujus ad aram Maximam Herculis familiare ſacerdotium fuerat, ſervos publicos miniſterii delegandi cauſſa, ſolennia ejus ſacri

1 *Dictatorem C. Junium Bubulcum*] Dictatorem nominat abſque magiſtro equitum, cum auctore Dionyſio nunquam Romæ hoc factum ſit. *Glareanus.*

Dictator. C. Jun. Bubulcum dixit] Lege ex auctoritate Capitolinarum tabularum: *Dictatorem C. Sulpicium Longum, is magiſtrum equitum C. Junium Bubulcum dixit.* Etenim ſatis apparet, errore librarii *C. Sulpicii* nomen deſiderari, neque enim Livius magiſtros equitum prætermittere ſolet. *Sigonius.*

2 *Cenſura clara e. a. Ap. Claudii, & C. Plautii*] Pro *C. Plautio, L. Claudium* edit Diodorus libro 20. *C. Fabium* Frontinus de aquæductibus, *C. Plautium* Capitolini ſcriptores. *Idem.*

3 *Ob infamem atque invidioſam ſ.*] Vet. lib. *Atque ignominioſam.* egregie. Nam libertinorum filii lecti erant. *Idem.*

Ob infamem atque invidioſam ſenatus lectionem] Vide ne credas Sigonio, egregie in libro ejus legi, *ignominioſam.* Immo alterum multo gravius pariter & elegantius. *Invidioſa ſenatus lectio* eſt, quæ cenſoribus multum invidiæ conflavit; propter quam illi male audierunt, gravia hominum judicia & adverſos rumores tulerunt. Lib. 3. Decemviri *citari jubent Patres, haud ignari, quanta invidiæ immineret tempeſtas.* Alexander occiſo Clito, apud Juſtinum lib. 12, reputabat *quantum in exercitu, quantum apud devictas gentes fabularum atque invidiæ feciſſet.* Cui quidem Plautii probitas adeo par non fuit, ut is magiſtratu ſe abdicaret. Martialis de domo Neronis: *Invidioſa feri radiabant atria regis.* J. F. Gron.

4 *Eod. App. a. Poticia gens*] *Potitia.* Græci enim Ποτίτιος. *Sigonius.*

Eodem Appio auctore Poticia gens] Thuan. & Voſſ. *Potiti gens.* Tres Pall. & Voſſ. alter: *Poticii, gens, cujus ad aram.* Et hoc Livii puto. Sive autem deinde legas *docuerant*, ut ad prius, ſive *docuerat*, ut ad propius referatur, parum intereſt. *J. F. Gron.*

ſacri docuerat. Traditur inde dictu mirabile, & quod dimovendis ſtatu ſuo ſacris [1] religionem facere poſſet, quum duodecim familiæ ea tempeſtate Potitiorum eſſent; puberes ad triginta, omnes intra annum cum ſtirpe extinctos: nec nomen tantum Potitiorum interiiſſe, ſed cenſorem etiam Appium, memori Deum ira, poſt
30 aliquot annos luminibus captum. Itaque conſules, qui eum annum ſecuti ſunt, C. Junius Bubulcus tertium, & Q. Æmilius Barbula iterum, initio anni queſti apud populum, deformatum ordinem prava lectione ſenatus, qua potiores aliquot lectis præteriti eſſent; negaverunt eam lectionem ſe, quæ ſine recti pravique diſcrimine ad gratiam & libidinem facta eſſet, obſervaturos. & ſenatum extemplo citaverunt eo ordine, qui ante cenſores Appium Claudium & C. Plautium fuerat. Et duo imperia eo anno dari cœpta per populum; utraque pertinentia ad rem militarem: unum, [2] ut tribuni militum ſeni deni in quatuor legiones à populo crearentur, quæ antea perquam paucis ſuffragio populi relictis locis, dictato-

1 *Religionem ſacere poſſet*] Luculentior videtur lectio, quam ſuſtulit Gelenius: *Religionem adſerre facile poſſet.* Terentius Hecyra: *Quam ſancte, ut quivis facile poſſet credere.* Vertumnus ad Pomonam Ovidio 14 Met. *Referam tota notiſſima Cypro Facta, quibus flecti facile & miteſcere poſſis.* Duo Pall. Thuan. Voſſ. Campanus: *adſerre facere.* Voſſ. alter: *adſerre poſſet.* J. F. Gron.

2 *Ut tribuni militum ſeni deni in quatuor*] Andreas Patricius ad fragmenta Ciceronis notat hic ab omnibus librariis peccatum eo genere, quo *IN* & *NI* ſolent confundi: idque quia hactenus animadverſum non fuerit, multorum errorum cauſam exſtitiſſe: nec tetigiſſe ſcopum explicantes rationem de tribunatu militum: legendum autem & diſtinguendum: *ut tribuni. ni quatuor legiones, ſeni, deni à populo crearentur.* Equidem haud aſſequor, quid hæc correctio ſibi velit, aut particulæ *NI* qui hic ſit locus. Neque enim id explicat Patricius: diſputat modo ſingulis in legionibus ſex tribunos militum fuiſſe, ex Livii lib. 7 & Polybio. Hoc autem ut ei concedatur, non evicit tamen in Livii verbis eſſe quid peccatum. Nam libro ſeptimo ponit ſex tribunos unius legionis, quartam ſcilicet partem quatuor legionum, quas tum plerumque conſules ſcribebant: & ſignificat, quum antea omnes tribunatus eſſent beneficia conſulum, quadrantem annui numeri ſibi vindicaſſe populum. Nunc autem oſtendit creviſſe auctoritatem populi, atque eam ſibi vindicaſſe duas tertias, & in quatuor & viginti tribunis, qui quatuor legionibus attribuebantur, ſenos denos ſuffragiis creaſſe, octo reliquiſſe in beneficio conſulum. Vide Lipſium lib. 2 de Militia dialogo 9. *Idem.*

Digitized by Google

ctatorum & conſulum ferme fuerant beneficia. Tulere eam rogationem tribuni plebei L. Atilius, C. Marcius: alterum, ut duumviros navales claſſis ornandæ reficiendæque cauſſa idem populus juberet. lator hujus plebiſciti fuit M. Decius tribunus plebis. Ejuſdem anni rem dictu parvam præterirem, ni ad religionem viſa eſſet pertinere. Tibicines, quia prohibiti à proximis cenſoribus erant in æde Jovis veſci, quod traditum antiquitus erat, ægre paſſi, Tibur uno agmine abierunt: adeo, ut nemo in urbe eſſet, qui ſacrificiis præcineret. Ejus rei religio tenuit Senatum, legatoſque Tibur miſerunt, [1] ut darent operam, ut hi homines Romanis reſtituerentur. Tiburtini benigne polliciti, primum accitos eos in curiam hortati ſunt, uti reverterentur Romam: poſtquam perpelli nequibant, conſilio haud abhorrente ab ingeniis hominum, eos aggrediuntur. Die feſto alii alios [2] per ſpeciem celebrandarum cantu epularum cauſſa invitant, & vino, cujus avidum ferme genus eſt, oneratos ſopiunt: atque ita [3] in plauſtra ſomno victos conjiciunt, ac Romam deportant. nec prius ſenſere; quam plauſtris in foro relictis plenos crapulæ eos lux oppreſſit. Tunc concurſus populi factus, impetratoque ut manerent, datum, ut triduum quotannis ornati, cum cantu, atque hac, quæ nunc ſolennis eſt, licentia per urbem vagarentur: reſtitutumque in æde veſcendi jus iis,

1 *Ut darent operam, ut hi*] Forte prius *Ut* ſuperfluum. *J. F. Gron.*

2 *Per ſpeciem celebrandarum cantu epularum cauſa*] Nihil video mutari in MSS. Non tamen ita Livius ſcripſit, & vocem ultimam longiſſime hinc abire jubeo, additam à male otioſa manu. Sic enim perpetuo Livius, 24, 12. *Ad lacum Averni per ſpeciem ſacrificandi deſcendit.* Et 47. *Per ſpeciem prædandi.* 42, 52. *Per ſpeciem reconciliandæ pacis.* 1, 41. *Per ſpeciem alienæ fungendæ vicis.* Adde 44, 37. 45, 31. Et vides τὸ *cauſa* ſic inculcatum ſuiſſe 10, 21. *Jac. Gron.*

3 *In plauſtra ſomno victos conjic.*] Veteres libri, *Vinctos.* probe. Etenim niſi ſomno vincti fuiſſent, vinculis conſtringendi fuerant, quod Romam inviti perducerentur. *Sigonius.*

In plauſtra ſomno victos] Ignorant τὸ *ſomno* Thuan. uterque Voſſ. Helm. duo Pall. Andreas: & alii quidem *vinctos*, duo Pall. & Voſſ. alter *cunctos.* J. F. Gron.

1 *Con-*

Digitized by Google

iis, qui ſacris præcinerent. Hæc inter duorum ingen-
31 tium bellorum curam gerebantur. [1] Conſules inter ſe provincias partiti; Junio Samnites, Æmilio novum bellum Etruria ſorte obvenit. In Samnio Cluviam præſidium Romanum quia nequiverat vi capi, obſeſſum fame in deditionem acceperant Samnites, verberibuſque fœdum in modum laceratos occiderant deditos. Huic infenſus crudelitati Junius, nihil antiquius oppugnatione Cluviana ratus, quo die aggreſſus eſt mœnia, vi cepit; atque omnes puberes interfecit. Inde victor exercitus Bovianum ductus. [2] caput hoc erat Pentrorum Samnitium longe ditiſſimum atque opulentiſſimum armis viriſque. Ibi quia haud tantum irarum erat, ſpe prædæ milites accenſi, oppido potiuntur. minus itaque ſævitum in hoſtes eſt: prædæ plus penè, quam ex omni Samnio unquam egeſtum: benigneque omnis militi conceſſa. Et poſtquam præpotentem armis [3] Romanum nec acies ſubſiſtere ullæ, nec caſtra, nec urbes poterant; omnium principum in Samnio eo curæ ſunt intentæ, ut inſidiis quæreretur locus, ſi qua licentia populando effuſus exercitus, excipi ac circumveniri poſſet. Transfugæ agreſtes, & captivi quidam, pars forte, pars conſilio oblati, congruentia ad conſulem afferentes, quæ & vera erant, pecoris vim ingentem in ſaltum avium compulſam eſſe, perpulerunt ut prædatum eo expeditæ ducerentur legiones. Ibi ingens hoſtium exercitus itinera occultus inſederat, & poſtquam intraſſe Romanos vidit ſaltum, repente exortus cum clamore ac tumultu incautos

1 *Conſules inter ſe provincias partiti*] Lege: *Conſulibus inter ſe provincias partitis, Junio Samnites, Æmilio novum bellum Etruriæ ſorte evenit.* J. F. Gron.

2 *Caput h. erat Pentrorum Samnitium*] De *Pentris Samnitibus* item lib. 22. *Sigonius.*

Cap. hoc er. Pentrorum Samnitium] Cluverius: *Caput hoc erat gentis Samnitium.* immemor eorundem mentionem habuiſſe Livium lib. 22 extremo: *Appulorum pars, Samnites præter Pentros.* J. F. Gron.

3 *Romanum acies ſubſiſtere ullæ*] Excidit è vulgatis particula *nec*, quam ſervant tamen editiones vetuſtæ: *Romanum nec acies ſubſiſtere.* Idem.

1 *Libe-*

cautos invadit. & primo nova res trepidationem fecit, dum arma capiunt, ſarcinas congerunt in medium: dein, poſtquam ut quiſque [1] liberaverat ſe onere, aptaveratque armis, ad ſigna undique coibant, & notis ordinibus in veteri diſciplina militiæ, jam ſine præcepto ullius ſua ſponte ſtruebatur acies: Conſul ad ancipitem maxime pugnam advectus, deſilit ex equo, & *Jovem, Martemque atque alios teſtatur Deos, ſe nullam ſuam gloriam inde, ſed prædam militi quærentem, in eum locum deveniſſe. neque in ſe aliud, quam nimiam ditandi ex hoſte militis curam reprehendi poſſe. Ab eo ſe dedecore nullam rem aliam, quam virtutem militum vindicaturam. conniterentur modo uno animo omnes invadere hoſtem, victum acie, caſtris exutum, nudatum urbibus, ultimam ſpem furto inſidiarum tentantem, & loco non armis fretum.* [2] *Sed quem eſſe jam virtuti Romanæ inexpugnabilem locum?* Fregellana arx, Soranaque, & ubicunque iniquo ſucceſſum erat loco, memorabantur. His accenſus miles, omnium immemor difficultatum, vadit adverſus imminentem hoſtium aciem, ubi paululum laboris fuit, dum in adverſum clivum erigitur agmen: cæterum poſtquam prima ſigna planiciem ſummam ceperunt; ſenſitque acies æquo ſe jam inſtitiſſe loco, verſus extemplo eſt terror in inſidiatores, eaſdemque latebras, quibus ſe paulo ante texerant, palati atque inermes fuga repetebant: [3] ſed loca difficilia hoſti quæſita,

1 *Liberaverat ſe onere, aptaveratque armis*] Vel ad arma ſumenda dejectis ſarcinis, vel armis veſtitis ad prœlium. Scio ſic explicari poſſe. Nec tamen nolim *arma*, ſi quis vetus liber patiatur. Lib. 10. *Vix dum ſatis aptatis armis in ordines eunt.* Lib. 22. *Ut vix ad arma capienda aptandaque pugnæ competeret animus.* Ibidemque: *Trepidatione nautarum capere & aptare arma miles prohibetur.* Apud Silium equo *Bellatore jubas aptante.* J. F. Gron.

2 *Sed quem eſſe*] Lege, *Ecquem eſſe,* & cum priore membro junge ita: *dummodo conniterentur uno animo invadere hoſtem victum acie, caſtris exutum, ecquem eſſe jam virtuti Romanæ inexpugnabilem locum?* Sigonius.

Sed quem eſſe jam virtuti Romanæ] Lege, inquit Sigonius, *ecquem eſſe.* Libri nulli ſubſcribunt: & hoc loco neſcio quid peregrinum ſonat. Juſtinus lib. 18. *Regem aliquem poſcere, qui cultiores victus eum Afroſque perdoceat: ſed quem inveniri poſſe, qui ad barbaros tranſire velit?* J. F. Gron.

3 *Sed loca difficilia hoſti quæſita*] Vet. lib. *Sed loca difficilia ab hoſte quæ-*

ſita, ipſos tum ſua fraude impediebant. Itaque ergo perpaucis effugium patuit: cæſa ad viginti millia hominum, victorque Romanus ad oblatam ultro ab ho-
32 ſte prædam pecorum diſcurrit. Dum hæc geruntur in Samnio, jam omnes Etruriæ populi, [1] præter Aretinos, ad arma ierant, [2] ab oppugnando Sutrio, quæ urbs ſocia Romanis velut clauſtra Etruriæ erat, ingens orſi bellum. Eo [3] alter conſulum Æmilius cum exercitu ad liberandos obſidione ſocios venit. Advenientibus Romanis, Sutrini commeatus benigne in caſtra ante urbem poſita advexere. Etruſci diem primum conſultando, maturarent, traherentne bellum, traduxerunt. Poſtero die, ubi celeriora quam tutiora conſilia magis placuere ducibus, ſole orto ſignum pugnæ propoſitum eſt, armatique in aciem procedunt. Quod poſtquam conſuli nunciatum eſt, extemplo teſſeram dari jubet, ut prandeat miles, firmatiſque cibo viribus arma capiat. dicto paretur. Conſul ubi armatos paratoſque vidit, ſigna extra vallum proferri juſſit, & haud procul hoſte inſtruxit aciem. Aliquamdiu intenti utrimque ſteterunt, exſpectantes ut ab adverſariis clamor & pugna inciperet. & prius ſol meridie ſe inclinavit, quam telum hinc aut illinc emiſſum eſt. inde, ne infecta re abiretur, clamor ab Etruſcis oritur, concinuntque tubæ, & ſigna inferuntur. Nec ſegnius ab Romanis pugna initur, concurrunt infenſis animis. numero hoſtis, virtute Romanus ſuperat. Anceps prœlium multos utrimque, & fortiſſimum quemque abſumit: nec prius inclinata res eſt, quam ſecunda acies Romana ad prima ſigna, integri feſſis

ſita ipſos cum ſua fraude impediebant. Sigonius.

1 *Præter Aretinos ad arma ierant*] Quid ſibi volunt Voſſ. & duo Pall. *Ad arma ſe contulerant.* J. F. Gron.

2 *Ab oppugnando Sutrio, quæ urbs, &c.*] *Sutrium* coloniam deductam à Romanis poſt annos VII quam Roma à Gallis capta eſt, ſcribit Velleius. Eandem Ἄπικον hoc anno vocat Diodorus: præterea Livius lib. 27 inter colonias numerat. *Sigonius.*

3 *Alter conſul Æmilius*] Quinque alii cum Thuan. *Eo alter conſulum Æmilius.* J. F. Gron.

ſis ſucceſſerunt. Etruſci, quia nullis recentibus ſubſidiis
fulta prima acies fuit; ante ſigna circaque omnes ceci-
derunt. nullo unquam prœlio fugæ minus nec plus cædis
fuiſſet, ni obſtinatos mori Tuſcos nox texiſſet: ita, ut
victores prius quam victi pugnandi finem facerent. Poſt
occaſum ſolis ſignum receptui datum eſt: nocte ab u-
troque in caſtra reditum. Nec deinde quicquam eo an-
no [1] rei memoria dignæ apud Sutrium geſtum eſt: quia
& ex hoſtium exercitu prima tota acies deleta uno prœ-
lio fuerat, ſubſidiariis modo relictis; vix quod ſatis eſ-
ſet ad caſtrorum præſidium: & apud Romanos tantum
vulnerum fuit, ut plures poſt prœlium ſaucii deceſſe-
rint, quam ceciderant in acie. Q. Fabius inſequentis an- 33
ni conſul, bellum ad Sutrium excepit. collega Fabio C.
Marcius Rutilus datus eſt. Cæterum & Fabius ſupple-
mentum ab Roma adduxit: & novus exercitus domo acci-
tus Etruſcis venit. Permulti jam anni erant; quum [2] in-
ter patricios magiſtratus tribunoſque plebis nulla certa-
mina fuerant: quum ex ea familia, quæ velut fatalis tum
tribunis ac plebi erat, certamen oritur. Ap. Claudius
cenſor, circumactis decem & octo menſibus, quod Æ-
milia lege finitum cenſuræ ſpatium temporis erat, quum
C. Plautius collega ejus magiſtratu ſe abdicaſſet, nul-
la vi compelli, ut abdicaret, potuit. P. Sempronius e-
rat tribunus plebis, qui finiendæ cenſuræ intra legiti-
mum tempus actionem ſuſceperat; non popularem ma-
gis

1 *Rei memoria digna*] Vet. lib. *Memoria dignum.* Sigonius.

2 *Inter* &c. *tribunoſque*] Vet. lib. *Tribunoſque plebis.* Idem.

Inter patricios magiſtratus tribunoſque plebis] Vocem *plebis*, ſi bonos auctores haberet, facile ferrem: nunc quia non modo editi veteres, ſed & Flor. Rott. uterque Voſſianus, Helm. Thuan. refutant, ex uno Sigoniano admittere non poſſum. Sed majoris momenti eſt quod ſequitur, *fatalis tum tribunis ac plebi erat*, Frobeniani correctoris commentum. Ante illum ab Andrea ad Juntam omnes: *fatalis cum tribunis ac plebe.* Nec ſecus illi, quos appellavi modo, ſcripti codices, niſi quod Rott. & Helm. defecti, *fatalis cum tribunis erat*, Flor. *fatales.* Suſpicor fuiſſe: *cum ex ea familia, quæ velut nata litibus cum tribunis ac plebe erat, certamen oritur.* Et genus hoc loquendi amat Livius. *J.F. Gron.*

Digitized by Google

giſ quam juſtam, nec in vulgus, quam optimo cuique gratiorem. Is quum identidem legem Æmiliam recitaret, auctoremque ejus Mamercum Æmilium dictatorem laudibus ferret, qui quinquennalem ante cenſuram, & longinquitate poteſtatem dominantem, intra ſex menſium & anni coëgiſſet ſpatium: *Dic agedum*, inquit, *Ap. Claudi, quidnam facturus fueris, ſi eo tempore, quo C. Furius & M. Geganius cenſores fuerunt, cenſor fuiſſes?* Negare Appius *interrogationem tribuni magno opere ad cauſſam pertinere ſuam.* [1] *nam etſi tenuerit lex Æmilia eos cenſores, quorum in magiſtratu lata eſſet; quia poſt illos cenſores creatos eam legem populus juſſiſſet, quodque poſtremum juſſiſſet, id jus ratumque eſſet; non tamen aut ſe, aut eorum quemquam, qui poſt eam legem latam creati cenſores eſſent, teneri ea lege potuiſſe.*
34 Hæc ſine ullius aſſenſu cavillante Appio, *En*, inquit, *Quirites, illius Appii progenies, qui decemvir in annum creatus, altero anno ſe ipſe creavit: tertio, nec ab ſe, nec ab ullo creatus, privatus faſces & imperium obtinuit. nec ante continuando abſtitit magiſtratu, quam obruerunt eum male parta, male geſta, male retenta imperia. Hæc eſt eadem familia, Quirites, cujus vi atque injuriis compulſi extorres patria Sacrum montem cepiſtis: hæc, adverſus quam tribunicium auxilium vobis comparaſtis: hæc, propter quam duo exercitus Aventinum inſediſtis: hæc, quæ fœnebres leges, hæc quæ agrarias ſemper impugnavit: hæc connubia Patrum & plebis interrupit: hæc plebi ad curules magiſtratus iter obſepſit: hoc eſt nomen multo quam Tarquiniorum, infeſtius veſtræ libertati. Ita ne tandem, Appi Claudi,* [2] *quum centeſimus jam annus ſit ab Mamerco Æmilio*

1 *Nam etſi tenuerit lex Æmilia eos cenſores, quorum --- teneri ea lege potuiſſe*] Hæc cavillatio hanc habet vim. Legem Æmiliam de annua & ſemeſtri cenſura tenuiſſe tantum cenſores eos, quorum in magiſtratu lata eſt, quia bis de illorum magiſtratu ſcivit populus, primum comitiis cenſoriis, ut cenſuram in quinquennium obtinerent: deinde legem ferente Æmilio Dictatore, ut obtinerent in XVIII menſes. Itaque videri latam legem illam in eos tantum cenſores, qui tum erant, non in eos, qui futuri erant. Hunc ſenſum non percipiens Glareanus hic aliquot verba intercidiſſe ſine cauſa exiſtimat. *Sigon.*

2 *Cum centeſ. jam annus ſit*] Vox illa,

milio dictatore, tot cenſores fuerint nobiliſſimi fortiſſimique viri, nemo eorum duodecim tabulas legit? Nemo id jus eſſe, quod poſtremo populus juſſiſſet, ſcivit? Immo vero omnes ſciverunt. & ideo Æmiliæ potius legi paruerunt, quam illi antiquæ, qua primum cenſores creati erant, [1] *quia hanc poſtremam juſſerat: &, quia ubi duæ contrariæ leges ſunt, ſemper* [2] *antiqua obrogat nova. An hoc dicis, Appi, non teneri Æmilia lege populum? an populum teneri,* [3] *te unum exlegem eſſe? Tenuit Æmilia lex violentos illos cenſores, C. Furium & M. Geganium, qui, quid iſte magiſtratus in republica mali facere poſſet, indicarunt: quum ira finitæ poteſtatis, Mamercum Æmilium principem ætatis ſuæ belli domique, ærarium fecerunt. Tenuit deinceps omnes cenſores intra centum annorum ſpatium, tenet C. Plautium collegam tuum, iiſdem auſpiciis, eodem jure creatum. An hunc non ut qui optimo jure cenſor creatus eſſet, populus creavit? tu unus eximius es, in quo hoc præcipuum ac ſingulare valeat. Quem tu regem ſacrificiorum crees, amplexus regni nomen,* [4] *ut qui optimo jure rex Romæ creatus ſit, crea-*

la, *Jam*, habet hanc vim, ut centeſimum annum jam præteriiſſe ſignificet. ſic enim res habet. Quod intelliget, qui ſummam annorum concipiet. *Sigonius.*

1 *Quia hanc poſtremum juſſerat*] Scribe ex Flor. Voſſ. utraque, Thuan. Mureti, *hanc poſtremam*. J. F. Gron.

2 *Antiqua abrogat nova*] Alii in manuſcriptis libris legi ajunt, ut Ferrarius: *Antiquam abrogat nova.* At ego legi: *Antiqua obrogat nova.* Eſt autem *obrogare* legi, non tollere legem latam, id enim *abrogare* dicitur: ſed novam legem ferre veteris infirmandæ cauſa. *Sigonius.*

3 *Te unum extra legem eſſe*] Fuldenſes, Thuan. Pall. tres, duo Voſſ. Helm. Campanus: *Te unum exlegem eſſe.* Cicero pro Cluentio: *Non quo illi aut exlegem eſſe Sullam, aut cauſſam pecuniæ publicæ contemtam atque abjectam putarent.* J. F. Gron.

4 *Ut qui optimo jure rex Romæ creatus ſit*] Locus obſcurior, quia omiſit eam partem orationis Appianæ, quam hæc verba coarguunt, & in vulgatis etiam interpunctione perturbatus eſt. Feſtus in *Opima: Ut qui optima lege fuerint, adjici ſolet, cum quidam magiſtratus creantur.* Ea verba librariorum vitio tranſpoſita ſunt, & ad paginam proximam ſequentem pertinent. Non enim tam futilis Feſtus, ut *opimam legem* fingeret: quod Scaliger miratur. Cicero ſecunda de l. agraria: *Tum ſi decemviri eodem jure ſint, quo qui optima lege.* Philipp. 5. *Demus igitur imperium Cæſari: ſit pro Prætore eo jure, quo qui optimo.* Philip. 11. *C. Caſſium proconſulem provinciam Syriam obtinere, uti qui eam optimo jure provinciam obtinuerit.* Seneca in Ludo: *Cenſeo, ut D. Claudius ex hac die Deus fiat, ita uti ante eum quis optimo jure factus ſit.* Formula virginis Veſtalis capiundæ apud A. Gellium 1, 12. *utei. quae. optuma. lege fouat. ita. te. Amata. capio.* Formula quæ

creatum ſe dicet? quem ſemeſtri dictatura, quem [1] *interregno quinque dierum contentum fore putes? quem clavi figendi, aut ludorum cauſſa dictatorem audacter crees? Quam iſti ſtolidos ac ſocordes videri creditis eos, qui intra viceſimum diem ingentibus rebus geſtis dictatura ſe abdicaverunt, aut qui vitio creati abierunt magiſtratu? Quid ego antiqua repetam?* [2] *Nuper intra decem annos C. Mænius dictator, quia quum quæſtiones ſeverius quam quibuſdam potentibus tutum erat exerceret, contagio ejus,* [3] *quod quærebat, ipſi criminis objectata ab inimicis eſt; ut privatus obviam iret crimini, dictatura ſe abdicavit. Nolo ego iſtam*

quæ vulgo adhibebatur in creatione omnium magiſtratuum & ſacerdotum, abutebatur ad libidinem ſuam Appius. Ajebat ſe cenſorem creatum, uti qui optima lege fuiſſet: ex ea formula quinquennalem ſibi cenſuram deberi: eam enim de cenſura optimam legem eſſe, non legem Æmiliam. Reſpondet vere tribunus, poſt legem Æmiliam promulgatam nihil extra menſium ſex & anni ſpatium largiri eam formulam cenſoribus. Perinde facere Appium, ac ſi rex ſacrorum, captans argutias ex vocabulo regni, quod & ipſe ut qui optimo jure creatus ſit, Romuli & cæterorum de ſeptem imperium ſibi arrogare velit; dicendo eam optimam legem de rege Romano eſſe, quæ de imperio Romuli rogata ſit atque accepta initio urbis conditæ. Item ſi hæc interpretatio valeret, interreges quoque ac dictatores maxime clavi figendi aut ludorum cauſa dictos, quippe qui omnes ut qui optimo jure, eadem eluſuros ad poteſtatem ſibi augendam. Quare videndum, an cum his conciliari poſſit, quod habetur apud Feſtum: *Optima lex: hu verbis in magiſtro populi faciendo, qui vulgo dictator appellatur, quam pleniſſimum poſſet, jus eſſe ejus ſignificabatur, ut fuit Manii Valerii, M. F. Voluſi Nepotis, qui primus magiſter populi creatus eſt. Poſtquam vero provocatio ab eo magiſtratu ad populum data eſt; quæ antea non erat, deſitum eſt adjici, ut qui optima lege, utpote imminuto jure priorum magiſtratuum.* Utebantur & in aliis rebus. Lex Thoria: *u. ager. locus. omnis. privatus. ita uti. quei. optuma. lege. privatus. eſt. eſto.* Sic & lex Rulli apud Ciceronem in tertia agraria. Ulpianus tit. 24. *Ut quod minus pactis verbis legatum eſt, perinde ſit ac ſi optimo jure legatum eſſet.* Statim *interregno quinque dierum*, ut Sigonianus, & tres Pall. Sunt tamen qui ſervent *diebus*, ut poſſis cogitare: *interregni quinque diebus*. J. F. Gron.

1 *Interr. quinque diebus*] Vet. lib. *Quinque dierum*. Sigonius.

2 *Nuper intra decem annos*] Hem *annos*? imo, *dies*. Rationes non addam. *Tan. Fab.* Apparet ſcriptum fuiſſe nota numerali X, quæ perperam ita crevit ex V. Legendum enim *quinque*. Jac. Gr.

3 *Quod quærebat ipſi criminis*] MSS. fere, *quo quærebat*. Non tamen eſt mutandum. Cicero lib. 2 in Verrem: *Quin iſte, quoniam conſilium dimiſiſſet, illo die rem quæſiturus non eſſet.* Salluſtius Jugurth. *Quæ niſi quæſita erunt, niſi vindicatum in noxios.* Seneca Herc. Fur. *Et qui fronte nimis crimina tetrica Quærunt.* Deinde Pighius correctius verba lectum iri putat, ſi ſcribamus: *quod quærebat, criminis ipſi.* Sed Voſſ. poſterior *ipſa*, prior *ipſi*: Quod admittere poſſis, ſi & ſuperius: *dictator, cui, quum.* Etiam Pall. omnes: *hoſpitio Deorum immortalium ſacra.* Num *ſacrata*? J. F. Gron.

1 *Gens*

iſtam in te modeſtiam: ne degeneraveris à familia imperioſiſſima & ſuperbiſſima: non die, non hora citius, quam neceſſe eſt, magiſtratu abieris, modo ne excedas finitum tempus. Satis eſt, aut diem aut menſem cenſuræ adjicere. Triennium, inquit, & ſex menſes ultra quam licet Æmilia lege, cenſuram geram, & ſolus geram. hoc quidem jam regno ſimile eſt. An collegam ſubrogabis, quem ne in demortui quidem locum ſubrogari fas eſt? Pœnitet enim quod antiquiſſimum ſolenne, & ſolum ab ipſo, cui fit, inſtitutum Deo, ab nobiliſſimis antiſtitibus ejus ſacri ad ſervorum miniſterium religioſus cenſor deduxiſti: [1] gens antiquior originibus urbis hujus, hoſpitio Deorum immortalium ſancta, propter te ac tuam cenſuram intra annum ab ſtirpe extincta eſt: niſi univerſam rempubl. eo nefario obſtrinxeris, quod ominari etiam reformidat animus. Urbs eo luſtro capta eſt, quo, demortuo collega C. Julio cenſore L. Papirius Cenſor, ne abiret magiſtratu, M. Cornelium Maluginenſem collegam ſubrogavit. Et quanto modeſtior illius cupiditas fuit, quam tua, Appi? Nec ſolus, nec ultra finitum lege tempus L. Papirius cenſuram geſſit. tamen neminem invenit qui ſe poſtea auctorem ſequeretur. omnes deinceps cenſores poſt mortem collegæ ſe magiſtratu abdicarunt. Te nec quod dies exiit cenſuræ, nec quod collega magiſtratu abiit, nec lex, nec pudor coërcet: virtutem in ſuperbia, in audacia, in contemptu Deorum hominumque ponis. Ego te, Appi Claudi, pro iſtius magiſtratus majeſtate ac verecundia quem geſſiſti, non modo manu violatum, ſed ne verbo quidem inclementiori à me appellatum vellem: ſed & hæc quæ adhuc egi, pervicacia tua & ſuperbia coëgit me loqui: & niſi Æmiliæ legi parueris, [2] in vincula duci jubebo. Nec, quum ita comparatum à majoribus ſit, ut comitiis cenſoriis, niſi duo confecerint legitima ſuffragia, non renunciato altero comitia differantur; ego te, qui ſolus cenſor creari non poſſis, ſolum cenſuram gerere patiar. Hæc taliaque quum dixiſſet, prendi cenſo-

1 *Gens antiquior originibus hujus urbis*] *Potitiam* intelligit, quæ ante adventum Æneæ Herculis ſacrum faciebat, ut ait lib. 1. *Sigonius.*

2 *In vincula*] Vet. lib. *Te in vincula.* Idem.

cenſorem, & in vincula duci juſſit. Approbantibus ſex tribunis actionem collegæ, tres appellanti Appio auxilio fuerunt: ſummaque invidia omnium ordinum ſolus

35 cenſuram geſſit. Dum ea Romæ geruntur, jam Sutrium ab Etruſcis obſidebatur: conſulique Fabio imis montibus ducenti ad ferendam opem ſociis, tentandaſque munitiones, ſi qua poſſet, acies hoſtium inſtructa occurrit; quorum ingentem multitudinem quum oſtenderet ſubjecta late planicies, Conſul, ut loco paucitatem ſuorum adjuvaret, flectit paullulum in clivos agmen: (aſpreta erant ſtrata ſaxis) inde ſigna in hoſtem obvertit. Etruſci omnium, præterquam multitudinis ſuæ, qua ſola freti erant, immemores, prœlium ineunt, adeo raptim & avide, ut, abjectis miſſilibus, quo celerius manus conſererent, ſtringerent gladios, vadentes in hoſtem. Romanus contra, nunc tela, nunc ſaxa, quibus eos affatim locus ipſe armabat, ingerere. Igitur ſcuta, galeæque ictæ, quum etiam quos non vulneraverant, turbarent (neque ſubire erat facile ad propiorem pugnam, neque miſſilia habebant, quibus eminus rem gererent) ſtantes & expoſitos ad ictus quum jam ſatis nihil tegeret, quoſdam etiam pedem referentes, [1] fluctuantemque & inſtabilem aciem, redintegrato clamore ſtrictis gladiis haſtati & principes invadunt. eum impetum non tulerunt Etruſci, verſiſque ſignis fuga effuſa caſtra repetunt. Sed equites Romani prævecti per obliqua campi, quum ſe fugientibus obtuliſſent, omiſſo ad caſtra itinere, montes petunt. Inde inermi penè agmine, ac vexato vulneribus, in ſilvam Ciminiam penetratum. Romanus multis millibus Etruſcorum cæſis, duodequadraginta ſignis militaribus captis, caſtris etiam hoſtium cum præda ingenti potitur. Tum de perſequendo hoſte agitari cœ-

36 ptum. [2] Silva erat Ciminia magis tum invia atque horrenda,

1 *Fluctuanteſque, &*] Vet. lib. *Fluctuantemque & inſtabilem aciem.* Sigon.

2 *Silva, &c. quam nuper fuere Germanici ſaltus*] Silvam Hercyniam

renda, quam nuper fuere Germanici ſaltus: nulli ad eam diem ne mercatorum quidem adita. eam intrare haud fere quiſquam præter ducem ipſum audebat. aliis omnibus cladis Caudinæ nondum memoria aboleverat. [1] Tum ex iis qui aderant, (conſulis fratrem M. Fabium Cæſonem alii, C. Claudium quidam matre eadem, qua Conſulem genitum, tradunt) ſpeculatum ſe iturum profeſſus, brevique omnia certa allaturum. Cære educatus apud hoſpites, Etruſcis inde literis eruditus erat: linguamque Etruſcam probe noverat. Habeo auctores vulgo tum Romanos pueros, ſicut nunc Græcis, [2] ita Etru-

niam opinor, vult dicere. *Glareanus.*

Silvaer Ciminia, --- Germanici ſaltus] Cæſarem intelligit, qui ut ait Florus, *Germanos hoſtes Hercyniis quæſivit in ſilvis; ſed in ſaltus & paludes omne genus diffugerat.* Et de bello Etruſco: *Ciminius interim ſaltus in medio ante invius plane quaſi Calydonius, vel Hercynius.* Sigonius.

1 *Tum ex iis, qui aderant, Conſulis frater (M. Fabium Cæſonem alii*] Sic Gelenius ἀντὶ τ. *fratrem*, & mox *profeſſus*, ubi antea *profeſſum*. De poſteriore conſentit Th. & alii nobis viſi: non de priore. Nec ſane apparet ex ſequentibus magis extra dubium poneſe Livium, frater fuerit nec ne, quam quo nomine fuerit. *Ex iis qui aderant*, ait: quaſi diceret, non convenit inter auctores de perſona; non de nomine. quidam hoc tantum, unum narrant e comitibus conſulis fuiſſe, alii amplius conſulis fratrem; & ſic quoque diverſum nomen & gradum faciunt. Nam quomodo *profeſſus* dicatur, cum quis non fuerit nominatus, oſtendimus 4. Obſervat. 4. Simillimum Salluſtii Jugurth. *Marius cum Ligure, promiſſa ejus cognitum, ex præſentibus miſit: quorum uti cujuſque ingenium erat, ita rem difficilem aut facilem nuntiavere.* Is autem error Gelenii eſt, quod aut uni nomini duo facit prænomina, aut *Cæſonem* cognomen. Quorum neutrum patitur Romana ratio: nam *Cæſo Fabius, Cæſo Quinctius*, prænominibus à Livio appellantur: nec duplici prænomine ſimul uſi Romani exemplum eſt ullum, præterquam quod fingunt Servii Sulpicii. Sed de hoc alias diſputabimus. Itaque reſecandum putavi olim τὸ *M*: ſed mitius rem expediri diſtinctione: *conſulis fratrem Marcum Fabium, Cæſonem alii, C. Claudium quidam.* Primum dicitur intellectu vocis *quidam* vel *alii*: quod genus loquendi liberavimus inſolentiæ crimine ad illud lib. 3 *Virgis cadi, alii ſecuri ſubjici.* Foret integrum: Conſulis fratrem, & quidem Marcum Fabium tradunt fuiſſe nomen (eſt enim idem quod, *ſunt qui tradant*) alii Cæſonem Fabium, quidam C. Claudium, &c. Florus *fratrem*, Frontinus *fratrem Fabium Cæſonem* appellant, non quaſi aliquid certius, aut aliunde acceperint, ſed brevitatis ergo. *J. F. Gron.*

2 *Ita Etruſcis literis erudiri*] Cicero lib. 1 de Divinatione: *Quocirca bene apud majores noſtros Senatus tum, cum florebat imperium, decrevit, ut de principum filiis ſex ſingulis Etruriæ populis in diſciplinam traderentur, ne ars tanta propter tenuitatem hominum à religionis auctoritate abduceretur ad mercedem atque quæſtum.* Idem

truſcis literis erudiri ſolitos. Sed propius eſt vero, præcipuum aliquid fuiſſe in eo, qui ſe tam audaci ſimulatione hoſtibus immiſcuerit. ſervus ei dicitur comes unus fuiſſe nutritus una, eoque haud ignarus linguæ ejuſdem: nec quicquam aliud proficiſcentes, quam ſummatim regionis, quæ intranda erat, naturam, ac nomina principum in populis accepere; ne qua inter colloquia inſigni nota hæſitantes deprehendi poſſent. Iere paſtorali habitu, agreſtibus telis, falcibus gæſiſque binis armati. Sed neque commercium linguæ nec veſtis armorumve habitus ſic eos texit, quam quod abhorrebat à fide, quemquam externum Ciminios ſaltus intraturum. Uſque ad Camertes Umbros penetraſſe dicuntur. ibi, qui eſſent, fateri Romanum auſum: introductumque in ſenatum, conſulis verbis egiſſe de ſocietate amicitiaque: atque inde comi hoſpitio acceptum, nunciare Romanis juſſum, commeatum exercitui dierum triginta præſto fore, ſi ea loca intraſſet: juventutemque Camertium Umbrorum, in armis paratam imperio futuram. Hæc quum relata conſuli eſſent, impedimentis prima vigilia præmiſſis, legionibus poſt impedimenta ire juſſis, ipſe ſubſtitit cum equitatu: & luce orta poſtero die obequitavit ſtationibus hoſtium, quæ extra ſaltum diſpoſitæ erant, & quum ſatis diu tenuiſſet hoſtem, in caſtra ſeſe recepit: portaque altera egreſſus, ante noctem agmen aſſequitur. Poſtero die, luce prima, juga Ciminii montis tenebat. inde contemplatus opulenta Etruriæ arva, milites emittit. Ingenti jam abacta præda, tumultuariæ agreſtium Etruſcorum cohortes, repente à principibus regionis ejus concitatæ, Romanis occurrunt: adeo incompoſitæ, ut vindices prædarum prope ipſi prædæ fuerint. Cæſis fugatiſque iis, late depopulato agro victor Romanus, opulentuſque [1] rerum omnium copia,

1 *Rerum omnium copia*] Duo meliores Pall. & Voſſ. alter: *opulentuſque rerum omnium in caſtra rediit.* Sine τῷ *copia.* Videtur & recidendum

copia, in caſtra rediit. Eo forte quinque legati cum duobus tribunis plebis venerant; denunciatum Fabio ſenatus verbis, ne ſaltum Ciminium tranſiret. lætati ſerius ſe, quam ut impedire bellum poſſent, veniſſe, nuncii victoriæ Romam revertuntur. Hac expeditione conſu- 37
lis, motum latius erat quam profligatum bellum. vaſtationem namque ſub Ciminii montis radicibus jacens ora ſenſerat: conciveratque indignatione non Etruriæ modo populos, ſed Umbriæ finitima. Itaque quantus non unquam antea, exercitus ad Sutrium venit: neque [1] in ſilvis tantummodo promota caſtra, ſed etiam aviditate dimicandi quam primum in campos delata acies: deinde inſtructa primo ſuo ſtare loco, [2] relicto hoſtibus ad inſtruendam contra ſpatio: deinde, poſtquam detrectare hoſtem ſenſere pugnam, ad vallum ſubeunt. Ubi poſtquam ſtationes quoque receptas intra munimenta ſenſere, clamor repente circa duces ortus, ut eo ſibi è caſtris cibaria ejus diei deferri juberent, manſuros ſe ſub armis: & aut nocte, aut certe luce prima caſtra hoſtium invaſuros. Nihilo quietior Romanus exercitus imperio ducis continetur. decima erat fere diei hora, quum cibum capere conſul milites jubet; præcipit ut in armis ſint, quacumque diei noctiſve hora ſignum dederit. Paucis milites alloquitur, Samnitium bella extollit, elevat Etruſcos: nec hoſtem hoſti, nec multitudinem multitudini comparandam ait eſſe. Præterea telum aliud occultum ſcituros in tempore. Interea taceri opus eſſe. His ambagibus prodi ſimulabat hoſtes, quo animus militum multitudine ter- [illegible] ritus

dum τὸ *que*. Adi notas ad lib. 31, 1. *J. F. Gron.*

1 *In ſilvis tantummodo promota*] Non placet. lego: *Neque ſilvis tantummodo obmota caſtra.* Tan. Faber.

2 *Relicto hoſtibus ad inſtruendam contra ſpatio*] Sic primus apud me Frobenius. Omnes ante illum, *hoſtium ad inſtruendum.* Et ita Flor. Rott. Helm. Thuan. uterque Voſſianus. Scribe: *in campos delata acies, deinde inſtructa primo ſuo ſtare loco, relicto hoſtilem ad inſtruendam contra ſpatio: dein poſtquam detrectare.* nam τὸ *dein* Flor. Rott. Helm. Voſſ. alter. *J. F. Gron.*

1 *Quod*

ritus reſtitueretur: & [1] quod ſine munimento conſederant, veriſimilius erat quod ſimulabatur. Curati cibo corpora quieti dant, & quarta fere vigilia ſine tumultu excitati arma capiunt. Dolabræ calonibus dividuntur ad vallum proruendum, foſſaſque implendas: intra munimenta inſtruitur acies: delectæ cohortes ad portarum exitus collocantur. dato deinde ſigno paulo ante lucem, quod æſtivis noctibus ſopitæ maxime quietis tempus eſt, proruto vallo erupit acies: ſtratos paſſim invadit hoſtes: alios immobiles, alios ſemiſomnos in cubilibus ſuis, maximam partem ad arma trepidantes, cædes oppreſſit: paucis armandi ſe datum ſpatium eſt. Eos ipſos non ſignum certum, non ducem ſequentes, fundit Romanus, [2] fugatos eques perſequitur. ad caſtra, ad ſilvas diverſi tendebant. Silvæ tutius dedere refugium. nam caſtra in campis ſita eodem die capiuntur: aurum argentumque juſſum referre ad conſulem: cætera præda militis fuit. Cæſa aut capta eo die hoſtium millia ad ſexaginta. Eam tam claram pugnam trans Ciminiam ſilvam ad Peruſiam pugnatam, quidam auctores ſunt: metuque in magno civitatem fuiſſe, ne intercluſus exercitus tam infeſto ſaltu, coortis [3] undique Tuſcis Umbriſque, opprimeretur. Sed ubicunque pugnatum eſt, res Romana ſuperior fuit: itaque à Peruſia, & Cortona, & Aretio, quæ ferme capita Etruriæ populorum ea tempeſtate erant, legati pacem fœduſque ab Romanis petentes, inducias in triginta annos impe-
38 traverunt. [4] Dum hæc in Etruria geruntur, conſul alter C. Marcius Rutilus Allifas de Samnitibus vi cepit. multa alia caſtella, vicique, aut deleta hoſtiliter, aut integra in poteſtatem venere. Per idem tempus & claſſis Ro-

1 *Quod ſine munimento conſederant*] Flor. *munitione*: omnes vero, *conſiderant*. J. F. Gron.

2 *Fugatos perſequitur*] Vet. lib. *Fugatos eques perſequitur*. Sigonius.

3 *Undique Tuſcis*] Vet. lib. *Undique ab Tuſcis*. Idem.

4 *Cum hæc in*] Vet. lib. *Dum hæc*. Idem.

Romana à P. Cornelio, quem ſenatus maritimæ oræ præfecerat, in Campaniam acta, quum appulſa Pompeios eſſet; ſocii inde navales ad depopulandum agrum Nucerinum profecti, proximis raptim vaſtatis, unde reditus tutus ad naves eſſet, dulcedine (ut fit) prædæ longius progreſſi, excivere hoſtes. Palatis per agros nemo obvius fuit, quum occidione occidi poſſent: redeuntes agmine incauto haud procul navibus aſſecuti agreſtes, exuerunt præda, partem etiam occiderunt: quæ ſuperfuit cædi trepida multitudo, ad naves compulſa eſt. Profectio Q. Fabii trans Ciminiam ſilvam quantum Romæ terrorem fecerat, tam lætam famam in Samnium ad hoſtes tulerat: intercluſum Romanum exercitum obſideri: cladiſque imaginem Furculas Caudinas memorabant. eadem temeritate avidam ulteriorum ſemper gentem in ſaltus invios deductam; ſeptam non hoſtium magis armis, quam locorum iniquitatibus eſſe. Jam gaudium invidia quadam miſcebatur: quod belli Romani decus ab Samnitibus fortuna ad Etruſcos avertiſſet. itaque armis viriſque ad obterendum C. Marcium conſulem concurrunt: protinus inde Etruriam per Marſos ac Sabinos petituri; ſi Marcius dimicandi poteſtatem non faciat. Obvius iis conſul fuit. dimicatum prœlio utrimque atroci, atque incerto eventu eſt: & quum anceps cædes fuiſſet, adverſæ tamen rei fama in Romanos vertit, ob amiſſos quoſdam equeſtris ordinis, tribunoſque militum, atque unum legatum, & (quod inſigne maxime fuit) conſulis ipſius vulnus. Ob hæc etiam aucta fama (ut ſolet) ingens terror Patres invaſit: dictatoremque dici placebat: nec quin Curſor Papirius diceretur, in quo tum ſumma rei bellicæ ponebatur, dubium cuiquam erat: ſed nec in Samnium nuncium perferri, omnibus infeſtis, tuto poſſe: nec vivere Marcium conſulem ſatis fidebant. Alter conſul [1] Fabius infeſtus privatim

1 *Fabius infeſtus*] Vet. lib. *Infenſus*. Sigonius.

Digitized by Google

tim Papirio erat: quæ ne ira obſtaret bono publico, legatos ex conſularium numero mittendos ad eum ſenatus cenſuit: qui ſua quoque eum, non publica ſolum auctoritate, moverent, ut memoriam ſimultatum patriæ remitteret. Profecti legati ad Fabium, quum ſenatuſconſultum tradidiſſent, adjeciſſentque orationem convenientem mandatis, conſul demiſſis in terram oculis, tacitus ab incertis, quidnam eſſet acturus, legatis receſſit. nocte deinde ſilentio (ut mos eſt) L. Papirium dictatorem dixit, cui quum ob animum egregie victum legati gratias agerent, obſtinatum ſilentium obtinuit, ac ſine reſponſo ac mentione facti ſui, [1] legatos dimiſit: ut appareret inſignem dolorem ingenti comprimi animo. Papirius C. Junium Bubulcum Magiſtrum equitum dixit: [2] atque ei legem curiatam de imperio ferenti, triſte omen diem diffidit, quod Faucia curia fuit principium, duabus inſignis cladibus, captæ urbis, & Caudinæ pacis: quod utroque anno ejuſdem curiæ fuerat principium. Macer Licinius [3] tertia etiam clade, quæ ad Cre-
39 meram accepta eſt, abominandam eam curiam facit. Dictator poſtero die auſpiciis repetitis pertulit legem, & profectus cum legionibus, ad terrorem traducti ſilvam

Cimi-

1 *Legatos dimiſit, ut apparet*] Vet. lib. *Ita legatos dimiſit, ut appareret.* Sigonius.

2 *Atque ei leg. curiatam de imperio fer. --- quod Faucia curia f. princ.*] Curiatis comitiis mandari conſueviſſe imperium, ex eo intelligi poteſt, quod Livius ait lib. 6. *Curiata comitia rem militarem continent.* Et *curiatam legem* latam de imperio Camillo abſenti tradendo. Et Cicero contra Rullum: *Conſuli ſi legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet.* Et ad Lentulum: *Appius legem curiatam ferre vult.* Erant autem *comitia Curiata*, cum populus deſcriptus in curias ſuffragabatur. Nomina xxx curiarum interciderunt, Feſtus *Tiſata*, & *Titia* meminit, Livius nunc *Fauciæ*; quam prærogativam fuiſſe ſignificat in imperio mandando. Me ut hæc dicerem, coëgit Glareanus, qui ſe non ſatis intelligere hunc locum inquit. *Idem.*

Faucia curia fuit principium] Scribendum eſſe, *Faucia curia*, (& ita dedit Andreas Romæ, ſed mox vitiarunt) dein, *quo utroque anno eadem curia fuerat principium*, diximus lib. 4 Obſerv. 1. *J. F. Gron.*

3 *Tertia etiam clade, quæ ad Cremeram accepta eſt, abominandam*] Duo Pall. *tertiæ etiam cladis.* Quod forte haud ſpernendum. Poteſt enim intelligi, *nomine*, vel *crimine*. Idem.

1 *Præ-*

Digitized by Google

Ciminiam exercitus nuper ſcriptis, ad Longulam pervenit: acceptiſque à Marcio conſule veteribus militibus, in aciem copias eduxit: nec hoſtes detrectare viſi pugnam. inſtructos deinde, armatoſque (quum ab neutris [1] prœlium inciperet) nox oppreſſit. Quieti aliquamdiu, nec ſuis diffidentes viribus, nec hoſtem ſpernentes, ſtativa in propinquo habuere. Interea res in Etruria geſtæ. [2] nam & cum Umbrorum exercitu acie depugnatum eſt: (fuſi tamen magis quam cæſi hoſtes, quia cœptam acriter non tolerarunt pugnam,) & [3] ad Vadimonis lacum Etruſci lege ſacrata coacto exercitu, [4] quum vir virum legiſſet, quantis nunquam alias ante ſimul copiis, ſimul animis dimicarunt. tantoque irarum certamine res geſta eſt, ut ab neutra parte emiſſa ſint tela; gladiis pugna cœpit, & acerrime commiſſa, ipſo certamine quod aliquamdiu anceps fuit, accenſa eſt: ut non cum Etruſcis toties victis, ſed cum aliqua nova gente videretur dimicatio eſſe. Nihil ab ulla parte movetur fugæ, cadunt anteſignani: & ne nudentur propugnatoribus ſigna, fit ex ſecunda prima acies. Ab ultimis deinde ſubſidiis cietur miles: adeoque ad ultimum laboris ac periculi ventum eſt, ut equites Romani, [5] omiſſis equis, ad primos

1 *Prælium inciperetur*] Vet. lib. *Inciperet*. Sigonius.

2 *Nam & cum Umbrorum*, &c.] Tranſit a bello Samnitium, ad res in Etruria cum Umbris & Etruſcis geſtas, adhibita particula, *Nam.* quod mirabile mihi cum videretur, inſpexi veteres libros diligentius, quorum alios ita habere inveni, ut vulgo legitur, alios ita: *Nam & cum Umbrorum exercitu acie depugnatum eſt, fuſi tamen magis, quam cæſi hoſtes, quia cœptam acriter non tolerarunt pugnam. Interea res in Etruria geſtæ. & ad Vadimonis lacum Etruſci.*. Tum intellexi cauſam admirationis meæ probabilem eſſe. Deeſſe enim huic tranſitioni hæc verba: *Interea res in Etruria geſtæ*, quæ in veteribus libris luxata erant. Itaque ita lege: *Interea res in Etruria geſta. nam & cum Umbrorum exercitu acie depugnatum eſt*, &c. *Et ad Vadimonis lacum Etruſci.* conjungit enim Umbrorum, Etruſcorumque, ut ante, bellum. Hinc temere Glareanus mendum eſſe putavit in voce *Umbrorum*; quos Samnitium populos eſſe voluit, & ad Samnitium bellum referenda hæc eſſe. *Idem.*

3 *Ad Vadimonis lac.*] Polybius libro 2. Οὐαδμονα λίμνην vocat. *Idem.*

4 *Cum vir virum legiſſet*] Quid ſit apud veteres auctores: *Vir virum legit*, declarat Pet. Victorius lib. 18 cap. 19. Variar. lect.

5 *Omiſſis equis ad primos peditum*] Hic

primos ordines peditum, per arma, per corpora, evaſerint: ea velut nova inter feſſos exorta acies, turbavit ſigna Etruſcorum. Secuta deinde impetum eorum, [1] utcumque affecta erat, cætera multitudo, tandem perrumpit ordines hoſtium. Tunc vinci pertinacia cœpta, & averti manipuli quidam: &, ut ſemel dedere terga, etiam certiorem capeſſere fugam. Ille primum dies fortuna veteri abundantes Etruſcorum fregit opes. cæſum in acie quod roboris fuit, caſtra eo impetu capta, direptaque.

40 Pari ſubinde periculo gloriæque eventu bellum in Samnitibus erat, qui, præter cæteros belli apparatus, ut acies ſua fulgeret novis armorum inſignibus, fecerunt. Duo exercitus erant: ſcuta alterius auro, alterius argento cælaverunt. Forma erat ſcuti: ſummum latius qua pectus atque humeri teguntur, faſtigio æquali: ad imum cuneatior, mobilitatis cauſſa: ſpongia pectori tegumentum: & ſiniſtrum crus ocrea tectum: galeæ criſtatæ, quæ ſpeciem magnitudini corporum adderent. tunicæ auratis militibus verſicolores, argentatis linteæ candidæ. his dextrum cornu datum: illi in ſiniſtro conſiſtunt. Notus jam Romanis apparatus inſignium armorum fuerat: doctique à ducibus erant, *horridum militem eſſe debere; non cælatum auro & argento, ſed ferro & animis fretum. quippe illa prædam verius, quam arma eſſe; nitentia ante rem, deformia inter ſanguinem & vulnera. Virtutem eſſe militis decus, &* *omnia*

Hic jam olim ambigui fuere. Apud primum invenio Frobenium, quod editur. Thuan. Andreas, Becharius, Aſc. Mog. *ad proximos peditum.* Duo Pall. & Campanus: *ad proximos ordines per arma.* Aldus & Juntas cum Chiflet. & Voſſ. altero, *ad proximos ordines peditum per arma.* Tertius denique Pall. Voſſ. prior & Buſl. *ad primos ordines peditum per arma, per corpora, evaſerint.* Et hæc maxime probanda videtur lectio. Lib. 10. *Reliquerat intervalla inter ordines peditum, qua ſatu laxo ſpatio equi permitti poſſent.* Et rurſum: *Vixdum ſatis aptatis armis, in ordines eunt.* Niſi τὸ *peditum* abeſſe malis. Cæſar 7 Gall. *Ab ſiniſtro quem locum duodecima legio tenebat, quum primi ordines hoſtium, transfixi pilis concidiſſent, tamen acerrime reliqui reſiſtebant, nec dabat ſuſpicionem fugæ quiſquam.* Curtius lib. 7. *Satibarzanes in primos ordines adequitavit, demtaque galea* &c. *J. F. Gron.*

1 *Utcumque affecta fuerat*] Commodius *erat*, ut Flor. Rott. Helm. duo Voſſiani, Thuan. tres Pall. Mureti codices. *Idem.*

2 *De-*

omnia illa victoriam ſequi: & ditem hoſtem quamvis pauperis victoris premium eſſe. His Curſor vocibus inſtinctos milites in prœlium ducit. dextro ipſe cornu conſiſtit: ſiniſtro præfecit magiſtrum equitum. Simul eſt concurſum, ingens fuit cum hoſte certamen; non ſegnius inter dictatorem & magiſttum equitum, ab utra parte victoria inciperet. Prior forte Junius commovit hoſtem, lævo dextrum cornu, ſacratos more Samnitium milites, eoque candida veſte, & paribus candore armis inſignes. eos ſe Orco mactare Junius dictitans, quum intuliſſet ſigna, turbavit ordines, & haud dubie impulit aciem. Quod ubi ſenſit dictator, *Ab lævone cornu victoria incipiet?* inquit, *& dextrum cornu, dictatoris acies, alienam pugnam ſequetur, non partem maximam victoriæ trahet?* Concitat milites. nec peditum virtuti equites, aut legatorum ſtudia ducibus cedunt. M. Valerius à dextro, P. Decius ab lævo cornu, ambo conſulares, ad equites in cornibus poſitos evehuntur: adhortatique eos, ut partem ſecum capeſſerent decoris, in tranſverſa latera hoſtium incurrunt. Is novus additus terror, quum ex parte utraque circumvaſiſſet aciem, & ad terrorem hoſtium legiones Romanæ redintegrato clamore intuliſſent gradum; tum fuga à Samnitibus cœpta. Jam ſtrage hominum armorumque inſignium campi repleri, ac primo pavidos Samnites caſtra ſua accepere: deinde ne ea quidem retenta. captis direptiſque ante noctem injectus ignis. Dictator ex Senatuſconſulto triumphavit. cujus triumpho longe maximam ſpeciem captiva arma præbuere. tantum magnificentiæ viſum in iis, ut aurata ſcuta [1] dominis argentariorum ad forum ornandum dividerentur. inde natum initium dicitur fori ornandi ab ædilibus, quum thenſæ ducerentur. Et Romani quidem, ad honorem

1 *Dominis argentariorum*] Leg. *argentariarum*. ſubint. tabernarum. *Muretus.* Scribendum omnino *argentariarum*, quia ſubauditur, *tabernarum*. Vide lib. 26 cap. 27, & lib. 40 cap. 51. *Gisb. Cuperus.*

2 *Odio*

norem Deum inſignibus armis hoſtium uſi ſunt: Campani, ab ſuperbia & [1] odio Samnitium, gladiatores, (quod ſpectaculum inter epulas erat,) eo ornatu armarunt, Samnitiumque nomine compellarunt. Eodem anno cum reliquis Etruſcorum ad Peruſiam, [2] quæ & ipſa induciarum fidem ruperat, Fabius Conſul nec dubia, nec difficili victoria dimicat. ipſum oppidum (nam ad mœnia victor acceſſit) cepiſſet: ni legati dedentes urbem exiſſent. Præſidio Peruſiæ impoſito, legationibus Etruriæ amicitiam petentibus præ ſe Romam ad ſenatum miſſis, Conſul, [3] præſtantiore etiam quam dictator victoria triumphans, urbem eſt invectus. Quin etiam devictorum Samnitium decus magna ex parte ad legatos, P. Decium & M. Valerium, eſt verſum: quos populus proximis comitiis ingenti conſenſu Conſulem

41 alterum, alterum prætorem declaravit. Fabio ob egregie perdomitam Etruriam continuatur conſulatus: [4] Decius collega datur. Valerius prætor quartum creatus. [5] Conſules partiti provincias. Etruria Decio, Samnium Fabio evenit. Is [6] profectus ad Nuceriam Alfaternam; tum

1 *Odio Samnitium gladiatores Samnitium nomine appellarunt*] Hinc Cicero dixit pro Sextio: *Ex ergaſtulis emptos nominibus gladiatoriis ornavit, & ſortito alios Samnites, alios provocatores fecit.* Et Lucilius, ut eſt apud Marcellum:

Æſerninus fuit flacco ore una equidem Samnis, ſpurcus homo, vita illa dignus, locoque

Cum Paciliano componier, optimus multo Poſt homines natos gladiator, qui fuit unus.

Erant etiam alia gladiatorum nomina, ut *Thrax, Mirmillo, Retiarius*, de quibus alii. *Sigonius.*

Samnitiumque nomine appellarunt] Flor. Rott. Helm. Voſſ. duo *compellarunt*. J. F. Gron.

2 *Quæ ipſa induciarum fidem ruperat*] In Aldina, Juntæ & Frobeniana video: *quæ & ipſa.* Vetuit Gelenius: legendum, *quæ ipſa*, inquit; non *quæ & ipſa.* Et ſane Andreas & cæteri ante Aldum, ut ille voluit: Sed Flor. Rott. Helm. Voſſianus, Mureti: *quæ & ipſa.* Idem.

3 *Præſtantiore, quam*] Vet. lib. *Præſtantiore etiam quam.* Sigonius.

4 *Decius collega datus*] Chifl. *Decio collega.* Voſſ. & Helm. *Decio collega.* Forte mutata diſtinctione: *Fabius ob egregie perdomitam Etruriam, continuato conſulatu, Decio collega datur.* J. F. Gron.

5 *Conſules partiti provincias*] Lege: *Conſulibus partitis provincias, Etruria Decio, Samnium Fabio evenit.* Idem.

6 *Profectus ad Nuceriam Allifates jam tum --- aſpernatus, oppugnando ſubegit*] Vet. lib. *Is profectus ad Nuceriam Alphaternam, jam tum pacem petentes, quod uti ea cum daretur, noluiſſent, aſpernatus, eam oppugnando ſubegit.* Ita autem legendum eſſe aperte etiam docet Diodo-

tum pacem petentes, quod uti ea quum daretur, noluiſſent, aſpernatus, oppugnando ad deditionem ſubegit. Cum Samnitibus acie dimicatum: haud magno certamine hoſtes victi. [1] neque ejus pugnæ memoria tradita foret, ni Marſi eo primum prœlio cum Romanis bellaſſent. Secuti Marſorum defectionem Peligni, eandem fortunam habuerunt. Decio quoque alteri conſuli ſecunda belli fortuna erat. Tarquinienſem metu ſubegerat frumentum exercitui præbere, atque inducias in quadraginta annos petere: [2] Volſinienſium caſtella aliquot vi cepit: quædam ex iis diruit, ne receptaculo hoſtibus eſſent: circumferendoque paſſim bello, tantum terrorem ſui fecit, ut nomen omne Etruſcum fœdus ab Conſule

Diodorus, qui ſcribit, Sp. Nautio & M. Popillio conſulibus, ita: *οἱ καὶ Νυκερίαν τὴν Ἀλφατέρνην καλουμένην οἰκοῦντες, πεισθέντες ὑπό τινων, τῆς Ῥωμαίων φιλίας ἀπέστησαν.* Id eſt, *Qui Nuceriam Alphaternam incolunt, à Romanis defecerunt.* Itaque paulo ante Livius dixit: *Claſſis Romana à P. Cornelio in Campaniam acta, cum appulſa Pompeios eſſet, ſocii inde navales ad depopulandum agrum Nucerinum profecti.* Eſt autem *Nuceria* in Campania IX millia paſſuum diſtans à mari, auctore Plinio, qui idem de Alphaternis populis mentionem facit. Neque vero hic *Aliſa* locum habent, quas ſupra captas tradidit, neque poſtea defeciſſe adſcripſit. Glareanus tamen *Luceriam* ſine cauſa emendat. *Sigonius.*

Ad Nuceriam Alfaternam, jam tum pacem petentes] Recte Sigonius ſic pro eo, quod edebatur jam ab Andrea. *Aliſates.* Confirmant noſtri: ſed præterea Thuan. duo Voſſ. Helm. ignorant τὸ *jam.* Igitur ſequens particula mutanda, ut ſit: *Alfaternam, jam pacem petentes.* Ut Naſo: *Jam trepidum, jam verba minus violenta loquentem.* Quod vero, *aſpernatus, eam oppugnando,* vult Sigonius, nec meliores codices habet ſubſcriptores, & perinde peccat, ut Cluverius, cum legit *Alfaternos,* quo ſcilicet oratio & ſenſus conſtet, lib. 4 Italiæ antiq. cap. 5. Is vero & ſic conſtat. Intelligimus enim ejus urbis incolas. Sic lib. 10. *Hac ubi Patavium ſunt nuntiata (ſemper autem eos in armis accola Galli habebant) in duas partes juventutem dirigunt.* Lib. 24. *Helorum atque Erbeſſum, dedentibus ipſis, recipit.* Et eodem: *Murgantiam primum, prodito ab ipſis præſidio Romano, recipit.* Lib. 26. *Emporiis, urbe Græca (oriundi & ipſi à Phocæa ſunt) copias exponit.* Lib. 31. *Elaunta & Alopeconeſum; tradentibus ipſis, recipit.* Lib. 44. *Poſtero die progreſſus, Agaſſam urbem, tradentibus ſeſe ipſis, recepit.* Vide ſupra ad 8, 11. *J. F. Gron.*

1 *Neque ejus pugnæ memoria tradita*] Annon *prodita*? Iſtud enim *tradita* ſine ullo adjuncto, puta *veterum monumentis, annalibus,* &c. non placet. *Tan. Faber.*

Neque ejus pugnæ memoria tradita foret] Satis commode. Sed optimus Flor. *ei pugnae.* Ut liceat ſuſpicari: *Neque ea pugna memoria tradita foret.* Cicero parad. 3. *Nam iſtum doctum & ſapientem virum fuiſſe memoria traditum eſt.* J. F. Gron.

2 *Volſinienſium*] *Vulſinienſium,* ex Capitolinis triumphis. *Sigonius.*

ſule peteret. Ac de eo quidem nihil impetratum. induciæ annuæ datæ: ſtipendium exercitui Romano ab hoſte in eum annum penſum, & binæ tunicæ in militem exactæ. ea merces induciarum fuit. Tranquillas res jam Etruſcis turbavit repentina defectio Umbrorum; gentis integræ à cladibus belli, niſi quod tranſitum exercitus ager ſenſerat: ii concitata omni juventute ſua, & magna parte Etruſcorum ad rebellionem compulſa, tantum exercitum fecerant, ut relicto poſt ſe in Etruria Decio, ad oppugnandam inde Romam ituros, magnifice de ſe, ac contemptim de Romanis loquentes, jactarent. Quod incœptum eorum ubi ad Decium Conſulem perlatum eſt, ad urbem ex Etruria magnis itineribus pergit: & [1] in agro Pupinienſi ad famam intentus hoſtium conſedit. Nec Romæ ſpernebatur Umbrorum bellum: & ipſæ minæ metum fecerant, [2] expertis à Gallica clade quam intutam urbem incolerent. Itaque legati ad Fabium Conſulem miſſi ſunt: ut, ſi quid laxamenti à bello Samnitium eſſet, in Umbriam propere exercitum duceret. Dicto paruit Conſul, magniſque itineribus ad Mevaniam, ubi tum copiæ Umbrorum erant, perrexit. Repens adventus conſulis, quem procul Umbria in Samnio bello alio occupatum crediderant, ita exterruit Umbros, ut alii recedendum ad urbes munitas, quidam omittendum bellum cenſerent. [3] Plaga una (Materinam ipſi appellant) non continuit modo cæteros in armis, ſed confeſtim ad certamen egit. caſtra vallantem Fabium adorti ſunt. Quos ubi effuſos ruere in munimenta conſul vidit, revocatos milites ab opere, prout loci natu-

1 *In agro Pipinienſi*] Scribe *Pupinienſi*, id eſt, qui erat *in Pupinia*, de qua dicam poſt, quod quid ea ſit, ſe dicat Glareanus ignorare. *Sigonius.*

2 *Expertis à Gallica clade*] Præpoſitionem abjiciunt Flor. Thuan. Helm. Voſſ. Mureti codices. Et quid ea opus? *J. F. Gron.*

3 *Plaga una (Materinam ipſi appellant)*] *Plaga* hic haud dubie militiæ nomen, & fortaſſis quod πλαγίας vocant Græci, aciem quadratam altera parte longiorem. *Glareanus.*

1 *Urb*

Digitized by Google

natura tempuſque patiebatur, ita inſtruxit: cohortatuſque prædicatione vera qua in Tuſcis qua in Samnio partorum decorum, exiguam appendicem Etruſci belli conficere jubet: & vocis impiæ pœnas expetere, qua ſe [1] urbem Romanam oppugnaturos, minati ſint. Hæc tanta ſunt alacritate militum audita, ut clamor ſua ſponte ortus loquentem interpellaverit ducem. ante imperium deinde, [2] concentu tubarum ac cornuum, curſu effuſo in hoſtem feruntur. Non tamquam in viros, aut armatos incurrunt, [3] mirabilia dictu: ſigna primo eripi cœpta ſigniferis: deinde ipſi ſigniferi trahi ad conſulem, armatique milites ex acie in aciem transferri. & ſicubi eſt certamen, ſcutis magis quam gladiis geritur res. [4] Umbonibus incuſſaque ala ſternuntur hoſtes. plus capitur hominum, quam cæditur: atque una vox ponere arma jubentium per totam fertur aciem. Itaque inter ipſum certamen [5] facta deditio eſt à primis auctoribus belli. poſtero inſequentibuſque diebus, & cæteri Umbrorum populi deduntur. Ocriculani ſponſione in amicitiam accepti. Fabius alienæ ſortis victor belli, in ſuam provin- 42
ciam exercitum reduxit. itaque ei ob res tam feliciter geſtas, ſicut priore anno populus continuaverat conſulatum; ita Senatus inſequente anno, quo Ap. Claudius, L. Volumnius Conſules fuerunt, prorogavit, maxime Appio adverſante, imperium. Appium cenſorem petiſſe

1 *Urb. Rom. oppugnaturos*] Vet. lib. *Expugnaturos.* Sigonius.

2 *Concentu tubarum ac cornuum*] Plenius aptiuſque Flor. & Mureti: *ante imperium, ante concentum tubarum ac cornuum.* neque enim ſigna canebant ante imperium. *J. F. Gron.*

3 *Mirabilia dictu*] Vet. lib. *Mirabile dictu.* Sigonius.

4 *Umb. incuſſaque ala*] Vet. lib. *Umbonibus incuſſa ala.* Idem.

Umbonibus incuſſaque ala ſternuntur] Sigonius auctoritate ſuorum delet copulativam, immemor ſic loquutum eſſe noſtrum lib. 30. *Movere loco hoſtium aciem Romani, ala deinde & umbonibus pulſantes, in ſummotos gradu illato, aliquantum ſpatii velut nullo reſiſtente inceſſêre.* Nec deerat in illis, quos vidimus. Lib. 4. *Adſurgentem ibi regem umbone reſupinat.* Hoc ipſo capite ſuperius noſtri: *ita inſtruit, cohortatuſque prædicatione.* J. F. Gron.

5 *Facta deditio eſt à primis*] Duo Pall. & alter Voſſ. *inter ipſum certamen facta deditione à primis auctoribus belli, poſtero inſequentibuſque.* Idem.

ſe conſulatum, comitiaque ejus ab L. Furio tribuno plebis interpellata, donec ſe cenſura abdicavit, in quibuſdam annalibus invenio. Creatus conſul, quum collegæ novum bellum, Salentini hoſtes decernerentur, Romæ manſit, ut urbanis artibus opes augeret, quando belli decus penes alios eſſet. Volumnium provinciæ haud pœnituit. multa ſecunda prœlia fecit: aliquot urbes hoſtium vi cepit. prædæ erat largitor, & benignitatem per ſe gratam comitate adjuvabat, militemque iis artibus fecerat & periculi & laboris avidum. Q. Fabius proconſul ad urbem Alliſas cum Samnitium exercitu ſignis collatis confligit. minime ambigua res fuit. Fuſi hoſtes, atque in caſtra compulſi. nec caſtra forent retenta, ni exiguum ſuperfuiſſet diei: ante noctem tamen ſunt circumſeſſa, & nocte cuſtodita, ne quis elabi poſſet. Poſtero die, vix dum luce certa, deditio fieri cœpta: & pacti, qui Samnitium forent, ut cum ſingulis veſtimentis emitterentur. Hi omnes ſub jugum miſſi. ſociis Samnitium nihil cautum: ad ſeptem millia ſub corona veniere. qui ſe civem Hernicum dixerat, ſeorſum in cuſtodia habitus. Eos omnes Fabius Romam ad ſenatum miſit: & quum quæſitum eſſet, delectu, an voluntarii pro Samnitibus adverſus Romanos bellaſſent; per Latinos populos cuſtodiendi dantur. juſſique eam integram rem novi conſules, P. Cornelius Arvina, Q. Marcius Tremulus (ii enim jam creati erant) ad ſenatum referre. id ægre paſſi Hernici; concilium populorum omnium habentibus Anagninis, in circo, quem Maritimum vocant, præter Alatrinatem Ferentinatemque, & Verulanum, omnes Hernici nominis populo Romano bellum indixerunt.
43 In Samnio quoque, quia deceſſerat inde Fabius, novi motus exorti. Calatia & Sora, præſidiaque quæ in iis Romana erant, expugnata: & in captivorum corpora militum fœde ſævitum. itaque eo P. Cornelius cum exercitu miſſus. Marcio novi hoſtes

ſtes (jam enim Anagninis Hernicisque aliis bellum juſſum erat) decernuntur. Primo ita omnia opportuna loca hoſtes inter conſulum caſtra interceperunt, ut pervadere expeditus nuncius non poſſet, [1] & per aliquot dies incerti rerum omnium, ſuſpenſique de ſtatu alterius, uterque conſul ageret, Romamque is metus manaret: adeo, ut omnes juniores ſacramento adigerentur, atque ad ſubita rerum duo juſti ſcriberentur exercitus. Cæterum Hernicum bellum nequaquam [2] pro præſenti terrore ac vetuſtate gentis gloriæ fuit. nihil uſquam dictu dignum auſi, trinis caſtris intra paucos dies exuti, triginta dierum inducias, ita ut ad ſenatum Romam legatos mitterent, pacti ſunt bimeſtri ſtipendio frumentoque, & ſingulis in militem tunicis. Ab ſenatu ad Marcium rejecti, cui Senatuſconſulto permiſſum de Hernicis erat: iſque eam gentem in deditionem accepit. Et in Samnio alter conſul ſuperior viribus, locis impeditior erat. Omnia itinera obſepſerant hoſtes: ſaltuſque pervios ceperant, ne qua ſubvehi commeatus poſſent: neque eos quum quotidie ſigna in aciem conſul proferret, elicere ad certamen poterat. ſatiſque apparebat neque Samnitem certamen præſens, nec Romanum dilationem belli laturum. Adventus Marcii, qui Hernicis ſubactis maturavit collegæ venire auxilio, moram certaminis hoſti exemit. nam, ut qui ne alteri quidem exercitui ſe ad certamen crediſſent pares, conjungi utique paſſi duo conſulares exercitus, nihil crederent ſupereſſe ſpei; advenientem incompoſito agmine Marcium aggrediuntur. Raptim collatæ ſarcinæ in medium: & prout tempus patiebatur, inſtructa acies. Clamor primum in ſtativa perlatus, dein conſpectus procul pulvis, tumul-

1 *Et per aliquot dies,* &c.] Non celari meretur ſcriptura codicis Rottend. quæ hæc eſt: *ut pervadere expeditus nuncius non poſſet. Per aliquot dies incerti rerum omnium, ſuſpenſique de ſtatu alterius uterque conſul agere; Romamque is metus manarat.* J. F. Gron.

2 *Pro præſenti terrore ac vetuſtate gentis gloria fuit*] Flor. *gloria.* Forte: *ac vetuſta gentis gloria fuit.* Idem.

1 *In*

multum apud alterum conſulem in caſtris fecit. iſque confeſtim arma capere juſſis, raptimque eductis in aciem militibus, tranſverſam hoſtium aciem, atque alio certamine occupatam, invadit: clamitans *ſummum flagitium fore, ſi alterum exercitum utriuſque victoriæ compotem ſinerent fieri, nec ad ſe ſui belli vindicarent decus.* Qua impetum dederat, perrumpit: aciemque per mediam in caſtra hoſtium tendit, & vacua defenſoribus capit atque incendit. Quæ ubi flagrantia Marcianus miles conſpexit, & hoſtes reſpexere, tum paſſim fuga cœpta Samnitium fieri. ſed omnia obtinet cædes: nec in ullam partem tutum perfugium eſt. Jam triginta millibus hoſtium cæſis, ſignum receptui conſules dederant, colligebantque in unum copias, invicem inter ſe gratantes: quum repente viſæ procul hoſtium novæ cohortes, quæ in ſupplementum ſcriptæ fuerant, integravere cædem. in quas nec juſſu conſulum, nec ſigno accepto victores vadunt; malo tirocinio imbuendum Samnitem, clamitantes. Indulgent Conſules legionum ardori, ut qui probe ſcirent novum militem hoſtium inter perculſos fuga veteranos, ne tentando quidem ſatis certamini fore. Nec eos opinio fefellit. omnes Samnitium copiæ veteres novæque, montes proximos fuga capiunt. eo & Romana erigitur acies: nec quicquam ſatis tuti loci victis eſt. & de jugis, quæ ceperant, funduntur; jamque una voce omnes pacem petebant. Tum trium menſium frumento imperato, & annuo ſtipendio ac ſingulis in militem tunicis, ad ſenatum pacis oratores miſſi. Cornelius in Samnio relictus. Marcius de Hernicis triumphans, in urbem rediit: ſtatuaque equeſtris [1] in foro decreta eſt, quæ ante templum Caſtoris poſita eſt. Hernicorum tribus populis, Alatrinati, Verulano, Ferentinati, quia maluerunt, quam civitatem, ſuæ leges redditæ: connubiumque inter ipſos, quod aliquandiu Hernicorum ſoli

1 *In foro decreta eſt*] Forte: *decreta ei*. J. F. Gron.

2 *Ma-*

ſoli habuerunt, permiſſum. Anagninis, quique arma
Romanis intulerant, civitas ſine ſuffragii latione data:
concilia connubiaque adempta: & [1] Magiſtratibus, præ-
terquam ſacrorum curatione, interdictum. Eodem an-
no ædes Salutis à C. Junio Bubulco cenſore locata eſt:
quam conſul bello Samnitium voverat. ab eodem col-
legaque ejus M. Valerio Maximo viæ per agros pu-
blica impenſa factæ. [2] Et cum Carthaginienſibus eo-
dem anno fœdus tertio renovatum: legatiſque eorum,
qui ad id venerant, comiter munera miſſa. Dictatorem 44
idem annus habuit P. Cornelium Scipionem, cum ma-
giſtro equitum P. Decio Mure. ab iis, propter quæ
creati erant, comitia conſularia habita, quia neuter
conſulum potuerat bello abeſſe. Creati conſules [3] L. Po-
ſtumius, Ti. Minucius. Hos conſules Piſo Q. Fabio &
P. Decio ſuggerit. biennio exempto, quo Claudium
Volumniumque, & Cornelium cum Marcio conſules fa-
ctos tradidimus: memoriane fugerit in annalibus dige-
rendis, an conſulto binos conſules falſos ratus tranſcen-
derit, incertum eſt. Eodem anno in campum Stellatem
agri Campani Samnitium incurſiones factæ. itaque am-
bo conſules in Samnium miſſi. Quum diverſas regiones,
[4] Tifernum Poſtumius, Bovianum Minucius petiſſent;
Poſtu-

1 *Magiſtratibus interdictum*] Videri poſſet pugnare inter ſe, *civitate donare*, & *magiſtratibus interdici*: verum hæc neutiquam inter ſe pugnant, cum alterum ad municipii; alterum ad præfecturæ jus pertineat; quorum hoc inter conditiones Italicarum civitatum duriſſimum fuit, cum formula præfecturæ non longe à provinciæ formula videatur abfuiſſe. Ut enim quotannis in provincias prætores Roma mitti ſoliti; ſic in præfecturas præfecti, qui eas adminiſtrarent, ac jus dicerent, cum municipia ſuos magiſtratus, *Decuriones*, *Duumviros*, *Ædiles*, &c. haberent. *Sigonius.*

2 *Et cum Carthag. eodem anno fœdus tertio*] Polyb. lib. 3 ait primum fœdus cum Carthaginienſibus ictum ſub primis Coſſ. quod Livius omiſit. Tertium autem ictum eo tempore, quo Pyrrhus Rex in Italiam trajecerit. Livius hoc anno, tertio ictum. Antea etiam anno 407. Sed primone an ſecundo incertum. *Glareanus.*

3 *L. Poſth. T. Minutius*] *Ti. Minucius*, tum ex fragmento conſulatus Capitolini, tum etiam apertius ex Diodoro, qui Τιβέριον Μινούκιον edit. *Sigonius.*

4 *Tifernum Poſtum.*] *Tifernum* cum ſit in Umbria oppidum, miratur Glareanus hoc loco in Samnio poni, quod idem fit etiam ſequenti libro.

Poſtumii prius ductu ad Tifernum pugnatum. [1] Alii haud dubie Samnites victos, ac viginti millia inde hominum capta tradunt: alii Marte æquo diſceſſum, & Poſtumium metum ſimulantem nocturno itinere clam in montes copias abduxiſſe: hoſtes ſecutos duo millia inde locis munitis & ipſos conſediſſe. Conſul, ut ſtativa tuta, copioſaque (& ita erant) petiſſe videretur; poſtquam & munimentis caſtra firmavit, & omni apparatu rerum utilium inſtruxit; [2] relicto firmo præſidio de vigilia tertia, qua duci proxime poteſt, expeditas legiones ad collegam, & ipſum adverſus alios ſedentem, ducit. ibi auctore Poſtumio Minucius cum hoſtibus ſigna confert; & quum anceps prœlium in multum diei proceſſiſſet, tum Poſtumius integris legionibus defeſſam jam aciem hoſtium improviſo invadit. Itaque quum laſſitudo ac vulnera fugam quoque præpediſſent; occidione occiſi hoſtes, ſigna unum & viginti capta: atque inde ad caſtra Poſtumii perrectum. Ibi duo victores exercitus perculſum jam fama hoſtem adorti fundunt fugantque: [3] ſigna militaria ſex & viginti capta, & imperator Samnitium [4] Statius Gellius, multique alii mortales, & caſtra utraque capta: & [5] Bovianum, ubi poſtero die cœptum oppu-

Ego vero utroque in libro *Trifernum* in omnibus veteribus libris legi reperio. *Sigonius.*

1 *Alii --- triginta inde millia h. --- alii*] Malim in dubia inter auctores victoria *duo millia*, quam *triginta*, ut Diodorus ſcribit: ϛρατιώτας δ᾽ ἰζώγρησαν ὑπὲρ τοὺς διϛιλίους. *Idem.*

Triginta millia inde hominum] Duo Pall. Thuan. duo Voſſ. Helm. *ac xx millia hominum.* Sine τοῦ *inde.* Sigonius ex Diodoro *duo millia.* J. F. Gron.

2 *Relicto firmo præſidio vigilia tertia*] Fuldenſes & omnes ſcripti noſtri, *de vigilia tertia*, aut, quod malo, *de tertia vigilia.* Ante tertiam vigiliam exactam. Lib. 34. *Ipſe de tertia vigilia navem conſcendit & profugit.* Lib. 40. *Sopitis omnibus de tertia vigilia conſcendunt.* Cæſar lib 1 Gall. *De tertia vigilia cum legionibus tribus è caſtris proficiſcitur.* Iterum: *De tertia vigilia T. Labienum legatum propere cum duabus legionibus ſummum jugum montis adſcendere jubet.* Idem.

3 *Signa militaria ſex & viginti capta*] Deleo τὸ *capta.* Sufficit enim mox poni, *& caſtra utraque capta.* Idem.

4 *Statius Gellius*] Diodorus vocat Γέλλιον Γάιον. *Sigonius.*

5 *Bovianum u. p. d. cœptum oppugnari, b. capitur*] Miratur hoc etiam loco Glareanus, *Bovianum*, quod anno CDXLIII ſupra expugnatum traditur, idem hoc anno iterum, ſine ulla defectionis mentione, captum à Livio

ſcribi;

oppugnari, brevi capitur. magnaque gloria rerum geſtarum conſules triumpharunt. Minucium conſulem cum vulnere gravi relatum in caſtra mortuum, quidam auctores ſunt, & M. Fulvium in locum ejus conſulem ſuffectum: & ab eo quum ad exercitum Minucii miſſus eſſet, [1] Bovianum captum. Eodem anno [2] Sora, Arpinum, Cenſennia, recepta ab Samnitibus. Herculis magnum ſimulacrum in Capitolio poſitum, dedicatumque.
[3] P. Sulpicio Saverrione, P. Sempronio Sopho conſulibus, Samnites, ſeu finem, ſeu dilationem belli quærentes, legatos de pace Romam miſere. quibus ſuppliciter agentibus reſponſum eſt, *niſi ſæpe bellum parantes pacem petiſſent Samnites, oratione ultro citroque habita, de pace tranſigi potuiſſe. nunc, quando verba vana ad id locorum fuerint, rebus ſtandum eſſe. P. Sempronium conſulem cum exercitu brevi in Samnio fore: eum ad bellum pacemne inclinent animi, falli non poſſe. Comperta omnia ſenatui relaturum. decedentem ex Samnio Conſulem legati ſequerentur.* Eo anno quum 45

ſcribi; ne miretur, Diodorus admonet, qui *Bolam*, non *Bovianum* captum ait, libro vigeſimo, ubi res geſtas his conſulibus edit: Τῶν δ' ὑπάτων ἀ-δὺς ἑλόντων πόλιν, Βώλαν, Γέλλιος Γάϊος ὁ τῶν Σαμνιτῶν ἡγεμὼν ἑάλω μετὰ στρατιωτῶν ἑξακισχιλίων. *Sigonius.*

1 *Bolam captam*] Omnes libri, *Bovianum captum.* Miratur Glareanus, oppidum quod ſupra expugnatum traditur, idem hoc anno iterum, ſine ulla defectionis mentione, captum à Livio dici. Sigonius ut cauſſa mirandi ceſſet, auctore Diodoro Siculo ſcribit *Bolam captam*, non hic modo, ſed præterea bis eodem capite, ubi *Boviani* mentio eſt. Modius ubique reddidit *Bovianum*, quod prioribus duobus locis reliquit Gruterus, hoc ultimo fecit *Bolam captam.* Floren. Thuan. Voſſ. medio loco: *& Bovianum, ubi poſtero die cœpta oppugnari.* non *cœptum.* Scio defendi poſſe *Bovianum cœpta*, ut *in Eunuchum ſuam.* Non hoc tamen ſpectaſſe Livium puto: ſed librarii, qui hoc retinuere, fatentur fuiſſe aliquando: *& Bola, ubi poſtero die cœpta oppugnari.* J. F. Gron.

2 *Sora, Arpinum, Conſentia recepta*] Vet. lib. *Cenſennia.* Diodorus *Serenniam* edit, libro vigeſimo: οἱ δ' ὕπατοι τῶν συμμαχίδων πόλεων τὰς ἁλούσας ἀνεκτήσαντο Σώραν, Ἀρπίνας, καὶ Σερεννίαν. *Conſentia* certè locum non habet. Qua de re laborat Glareanus. *Sigonius.*

Arpinum, Cenſennia] Sic Sigonius, cum feciſſent *Conſentia.* Apud Diodorum eſt *Serennia.* Glareanus & Cluverius *Æſernia.* Andreas, *Ceſſenia.* Flor. *Ceſennia.* Rott. & Helm. *Cerſennia*, ut credibile ſit *Cerſenniam* vel *Cirſenniam* eſſe inter Corfinium & Albam Fucentiam in Itinerario Antonini & tabula Peutingeri conſpicuam. quæ conjectura eſt Alberti Rubenii. *J. F. Gron.*

3 *P. Sulp. Averrione*] *Saverrione* ex tabulis Capitolinis. *Sigonius.*

1 *Intra*

by Google

quum pacatum Samnium exercitus Romanus benigne præbito commeatu peragraſſet, fœdus antiquum Samnitibus redditum. Ad Æquos inde veteres hoſtes, cæterum permultos annos ſub ſpecie infidæ pacis quietos, verſa arma Romana: quod incolumi Hernico nomine miſſitaverant ſimul cum iis Samniti auxilia; & poſt Hernicos ſubactos, univerſa prope gens, ſine diſſimulatione conſilii publici, ad hoſtes deſciverat: & poſtquam icto Romæ cum Samnitibus fœdere, feciales venerant, res repetitum, *tentationem*, ajebant, *eſſe, ut terrore incuſſo belli Romanos ſe fieri paterentur. quod quantopere optandum foret, Hernicos docuiſſe: quum quibus licuerit, ſuas leges Romanæ civitati praoptaverint: quibus legendi quid mallent, copia non fuerit, pro pæna neceſſariam civitatem fore.* Ob hæc vulgo in conciliis jactata, populus Romanus bellum fieri Æquis juſſit: conſuleſque ambo ad novum profecti bellum, quatuor millibus à caſtris hoſtium conſederunt. Æquorum exercitus (ut qui ſuo nomine permultos annos imbelles egiſſent) tumultuario ſimilis, ſine ducibus certis, ſine imperio trepidare. alii exeundum in aciem, alii caſtra tuenda cenſent: movet pleroſque vaſtatio futura agrorum, ac deinceps cum levibus præſidiis urbium relictarum excidia. Itaque poſtquam inter multas ſententias una, quæ omiſſa cura communium ad reſpectum ſuarum quemque rerum vertiſſet, audita; ut prima vigilia diverſi è caſtris ad deportanda omnia tuendaque mœnibus in urbes abirent; cuncti eam ſententiam ingenti aſſenſu accepere. Palatis hoſtibus per agros, prima luce Romani ſignis prolatis in acie conſiſtunt: & ubi nemo obvius ibat, pleno gradu ad caſtra hoſtium tendunt. Cæterum, poſtquam ibi neque ſtationes pro portis, nec quemquam in vallo, nec fremitum conſuetum caſtrorum animadverterunt; inſolito ſilentio moti, metu inſidiarum ſubſiſtunt. tranſgreſſi deinde vallum, quum deſerta omnia inveniſſent, pergunt hoſtem veſtigiis

giis ſequi: ſed veſtigia in omnes æque ferentia partes, ut
in dilapſis paſſim, primo errorem faciebant; poſt, per
exploratores compertis hoſtium conſiliis, ad ſingulas
urbes circumferendo bello, unum & quadraginta oppi-
da [1] intra dies quinquaginta omnia oppugnando cepe-
runt; quorum pleraque diruta, atque incenſa, nomen-
que Æquorum prope ad internecionem deletum. De
Æquis triumphatum, exemploque eorum clades fuit,
ut [2] Marrucini, Marſi, Peligni, Frentani, mitterent
Romam oratores pacis petendæ, amicitiæque. iis popu-
lis fœdus petentibus datum. Eodem anno C. Flavius Cn. 46
filius ſcriba, patre libertino, humili fortuna ortus, cæ-
terum callidus vir & facundus; ædilis curulis fuit. Inve-
nio in quibuſdam annalibus, [3] quum appareret ædilibus
fierique ſe pro tribu ædilem videret, neque accipi no-

men

1 *Intra dies triginta o. op. c.*] Vet. lib. *Dies quinquaginta*: atque ita etiam Diodorus libro vigeſimo: *ἐχειρώσατο μα πόλεις ἐν ἡμέραις πάσαις ν.* *Sigonius.*

2 *Marrucini, Marſi, Peligni, Ferentini*] Supra oſtendi legendum eſſe *Frentani*. Eadem menda eſt apud Cæſarem libro primo de Bello civili: *Per fines Marrucinorum, Ferentinorum, Larinatium in Apuliam pervenit.* Diodorus item libro vigeſimo, cum Marrucinis, Marſis, Pelignis amicitiam & ſocietatem initam pariter ſcribit. *Idem.*

3 *Cum appar. ædil. fierique ſe pro tribu ædilem vid. neque ejus accipi nom. q. ſcript. fac.*] Vox *Ejus*, non eſt in veteribus libris. Sic Piſo apud Gellium de eodem: *Cn. Flavius patre libertino natus ſcriptum faciebat, iſque in eo tempore ædili curuli apparebat, quo tempore ædiles ſubrogantur. Eumque primæ tribus ædilem curulem renunciaverunt: at ædilis qui comitia habebat, negat accipere, neque ſibi placere, qui ſcriptum faceret, curulem ædilem fieri. Cn. Flavius dicitur tabulas poſuiſſe, ſcripto ſeſe abdicaſſe. Iſque ædilis curulis factus eſt.* Factum porro eſſe cum Q. Amicio Præneſtino ſcribit Plinius libro trigeſimo tertio, capite primo. Hic autem non *C. Flavius*, ut vulgo, ſed *Cn.* dicitur in veteribus libris apud Diodorum, apud Ciceronem in epiſtolis ad Atticum, & apud Piſonem: ex quo perſpici poteſt, etiam hoc loco *Cn. Flavium* eſſe ſcribendum. Porro autem *pro tribu ædilem fieri.* eſt *à prima tribu ædilem renunciari*, ut ait Piſo. *Idem.*

Fierique ſe pro tribu ædilem videret] Muretus tentabat: *fierique ſe à prima tribu.* Amico, homini docto, non ſatisfaciebant, quæ dixi 4 Obſer. 1, neque enim ſimile illi videbatur: *Tribus Sergia principium fuit: pro tribu Sex. L. F. Varro primus ſcivit*: malebat denique, *per tribus*, ut Cicero contra Rullum: *ecquando niſi per XXXV tribus creati ſint?* Mihi vero hoc multum abeſſe à ſenſu hujus loci, illa autem ſimillima videntur. Quid enim, *pro tribu primus ſcivit*, aliud eſt quam, in prærogativa tribu, vel in ea tribu, quæ principium erat, primus ſuffragium tulit? At ita prorſus hoc loco, *quum fieri ſe pro tribu ædilem videret*, eſt,

quum

men, quia ſcriptum faceret; tabulam poſuiſſe, & juraſſe, ſe ſcriptum non facturum. quem aliquanto antea deſiiſſe ſcriptum facere arguit Macer Licinius, tribunatu ante geſto, triumviratibuſque; nocturno altero, altero coloniæ deducendæ. Cæterum (id quod haud diſcrepat) contumacia adverſus contemnentes humilitatem ſuam nobiles certavit. civile jus repoſitum in penetralibus pontificum evulgavit, faſtoſque circa forum in albo propoſuit, ut quando lege agi poſſet, ſciretur: ædem Concordiæ in area Vulcani ſumma invidia nobilium dedicavit; coactuſque conſenſu populi Cornelius Barbatus Pontifex maximus verba præire, quum more majorum negaret, niſi Conſulem aut imperatorem poſſe templum dedicare. Itaque ex auctoritate ſenatus latum ad populum eſt, ne quis templum aramve injuſſu ſenatus aut tribunorum plebei partis majoris dedicaret. Haud memorabilem rem per ſe, niſi documentum ſit adverſus ſuperbiam nobilium plebeiæ libertatis, referam. Ad collegam ægrum viſendi cauſſa Flavius quum veniſſet, conſenſuque nobilium adoleſcentium, qui ibi aſſidebant, aſſurrectum ei non eſſet; curulem afferri ſellam eo juſſit, ac ſede honoris ſui anxios invidia inimicos ſpectavit. Cæterum Flavium dixerat ædilem forenſis factio, Ap. Claudii cenſura vires nacta, qui ſenatum primus libertinorum filiis lectis inquinaverat. & poſteaquam eam lectionem nemo ratam habuit, [1] nec in curia

quum in prærogativa. ſeu ea, quæ principium eſſet, tribu ſe fieri cerneret. Qui *pro tribu primus ſciſcit* de magiſtratu, is *pro tribu* & primus *facit* eum magiſtratum. De quo *pro tribu* ſuffragium optatum tulit, qui *primus ſcivit*, is *pro tribu factus* eſt ab eo, qui primus ſcivit. Ergo qui hæc diſſimilia putat, neutrum intelligit. *J. F. Gron.*

Neque accipi nomen] Quorum petitio juſta & legitima videbatur, eorum *nomina* ab eo, qui comitiis præerat, *accipi*, eorumque *ratio haberi* dicebatur. Livius lib. 27, 6 & 8. Lib. 39, 39. *Briſſonius.*

1 *Nec in curia adeptus erat, quas petierat opes urbanas*] Quid ſit in curia nanciſci opes, ſcio. Lib. 6, de Manlio, *Poſtquam inter Patres non, quantum æquum cenſebat, excellere ſuas opes animadvertit.* Apud Salluſtium *homo clarus & tum in ſenatu potens Opimius.* Sed quo reſpectu hæ opes appellentur *urbanæ*, parum intelligo. Urbanas habeat

curia adeptus erat, quas petierat opes urbanas; humilibus per omnes tribus diviſis, forum & campum corrupit. tantumque Flavii comitia indignitatis habuerunt, ut plerique nobilium annulos aureos & phaleras deponerent. Ex eo tempore in duas partes diſceſſit civitas. aliud integer populus fautor & cultor bonorum, aliud forenſis factio tenebat; donec Q. Fabius & P. Decius cenſores facti: & Fabius ſimul concordiæ cauſſa, ſimul ne humillimorum in manu comitia eſſent, omnem forenſem turbam excretam in quatuor tribus conjecit, urbanaſque eas appellavit. adeoque eam rem acceptam gratis animis ferunt, ut Maximi cognomen, quod tot victoriis non pepererat, hac ordinum temperatione pareret. [1] Ab eodem inſtitutum dicitur, ut equites Idibus Quintilibus tranſveherentur.

EPI-

beat forſan opes, qui domi multum poſſit, & contra ponantur opes apud exercitum: quarum hic nulla mentio; nec igitur debet fieri opum urbanarum. Scribe: *nec in curia adeptus erat, quas petierat opes, urbanis humilibus* &c. De quo uberius in noſtro de Seſtertiis repetitæ editionis. *J. F. Gron.*

1 *Ab eod. i. d. ut equites Idibus Quintil. tranſveherentur*] idem iiſdem verbis tradit Valerius. Cæterum id ſignificare videtur, de quo Plutarchus in Pompeio, ad ſedentes in foro cenſores, unumquemque equitem equum ſuum adduxiſſe, & de ſtipendiis legitimis confectis interrogatos rationem iis reddidiſſe, ita: τότε προεκάθηντο μὲν οἱ τιμηταὶ Γέλλιος καὶ Λέντουλος ἐν κόσμῳ, καὶ πάροδος ἦν τῶν ἱππέων ἐξεταζομένων. ὤφθη δὲ Πομπήϊος ἄνωθεν ἐπ' ἀγορὰν κατερχόμενος, τὰ μὲν ἄλλα παράσημα τῆς ἀρχῆς ἔχων, αὐτὸς δὲ διὰ χειρὸς ἄγων τὸν ἵππον. εἶτα ὁ πρεσβύτερος ἠρώτησε, πυνθάνομαί σου, ὦ Πομπήϊε, εἰ πάσας ἐστράτευσαι τὰς κατὰ νόμον στρατείας. Cæterum de cenſura Ap. Claudii hujus copioſe Diodorus lib. 20. *Sigonius.*

1 Tunc

EPITOME LIBRI X.

Coloniæ deducta ſunt Sora ac Alba. Carſeoli Marſi in deditionem accepti. Collegium augurum ampliatum eſt, ut eſſent novem, cum antea quaterni fuiſſent. Lex de provocatione ad populum, à Valerio conſule [1] *tunc tertium lata eſt. Duæ tribus adjectæ ſunt,* [2] *Anienſis & Terentina. Samnitibus bellum indictum; & adverſus eos ſæpe proſpere pugnatum. Quum adverſus Etruſcos, Umbros, Samnites, Gallos, P. Decio* [3] *& Q. Fabio ducibus, pugnaretur, Romanuſque exercitus in maximo eſſet diſcrimine, P. Decius, ſecutus exemplum patris, devovit ſe pro exercitu, & morte ſua victoriam ejus pugnæ populo Romano dedit. Papirius Curſor, Samnitium exercitum,* [4] *qui jurejurando obſtrictus, quo majore conſtantia virtutis pugnaret, in aciem deſcenderat, fudit. Cenſus actus eſt. luſtrum conditum. cenſa ſunt civium capita ducenta ſexaginta duo millia, & trecenta viginti duo.*

1 Lucio Genucio, Ser. Cornelio Conſulibus, ab externis ferme bellis otium fuit. [5] Soram atque Albam coloniæ deductæ. Albam in Æquos ſex millia colonorum ſcripta. Sora agri Vol-

1 *Tunc primum lata e.*] Turpem mendam tolle ex veteris libri fide; &, *à Valerio conſule tunc tertium lata eſt*, reſtitue: id enim ſcribit Livius. Primus autem legem de provocatione tulit anno CCXLV P. Valerius Poplicola, deinde an. CCCIIII L. Valerius Potitus, nunc demum tertium M. Valerius Corvus. *Sigonius.*

2 *An. & Terentiana*] *Terentina*. Idem.

3 *Et Q. Fabio ducibus*] Vet. lib. *Q. Fabio conſulibus ducibus*. Idem.

4 *Qui jurejur. adſtrictus fuerat, quo maj. conſt. virtutis in aciem deſcenderet*] Vet. lib. *Qui jurejurando obſtrictus, quo majore conſtantia virtutis pugnaret, in aciem deſcenderat*, probe. *Idem.*

5 *Soram, atque Albam colonia ded.*] *Soram, atque Albam* colonias duas deductas eſſe decennio poſt Interamnam tradit etiam Velleius. Itaque videndum eſt, quid ſit, quod Livius anno

Digitized by Google

Volſci fuerat; ſed poſſederant Samnites. eo quatuor millia hominum miſſa. Eodem anno Arpinatibus Trebulaniſque civitas data. Fruſinates tertia parte agri damnati, quod Hernicos ab eis ſollicitatos compertum: capitaque conjurationis ejus quæſtione ab conſulibus ex Senatuſconſulto habita, virgis cæſi ac ſecuri percuſſi. [1] Tamen ne prorſus imbellem agerent annum, parva expeditio in Umbria facta eſt: quod nunciabatur ex ſpelunca quadam excurſiones armatorum in agros fieri. In eam ſpeluncam penetratum cum ſignis eſt: & ex eo loco obſcuro multa vulnera accepta maximeque lapidum ictu, donec altero ſpecus ejus ore (nam pervius erat) invento, utræque fauces congeſtis lignis accenſæ: ita intus fumo ac vapore ad duo millia armatorum, ruentia noviſſime in ipſas flammas, dum evadere tendunt, abſumta. M. Livio Dentre [2] & Æmilio conſulibus [3] redintegratum Æquicum bellum. Coloniam ægre patientes velut arcem ſuis finibus impoſitam, ſumma vi expugnare adorti, ab ipſis colonis pelluntur. Cæterum tantum Romæ terrorem fecere, quia vix credibile erat, tam affectis rebus ſolos per ſe Æquos ad bellum coortos, ut tumultus ejus cauſſa dictator diceretur [4] C. Junius Bubulcus: is cum M. Titinio magiſtro equitum profectus

no CDXXXIX, libr. priore, *Sora* coloniæ meminerit, ubi ait: *Sora ad Samnites defecerat interfectis colonis Romanorum.* Et poſt de eadem: *ad recuperandam coloniam.* Sigonius.

1 *Tamen ne prorſus imbellem*] In Flor. non apparet τὸ *tamen.* J. F. Gron.

2 *Et C. Æmilio coſſ.*] Scribe *M. Æmilio*, ex Diodoro, & ipſomet Livio, qui hunc eundem magiſtrum equitum hoc anno *M. Æmilium* vocat. *Sigonius.*

Et Æmilio conſulibus] Prænomen hujus conſulis in ſcriptis deſideratur. Addiderunt *C.* quod refutat Sigonius, & reſcribit *M.* ex ipſo Livio, qui hunc eundem magiſtrum equitum hoc anno *M. Æmilium* vocet, ut & Diodorus. Nimirum ſcripſit auctor, *Marcis Livio Dentre & Æmilio conſulibus.* J. F. Gron.

3 *Redintegratum Æquorum bellum*] In Junta primo reperio. nam Andreas & Bec. *Equitum.* Aſcenſius & Mog. *Equicum.* Rott. *equi cum* Scribendum autem eſſe, *Æquicum* diximus ad lib. 2, & ſic habet Flor. *Idem.*

4 *C. Jun. Bubulcus cum M. Tit.*] Vet. lib. *Dictator diceretur C. Junius Bubulcus. is cum M. Titinio magiſtro equitum profectus.* Sigonius.

 1 *Cleo-*

fectus, primo congreſſu Æquos ſubegit, ac die octavo triumphans in urbem quum rediſſet, ædem Salutis, quam Conſul voverat, cenſor locaverat, dictator dedi-
2 cavit. Eodem anno claſſis Græcorum, [1] Cleonymo duce Lacedæmonio, ad Italiæ litora appulſa, [2] Thurias urbem in Salentinis cepit. Adverſus hunc hoſtem Conſul Æmilius miſſus, prœlio uno fugatum compulit in naves. Thuriæ redditæ veteri cultori: Salentinoque agro pax parta. Junium Bubulcum dictatorem miſſum in Salentinos, in quibuſdam annalibus invenio: & Cleonymum prius, quam confligendum eſſet cum Romanis, Italia exceſſiſſe. circumvectus inde Brunduſii promontorium, medioque ſinu Hadriatico ventis latus, quum læva importuoſa Italiæ littora, dextra [3] Illyrii Liburnique & Iſtri, gentes feræ, & magna ex parte latrociniis maritimis infames, terrerent, penitus ad littora Venetorum pervenit: [4] ibi expoſitis paucis qui loca explorarent, quum audiſſet, tenue prætentum littus eſſe, quod

1 *Cleonymo*] Hic ſine dubio eſt Cleonymus Cleomenis regis filius, Arei regis patruus, quem poſtea Pyrrhus in regnum revocare tentavit. In prologo lib. 15 Trogi Pompeii legitur: *Cleonymi deinde Spartani res geſtæ Corcyræ & in Illyrico & in Italia.* Athenæus lib. 13 cap. 28 obſides puellas à Metapontinis exegiſſe auctor eſt. A Tarentinis autem in auxilium vocatus fuerat, ut teſtatur Strabo. *Henr. Valeſius.*

2 *Turias urb. in Sal.*] Vet. lib. *Thurios*, oppidum eſt in Salentinis, quod auctore Stephano *Thurii*, *Thuriæ*, & *Thurium*, dicitur. Itaque Livius paulo poſt *Thuriæ redditæ. Sallentini* duob. *ll* ſcribendi, ut poſt dicam. *Sigonius.*

3 *Illyrici*] Vet. lib. & Capitolini triumphi, *Illyrii.* Idem.

4 *Ibi expoſitis paucis, q. l. e. cum audiſſent tenue p. l. eſſe, quod t. ſtagna ab tergo ſint irrigua maritimis æſtibus, agros h. procul campeſtres cerni, ult. colles videri eſſe, oſtium fl. p. q. c. naves in ſtationem tutam vidiſſe, Meduacus amnis erat, eo i. cl. ſ. a. flumine juſſit*] Hoc in loco valde laborat Glareanus: ut aliquorum verborum ordinem reperiat, neque ſeſe explicare poteſt. Eſt autem locus valde memorabilis, propter ſitum urbis hujus, quæ poſt in æſtuario, de quo loquitur, condita eſt. Interpungitur autem, & legitur in veterib. libris hoc modo: *Ibi expoſitis paucis, qui loca explorarent, cum audiſſet, tenue prætentum litus eſſe, quod tranſgreſſis ſtagna ab tergo ſint irrigua æſtibus maritimis, agros haud procul proximos campeſtres cerni, ulteriora colles, inde eſſe oſtium fluminis prealti, quo circumagi naves cum in ſtatione tutam vidiſſet (Meduacus amnis erat) eo invectam claſſem ſubire adverſo flumine juſſit.* Eſt autem ita accipiendum: Cleonymus cum audiſſet hæc ab exploratoribus, itemque cum alia vidiſſet, ita fieri juſſit. *Idem.*

Digitized by Google

quod tranſgreſſis, ſtagna ab tergo ſint irrigua æſtibus maritimis. agros haud procul proximos campeſtres cerni: ulteriora colles: inde eſſe oſtium fluminis præalti, quo circumagi naves in ſtationem tutam vidiſſe: (Meduacus amnis erat) eo invectam claſſem ſubire flumine adverſo juſſit. Graviſſimas navium non pertulit alveus fluminis. in leviora navigia tranſgreſſa multitudo armatorum, ad frequentes agros tribus maritimis Patavinorum vicis, colentibus eam oram, pervenit. Ibi egreſſi levi præſidio navibus relicto, vicos expugnant, inflammant tecta, hominum pecudumque prædas agunt; & dulcedine prædandi longius uſque à navibus procedunt. Hæc ubi Patavium ſunt nunciata (ſemper autem eos in armis accolæ Galli habebant) in duas partes juventutem dividunt. altera in regionem, qua effuſa populatio nunciabatur: altera, ne cui prædonum obvia fieret, [1] altero itinere ad ſtationem navium (millia autem quindecim ab oppido aberat) ducta. In naves parvas, cuſtodibus interemptis, impetus factus: territique nautæ coguntur naves in alteram ripam amnis transjicere. & in terra proſperum æque in palatos prædatores prœlium fuerat: refugien-

Stagna ab tergo ſint irrigua] Accidit huic loco, quod multis aliis orationibus obliquis, de quibus ad lib. 2 cap. 14 Obſervat. notavimus. Primum igitur *τὸ ſint*, etſi habebant omnes libri, tamen ſuppoſiticium eſſe ſuſpicor: nam cum dixiſſet Livius: *quod tranſgreſſis, ſtagna ab tergo irrigua æſtibus maritimis:* intelligi voluit vel ex præcedenti membro, *eſſe*, vel ex inſequente *cerni*. Habes deinde: *quo circumagi naves cum in ſtationem tutam vidiſſet*. Tò *cum* in nullis veteribus reperi neque ſcriptis; neque editis ante Sigonium: pro *vidiſſet* autem alii codd. *vidiſſent*. rectius Thuan. Flor. & duo Pall. & Chifl. Voſſianuſque alter, *vidiſſe*. idque verbum de exploratoribus, non de Cleonymo intelligendum. *Quum audiſſet*, nempe Cleonymus præter cætera, *inde eſſe oſtium fluminis præalti, quo circumagi naves in ſtationem tutam vidiſſe*. Scilicet eos qui expoſiti erant, ut loca explorarent. Et ſic ediderunt olim Bec. Juntas, Frobenius, Gryphius, Curio. Ita ſolet autem noſter. Infra cap. 34. *Conſuli referunt, exceſſum urbe ſolitudine haud dubia perſpicuum eſſe, & recentibus veſtigiis fugæ, ac ſtrage rerum*, &c. Ita uno ſpiritu continuandum, ſi retines quod editur; nam ſcripti quidam & editi: *id perſpicuum*. Lib. 24. *Nuntius occurrit; captam urbem eſſe, cætera falſa mixta veris ferens: cædem promiſcuam militum atque oppidanorum factam, nec quemquam puberem arbitrari ſupereſſe*. J. F. Gron.

1 *Altero itinere ad ſtationem*] Fortaſſis *alio*. Idem.

fugientibuſque ad ſtationem Græcis, Veneti obſiſtunt. [1] Ita in medio circumventi hoſtes cæſique, pars capti, claſſem indicant, [2] regemque Cleonymum tria millia abeſſe. Inde captivis proximo vico in cuſtodiam datis, pars fluviatiles naves ad ſuperanda vada ſtagnorum apte planis alveis fabricatas, pars captiva navigia armatis complent. profectique ad claſſem, immobiles naves, & loca ignota plus quam hoſtem timentes, circumvadunt: fugienteſque in altum [3] acrius quam repugnantes, uſque ad oſtium amnis perſecuti, captis quibuſdam incenſiſque navibus hoſtium, quas trepidatio in vada intulerat, victores revertuntur. Cleonymus vix quinta parte navium incolumi, nulla regione maris Hadriatici proſpere adita, diſceſſit. roſtra navium ſpoliaque Laconum in æde Junonis veteri fixa, multi ſuperſunt qui viderunt. Patavii monimentum navalis pugnæ eo die, qua pugnatum eſt, quotannis ſolenni certamine navium
3 in flumine oppidi medio exercetur. Eodem anno Romæ cum Veſtinis, petentibus amicitiam, ictum eſt fœdus. Multiplex deinde exortus terror. Etruriam rebellare ab Aretinorum ſeditionibus motu orto nunciabatur: ubi Cilnium genus præpotens, divitiarum invidia pelli armis cœptum. [4] ſimul Marſos agrum vi tueri; in quem

quem

1 *Ita in medium circumventi hoſtes*] A Curione provenit: nam & Gryphius cum ſcriptis editiſque ante, *in medio.* Sic infra cap. 20. *Qui vagos prædatores in agros palantes excipiant:* fecerunt, faſtidientes ſcilicet plebeium, *in agru.* J. F. Gron.

2 *Regemque Cleonymum tria inde millia abeſſe. Ibi captivis*] Deficiuntur omnes ſcripti τοῦ *Ibi*, habent autem: *tria* (nonnulli *quatuor*) *millia abeſſe. Inde captivis.* Ut & Juntas. nam Andreas, Aſcenſius, Bechar. Mogunt. *Tria millia abeſſe. Ibi captivis.* Vulgatam apud primum inveni Gryphium. *Idem.*

3 *Ac nuſquam repugnantes*] Lectionem Fuldenſem, *fugienteſque in altum acrius quam repugnantes:* confirmarunt nobis optimi quique & antiquiſſimi in Gallia & Italia libri. *Idem.*

4 *Simul Marſos agrum vi tueri, in qu. colonia Carſeoli ded. er.*] Aliquot libri habent: *Simum à Marſis.* Quo fit, ut putem legendum eſſe: *Simul à Marſis agrum vi teneri.* Nam ſequitur: *Prælio uno Marſos fundit.* Carſeolos coloniam biennio poſt Albam, & Soram, deductam ſcribit Velleius. Cur autem Livius hanc deductam quadriennio poſt etiam repetat, ut de Sora ante admonui, cauſa incerta eſt. *Sigonius.*

1 M. Æ-

Digitized by Google

quem colonia Carſeoli deducta erat, quatuor millibus
hominum ſcriptis. Itaque propter eos tumultus, dictus
M. Valerius Maximus dictator, magiſtrum equitum ſi-
bi legit [1] M. Æmilium Paullum. id magis credo, quam
Q. Fabium ea ætate atque eis honoribus Valerio ſubje-
ctum. cæterum ex Maximi cognomine ortum errorem
haud abnuerim. Profectus dictator cum exercitu, prœ-
lio uno Marſos fundit. compulſis deinde in urbes muni-
tas, [2] Milioniam, Pleſtinam, Freſiliam, intra dies pau-
cos cepit: & parte agri mulctatis Marſis, fœdus reſti-
tuit. Tum in Etruſcos verſum bellum, & quum dictator
auſpiciorum repetendorum cauſſa profectus Romam eſ-
ſet, magiſter equitum pabulatum egreſſus, ex inſidiis
circumvenitur: ſigniſque aliquot amiſſis, fœda militum
cæde ac fuga in caſtra eſt compulſus. qui terror non eo
tantum à Fabio abhorret, quod ſi qua alia arte cogno-
men ſuum æquavit, tum maxime bellicis laudibus: ſed
etiam, quod memor Papirianæ ſævitiæ, numquam, ut
dictatoris injuſſu dimicaret, adduci potuiſſet. Nunciata 4
ea clades Romam, majorem quam res erat, terrorem exci-
vit. nam ut exercitu deleto, ita juſtitium indictum: cu-
ſtodiæ in portis, vigiliæ vicatim exactæ; arma, tela in
muros congeſta. Omnibus junioribus ſacramento ada-
ctis, dictator ad exercitum miſſus, omnia ſpe tranquil-
liora & compoſita magiſtri equitum cura, caſtra in tu-
tiorem locum redacta; cohortes, quæ ſigna amiſerant,
extra vallum ſine tentoriis deſtitutas, invenit: exercitum
avidum pugnæ quo maturius ignominia aboleretur. Ita-
que confeſtim [3] caſtra inde in agrum Ruſellanum pro-
movit.

1 *M. Æmil. Paulum*] *Paullum* ſcribi duobus *ll* Capitolini lapides, & nummi argentei docent. *Sigonius.*

2 *Milioniam, Pleſtinam*] Glareanus, miratur *Milioniam*, & *Pleſtinam* hic Marſorum oppida dici, quorum illud paulo poſt Samnitium eſſe traditur, hoc vero libro 9 inter Samnitium etiam oppida numeratum eſt, nec juſte miratur. Nam Samnitium oppida ſunt *Milonia*, & *Pliſtia*. Marſorum vero *Milionia* & *Pleſtinia*, ut poſt etiam dicam ex veterum librorum, & Stephani auctoritate. *Idem.*

3 *Caſtra in agrum Ruſellanum prom.*] Meminit *Ruſellæ* Ptolom. & Plin. item

movit. Eo & hoſtes [1] ſecuti. & quamquam ex bene geſta re ſummam & in aperto certamine virium ſpem habebant; tamen inſidiis quoque, quas feliciter experti erant, hoſtem tentant. Tecta ſemiruta vici per vaſtationem agrorum deuſti haud procul caſtris Romanorum aberant. ibi abditis armatis, pecus in conſpectu præſidii Romani, cui præerat Cn. Fulvius legatus, propulſum. ad quam illecebram quum moveretur nemo ab Romana ſtatione; paſtorum unus progreſſus ſub ipſas munitiones, inclamat alios cunctanter ab ruinis vici pecus propellentes, quid ceſſarent, quum per media caſtra Romana tuto agere poſſent? Hæc cum legato Cærites quidam interpretarentur, & per omnes manipulos militum ingens eſſet indignatio, [2] nec tamen injuſſu movere ſe auderent; jubet peritos linguæ attendere animum [3] paſtorum ſermo agreſti an urbano propior eſſet. Quum referrent ſonum linguæ, & corporum habitum, & nitorem, cultiora quam paſtoralia eſſe, *ite igitur, dicite*, inquit, *detegant nequicquam conditas inſidias: omnia ſcire Romanum: nec magis jam dolo capi, quam armis vinci poſſe*. Hæc ubi audita ſunt, & ad eos qui conſederant in inſidiis perlata, conſurrectum repente ex latebris eſt, & in patentem ad conſpectum undique campum prolata ſigna. Viſa legato major acies, quam quæ ab ſuo præſidio ſuſtineri poſſet. itaque propere ad dictatorem auxilia accitum mittit, interea ipſe impetus hoſtium
5 ſuſtinet. Nuncio allato, dictator ſigna ferri ac ſequi armatos jubet. ſed celeriora prope omnia imperio erant. Rapta extemplo ſigna armaque, & vix ab impetu & curſu

Ruſellæ colonia. Ejuſdem agri item hic noſter auctor in hoc adeo libro cap. 37. *Glareanus.*

1 *Sequuti, quamquam*] Vet. lib. *Et quamquam.* Sigonius.

2 *Nec tamen injuſſu movere ſe auderent*] Sex codices membranacei τὸ *ſe* ignorant. Suetonius Caligula cap. 13. *Itaque ut à Miſeno movit, quamvis lugentis habitu.* J. F. Gron.

3 *Paſtorum ſermo agreſti an urbano*] Duo Pall. & Voſſ. *Jubet peritos linguæ attendere animum paſtorum ſermoni, agreſti an urbano propior eſſet.* Etiam tertius, *ſermone.* Idem.

1 *Feſti-*

Digitized by Google

ſu tenebantur. quum ira ab accepta nuper clade ſtimulabat, tum concitatior accidens clamor ab increſcente certamine. Urgent itaque alii alios, hortanturque ſigniferos, ut ocius eant. quo magis [1] feſtinantes videt dictator, eo impenſius retentat agmen, ac ſenſim incedere jubet. Etruſci contra, principio exciti pugnæ, omnibus copiis aderant: [2] & ſuper alios alii nunciant dictatori, omnes legiones Etruſcorum capeſſiſſe pugnam: nec jam ab ſuis reſiſti poſſe. & ipſe cernit ex ſuperiore loco, in quanto diſcrimine præſidium eſſet. [3] Cæterum ſatis fretus eſſe etiam nunc tolerando certamini legatum, nec ſe procul abeſſe periculi vindicem, quam maxime vult fatigari hoſtem, ut integris adoriatur viribus feſſos. Quamquam lente procedunt, jam tamen ad impetum capiendum equiti utique modicum erat ſpatium. prima incedebant ſigna legionum, ne quid occultum aut repentinum hoſtis timeret: [4] ſed reliquerat intervalla inter ordines peditum, qua ſatis laxo ſpatio equi permitti poſſent. Pariter ſuſtulit clamorem acies: [5] & emiſſus eques libero curſu in hoſtem invehitur, incompoſitiſque adverſus equeſtrem procellam ſubitum pavorem offundit. [6] Itaque ut prope ſerum auxilium jam penè

1 *Feſtinantes videt*] Vet. lib. *Feſtinantes ire videt*. Sigonius.

2 *Et ſuper alios alii nunciant*] De Romanis intelligendum, non de Etruſcis. Itaque nova periodus inſtituenda eſt. *Idem*.

3 *Cæter. ſatis fretus*] Vet. lib. *Cæterum fretus ſatis eſſe etiam nunc*. Idem.

4 *Sed relinqueret intervalla*] Sic illæ, quæ ſecutæ ſunt Modianam: nam & Curio cum omnibus prioribus: *reliquerat*. Rectius omnino: etenim de dictatore hoc verbum exaudiendum, non de hoſte. *J. F. Gron.*

5 *Et immiſſus eques libero curſu*] Sic apud me primus Juntas. Sed melius Thuan. Flor. Voſſ. Helm. Andreas, Bechar. Aſcenſ. Mogunt. *emiſſus*, nempe ex acie Romana, per quæ dixerat intervalla. Lib. 2. *Ita inſtruxiſſet aciem, ut ſolo equitatu emiſſo, exercitum hoſtium funderet*. Lib. 7. *Eques deinde emiſſus turbatos avertit*. Lib. 29. *Intervalla patentià ſatis late fecerat, quà equitatum, ubi tempus eſſet, emitteret*. Lib. 30. *Tu quatuor legionum equites in hoſtem emitte*. Lib. 33. *Et equitum Latinorum omnes turmas in hoſtem emiſit*. Idem.

6 *Itaque ut prope ſerum auxilium*] Voſſ. *Ut proſperum*. Thuan. Voſſ. alter, duo Pall. *ut properum auxilium*. Tertius: *Ut non properum auxilium*. Cui pœne accedo, etſi non oblitus, *ſerum auxilium* alibi frequentari noſtro. Lib. 28, 25. *Nihil reliqui habebant præter*

penè circumventis: ita univerſa requies data eſt. integri accepere pugnam: nec ea ipſa longa aut anceps fuit. Fuſi hoſtes caſtra repetunt, inferentibuſque jam ſigna Romanis cedunt, & in ultimam caſtrorum partem conglobantur. Hærent fugientes in anguſtiis portarum: pars magna aggerem vallumque conſcendunt; ſi aut ex ſuperiore loco tueri ſe, aut ſuperare aliqua & evadere poſſent. Forte quodam loco male denſatus agger [1] pondere ſuperaſtantium in foſſam procubuit: atque ea quum Deos pandere viam fugæ conclamaſſent, plures inermes quam armati evadunt. Hoc prœlio fractæ iterum Etruſcorum vires: & pacto annuo ſtipendio, & duum menſium frumento, permiſſum ab dictatore, ut de pace legatos mitterent Romam. Pax negata; induciæ biennii datæ. dictator triumphans in urbem rediit. Habeo auctores, ſine ullo memorabili prœlio pacatam ab dictatore Etruriam eſſe; ſeditionibus tantum Aretinorum compoſitis, & Cilnio genere cum plebe in gratiam reducto. Conſul ex dictatura factus M. Valerius. non petentem, atque adeo etiam abſentem, creatum credidere quidam: [2] & per interregem ea comitia facta. id unum non ambigitur, conſulatum cum Appuleio Panſa

ter non tutiſſimum à malis conſiliis receptum. Ubi vide: nam hic quoque vitiarant. Illud elegans, *univerſa requies.* Ut lib. 4. *Conferendo vires ſpem univerſæ victoriæ, tentato paullatim eventu certaminum, ſuos præcipere.* Lib. 7. *Tanti ea ad univerſi belli eventum dimicatio fuit, ut Gallorum exercitus proxima nocte, relictis trepide caſtris in Tiburtem agrum, &c. tranſierit.* Lib. 22. *Neque univerſo periculo ſumma rerum committebatur.* Et, *in caſum univerſæ dimicationis non veniebant.* Lib. 23. *Duces nec prohibebant paucos temere rogantes, nec dare ſignum univerſæ pugnæ volebant.* Lib. 31. *Rex tam celerem aleam univerſi certaminis timens.* Lib. 36. *Hannibal nominatim interrogatus ſententiam, in univerſi belli cogitationem regem avertit.* Hæc eo, ne tibi eveniat, quod homini doctiſſimo, qui malebat, *univerſis requies.* J. F. Gron.

1. *Pandere ſupraſtantium*] Vet. lib. *Superſtantium.* Sigonius.

2. *Et per interregem ea comitia facta*] Probo magis, *habita*, quod eſt in vet. lib. *Idem.*

Et per interr. ea com. facta] Sigonius magis probat *habita*, è ſuo vetere. Sane tribus noſtris ea vox prorſus exulat: verum in aliis tribus extat integra. Cum autem toties dicat Livius *perfecta comitia*, quare non & *facta* diceret. Habes hoc libro: *Comitiis perfectis veteres conſules juſſi bellum in Samnio gerere.* J. F. Gron.

1 Q. A-

ſa geſſiſſe. M. Valerio & [1] Q. Appuleio conſulibus ſa- 6
tis [2] pacatæ foris res fuere. Etruſcum adverſæ belli res, & induciæ quietum tenebant: Samnitem, multorum annorum cladibus domitum, haud dum fœderis novi pœnitebat. Romæ quoque plebem quietam & exoneratam deducta in colonias multitudo præſtabat. tamen ne undique tranquillæ res eſſent, certamen injectum inter primores civitatis, patricios plebeioſque, ab tribunis plebis Q. & Cn. Ogulniis. qui undique criminandorum Patrum apud plebem occaſionibus quæſitis, poſtquam alia fruſtra tentata erant, eam actionem ſuſceperunt, qua [3] non infimam plebem accenderent, ſed ipſa capita plebis, conſulares triumphaleſque plebeios: quorum honoribus nihil, præter ſacerdotia, quæ nondum promiſcua erant, deeſſet. [4] Rogationem ergo promulgarunt, ut, quum quatuor augures, quatuor pontifices ea tempeſtate eſſent, placeretque augeri ſacerdotum numerum; quatuor pontifices, quinque augures, de plebe omnes adlegerentur. Quemadmodum ad quatuor augurum numerum; niſi morte duorum id redigi collegium potuerit, non invenio: quum inter augures conſtet, imparem numerum debere eſſe, ut [5] tres antiquæ tribus, Ramnes,

1 *Q. Apuleio*] *Appuleio*, ex Capitolinis tabulis. *Sigonius.*

2 *Pacata foris res fuerunt. Etruſcum adverſæ belli res*] Scripti plerique, & editi ab Andrea omnes ante Gryphium *adverſa*. Lib. 4 eſt: *Ea adverſa civitati res, vires tribuniciæ actioni adjecit.* Tacitus 4 Hiſt. 5. *Unde arcta Leptitanis res.* Quod haud ſcio an jure ſollicitent viri docti. Virgilius: *Res dura & regni novitas.* Venit tamen in mentem τὸ *res* vocabulum eſſe auctori invito ſæpe inculcatum: præterea hic in tam propinquo non jucunde repeti: denique nec ſcripti omnes ſibi conſtant. Voſſ. & Pall. unus: *adverſa res belli.* Rottendorſianus, quo nunc incipio uti, *adverſi belli res.* Campanus, *belli res adverſa.* Quæ omnia me movent, ut ſcripſiſſe Livium putem: *Etruſcum adverſa belli, & induciæ quietum tenebant.* Sic ipſe *incerta belli.* J. F. Gron.

3 *Non infimam pleb.*] Vet. lib. *Qua non infimam modo plebem.* Sigonius.

4 *Rogationem promulg.*] Vet. lib. *Rogationem ergo promulgarunt.* Idem.

5 *Tres antiquæ tribus Ramnenſes, Tatienſes, & Luceres*] Has libro primo vocavit *centurias*, quas nunc *tribus* nominat. Eaſdem tamen & Plutarchus in Romulo, & Pædianus & Feſtus *tribus vocant.* Idem.

Tres antiq. tribus, Ramnenſes, Titienſes, Luceres] Thuan. Florent. duo regii, Voſſ. Helm. Rott. Chifl. Buſl.

mnes, Titienſes, Luceres, ſuum quæque augurem habeant: aut ſi pluribus ſit opus, pari inter ſe numero ſacerdotes multiplicent: ſicut multiplicati ſunt, quum ad quatuor quinque adjecti novem numerum, ut terni in ſingulas eſſent, expleverunt. Cæterum, quia de plebe adlegebantur, juxta eam rem ægre paſſi Patres, quam quum conſulatum vulgari viderent. Simulabant ad Deos id magis, quam ad ſe pertinere: ipſos viſuros, ne ſacra ſua polluantur. id ſe optare tantum, ne qua in rempublicam clades veniat. Minus autem tetendere, aſſueti jam tali genere certaminum vinci. & cernebant adverſarios non id, quod olim vix ſperaverint, affectantes magnos honores, ſed omnia jam, in quorum ſpem dubiam erat certatum, tamen adeptos; multiplices con-
7 ſulatus, cenſuraſque & triumphos. Certatum tamen ſuadenda diſſuadendaque lege inter Ap. Claudium maxime ferunt, & inter Publium Decium Murem. qui cum eadem ferme de jure Patrum ac plebis, quæ [1] pro lege Licinia quondam contraque eam dicta erant, cum plebeiis conſulatus rogabatur, diſſeruiſſent; retuliſſe dicitur Decius parentis ſui ſpeciem, qualem eum multi, qui in concione erant, viderant, incinctum Gabino cultu, ſuper telum ſtantem, quo ſe habitu pro populo ac legionibus devoviſſet. *tum Publium Decium Coſ. purum piumque Deis immortalibus viſum, æque ac ſi T. Manlius collega*

Ramnes. Ita namque malebant interdum. Varro 4 de L. L. *Tribuni militum quod terni tribus tribubus, Ramnium, Lucerum, Tatienſium, olim ad exercitum mittebantur.* Et inferius: *Singula tribus Tatienſium, Ramnium, Lucerum, millia ſingula militum mittebant.* Feſtus. *Terdeni equites ex tribus tribubus Titienſium, Ramnium, Lucerum, fiebant.* Sic *Taties Ramneſque viri* Propertio, *celſi Ramnes* Perſio, & in Pervigilio Veneris *Ramnes & Quirites.* Nam quod in vet. lib. eſt *Samnes.* ſciunt qui codices ejuſmodi tractarunt inter *r* & *s* vix quidquam diſcriminis animadverti, & perperam eam vocem inde conjecturis obnoxiam reddi. *Ramnetum* caſu patrio plurali format Servius ad quintum Æneidos. Sero hoc notavimus, debueramus ad lib. 1 cap. 36 ubi vulgo: *ad Ramnenſes, Titienſes, Luceres:* nam & hic Flor. & Helm. *ad Ramnis.* Et idem videtur Voſſianus habuiſſe: nam vulgatum extat in raſo, *J. F. Gron.*

1 *Pro lege Licinia quond.*] De hac libro ſexto tradidit. *Sigonius.*

ejus devoveretur. eundem P. Decium, qui ſacra publica populi Romani faceret, legi rite non potuiſſe? id eſſe periculum, ne ſuas preces minus audirent Dii, quum Ap. Claudii, caſtius eum ſacra privata facere, & religioſius Deos colere, quam ſe? quem pœnitere votorum, quæ pro republica nuncupaverint tot conſules plebeii, tot dictatores, aut ad exercitus euntes, aut inter ipſa bella? Numerarentur duces eorum annorum, quibus plebeiorum ductu & auſpicio res geri cœpta ſunt. Numerarentur triumphi: jam ne nobilitatis quidem ſuæ plebeios pœnitere. pro certo habere, ſi quod repens bellum oriatur, non plus ſpei fore ſenatui populoque Romano in patriciis, quam in plebeiis ducibus. Quod quum ita ſe habeat, cui Deorum hominumve indignum videri poteſt, inquit, [1] *eos viros, quos vos ſellis curulibus, toga prætexta,* [2] *tunica palmata, & toga picta, & corona triumphali laureaque honoraritis, quorum domos ſpoliis hoſtium affixis inſignes inter alias feceritis, pontificalia atque auguralia inſignia adjicere? qui Jovis Optimi Maximi ornatu decoratus, cur-*

1 *Eis viris quos vos*] In prima hoc reperio Mediolanenſi, & ſecuta eſt Veneta anni 1498. Andreas: *eos viros*, &c. *inſignia attingere indignos dicere.* Tarviſina: *eos viros*, &c. *inſignia attingere, qui Jovis.* Scripti Thuan. Flor. duo Voſſ. Helm. Rott. *eos viros:* pro verbo autem in fine hujus periodi *dicere* vel *ducere*, recte ſubſtitutum *adjicere*, jam in Mediolanenſi. Flor. *adicere*, ut plerumque pro hoc verbo ſcripti. Sed alterum mutandum non erat. *Eos viros pontificalia atque auguralia inſignia adjicere* dixit Livius, ſibi puta vel ſuis aliis ornamentis. Plinius lib. 10 epiſt. 8. *Rogo, dignitati, ad quam me provexit indulgentia tua, vel auguratum vel ſeptemviratum, quia vacant, adjicere digneris.* Ut poſt paullo: *Tribunus plebis quinque augurum loca, quatuor pontificum adjecit*, nempe illis, quæ erant. Tale eſt apud Senecam in Troadibus verſu 205. *quicquid adjecit mora illo remoto*: ubi mirifice turbarunt. Tale lib. 2 initio: *quas novas ipſi ſedes ab ſe aucta multitudinis addiderunt.* 22, 61. *Novuſque ſuper veterem luctum tot jactura civium adjectus eſſet.* Tacitus 11 Ann. 14. *Claudius tres literas adjecit.* Vide ad Quintil. decl. 358. Porro Rott. quoque *honoratis*: Voſſianus alter, *honorantis*: Thuan. *honoraritis*, quod verum cenſeo. Immo ſic & Florent. & ab Andrea omnes editiones præter poſtremas. *J. F. Gron.*

2 *Tunica palmata*] Sic dicta à palma in ea intexta. At Feſtus *palmatam* dici tradit à latitudine clavorum; quæ & *clavata* veſtis dicebatur, quæ unius formæ clavos aureos aut purpureos ſuis locis inſertos & inſutos haberet. *Toga picta* quæ diverſis coloribus intexta eſſet, ac varias rerum animaliumque formas acu expreſſas oſtendebat. At ſub Imperatoribus, ubicunque mentio fit *palmatæ* apud auctores, de toga picta accipiendum eſt, quæ omnibus Conſulibus dabatur ab Imperatore. Vide Salmaſium in Flavium Vopiſcum.

1 *Cum*

curru aurato per urbem vectus in Capitolium aſcenderit, ſi conſpiciatur [1] cum capide ac lituo, capite velato victimam cædat, auguriumve ex arce capiat? Cujus imaginis titulo conſulatus, cenſuraque, & triumphus, æquo animo legetur; ſi auguratum aut pontificatum adjeceritis, non ſuſtinebunt legentium oculi? Equidem (pace dixerim Deum) eos nos jam populi Romani beneficio eſſe ſpero, qui ſacerdotiis non minus reddamus dignatione noſtra honoris, quam acceperamus; & Deorum magis, [2] quam noſtra cauſſa expetamus, ut quos privatim colimus, pu-
8 *blice colamus. Quid autem ego ſic adhuc egi, tamquam integra ſit cauſſa patriciorum de ſacerdotiis, & non jam in poſſeſſione unius ampliſſimi ſimus ſacerdotii? Decemviros ſacris faciundis, carminum Sibyllæ ac fatorum populi hujus interpretes, antiſtites eoſdem Apollinaris ſacri cærimoniarumque aliarum plebeios videmus. [3] nec tum patriciis ulla injuria facta eſt, quum duumviris ſacris faciundis adjectus eſt propter plebeios numerus: & nunc tribunus, vir fortis ac ſtrenuus, quinque augurum loca, quatuor pontificum adjecit; in quæ plebeii nominentur, non ut vos, Appi, veſtro loco pellant, ſed ut adjuvent vos homines plebeii divinis quoque rebus procurandis, ſicut in cæteris humanis pro parte virili adjuvant. Noli erubeſcere, Appi, collegam in ſacerdotio habere, quem in cenſura, quem in conſulatu collegam habere potuiſti: cujus tam dictatoris magiſter equitum, quam magi-*

1 *Cum capide ac lituo*] Mediolani natum eſt: & inde accepit Tarviſina. Andreas & quod vidimus aut accepimus de manuſcriptis, *cum lituo capite velato:* aut ſolummodo, *cum capite velato.* Solus Flor. *cum li capide ac tuo capite velato.* Quod ſatis eſt, quamvis diſtracta voce *lituo*, ut de hac lectione propter vitium promiſcuorum librorum dubitare deſinas. *J. F. Gron.*

2 *Quam noſtra cauſa expetamus*] Sic Tarviſina prima. Quinque membranacei & Andreas: *expectamus.* Spondet ſibi deſideratum eventum horum comitiorum. *Idem.*

3 *Nec tum patriciis*] Andreas, Tarv. Duæ Ven. Mog. *nec ut cum.* Juntas & Froben. *nec & tum.* Bechar. & alter Voſſ. *nec aut cum.* Primæ Gryphianæ elitam particulam mediam video, Voſſ. prior, Helm. Thuan. duo Pall. Campan. *nec aut tum.* Unde ſuſpiceris, & mox, *aut nunc*, ſcribendum. Sed obſtat, quod ſequitur, *non ut vos, Appi.* Ubi Voſſ. *ut non vos.* Deleatur τὸ *Non:* & erit integra ſententia: *Nec aut tum patriciis ulla injuria, facta eſt, quum duumviris S. F. adjectus eſt propter plebeios numerus, aut nunc tribunus, vir fortis & ſtrenuus, V augurum loca, IV pontificum adjecit, in quæ plebeii homines nominentur, ut vos, Appi, loco pellant.* Idem.

1 *Seu*

Digitized by Google

magiſtri equitum dictator eſſe potes. Sabinum advenam principem nobilitatis veſtræ, [1] ſeu Attum Clauſum ſeu Ap. Claudium mavultis, illi antiqui patricii in ſuum numerum acceperunt. Ne faſtidieris nos in ſacerdotum numerum accipere. multa nobiſcum decora aſſerimus; imo omnia eadem, quæ vos ſuperbos fecerunt. L. Sextius primus de plebe conſul eſt factus. Cajus Licinius Stolo primus magiſter equitum, C. Marcius Rutilus primus & dictator & cenſor, Q. Publilius Philo primus prætor. Semper iſta audita ſunt eadem, penes vos auſpicia eſſe, [2] vos ſolos gentem habere, vos ſolos juſtum imperium & auſpicium domi militiæque. Æque adhuc proſperum plebeium ac patricium fuit, porroque erit. [3] En umquam fando audiſtis, patricios primo eſſe factos, non de cœlo demiſſos, ſed [4] qui patrem ciere poſſent: id eſt,

1 *Seu Ap. Clauſum*] Supra oſtendi legendum, ſeu *Actium Clauſum*. Sigonius.

Seu App. Clauſum] Thuan. & duo Pall. *Seu App. tum Clauſum*. Voſſ. *Seu App. cum Clauſum*. Helm. & Rott. *Seu atium Clauſum*. Videntur *Attum* velle. *J. F. Gron.*

2 *Vos ſolos gentem habere*] De patriciis loquitur, qui ſoli ſe gentem habere gloriabantur, quod eſt idem, atque gentiles eſſe. ſic enim definit gentiles in Topicis Cicero ex Scævolæ ſententia, *Gentiles ſunt, qui inter ſe eodem nomine ſunt, qui ab ingenuis oriundi ſunt, quorum nemo ſervitutem ſervivit, neque capite diminutus eſt*. Ejuſmodi vero eſſe ſe patricii profitebantur, quod Romulus tales legiſſet, id eſt, qui patrem gentemque haberent. nam paulo poſt *patricios* interpretatur, *qui patrem ciere poſſent, id eſt, nihil ultra quam ingenuos*. Itaque libro 6 Ap. Claudius ita loquitur: *An hoc ſi Claudia familia non ſim, ſed unus Quiritium quilibet, qui modo me duobus ingenuis ortum, & vivere in libera civitate ſciam, reticere poſſim?* Poſt autem hæc laus gentilitatis cum plebeiis etiam communicata eſt, ut hoc loco Decius argumentatur. *Sigonius.*

3 *En umquam*] Vet. lib. *En Romæ umquam fando audiſtis*. Idem.

En Romæ umquam fando audiſtis] Sic quidem unus recentiſſimus noſtrorum: ſed alii omnes deficiuntur τοῦ *Romæ* quod adjecit Sigonius. Senſu eſt ſuperfluum, neque enim quiſquam veretur, ne & hæc & proxima alibi quam Romæ facta ſignificet Decius: uſui particularum, *en unquam*, eſt importunum, quibus, niſi forte verſu coacti, nihil medium interponere ſolent veteres. Eaſdem reſtituimus lib. 24, 14 & lib. 30, 22. *J. F. Gron.*

4 *Qui patr. ciere avumque poſſ.*] Voces τ *Avumque* inducendæ ſunt. neque enim reperiuntur in veterib. lib. neque vero deſiderantur. *Patriciorum* enim tradit etymologiam, eoſque dictos ait, *qui patrem ciere poſſent*. Quod etiam Dionyſius & Plutarchus in Romulo prodidit. Qui vero *avum* addiderunt, id credo ea moti ratione fecerunt, quod ſubdit: *Conſulem jam patrem ciere poſſum, avumque jam poterit filius meus*. Cujus orationis hic eſt ſenſus: Si patricii ſunt, qui patrem ciere poſſent, ego certe patricius, qui patrem conſulem, multoque magis filius meus, qui patrem &a-

eſt, nihil ultra quam ingenuos? Conſulem jam patrem ciere poſſum, avumque jam poterit filius meus. [1] *Nihil eſt aliud in re, Quirites, niſi ut omnia negata adipiſcamur, certamen tantum patricii petunt, nec curant, quem eventum certaminum habeant. Ego hanc legem, quod bonum, fauſtum, felixque ſit*
9 *vobis ac reipublica,* [2] *uti rogas, jubendam cenſeo.* Vocare tribus extemplo populus jubebat, apparebatque accipi legem: ille tamen dies eſt interceſſione ſublatus. poſtero die deterritis tribunis, ingenti conſenſu accepta eſt. Pontifices creantur, ſuaſor legis P. Decius Mus, P. Sempronius Sophus, C. Marcius Rutilus, M. Livius Denter. Quinque augures item de plebe, C. Genucius, P. Ælius Pætus, M. Minucius Feſſus, C. Marcius, T. Publilius. Ita octo pontificum, novem augurum numerus factus. Eodem anno M. Valerius conſul de provocatione legem tulit, diligentius ſanctam. tertio ea tum poſt reges exactos lata eſt, ſemper à familia eadem. Cauſſam renovandæ ſæpius haud aliam fuiſſe reor, quam quod plus paucorum opes, quam libertas plebis, poterant. [3] Porcia tamen lex ſola pro tergo civium lata videtur: quod gravi pœna, ſi quis verberaſſet necaſſetve civem Romanum, ſanxit. Valeria lex, quum eum, qui provocaſſet, virgis cædi ſecurique necari vetuiſſet, ſi quis adverſus ea feciſſet, nihil ultra, quam [4] improbe factum, adjecit. Id (qui tum pudor hominum erat) viſum, credo, vinculum ſatis validum legis. [5] nunc vix ſerio

& avum ciere conſulem poteſt. *Sigonius.*

1 *Nihil eſt aliud in re*] Lib. 4. *Quid enim in re eſt aliud, ſi plebeiam patricius duxerit, ſi patriciam plebeius?* Seneca epiſt. 116. *Immo hercle aliud eſt in re: vitia noſtra defendimus.* J. F. Gron.

2 *Uti rogati: jub.*] Supra oſtendi, *Uti rogas* legendum eſſe. *Sigonius.*

3 *Porcia tamen lex ſola*] Vet. lib. *Porcia inde lex.* Idem.

4 *Improbe factum*] An *facturum*? Cic. de Haruſp. reſp. *Qui meam domum violaſſet, contra rempublicam eſſe facturum.* Lib. 2 ad Att. 24. *Qui eum emiſiſſet, contra rempublicam eſſe facturum.* J. F. Gron.

5 *Nunc vix ſervo ita minetur quiſq.*] Quidam legunt, *ſerio.* quod non probo. ſignificat enim, cum ſervis minantur, gravius minari, quam ut dicant *improbe feciſſe.* malum enim minabantur: ut lib. 4. *Audiſtis, Quirites, ſicut ſervis, malum minantem militibus.* Sig.

Nunc

ſerio ita minetur quiſquam. Bellum ab eodem conſule haudquaquam memorabile adverſus rebellantes Æquos, quum præter animos feroces nihil ex antiqua fortuna haberent, geſtum eſt. Alter conſul Appuleius in Umbria Nequinum oppidum circumſedit. locus erat arduus, atque in parte una præceps, ubi nunc Narnia ſita eſt. nec vi, nec munimento capi poterat. Itaque eam infectam rem M. Fulvius Pætinus, T. Manlius Torquatus novi conſules acceperunt. In eum annum quum [1] Q. Fabium conſulem non petentem omnes dicerent centuriæ, ipſum auctorem fuiſſe Macer Licinius ac Tubero tradunt, differendi ſibi conſulatus in bellicoſiorem annum: eo anno majori ſe uſui reipubl. fore, urbano geſto magiſtratu. ita nec diſſimulantem quid mallet, nec petentem tamen, ædilem curulem cum L. Papirio Curſore factum. Id ne pro certo ponerem, vetuſtior annalium auctor Piſo effecit: qui eo anno ædiles curules fuiſſe tradit [2] C. Domitium Cn. F. Calvinum, & Sp. Carvilium Q. F. Maximum. Id credo cognomen errorem in ædilibus feciſſe: ſecutamque fabulam miſtam ex ædilitiis & conſularibus comitiis, convenientem errori. Et luſtrum eo anno conditum à P. Sempronio Sopho, & P. [3] Sulpicio Saverrione cenſoribus: tribuſque

Nunc vix ſervo ita] Pithœus 2 Adver. 2 *ſerio*. Neutrum placet. Quidam editi: *Nunc vix ſervo ſuo ita*. Non juvant ſcripti, niſi quod Flor. *ſervos ero*. Helm. & Rott. *Nunc vix ſi ſummo ſerio minetur*. Unde timide conjiciebam: *Nunc vix ſi ſummas pœnas minetur*. Nempe ipſa lex ſatis validum vinculum habet. Voſſ. alter: *Nunc vix ſervata minetur quiſquam*. J. F. Gron.

1 *Q. Fabium conſulem non petentem*] Helm. *Conſulem appetentem*. Rottend. *Conſulem appatentem*. Suſpicor fuiſſe, *conſulem abſentem*. Vide Sigonium ad cap. 22 hujus libri. Neque obeſt, quod ſequitur, *ipſum auctorem fuiſſe*. Potuit enim, ubi audivit hoc agi, veniſſe in Campum. Lib. 8. *Tribunatumque plebei proximis comitiis abſens petentibus præfertur*. Idem.

2 *C. Domitium Cn. F.*] Non facile reperies in Domitiis hoc prænomen. Natum eſt autem Magontiaci. Andreas & cæteri uſque ad Aſcenſium: *Cl. Domitium*, ut & Florentinus. Rott. *C. L. Domitium*. Voſſ. *L. C. Domitium*. Ergo vel *Cn.* vel *L.* ſcribendum. *Cn.* mavult Pighius, & eſſe filium Cn. Domitii Calvini cum A. Cornelio Corſo an. U. C. 421, conſulis. *Idem*.

3 *Sulpic. Averrione*] *Sulpicio Saverrione*, ex Capitolinis lapidibus. *Sigonius*.

10 que additæ duæ, Anienſis ac Terentina. Hæc Romæ geſta. Cæterum ad Nequinum oppidum quum [1] ſegni obſidione tempus tereretur, duo ex oppidanis, quorum erant ædificia juncta muro, ſpecu facto ad ſtationes Romanas itinere occulto perveniunt: inde ad conſulem deducti, præſidium armatum ſe intra mœnia & muros accepturos confirmant. Nec aſpernanda res viſa, neque incaute credenda cum altero eorum (nam alter obſes retentus) duo exploratores per cuniculum miſſi: per quos ſatis comperta re, trecenti armati transfuga duce in urbem ingreſſi, nocte portam, quæ proxima erat, cepere. qua refracta, conſul exercituſque Romanus ſine certamine urbem invaſere. Ita Nequinum in ditionem populi Romani venit. Colonia eo adverſus Umbros miſſa, à flumine Narnia appellata: exercitus cum magna præda Romam reductus. Eodem anno ab Etruſcis [2] adverſus inducias paratum bellum. ſed eos alia molientes Gallorum ingens exercitus fines ingreſſus, paulisper à propoſito avertit. Pecunia deinde, qua multum poterant, freti, ſocios ex hoſtibus facere Gallos conantur, ut eo adjuncto exercitu cum Romanis bellarent. De ſocietate haud abnuunt barbari: de mercede agitur. qua pacta acceptaque, quum parata cætera ad bellum eſſent, ſequique Etruſcus juberet, inficias eunt, mercedem ſe belli Romanis inferendi pactos. quicquid acceperint, accepiſſe ne agrum Etruſcum vaſtarent, armiſque laceſſerent cultores. Militaturos tamen ſe, ſi utique Etruſci velint, ſed nulla alia mercede, quam ut in partem agri accipiantur, tandemque aliqua ſede certa

ta

1 *Segni obſidione tempus tereretur*] Video in duabus bonæ fidei membranis, *tereret.* Forte: *Quum ſegnis obſidio tempus tereret.* J. F. Gron.

2 *Adverſus inducias paratum bellum*] Induciæ datæ fuerant in biennium Livio & Æmilio conſulibus extremo anno CDLI. At hoc anno, qui eſt CDLIV, *adverſus inducias parant bellum.* recte: non enim biennium completum eſt, neque enim annus quo datæ ſunt numeratur. Hoc dixi, ut defenderem à Glareani calumnia Livium. *Sigonius.*

1 *Pe-*

ta conſiſtant. Multa de eo concilia populorum Etru-
riæ habita. nec perfici quicquam potuit, non tam, quia
imminui agrum, quam quia accolas ſibi quiſque adjun-
gere tam efferatæ gentis homines horrebat. ita dimiſſi
Galli, [1] pecuniam ingentem ſine labore ac periculo par-
tam retulerunt. Romæ terrorem præbuit fama Gallici
tumultus ad bellum Etruſcum adjecti: eo minus cun-
ctanter fœdus ictum cum Picenti populo eſt. [2] T. Man- 11
lio conſuli Etruria provincia ſorte evenit, qui vix dum
ingreſſus hoſtium fines, quum exerceretur inter equi-
tes, ab rapido curſu circumagendo equo effuſus, ex-
templo prope exſpiravit. tertius ab eo caſu dies finis vitæ
conſuli fuit. Quo velut omine belli accepto, Deos pro
ſe commiſiſſe bellum memorantes Etruſci, ſuſtulere a-
nimos. Romæ tum deſiderio viri, tum incommodita-
te temporis triſtis nuncius fuit: [3] ut patres ab jubendo
dictatore, conſulis ſubrogandi comitia, ex ſententia
principum habita, deterruerint. [4] M. Valerium conſu-
lem omnes ſententiæ centuriæque dixere, quem ſena-
tus dictatorem dici juſſurus fuerat. tum extemplo in E-
truriam ad legiones proficiſci juſſit. Adventus ejus com-
preſſit Etruſcos, adeo ut nemo [5] extra munimenta e-
gredi auderet, timorque ipſorum obſidioni ſimilis eſ-
ſet. neque illos novus conſul vaſtandis agris urendiſque
tectis, quum paſſim non villæ ſolum, ſed frequentes
quoque vici incendiis fumarent, elicere ad certamen
potuit.

1 *Pecuniam ſine labore paratam*] Vet. lib. *Partam*. Sigonius.

2 *T. Manlio conſuli Etruria provincia*] Thuan. Rott. Helm. Voſſ. *T. Manlio* (quidam *Mallio*) *conſuli ſorte evenit*. Duarum vocum nullum veſtigium. Voſſ. alter: *ſorte Etruria evenit*. Lege: *Romæ terrorem præbuit fama Gallici tumultus ad bellum Etruſcum adjecti: (eo minus cunctanter fœdus ictum cum Picenti populo eſt) T. Manlio conſuli ſorte evenit*. Nempe bellum Etruſcum cum tumultu Gallico. *J. F. Gron.*

3 *Ut Patres*] Videtur ſcribendum: *nuntius fuit. Patres ab jubendo dictatore c. ſ. c. ex ſent. pr. habita, deterruerunt*. Idem.

4 *M. Valerium coſ.* &c.] Hic eſt *M. Valerius Corvus*, qui anno priore v, hoc vero vi conſul creatus eſt Plutarcho, Livio & Cicerone & Suetonio auctoribus. *Sigonius*.

5 *Extra munimenta*] Vet. lib. *Munitiones*. Idem.

potuit. Quum hoc ſegnius bellum opinione eſſet, alterius belli, quod multis invicem cladibus haud immerito terribile erat, fama Picentium novorum ſociorum indicio exorta eſt: Samnites arma & rebellionem ſpectare, ſeque ab iis ſollicitatos eſſe. Picentibus gratiæ actæ, & magna pars curæ Patribus ab Etruria in Samnites verſa eſt. Caritas etiam annonæ ſollicitam civitatem habuit: ventumque ad inopiæ ultimum foret, ut ſcripſere quibus ædilem fuiſſe eo anno Fabium Maximum placet, ni ejus viri cura, qualis in bellicis rebus multis tempeſtatibus fuerat, talis domi tum in annonæ diſpenſatione, præparando ac convehendo frumento, fuiſſet. Eo anno (nec traditur cauſſa) interregnum initum. interreges fuere Appius Claudius, dein P. Sulpicius. Is comitia conſularia habuit. creavit L. Cornelium Scipionem, Cn. Fulvium conſules. Principio hujus anni [1] oratores Lucanorum ad novos conſules venerunt, queſtum, *quia conditionibus pellicere ſe nequiverint ad ſocietatem armorum, Samnites infeſto exercitu ingreſſos fines ſuos vaſtare belloque ad bellum cogere. Lucano populo ſatis ſuperque erratum quondam: nunc ita obſtinatos animos eſſe, ut omnia ferre ac pati tolerabilius ducant, quam ut unquam poſtea nomen Romanum violent. Orare Patres, ut & Lucanos in fidem accipiant, & vim atque injuriam ab ſe Samnitium arceant. Se, quamquam bello cum Samnitibus ſuſcepto neceſſaria jam facta adverſus Romanos fides ſit, tamen obſides dare paratos eſſe.*

12 Brevis conſultatio ſenatus fuit. ad unum omnes jungendum fœdus cum Lucanis, reſque repetendas ab Samnitibus, cenſent. Benigne reſponſum Lucanis: ictumque fœdus. Feciales miſſi, qui Samnitem decedere agro ſociorum, ac deducere exercitum finibus Lucanis juberent. quibus obviam miſſi ab Samnitibus qui denunciarent,

Si

1 *Oratores Lucanorum*] De hac legatione Lucanorum Romam & Romanorum ad Samnites vide Dionyſii Haſicarnaſſei ἐκλογὴν περὶ πρεσβειῶν tertiam, *J. F. Gron.*

1 *In*

Si quod adiſſent in Samnio concilium, haud inviolatos abituros. Hæc poſtquam audita ſunt Romæ; bellum Samnitibus & Patres cenſuerunt, & populus juſſit. Conſules inter ſe provincias partiti ſunt. Scipioni Etruria, Fulvio Samnites obvenerunt: diverſique ad ſuum quiſque bellum proficiſcuntur. Scipioni ſegne bellum & ſimile prioris anni militiæ exſpectanti, hoſtes ad Volaterras inſtructo agmine occurrerunt. Pugnatum majore parte diei, magna utrimque cæde: nox incertis qua data victoria eſſet, intervenit: lux inſequens, victorem victumque oſtendit. Nam Etruſci ſilentio noctis caſtra reliquerunt. Romanus egreſſus in aciem, ubi profectione hoſtium conceſſam victoriam videt, progreſſus ad caſtra, vacuis cum plurima præda (nam & ſtativa trepide deſerta fuerant) potitur. inde in Faliſcum agrum copiis reductis, quum impedimenta Faleriis cum modico præſidio reliquiſſet, expedito agmine ad depopulandos hoſtium fines incedit. Omnia ferro ignique vaſtantur: prædæ undique actæ: nec ſolum modo vaſtum hoſti relictum, ſed caſtellis etiam vicisque illatus ignis, urbibus oppugnandis temperatum, in quas timor Etruſcos compulerat. Cn. Fulvii conſulis clara pugna in Samnio ad Bovianum haudquaquam ambiguæ victoriæ fuit. Bovianum inde aggreſſus, nec ita multo poſt Aufidenam vi cepit. Eodem anno Carſeolos colonia 13
[1] in agrum Æquicolarum deducta. Fulvius conſul de Samnitibus triumphavit. quum comitia conſularia inſtarent, fama exorta, Etruſcos Samniteſque ingentes conſcribere exercitus: palam omnibus conciliis vexari principes

1 *In agrum Æquicolorum deducta*] Vet. lib. *In agro Æquicolarum.* Recte utrumque. ſic enim in Epitoma lib. 19. *Colonia deducta in agro Sallentino Brunduſium.* Et lib. 20. *Colonia deducta in agro de Gallis capto, Cremona, & Placentia.* *Æquicolarum* autem ab *Æquicola* ſcribendum: unde Virgilius, *Duru Æquicola glebis.* Neque enim audiendus eſt Gelenius, qui Plinium ſcribentem *Carſeolanos* eſſe *Æquicolarum*, *Æquicolorum* emendat, atque diminutivum eſſe ait. *Sigonius.*

cipes Etruſcorum, quod non Gallos quacumque conditione traxerint ad bellum: increpari magiſtratus Samnitium, quod [1] exercitum adverſus Lucanum hoſtem comparatum objecerint Romanis. Itaque ſuis ſociorumque viribus conſurgere hoſtes ad bellum, & haudquaquam pari defungendum eſſe certamine. Hic terror quum illuſtres viri conſulatum peterent, omnes in Q. Fabium Maximum, primo, non petentem, deinde ut inclinata ſtudia vidit, etiam recuſantem, convertit: *Quid ſe jam ſenem ac perfunctum laboribus laborumque præmiis, ſollicitarent? Nec corporis, nec animi vigorem remanere eundem: &* [2] *fortunam ipſam vereri, ne cui Deorum* [3] *nimia jam in ſe,*

1 *Exercitum adverſus Lucanum*] Τὸ *adverſus* nullus apud me codex, aut cujus excerpta hunc ad locum habeam, agnoſcit. Rottend. & Helm. *Exercitui Lucanum.* Scribamus ergo: *Quod exercitum in Lucanum hoſtem comparatum objecerint Romanis.* Exercitus comparatus in Lucanum hoſtem & Romanis objectus eſt ille ipſe, quem decedere agro ſociorum juſſerat Romana legatio, & quum hæc audita non eſſet, vicerat ad Bovianum Cn. Fulvius. Carpebantur igitur principes, quod legiones adverſus leviorem hoſtem Lucanum ſcriptas oppoſuiſſent Romanis, & tanto graviore hoſte incumbente non novum egiſſent delectum, auctiſque demum copiis aciem commiſiſſent. Quæ autem ſequuntur, *Itaque ſuis ſociorumque viribus*, pendent à ſuperiore, *fama exorta*, & ſunt quæ Romæ jactarentur. Sic lib. 6. *Quod poſtridie Idus Quintiles non litaſſet Sulpicius tr. mil. neque inventa pace deum poſt diem tertium objectus hoſti exercitus Romanus eſſet.* Lib. 28. *Haudquaquam par pugna, quod turba Balearium tironumque Hiſpanorum Romano militi objecta erat.* Lib. 40. *Neque novum militem ferociſſimo hoſti objecturum.* Buſlid. tamen: *Quod exercitum Lucanum hoſtem comparatum adjecerint Romanis.* Quæ lectio facile defendi poſſe videtur Alb. Rubenio. Increpabant, inquit, Samnites magiſtratus ſuos, quod importuna incurſione Lucanos ſibi novos hoſtes paraſſent, & hunc exercitum Lucanorum adjeciſſent Romanis: nam quæ ſequuntur, *itaque ſuis*, &c. etiam Samnitium verba ſunt, magiſtratus ſuos increpantium. Sane, ut Buſlid. ita prorſus & Voſſianus prior. Quare, ſi cui id ſatisfacit, legat *quod excitum Lucanum, hoſtem tam paratum, adjecerint Romanis. Excitum*, id eſt, laceſſitum. Adde quæ infra ad cap. 35 dicemus. *J. F. Gron.*

2 *Fortunam ipſam vereri*] Plato Parmenide: *Καίτοι δοκῶ μοι τὸ τοῦ Ἰβυκείου ἵππου πεπονθέναι· ᾧ ἐκεῖνος ἀθλητῇ ὄντι καὶ πρεσβυτέρῳ, ὑφ' ἅρματι μέλλοντι ἀγωνιεῖσθαι καὶ δι' ἐμπειρίαν τρέμοντι τὸ μέλλον, ἑαυτὸν ἀπεικάζων, ἄκων ἔφη καὶ αὐτὸς, οὕτω πρεσβύτης ὢν, εἰς τὸν ἔρωτα ἀναγκάζεσθαι ἰέναι. Idem.*

3 *Nimia jam in ſe & conſtantior*] Integram lectionem eſſe in veteribus libris ait Sigonius: *nimium jam in ſe conſtantior.* At hoc genus loquendi cui probabit? ſaltem feciſſet *nimio*. Sed videtur errorem aperire Voſſianus: *nimiam jam in ſe conſtantior.* Sic enim ille, ſed ut punctis ſuppoſitis indicet τὸ *M* in fine τοῦ *nimiam* eſſe ſupervacaneum.

ſe, & conſtantior, quam velint humanæ res, videatur. Et ſe gloriæ ſeniorum ſuccreviſſe; & ad ſuam gloriam conſurgentes alios lætum aſpicere. nec honores magnos fortiſſimis viris Romæ, nec honoribus deeſſe fortes viros. Acuebat hac moderatione tam juſta ſtudia, quæ verecundia legum reſtinguenda ratus, [1] legem recitari juſſit, qua intra decem annos eundem conſulem refici non liceret. Vix præ ſtrepitu audita lex eſt: tribunique plebis, nihil id impedimenti futurum ajebant: ſe ad populum laturos, uti legibus ſolveretur. Et ille quidem in recuſando perſtabat: [2] quid ergo attineret leges ferri rogitans, quibus [3] per eoſdem qui tuliſſent, fraus fieret? Jam regi leges, non regere. Populus nihilominus ſuffragia inibat: & ut quæque intro vocata erat centuria, conſulem haud dubie Fabium dicebat. Tum demum conſenſu civitatis victus, *Dii approbent*, inquit, *quod agitis, acturique eſtis, Quirites. Cæterum quoniam in me, quod vos vultis, facturi eſtis, in collega*

neum. Volunt autem: *nimia jam in ſe conſtantiorque, quam velint humana res.* J. F. Gron.

1 *Legem recitari juſſit, qua --- non liceret*] Hæc lex lata eſt anno CDXIII C. Marcio, Q. Servilio conſulibus, ut ait Livius lib. 7 extremo. Ea vero nunc tenetur Q. Fabius: nam tertium conſul fuerat anno CDXLV. Hic autem annus, quo quartus ei defertur conſulatus, eſt CDLIV. Legis autem hæc erat ſententia, ut nemo poſtquam conſul fuiſſet niſi exactis decem annis reficeretur, ita ut inter duos conſulatus anni X intereſſent, qui inter tertium & quartum Fabii conſulatum numerari non poſſunt. Quod cum ita ſit, ergo merito contemnenda ſunt ea, quæ à Glareano contra Livium hoc in loco ſunt dicta. De Scipione enim quod ille opponit, ſuo loco reſpondebo. *Sigonius.*

2 *Quid ergo attineret leges ferri rogitans*] Scribendum *attinere*. ut lib. 2. *Quid attinuiſſe, Hernicis paullo ante hoſtibus capti agri tertiam partem reddi?* Lib. 6. *Quid attinere cum mortali corpore uno civitatis, quam immortalem eſſe deceat, conſeneſcere vires?* Lib. 37. *Sin autem manendum ibi nihilominus ſit, quid attinere claudi portum?* J. F. Gron.

3 *Per eoſdem, qui tuliſſent*] Forte, *juſſiſſent.* Neque enim populus fert legem, ſed jubet vel accipit ferente magiſtratu. Scio ϖ. 15 Inſt. de lege Aquilia haberi, *plebem Romanam, quæ Aquilio tribuno rogante hanc legem tulit.* Sed & hujus auctor ſcripſit, *juſſit*, ſi Latine locutus eſt. Nec ignoro lib. 3 Livii: *quas conſenſus omnium non juſſiſſe latas magis quam tuliſſe videri poſſet.* Eſt enim ſenſus, quaſi quiſque eas pro ſe aliis jubentibus tuliſſent. *Idem.*

Per eoſdem, qui tuliſſent] Non hic populus intelligitur, ſed tribuni plebis. Hi enim erant, per quos frangebatur lex ſemel confirmata. Nec poteſt dici à populo fraus fieri legibus, quibus quid derogat; ſed tribuni, quod ſemel ad populum tuliſſent, directo antiquare veriti, oblique & è longinquo elidebant. *Jac. Gron.*

Digitized by Google

ga ſit mea apud vos gratia locus. P. Decium expertum mihi concordi collegio virum, dignum vobis, dignum parente ſuo, quaſo, mecum conſulem faciatis. Juſta ſuffragatio viſa, omnes quæ ſupererant centuriæ, Q. Fabium, P. Decium conſules dixere. Eo anno pleriſque dies dicta ab ædilibus; quia plus quam quod lege finitum erat, agri poſſiderent. nec quiſquam ferme eſt purgatus: [1] vinculumque ingens
14 immodicæ cupiditatis injectum eſt. Conſules novi, Q. Fabius Maximus quartum, & P. Decius Mus tertium, quum inter ſe agitarent, ut alter Samnites hoſtes, alter Etruſcos deligeret; quantæque in hanc aut in illam [2] provinciam copiæ ſatis, & uter ad utrum bellum dux idoneus magis eſſet; ab Sutrio, [3] & Nepete, & Faleriis legati, auctores, concilia Etruriæ populorum de petenda pace haberi, totam belli molem in Samnium averterunt. Profecti conſules quo expeditiores commeatus eſſent, & incertior hoſtis, [4] qua venturum bellum foret; Fabius per Soranum, Decius per Sidicinum agrum in Samnium legiones ducunt. Ubi in hoſtium fines ventum eſt, uterque populabundus effuſo agmine incedit. explorant tamen latius, quam populantur. Igitur non fefellere [5] ad Tifernum hoſtes in [6] occulta valle inſtructi, quam ingreſſos Romanos ſuperiore ex loco adoriri parabant. Fabius impedimentis in locum tutum remotis, præſidioque modico impoſito præmonitis militibus adeſſe certamen, quadrato agmine ad prædictas hoſtium late-

1 *Vinculumque ingens immodica cupiditatis injectum eſt*] Utrum intelliges, poſſeſſoribus? forſan. nam libri nihil mutant. Secus poſſes *cupiditati.* Ut lib. 3. *Terror injectus urbi eſt.* J. F. Gron.

2 *Provinciam copia ſatis eſſent*] Dele τὸ *eſſent* auctoritate Th. Voſſ. Helm. Rott. Sufficit Livio, *quantaque in hanc aut in illam provinciam copia ſatis, & uter ad utrum bellum dux idoneus magis eſſet.* Id.

3 *Et Nepete*] *Nepet*, ut ante dixi. *Sigonius.*

4 *Quo venturum bellum foret*] Duo Voſſ. Rott. *qua.* Cicero: *qua adiri poterat.* J. F. Gron.

5 *Ad Tifernum*] *Trifernum*, ut ante. *Sigonius.*

6 *Occulta valle inſtructi, qua ingreſſos*] Iidem & Helm. Thuaneuſque a *quam ingreſſos.* J. F. Gron.

Digitized by Google

latebras ſuccedit. [1] Samnites deſperato improviſo tumultu, quando in apertum ſemel diſcrimen evaſura eſſet res, & ipſi acie juſta maluerunt concurrere. itaque & in æquum deſcendunt, ac fortunæ ſe, majore animo quam ſpe, committunt. Cæterum, [2] ſive quia ex omnium Samnitium populis, quodcunque roboris fuerat, contraxerant, ſeu quia diſcrimen ſummæ rerum augebat animos, aliquantum aperta quoque pugna præbuerunt terroris. Fabius, ubi nulla ex parte hoſtem loco moveri videt, [3] M. Fulvium & M. Valerium, tribunos militum, cum quibus ad primam aciem procurrerat, ire ad equites jubet: & adhortari, ut ſi quando umquam equeſtri ope adjutam rempublicam meminerint; illo die annitantur, ut ordinis ejus gloriam invictam præſtent. Peditum certamine immobilem hoſtem reſtare: omnem reliquam ſpem in impetu eſſe equitum. & ipſos nominatim juvenes [4] pari comitate utrumque, nunc laudibus nunc promiſſis onerat. Cæterum quando ne ea quoque tentata vis proficeret, conſilio graſſandum, ſi nihil vires juvarent, ratus; Scipionem legatum, haſtatos primæ legionis ſubtrahere ex acie, & ad montes proximos, quam poſſet occultiſſime, circumducere jubet: inde aſcenſu abdito à conſpectu erigere in montes agmen, [5] averſoque hoſti ab tergo repente ſe oſtendere. Equites, ducibus tribunis; haud multo plus hoſtibus quam ſuis, ex improviſo ante ſigna evecti, præbuerunt tumultus.

1 *Samnites deſperantes improviſo tumultu*] Scribe cum Gelenio: *deſperato improviſo tumultu.* nam o. MSS. *deſperatos.* Lib. 40. *Deſperato auxilio ſuorum in deditionem venit.* Lentulus ad Ciceronem 12 Famil. *Rhodii nos & rempublicam quam valde deſperaverint, ex literis, quas publice miſi, cognoſces.* J. F. Gron.

2 *Sive quia*] *Seu quia ex omnium*; ſequitur enim alterum membrum: *Seu quia diſcrimen.* Sigonius.

3 *M. Fulvium & M. Valerium*] Duo Voſſ. & Thuan. *Maximum Fulvium.* Ut verum videatur, quod eſt in Helm. & Rott. *Maximum filium & M. Valerium.* Neque mirum patre imperatore filium militaſſe tribunum. *J. F. Gron.*

4 *Pari comitate utrumque*] Vet. lib. *Utcumque.* Sigonius.

5 *Averſoque hoſti*] Vet. lib. *Et adverſo hoſti.* Idem.

tus. Adverſus incitatas turmas ſtetit immota Samnitium acies, nec parte ulla pelli aut perrumpi potuit. Et poſtquam irritum inceptum erat, recepti poſt ſigna prœlio exceſſerunt. Crevit ex eo hoſtium animus, nec ſuſtinere frons prima tam longum certamen increſcentemque fiducia ſui vim potuiſſet, [1] ni ſecunda acies juſſu conſulis in primum ſucceſſiſſet. Ibi integræ vires ſiſtunt invehentem ſe jam Samnitem: [2] & tempore improviſa ex montibus ſigna, [3] clamorque ſublatus, non vero tantum metu terruere Samnitium animos. nam & Fa-

1 *Ni in primum ſucceſſ.*] Vet. lib. *In primam.* Sigonius.

Ni ſecunda acies juſſu conſulis in primam ſucceſſiſſet] Ab ſe fatetur eſſe Sigonius, cum ante illum editi, non modo ſcripti, haberent: *in primum.* Quod certe ſollicitandum nunquam fuit. Lib. 2, 20. *Deſiliunt ex equis, provolant in primum, & pro anteſignanis parmas objiciunt.* Ubi Sigonius ex ſuo: *in primum agmen:* etſi concedat utrumque eſſe uſitatum. Non nego, ſed hoc poſterius hic ajo eſſe magiſtri, non Livii. Eodem libro: *ſic in primum infeſtis haſtis provolant duo Fabii.* Lib. 3. *Ex equis deſiliunt, cedentibuſque jam ſuis provolant in primum, ſimulque & hoſti ſe opponunt.* Hoc lib. 10 infra: *Arma ſignaque per turbidam lucem in primo apparebant.* Lib. 25, 21. *Prima legio & ſiniſtra ala in primo inſtructa.* Sic enim ſcribendum ex Put. Vulgo præpoſitio deeſt. Lib. 36. *Levis armatura partem ante vallum in primo locavit.* Sic Salluſtius in Jugurth. *Qui in primo locati fuerant, paulliſper territi perturbantur.* Eodemque libro cap. 68. *Equites in primo late, pedites quam arctiſſume ire, & ſigno occultare jubet.* Male editur *in primo latere.* Nec additamentum eſt τὸ *latere*, ut ſuſpicatur Gruterus, ſed corruptum ex *late*, ut Palmerio & Colero viſum, qui tamen perperam faciunt adverbium *imprimo.* Seneca epiſt. 108. *In ætate noſtra, quod optimum, in primo eſt.* Ubi fruſtra tentat Lipſius. Juſtinus lib. 12, 7. *Quod in primo ex Perſico ſuperbia regia more diſtulerat.* Sic enim MSS. nec faciendum *imprimo* adverbium, atque excuſandum pro antiquario, quod facit Acidalius. Ne *primo* quidem & *primum* adverbia eſſe demonſtrat Paſcaſius Groſippus in epiſtola ad Aleandrum. Ubi tamen, quod *mallum*, quo Germani explicant quod Itali *volta* aut Galli *fois*, derivat ab illa ſignificatione, qua convivium aut conventum notat, non perſuadet. Commodior enim eſt qua ſignum dicitur idem *mahl* ſive mallus. Sic pro ſemel dicunt *einmahl:* quaſi uno ſigno, & ſic deinceps. Et imitantur Itali. *Arioſto can. 5. Pel valore, Ch'avea moſtrato in arme a piu d'un ſegno.* J.F. Gron.

2 *Et tempore improviſa*] Helm. & Rott. *Eo tempore viſa.* Forte: *Eodem tempore viſa ex montibus ſigna.* Idem.

3 *Clamorque ſublatus non vero tantum metu*] Cluverius lib. 4 Ital. antiq. cap 6 corrupta hæc aut mutila cenſet. Nequicquam, niſi forte ipſe mutila fecit omittendo τὸ *ſublatus*, quod & ad ſigna & ad clamorem pertinet. Quis autem non intelligit, mox explicare Livium, præcipuum illis terrorem factum ex vano metu, alterum adeſſe conſulem & recentem exercitum? *Idem.*

Non vero tantum metu terr.] Vet. lib. *Non vere metu tantum.* Sigonius.

1 *Ter-*

Fabius, Decium collegam appropinquare exclamavit, & pro ſe quiſque miles, adeſſe alterum conſulem, adeſſe legiones, gaudio alacres fremunt; [1] erroque utilis Romanis oblatus, fugæ formidiniſque Samnites implevit, maxime territos, ne ab altero exercitu integro intactoque feſſi opprimerentur: & quia paſſim in fugam diſſipati ſunt, minor cædes, quam pro tanta victoria fuit. tria millia & quadringenti cæſi: [2] capti ad trecentos ferme & triginta: ſigna militaria capta tria & viginti.

Samnitibus Apuli ſe ante prœlium conjunxiſſent, [3] ni 15

P. Decius conſul iis ad Maleventum caſtra objeciſſet, extractos deinde ad certamen fudiſſet. Ibi quoque plus fugæ fuit, quam cædis. duo millia Apulorum cæſa: ſpretoque eo hoſte Decius in Samnitium legiones duxit. Ibi duo conſulares exercitus diverſis vagati partibus, omnia ſpatio quinque menſium evaſtarunt. Quadraginta & quinque loca in Samnio fuere, in quibus Decii caſtra fuerunt: alterius conſulis ſex & octoginta. nec valli tantum, ac foſſarum veſtigia relicta, [4] ſed multo illis inſignio-

1 *Terrorque utilis Romanis oblatus*] Non *terror* Romanis offerebatur, ſed *error*: nam ſuos quoque in acie ſtantes fefellerat Fabius, ratos adeſſe alterum conſulem & exercitum, atque eo gaudio exſultantes frementeſque. Neque excuſare poſſis, quaſi τὸ *Romanis* ad *utilis*, non *oblatus* pertineat, vel quia ſequitur, *maxime territos*. Non eſt Livii ſic loqui: *terror formidinis implevit Samnites, territos, ne*. Præterea non hic modo, ſed quivis alius terror hoſtibus injectus utilis foret Romanis, atque ideo fatuum & otioſum illud epitheton. Sed elegans & verum: *errorque utilis Romanis oblatus*. Nam plerumque error inutilis & damnoſus eſt, præſertim belli, ubi non licet bis peccare: hic autem error, dum putant vincere ſe, victores eos fecit: atque eadem res quæ errori, ſed utili, fuit Romanis, fugæ formidiniſque Samnites implevit; eo maxime timefactos, quod ipſi laſſis & exhauſtis ſibi putarent cum recentibus & integris fore pugnandum. Infra cap. 41. *Fefellitque non Samnites modo, ſed etiam Romanos, & conſul adfirmavit errorem clamitans inter prima ſigna, ita ut vox etiam ad hoſtes accideret, captum Cominium, victorem collegam adeſſe.* Conjecturam hanc meam rebar eſſe: nunc video, *terror* poſt Modiana paſſim eſſe receptum: priſcos omnes ipſumque adeo Curionem expreſſiſſe *error*. J. F. Gron.

2 *Capti trecenti f. & viginti*] Vet. lib. *Capti ad trecentos ferme, & triginta*. Sigonius.

3 *Ni P. D. conſul*] Vet. lib. *Ni P. Decius conſul alter*. Idem.

4 *Sed multa illis inſigniora monumenta vaſtitatis circa, regionumque depopulatarum*] Vet. lib. *Sed multo illis inſigniora monumenta vaſtatis circa regionibus, depopulatiſque*. Idem.

ſigniora monimenta vaſtitatis circa, regionumque depopulatarum. Fabius etiam urbem Cimetram cepit: ibi capta armatorum duo millia quadringenti: cæſi ferme pugnantes ad quadringentos triginta. Inde comitiorum cauſſa Romam profectus maturavit eam rem agere. [1] quum primo vocatæ Q. Fabium conſulem dicerent omnes centuriæ, Ap. Claudius conſularis candidatus, vir acer & ambitioſus, non ſui magis honoris cauſſa, quam ut patricii recuperarent duo conſularia loca, quum ſuis, tum totius nobilitatis viribus incubuit, ut ſe cum Q. Fabio conſulem dicerent. [2] Fabius primo, de ſe eadem fere quæ priore anno dicendo, abnuere. circumſtare ſellam omnis nobilitas, orare ut ex cœno plebeio conſulatum extraheret, [3] majeſtatemque priſtinam tum honori, tum patriciis gentibus redderet. Fabius ſilentio facto media oratione ſtudia hominum ſedavit. facturum enim ſe fuiſſe dixit, ut duorum patriciorum nomina reciperet, ſi alium quam ſe conſulem fieri videret: *nunc ſe ſui rationem comitiis, quum contra leges futurum ſit, peſſimo exemplo non habiturum.* Ita Lucius Volumnius de plebe cum Ap. Claudio [4] conſul eſt factus; priore item conſulatu inter ſe comparati. Nobilitas objectare Fabio, fugiſſe eum Appium Claudium collegam, eloquentia, civilibuſque

Vaſtitatis circa regionumque depopulatarum] Sigoniani: *Vaſtatis circa regionibus depopulatiſque.* Non ſuccinit, niſi unus juxta ſuſpectus. Forte: *Sed multo illis inſigniora monumenta vaſtitas circa regionum depopulatarum.* Nec mirere, *monumenta vaſtitas.* Juſtinus lib. 12. *Ibi in monumenta rerum à ſe geſtarum urbem condit, araſque ſtatuit.* Rott. & Helm. *Vaſtitas.* J. F. Gron.

1 *Cum primo vocatæ Q. Fab. dicer. o. centuriæ*] *Primo vocatæ centuriæ* dicebantur, quæ primo poſt *prærogativas* vocarentur. Nam ſic paulo poſt loquitur: *Eumque & prærogativæ, & primo vocatæ omnes centuriæ conſulem cum T. Volumnio dicebant.* Ex quo convincitur in veteribus libris eſſe mendoſe, *Cum primo vocatum Q. Fabium.* Sigonius.

2 *Fabius primo,* &c.] Vox, *primo,* non eſt in veteribus libris, nec deſiderari videtur. *Idem.*

3 *Majeſtatemque priſtinam t. honori, t. patriciis g. redderet*] Id fore putabat nobilitas ſi duo, ut ante, patricii conſules facti fuiſſent. *Idem.*

4 *Conſul eſt factus*] Fortaſſe: *Lucius Volumnius de plebe cum Ap. Claudio conſules fiunt, priore item conſulatu inter ſe comparati.* J. F. Gron.

a Tum

Digitized by Google

buſque artibus haud dubie præſtantem. Comitiis perfectis, veteres conſules juſſi bellum in Samnio gerere; prorogato in ſex menſes imperio. Itaque inſequenti quoque anno L. Volumnio & Ap. Claudio conſulibus, P. Decius, qui conſul in Samnio relictus à collega fuerat; proconſul idem populari non deſtitit agros donec Samnitium exercitum nuſquam ſe prœlio committentem, poſtremo expulit finibus. Etruriam pulſi petierunt: & quod legationibus nequicquam ſæpe tentaverant, id ſe tanto agmine armatorum miſtis terrore precibus, acturos efficacius rati, poſtulaverunt principum Etruriæ concilium. Quo coacto, per quot annos pro libertate dimicent cum Romanis, exponunt. *omnia expertos eſſe, ſi ſuiſmet ipſorum viribus tolerare tantam molem belli poſſent: tentaſſe etiam haud magni momenti finitimarum gentium auxilia: petiſſe pacem à populo Romano, quum bellum tolerare non poſſent: rebellaſſe, quod pax ſervientibus gravior, quam liberis bellum eſſet. Unam ſibi ſpem reliquam in Etruſcis reſtare. Scire gentem Italiæ opulentiſſimam armis, viris, pecunia, eſſe: habere accolas Gallos inter ferrum & arma natos, feroces quum ſuopte ingenio,* [1] *tum adverſus Romanum populum: quem captum à ſe auroque redemptum haud vana jactantes memorent. Nihil abeſſe, ſi ſit animus Etruſcis, qui Porſennæ quondam, majoribuſque eorum fuerit; quin Romanos omni agro cis Tiberim pulſos dimicare pro ſalute ſua, non de intolerando Italiæ regno cogant. Samnitem illis exercitum paratum, inſtructum armis, ſtipendio, veniſſe: confeſtim ſecuturos, vel ſi ad ipſam Romanam urbem oppugnandam ducant.* Hæc eos in Etruria 16

17
jactantes, molienteſque, bellum domi Romanum urebat. nam P. Decius ubi comperit per exploratores profectum Samnitium exercitum, advocato concilio: *Quid per agros*, inquit, *vagamur, vicatim circumferentes bellum? quin*

1 *Tum adverſus Romanum populum: quem captum*] Flor. *Romanos populum*; ſuper *os* appoſito *u* cum lineola. An forte? *Tum adverſus Romanos, quem populum.* J. F. Gron.

quin urbes & mœnia aggredimur? nullus jam exercitus Samnio præſidet. ceſſere finibus, ac ſibimetipſi exilium conſcivere. Approbantibus cunctis, [1] ad Murgantiam validam urbem oppugnandam ducit: tantuſque ardor militum fuit, & caritate ducis, & ſpe majoris quam ex agreſtibus populationibus prædæ, ut uno die vi atque armis urbem caperent. ibi duo millia Samnitium & centum pugnantes circumventi, [2] captique: & alia præda ingens capta eſt. quæ ne impedimentis gravibus agmen oneraret, convocari milites Decius jubet: *Haccine*, inquit, *victoria ſola, aut hac præda contenti eſtis futuri? Vultis vos pro virtute ſpes gerere? omnes Samnitium urbes fortunæque in urbibus relicta, veſtra ſunt; quando legiones eorum tot prœliis fuſas, poſtremo finibus expuliſtis. Vendite iſta, & illicite lucro mercatorem, ut ſequatur agmen. ego ſubinde ſuggeram quæ vendatis.* [3] *Ad Romuleam urbem hinc eamus, ubi vos* [4] *labor haud magnus, præda major manet.* Divendita præda, ultro adhortantes imperatorem, ad Romuleam pergunt. Ibi quoque ſine opere, ſine tormentis ſimul admota ſunt ſigna, nulla vi deterriti à muris, qua cuique proximum fuit, ſcalis raptim admotis in mœnia evaſere. captum oppidum ac direptum eſt, [5] ad duo millia & trecenti occiſi; & ſex millia hominum capta. & miles ingenti præda potitus; quam vendere, ſicut priorem, coactus; Ferentinum

1 *Ad Murgantiam v. urbem*] Stephanus: Μοργύντιον πόλις Ἰταλίας· λέγεται ϗ Μοργυντίνα. τὸ ἐθνικὸν, Μοργυντῖνος. *Sigonius.*

2 *Captique, & alia præda ingens capta eſt*] Recidenda pro alienis videntur *capta eſt.* J. F. Gron.

3 *Ad Romuleam urbem*] De hac ſic Stephanus: Ῥωμυλία τῆς ἐν Ἰταλίᾳ Σαμνιτῶν πόλις, τὸ ἐθνικὸν Ῥωμυλιάτης. *Sigonius.*

4 *Labor haud magnus*] Duo Pall. duo Voſſ. Helm. Chiflet. Andreas: *labor haud major, præda major manet.* J. F. Gron.

5 *Ad duo millia & trecentos occiſi*] Hoc poſtremæ Gruteri debetur. Andreas & omnes uſque ad Frobenium ultimum *trecenti.* Gryphius, Curio, Sigonius, Gruterus prius, *CCC*, ut & fere ſcripti: ſed Voſſianus clare: *ad duo millia tercenti.* Et genus eſt loquendi Livio haud inſolens. Lib. 3. *Exſules ſervique ad quatuor millia hominum & quingenti, duce Appio,* &c. Lib. 4. *Quorum ad duo millia & quingenti vivi capiuntur.* Lib. 27. *Cecidere in pugna fugaque ad duo millia & ſeptingenti.* Lib. 35. *Ad mille quingenti ad conſules transfugerunt.* Idem.

Digitized by Google

num inde, quanquam nihil quietis dabatur, tamen ſum-
ma alacritate ductus. Cæterum ibi plus laboris ac peri-
culi fuit. [1] & defenſa ſumma vi mœnia ſunt, & locus e-
rat munimento, naturaque tutus: ſed evicit omnia [2] aſ-
ſuetus prædæ miles. ad tria millia hoſtium circa muros
cæſa: præda militis fuit. Hujus oppugnatarum urbium
decoris pars major in quibuſdam annalibus ad Maximum
trahitur. Murgantiam ab Decio, à Fabio Ferentinum
Romuleamque oppugnatas tradunt: ſunt qui novorum
conſulum hanc gloriam faciant. Quidam non ambo-
rum, ſed [3] alterius, L. Volumnii: ei Samnium provin-
ciam eveniſſe. Dum ea in Samnio, cujuſcunque ductu 18
auſpicioque, gererentur; [4] Romanis in Etruria iterum
bellum ingens multis ex gentibus concitur. cujus auctor
Gellius Egnatius ex Samnitibus erat. Tuſci fere omnes
conſciverant bellum: traxerat contagio proximos Um-
briæ populos: & Gallica auxilia mercede ſollicitaban-
tur. omnis ea multitudo ad caſtra Samnitium convenie-
bat. Qui tumultus repens poſtquam Romam perlatus
eſt, quum jam L. Volumnius conſul cum legionibus ſe-
cunda ac tertia, ſociorumque millibus quindecim pro-
fectus in Samnium eſſet, Ap. Claudium primo quoque
tempore in Etruriam ire placuit. duæ Romanæ legiones
ſecutæ, prima & quarta, & ſociorum duodecim millia.
caſtra haud procul ab hoſte poſita. Cæterum [5] magis eo
profectum eſt quod mature ventum erat, ut [6] quoſdam
ſpectantes jam arma Etruriæ populos, metus Romani
nomi-

1 *Et defenſa*] Vet. lib. *Nam & defenſa*. Sigonius.

Nam & defenſa] Tò *Nam* interpoſuit Sigonius: nos reperimus nuſquam. *J. F. Gron.*

2 *Aſſuetus prada miles*] Nonne *preda*? Vide paterna 31, 35. *Jac. Gron.*

3 *Alter. P. Volumnii*] *L. Volumnii*, ex ipſomet Livio & Capitolinis tabulis. *Sigonius.*

4 *Romanis in Etruria interim bellum ingens*] Pall. & Voſſ. alter, *iterum bellum ingens*. J. F. Gron.

5 *Magis eo*] Vet. lib. *Eo magis*. Sigonus.

6 *Quoſdam ſpectantes jam arma in Etruria populos*] Pall. Voſſiani, Helm. Th. & editi omnes ante Frobenium: *arma Etruriæ*. J. F. Gron.

nominis comprimeret, quam quod ductu conſulis quicquam ibi ſatis ſcite, aut fortunate geſtum ſit. Multa prœlia locis & temporibus iniquis commiſſa: ſpeſque indies graviorem hoſtem faciebat. & jam prope erat, ut nec duci milites, nec militibus dux ſatis fideret. Literas ad collegam arceſſendum ex Samnio miſſas in trinis annalibus invenio. piget tamen incertum ponere, quum ea ipſa inter conſules populi Romani jam iterum eodem honore fungentes diſcrepatio fuerit: Appio abnuente miſſas, Volumnio affirmante Appii ſe literis accitum. Jam Volumnius in Samnio tria caſtella ceperat, in quibus ad tria millia hoſtium cæſa erant, dimidium fere ejus captum. & Lucanorum ſeditiones, à plebeiis & egentibus ducibus ortas, ſumma optimatium voluntate per Q. Fabium proconſulem, miſſum eo cum veteri exercitu, compreſſerat, [1] Decio depopulandos hoſtium agros relinquit. ipſe cum ſuis copiis in Etruriam ad collegam pergit: quem advenientem læti omnes accepere. Appium ex conſcientia ſua credo [2] animum habuiſſe haud immerito iratum, ſi nihil ſcripſerat: illiberali, & ingrato animo, ſi eguerat ope, diſſimulantem. Vix enim ſalute mutua reddita quum obviam egreſſus eſſet: *Satin' ſalvæ*, inquit, *Luci Volumni? ut ſeſe in Samnio res habent? Quæ te cauſſa ut provincia tua excederes, induxit?* Volumnius in Samnio res proſperas eſſe ait: literis ejus accitum veniſſe. quæ ſi falſæ fuerint, nec uſus ſui ſit in Etruria, extemplo converſis ſignis abiturum. *Tu vero abeas*, inquit, *neque te quiſquam moratur: etenim minime conſentaneum eſt, quum bello tuo forſitan vix ſufficias,*

1 *Decio populandos hoſtium agros relinquit: ipſe cum copiis*] Scripti *depopulandos*, &, *cum ipſis copiis:* ſed legendum: *cum ſuis*: ut Voſſianus: & edd. ante Modianam jam occuparunt. *J. F. Gron.*

2 *Animum habuiſſe, haud immerito iratum, ſi nihil ſcripſerat: illiberali & ingrato animo*] Videtur τὸ *animo* inſiticium eſſe: Livio enim ſatis fuerat paullo ante vocem eam poſuiſſe, unde facillimum repeti. Niſi ſcripſit: *credo animatum fuiſſe: haud immerito iratum, ſi nihil ſcripſerat; illiberali & ingrato animo.* Idem.

ſcias, hic te ad opem ferendam [alius gloriari veniſſe. Bene Her-
cules verteret, dicere Volumnius: *malle fruſtra operam in-*
ſumptam, quam quicquam incidiſſe, cur non ſatis eſſet Etruriæ
unius conſularis exercitus. Digredientes jam conſules legati 19
tribunique ex Appiano exercitu circumſiſtunt: pars im-
peratorem ſuum orare, ne collegæ [1] auxilium, quod
acciendum ultro fuerit, ſua ſponte oblatum ſpernere-
tur: plures abeunti Volumnio obſiſtere, atque obteſta-
ri, *ne pravo cum collega certamine rempub. prodat. ſi qua cla-*
des incidiſſet, deſertori magis quam deſerto noxiæ fore. Eo rem
adductam, ut [2] omnis rei bene aut ſecus geſtæ in Etruria decus
dedecuſque ad L. Volumnium ſit delegatum. neminem quæſitu-
rum quæ verba Appii, ſed quæ fortuna exercitus fuerit. Dimitti
ab Appio eum, ſed à republ. & ab exercitu retineri, experire-
tur modo voluntatem militum. Hæc monendo obteſtando-
que, prope reſtitantes conſules in concionem pertraxe-
runt. ibi orationes longiores habitæ in eandem ferme
ſententiam, [3] in quam inter paucos certatum verbis fue-
rat. Et quum Volumnius cauſſa ſuperior, ne infacun-
dus quidem adverſus eximiam eloquentiam collegæ vi-
ſus eſſet; cavillanſque Appius *ſibi acceptum referre* diceret
debere, quod ex muto atque elingui, facundum etiam conſulem
habe-

1 *Auxilium quod accipiendum ultro*] A Curione eſt. Priores, *acciendum.* Veriſſime: loquuntur enim tanquam credentes Appio neganti accitum eſſe. Itaque jam recepimus in ſecundam editionem noſtram. Sed nec pejus mox foret, *ſperneret*, vel *aſpernaretur.* Nemo enim ſpernebat præter ipſum imperatorem. *J. F. Gron.*

2 *Omnis rei bene aut ſecus geſtæ in Etruria decus*] Flor. Rott. Helm. Voſſ. *omni.* Ergo, *omne.* quod etiam notavit Muretus. *Idem.*

3 *In quam inter paucos certatum*] Vet. lib. *In quam paucis ante certatum verbis fuerat*, recte: idcirco enim ait, longiores nunc orationes habitas. *Sigonius.*

In quam inter paucos certatum verbis fuerat] Qui Sigonio interpolatum ediderunt, *in quam paucis ante certatum verbis fuerat*, non adſecuti ſunt leporem Livii. *Inter paucos*, eſt inter comites, & proximos utriuſque: *Certare* autem *verbis*, quum *longioribus orationibus* diverſum ponitur, eſt brevibus dictis alternis & altercatione contendere. Donatus ad Terentii in Phormione: *tria non commutabitis verba hodie inter vos: Proprie verba commutare eſt quod altercari dicimus.* Eaque Plauti eſt *verbis velitatio.* Turpilius: *Comperce verbis velitare, ad rem redi.* Auctor Moralium ſub nomine Catonis: *Contra verboſos noli contendere verbis.* J. F. Gron.

1 *Velut*

haberent: priore conſulatu primis utique menſibus hiſcere eum nequiſſe, nunc jam populares orationes ſerere. Quam mallem, inquit Volumnius, *tu à me ſtrenue facere, quam ego ab te ſcite loqui didiciſſem. Poſtremo conditionem ferre, quæ decretura ſit, non orator (neque enim id deſiderare rempublicam) ſed imperator uter ſit melior. Etruriam & Samnium provincias eſſe: utram mallet, eligeret. ſuo exercitu ſe vel in Etruria, vel in Samnio rem geſturum.* tum militum clamor ortus, ut ſimul ambo bellum Etruſcum ſuſciperent. quo animadverſo conſenſu Volumnius, *Quoniam in collegæ voluntate interpretanda*, inquit, *erravi; non committam ut quid vos velitis, obſcurum ſit. manere, an abire me velitis, clamore ſignificate.* Tum vero tantus eſt clamor exortus, ut hoſtes è caſtris exciret: armis arreptis in aciem deſcendunt. & Volumnius ſigna canere, ac vexilla efferri è caſtris juſſit. Appium addubitaſſe ferunt, cernentem, ſeu pugnante, ſeu quieto ſe, fore collegæ victoriam: deinde veritum, ne ſuæ quoque legiones Volumnium ſequerentur, & ipſum flagitantibus ſuis ſignum dediſſe. Ab neutra parte ſatis commode inſtructi fuerunt. nam & Samnitium dux Gellius Egnatius pabulatum cum cohortibus paucis ierat: ſuoque impetu magis milites quam cujuſquam ductu aut imperio pugnam capeſſebant. & Romani exercitus nec pariter ambo ducti, nec ſatis temporis ad inſtruendum fuit. Prius concurrit Volumnius, quam Appius ad hoſtem perveniret. itaque fronte inæquali concurſum eſt: & [1] velut ſorte quadam mutante aſſuetos inter ſe hoſtes, Etruſci Volumnio, Samnites parumper cunctati, quia dux aberat, Appio occurrere. Dicitur Appius in medio pugnæ diſcrimine, ita ut inter prima ſigna manibus ad cœlum ſublatis conſpiceretur, ita precatus eſſe, *Bellona ſi hodie nobis victoriam duis, aſt ego templum tibi voveo.* Hæc precatus, velut inſtigante Dea, & ipſe

1 *Velut ſorte quadam mutante*] Legendum cenſeo, *forte*. J. F. Gron.

1 *Exer-*

ipſe collegæ & [1] exercitus virtutem adæquavit. Duces imperatoria opera exſequuntur; & milites, ne ab altera parte prius victoria incipiat, annituntur. Ergo fundunt fugantque hoſtes, majorem molem haud facile ſuſtinentes, quam cum qua manus conſerere aſſueti fuerant. urgendo cedentes, inſequendoque effuſos compulere ad caſtra. Ibi, interventu Gellii, cohortiumque Sabellarum, pauliſper recruduit pugna. iis quoque mox fuſis, jam à victoribus caſtra oppugnabantur: & quum Volumnius ipſe portæ ſigna inferret, Appius Bellonam victricem identidem celebrans, accenderet militum animos, per vallum, per foſſas irruperunt. Caſtra capta, direptaque, præda ingens parta, & militi conceſſa eſt. ſeptem millia ac trecenti hoſtium occiſi, duo millia & centum viginti capti. Dum ambo conſules omniſque Romana vis in Etruſcum bellum magis inclinat, in Samnio novi exercitus exorti ad depopulandos imperii Romani fines, [2] per Veſcinos in Campaniam Falernumque

1 *Exercitus virtutem adæquavit ducis. Imperatoria opera exſequitur*] Hæc ſana non ſunt. Primum non poſſunt, niſi de ſolo Appio & militibus Appianis accipi: quo pacto nihil dicitur, quod dictum non eſſet præcedenti periodo, & male continuatur ſequens: *Ergo fundunt fugantque hoſtes:* quod haud dubie de utroque exercitu dicitur. Præter hoc incommodum ſcriptorum varietas ſuſpicionem auget. *Exſequitur*, nuſquam. Duo Pall. Voſſ. *Virtutem æquavit ducis. imperatoria opera exercentur.* Tertius & Thuan. Rott. & Helm. cum Campano: *virtutem æquavit. duces imper. opera exſequuntur.* Niſi quod Th. *ducis.* Spero fuiſſe: *& ipſe collega & exercitus virtutem æquarunt. Duces imperatoria opera exſequuntur, & milites.* Ipſum Appium ait æquaſſe virtutem Volumnii & exercitus utriuſque æquaſſe virtutem inter ſeſe. Comparatio exercituum inter ſe, ut modeſtior, ita honeſtior. Quamquam & poſſis accipere, & ipſum & exercitum, collegæ cum ejus exercitu virtutem æquaſſe, & ſcilicet retinere *æquavit.* Lib. 3. *Communicando conſilia laudeſque & æquando imparem ſibi.* Hoc 10 infra: *excitataque memoria parentis, æquata eventu publico privatoque filii laudibus.* Iterumque: *ibi, ira vires æquavit.* Et, *collegæ amicos ad ſolatium æquatæ repulſæ ſibi quoque negare triumphum.* Lib. 22. *Nox æquato timore neutros pugnam incipientes ad lucem tenuit.* Lib. 39. *Ap. Claudius felicitatem virtutemque collegæ in Liguribus Ingaunis æquavit ſecundis aliquot prœliis.* Quæ deinceps, ut de utroque duce, ita & de utroque accipienda exercitu; & ita optime continuatur ſequens periodos. *J. F. Gron.*

2 *Per Veſtinos in Campaniam, Falernumque agrum tranſ.*] *Veſcinos* legendum eſt, à *Veſcia* oppido in his locis, ut alibi dixi: nam Veſtini Sabinos attigerunt, non Campanos. ſic paulo poſt,

que agrum tranſcendunt, ingenteſque prædas faciunt. Volumnium magnis itineribus in Samnium redeuntem (jam enim Fabio Decioque prorogati imperii finis aderat) fama de Samnitium exercitu populationibuſque Campani agri, ad tuendos ſocios convertit. Ut in [1] Calenum agrum venit, & ipſe cernit recentia cladis veſtigia, & Caleni narrant tantum jam prædæ hoſtes trahere, [2] ut vix explicari agmen poſſit: itaque jam propalam duces loqui, extemplo eundum in Samnium eſſe, ut relicta ibi præda in expeditionem redeant, nec tam oneratum agmen dimicationi committant. Ea quanquam ſimilia veris erant, certius tamen exploranda ratus, dimittit equites, qui vagos prædatores in agros palantes excipiant: ex quibus inquirendo, cognoſcit, ad Vulturnum flumen ſedere hoſtem, inde tertia vigilia moturum iter in Samnium eſſe. His ſatis exploratis profectus, tanto intervallo ab hoſtibus conſedit, ut nec adventus ſuus propinquitate nimia noſci poſſet, & egredientem è caſtris hoſtem opprimeret. Aliquanto ante lucem ad caſtra acceſſit: gnaroſque Oſcæ linguæ, exploratum quid agatur, mittit. Intermiſti hoſtibus (quod facile erat in nocturna trepidatione) cognoſcunt infrequentia armatis ſigna egreſſa, prædam prædæque cuſtodes exire;

Veſtinum & Falernum agrum: item, *in ſaltu Veſtino Falernum contingente*, lege *Veſcinum*, *Veſcino*. Et pro *in Campaniam*, vet. lib. *in Campanum*, *Falernumque agrum*. Sigonius.

In Campaniam Falernumque agrum] Mala manus Sigoniani: *Campanum*. Lib. 8, 37. *Nec tamen res ulla memorabilis acta: ager Apulus Samniumque evaſtatum.* Quod neceſſe non eſt mutari. Lib. 21. *Italiam oſtentat ſubjectoſque Alpinis montibus Circumpadanos campos.* Lib. 24. *Pratucianum Hadrianumque agrum, Marſos inde Marrucinoſque & Pelignos devaſtat, circaque Arpos & Luceriam proximam Apuliæ regionem.* Iterumque: *hoſteſque ſub oculis erant Falerni agri colonorumque Sinueſſæ tecta urentes.* Quæ omnia egregie copiam Livii decent: atque utinam ſatis à nobis intelligerentur. Vide 3, 17. *J. F. Gron.*

1 *Calænum agrum*] *Calenum* ſine diphthongo ex Capitolinis triumphis, & Græcis Καλλινός. *Sigonius.*

2 *Ut vix explicare agmen poſſint*] Parum intereſt: ſed MSS. fere: *explicari agmen poſſit.* Lib. 2. *Cum maxime agmen è caſtris explicaretur.* Lib. 42. *Nullo exſpectante dum utcunque explicaretur agmen.* J. F. Gron.

1 *Igno-*

Digitized by Google

exire; [1] ignobile agmen, & ſua quemque molientem, nullo inter alios conſenſu, nec ſatis certo imperio. Tempus aggrediendi aptiſſimum viſum eſt: & jam lux appetebat. itaque ſigna canere juſſit: agmenque hoſtium aggreditur. Samnites, præda impediti, infrequentes armati, pars addere gradum, ac præ ſe agere prædam; pars ſtare; incerti utrum progredi, an regredi in caſtra [2] tutius foret, inter cunctationem opprimuntur. & Romani jam tranſcenderant vallum, cædeſque ac tumultus erat in caſtris. Samnitium agmen præterquam hoſtili tumultu, captivorum etiam repentina defectione turbatum erat: qui partim ipſi ſoluti vinctos ſolvebant: partim arma in ſarcinis deligata rapiebant, tumultumque prœlio ipſo terribiliorem intermiſti agmini præbebant. Memorandum deinde edidere facinus: nam [3] Staium Minacium ducem, adeuntem ordines hortantemque, invadunt. diſſipatis inde equitibus, qui cum eo aderant, ipſum circumſiſtunt: inſidentemque equo, captum, ad conſulem Romanum rapiunt. Revocata eo tumultu prima ſigna Samnitium: prœliumque jam profligatum integratum eſt, nec diutius ſuſtineri potuit. Cæſa

1 *Ignobile agmen*] Vet. lib. *Iinmobile agmen.* Vere: nam ſubdit, *Samnites præda impediti.* Sigonius.

Ignobile agmen, & ſua quemque molientem] Omnino melius quam *immobile*, quod probat Sigonius, etſi & ſcripti quidam ſic & Campanus. Hoc ipſo libro: *exercitum itineribus ac mutatione locorum nobiliorem ac ſalubriorem eſſe.* *Agmen ignobile* eſt non tam armis ornatum quam præda oneratum, pugnæque & fortium factorum immemor. *J. F. Gron.*

2 *Tutius foret. Inter cunctationem*] Ita vulgo hic locus diſtinguitur, ſed vitioſe, & cenſuimus nunc mutandum. *Jac. Gron.*

3 *Statium Egnatium ducem*] Vet. lib. *Statium Minatium.* Sigonius.

Stajum Egnatium ducem] Sigonii liber: *Statium Minatium.* nec aliter Juntas & Saveterius ediderant. Beccarius, Aſcenſius, Tarviſ. Ven. *Statim Minatium.* Scripti noſtri & Andreas Romæ & Moguntini: *nam Stajum Minatium ducem.* Prius nomen eſt apud Perſium Sat. 2. & in fragmento Faſtorum municipalium: *M. Stajus Flaccus duumvir:* unde etiam *Stajenus* & *Inſtejus.* Viſuntur quoque in volumine Inſcriptionum, *P. Minacius Auſus* cum *P. Minacio Albino* fratre, aliuſque item *M. Minacius.* Non confundendus cum Stajo Minacio Samnitium duce alter Samnitium dux Gellius Egnatius, de quo & ante Livius & deinde. *J. F. Gron.*

Cæſa ad ſex millia hominum: duo millia & quingenti capti: in eis tribuni militum quatuor: ſigna militaria triginta: & quod lætiſſimum victoribus fuit, captivorum recepta ſeptem millia & quadringenti; præda ingens ſociorum: accitique edicto domini ad res ſuas noſcendas, recipiendaſque. Præſtituta die, quarum rerum non extitit dominus, militi conceſſæ: coactique vendere
21 prædam, ne alibi quam in armis animum haberent. Magnum ea populatio Campani agri tumultum Romæ præbuerat; & per eos forte dies ex Etruria allatum erat, poſt deductum inde Volumnianum exercitum, Etruriam concitam in arma, [1] & Gellium Egnatium Samnitium ducem, & Umbros ad defectionem vocari, & Gallos pretio ingenti ſollicitari. His nunciis ſenatus conterritus, juſtitium indici, delectum omnis generis hominum haberi juſſit. nec ingenui modo aut juniores ſacramento adacti, ſed ſeniorum etiam cohortes factæ, libertinique centuriati. & defendendæ urbis conſilia agitabantur; ſummæque rerum prætor P. Sempronius præerat. Cæterum parte curæ exonerarunt ſenatum Lucii Volumnii conſulis literæ, quibus cæſos fuſoſque populatores Campaniæ cognitum eſt. Itaque & ſupplicationes ob rem bene geſtam conſulis nomine decernunt. juſtitium remittitur, [2] quod fuerat dies decem & octo, ſupplicatioque perlæta fuit. Tum de præſidio regionis, depopulatæ ab Samnitibus, agitari cœptum. Itaque placuit, ut duæ coloniæ circa Veſcinum & Falernum

1 *Et Gellium Egnatium Samnitium ducem*] Hæc verba nec præcedentibus nec conſequentibus conveniunt. nec enim tum demum ſumebat arma, quæ dudum expertus erat, nec vocabatur ad defectionem, quippe qui dudum defecerat. Scribe: *Etruriam concitam in arma, & Gellium Egnatium Samnitium ducem & Umbros ad defectionem vocare, & Gallos pretio ingenti ſollicitare.* non *vocari* & *ſollicitari.* J. F. Gron.

2 *Quod fuerat dies decem octo*] Vet. lib. *Per dies decem, & octo.* Sigonius.

Quod fuer. per dies decem & octo] Ex Sigoniano immiſſum *per* libri meliores cum antiquitus editis ignorant. Plautus Aſin. *Quia triduum hoc unum modo foro operam aſſiduam dedi.* Menæch. *Elleborum potabis, ſaxo, aliquos viginti dies.* J. F. Gron.

Digitized by Google

num agrum deducerentur: una ad oſtium Liris fluvii, quæ Minturnæ appellata; altera in ſaltu Veſcino, Falernum contingente agrum: ubi Sinope dicitur Græca urbs fuiſſe; Sinueſſa deinde ab colonis Romanis appellata. Tribunis plebis negotium datum eſt, ut plebeiſcito juberetur P. Sempronius prætor triumviros in ea loca colonis deducendis creare. nec qui nomina darent, facile inveniebantur, quia in ſtationem ſe prope perpetuam infeſtæ regionis, non in agros mitti rebantur. Avertit ab eis curis ſenatum Etruriæ ingraveſcens bellum; & crebræ literæ Appii, monentis, ne regionis ejus motum negligerent: *quatuor gentes conferre arma; Etruſcos, Samnites, Umbros, Gallos. jam caſtra bifariam facta eſſe, quia unus locus capere tantam multitudinem non poſſit.* [1] Ob hæc, (& jam appetebat tempus comitiorum) L. Volumnius conſul Romam revocatus: qui prius quam ad ſuffragium centurias vocaret, in concionem advocato populo, multa de magnitudine belli Etruſci diſſeruit. *jam tum, quum ipſe ibi cum collega rem pariter geſſerit, fuiſſe tantum bellum, ut nec duce uno nec exercitu geri potuerit: acceſſiſſe poſtea dici Umbros, & ingentem exercitum Gallorum.* [2] *Adverſus quatuor populos duos conſules illo die deligi meminiſſent.*

1 *Ob hac, & jam appetebat tempus, comitiorum cauſa*] Sic Gelenius: ſic etiam Andreas Romæ, ſecutique hunc Beccar. Tarviſ. Ven. niſi quod *etiam* habent. Aſcenſius & Mog. *Ob hanc (etiam appetebat tempus comitiorum) cauſam,* Juntas; Savet. *Ob hac etiam appetebat tempus comitiorum, quorum cauſa L. Volumnius.* Palatini non agnoſcunt τὸ *cauſa*: habent enim duo & Voſſ. alter, *comitiorum & Lucius*: tertius, *comitiorum tum Lucius*. Omnia iſta licet eodem ordine habeas, ſcribaſque: *Ob hac (& jam appetebat tempus comitiorum) L. Volumnius conſul.* Habent tamen Voſſianus prior & Chiſl. & tolerari poteſt, ſi ſic diſtinguas: *Ob hac & (jam appetebat tempus) comitiorum cauſa.* J. F. Gron.

2 *Adverſus quatuor populos duces coſſ. deligi*] Vet. lib. *Duos conſules,* optime. Quatuor enim populos duobus conſulibus opponit. *Sigonius.*

Adverſ. quat. populos duos conſules] Sic Sigonius ex ſuo, cum in aliis & melioribus ſit *duces conſules.* Fregit vim ſententiæ puerili antithero & luſu in numeris *quatuor* & *duo.* Nam ſi quicquam referret, quod duo tantum adverſum quatuor, cur tanquam graviorem adverſarium minatur omnibus quatuor unum dictatorem? Immo pondus omne in vocabulo *duces* eſt: meminiſſent creare ſe conſules, qui duces futuri eſſent bello adverſus quatuor firmiſſimos populos.

niſſent. ſe, niſi conſideret eum conſenſu populi Romani conſulem declaratum iri, [1] *qui haud dubie tum primus omnium ductor*
22 *habeatur, dictatorem fuiſſe extemplo dicturum.* Nemini dubium erat, [2] quin Q. Fabius omnium conſenſu deſtinaretur, eumque & prærogativæ, & primo vocatæ omnes centuriæ conſulem cum L. Volumnio dicebant. Fabii oratio fuit, qualis biennio ante: deinde, ut vincebatur conſenſu, verſa poſtremo ad collegam P. Decium poſcendum. [3] *id ſenectuti ſuæ adminiculum fore: cenſura, duobuſque conſulatibus ſimul geſtis expertum ſe, nil concordi collegio firmius ad rempubl. tuendam eſſe. novo imperii ſocio vix jam aſſueſcere ſenilem animum poſſe. cum moribus notis facilius ſe communicaturum conſilia.* Subſcripſit orationi ejus conſul cum meritis P. Decii laudibus, tum *quæ ex concordia conſulum bona, quæque ex diſcordia mala in adminiſtratione rerum militarium evenirent*, memorando, [4] *quam prope ultimum diſcrimen ſuis & collegæ certaminibus nuper ventum foret:* admonendo Decium, Fabiumque, *ut uno animo, una mente viverent. eſſe præterea* [5] *viros natos militiæ, factis magnos, ad verborum linguæque certamina rudes. Ea ingenia conſularia eſſe. callidos ſolerteſque, juris atque eloquentiæ conſultos, qualis Ap. Claudius eſſet, urbi ac foro præſides habendos, prætoreſque ad reddenda jura creandos eſſe.* His agendis dies eſt conſumptus. poſtridie ad præſcriptum conſulis & conſularia & prætoria comitia habita. [6] Conſules creati Q. Fabius

Andreas & omnes antiqui impreſſi: *populos & duces.* J. F. Gron.

1 *Qui h. d. tum primus omnium ductor hab. dictatorem,* &c.] Ludit in vocibus *Ductor* & *Dictator*. Sigonius.

2 *Quin Q. Fabius*] Thuan. & Chifl. *Quin Fabius quintum.* Et ſane quintus hic erat ejus conſulatus. Non videtur tamen ſatis commoda hic ejus rei mentio. Placet potius cum Voſſianis: *quin Fabius Quintus.* Ut lib. 3 cap. 1. *J. F. Gron.*

3 *Id ſenectuti*] Vet. lib. *Hunc ſenectuti ſuæ.* Sigonius.

4 *Quam prope ad ultimum*] Voſſ. uterque, Rott. Helm. *Quam prope ultimum.* Recte. Vide ad lib. 6, 42. *J. F. Gron.*

5 *Viros natos militiæ*] Vet. lib. *Gnaros militiæ.* Vere: nam ſequitur oppoſitum, *ad verborum, linguæque certamina rudes.* ſic ſupra, *Gnaros Oſcæ linguæ.* Sigonius.

6 *Conſules creati Q. Fab.* &c. *omnes abſentes*] Non eſt prætereundum hoc in loco, quin dicendi genus hoc, quod multos ſæpe, inprimis autem Glareanum torſit, explicetur, id eſt, quid

Digitized by Google

bius & P. Decius: Ap. Claudius prætor, omnes abſentes: & L. Volumnio ex ſenatuſconſulto & ſcito plebis prorogatum in annum imperium eſt. Eo anno prodigia 23
multa fuerunt: quorum averruncandorum cauſſa ſupplicationes in biduum ſenatus decrevit. [1] Publice vinum ac thus ſacrificiis præbitum. ſupplicatum iere frequentes viri, fœminæque. Inſignem ſupplicationem fecit certamen in ſacello Pudicitiæ patriciæ, quæ in foro boario eſt ad ædem rotundam Herculis, inter matronas ortum. Virginiam Auli filiam, patriciam plebeio nuptam Volumnio conſuli, matronæ, quod è Patribus enupſiſſet, ſacris arcuerant. Brevis altercatio inde, ex iracundia muliebri in contentionem animorum exarſit. quum ſe Virginia & patriciam & pudicam in patriciæ Pudicitiæ templum ingreſſam, & uni nuptam, ad quem virgo deducta ſit; nec ſe viri, honorumve ejus ac rerum geſtarum pœnitere, vero gloriaretur. Facto deinde egregio magnifica verba adauxit. in vico Longo, ubi habitabat, ex parte ædium quod ſatis eſſet loci modico ſacello, excluſit: aramque ibi poſuit. & convocatis plebeiis matronis, conqueſta injuriam patriciarum, *Hanc ego aram*, inquit, *Pudicitiæ plebeiæ dedico: voſque hortor, ut quod certamen virtutis viros in hac civitate tenet, hoc pudicitiæ inter matro-*

quid ſit apud Livium, *Abſentem conſulem* aut *prætorem creari*: non enim eum ſignificat tantum, qui abeſt ab urbe, ſed etiam, qui cum in urbe ſit, abeſt à campo; in quo tamen comitia creandi magiſtratus cauſà habeantur. Sic loquitur lib. 4. *Plebs tribunos plebis Sex. Tempanium, A. Sellium abſentes fecit*, hos vero ex caſtris in urbem cum conſule reverſos paucis ante verſibus tradidit: & hoc libro ſupra: *Conſul ex dictatura factus M. Valerius. Non petentem, atque adeo abſentem creatum tradidere quidam.* ſic hoc loco, Q. Fabius & P. Decius facti conſules ſunt, cum in campo non adeſſent, Ap. Claudius prætor, cum non ſolum in campo, ſed ne in urbe quidem tum, ſed in Etruria verſaretur. Hoc autem ita eſſe aperte docet Dionyſius lib. 9 de A. Claudio conſule abſente facto, id eſt, ut ipſe interpretatur qui in campum non deſcenderat: Ἄππιον Κλαύδιον πολλὰ ἀντειπόντα καὶ οὐδ᾽ εἰς τὸ πεδίον ἐλθεῖν βουληθέντα, ἕνεκα τῶν ἀρχαιρεσιῶν, οὐδὲν ἧττον προβουλεύσαντές τε καὶ ἐψηφίσαντο ἀπόντα ὕπατον. *Sigonius.*

1 *Publ. vin. ac thus præbitum*] Vet. lib. *Ac thus ſacrificiis præbitum.* Idem.

Ac thus ſacrificiis præbit.] Valde corrupte hæc in ſcriptis habentur: in uno conſentiunt, quod ignorant τὸ *ſacrificiis* ab Sigonio additum. *J. F. Gron.*

matronas ſit. detiſque operam, ut hac ara quam illa ſi quid poteſt, ſanctius, & à caſtioribus coli dicatur. Eodem ferme ritu & hæc ara, quo illa antiquior, culta eſt; ut nulla niſi ſpectatæ pudicitiæ matrona, & quæ uni viro nupta fuiſſet, jus ſacrificandi haberet. Vulgata dein religio à pollutis, nec matronis ſolum, ſed omnis ordinis fœminis, poſtremo in oblivionem venit. Eodem anno Cn. & Q. Ogulnii ædiles curules aliquot fœneratoribus diem dixerunt, quorum bonis mulctatis, ex eo quod in publicum redactum eſt, ænea in Capitolio limina, & trium menſarum argentea vaſa in cella Jovis, Jovemque in culmine cum quadrigis, & ad Ficum Ruminalem ſimulacra infantium conditorum Urbis ſub uberibus lupæ poſuerunt: ſemitamque ſaxo quadrato à Capena porta ad Martis ſtraverunt, & ab ædilibus plebeiis L. Ælio Pæto, & C. Fulvio Curvo, ex mulctaticia item pecunia, quam exegerunt pecuariis damnatis ludi facti: pateræ-
24 que aureæ ad Cereris poſitæ. Q. inde Fabius quintum & P. Decius quartum, conſulatum ineunt: tribus conſulatibus, cenſuraque collegæ, nec gloria magis rerum, quæ ingens erat, quam concordia inter ſe clari. quæ ne perpetua eſſet, ordinum magis quam ipſorum inter ſe certamen interveniſſe reor: patriciis tendentibus, ut Fabius Etruriam extra ordinem provinciam haberet: plebeiis auctoribus Decio, ut ad ſortem revocaret. Fuit certe contentio in ſenatu; & poſtquam ibi Fabius plus poterat, [1] revocata res ad populum eſt in concione. ut inter militares viros, & factis potius quam dictis fretos, pauca verba habita: Fabius [2] *quam arborem conſeruiſſet, ſub ea legere alium fructum, indignum eſſe*, dicere. *ſe aperuiſſe Ciminiam ſilvam, viamque per devios ſaltus Romano bello feciſſe.*

1 *Revocata res ad populum eſt in concione. ut inter*] Perverſiſſima diſtinctio, quam ſic emendes licet: *revocata res ad populum eſt. In concione, ut inter militares*, &c. Sunt enim eadem τὰ *ad populum* & *in concione*. Jac. Gron.

2 *Qu. arb. conſeruiſſet*] Vet. lib. *Seruiſſet*. Sigonius.

1 *Si*

Digitized by Google

ciſſe. Quid ſe id ætatis ſollicitaſſent, ſi alio duce bellum geſturi eſſent? Nimirum adverſarium ſe, non ſocium imperii legiſſe, ſenſim exprobrat: *& invidiſſe Decium concordibus collegiis tribus*. Poſtremo *ſe tendere nihil ultra, quam, ut* [1] *ſi ſe dignum provincia ducerent, in eam mitterent: in ſenatus arbitrio ſe fuiſſe, & in poteſtate populi futurum*. P. Decius ſenatus injuriam querebatur: *quoad potuerint Patres anniſos, ne plebeiis aditus ad magnos honores eſſet: poſtquam ipſa virtus pervicerit, ne in ullo genere hominum inhonorata eſſet; quæri, quemadmodum irrita ſint, non ſuffragia modo populi, ſed arbitria etiam fortunæ, & in paucorum poteſtatem vertantur. Omnes ante ſe conſules ſortitos provincias eſſe: nunc extra ſortem* Fabio *ſenatum provinciam dare. Si honoris ejus cauſſa: ita eum de ſe deque republica meritum eſſe, ut faveat Q. Fabii gloriæ: quæ modo non ſua contumelia ſplendeat. Cui autem dubium eſſe, ubi unum bellum ſit aſperum ac difficile, quum id alteri extra ſortem mandetur, quin alter conſul pro ſupervacaneo atque inutili habeatur? Gloriari Fabium rebus in Etruria geſtis. velle &* P. *Decium gloriari: & forſitan quem ille obrutum ignem reliquerit, ita ut toties novum ex improviſo incendium daret, eum ſe extincturum. Poſtremo* [2] *ſe, collegæ honores præmiaque conceſſurum verecundia ætatis ejus majeſtatiſque*, [3] *quum periculum, quum dimicatio propoſita ſit, neque cedere ſua ſponte, neque ceſſurum. & ſi nihil aliud ex eo certamine tulerit, illud certe laturum*, [4] *ut quod populi ſit, populus jubeat potius*,

1 *Si ſe dignum provincia*] Voſſ. uterque, Rott. Helm. carent τοῦ *ſe*. J. F. Gron.

2 *Se collegæ honores præmiaque*] Senſus formatus in re gravi, ut in joco apud Plautum Trinum. 2, 4. *Decedam ego illi de via, de ſemita, de honore populi: verum quod ad ventrem attinet, Non hercle hoc longe, niſi me pugnis vicerit*. Eſt autem exaudiendum *concedere honores*. ut ſit pati ſe vinci in petendis honoribus: ut alibi *conceſſa victoria, conceſſum mare*. Vide ad lib. 33. *Idem*.

3 *Quum periculum, quum dimicatio*] Poſteriori *quum* deficiuntur tres Pall, duo Voſſ. Rott. Helm. Et ſic mavult ſæpe Livius per aſyndeton. Fortaſſis etiam: *quum periculum, dimicatio, propoſita ſint*. Sic cap. 29. *Cæleſtium, infernorum iras*. Sic enim MSS. vel *inferorum*. non *infernorumque*. Idem.

4 *Ut quod populi ſit, populus jubeat potius, quam P.*] Sic locutus eſt Pædianus in oratione pro Cornelio: *promulgavit legem, ne quis, niſi per populum legibus ſolveretur, eamque tulit invitis optimatibus, qui vel pauci gratificari*

potius, quam Patres gratificentur. Jovem optimum maximum, Deoſque immortales ſe precari, ut ita ſortem æquam ſibi cum collega dent, ſi eandem virtutem felicitatemque in bello adminiſtrando daturi ſint. certe id & natura æquum, & exemplo utile eſſe, & ad famam populi Romani pertinere; eos conſules eſſe, quorum utrolibet duce bellum Etruſcum geri recte poſſit. Fabius nihil aliud [1] precatus populum, quam ut prius quam intro vocarentur ad ſuffragium tribus, Ap. Claudii prætoris allatas ex Etruria literas audirent, comitio abit. nec minore populi conſenſu quam ſenatus, provin-
25 cia Etruria extra ſortem Fabio decreta eſt. Concurſus inde ad conſulem factus omnium ferme juniorum. & pro ſe quiſque nomina dabant: tanta cupido erat ſub eo duce ſtipendia faciendi. Qua circumfuſus turba, *Quatuor millia*, inquit, *peditum & ſexcentos equites duntaxat ſcribere in animo eſt: hodierno & craſtino die* [2] *qui nomina dederitis, mecum ducam. majori mihi curæ eſt, ut omnes locupletes reducam, quam ut multis rem geram militibus.* Profectus apto exercitu, & eo plus fiduciæ ac ſpei gerente, quod non deſiderata multitudo erat, [3] ad oppidum Aharnam, unde haud procul hoſtes erant, ad caſtra Appii prætoris pergit. paucis citra millibus lignatores ei cum præſidio occurrunt: qui ut lictores prægredi viderunt, Fabiumque eſſe conſulem accepere, læti atque alacres Diis populoque Romano grates agunt, quod eum ſibi imperatorem miſiſſent. Circumfuſi deinde quum conſulem ſalutarent, quærit Fabius quo pergerent, reſpondentibuſque, lignatum ſe ire: *Ain' tandem*, inquit, *num caſtra vallata non habetis?* Ad hoc quum ſucclamatum eſſet: duplici quidem vallo, & foſſa, & tamen in ingenti

metu

ri ſolebant: ſic enim legendum eſt, non *paucos*, ut vulgo legitur, nam ante præceſſit, *eaque ipſa ſenatuſconſulta per pauculos admodum fiebant.* Sigonius.

1 *Precatus populum*] Voſſ. *populum romanum.* alter p̄m Rott. *precatus* p̄. r. J. F. Gron.

2 *Qui nom. dederitis*] Vet. lib. *Dederint.* Sigonius.

3 *Ad opp. Aharnam*] Vet. lib. *Adharnaham.* Idem.

1 *Ad*

metu eſſe: *Habetis igitur*, inquit, *affatim lignorum. redite, & vellite vallum.* Redeunt in caſtra, terroremque ibi vellentes vallum, & iis qui in caſtris remanſerunt militibus, & ipſi Appio fecerunt. Tum pro ſe quiſque alii aliis dicere, Conſulis ſe Q. Fabii facere juſſu. Poſtero inde die caſtra mota: & Appius prætor Romam dimiſſus. inde nuſquam ſtativa Romanis fuere. negabat utile eſſe uno loco ſedere exercitum: itineribus, ac mutatione locorum nobiliorem ac ſalubriorem eſſe. fiebant autem itinera, quanta fieri ſinebat hiems haud dum exacta. Vere inde primo relicta ſecunda legione [1] ad Cluſium, quod Camars olim appellabant: præpoſitoque caſtris L. Scipione proprætore, Romam ipſe ad conſultandum de bello rediit: ſive ipſe ſponte ſua, quia bellum ei majus in conſpectu erat, quam quantum eſſe famæ crediderat; ſive ſenatuſconſulto accitus. nam in utrumque auctores ſunt. Ab Ap. Claudio prætore retractum quidam videri volunt; quum in ſenatu, & apud populum (id quod per literas aſſidue fecerat) terrorem belli Etruſci augeret: *non ſuffecturum ducem unum nec exercitum unum, adverſus quatuor populos.* [2] *Periculoſum eſſe, ſive juncti unum premant, ſive id diverſi gerant bellum, ne ad omnia ſimul obire unus non poſſit. Duas ſe ibi legiones Romanas reliquiſſe: &* [3] *minus quinque millia peditum equitumque cum Fabio veniſſe:*

1 *Ad Cluſium, quod Camers olim app.*] Hinc Polybius lib. 2. Σαμνῖται καὶ Γαλάται παρετάξαντο Ῥωμαίοις ἐν τῇ Καμαρτίων χώρᾳ. Quos Polybius *Camartinos* vocat, eos *Cluſinos* eſſe intelligendum eſt. *Sigonius.*

2 *Periculoſum eſſe ſive juncti unum*] Forte, *Periculum eſſe.* Supra: *Id eſſe periculum, ne ſuas preces minus audirent dii.* Lib. 4. *Apuanos ad rebellionem ſpectare, periculumque eſſe, ne impetum in agrum Piſanum facerent.* J. F. Gron.

3 *Minus quinque millia pedit. equitumque cum Fabio ven.*] Vet. lib. *Equitumque mille cum Fabio.* Recte: minor enim numerus equitum debet eſſe, quam peditum. *Sigonius.*

Min. quinq. mill. peditum equitumque cum Fab.] Sic omnes noſtri. Sigonianus: *equitumque mille cum Fabio.* Recte, inquit ille; minor enim numerus equitum debet eſſe quam peditum. Quaſi diceretur iſtic quinque millia equitum & quinque millia peditum veniſſe. Immo non recte. Minus quinque millia pedites ſimul equiteſque erant univerſi, quippe quatuor millia peditum, equites ſexcenti. *J. F. Gron.*

niſſe: ſibi placere, P. Decium conſulem, primo quoque tempore in Etruriam ad collegam proficiſci: L. Volumnio Samnium provinciam dari. Si conſul malit in ſuam provinciam ire; Volumnium in Etruriam ad conſulem cum exercitu juſto conſulari proficiſci. Quum magnam partem moveret oratio prætoris, P. Decium cenſuiſſe ferunt, Ut omnia integra ac [1] libera Q. Fabio ſervarentur: donec vel ipſe, ſi per commodum reipubl. poſſet, Romam veniſſet, vel aliquem ex legatis miſiſſet: à quo diſceret ſenatus, quantum in Etruria belli eſſet: quantiſque adminiſtrandum copiis & quot per duces eſſet.
26 Fabius ut Romam rediit, & in ſenatu, & productus ad populum mediam orationem habuit, ut nec augere, nec minuere videretur belli famam: magiſque in altero aſſumendo duce aliorum indulgere timori, quam ſuo aut reip. periculo conſulere: cæterum ſi ſibi adjutorem belli, ſociumque imperii darent; [2] quonam modo ſe obliviſci P. Decii conſulis per tot collegia experti poſſe? *Neminem omnium ſecum conjungi malle: & copiarum ſatis ſibi cum P. Decio, & nunquam nimium hoſtium fore. Sin collega quid aliud malit; at ſibi L. Volumnium darent adjutorem.* Omnium rerum arbitrium & à populo, & à ſenatu, & ab ipſo collega Fabio permiſſum eſt. & quum P. Decius ſe in Samnium, vel in Etruriam proficiſci paratum eſſe oſtendiſſet; tanta lætitia ac gratulatio fuit, ut præciperetur victoria animis, triumphuſque non bellum decretum conſulibus videretur. Invenio apud quoſdam, extemplo conſulatu inito, profectos in Etruriam Fabium Deciumque, ſine ulla mentione ſortis provinciarum certaminumque inter collegas, quæ expoſui. Sunt, quibus ne hæc quidem certamina exponere ſatis fuerit. adjecerunt & Appii criminationes

1 *Libera Q. Fabio ſervarentur*] Th. duo Pall. *reſervarentur*. Cic. 1 Famil. 21. *Diſturbavi rem, totamque vobis integram reſervavi.* J. F. Gron.

2 *Quonam modo obliviſci*] Sumſit ab Homero, apud quem Diomedes: Εἰ μὲν δὴ ἕταρόν γε κελεύετέ μ' αὐτὸν ἑλέσθαι, Πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην; *Idem.*

Digitized by Google

tiones de Fabio abſente ad populum, & pertinaciam adverſus præſentem conſulem prætoris, contentionemque aliam inter collegas; tendente Decio, ut ſuæ quiſque provinciæ ſortem tueretur. Conſtare res incipit ex eo tempore, quo profecti ambo conſules ad bellum ſunt. Cæterum, antequam conſules in Etruriam pervenirent, Senones Galli multitudine ingenti ad Cluſium venerunt; legionem Romanam caſtraque oppugnaturi. Scipio, qui caſtris præerat, loco adjuvandam paucitatem ſuorum militum ratus; in colle qui inter urbem & caſtra erat, aciem erexit. Sed, ut in re ſubita, parum explorato itinere ad jugum perrexit, quod hoſtes ceperant, parte alia egreſſi. ita cæſa ab tergo legio: atque in medio, quum hoſtis undique urgeret, circumventa. Deletam quoque ibi legionem, ita ut nuncius non supereſſet, quidam auctores ſunt: nec ante ad conſules, qui jam haud procul à Cluſio aberant, famam ejus cladis perlatam, quam in conſpectu fuere Gallorum equites, pectoribus equorum ſuſpenſa geſtantes capita, & lanceis infixa, ovanteſque moris ſui carmine. Sunt qui Umbros fuiſſe, non Gallos tradant: nec tantum cladis acceptum. & circumventis pabulatoribus cum L. Manlio Torquato legato Scipionem proprætorem ſubſidium è caſtris tuliſſe, victoreſque Umbros, redintegrato prœlio, victos eſſe: captivoſque eis ac prædam ademptam. Similius vero eſt, à Gallo hoſte quam Umbro eam cladem acceptam, quod, quum ſæpe alias, tum eo anno, Gallici tumultus præcipuus terror civitatem tenuit. Itaque præterquam quod ambo conſules profecti ad bellum erant cum quatuor legionibus, & magno equitatu Romano, Campaniſque mille equitibus delectis ad id bellum miſſis, & ſociorum nominiſque Latini majore exercitu, [1] quam Romani; alii duo exercitus haud procul

1 *Quam Romani*] Hæc duo vocabula mihi vehementer ſunt ſuſpecta. *J. F. Gron.* Vide tamen an non potius ſit ad ſententiam mitiuſque: *& ſocia-*

cul urbe Etruriæ oppoſiti; unus in Faliſco, alter in Vaticano agro. Cn. Fulvius, & [1] L. Poſtumius Megellus, proprætores ambo ſtativa in eis locis habere juſſi.
27 Conſules [2] ad hoſtes tranſgreſſo Apennino in agrum Sentinatum pervenerunt. Ibi quatuor millium ferme intervallo caſtra poſita. Inter hoſtes deinde conſultationes habitæ. atque ita convenit, ne unis caſtris miſcerentur omnes, neve in aciem deſcenderent ſimul. Samnitibus Galli, Etruſcis Umbri adjecti. dies indicta pugnæ: [3] Samnitibus Galliſque delegata pugna: inter ipſum certamen Etruſci Umbrique juſſi caſtra Romana oppugnare. Hæc conſilia turbarunt transfugæ Cluſini tres; clam nocte ad Fabium conſulem tranſgreſſi. qui editis hoſtium conſiliis dimiſſi cum donis; ut ſubinde, ut quæque res nova decreta eſſet, exploratam perferrent. Conſules Fulvio, ut ex Faliſco, Poſtumio, ut ex Vaticano exercitum ad Cluſium admoveant, ſummaque vi fines hoſtium depopulentur, ſcribunt. Hujus populationis fama [4] Etruſcos ex agro Sentinate ad ſuos fines tuendos movit. Inſtare inde conſules, ut abſentibus iis pugnaretur: per biduum laceſſiere prœlio hoſtem. biduo nihil dignum dictu actum. Pauci utrimque cecidere: magiſque irritati ſunt ad juſtum certamen animi, quam ad diſcrimen ſummą rerum adducta. tertio die deſcenſum in campum omni-

ſociorum nominiſque Latini majore exercitu; etiam Romani alii duo exercitus &c. Sic τὸ *etiam* cap. 30. *Et præter ingentem inlatam populationibus agrorum hoſti cladem, pugnatum etiam egregie eſt.* Jac. Gron.

1 *L. Poſtum. Megillus*] Vet. lib. & lapides Capitolini, *L. Poſtumius Megellus.* Sigonius.

2 *Ad hoſtes tranſgreſſo Appennino*] Forte: *tranſgreſſos Appenninum.* J. F. Gron.

3 *Samniti, Galliſque del. p.*] Vet. lib. *Samnitibus, Galliſque.* Sigonius.

Samnitibus Galliſque delegata] Sic ex MSS. corrigere ſe ait Sigonius. Atqui ſic ediderunt omnes ab Andrea uſque ad Frobenium. Soli apud me Gryphius & Curio *Samniti.* Et hoc quum per ſe magis placet, tum eo ducere video ſcriptos. Voſſ. prior, Rott. & Helm. *Samnitiis Galliſque.* Voſſianus alter plane: *Samniti Galliſque* J. F. Gron.

4 *Etruſcos ex agro Sentinate movit*] Polybius lib. 2 ubi de hac re loquitur: *καὶ συμβαλόντες πᾶσι τοῖς στρατοπέδοις ἐν τῇ τῶν Σεντινατῶν χώρᾳ πρὸς τοὺς προειρημένους, τοὺς μὲν πλείστους ἀπέκτειναν. Sigonius.* Is ager in Umbris eſt. *Glarean.*

1 *Inſer-*

Digitized by Google

omnibus copiis eſt. Quum inſtructæ acies ſtarent, cerva fugiens lupum è montibus exacta per campos inter duas acies decurrit: inde diverſæ feræ, cerva ad Gallos, lupus ad Romanos curſum deflexit. Lupo data inter ordines via, cervam Galli confixere. Tum ex anteſignanis Romanus miles, *Illac fuga*, inquit, *& cædes vertit, ubi ſacram Dianæ feram jacentem videtis. Hinc victor Martius lupus, integer & intactus, gentis nos Martiæ & conditoris noſtri admonuit.* Dextro cornu Galli, ſiniſtro Samnites conſtiterunt. adverſus Samnites Fabius primam ac tertiam legiones pro dextro cornu, adverſus Gallos pro ſiniſtro Decius quintam & ſextam inſtruxit. ſecunda & quarta cum L. Volumnio proconſule in Samnio gerebant bellum. Primo concurſu, adeo æquis viribus geſta res eſt, ut, ſi affuiſſent Etruſci & Umbri, aut in acie, aut in caſtris, quocumque ſe inclinaſſent, accipienda clades fuerit. Cæterum, quamquam communis adhuc 28
Mars belli erat, necdum diſcrimen fortuna fecerat, qua datura vires eſſet, haudquaquam ſimilis pugna, in dextro lævoque cornu erat. Romani apud Fabium arcebant magis quam inferebant pugnam: extrahebaturque in quam maxime ſerum diei certamen. quia ita perſuaſum erat duci, & Samnites & Gallos primo impetu feroces eſſe, quos ſuſtineri ſatis ſit. longiore certamine ſenſim reſidere Samnitium animos: Gallorum quidem etiam corpora intolerantiſſima laboris atque æſtus fluere, primaque eorum prœlia pluſquam virorum, poſtrema minus quam fœminarum eſſe. In id tempus igitur, quo vinci ſolebat hoſtis, quam integerrimas vires militi ſervabat. Ferocior Decius, & ætate & vigore animi; quantumcunque virium habuit, certamine primo effudit. & quia lentior videbatur pedeſtris pugna, equitatum in pugnam concitat: & ipſe fortiſſimæ juvenum turmæ immixtus, orat proceres juventutis, in hoſtem ut ſecum impetum faciant. Duplicem illorum glo-

gloriam fore, ſi ab lævo cornu & ab equite victoria incipiat. Bis avertere Gallicum equitatum. iterum longius evectos, & jam inter media equitum agmina prœlium cientes, novum pugnæ conterruit genus: eſſedis, carriſque ſuperſtans armatus hoſtis, ingenti ſonitu equorum rotarumque advenit, & inſolitos ejus tumultus Romanorum conterruit equos. Ita victorem equitatum velut lymphaticus pavor diſſipat: ſternit inde ruentes equos viroſque improvida fuga. Turbata hinc etiam ſigna legionum: multique impetu equorum ac vehiculorum raptorum per agmen obtriti anteſignani: & inſecuta, ſimul territos hoſtes vidit, Gallica acies nullum ſpatium reſpirandi recipiendique ſe dedit. Vociferari Decius, *Quo fugerent? quamve in fuga ſpem haberent?* obſiſtere cedentibus, ac revocare fuſos. deinde ut nulla vi perculſos ſuſtinere poterat, patrem P. Decium nomine compellans, *Quid ultra moror*, inquit, *familiare fatum? datum hoc noſtro generi eſt, ut luendis periculis publicis piacula ſimus. Jam ego mecum legiones hoſtium mactandas Telluri ac Diis Manibus dabo.* Hæc locutus, M. Livium Pontificem, quem deſcendens in aciem digredi vetuerat ab ſe, præire juſſit verba, quibus ſe legioneſque hoſtium pro exercitu populi Romani Quiritium devoveret. Devotus inde eadem precatione, eodemque habitu, quo pater P. Decius ad Veſerim bello Latino ſe juſſerat devoveri. Quum ſecundum ſolennes precationes adjeciſſet, *præ ſe agere ſeſe, formidinem ac fugam, cædemque ac cruorem, cœleſtium,* [1] *inferorum iras. Contacturum funebribus diris ſigna, tela, arma hoſtium: locumque eundem ſuæ peſtis & Gallorum ac Samnitium fore.* Hæc execratus in ſe hoſteſque, qua confertiſſimam cernebat Gallorum aciem, concitat equum: inferenſque ſe ipſe infeſtis telis eſt in-
29 terfectus. Vix humanæ inde opis videri pugna potuit. Romani, duce amiſſo, quæ res terrori alias eſſe ſolet, ſiſte-

1 *Infernorum iras*] Vet. lib. *Infernorumque*. Sigonius. 1 *Juſ-*

Digitized by Google

ſiſtere fugam, ac novam de integro velle inſtaurare pugnam. Galli, & maxime globus circumſtans conſulis corpus, velut alienata mente vana incaſſum jactare tela. torpere quidam, & nec pugnæ meminiſſe, nec fugæ. At ex parte altera pontifex Livius, cui lictores Decius tradiderat, [1] juſſeratque proprætorem eſſe; vociferari, *Viciſſe Romanos, defunctos conſulis fato. Gallos Samniteſque Telluris matris ac Deorum Manium eſſe. Rapere ad ſe ac vocare Decium devotam ſecum aciem; furiarumque ac formidinis plena omnia ad hoſtes eſſe.* Superveniunt deinde his reſtituentibus pugnam [2] L. Cornelius Scipio & C. Marcius, cum ſubſidiis ex noviſſima acie; juſſu Q. Fabii conſulis ad præſidium collegæ miſſi. ibi auditur P. Decii eventus; ingens hortamen ad omnia pro republica audenda. Itaque quum Galli ſtructis ante ſe ſcutis conferti ſtarent, nec facilis pede collato videretur pugna; juſſu legatorum collecta humi pila, quæ ſtrata inter duas acies jacebant, atque in teſtudinem hoſtium conjecta: quibus [3] pleriſque in ſcuta, verutis in corpora ipſa fixis, ſternitur cuneus: ita, ut magna pars integris corporibus attoniti conciderent. hæc in ſiniſtro cornu Romanorum fortuna

1 *Juſſeratque proprætorem eſſe*] Pall. & Voſſiani: *Juſſeratque prope eſſe.* Hel. *Prope proprætorem eſſe.* Alius & Andreas: *Juſſeratque proprætore eſſe.* Et hoc verum: ut infra cap. 30. *L. Volumnium proconſule ducem.* Voſſ. & cap. 31. *Partim App. Claudius prætor, partim L. Volumnius proconſule ſequeretur*, Sigonianus, Th. Voſſ. Helm. ubi etiam malim *ſequerentur*. J. F. Gron.

2 *Cornel. Scip. & C. M.*] Vet. lib. *L. Cornelius Scipio.* Sigonius.

3 *Pleriſque in ſcuta, pleriſque verutis in corpora*] Scripti poſterius *pleriſque* non agnoſcunt, ut & fidus ille Andreas: ſed non diu paſſi ſunt mali correctores. Tarviſinæ & Venetæ jam ante quingenteſimum ſupra mille annum, ut numeramus, editis adjectum eſt. Beccarius ſecuit & contraxit: *quibus pleriſque verutis in corpora.* Juntas particulam tantum addidit, *in ſcuta verutiſque.* Nobis à prima diſcedere religio, *quibus pleriſque in ſcuta, verutis in corpora ipſa fixis.* Partem ait hæſiſſe ſcutis, partem quæ teretiore eſſent mucrone, & facilius penetrabant, veruta quippe, ipſa etiam corpora attigiſſe. Lib. 34. *Ex adverſo miſſa tela, nulla in corporibus, rara in ſcutis hærebant.* Sed varietatis illius cauſa error vulgaris exiſtimantium, *plerique*, ut & *pars* vel *partim*, *alii*, *alter* & ſimilia hujuſmodi locis neceſſario bis poni. Cæſar 3 Civ. *Pleraſque naves in Italiam remittit ad reliquos milites equiteſque tranſportandos: pontones, quod eſt genus navium Gallicarum, Liſſi relinquit.* Adde quæ ad lib. 3, 37. *J. F. Gron.*

tuna variaverat. [1] Fabius in dextro cornu primo (ut ante dictum eſt) cunctando extraxerat diem. deinde, poſtquam nec clamor hoſtium, nec impetus, nec tela miſſa, eandem vim habere viſa; præfectis equitum juſſis ad latus Samnitium circumducere alas, ut ſigno dato in tranſverſos quanto maximo poſſent impetu incurrerent; ſenſim ſuos ſigna inferre juſſit, & commovere hoſtem. Poſtquam non reſiſti vidit, & haud dubiam laſſitudinem eſſe, tum collectis omnibus ſubſidiis, quæ ad id tempus reſervaverat, & legiones concitavit & ſignum ad invadendos hoſtes equitibus dedit. Nec ſuſtinuerunt Samnites impetum, præterque aciem ipſam Gallorum, relictis in dimicatione ſociis, ad caſtra effuſo curſu ferebantur. Galli teſtudine facta conferti ſtabant. Tum Fabius, audita morte collegæ, Campanorum alam, quingentos fere equites, excedere acie jubet: & circumvectos ab tergo Gallicam invadere aciem. tertiæ deinde legionis ſubſequi principes, & qua turbatum agmen hoſtium viderent impetu equitum, inſtare ac territos cædere. Ipſe ædem Jovi Victori, ſpoliaque hoſtium quum voviſſet, ad caſtra Samnitium perrexit: quo multitudo omnis conſternata [2] agebatur. Sub ipſo vallo, quia tantam multitudinem portæ non recepere, tentata ab excluſis turba ſuorum pugna eſt. Ibi Gellius Egnatius imperator Samnitium cecidit. compulſi deinde intra vallum Samnites: parvoque certamine capta caſtra, & Galli ab tergo circumventi. Cæſa eo die hoſtium viginti quinque millia, octo capta. nec incruenta victoria fuit. Nam ex P. Decii exercitu cæſa ſeptem millia; ex Fabii, mille ac ducenti. Fabius, dimiſſis ad quærendum

1 *Fabius in dextro cornu*] Flor. Voſſ. uterque & Mureti libri ablegant τὸ *cornu:* & recte. nemo enim non videt ſatis eſſe, quod ante ſex voces eadem vox conſpicitur. *J. F. Gron.*

2 *Agebatur ſub ipſo vallo. Quia tantam*] Cenſeo interpungas: *ad caſtra Samnitium perrexit, quo omnis multitudo conſternata agebatur. Sub ipſo vallo, quia tantam multitudinem porta non recepere, tentata ab excluſis turba ſuorum pugna eſt.* Idem.

dum collegæ corpus, ſpolia hoſtium conjecta in acervum Jovi Victori cremavit. Conſulis corpus eo die, quia obrutum ſuperſtratis Gallorum cumulis erat, inveniri non potuit. poſtero die inventum, relatumque eſt cum multis militum lacrimis. Intermiſſa inde omnium aliarum rerum cura, Fabius collegæ funus omni honore laudibuſque meritis celebrat. Et in Etruria [1] per eoſdem dies 30
ab Cn. Fulvio proprætore res ex ſententia geſta; [2] & præter ingentem inlatam populationibus agrorum hoſti cladem, pugnatum etiam egregie eſt: Peruſinorumque & Cluſinorum cæſa amplius tria millia, & ſigna militaria ad viginti capta. Samnitium agmen quum per Pelignum agrum fugeret, circumventum à Pelignis eſt. ex millibus quinque ad mille cæſi. Magna ejus diei, quo in Sentinati agro bellatum, fama eſt; etiam vero ſtanti. [3] ſed ſuperjecere quidam augendo fidem: qui in hoſtium exercitu [4] peditum quadraginta millia trecentos triginta, equitum ſex millia, mille carpentorum ſcripſere fuiſſe: ſcilicet cum Umbris, Tuſciſque: quos & ipſos pugnæ affuiſſe. & ut Romanorum quoque augerent copias, [5] L. Volumnium proconſule ducem conſulibus, exercitumque ejus legionibus conſulum adjiciunt. In pluribus annalibus duorum ea conſulum propria

1 *Per eos dies*] Vet. lib. *Per eoſdem dies*. Sigonius.

2 *Et præter ingent.*] Vet. lib. *Nam præter ingentem*. Idem.

3 *Sed ſuperjecere fidem*] Metaphora, ut Horat. *Sæpe trans finem jaculo nobilis expedito*. Dein locus eſt apud Bacchyl. an Ibycum. Denique τὸ ὑπερακοντίζειν Græcorum. *Tan. Faber.*

Sed ſuperjecere quidam augendo fidem] Scribendum putabam: *ſed ſuperavere quidam augendo fidem*. Sed forſan explicandum, *quidam augendo* numerum *ſuperjecere fidem*, id eſt, jecere ſupra fidem. Ut apud Senecam de Beneſ. 3, 32. *Nec beneficia parentum ſuorum ſuperjaciunt*. Quintilianus 8, 6, de hyperbole: *Eſt hæc ementiens ſuperjectio*. Ariſtoph. Pluto 3, 2. Κλέπτων δὲ τοὺς βλέποντας ὑπερηκόντισεν. *J. F. Gron.*

4 *Peditum*, &c. *equitum ſex & quadraginta millia*] In quibuſdam libris eſt, *equitum ſex millia*. Recte: non enim equitum numerus numerum peditum ſuperare debet. *Sigonius.*

5 *L. Volumn. proconſulem ducem --- adjiciunt*] Vox, *Ducem*, non eſt in pleriſque libris veteribus, & inducenda eſt. Nam ſine ea præclare ſtat ἀντίθεσις. adjiciunt proconſulem conſulibus, & exercitum proconſulis legionibus conſulum. *Idem.*

pria victoria eſt. Volumnius in Samnio interim res gerit, Samnitiumque exercitum [1] in Tifernum montem compulſum, non deterritus iniquitate loci, fundit fugatque. Q. Fabius Deciano exercitu relicto in Etruria, ſuis legionibus deductis ad urbem, de Gallis Etruſciſque ac Samnitibus triumphavit. milites triumphantem ſecuti ſunt. Celebrata inconditis carminibus militaribus non magis victoria Q. Fabii, quam mors præclara P. Decii eſt: excitataque memoria parentis, [2] æquata eventu publico privatoque filii laudibus. Data ex præda militibus æris octogeni bini, ſagaque & tunicæ; præmia il-
31 la tempeſtate militiæ haudquaquam ſpernenda. His ita rebus geſtis, nec in Samnitibus adhuc nec in Etruria pax erat. nam & Peruſinis auctoribus poſt deductum ab conſule exercitum rebellatum fuerat: & Samnites prædatum in [3] agrum Veſcinum Formianumque, & parte alia [4] in Æſerninum, quæ Vulturno adjacent flumini, deſcendere. Adverſus eos Appius Claudius prætor cum exercitu Deciano miſſus. Fabius in Etruria rebellante denuo, quatuor millia & quingentos Peruſinorum occidit: cepit ad mille ſeptingentos quadraginta: qui redempti ſinguli æris trecentis decem. præda alia omnis militibus conceſſa. Samnitium legiones quum partim Ap. Claudius prætor, partim [5] L. Volumnius proconſule ſequeretur; in agrum Stellatem convenerunt. [6] ibi & Samni-

1 *In Tiſernum mont.*] *Triſernum*, ut ante. *Sigonius.*

2 *Æquata eventu publico privatoque filii laudibus*] Legendum, *æquatu*. Et vehemens ratio eſt. *Tan. Faber.*

3 *Agrum Veſtinum Form.*] Lege, ut ſupra, *Veſcinum*. Sigonius.

4 *In Eſetrunium, quaque Vulturno adjacent fl.*] Vet. lib. *Et parte alia in Æſerniacum, quæ Vulturno adjacet flumini*, ut agrum Æſerniæ intelligat oppidi Samnitium. *Idem.*

Æſerniacum, quæ Vulturno adjacent] Sic Sigonius pro *Eſetrunium* & *adjacet*. Noſtri, *Æſerninum*. Deinde, *quaque Vulturno adjacent flumini*: ſive malis, *Æſernium, qua Vulturno adjacet flumini*. J. F. Gron.

5 *L. Vol. proconſul ſequer.*] Vet. lib. *Pro conſule*. Sigonius.

6 *Ibi & Samnitium legiones omnes conſidunt*] In prima video Tarviſina. Andreas & ſcripti *legiones* neſciunt. Ille dedit Romæ: *Ibi ad Samnium omnes conſidunt*. Scripti pars major, *ibi & Samnitium omnes conſidunt*: quidam, *ibi ad*

Digitized by Google

Samnitium legiones omnes conſidunt, & Appius Volumniuſque caſtra conjungunt. Pugnatum infeſtiſſimis animis; hinc ira ſtimulante adverſus rebellantes toties; illinc ab ultima jam dimicantibus ſpe. Cæſa ergo Samnitium ſexdecim millia trecenti, capta duo millia ſeptingenti. ex Romano exercitu cecidere duo millia ſeptingenti. Felix annus bellicis rebus, peſtilentia gravis, prodigiiſque ſollicitus. nam & terram multifariam pluiſſe, & in exercitu Appii Claudii pleroſque fulminibus ictos, nunciatum eſt, librique ob hæc aditi. Eo anno Q. Fabius Gurges conſulis filius aliquot matronas ad populum ſtupri damnatas pecunia mulctavit. ex quo mulctaticio ære Veneris ædem, quæ prope Circum eſt, faciendam curavit. Superſunt etiam nunc [1] Samnitium bella, quæ continua per quartum jam volumen, annumque ſextum & quadrageſimum, à M. Valerio, A. Cornelio conſulibus, qui primi Samnio arma intulerunt, agimus: & ne tot annorum clades utriuſque gentis laboreſque actos nunc referam, quibus [2] nequiverint tamen duriora pectora vinci; proximo anno Samnites in Sentinati agro, Pelignis, ad Tifernum, Stellatibus campis, ſuis ipſi legionibus, miſti alienis, ab quatuor exercitibus quatuor ducibus Romanis cæſi fuerant, imperatorem clariſſimum gentis ſuæ amiſerant; ſocios belli Etruſcos, Umbros, Gallos in eadem fortuna videbant, qua ipſi erant, nec ſuis, nec externis viribus jam ſtare

ad Samnitium omnes conſidunt: unus, *ibi & Samnitii omnes conſidunt:* nonnemo: *& ibi Samnitii omnes conſidunt.* Placere poteſt, *ibi & Samnitum* vel *Samnitium omnes.* Ut lib. 31. *Attalusne deſertam haberet inſulam, & Macedonum fere omnibus & quibuſdam Andriorum, ut manerent, perſuaſit.* J. F. Gron.

1 *Samnitium bella, annum ſextum & quadrageſ. à M. Val. A. Corn. coſſ. agimus*] Rotundus numerus erit, ſi annus conſulum Valerii, Corneliique numerabitur, id eſt, ſi anni extremi non negligentur, neque vero aliter loqui poteſt, cum dicat: *Bella agimus per annum* XLVI. Alibi, ut oſtendam, primum annum non numerat. *Sigonius.*

2 *Nequiverint tamen duriora pectora*] Sic & Voſſ. alter. Editum non reperio ante Aldinam. Andreas & omnes cum Mogunt. *dura illa pectora.* nec ſecus Flor. Rott. Helm. At Voſſ. prior, *durcilla pectora.* J. F. Gron.

ſtare poterant; tamen bello non abſtinebant. adeo ne infeliciter quidem defenſæ libertatis tædebat: & vinci, quam non tentare victoriam, malebant. Quinam ſit ille, quem non pigeat longinquitatis bellorum ſcribendo
32 legendoque, quæ gerentes non fatigaverunt? Q. Fabium, P. Decium, [1] L. Poſtumius Megellus, & M. Atilius Regulus, conſules ſecuti ſunt. Samnium ambobus decreta provincia eſt, quia tres ſcriptos hoſtium exercitus, uno Etruriam, altero populationes Campaniæ repeti, tertium tuendis parari finibus, fama erat. Poſtumium valetudo adverſa Romæ tenuit: [2] Atilius extemplo profectus, ut in Samnio hoſtes (ita enim placuerat Patribus) nondum egreſſos opprimeret. Velut ex compoſito ibi [3] obvium habuere hoſtem: ubi & intrare, nedum vaſtare ipſi Samnitium agrum prohiberentur: & egredi inde in pacata ſociorumque populi Romani fines [4] Samnitem prohiberent. Quum caſtra caſtris collata eſſent, quod vix Romanus toties victor auderet, auſi Samnites ſunt (tantum deſperatio ultima temeritatis facit) caſtra Romana oppugnare. & quamquam non venit ad finem tam audax incœptum, tamen haud omnino

1 *L. Poſtum. Megillus*] *L. Poſtumius Megellus*, ut ante. *Sigonius.*

2 *Attilius*] *Atilius* vet. lib. & Capitolini lapides. *Idem.*

Atilius cum exercitu extemplo profectus] Tà *cum exercitu*, unde ſuſceperit Aſulanus, ipſe viderit: noſtri certe ſcripti ea ignorant: nec minus Andreas, & ejuſdem præfationem præferentes, & Beccar. Aſc. Mogunt. Saveterius. Et vult iſta ſæpe intelligi Livius. vel ſupra: *C. Junius Bubulcus cum M. Titinio Mag. equitum profectus primo congreſſu Æquos ſubegit.* Sed offendit eum, quod ſequitur *habuere*: quaſi non ibi poſſit intelligi, Romani qui duce Atilio venerant. Vel potius & Romani & Samnites ſuum uterque exercitus hoſtem. Ad eundem lapidem impegit Sigonii codex, qui *habuit* non ſuccinentibus noſtris: & recte, inquit ille, refertur enim ad vocem, *Atilius*. Qui non ergo etiam *ipſe prohiberetur*, & deinde *prohiberet*, facit? *J. F. Gron.*

3 *Obvium habuere hoſt.*] Vet. lib. plerique *habuit*, & recte: refertur enim ad vocem. *Atilius*. Sigonius.

4 *Samnites prohiberentur*] Venuſtior eſt priſca lectio, *Samnitem prohiberent*. Cujus hic eſt ſenſus: Romani ibi obvium habuerunt hoſtem Samnitem, ubi & intrare, nedum vaſtare Samnitum agrum ipſi prohiberentur, & egredi in fines populi Rom. Samnitem prohiberent. Deinde novæ periodi faciendum eſt initium. *Cum caſtra caſtris*. Idem.

1 *Quam*

Digitized by Google

mnino vanum fuit. Nebula erat ad multum diei; denſa
adeo, ut lucis uſum eriperet; non proſpectu modo ex-
tra vallum adempto, ſed propinquo etiam congredien-
tium inter ſe conſpectu. Hac velut latebra inſidiarum
freti Samnites, vixdum ſatis certa luce, & eam ipſam
premente caligine, ad ſtationem Romanam in porta ſe-
gniter agentem vigilias perveniunt. Improviſo oppreſ-
ſis, nec animi ſatis ad reſiſtendum, nec virium fuit. Ab
tergo caſtrorum decumana porta impetus factus. itaque
captum quæſtorium: quæſtorque ibi L. Opimius Pan-
ſa occiſus. conclamatum inde ad arma. Conſul tumul- 33
tu excitus, cohortes duas ſociorum, Lucanam Sueſſa-
namque, quæ proximæ forte erant, tueri prætorium ju-
bet: manipulos legionum principali via inducit. Vix-
dum ſatis aptatis armis, in ordines eunt: & clamore ma-
gis quam oculis hoſtem noſcunt: nec quantus nume-
rus ſit, æſtimari poteſt. Cedunt primo incerti fortunæ
ſuæ, & hoſtem introrſum in media caſtra accipiunt. in-
de quum conſul vociferaretur, expulſine extra vallum,
caſtra deinde ſua oppugnaturi eſſent, rogitans; clamo-
re ſublato connixi primo reſiſtunt: deinde inferunt pe-
dem, urgentque, & impulſos ſemel terrore eodem a-
gunt, quo cœperunt. Expellunt extra portam vallum-
que. inde pergere ac perſequi (quia turbida lux metum
circa inſidiarum faciebat) non auſi, liberatis caſtris con-
tenti, receperunt ſe intra vallum; trecentis ferme ho-
ſtium occiſis. Romanorum ſtationis primæ, vigilum-
que, & eorum qui circa quæſtorium oppreſſi, periere ad
ducentos triginta. Animos inde Samnitibus non infelix
audacia auxit, & non modo proferre inde caſtra Roma-
num, ſed ne pabulari quidem per agros ſuos patieban-
tur. retro in pacatum Soranum agrum pabulatores ibant.
Quarum rerum fama, tumultuoſior etiam, quam res e-
rant, perlata Romam, coëgit L. Poſtumium conſulem,
vix dum validum, proficiſci ex urbe; prius tamen quam

exiret, militibus edicto Soram juſſis convenire. Ipſe ædem Victoriæ, [1] quam ædilis curulis ex mulctaticia pecunia faciendam curaverat, dedicavit. Ita ad exercitum profectus, ab Sora in Samnium ad caſtra collegæ perrexit. inde poſtquam Samnites, diffiſi duobus exercitibus reſiſti poſſe, receſſerunt; diverſi conſules ad vaſtandos
34 agros urbeſque oppugnandas diſcedunt. Poſtumius [2] Milioniam oppugnare adortus, vi primo atque impetu, deinde poſtquam ea parum procedebant, opere ac vineis demum injunctis muro cepit. Ibi capta jam urbe [3] ab hora quarta uſque ad octavam fere horam, omnibus partibus urbis diu incerto eventu pugnatum eſt. poſtremo potitur oppido Romanus. Samnitium cæſi tria millia ducenti: capti quatuor millia ducenti, præter prædam aliam. [4] Inde Ferentinum ductæ legiones. unde oppidani cum omnibus rebus ſuis, quæ ferri agique potuerunt, nocte per averſam portam ſilentio exceſſerunt. Igitur ſimul advenit conſul, primo ita compoſitus inſtructuſque mœnibus ſucceſſit; tanquam idem, quod ad Milioniam fuerat, certaminis foret: deinde ut ſilentium vaſtum in urbe, nec arma nec viros in turribus ac muris vidit, avidum invadendi deſerta mœnia militem detinet; ne quam occultam in fraudem incautus rueret. Duas turmas

mas

1 *Quam ædilis curulis ex multat. pec. faciend. curaverat, dedicavit*] De L. Poſtumio Megello conſule loquitur, quem in ædilitate ædem Victoriæ faciendam curaſſe ait: cum ſupra tamen hujus ædilitatis nulla mentio ſit, neque hoc librorum vitio. Eſt enim hoc Livio familiare, ut magiſtratus alicujus, aut legis, aut rei, non anno illo, quo de ea actum eſt, verum multos poſt annos mentionem inferat. Quæ res ſæpe angit Glareanum, ut in lege Oppia abroganda, quam numquam ante latam eſſe ſcripſerat, lib. 34. *Sigonius.*

2 *Milioniam oppugn.*] Vet. lib. *Milioniam.* Item Stephanus Μιλωνίαν, urbem eſſe Samnitium clariſſimam ſcribit. *Idem.*

3 *Ab hora quarta uſque ad octavam*] Vet. lib. *Ab hora quarta diei ad octavam.* Idem.

Ab hora quarta uſque ad octav.] Ita omnes MSS. non *quarta diei ad.* J. F. Gron.

4 *Inde Ferentinum ductæ legiones*] Non habet hic locum. Sed & mirifice variant ſcripti: *Feritrum, Fertorium, Foretrium, Feretrum.* Suſpicabar *Treventinum.* Ad Trinium fluvium ſitum eſt: & inde *Treventinates* Plinio. *Idem.*

1 *Et*

mas ſociorum Latini nominis circumequitare mœnia atque explorare omnia jubet. equites portam unam alteramque eadem regione in propinquo patentes conſpiciunt, itineribuſque iis veſtigia nocturnæ hoſtium fugæ. Adequitant deinde ſenſim portis, urbemque ex tuto rectis itineribus perviam conſpiciunt: [1] ad conſulem referunt, exceſſum urbe ſolitudine haud dubia perſpicuum eſſe, & recentibus veſtigiis fugæ, ac ſtrage rerum in trepidatione nocturna paſſim relictarum. His auditis conſul ad eam partem urbis, qua adierant equites, circumducit agmen: conſtitutiſque haud procul porta ſignis, quinque equites jubet intrare urbem, & modicum ſpatium progreſſos, tres manere eodem loco, ſi tuta videantur: duos explorata ad ſe referre. Qui ubi redierunt, retuleruntque, eo ſe progreſſos, unde in omnes partes circumſpectus eſſet, longe lateque ſilentium ac ſolitudinem vidiſſe; extemplo conſul cohortes expeditas in urbem induxit: cæteros interim caſtra communire juſſit. ingreſſi milites, refractis foribus, paucos graves ætate aut invalidos inveniunt, relictaque quæ migratu difficilia eſſent. Ea direpta, & cognitum ex captivis eſt, communi conſilio aliquot circa urbes conſciſſe fugam, ſuos prima vigilia profectos. credere eandem in aliis urbibus ſolitudinem inventuros. Dictis captivorum fides extitit: deſertis oppidis conſul potitur. Alteri con- 35
ſuli M. Atilio, nequaquam tam facile bellum fuit. Quum ad Luceriam duceret legiones, quam oppugnari ab Samnitibus audierat, ad finem Lucerinum ei hoſtis obvius fuit. ibi ira vires æquavit. Prœlium varium & anceps fuit. triſtius tamen eventu Romanis; & quia inſueti erant vinci; & quia digredientes magis quam in ipſo certamine ſenſerunt, quantum in ſua parte plus vulne-

1 *Et conſuli referunt*] Thuan. Voſſ. Helm. *Ad conſulem referunt exceſſum urbe: ſolitudine haud dubia id perſpicuum eſſe.* Tò *id* in nuperis omiſſum: omnes vetuſtiores editiones habent: etſi ſit rotundius alterum. *J. F. Gron.*

1 *Niſi*

vulnerum ac cædis fuiſſet. Itaque is terror in caſtris ortus, qui ſi pugnantes cepiſſet, inſignis accepta clades foret. Tum quoque ſollicita nox fuit; jam invaſurum caſtra Samnitem credentibus, aut prima luce cum victoribus conſerendas manus. Minus cladis (cæterum non plus animorum) ad hoſtes erat. ubi primum illuxit, abire ſine certamine cupiunt. Sed via una, & ea ipſa præter hoſtes, erat. qua ingreſſi, præbuere ſpeciem recta tendentium ad caſtra oppugnanda. Conſul arma capere milites jubet, & ſequi ſe extra vallum. legatis, tribunis, præfectis ſociorum imperat, quod apud quemque facto opus eſt. Omnes affirmant, *ſe quidem omnia facturos, ſed militum jacere animos. tota nocte inter vulnera, & gemitus morientium vigilatum eſſe. Si ante lucem ad caſtra ventum foret, tantum pavoris fuiſſe, ut relicturi ſigna fuerint: nunc pudore à fuga contineri, alioquin pro victis eſſe.* Quæ ubi conſul accepit, ſibimetipſi circumeundos alloquendoſque milites ratus, ut ad quoſque venerat, cunctantes arma capere, increpabat; *Quid ceſſarent, tergiverſarenturque? Hoſtem in caſtra venturum,* [1] *niſi illi extra caſtra exiſſent: & pro tentoriis ſuis pugnaturos, ſi pro vallo nollent.* [2] *armatis*

1 *Niſi illi extra*] Vet. lib. *Niſi ipſi.* Sigonius.

2 *Armatis ac dimicantibus dubiam victoriam eſſe*] Turpe mendum ſenſum attendentes tollimus, ita, *haud dubiam victoriam eſſe.* ſiquidem altera, quæ ſequitur pars ἀντιθέσεως id oſtendit. *Qui nudus atque inermis hoſtem maneat, ei aut mortem, aut ſervitutem patiendam.* Idem.

Armatis & dimicantibus haud dubiam victoriam] Ita Sigonius turpe ſe mendum tollere præfatus. Adjecit autem *τὸ haud:* quod ignorant Thuan. Voſſ. duo Helm. Pall. Rott. Chifl. Nec is ſtatus erat belli, ut certam ſibi aut illis victoriam promittere poſſet. Quod ſi armis ſumptis dimicent, Martem communem fore, & non omnem victoriæ ſpem ſublatam. at ſi quieſcant inermes, nihil certius, quam aut pereundum aut ſerviendum. Cæterum & Pall. Voſſianuſque: *armatis dimicantibus.* Perplacent Livio hæc ἀσύνδετα. Lib. 7. *Multos populatores agrorum vagos palantes oppreſſit.* Lib. 21. *Militari ſagulo opertum humi jacentem.* Eodemque cap. 28. *Tradunt ferociſſimum ex iis irritatum à rectore ſuo, quum refugientem in aquam nantem ſequeretur, traxiſſe gregem.* Sic enim MSS. illic loci. Lib. 25. *Et inermes in cubilibus ſuis oppreſſos.* Lib. 38. *Sed tu eos pacatos imperata facientes violaſti.* Lib. 40. *Alius alio leto abſumti, ſemianimes è nave præcipitantur.* Vide & ad lib. 27, 16. Mox iidem Pall. *Qui nudus atque iners.* & hoc probant oppoſita: reſpondet quippe

matis ac dimicantibus dubiam victoriam eſſe. Qui nudus atque inermis hoſtem maneat, ei aut mortem, aut ſervitutem patiendam. Hæc jurganti increpantique reſpondebant, *confectos ſe pugna heſterna eſſe: nec virium quicquam, nec ſanguinis ſupereſſe. majorem multitudinem hoſtium apparere, quam pridie fuerit.* Inter hæc appropinquabat agmen: & jam breviore intervallo certiora intuentes, vallum ſecum portare Samnitem affirmant. nec dubium eſſe, quin caſtra circumvallaturi ſint. [1] Tunc enimvero conſul *indignum facinus eſſe*, vociferari, *tantam contumeliam ignominiamque ab ignaviſſimo accipi hoſte. Etiamne circumſedebimur*, inquit, *in caſtris, ut fame potius per ignominiam, quam ferro, ſi neceſſe eſt, per virtutem moriamur? Dii bene verterent, facerentque quod ſe dignum quiſque ducerent. Conſulem M. Atilium vel ſolum, ſi nemo alius ſequatur, iturum adverſus hoſtes: caſurumque inter ſigna Samnitium potius, quam circumvallari caſtra Romana videat.* Dicta conſulis, legati, tribunique, & omnes turmæ equitum, & centuriones primorum ordinum, approbavere. Tum pudore victus miles ſegniter arma capit, ſegniter è caſtris egreditur. longo agmine, nec continenti, mœſti ac prope victi procedunt [2] verſus hoſtem, nec ſpe, nec animo certiorem. Itaque ſimul conſpecta ſunt Romana ſigna, extemplo à primo Samnitium

pe τὸ *nudus* τῷ *armatis*, τὸ *iners* τῷ *dimicantibus*. Sic apud Silium erat alicubi vulgo: *dextras jungamus inertes:* antequam viri docti corrigerent, *inermes*. J. F. Gron.

1 *Tunc vero conſul*] Vet. lib. *Tum enimvero, conſul, indignum facinus eſſe vociferari.* Eſt autem, *enim vero*, vox indignationis, & dolori exprimendo aptiſſima. Sic lib. 6. *Enimvero indignum facinus videri.* & lib. 22. *Tum Metilius: id enimvero ferendum eſſe negat.* & lib. 38. *Enimvero, inquit conſul, ferri jam ludificatio iſta non poteſt.* Sigonius.

2 *Adverſus hoſtem nec ſpe, nec animo certiorem*] Vet. lib. *Fortiorem.* Egregie. Nam de Romanis dixit, *mœſti ac prope victi.* Idem.

Hoſtem nec ſpe nec animo certiorem] Quod egregium appellat Sigonius, *fortiorem*, tale eſſe non nego, ſed ſcholion ſive interpretamentum. Nec ſane vetuſtiores libri aliter quam vulgati, *certiorem*. Cæſar 7 Gall. *Generatimque diſtributi in civitates, omnia vada, ac ſaltus ejus paludis certis cuſtodiis obtinebant.* Cicero lib. 10 ad Att. 11. *Et quo ille me certiorem vult eſſe, eo magis timeo, ne in eum exiſtam crudelior.* Ubi eam vocem pœne eadem ſententia prohibuimus loco movere & ſubjicere *fortiorem* Auſ. Popinam, in Diatriba ad Silvas Statii. *J. F. Gron.*

tium agmine ad noviſſimum fremitus perfertur, Exire, id quod timuerint, ad impediendum iter Romanos. Nullam inde ne fugæ quidem patere viam. illo loco aut cadendum eſſe, aut ſtratis hoſtibus per corpora eorum
36 evadendum. [1] In medio ſarcinas conjiciunt: armati ſuis quiſque ordinibus inſtruunt aciem. Jam exiguum inter duas acies erat ſpatium: & ſtabant exſpectantes dum ab hoſtibus prius impetus, prius clamor inciperet. neutris animus eſt ad pugnandum. Diverſique integri atque intacti abiiſſent, ni cedenti inſtaturum alterum timuiſſent. ſua ſponte inter invitos tergiverſanteſque ſegnis pugna, clamore incerto atque impari, cœpit: nec veſtigio quiſquam movebatur. Tum conſul Romanus, ut rem excitaret; equitum paucas turmas extra ordinem immiſit: quorum quum plerique delapſi ex equis eſſent, & alii turbati; & ab Samnitium acie ad opprimendos eos qui ceciderant, & ad ſuos tuendos ab Romanis procurſum eſt. Inde paullulum irritata pugna eſt, ſed aliquanto & impigre magis, & plures [2] procurrerant Samnites: & turbatus eques ſua ipſe ſubſidia territis equis proculcavit. hinc fuga cœpta totam avertit aciem Romanam. Jamque in terga fugientium Samnites pugnabant, quum conſul equo prævectus ad portam caſtrorum, ac ſtatione equitum ibi oppoſita, edictoque, Ut quicumque ad vallum pergeret, ſive ille Romanus, ſive Samnis eſſet, pro hoſte haberent; hæc ipſa minitans, obſtitit profuſe tendentibus ſuis in caſtra. *Quo pergis*, inquit, *miles? & hic arma & viros invenies. nec vivo conſule tuo niſi victor caſtra intrabis. Proinde elige, cum cive, an hoſte pugnare malis.* Hæc dicente conſule, equites infeſtis cuſpidibus circumfunduntur, ac peditem in pugnam redire jubent. Non virtus

1 *In medio ſarcinas conjiciunt*] Lege, *in medium*. Nam & paulo poſt: *Sarcinarum cumulo, quas in medium conjecerant*. 28, 2. *Sarcinis in medium conjectis*. 3, 28. *Sarcinas in unum conjici*. Jac. Gron.

2 *Procurrerant Samnites*] Vet. lib. *Procurrerunt*. Sigonius.

1 Nu-

virtus ſolum conſulem, ſed fors etiam adjuvit; quod non inſtiterunt Samnites: ſpatiumque circumagendi ſigna, vertendique aciem à caſtris in hoſtem fuit. Tum alii alios hortari, ut repeterent pugnam: centuriones ab ſigniferis rapta ſigna inferre: & oſtendere ſuis, paucos & ordinibus incompoſitis effuſe venire hoſtes. Inter hæc conſul, manus ad cœlum attollens, voce clara ita ut exaudiretur, templum Jovi Statori vovet; ſi conſtitiſſet à fuga Romana acies, redintegratoque prœlio cecidiſſet viciſſetque legiones Samnitium. Omnes undique anniſi ad reſtituendam pugnam, duces, milites, peditum equitumque vis. numen etiam Deorum reſpexiſſe nomen Romanum viſum: adeo facile inclinata res, repulſique à caſtris hoſtes; mox etiam redacti ad eum locum, in quo commiſſa pugna erat. Ibi, objacente ſarcinarum cumulo, quas conjecerant in medium, hæſere impediti: deinde ne diriperentur res, orbem armatorum ſarcinis circumdant. Tum vero eos à fronte urgere pedites, ab tergo circumvecti equites. ita in medio cæſi captique. captivorum [1] numerus fuit ſeptem millium ac trecentorum, qui omnes nudi ſub jugum miſſi, cæſos retulere ad quatuor millia octingentos. Ne Romanis quidem læta victoria fuit; recenſente conſule biduo acceptam cladem. amiſſorum militum [2] numerus relatus ſeptem millia trecenti. Dum hæc in Apulia gerebantur, altero exercitu Samnites Interamnam coloniam Romanam, quæ via Latina eſt, occupare conati; urbem non tenuerunt: agros depopulati quum prædam aliam inde miſtam hominum atque pecudum, colonoſque captos agerent; in victo-

1 *Numerus fuit ſeptem millia* CCC.] Vet. lib. *Septem millium ac ducentorum.* Sigonius.

Numerus fuit ſeptem millia ac trecenti] Voſſ. & Helm. VII *ac* CC. Sigonianus & unus è Pall. *Septem millium ac ducentorum.* Et rurſus duo priores: *numerus relatus* VII *ac* CC. Palatinus: *Septem millium ac ducentorum.* Qua forma Livius lib. 22, 46. *J. F. Gron.*

2 *Numerus relatus ſeptem millia trecenti*] Vet. lib. *Septem millium & ducentorum.* Sigonius.

victorem incidunt conſulem, ab Luceria redeuntem: nec prædam ſolum amittunt, ſed ipſi longo ac impedito agmine incompoſiti cæduntur. Conſul Interamnam, edicto dominis, ad res ſuas noſcendas recipiendaſque, revocatis, & exercitu ibi relicto, comitiorum cauſſa Romam eſt profectus. Cui de triumpho agenti negatus honos: & ob amiſſa tot millia militum, & quod capti-
37 vos ſine pactione ſub jugum miſiſſet. Conſul alter Poſtumius, quia in Samnitibus materia belli deerat, [1] in Etruriam traducto exercitu, primum pervaſtaverat Volſinienſem agrum: deinde cum egreſſis ad tuendos fines, haud procul mœnibus ipſorum depugnat. duo millia CC Etruſcorum cæſi: cæteros propinquitas urbis tutata eſt. In Ruſellanum agrum exercitus traductus: ibi non agri tantum vaſtati, ſed oppidum etiam expugnatum: capta amplius duo millia hominum, minus duo millia circa muros cæſa. Pax tamen clarior majorque, quam bellum in Etruria eo anno fuerat, parta eſt. Tres validiſſimæ urbes, Etruriæ capita, Volſinii, Peruſia, Arretium, pacem petiere; & veſtimentis militum, frumentoque pacti cum Conſule, ut mitti Romam oratores liceret, inducias in quadraginta annos impetraverunt. mulcta præſens, quingentum millium [2] æris in ſingulas civitates impoſita. Ob haſce res geſtas conſul quum triumphum ab ſenatu moris magis cauſſa, quam ſpe impetrandi petiſſet, videretque alios quod tardius ab urbe exiſſet; alios, quod injuſſu ſenatus ex Samnio in Etruriam tranſiſſet, partim ſuos inimicos, partim collegæ amicos; ad ſolatium æquatæ repulſæ ſibi quoque negare triumphum; *Non ita*, inquit, *Patres Conſcripti, veſtræ majeſtatis meminero, ut me conſulem eſſe obliviſcar.* co-

dem

1 *In Etruriam traducto*] Non Rott. non Flor. neuter quoque Voſſ. agnoſcunt præpoſitionem. Nec ego igitur retineo. Florus 3, 10. *Claſſe comparata Britanniam tranſit.* Tacitus 2 Annal. 54. *Tramittere Lesbum.* Jac. Gron.

2 *Æris in ſingulas civitates impoſita*] Sic jam Andreas. Tres tamen Pall. & duo Voſſ. & Helm. *Æris ſingulis civitatibus impoſita*, J. F. Gron.

1 *L. He-*

Digitized by Google

dem jure imperii, quo bella geſſi, bellis feliciter geſtis, Samnio atque Etruria ſubactis, victoria & pace parta triumphabo. Ita ſenatum reliquit. Inde inter tribunos plebis contentio orta, pars interceſſuros ne novo exemplo triumpharet, ajebant: pars auxilio ſe adverſus collegas triumphanti futuros. Jactata res ad populum eſt: vocatuſque eo conſul, quum [1] M. Horatium, L. Valerium conſules, C. Marcium Rutilum nuper patrem ejus, qui tunc cenſor eſſet, non ex auctoritate ſenatus, ſed juſſu populi triumphaſſe diceret; adjiciebat, *ſe quoque laturum fuiſſe ad populum, ni ſciret mancipia nobilium tribunos plebis legem impedituros: voluntatem ſibi ac favorem conſentientis populi pro omnibus juſſis eſſe, ac futuram.* Poſteroque die auxilio tribunorum plebis trium, adverſus interceſſionem ſeptem tribunorum, & conſenſum ſenatus, celebrante populo diem, triumphavit. Et hujus anni parum conſtans memoria eſt, Poſtumium, auctor eſt Claudius, in Samnio captis aliquot urbibus, in Apulia fuſum fugatumque, ſaucium ipſum cum paucis Luceriam compulſum: ab Atilio in Etruria res geſtas; eumque triumphaſſe. Fabius, ambos Conſules in Samnio, & ad Luceriam res geſſiſſe ſcribit, traductumque in Etruriam exercitum (ſed ab utro conſule non adjecit) & ad Luceriam utrimque multos occiſos. inque ea pugna Jovis Statoris ædem votam, ut Romulus ante voverat: ſed fanum tantum, id eſt locus templo effatus, jam ſacratus fuerat. Cæterum hoc demum anno, ut ædem etiam fieri ſenatus juberet, [2] bis ejuſdem voti damnata republica, in religionem venit.

1. *L. Horatium M. Valerium conſules*] *M. Horatium, L. Valerium*, fuerunt enim anno CCCIII ab urbe condita. Livius; Dionyſ. Caſſiod. *Sigonius.*

2. *Bis ejuſdem voti damnata reſpublica.*] Nemo, credo, unquam ſic eſt Latine loquutus: *reſpublica venit in religionem, damnatus voti venit in religionem, ut hoc faceret.* Exemplo ab uno diſce, ut ſoleat Livius loqui. Lib. 22. *In religionem etiam venit; ædem Concordiæ, quam per ſeditionem militarem biennio ante L. Manlius Prætor in Gallia voviſſet, locatam ad id tempus non eſſe.* Scribendum igitur: *bis ejuſdem voti damnata republica.* Nempe poſtquam jam bis reſpublica voto Jovi Stato-

ri

38 venit. Sequitur hunc annum & conſul inſignis, L. Papirius Curſor, qua paterna gloria, qua ſua: & bellum ingens victoriaque, quantam de Samnitibus nemo ad eam diem, [1] præter L. Papirium patrem conſulis pepererat, & forte eodem conatu apparatuque omni opulentia inſignium armorum, bellum adornaverant: & Deorum etiam adhibuerant opes ritu quodam ſacramenti vetuſto velut initiatis militibus; delectu per omne Samnium habito nova lege: ut qui juniorum non conveniſſet ad imperatorium edictum, quique injuſſu abiſſet, caput Jovi [2] ſacratum eſſet. Tum exercitus omnis Aquiloniam eſt indictus. ad quadraginta millia militum, quod roboris in Samnio erat, convenerunt. Ibi mediis fere caſtris locus eſt conſeptus cratibus, pluteiſque, & linteis contectus; patens ducentos maxime pedes in omnes pariter partes. [3] Ibi ex libro vetere linteo lecto ſacrificatum, ſacerdote Ovio Paccio quodam, homine magno natu, qui ſe id ſacrum petere affirmabat ex vetuſta Samnitium religione: qua quondam uſi majores eorum fuiſſent, quum adimendæ Etruſcis Capuæ clandeſtinum cepiſſent conſilium. Sacrificio perfecto, per viatorem imperator acciri jubebat nobiliſſimum quemque genere factiſque. ſinguli introducebantur. Erat

quum

ri facto ſervata erat, viſum eſt ſenatui ad religionem pertinere, ut juſta ædes tam facili Deo conderetur. *J. F. Gron.*

1 *Præter L. Papirium patrem conſulem*] Cl. Puteanus notaverat in Fulvii cod. *patrem Coſ.* id quod explicare malebat: *patrem conſulis.* Etſi enim Samnites à L. Papirio conſule (fuit autem quinquies) ſæpe prœlio victi ſint; tamen illa nobilis victoria propter arma eorum auro argentoque inſignia, quam reſpicit hic Livius, parta eſt ab eodem dictatore an. U. C. 444. Sic ille. Mihi autem vetuſtos libros adhibenti paruit hoc vitium eſſe admodum recens: nam Juntas, Gryphius, Curio, *Coſ.* ut Fulvii liber: at Andreas, Tarviſ. Venet. Beccar. Pariſienſis cum Aſcenſii, tum Saveterii, Moguntini plane: *patrem conſulis.* Idem.

2 *Sacratum erat*] Vet. lib. *Sacratum eſſet.* Sigonius.

3 *Ibi ex libro vet. linteo lecto ſ. ſacerdote O. P. quod.*] Sunt qui ambigant, *lecto*, ad librumne an ad ſacerdotem referendum ſit. Mihi non eſt dubium quin ad librum referatur: hic enim eſt ſenſus, In eo linteis contecto loco ex veteris libri lintei lectione ſacrificatum eſt, Ovio Paccio quodam ſacerdote rem divinam faciente. *Idem.*

1 *Tum*

quum alius apparatus ſacri, qui perfundere religione animum poſſet: [1] tum in loco circa omni contecto aræ in medio, victimæque circa cæſæ, & circumſtantes centuriones ſtrictis gladiis. Admovebatur altaribus miles, magis ut victima, quam ut ſacri particeps: adigebaturque jurejurando, quæ viſa auditaque in eo loco eſſent, non enunciaturum. Dein jurare cogebatur diro quodam carmine in execrationem capitis familiæque & ſtirpis compoſito, niſi iſſet in prœlium, quo imperatores duxiſſent: & ſi aut ipſe ex acie fugiſſet, aut ſi quem fugientem vidiſſet, non extemplo occidiſſet. Id primo quidam abnuentes juraturos ſe, obtruncati circa altaria ſunt: jacentes deinde inter ſtragem victimarum, documento cæteris fuere, ne abnuerent. Primoribus Samnitium ea deteſtatione obſtrictis, decem nominatis ab imperatore, [2] eis dictum, ut vir virum legerent, donec ſexdecim millium numerum confeciſſent: [3] ea legio linteata ab

1 *Tum in loco circa omni contecto ara in medio*] Paulo ante hunc locum linteis contectum dixit. In hoc ergo loco tam undique clauſo erant *ara* in medio, vel, ut Feſtus ait, *ara.* Sigonius.

2 *Eis dictum, ut vir vir. leg.*] Vet. lib. *Eu edictum.* ſic ſupra lib. 9. *Etruſci lege ſacrata coacto exercitu, cum vir virum legiſſet.* Et Virgil. 11. *Legitque virum vir.* Idem.

3 *Ea legio linteata ab integumento conſepti --- appellata*] Ut *Septum*, ſic *Conſeptum* dicitur, qua voce uſus & Varro, & Columella. Vocat autem *conſeptum* locum undique ſeptum cratibus, qui quod linteis erat contectus, *linteata legioni* dedit nomen, quæ ibi conſcripta eſt. Quare Feſtus ait: *Legio Samnitium linteata appellata eſt, quod Samnites intrantes ſinguli ad aram velis linteis circundatam, non ceſſuros ſe Romano militi juraverunt.* Idem.

Ea legio linteata] Quidam dixere *Legionem linteatam* dictam eo quod linteis loricis ſeu thoracibus armarentur: Antiquos vero linteis loricis uſos, conſtare ajunt. Nepos in vita Iphicratis, ſcribit, illum Athenienſibus loricas linteas pro æneis tradidiſſe, ut expeditiores in militari officio eſſent. Tum ab Hom. Iliad. 2 Aiax Locrenſis λινοθώρηξ dictus, id eſt, linteum thoracem habens. Sed obſtat, quod Livius dicat: arma inſignia & galeas hujus legionis militibus data, non ergo loricas lineas, quas certe non reticuiſſet; ſiquidem ante lib. 4 meminerat thoracis linei à Coſſo, interfecto Tolumnio, adempto, ac in templo Jovis Feretrii ſacrato. Præterea Samnitum legionem, inquit, *linteatam* dictam ab integumento conſepti, quo ſacrata nobilitas erat: & paulo ſupra dixerat, paratum locum in caſtris linteis contectum. Poſtremo omnem ſcrupum adimit Feſti authoritas, qui lib. 10 paulo poſt à principio ſcribit, Samnitum legionem *linteatam* appellatam à Livio, quod Samnites

Digitized by Google

ab integumento conſepti, quo ſacrata nobilitas erat, appellata eſt. His arma inſignia data, & criſtatæ galeæ, ut inter cæteros eminerent. paulo plus viginti millium alius exercitus fuit, nec corporum ſpecie, nec gloria belli, nec apparatu linteatæ legioni diſpar. hic hominum numerus quod roboris erat, ad Aquiloniam conſedit.

39 Conſules profecti ab urbe: prior Sp. Carvilius, cui veteres legiones, quas M. Atilius ſuperioris anni conſul in agro Interamnati reliquerat, decretæ erant, cum eis in Samnium profectus, dum hoſtes operati ſuperſtitionibus concilia ſecreta agunt, Amiternum oppidum de Samnitibus vi cepit. Cæſa ibi millia hominum duo ferme atque octingenti: capta quatuor millia ducenti ſeptuaginta. Papirius novo exercitu ([1] ita decretum erat) ſcripto, Duroniam urbem expugnavit: minus quam collega cepit hominum, plus aliquanto occidit. præda opulenta utrobique eſt parta. Inde pervagati Samnium conſules, maxime depopulato [2] Atinate agro; Carvilius ad Cominium, Papirius [3] ad Aquiloniam (ubi ſumma rei Samnitium erat) pervenit. ibi aliquandiu nec ceſſatum ab armis eſt, [4] neque naviter pugnatum; laceſſendo quietos, reſiſtentibus cedendo: comminandoque magis quam inferendo pugnam dies abſumebatur; quod quum inciperetur, remittereturque, omnium rerum etiam parvarum eventus proferebatur in dies. Altera Romana caſtra viginti millium ſpatio aberant: & abſentis collegæ conſilia omnibus gerendis intererant rebus.

mnites ſinguli ad aram velis linteis circumdatam, ſe non ceſſuros Romano militi juraverant. *Marcell. Donat.*

1 *Ita decretum fuerat*] Vet. lib. *Ita enim decretum fuerat*. Sigonius.

2 *Atinate agro. Carvilius*] Non poteſt tolerari iſta diſtinctionis nota, & ſufficit levior, quam repoſuimus. *Jac. Gron.*

3 *Ad Aquiloniam pervenit*] Vocula *ad* abeſt à Flor. Rott. Helm. Voſſ. Itaque pater ad marginem notavit vel *Aquiloniæ conſedit*, vel *Aquiloniam concedit*. Idem.

4 *Neque graviter pugnatum*] MSS. & vett. edd. uſque ad Gryphium vel *gnaviter* vel *naviter*. Primo video mutatum Curioni. Lib. 30, 4. *Tempus eſſe aut pacem componi aut bellum gnaviter geri*. Sic enim ibi liber optimus. *J. F. Gron.*

rebus. intentiorque Carvilius, quo majore diſcrimine
res vertebatur, in Aquiloniam, quam ad Cominium,
quod obſidebat, erat. L. Papirius jam per omnia ad di-
micandum ſatis paratus, nuncium ad collegam mittit;
ſibi in animo eſſe, poſtero die, ſi per auſpicia liceret, confligere
cum hoſte. Opus eſſe & illum quanta maxima vi poſſet, Comi-
nium oppugnare: ne quid laxamenti ſit Samnitibus ad ſubſidia
Aquiloniam mittenda. Diem ad proficiſcendum nuncius
habuit: nocte rediit; approbare collegam conſulta re-
ferens. Papirius, nuncio miſſo, extemplo concionem ha-
buit; multa de univerſo genere belli, multa [1] de præ-
ſenti hoſtium apparatu, vana magis ſpecie quam efficaci
ad eventum, diſſeruit. *Non enim criſtas vulnera facere; &*
per picta atque aurata ſcuta tranſire Romanum pilum: & can-
dore tunicarum fulgentem aciem, ubi res ferro geratur, cruen-
tari. [2] *Auream olim atque argenteam Samnitium aciem à pa-*
rente ſuo occidione occiſam: ſpoliaque ea honeſtiora victori ho-
ſti, quam ipſis arma fuiſſe. [3] *Datum hoc forſan nomini familia-*
que ſua, ut adverſus maximos conatus Samnitium, opponeren-
tur duces, ſpoliaque ea referrent, qua inſignia publicis etiam lo-
cis decorandis eſſent. Deos immortales adeſſe propter toties peti-
ta fœdera, toties rupta: tum ſi qua conjectura mentis divina ſit,
nulli unquam exercitui fuiſſe infeſtiores, quam qui nefando ſa-
cro miſta hominum pecudumque cæde reſperſus, ancipiti Deum
iræ devotus, hinc fœderum cum Romanis ictorum teſtes Deos,
hinc jurisjurandi adverſus fœdera ſuſcepti execrationes horrens,
invitus juraverit, oderit ſacramentum; uno tempore Deos, ci-
ves, hoſtes metuat. Hæc comperta perfugarum indiciis, 40
quum apud infenſos jam ſua ſponte milites diſſeruiſſet;
ſimul divinæ humanæque ſpei pleni, clamore conſen-
tienti pugnam poſcunt: pœnitet in poſterum diem di-
latum

1 *De præſenti hoſtium apparatu*] Forte: *de præſentis hoſtium apparatus vana magis ſpecie.* J. F. Gron.

2 *Auream olim atque argenteam S. aciem à parente ſuo o. occiſam*] De hac re libro nono, *Duo exercitus erant. Scuta alterius auro, alterius argento cælaverunt.* Sigonius.

3 *Datum hoc nom.*] Vet. lib. *Datum hoc forſan nomini.* Idem.

latum certamen: moram diei noctiſque oderunt. Tertia vigilia noctis, jam relatis literis à collega, Papirius ſilentio ſurgit, & pullarium in auſpicium mittit. Nullum erat genus hominum in caſtris intactum cupiditate pugnæ: ſummi infimique æque intenti erant: dux militum, miles ducis ardorem ſpectabat. Is ardor omnium etiam ad eos qui auſpicio intererant, pervenit. nam quum pulli non paſcerentur, pullarius auſpicium mentiri auſus, [1] tripudium ſoliſtimum conſuli nunciavit. Conſul lætus, auſpicium egregium eſſe, & Deis auctoribus rem geſturos, pronunciat; ſignumque pugnæ proponit. [2] Exeunti jam forte in aciem nunciat perfuga, viginti cohortes Samnitium ([3] quadringenariæ ferme erant) Cominium profectas. quod ne ignoraret collega, extemplo nuncium mittit: ipſe ſigna ocius proferri jubet, ſubſidiaque ſuis quæque locis, & præfectos ſubſidiis attribuerat. Dextro cornu L. Volumnium, ſiniſtro L. Scipionem; equitibus legatos alios, [4] Caios Cædicium & Tre-

1 *Tripudium Soliſtimum Conſuli nuntiavit*] Inter cætera auſpicia, quibus antiqui Rom. maximam curam adhibuere, ita ut niſi his præmonentibus, comitia non haberent, neminem ad principem Magiſtratum promoverent, non pacem, non bella inirent, nec pugnam aggrederentur, erat, quod dabant pulli gallinacei. His enim è cavea emiſſis, puls vel offa pro cibo à miniſtro caveæ, *pullario* dicto, dabatur; quod ſi oblata eſca, pulli è cavea non exiſſent, aut progreſſi illam non attigiſſent, triſtis eventus omen erat, quod Val. Max. lib. 1 cap. 4 & Livius tradidere. Contra vero, ſi pulli è cavea egreſſi, oblatum cibum depaſti eſſent; ita ut illis veſcentibus, offa ſeu pultis fruſtulum ab ore in terram decideret, & terram paviret, auſpicia ſecunda portendebat, atque fortunatum eventum; hoc autem vocabatur *tripudium ſoliſtimum*. Cujus & Cic. lib. 6 Epiſt. Fam. meminit. *Soliſtimum* vero dicebant à ſolo, quod offa ex ore cadens feriebat. Atque hæc auſpicia ab ipſis tandem Romanis poſt multa ſecula, tanquam omnino ſuperſtitioſa, repudiata. Et mendacii pullorum auſpicia coarguit locus hic, quia etſi pro Papirio, auſpicante pullario, pulli non paſcerentur, vicit tamen ille pugnans. *Marcell. Donat.*

2 *Exe. jam in ac.*] Vet. lib. *Jam forte in aciem.* Sigonius.

3 *Quadringenariæ ferme erant*] Ælianus de aciebus inſtruendis vocat cohortem Πεντηκοσταρχίαν, id eſt, quingenariam, quæ ſit ex hominibus DXII. ad quam formam hic *quadringenariam* vocaſſe videtur Livius. Similis locus fuit libro ſeptimo ab Urbe condita. *Glareanus.*

4 *C. Ceditium & Trebonium*] Vet. lib. *C. Cædicium, & C. Trebonium.* Sigonius.

C. Cæditium & C. Trebonium] Poſterius

Trebonium præfecit. Sp. Nautium mulos detractis clitellis cum [1] cohortibus alaribus in tumulum conſpectum propere circumducere jubet, atque inter ipſam dimicationem quanto maxime poſſet moto pulvere oſtendere. Dum his intentus imperator erat, altercatio inter pullarios orta de auſpicio ejus diei, exauditaque ab equitibus Romanis; qui rem haud ſpernendam rati, Sp. Papirio fratris filio conſulis ambigi de auſpicio renunciaverunt. Juvenis, ante doctrinam Deos ſpernentem natus, rem inquiſitam, ne quid incompertum deferret ad conſulem, detulit. cui ille, *Tu quidem macte virtute diligentiaque eſto: Cæterum qui auſpicio adeſt, ſi quid falſi nunciat, in ſemetipſum religionem recipit. Mihi quidem tripudium nunciatum, populo Romano exercituique egregium auſpicium eſt.* Centurionibus deinde imperavit, ut pullarios inter prima ſigna conſtituerent. Promovent & Samnites ſigna, [2] inſequitur acies ornata armataque, ut hoſtium quoque magnificum ſpectaculum eſſet. Priuſquam clamor tolleretur concurreretur que, emiſſo temere pilo ictus pullarius ante ſigna cecidit. quod ubi conſuli nunciatum eſt, *Dii in prœlio ſunt*, inquit, *habet pœnam noxium caput.* Ante conſulem hæc dicentem corvus voce clara occinuit; quo lætus augurio conſul, affirmans, nunquam humanis rebus magis præſentes interfuiſſe Deos; ſigna canere, & clamorem tolli juſſit. Prœlium commiſſum atrox. cæ- 41
terum

rius prænomen non exſtat in Flor. Rott. Helm. Voſſ. nec in editis vetuſtis. Itaque ſcripſit Livius, *Cajos Caditium & Trebonium*. J. F. Gron.

1 *Cohortibus alarib.*] *Alæ* dictæ exercitus equitum ordines, quod circum legiones dextra ſiniſtraque tanquam alæ in avium corporibus locabantur, auctore Gellio lib. 16 cap. 4.

2 *Inſequitur acies ornata armataque*] *Ornatam aciem* intelligo linteatam phalangem ſexdecim millium hominum, quam Legionem ipſe paulo ante vocavit. *Armatam* autem aciem paulo plus viginti millium exercitum, nec corporum ſpecie, nec gloria belli, nec apparatu linteatæ legioni diſparem. *Glareanus.*

Inſeq. acies ornata, armataque] *Ornatam* vocat linteatam legionem, cui dixit arma fuiſſe inſignia data, ut inter cæteros eminerent, ea fuit XVI millium. *Armatam* alteram vocat XX millium, quam poſt linteatam conſcriptam eſſe dixit. *Sigonius.*

 1 *Impe-*

terum longe diſparibus animis. Romanos ira, ſpes, ardor certaminis, avidos hoſtium ſanguinis, in prœlium rapit: Samnitium magnam partem neceſſitas ac religio invitos magis reſiſtere quam inferre pugnam cogit. nec ſuſtinuiſſent primum clamorem atque impetum Romanorum, per aliquot jam annos vinci aſſueti, ni potentior alius metus inſidens pectoribus à fuga retineret. Quippe in oculis erat omnis ille occulti paratus ſacri, & armati ſacerdotes, & promiſcua hominum pecudumque ſtrages, & reſperſæ fando nefandoque ſanguine aræ, & dira execratio, ac furiale carmen, deteſtandæ familiæ ſtirpique compoſitum. his vinculis fugæ obſtricti ſtabant; civem magis quam hoſtem timentes. Inſtare Romanus à cornu utroque, à media acie, & cædere Deorum hominumque attonitos metu. repugnatur ſegniter, ut ab iis quos timor moraretur à fuga. Jam prope ad ſigna cædes pervenerat; quum ex tranſverſo pulvis, velut ingentis agminis inceſſu motus, apparuit. Sp. Nautius (Octavium Metium quidam eum tradunt) dux alaribus cohortibus erat. pulverem majorem quam pro numero excitabant: inſidentes mulis calones frondoſos ramos per terram trahebant: arma ſignaque per turbidam lucem in primo apparebant: poſt altior denſiorque pulvis equitum ſpeciem cogentium agmen dabat. Fefellitque non Samnites modo, ſed etiam Romanos: & conſul affirmavit errorem; clamitans inter prima ſigna, ita ut vox etiam ad hoſtes accideret: *captum Cominium; victorem collegam adeſſe: anniterentur vincere prius quam gloria alterius exercitus fieret.* Hæc inſidens equo. inde tribunis centurionibuſque [1] imperat, ut vias equitibus patefaciant. Ipſe Trebonio Cædicioque prædixerat, ut ubi ſe cuſpidem erectam quatientem vidiſſent, quanta maxima vi poſſent, concitarent equites in hoſtem. Ad nutum

1 *Imperat, ut vias equitibus*] Helm. & Pall. *Imperat viam equitibus patefaciant.* Voſſ. quoque *viam.* J. F. Gron.

tum omnia, ut ex ante præparato, fiunt. panduntur inter ordines viæ: provolat eques, atque infeſtis cuſpidibus in medium agmen hoſtium ruit, perrumpitque ordines, quacumque impetum dedit. inſtant Volumnius & Scipio, & perculſos ſternunt. Tum jam Deorum hominumque victa vi, funduntur linteatæ cohortes: pariterque jurati injuratique fugiunt, nec quemquam præter hoſtes metuunt. [1] Peditum agmen, quod ſuperfuit pugnæ, in caſtra ad Aquiloniam compulſum eſt. nobilitas equiteſque Bovianum perfugerunt: equites eques ſequitur, peditem pedes, ac diverſa cornua, dextrum ad caſtra Samnitium, lævum ad urbem tendit. Prior aliquanto Volumnius caſtra cepit: ad urbem Scipioni majore reſiſtitur vi; non quia plus animi victis eſſet, ſed melius muri quam vallum armatos arcent: inde lapidibus propulſant hoſtem. Scipio, niſi in primo pavore, priuſquam colligerentur animi, tranſacta res eſſet, lentiorem fore munitæ urbis oppugnationem ratus, [2] interrogat milites, *Satin' æquo animo paterentur ab altero cornu caſtra capta eſſe: ſe victores pelli à portis urbis?* Reclamantibus univerſis, primus ipſe ſcuto ſuper caput elato pergit ad portam: ſecuti alii teſtudine facta in urbem perrumpunt: deturbatiſque Samnitibus, qui circa portam erant, muros occupavere. [3] penetrare interiora urbis, quia pauci admodum erant, non audent. Hæc primo 42
ignorare conſul, & intentus recipiendo exercitui eſſe: jam enim præceps in occaſum Sol erat: & appetens nox, periculoſa & ſuſpecta omnia etiam victoribus faciebat. Progreſſus longius ab dextra, caſtra capta videt: ab læva clamorem in urbe, miſtum pugnantium ac paventium fremitu eſſe. & tum forte certamen ad portam erat. Advectus

1 *Peditum agmen, quod ſuperſuit pugna*] Suſpecta mihi vox *agmen*, & deleri malim. *J. F. Gron.*

2 *Interrogat milites*] Ita augent hunc locum Rott. Flor. Voſſ. duo & priores editi. Vulgo inceperant omittere *milites*. Idem.

3 *Penetrare interiora*] Voſſ. *Penetrare in interiora urbis.* Vide ad lib. 4, 8. *Idem.*

vectus deinde equo propius, ut ſuos in muris videt; nec jam integri quicquam eſſe, quoniam temeritate paucorum magnæ rei parta occaſio eſſet; acciri, quas receperat, copias, ſignaque in urbem inferri juſſit. [1] Ingreſſi proxima ex parte, quia nox appropinquabat, quievere. nocte oppidum ab hoſtibus deſertum eſt. Cæſa illo die ad Aquiloniam Samnitium millia triginta trecenti quadraginta: capta tria millia octingenti & ſeptuaginta: ſigna militaria nonaginta ſeptem. Cæterum illud memoriæ traditur; non ferme alium ducem lætiorem in acie viſum; ſeu ſuopte ingenio ſeu fiducia bene gerundæ rei. Ab eodem robore animi neque controverſo auſpicio revocari à prœlio potuit, & in ipſo diſcrimine quo templa Diis immortalibus voveri mos erat, voverat Jovi Victori, ſi legiones hoſtium fudiſſet, pocillum mulſi, priuſquam temetum biberet, ſeſe facturum. id votum
43 Diis cordi fuit: & auſpicia in bonum verterunt. Eadem fortuna ab altero conſule ad Cominium geſta res. Prima luce ad mœnia omnibus copiis admotis, corona cinxit urbem: ſubſidiaque firma, ne qua eruptio fieret, portis oppoſuit. Jam ſignum dantem eum nuncius à collega trepidus de viginti cohortium adventu, & ab impetu moratus eſt, & partem copiarum revocare inſtructam intentamque ad oppugnandum, coëgit. D. Brutum Scævam legatum cum legione prima, [2] & viginti cohortibus alaribus equitatuque ire adverſus ſubſidium hoſtium juſſit: quocunque in loco fuiſſet obvius, obſiſteret ac moraretur; manumque, ſi forte ita res poſceret, conſereret: modo ne ad Cominium eæ copiæ admoveri poſſent. Ipſe ſcalas ferri ad muros ab omni parte ur-

bis

1 *Ingreſſi proxima ex parte*] Video olim ſuſpecta patri meo fuiſſe hæc verba: adſcripſitque *proxima porta.* Sed legendum; *ingreſſi proxima, ea parte, quia nox appropinquabat, quievere.* Jac. Gron.

2 *Et viginti cohortibus alaribus equitatuque*] Voſſ. duo, *& x. cohortibus alariis equitatuque.* Numerum quidem confirmat Thuan. Pall. Helm. & eum ſufficere crediderim. *Alarios* ſæpe appellat & Tacitus. *J. F. Gron.*

1 *Ad*

bis juſſit, ac teſtudine ad portas ſucceſſit. ſimul & refringebantur portæ, & vis undique in muros fiebat. Samnites, ſicut antequam in muris viderent armatos, ſatis animi habuerunt ad prohibendos urbis aditu hoſtes; ita poſtquam jam non ex intervallo nec miſſilibus, ſed cominus gerebatur res, & qui ægre ſucceſſerant ex plano in muros, loco, quem magis timuerant, victo, facile in hoſtem imparem ex æquo pugnabant; relictis turribus muriſque in forum omnes compulſi, pauliſper inde tentaverunt extremam pugnæ fortunam. Deinde, abjectis armis,[1] ad quindecim millia hominum & quadringenti in fidem conſulis venerunt. cæſa ad quatuor millia trecenti octoginta. Sic ad Cominium, ſic ad Aquiloniam geſta res. Inde medio inter duas urbes ſpatio, ubi tertia exſpectata erat pugna, hoſtes non inventi, ſeptem millia paſſuum quum abeſſent à Cominio, revocati ab ſuis neutri prœlio occurrerunt. Primis ferme tenebris quum in conſpectu jam caſtra, jam Aquiloniam habuiſſent,[2] clamor eos utrimque par accidens ſuſtinuit: deinde è regione caſtrorum, quæ incenſa ab Romanis erant,[3] flamma late fuſa certioris cladis indicio progredi longius prohibuit. [4] Eo ipſo loco prope temere ſub armis ſtra-

1 *Ad quindecim millia hominum*] Th. Helm. Voſſ. *undecim.* J. F. Gron.

2 *Clamor eos utrimque accidens ſuſtinuit*] Flor. *tenuit*. Idem.

3 *Flamma late fuſa*] Duo Voſſ. & Thuan. *Flammæ late fuſæ*. Fortaſſis: *flammæ late fuſæ, certius cladis indicium, progredi longius prohibuit*. Idem.

Flamma late fuſa certioris cladis indicio] Videtur ab Livio eſſe: *flamma late fuſa, certiori cladis indicio, progredi longius prohibiti*. Jac. Gron.

4 *Eo ipſo loco prope temere ſub armis*] Suſpicor fuiſſe Livio: *forte temere ſub armis*. Sic enim loquebantur. Terentius Phorm. 5, 1. *Quam ſæpe forte temere eveniunt, quæ non audeas optare.* Cicero de Fato: *Si fati omnino nullum nomen, nulla natura, nulla vis eſſet, & forte temere caſu aut pleraque fierent, aut omnia*. Lib. 2 de Divin. *An tu cenſes ullam anum tam deliram futuram fuiſſe, ut ſomniis crederet, niſi iſta caſu nonnunquam forte temere concurrerent.* Noſter lib. 23. *Nec quidquam raptim aut forte temere egeritis.* Lib. 25. *Nec hujus occaſionis ſpem, milites, forte temere, ſed ex re ipſa conceptam habeo.* Lib. 30. *Majores veſtri ne vos quidem forte temere coire voluerunt*. Lib. 41. *Id forte temere ab uno exclamatum paſſim totis perſonabat caſtris.* Curtius lib. 5, 11. *Eludant, licet, quibus forte temere humana negotia volvi agique perſuaſum eſt.* Sic Modius edidit è MSS. neque abeunt quibus quondam Gruterus uſus: Sic ante o-

 mnes

ſtrati paſſim, inquietum omne tempus noctis, exſpectando timendoque lucem egere. prima luce incerti [1] quam in partem intenderent iter, repente in fugam conſternantur conſpecti ab equitibus: qui egreſſos nocte ab oppido Samnites perſecuti, viderant multitudinem, non vallo, non ſtationibus firmatam. Conſpecta & ex muris Aquiloniæ ea multitudo erat: jamque etiam legionariæ cohortes ſequebantur. Cæterum nec pedes fugientes perſequi potuit: & ab equite noviſſimi agminis ducenti ferme & octoginta interfecti. Arma multa pavidi, ac ſigna militaria duodeviginti reliquere. alio agmine [2] incolumi, ut ex tanta trepidatione, Bovianum per-
44 ventum eſt. Lætitiam utriuſque exercitus Romani auxit & ab altera parte feliciter geſta res. uterque ex alterius ſententia conſul captum oppidum diripiendum militi dedit: exhauſtis deinde tectis, ignem injecit, eodemque die Aquilonia & Cominium deflagravere: & conſules cum gratulatione mutua legionum ſuaque, caſtra conjunxere. In conſpectu duorum exercituum & Carvilius ſuos pro cujuſque merito laudavit, donavitque; & Papirius, apud quem multiplex in acie, circa caſtra, circa urbem, fuerat certamen, Sp. Nautium, Sp. Papirium, fratris filium, & quatuor centuriones, manipulumque haſtatorum, armillis aureiſque coronis donavit: Nautium propter expeditionem, qua magni agminis modo terruerat hoſtes: juvenem Papirium, propter navatam cum equi-

invcs alios Florentinus. Nec debuiſſet regeri interpolatum, *forte ac temere*. J. F. Gron.

1 *Quam in partem intenderent iter*] Thuan. Voſſ. Helm. *tenderent*. Ut Virgilius lib. 1 Æneid. *Hac celerans iter ad naves tendebat Achates*. Et lib. 6. *Quis ſuper haud ulla poterant impune volantes Tendere iter pennis*. Sic dedit etiam Andreas: ſed mox mutatum: nam jam Tarviſ. *intenderent*. Idem.

2 *Incolumi vix ex tanta trepidatione*] Gelenii codex, duo Pall. Voſſ. uterque, Chiflet. Andreas: *agmine incolumi, ut ex tanta*. Modificatio eſt vocis præcedentis: ut ſcilicet ex tanta trepidatione incolumes evaſiſſe dici poſſunt. Cicero lib. 4 ad Att. ep. 1. *Ita res ſunt noſtræ; ut in ſecundis, fluxæ; ut in adverſis, bonæ*. Infra: *inſigni, ut illorum temporum habitus erat, triumpho*. Tarviſ. & Bechar. *incolumi ex tanta*. Venetæ jam habent *vix*. Idem.

3 *Mili-*

equitatu & in prœlio operam, & nocte qua fugam infeſtam Samnitibus ab Aquilonia clam egreſſis fecit: centuriones, [1] militeſque, quia primi portam murumque Aquiloniæ ceperant.[2] equites omnes ob inſignem multis locis operam, corniculis armilliſque argenteis donat. Conſilium inde habitum, quum jam tempus eſſet deducendi ab Samnio exercitus aut utriuſque, aut certe alterius. Optimum viſum, quo magis fractæ res Samnitium eſſent, eo pertinacius & infeſtius agere cætera, & perſequi: ut perdomitum Samnium inſequentibus conſulibus tradi poſſet. *Quando jam nullus eſſet hoſtium exercitus, qui ſignis collatis dimicaturus videretur, unum ſupereſſe belli genus, urbium oppugnationes; quarum per excidia militem locupletare præda, & hoſtem pro aris ac focis dimicantem conficere poſſent.* Itaque literis miſſis ad ſenatum populumque Romanum de rebus ab ſe geſtis, diverſi, Papirius ad Sepinum, [3] Carvilius

1 *Militeſque quia primi*] Lego: *militeſque, qui primi.* Non enim omnes milites id fecerant. Et fuit eadem corruptela 8, 14. *Jac. Gron.*

2 *Equites omnes, ob inſignem multis locis operam, corniculis, armilliſque argenteis donat*] Vide primum Turneb. Adverſ. lib. 5 cap. 10. Car. Sigonius de antiquo Jure provinc. lib. 2 cap. 2 credit Tribuni militaris miniſtrum fuiſſe Cornicularium auctoritate Val. Maximi lib. 6 cap. 1. Torrent. in Sueton. Domit. cap. 17. *Cornicularius*, inquit, *ordo ac gradus in militia erat; neque aliud quam accenſi Tribunorum, Centurionumque ac Decurionum fuiſſe videtur.* Vegetius lib. 2 de re Milit. cap. 22. Sicut in exercitu cornicines erant & tubicines, qui in pugnam milites incitabant; ita & in ſingulari quoque ordine erant *cornicularii*, imperantium mandata corniculo ſignificantes. Poſtremo dum Livii verba perpendo, animo concipiebam; quod ſicut Venetorum ducum ornamentum illud, quod capite geſtant, miris gemmis exornatum, *cornu* vocant; ita & antiquitus militari ornamento caput militis illius honeſtarent Imperatores exercituum, qui ſtrenuum aliquod facinus egiſſet: hocque *corniculum* appellaretur, cui inderentur plumæ, & argenteum erat vel aureum. Hanc noſtram ſententiam confirmare poſſumus ex iconibus galearum militarium à Guil. Choul. lib. *de Caſtrametatione antiquor.* deſcriptis. Sic in numiſmate argenteo Alexandri Magni caput galeatum cum corniculis conſpicimus: Ita ut cornicularii milites virtute præſtantes & fortitudine inſignes fuerint, quod ex dictis & Suetonii loco in Domit. cap. 17 colligere eſt, dum ait, illum à Clodio ſeu Clodiano corniculario, cum aliis contrucidatum. *Marcell. Donat.*

3 *Carvilius ad Volanam*] Fl. Thuan. Voſſ. uterque, Rott. Helm. duo Pall. *Vellam*, tertius *Veliam*. Sic & infra cap. ſequenti: *Jam Carvilius Vellam* Rott. & Helm. *vel etiam* Flor. & Voſſ. prior & Thuan. *velle etiam* Voſſ. alter. Denique, *vel jam intra paucos dies* Flor. Thu. Voſſ. prior. *vel & intra paucos dies* Voſſ. alter. Rott. & Helm. hic verſus unus

ab

45 lius ad Volanam oppugnandam legiones ducunt. Literæ conſulum, ingenti lætitia, & in curia & in concione auditæ. & quatridui ſupplicatione publicum gaudium privatis ſtudiis celebratum eſt. nec populo Romano magna ſolum, ſed peropportuna etiam ea victoria fuit, quia per idem forte tempus rebellaſſe Etruſcos allatum eſt. Subibat cogitatio animum, quonam modo tolerabilis futura Etruria fuiſſet, [1] ſi quid in Samnio adverſi veniſſet, quæ, conjuratione Samnitium erecta, quoniam ambo conſules omniſque Romana vis averſa in Samnium eſſet, occupationem populi Romani pro occaſione rebellandi habuiſſet. Legationes ſociorum à M. Atilio prætore in ſenatum introductæ, querebantur, uri & vaſtari agros à finitimis Etruſcis, quod deſciſcere à populo Romano nollent. Obteſtabanturque Patres conſcriptos, ut ſe à vi atque injuria communium hoſtium tutarentur. Reſponſum legatis, Curæ ſenatui futurum, ne ſocios fidei ſuæ pœniteret. Etruſcorum propediem eandem fortunam, quam Samnitium, fore. Segnius tamen, quod ad Etruriam attinebat, acta res eſſet, ni Faliſcos quoque, qui per multos annos in amicitia fuerant, allatum foret, arma Etruſcis junxiſſe. Hujus propinquitas populi acuit curam Patribus, ut feciales mittendos ad res repetendas cenſerent. quibus non redditis, ex auctoritate Patrum juſſu populi bellum Faliſcis indictum eſt: juſſique conſules ſortiri, uter ex Samnio in Etruriam cum exercitu tranſiret. Jam Carvilius Volanam, & Palumbinum, & Herculaneum ex Samnitibus ceperat: Volanam intra paucos dies, Palumbinum eodem quo ad muros acceſſit. Ad Herculaneum bis etiam ſignis collatis ancipiti prœlio, & cum majore ſua quam hoſtium jactura, dimicavit. Caſtris deinde poſitis, mœnibus hoſtem incluſit. oppugnatum oppidum: captumque. In his tribus urbibus

ab Herculanei mentione priore uſque ad poſteriorem exciderat. *J. F. Gron.*

1 *Si quid in Samnio adverſi veniſſet*] Scribe ex Flor. *eveniſſet*. Idem.

1 Ut

Digitized by Google

bus capta aut cæſa, decem millia hominum: ita, [1] ut
parvo admodum plures caperentur. Sortientibus pro-
vincias conſulibus, Etruria Carvilio evenit, ſecundum
vota militum, qui vim frigoris jam in Samnio non patie-
bantur. Papirio ad Sepinum major vis hoſtium reſiſtit.
ſæpe in acie, ſæpe in agmine, ſæpe circa ipſam urbem ad-
verſus eruptiones hoſtium pugnatum: [2] neque obſidio,
neque bellum ex æquo erat: non enim muris magis ſe
Samnites, quam armis ac viris mœnia tutabantur. Tan-
dem pugnando in obſidionem juſtam coëgit hoſtes: ob-
ſidendoque, vi atque operibus urbem expugnavit. ita-
que ab ira plus cædis editum capta urbe: ſeptem millia
quadringenti cæſi: capta minus tria millia hominum:
præda, quæ plurima fuit, congeſtis Samnitium rebus in
urbes paucas, militi conceſſa eſt. Nives jam omnia op- 46
pleverant, nec durari extra tecta poterat; itaque conſul
exercitum de Samnio deduxit. Venienti Romam trium-
phus omnium conſenſu eſt delatus. triumphavit in ma-
giſtratu, inſigni, ut illorum temporum habitus erat,
trium-

1 *Ut parvo admodum plures caper.*] Vet. lib. *Parvo admodum numero plures.* Sigonius.

Ut pavore adm. plures] Gelenii codex, duo Pall. Voſſ. Chifl. alii: *ut parvo admodum plures.* Sigonius cum ſuo: *ut parvo admodum numero plures.* Ubi ſe manifeſto prodit aliena manus: Nam Livius dixit *parvo plures*, ut alii, *aliquanto plures*, *multo plures*, *nimio plures.* Plinius 2, 67. *Circa Caſpium quoque multa Oceani litora explorata, parvoque brevius, quam totus, hinc aut illinc Septentrio eremigatus.* Gellius 13, 2. *Accius tunc haud parvo junior.* & cap. 17. *Non brevi antiquior.* J. F. Gron.

2 *Neque obſidio, neque bellum ex æquo erat*] Papirius, inquit ad Sepinum difficilius bellum geſſit: *Etenim ſæpe in acie, ſæpe in agmine, ſæpe circa ipſam urbem adverſus eruptiones hoſtium pugnavit. neque vero aut obſidendi, aut dimicandi facilis, & expedita ratio erat, quod Samnites non minus acriter armis mœnia ſua defenderent, quam ipſi ſe muris tutarentur.* Quod autem ait, *In agmine*, in itinere faciendo intelligit. Hæc dixi, quia Glareanus vitium ſubeſſe ſuſpicatur ſine cauſa. *Sigonius.*

Neq. obſid. neq. bellum ex æquo] Ut hæc verba cadunt, putes inclinatum fuiſſe ſtatum & Romanos quodammodo inferiores, ſecus atque docuit eventus. Dein ſubſequens ratio non evincit iniqui aliquid fuiſſe Romanis, ſed fortius ſe geſſiſſe defeſſos, quam ſolent, qui hanc fortunam ſubierunt, & tantum non, ut qui vallum ſcindunt, & campo ſe committunt. Itaque valde placet, quod in unico video Florentino: *neque obſidio, ſed bellum ex æquo erat.* Non jam videbantur obſideri, ſed in campo pares cum paribus congredi. *J. F. Gron.*

Digitized by Google

triumpho. Pedites equiteſque inſignes donis [1] tranſiere, ac tranſvecti ſunt: multæ civicæ coronæ vallareſque ac murales conſpectæ. Inſpectata ſpolia Samnitium: & decore ac pulchritudine paternis ſpoliis, quæ nota frequenti publicorum ornatu locorum erant, comparabantur. nobiles aliquot captivi, clari ſuis patrumque factis, ducti: [2] Æris gravis tranſvecta vicies centies millies & quingenta triginta tria millia: id æs redactum ex captivis dicebatur. argenti, quod captum ex urbibus erat, P.M. cccxxx. omne æs argentumque in ærarium conditum. Militibus nihil datum ex præda eſt. auctaque ea invidia eſt ad plebem, quod tributum etiam in ſtipendium militum collatum eſt: quum, ſi ſpreta gloria fuiſſet captivæ pecuniæ in ærarium illatæ, & militi tum dari ex præda, & ſtipendium

pendium

1 *Tranſiere, ac tranſvecti*] Vet. lib. *Tranſvecti ſunt*. Sigonius.

2 *Æris gravis tranſvecta vicies centum millia, & quing. triginta mill.*] Vet. lib. *Æris gravis magna vis tranſvecta, vicies centies millies, & quingenta triginta millia.* Sic etiam lib. 26. *Et auri argentique relata ad imperatorem magna vis.* Idem.

Æris gravis magna vis] Quum legeretur, *æris gravis tranſvecta vicies centum millia, & auri triginta millia*, Gelenius fecit, *vicies centum millia quingenta triginta tria millia.* Poſtea Sigonius: *æris gravis magna vis tranſvecta, vicies centies millies & quingenta triginta tria millia.* Sed primum τὸ *magna vis* nullis in fidis libris. Dein ſumma eſt immanis, & tunc nullo ex triumpho ſperanda. Ut enim decem libras demus denario, qui paullo poſt percuſſus eſt, & tranſmittamus quod excurrit; *vicies centies millies* centena millia æris efficiunt quadragies centies millies ſeſtertium, decies centies millies centena millia denarium, centies millies centena millia Philippum. Ad quod quantum reſtat ditiſſimo L. Æmilii de Macedonia triumpho? Hoc igitur omiſſo ex Gelenii & Sigonii lectione fabricati ſunt, quod vulgo editur, & explicat Lipſius Admir. 2,8, noſtræ pecuniæ 25330 Philippos. Nec male, ſi recte ſe habet is numerus. Sed quem non offendat bis poſitum τὸ *millia*? Deinde, *vicies centena & quingenta*? Prorſus puerilis eſt hæc loquendi ratio: pro qua Livius dixiſſet, *vicies quinquies centena triginta tria millia.* Denique iſta *quingenta* non ſunt conſpicua in membranis noſtris. Pal. qui plerumque ſecundas facit Sigoniano: *æris gravis vis tranſvecta vicies centies milies aurique triginta milia pondo.* Nihil ſani. Duo meliores: *æris gravis tranſvecta vicies* c *mille & ad* xxxiii *mil.* Thu. *Æris gravis tranſvecta vicies centum milia & ad triginta tria milia.* Helm, *æ. g. tr. vicies centum millia & ad triginta tria mil.* Voſſianus: *æ. g. tr. vigies* c *ad* xxxiii. Unde videtur ſcribendum. *æris gravis tranſvecta vicies centena & ad triginta tria millia.* Qui ſunt denarii ducenta tria millia trecenti, Philippi viginti millia trecenti triginta. Cui ſatis quadrat numerus in argento tredecim millium trecentorum Philippum, quem recte collegit etiam Lipſius. *Ad*, id eſt, circiter, plus minus. *J. F. Gron.*

I In

Digitized by Google

pendium militare præſtari potuiſſet. Ædem Quirini, quam in ipſa dimicatione votam apud neminem veterem auctorem invenio (neque hercule tam exiguo tempore perficere potuiſſet) ab dictatore patre votam filius conſul dedicavit exornavitque hoſtium ſpoliis. quorum tanta multitudo fuit, ut non templum tantum forumque his ornaretur, ſed ſociis etiam coloniſque finitimis ad templorum locorumque publicorum ornatum dividerentur. A triumpho exercitum in agrum Veſcinum, quia regio ea infeſta ab Samnitibus erat, hibernatum duxit. Inter hæc Carvilius conſul [1] in Etruria Troilium primum oppugnare adortus; quadringentos ſeptuaginta ditiſſimos, pecunia grandi pactos, ut abire inde liceret, dimiſit: cæteram multitudinem oppidumque ipſum vi cepit. inde quinque caſtella, locis ſita munitis, expugnavit. Cæſa ibi hoſtium duo millia quadringenti: minus [2] duo millia capti. & Faliſcis pacem petentibus annuas inducias dedit: pactus centum millia gravis æris, & ſtipendium ejus anni militibus. His rebus actis ad triumphum deceſſit: ut minus clarum de Samnitibus, quam collegæ triumphus fuerat; ita cumulo Etruſci belli æquatum. Æris gravis tulit in ærarium trecenta nonaginta millia: de reliquo ære ædem Fortis Fortunæ de manubiis faciendam locavit; [3] prope ædem eidem Deæ ab rege [4] Servio Tullio dedicatam: & militibus ex præda centenos binos aſſes & alterum tantum centurionibus atque equitibus (malignitate collegæ gratius accipientibus munus) diviſit. Favor conſulis tutatus ad populum eſt L. Poſtumium legatum ejus: qui, dicta die à M. Scantio

1 *In Etruria Troilium*] *Troſſulum*, Plin. lib. 33 cap. 2. *Sigonius.*

2 *Duo millia capti*] Vet. lib. *Capta.* Idem.

3 *Prope ædem eidem Deæ*] Voſſ. duo, Rott. Flor. *ejus Deæ.* J. F. Gron.

4 *Servilio Tullo*] *Ser. Tullio*, Plutarchus in libro de Fortuna Romanorum, cum multarum ædium Fortunæ à Ser. Tullio dedicatarum meminerit, *Fortis*, tamen *Fortunæ* ab eo dicatæ non meminit. De ea tamen ſcriptum eſt apud Varronem lib. 5 de lingua Latina. *Sigonius.*

1 *Du-*

tio tribuno plebis, ſugerat in legationem (ut fama ferebat) populi judicium: jactarique magis, quam peragi
47 accuſatio ejus poterat. Exacto jam anno novi tribuni plebis magiſtratum inierant: iiſque ipſis, quia vitio creati erant, quinque poſt dies alii ſuffecti. Luſtrum conditum eo anno eſt à P. Cornelio Arvina, C. Marcio Rutilo, cenſoribus: cenſa capitum millia [1] ducenta ſexaginta duo treccenta viginti duo. Cenſores viceſimi ſexti à primis cenſoribus: [2] luſtrum undeviceſimum fuit. Eodem anno, coronati primum ob res bello bene geſtas, ludos Romanos ſpectaverunt: palmæque, tum primum tranſlato è Græcia more, victoribus datæ. Eodem anno ab ædilibus curulibus, qui eos ludos fecerunt, damnatis aliquot pecuariis, via à Martis ſilice ad Bovillas perſtrata eſt. Comitia conſularia L. Papirius habuit: creavit conſules, Q. Fabium Maximi filium Gurgitem, & D. Junium Brutum Scævam. ipſe Papirius prætor factus. Multis rebus lætus annus, vix ad ſolatium unius mali, peſtilentiæ urentis ſimul urbem atque agros, ſuffecit; portentoque jam ſimilis clades erat. & libri aditi, quinam finis, aut quod remedium ejus mali ab diis daretur. Inventum in libris, Æſculapium ab Epidauro Romam arceſſendum. neque eo anno, quia bello occupati conſules erant, quicquam de ea re actum: præterquam quod unum diem Æſculapio ſupplicatio habita eſt.

EPI-

1 *Ducenta ſexaginta duo*] Et Liviani, & epitomarum manuſcripti libri, *ſeptuaginta*, habent. *Sigonius.*

2 *Luſtrum undeviceſimum*] In Capitolinis fragmentis hoc *luſtrum triceſimum* eſſe, ſcriptum eſt. Varietatis cauſa eſt, quod Livius decem luſtra ante cenſores creatos acta præterire videtur. Numerus etiam hic cenſorum negligentiam ejus arguit in tradendis ante cenſoribus, neque enim qui ab eo ſupra editi ſunt hanc ſummam conficere poſſunt. *Idem.*

1 *Fa-*

EPITOMÆ AB XI AD XXI

LIBRUM HISTORIARUM

ab Urbe Condita

T. LIVII PATAVINI:

Quas, ut amiſſæ Hiſtoriæ argumentum extaret, hoc in loco placuit inſerere.

EPITOME LIBRI XI.

QUum Fabius Gurges conſul male adverſum Samnites pugnaſſet, & ſenatus de removendo eo ab exercitu ageret, [1] *Fabius Maximus pater deprecatus hanc ſibi ignominiam, eo maxime ſenatum movit, quod iturum ſe filio legatum pollicitus eſt; idque præſtitit. ejus conſiliis & opera filius conſul adjutus, cæſis Samnitibus triumphavit.* C. *Pontium imperatorem Samnitium ductum in triumpho, ſecuri percuſſit. Quum civitas peſtilentia laboraret; miſſis legatis, ut Æſculapii ſignum Romam ab Epidauro transferrent; anguem, qui ſe in navem eorum contulerat, in quo ipſum numen eſſe conſtabat, deportavêre: eoque in inſulam Tiberis egreſſo,* [2] *eodem loco ſedes Æſculapio conſecrata eſt. L. Poſtumius conſularis,*

1 *Fabius Maximus*] Valerius cap. 7 lib. 5 & cap. 1 lib. 4. ſed præcipue videndus Zonaras tomo 2 pag. 41 & ſeq. *J. Fr. Gron.*

2 *Eod. loco ſedes Æſculapii conſtituta eſt*] Caſtiga ex fide Vet. lib. *Ædes Æſculapio conſecrata eſt.* Nam Feſtus etiam lib. 9 inquit: *In inſula Æſculapio facta ædes fuit, quod ægroti à medicis aqua maxime ſuſtententur.* Et Valerius libr. 1. *At in ripam Tiberis egreſſis legatis, in inſulam, ubi templum dicatum eſt, tranſnavit.* Sigonius.

laris, quoniam quum exercitui præeſſet, opera militum in agro ſuo uſus erat, damnatus eſt. Cum Samnitibus pacem petentibus fœdus quarto renovatum eſt. Curius Dentatus conſul, Samnitibus cæſis, & Sabinis, qui rebellaverant, victis, & in deditionem acceptis, bis in eodem magiſtratu triumphavit. [1] *Coloniæ deductæ ſunt, Caſtrum, Sena, Adria.* [2] *Triumviri capitales tunc primum creati ſunt. Cenſu acto luſtrum conditum eſt: cenſa ſunt civium capita ducenta ſeptuaginta tria millia. Plebs, propter æs alienum,* [3] *poſt graves & longas ſeditiones, ad ultimum ſeceſſit in Janiculum.* [4] *unde à Q. Hortenſio* [5] *Dictatore deducta eſt, iſque in ipſo magiſtratu deceſſit. Res præterea contra* [6] *Volſinienſes geſtas continet: item adverſus Lucanos, contra quos* [7] *auxilium Thurinis ferre placuerat.*

1 *Coloniæ ded. ſ. Caſtrum, Sena, Ad.*] De *Sena* per hos annos in agro Gallorum deducta, Polybius libro ſecundo. *Sigonius.*

2 *Triumviri capitales*] Vide Varron. de L.L. lib. 4. Ante duumviri erant in cauſa Horatii Trigemini primum conſtituti, poſt in Manlii Capitolini. Livius 6, 20. *Henr. Valeſius.*

3 *Et graves & l.*] Vet lib. *Poſt graves & longas ſeditiones.* Nam Auguſtinus etiam libr. 3 cap. 17 de Civitate Dei ita loquitur: *Poſt graves & longas Romanas ſeditiones ad ultimum plebs in Janiculum hoſtili diremptione ſeceſſit.* Sig.

4 *Unde à Q. Hortenſio Dictatore deducta eſt*] De hoc Dictatore ſic Plin. lib. 16 cap. 10. *Q. Hortenſius Dictator, cum plebes ſeceſſiſſet in Janiculum, legem in Eſculeto tulit, ut quod ea tuliſſet, omnes Quirites teneret.* Idem ſcribit Gellius lib. 15 cap. 27. Idem eſt in lib. 1 Inſtitutionum Juſtiniani. Hac de re ſupra dixi in librum octavum. *Idem.*

5 *Dictatore deducta eſt*] Forte, *reducta eſt.* J. F. Gronovius.

6 *Volſinienſes*] *Vulſinienſes*, Lapides Capitolini. *Sigonius.*

7 *Auxilium Tyrrhenis*] Reponendum *Thurinis.* Plinius lib. 34 cap. 4. *Publice autem ab exteris poſita eſt Romæ C. Ælio tribuno plebis lege perlata in Statilium Lucanum, qui Thurinos bis infeſtaverat.* Pighius. Idem apparet ex Valerio Max. lib. 1 cap. ult. ubi de Fabricio. Meminit etiam Dionyſ. Hal. in Excerptis Legat. *Henr. Valeſius.*

LIBER XII.

QUum legati Romanorum à Gallis Senonibus interfecti eſſent, bello ob id Gallis indicto, [1] *L. Cæcilius prætor cum legionibus ab iis cæſus eſt. Quum à Tarentinis claſſis Romana direpta eſſet,*

1 *L. Cæcilius prætor*] Hunc Cæcilium prætorem Oroſius & Auguſtinus lib. 3 cap. 17 vocant. Polybius lib. 2 Λεύκιον ςρατηγὸν nominat, in ejuſque occiſi locum ſuffectum eſſe M'Curium. *Sigonius.*

1 *Duce.*

eſſet, [1] duumviro, qui praerat claſſi, occiſo, legati ad eos à ſenatu, ut de iis injuriis quererentur, miſſi, pulſati ſunt. ob id bellum iis indictum eſt. Samnites defecerunt. Adverſus eos, & Lucanos, & [2] Bruttios, & Etruſcos, aliquot prœliis à compluribus ducibus bene pugnatum eſt. Pyrrhus Epirotarum rex, ut auxilium ferret Tarentinis, in Italiam venit. Cum in præſidium Rheginorum [3] legio Campana cum præfecto Decio Jubellio miſſa eſſet, occiſis Rheginis Rhegium occupavit.

1 *Duce. qui praerat claſſi, occiſo*] Vet. lib. *Duumviro, qui praerat claſſi. Duumviri* autem navales creari primum cœpti ſunt anno ab urbe condita CDXLIII. *Sigonius.*

2 *Brutios*] *Bruttii* duobus *tt*, in Capitolinis lapidib. ſcribuntur, itemque in nummis argenteis, quos per antiquos pater habet tuus; cum his literis ΒΡΕΤΤΙΟΝ. Præterea Euſtathius in Dionyſium docet, omnino Βρεττίους διὰ δύο τ̄ eſſe ſcribendos. *Idem.*

3 *Legio Campana cum præfecto Decio Jubellio miſſa e.*] Polybius libr. 1 hunc Δέκιον Καμπανὸν vocat. *Idem.*

LIBER XIII.

[1] *VAlerius Lævinus conſul parum proſpere adverſus Pyrrhum pugnavit: elephantorum maxime inuſitata facie territis militibus. Poſt prœlium quum corpora Romanorum, qui in acie ceciderant, Pyrrhus inſpiceret, omnia verſa in hoſtem invenit: populabundúſque ad urbem Romam proceſſit. C. Fabricius, [2] miſſus ad eum à ſenatu ut de redimendis captivis ageret, fruſtra ut patriam deſereret, à rege tentatus eſt. captivi ſine pretio remiſſi ſunt. [3] Cineas legatus à Pyrrho ad ſenatum miſſus, petiit, ut componendæ pacis cauſſa rex in urbem reciperetur. de qua re quum ad frequentiorem ſenatum referri placuiſſet, Ap. Claudius, qui propter valetudinem oculorum [4] jam diu conſiliis publicis ſe abſtinuerat, venit in curiam, & ſententia ſua tenuit, ut id Pyrrho negaretur. [5] Cn. Domitius cenſor primus ex plebe luſtrum condi-*

1 *Val. Levinus*] *Lævinus*, ex Capitolinis lapidibus à *Lævo*, ut *Craſſinus* à *Craſſo*, *Albinus* ab *Albo*. Plutarchus in Pyrrho mendoſe Ἄλϐινος habet, pro Λαιϐῖνος. *Sigonius.*

2 *Miſſus ad eum, ut*] Vet. lib. *Miſſus ad eum à ſenatu, ut.* Idem.

3 *Cyneas legatus*] *Cineas:* ſic enim Plutarchus in Pyrrho: ſic Suidas Κινέας. *Idem.*

4 *Jamdiu à conſiliis publicis abſtin.*] Vet. lib. *Conſiliis publicis ſe abſtinuerat.* Idem.

5 *P. Domitius cenſor,* &c.] Vet. libr. *Cn. Domitius.* Quod placet: eſt enim *Cn. Domitius*, qui per hæc tempora cum

 P. Do-

Digitized by Google

condidit. cenſa ſunt civium capita ducenta ſeptuaginta octo millia, ducenta viginti duo. Iterum adverſus Pyrrhum dubio eventu pugnatum eſt. [1] *Cum Carthaginienſibus quarto fœdus renovatum eſt. Quum C. Fabricio conſuli* [2] *is, qui ad eum à Pyrrho transfugerat, polliceretur ſe regi venenum daturum, cum indicio ad regem remiſſus eſt. Res præterea contra Etruſcos, Lucanos, Bruttios, & Samnites, proſpere geſtas, continet.*

P. Dolabella conſul fuit: præterea *Publii* prænomen nuſquam alias in *Domitia* gente reperi. ut autem *C. Marcius Rutilus* primus è plebe cenſor fuit, auctore Livio, ſic *Cn. Domitius* primus è plebe cenſor luſtrum condidit. *Sigonius.*

1 *Cum Carthaginienſib. quarto fœdus renovat.*] Hujus fœderis meminit Polybius lib. 3. Τελευταίους ποιοῦνται συνθήκας Ῥωμαῖοι κατὰ τὴν Πύῤῥου διάβασιν πρὸ τοῦ συστήσασθαι τοὺς Καρχηδονίους τὸν περὶ Σικελίας πόλεμον. *Idem.*

2 *Is qui ad eum à Pyrrho transfug.*] Hunc alii *Timocharem*, alii *Niciam* appellarunt, auctor Gellius lib. 3 cap. 8. *Idem.*

LIBER XIV.

PYrrhus in Siciliam trajecit. *Quum inter alia prodigia fulmine dejectum eſſet in Capitolio Jovis ſignum, caput ejus per aruſpices inventum eſt.* [1] *Curius Dentatus, quum delectum haberet; ejus qui citatus non reſponderat, bona primus vendidit.* [2] *Pyrrhum iterum ex Sicilia in Italiam reverſum vicit, & Italia expulit. Fabricius cenſor P. Cornelium Rufinum conſularem ſenatu movit, quod is decem argenti pondo facti haberet. Luſtro à cenſoribus condito,* [3] *cenſa ſunt capita civium ducenta ſeptuaginta unum millia, ducenta viginti quatuor. Cum Ptolomæo Ægypti rege ſocietas juncta eſt. Sextilia virgo Veſtalis damnata inceſti, viva defoſſa eſt. Coloniæ deductæ ſunt,* [1] *Poſi-*

1 *Curius Dentatus, c. d. h. ejus, q. c. n. r. bona vendidit*] Vet. lib. *Bona primus vendidit.* Hac de re ſic Varro, ut eſt apud Marcellum. *Manius Curius conſul in Capitolio cum delectum haberet, nec citatus in tribu civis reſpondiſſet, vendidit tenebrionem.* Valerius & bona, & ipſum, qui citatus erat, veniiſſe à Curio ſcribit lib. 6 cap. 3. *Sigonius.*

2 *Pyrrhum iterum - - - reverſum vicit*] Vet. lib. *Iterum Pyrrhum.* præclare: eſt enim aliud *iterum reverſum*, & *iterum vicit*, eſt autem *iterum vicit* intelligendum. *Idem.*

3 *Cenſa ſunt capita civium* CCLXXI *millia*] Placet legi CCLXXXI *millia*, ut ſingulis luſtris numerus civium augeatur. Nam tertio ante luſtro cenſa ſunt CCLXXII *millia*, altero vero CCLXXVIII, hoc, CCLXXXI, proximo inſequenti CCXCII. *Idem.*

1 *Poſi-*

Digitized by Google

[1] *Poſidonia, & Coſſa.* [2] *Carthaginienſium claſſis auxilio Tarentinis venit; quo facto ab iis fœdus violatum eſt. Res præterea contra Lucanos, Samnites & Bruttios, feliciter geſtas &* [3] *Pyrrhi regis mortem continet.*

1 *Poſidonia & Conſa*] *Coſſa* legendum eſt, Vellejus lib. 1 *Coſſam & Paſtum* colonias deductas ait, *Fabio Dorſone, Claudio Canina conſulibus.* Et Plin. lib. 3 cap. 5 *Coſſam Vulcientium coloniam* deductam ait: Ita enim lib. vet. *Sigonius.*

2 *Carthaginenſium claſſis auxilio Mamertinis venit*] Primum intelligendum eſt placere antiquis Grammaticis, *Carthaginienſium* dici, quod à caſu dandi ejuſmodi nomina edantur additis ſyllabis *enſis*, idque præceptum verſu Ennii confirmari, *Hoſtem qui feriet mihi erit Carthaginienſis*: deinde vero vocem, *Mamertinis*, mendum continere, neque enim de *Mamertinis* adhuc dicendi locus eſt, verum initio belli Punici: & *Mamertinis* quidem etiam tum non Pœni ſed Romani venerunt auxilio. *Tarentinis* autem reponendum eſt, non ſolum quia ita habent manuſcripti libri, ſed etiam quia Anno Carthaginienſis apud Livium lib. 21 id factum eſſe ſignificat, cum ait: *ſed ut Tarento tum. & Italia non abſtinueramus ex fœdere, ſic nunc Sagunto non abſtinemus:* ſic Oroſius, ut ibi dicam. *Idem.*

3 *Pyrrhi mortem*] Vet. lib. *Pyrrhi regis mortem.* Idem.

LIBER XV.

Victis Tarentinis pax & libertas data eſt. Legio Campana, quæ Rhegium occupaverat, obſeſſa, deditione facta, ſecuri percuſſa eſt. Quum legatos Apolloniatium ad ſenatum miſſos quidam juvenes pulſaſſent, dediti ſunt Apolloniatibus. Picentibus victis pax data. coloniæ deductæ, Ariminum in Piceno, Beneventum in Samnio. Tunc primum populus Romanus [1] *argento uti cœpit. Umbri &* [2] *Sallentini victi, in deditionem accepti ſunt. Quæſtorum numerus* [3] *ampliatus eſt, ut eſſent octo.* LI-

1 *Argento uti cœpit*] Argentum ſignatum eſt anno urbis CDLXXIV. Q. Ogulnio C. Fabio conſulibus, quinque annis ante primum bellum Punicum. Plin. XXXIII. 3. *Sigonius.*

2 *Salentini*] *Sallentini* duobus *ll* ſcribi debent, ex fide Capitolinorum triumphorum, & Græcis ſcriptoribus. ſic enim Stephanus, Σαλλεντία, πόλις Μεσσαπίων. τὸ ἐθνικὸν, Σαλλεντινός. *Idem.*

3 *Ampliatus eſt*] In Veteribus libris eſt, *Quæſtorum numerus ampliatus eſt, ut eſſent.* Deſideratur autem numerus: ſic enim in epitoma lib. 2. *Numerus tribuum ampliatus eſt, ut eſſent* XXI. & libri decimi, *Collegium augurum ampliatum eſt, ut eſſent novem.* Et lib. 20. *Prætorum numerus ampliatus eſt, ut eſſent quatuor.* Puto legendum hic eſſe, *ut eſſent octo.* Quæſtores enim primum duos creatos eſſe anno primo poſt reges exactos ſcribit Plutarchus in Poplicola. Duos deinde his additos eſſe, ut eſſent quatuor, duos qui urbanas, duos qui militares res curarent, anno ab urbe condita CCCXXXII tradit Livius lib. 4 & lib. 6 & Tacitus lib. 11. cum autem Tacitus ſubſequatur his verbis: *Mox duplicatus quæſtorum numerus ſtipendiaria jam Italia, & accedentibus provinciarum vectigalibus*, eos profecto octonos factos eſſe hoc tempore ſignificare videtur. *Idem.*

Digitized by Google

LIBER XVI.

ORigo Carthaginienſium, & [1] primordia urbis referuntur; contra quos & Hieronem regem Syracuſanorum auxilium Mamertinis ferendum cenſuit ſenatus. Quum de ea re inter ſuadentes, ut id fieret, diſſuadenteſque contentio fuiſſet, tranſgreſſiſque tum primum mare equitibus Romanis, adverſus Hieronem ſæpius bene pugnatum. Petenti pax data eſt. Luſtrum à cenſoribus conditum. cenſa ſunt civium [2] capita ducenta nonaginta duo millia, ducenta viginti quatuor. Decimus Junius Brutus munus gladiatorium in honorem defuncti patris [3] edidit primus. Colonia [4] Æſernia deducta eſt. Res præterea [5] contra Pœnos & Vulſinios proſpere geſtas continet.

1 *Prim. urbis referuntur*] Vet. lib. *Urbis eorum referuntur.* Sigonius.

2 *Capita* CCLXXII *millia*] Melius Eutropius, qui CCXCII *millia* edit. Etenim tertio ante luſtro cenſa ſunt CCLXXVIII millia, neque interea clades ulla accepta eſt, ut tantopere civium numerus imminutus ſit. *Idem.*

3 *Edidit primus*] Vet. lib. *Primus edidit.* Idem.

4 *Eſernia*] Vet. lib. & Græci, *Æſernia.* Idem.

5 *Contra Pœnos & Volſcos*] Dii boni quid hoc tempore rei Romanis cum Volſcis erat toties victis? certe nihil. Ergo non *Volſcos* ſed *Vulſinios* ſcribe, ut eſt in vet. lib. Cum quibus hoc tempore bellatum eſſe docent hiſtorici, & maxime Capitolinus M. Fulvii Flacci conſulis triumphus de *Vulſinienſibus*, primo anno primi belli Punici actus. *Id.*

LIBER XVII.

[1] *CN. Cornelius Conſul à claſſe Punica circumventus, & per fraudem, velut in colloquium evocatus, captus eſt. [2] C. Duillius Conſul adverſus claſſem Pœnorum proſpere pugnavit, primuſque omnium Romanorum ducum, navalis victoriæ duxit triumphum. [3] ob quam cauſſam ei perpetuus honos habitus eſt, ut revertenti à cœna, tibicine canente, funale præferretur. L. Cornelius Con-*

1 *Cn. Cornelius*] Quomodo hic captus ſit à Carthaginienſibus, docet Polyænus lib. 6, ubi de Carthaginienſibus loquitur, in fine. Miſſos enim ad eum ait à Carthaginienſibus ſimulatos quoſdam transfugas, qui ei ſe Liparam Siciliæ objectam tradituros poſlicerentur. Cornelius itaque verſus Liparam navigavit. Carthaginienſes ſe de pace colloquium habere cum conſule fingere, ſuumque ducem peſſime à morbo habere. Rogaverunt, ut conſul in illorum naves tranſiret, quo facilius colloqui poſſet. Ubi primum tranſiit conſul, illi eum detinuerunt & in Romanos duce orbatos irruentes facile victoriam conſecuti ſunt. *Marcum Cornelium* vocat Appianus in Libyco. *Henr. Valeſius.*

2 *Cn. Duilius* Coſ.] *C. Duillius.* Vet. lib. lapid. Capit. & reliqui. *Sigonius.*

3 *Ob qu. cauſam ei perpetuus honos habitus eſt, ut revertenti à cœna tibicines canerent, & fun. præf.*] Vet. lib. *Perpetuus*

quoque

Conſul in Sardinia & Corſica contra Sardos, & Corſos, & Hannonem Pœnorum ducem feliciter pugnavit. Atilius Calatinus Conſul, quum in locum iniquum à Pœnis circumſeſſum temere duxiſſet exercitum, [1] M. Calpurnii tribuni militum virtute & opera evaſit: qui cum trecentis militibus eruptione facta, hoſtes in ſe converterat. Annibal dux Pœnorum victa claſſe, cui præfuerat, à militibus ſuis in crucem ſublatus eſt.

quoque honos habitus eſt, ut reverenti à cœna tibicine canente funale præferretur. Sic Valerius lib. 3 cap. 6. *Ad funalem cereum præeunte tibicine, & fidicine à cœna domum reverti ſolitus eſt.* Sigonius.

1 *M. Calpurnii trib. mil. virtute*] Hanc lib. 21 *Calpurnium Flammam* nominat Livius: eundem *Q. Cædicium* Cato, alii, *Laberium* appellarunt, auctor Gellius lib. 3 cap. 7. *Idem.*

LIBER XVIII.

[1] ATilius Regulus Conſul victis navali prœlio Pœnis, in Africam trajecit. & ibi [2] ſerpentem portentoſæ magnitudinis cum magna militum clade occidit, & [3] quum aliquot prœliis bene adverſum Carthaginienſes pugnaſſet, ſucceſſorque ei à ſenatu proſpere bellum gerenti, non mitteretur, idipſum per literas ad ſenatum miſſas queſtus eſt: in quibus inter cauſſas petendi ſucceſſoris, [4] quod agellus ejus à mercenariis eſſet deſertus. Quærente deinde fortuna, ut magnum utriuſque caſus exemplum in Regulo proderetur, arceſſito à Carthaginienſibus Xanthippo Lacedæmoniorum duce, victus prœlio, & captus eſt. Res deinde à ducibus Romanis omnibus terra marique proſpere geſtas, deformavere naufragia claſſium. [5] Tib. Coruncanius primus ex plebe pontifex maximus creatus. [6] P. Sempronius Sophus, Manius Valerius Maximus cenſores,

1 *Attilius Regulus in Africa ſerpentem portentoſa*] Vet. lib. *Atilius Regulus conſul in Africa.* Sigonius.

2 *Serpentem portentoſæ magnitudinis*] Hanc hiſtoriam à T. Livio curioſe pariter ac facunde relatam ſcribit Valerius libro 1. Quam eandem recitat etiam ex Ælio Tuberone Gellius lib. 6 c. 3. *Idem.*

3 *Cum aliquot prœliis adverſum Carth. p.*] Vet. lib. *Cum aliquot prœliis bene adverſus Carthaginenſes pugnaſſet.* Idem.

4 *Quod agellus ejus à mercenariis devaſtaretur*] Vet. lib. *A mercenariis deſertus eſſet.* Sic. Valer. lib. 4 cap. 4. *Conſulibus ſcripſit villicum in agello, quem ſeptem jugerum in Pupinia habebat, mortuum eſſe, occaſionemque nactum mercenarium amoto inde ruſtico inſtrumento, diſceſſiſſe: idoque petere, ut ſibi ſucceſſor mitteretur, ne deſerto agro non eſſet, unde uxor & liberi ſui alerentur.* Idem.

5 *T. Coruncanus*] *Ti. Coruncanius.* Vet. lib. Triumphi Capitolini, Polybius. Pomponius De origine juris. *Id.*

6 *M. Sempron. Sophus, Valer. Max. c.*] *P. Sempronius Sophus, M. Valerius Maximus cenſores,* ex Capit. lapidibus. *Idem.*

Digitized by Google

ſores, quum ſenatum legerent, tredecim ſenatu moverunt. luſtrum condiderunt, quo cenſa ſunt civium [1] *capita ducenta nonaginta ſeptem millia, ſeptingenta nonaginta ſeptem. Regulus miſſus à Carthaginienſibus ad ſenatum, ut de pace,* [2] *& ſi eam non poſſet impetrare, de captivis commutandis ageret;* [3] *jurejurando aſtrictus eſt, rediturum ſe Carthaginem, ſi commutari captivos non placuiſſet. Utrumque negandi auctor ſenatui fuit; & quum fide cuſtodita reverſus eſſet, ſupplicio à Carthaginienſibus de eo ſumpto, periit.*

1 *Capita* CCCXVI *millia* CCXVII] Vet. lib. CCXCVII *millia* DCCXCVII. recte. nam priore luſtro ex Eutropii ſententia cenſa ſunt CCXCII *millia*. Sig.

2 *Et ſi ea minime impetraret*] Vet. lib. *Et ſi eam non poſſet impetrare.* Idem.

3 *Jur. adſtr eſt reditur.*] Vel. lib. *Jurejurando adſtrictus rediturum.* Idem.

LIBER XIX.

CÆcilius Metellus, rebus adverſus Pœnos proſpere geſtis, ſpecioſiſſimum egit triumphum; tredecim ducibus hoſtium, & centum viginti elephantis in eo ductis. Claudius Pulcer Conſul contra auſpicia profectus, juſſis immergi pullis, qui cibari nolebant; infeliciter adverſus Carthaginienſes claſſe pugnavit: & revocatus à ſenatu, juſſuſque dictatorem dicere, [1] *Claudium Gliciam dixit, ſortis ultimæ hominem: qui coactus abdicare ſe magiſtratu, poſtea ludos prætextatus ſpectavit. Atilius Calatinus primus dictator extra Italiam exercitum duxit. Cum Pœnis captivorum commutatio facta eſt.* [2] *Coloniæ deductæ ſunt, Fregena; in agro Sallentino Brunduſium. Luſtrum à cenſoribus conditum eſt. cenſa ſunt civium* [3] *capita ducenta quinquaginta unum millia, ducenta viginti duo*

1 *C. Glauciam dixit*] Et hic & apud Suetonium in Tiberio legendum eſt, *Claudium Gliciam*, ex Capitolina hujus Dictatura, apud Suetonium enim eſt *Iliciam*. Sigonius.

Claudium Gliciam] Acta Apoſt. 23. 26. Κλαύδιος Λυσίας. ubi Pricæus: in epitome lib. 19 Livii fit mentio Claudii Glyciæ Dictatoris: uter ex altero, an neuter emendandus locus, eruditi diſpiciant. Jejune ſatis. Neuter profecto ex altero emendandus. *J. F. Gron.*

2 *Col. deductæ ſunt Fregellæ*] Vet. lib. *Fregena*, optime. Fregellæ enim coloniæ deductæ ſunt anno CCCXXVII in agro Volſcorum, auctore Livio lib. 8. Idem etiam *Fregenarum* meminit maritimæ coloniæ libr. 31. *Alſii* porro, & *Fregenarum* meminit Cato in fragmentis Originum. & Plin. lib. 3 cap. 5. Eadem menda eſt apud Velleium lib. 1 ubi ait: *Poſtque* XII *annos Æſculum, & Alſium, Fregellaque poſt biennium, proximoque anno Torquato, Semproniòque conſulibus Brunduſium*, legendum eſt enim *Fregena.* Sigonius.

3 *Capita* CCLI *millia*] Priore luſtro cenſa ſunt CCXCVII *millia*, hoc autem CCLI, minore multo ſumma. Hic autem numerus, ſi probe habet, idcirco immi-

Digitized by Google

ti duo. Claudia, ſoror P. Claudii, qui contemtis auſpiciis male pugnaverat, [1] *à ludis revertens, quum turba premeretur, dixit,* Utinam frater meus viveret iterumque claſſem duceret! [2] *ob eam cauſſam mulcta ei dicta eſt. Duo prætores tum primum creati ſunt. Cæcilius Metellus Pontifex maximus, A. Poſtumium conſulem, quoniam idem & flamen Martialis erat, quum is ad bellum gerendum proficiſci vellet, in urbe tenuit, nec paſſus eſt à ſacris recedere.* [3] *Rebus adverſus Pœnos à pluribus ducibus proſpere geſtis, ſummam victoriæ C. Lutatius Conſul, victa ad Ægates inſulas claſſe Pœnorum, impoſuit. Petentibus Carthaginienſibus pax data eſt. Quum templum Veſtæ arderet, Cæcilius Metellus Pontifex maximus, ex incendio ſacra rapuit.* [4] *Duæ tribus adjectæ ſunt Velina, & Quirina. Faliſci quum rebellaſſent, ſexto die perdomiti, in deditionem venerunt.*

imminutus eſt, quia maxima pars cum P. Claudius conſul rem navali prælio male geſſiſſet, interiit. *Sigon.*

1 *A lud. divertens*] Vet. lib. *Revertens.* Gellius lib. 10 cap. 6 de hac eadem Claudia, à ludis exeunte. *Idem.*

2 *Ob eam cauſam multata eſt*] Vet. lib. *Multa ei dicta eſt*: Sic loco citato Gellius, *ob hæc mulieris verba tam improba, ac tam incivilia C. Fundanius, & Ti. Sempronius ædiles pl. multam dixerunt ei æris gravis* XXV *millia.* Id factum Fabio Licinio, Otacilio Craſſo conſulibus. De eadem Suetonius in Tiberio. *Idem.*

3 *Rebus a. P. pluribus ducibus geſtis*] Vet. lib. *A pluribus ducibus proſpere geſtis.* Idem.

4 *Duæ tribus ad. ſ. Velina, & Exquilina*] Turpis menda eſt in voce *Exquilina*, hæc enim trib. una fuit ex urbanis quatuor à Ser. Tullio Rege factis, ut ſupra diximus. Itaque non *Exquilina*, ſed *Quirina* reſtituendum eſt, manuſcriptis præſertim libris ita admonentibus. *Idem.*

LIBER XX.

[1] *SPoletum colonia deducta. Adverſus Ligures tunc primum exercitus promotus eſt. Sardi & Corſi, quum rebellaſſent, ſubacti ſunt.* [2] *Tuccia virgo Veſtalis inceſti damnata eſt.* [3] *Bellum Illyriis, propter unum ex legatis, qui ad eos miſſi erant, occiſum, indictum eſt: ſubactique in deditionem venerunt. Prætorum numerus*

1 *Ppoletium*] Vet. lib. *Spoletum.* Priſcianus etiam ita dicendum eſſe contendit. *Sigonius.*

2 *Tutia virgo*] Vet. libri, *Tuccia.* Sic alibi *Tuccia* gentis mentio. *Idem.*

3 *Bellum Illyriis propter unum ex legatis occiſum, indictum*] Legatos duos miſſos ſcribit Polybius lib. 2 *C. & L. Coruncanios*: ex iis alterum Teutæ reginæ juſſu fuiſſe interfectum, qui liberius in eam invectus fuerat. *ὥςε ἀποςεῖλαί τινας, τὸν παῤῥησιασάμενον τῶν πρεσβέων ἀποκτεῖναι. Idem.*

merus ampliatus eſt, ut eſſent quatuor. Galli Tranſalpini, qui [1] *in Italiam irruperant, cæſi ſunt.* [2] *Eo bello populus Romanus ſui Latinique nominis, trecenta millia armatorum habuiſſe dicitur. Exercitibus Romanis tum primum trans Padum ductis, Galli Inſubres aliquot prœliis fuſi, in deditionem venerunt. M. Claudius Marcellus conſul, occiſo Inſubrium Gallorum* [3] *duce Viridomaro, opima ſpolia retulit. Iſtri ſubacti ſunt.* [4] *item Illyrii, cum rebellaſſent, domiti in deditionem venerunt. Luſtrum à cenſoribus conditum eſt; quo cenſa ſunt civium capita ducenta ſeptuaginta millia ducenta tredecim. Libertini in quatuor tribus redacti ſunt,* [5] *quum antea diſperſi per omnes fuiſſent; Æſquilinam, Palatinam, Suburranam, Collinam. C. Flaminius Cenſor viam Flaminiam munivit, &* [6] *circum Flaminium extruxit. Coloniæ deductæ in agro de Gallis capto,* [7] *Placentia & Cremona.*

IN-

1 *In Ital. eruperant*] Vet. lib. *irruperant.* Sigonius.

2 *Eo bello populus Rom. ſociorum, Latinique nominis trecenta millia,* &c.] Vet. lib. *ad trecenta millia.* Eadem ſumma colligitur etiam ex Polybii lib. 2, qui quot quique ſocii pedites, quot equites dederint, exponit. In ſumma tamen concipienda ineſt apud eum labes: inquit enim omnem exercitum tam Romanorum quam ſociorum fuiſſe, pedites ὑπὲρ πεντεκαίδεκα μυριάδας, cum ſit legendum πεντήκοντα: equites autem fuiſſe ἑξακισχιλίους, cum ſit legendum ἑξακισμυρίους aperte ex verbis ejuſdem. *Idem.*

3 *Duce Viridomaro*] Lege *Virdumaro.* Sic enim Propertius lib. 4. *Virdumari genus hic Rheno jactabat ab ipſo.* Et in lapidib. Capit. M. CLAUDIUS M. F. M. N. MARCELLUS COS. DE GALLEIS INSUBRIBUS ET GERMAN. ISQUE SPOLIA OPIMA RETULIT DUCE HOSTIUM VIRDUMARO AD CLASTIDIUM INTERFECTO. *Idem.*

4 *Iterum Illyrii cum rebellaſſent domiti*] De Illyriis priore bello triumphavit Cn. Fulvius Centumalus Cos. ut eſt in Capit. triumphis. De iiſdem hoc tempore L. Æmilius Paulus Polybio auctore lib. 3. Ejus belli initium intulit Teuta regina, hujus Demetrius Pharius Rex. *Idem.*

5 *Cum ante diſperſi fuiſſent*] Vet. lib. *Cum ante per omnes diſperſi fuiſſent.* Idem.

6 *Circum Flaminium extruxit*] Locus, ut omnes ſentiunt, mancus, ita reſtitui debet: *C. Flaminius cenſor viam Flaminiam munivit, & circum Flaminium extruxit.* De via, & circo à C. Flaminio hoc anno cenſore factis, auctor eſt Caſſiodorus & Feſtus. De luſtro condito C. Flaminio, & L. Æmilio cenſoribus Livius lib. 22 & 23. ut de hac lectione omnino dubitandum non eſſe videatur. Caſſiodorus ita: *L. Veturio. C. Lutatio conſulibus, via Flaminia munita, & circus Flaminius factus eſt.* Feſtus autem ita: *Flaminius circus, & Flaminia via dicta eſt à Flaminio cenſore, qui interfectus eſt ad lacum Traſimenum. Circus Flaminius,* quondam *prata Flaminia* dictus. Livius l. 3. *Id.*

7 *Placentia & Cremona*] Videntur duo vocabula ſequentis epitomes ad hanc revocanda: ut fuerit: *Coloniæ deductæ in agro de Gallis capto Placentia & Cremona in Italia.* Sic loquitur, quod alii eſſent Galli extra Italiam. At bellum Punicum ſecundum & in Italia & in Hiſpania, & in Gallia, & in Sicilia, ſimul ortum eſt. Voſſianæ autem & Gud. membranæ harum epitomarum, *in Italia.* non *in Italiam,* ut priſcæ editiones. *J. F. Gronovius.*

FINIS.

INDEX

RERUM ET VERBORUM,

Quæ in Tito Livio, aut ubi is deſideratur, in Flori Epitomis continentur, locupletiſſimus.

In hoc Indice prior quiſque numerus librum, poſterior caput denotat. Ad propria nomina quod attinet, memineris tibi, non è prænomine ſed ex nomine gentilitio unumquemque Latinum & Romanum, quærendum eſſe. Exempli gratia: A. Virginium, *non in* A, *ſed in* V. *In gentilitiorum vero ſerie, non temporis, ſed prænominum habita eſt ratio: verbi cauſa, in* Valeriis, *non* Voleſo, *nec* Publio *primus datus eſt locus, à quibus cæteri ſunt orti: ſed ſecundum prænominum ſeriem præmiſſus eſt* Lucius Valerius, *& deinceps* M. Valerius, P. Valerius, Voleſus Valerius, *itidemque in aliis. A ſynonymis quoque ad ſynonyma & affinia tibi quandoque tranſeundum memineris, ut, (verbi cauſa) ſi quid in* Imagine *non invenias, id in* Statua *quæras: itidemque in aliis.*

A.

ABſentium criminatores cohibet verecundia. 5,25
Accenſos tertium vexillum ducebat. 8,8
Accius Tullus imperator Volſcorum. 2, 35. vide & in Tullo.
Acerina Bruttiorum colonia. 8,24
Acerrani, Romani facti, lege ab L. Papirio lata. 8, 17
Acheron amnis ex Moloſſide fluens. 8, 24. qui & Acheros. *ibid.*
Acheruſia aqua. *ibid.*
Achivi Trojam capiunt. 1,1
Aciei Romanæ ac Latinæ deſcriptio. 8, 8
M. Acutius trib. pl. 5,10
Ad arma conclamatio in re crepera. 3, 15
Addicti apud patricios in vinculis. 6, 36
Admiſſio avium auguralium. 4,18
Adoleſcentiæ ferocia ſibi ipſi exitioſa. 3, 11
Adoleſcentiæ ignoſcitur non ſenibus. 2, 18
Adorantium mos. 9,18
Adria colonia deducta. *Ep.* 11.
Adriaticum mare. 1,1. ab Adria Tuſcorum colonia dictum. 5,33
Adverſa admonent religionum. 5,51
Adulatio vix cadit in ingenuos. 9,18
Adulterii pœna pecuniaria. 10,31
L. Æbutius. Coſ. 3,6. vide *Ebutius.*
Ædes Apollini pro valetudine populi vota. 4, 25. dedicata. 4, 29. vide *Apollinis.*
In Ædem Cereris deferebantur Senatuſconſulta ad Ædiles pl. 3,55
Ædes Cloacinæ. 3,48
Ædes Concordiæ & area Vulcani dedicata à C. Flavio Cn. F. 9, 46
Ædes Fortis Fortunæ de manubiis facienda locatur. 10,46
Ædes Herculis Rotunda. 10,23
Ædes Jovis Feretrii ab Anco amplificata. 1, 33. ab Auguſto Cæſare refecta. 4, 20
Ædes Junonis in arce Vejentana. 5,21

Digitized by Google

Ædes Junonis Soſpitæ communis Lanuvinis municipibus cum pop. Rom. 8, 14
Ædes Liberi. 3, 55. Liberæ. *ibid.*
Ædes Martis. 7, 23. dedicatur à T. Quintio. 6, 5
Ædes Mercurii dedicata. 2.21, 27
Ædes Monetæ. 4. 7, 20. 6, 20
Ædes Quirini. 4, 21. 8, 20. 10, 46
Ædes Salutis à C. Junio Bubulco cenſore locata. 9, 43. ab eodem dictatore dedicata. 10, 1
Ædes Saturni dedicata Coſſ. A. Sempronio, & M. Minucio. 2, 21
Ædes Veneris, quæ prope Circum eſt, ex mulctaticio ære facta. 10, 31
Ædes Caſſii publice dirutæ. 2, 41 item Mælii. 4, 15. etiam Vitruvii. 8, 20
Ædes in edito loco ſuſpectæ pro arce. 2, 7
Ædiles duo ex patribus facti. 6, 42
Ædiles curules ludis maximis faciendis, primi Romæ. 7. 1, 2
Ædiles leges XII tabb. in æs inciderunt. 3, 57. SC. in ædem Cereris detulerunt. 55
Ædilibus negotium datum, ut animadverterent, ne qui, niſi Romani Dii, colerentur. 4, 30
Ædilibus qui nocuiſſet, ejus caput Jovi ſacrum. 3, 55
ab Ædilibus fori ornandi initium natum. 9, 40
Ædui, populi Galliæ. 5, 34
L. Ælius Pætus ædil. pl. 10, 23
Ædilitas curulis. 7, 1
P. Ælius primus ex plebe quæſtor creatur. 4, 54
P. Ælius Pætus Coſ. 8, 15. magiſter equitum. 9, 7
P. Ælius augur creatur de plebe. 10, 9
Æmilia lex. 9, 33. ſpatium cenſuræ definit. *ibid.*
C. Æmilius trib. mil. conſ. pot. 5, 26. ejus res geſtæ. 28. trib. mil. conſ. pot. iterum. 32
L. Æmilius Coſ. 2, 42. Volſcos vincit. *ibid.* conſul fit. 54. trib. mil. conſ. pot. iterum. 6, 5. tertio. 21. quarto. 22. interrex creatur. 7, 17. magiſter equitum. 21. legatus. *ibid.*
L. Æmilius Mamercinus Coſ. 11. 7, 3. magiſter equitum. 7, 39. 8, 1. dictator. 16
Mamercus Æmilius dictator dictus. 4, 16. triumphans urbem ingreditur, 20. coronam auream libram pondo in Capitolio Jovi donum poſuit. 16. iterum dictator. 23. cenſuram minuit. 24. à cenſoribus tribu movetur. *ibid.* dictator creatur, paulo ante tribu motus. 31. ejus oratio. 32. ad milites adhortatio. 33. ejuſdem triumphus. 34
M. Æmilius Coſ. 4, 53. 5, 32
M. Æmilius Mamercus trib. mil. conſ. pot. 4, 1. iterum. 5, 1. tertium. 10
M. Æmilius Paulus mag. eq. 10, 3
M. Æmilius Barbula Coſ. 9, 20. Coſ. iterum. 30
Q. Æmilius Cæretanus Coſ. 8, 37. magiſter eq. 9, 22. obit in pugna contra Samnites. *ibid.*
T. Æmilius Coſ. 2, 61. ejus res geſtæ in Sabinis. 62. conſul iterum. 3, 1. Quinquevir menſarius. 7, 25. prætor. 8, 2
T. Æmilius Mamercinus Coſ. 8, 12
Ænaria inſula. 8, 22
Ænea in Capitolio limina. 10, 23
Ænei orbes ex bonis commiſſis. 8, 20
Æneas Anchiſæ & Veneris filius. 1, 1. in Macedoniam advenit. *ib.* in Siciliam delabitur. *ibid.* apud Latinum eſt in hoſpitio. *ibid.* Æneæ Latini filia in matrimonium datur. *ibid.* Æneas oppidum condit, quod ab uxoris nomine Lavinium appellat. 2. ut animos Aboriginum ſibi conciliaret, ne ſub eodem jure ſolum, ſed etiam nomine omnes eſſent, Latinos utramque gentem appellat. *ibid.* copias in aciem educit. *ibid.* moritur. *ibid.*
Æneas Silvius Rex III Albæ. 1, 3. vide *Silvius Æneas.*
Æqui & Volſci inducias annorum octo impetrant. 4, 30. à Romanis fuſi. 12. bellum parant. 53
Æqui funduntur. *ibid.* à Camillo vincuntur, eorumque urbs capitur. 6, 2
Æquis bellum indicitur. 9, 45. eorum bellum redintegratum. 10, 1. adverſus rebellantes pugnatum. 9
Æquicolæ gens antiqua 1, 32

ab Æquicolis jus, quo res repetuntur, Ancus Martius deſcripſit. *ibid.*
Æquimælium. 4, 16
Æs grave. 4, 60
Ære alieno plebs oppreſſa omnia patribus concedit. 6, 34
de Ære alieno lex promulgata à tribunis. 6, 35
Ærea arma. 1, 43
Ærarium facere. 4, 24. 9, 34
Æſculapius ab Epidauro Romam arcerſitur. 10, 47. *Ep.* 11.
Æſculapio ſupplicatio habita. 10, 47
Æſtivis noctibus tempus ſopitæ quietis, paulo ante lucem. 9, 37
Ætas ſera animum minuit. 5, 23
A. Æternius Coſ. 3, 31. in tribunum pleb. eligitur. 65
Ager populo diviſus. 3, 1
Agminis ducendi ſolertia & locorum capiendorum in Romanis ducibus. 9, 17
Agri jugera plus quam quingenta, ne quis poſſideat, lege vetitum. 6, 35
Agraria lex quando primum lata. 2, 41. tribunis plebis ſemper materia ſeditionum fuit. 6, 11
Agrariæ legis diſcordia continuatur. 3, 1
de Agrariis legibus domi diſcordia. 4, 47
Agraria lex promulgatur. 5, 12
Ahala, cognomen C. Servilii. 4, 13. vide *C. Servilius.*
Aharna, oppidum. 10, 25
Ala equitum quingentorum. 10, 29
Alares cohortes. 10, 40
Alatrinates populi. 9, 42
Alatrinatibus ſuæ leges redditæ. 43
Alba Silvius VI Rex Albæ. 1, 3
Alba Longa. 1. 3. 7, 39. ab Aſcanio Æneæ filio conditur. 1, 3
Albani populi. 1, 6
inter Albanos & Romanos fœdus quibus conditionibus ictum. 24
Albani de bello cogitant. 27
Albani exercitus proditio. *ibid.*
Albani cives Romam traducuntur. 29
Albani Cœlium montem inhabitant. 33. patrio ritu ſacra facere jubentur. 31
Albana arx. 7, 24. vallis. 3. 7
Albani lacus prodigium. 5, 15
Albanus mons. 1, 3
L. Albinius primus trib. pl. creatur. 2, 33. virgines Veſtales ſacraque in plauſtrum imponit, Cæreque Sacerdotes devehit. 5, 40
M. Albinius trib. mil. ex plebe. 6, 30
Albis equis vehendi magnificentia. 5, 23
Album in veſtimentum petitionis cauſa ſumi vetitum. 4, 25
Alexander Epirenſis rex. 8, 17. interficitur à Lucanis. 24. Conſentiæ ſepelitur. *ibid.* ejus oſſa Metapontum ad hoſtes remiſſa. *ibid.*
Alexander Magnus. 9. 17, 18. quo tempore vixerit. 8, 3. ejus ætas vix ſuffectura ad Punicum unum bellum. 9, 19. dedecora. 18. triginta millibus peditum, quatuor equitum pugnavit. 9, 19. nondum alteram ſortem expertus. 17. ei nullius pugnæ non ſecunda fortuna fuit. 18. eo merſo ſecundis rebus nemo intolerantior fuit. *ibid.* victor degeneravit in Perſarum mores. *ibid.* ejus cum Romanis ducibus comparatio. *ibid.* ejus nominis majeſtatem an Romani ſuſtinere potuerint. *ibid.* ei ſi cum Romanis foret bellatum, quinam eventus futurus. 17. cum quibus ducibus in Europa fuiſſet bellandum. *ibid.* L. Papirius Curſor ei par. 16. ejus avunculus Epiri rex Alexander. 18
Alexandria in Ægypto quando condita. 8, 24
Algidus mons. 3. 2, 3
Allia fluv. Cruſtuminis montibus prealto defluit alveo. 5. 37
Allienſis clades. 6, 1
L. Allienus ædil. pl. 3, 31
Alliſæ de Samnitibus vi captæ. 9. 38, 42
Alliſates ſubacti. 42
Alliſæ oppidum. 8, 25
Alpes Juliæ. 5, 34
Ambarri populi. 5, 34
Ambigatus rex Celtarum. 5, 34
M. Ambuſti filii legati ad Gallos miſſi. 5, 35. vide *Fabius.*
Ameriola oppidum captum. 1, 38
Amicitiæ immortales, inimicitiæ mortales eſſe debent. 10, 46

Digitized by Google

Amiternum captum de Samnitibus. 10, 39.
Amoris impotentia. 3,49
Amulius XV rex Albæ. 1, 3. fratrem Numitorem pellit, ſtirpemque fratris interficit. *ibid.* ſpem partus Rheæ Silviæ adimit, cum eam Veſtalem legiſſet. 4. Amulio regi Remus captus traditur. 5. obtruncatur. *ibid.*
Anagnini. 9, 41. Anagninis civitas data, concilia connubiaque adempta. 43
Ancilia, quæ & cœleſtia arma. 1, 20. cœlo demiſſa. 5, 52
Angues prælati in bello. 7, 17
Anguibus prælatis ſacerdotes Tarquinienſium Romanum militem turbant. 7, 17
Anienſis tribus addita cæteris. 10, 9
Animus humanus inſatiabilis. 4, 13
Animi ex otio & copia laſciviunt. 2, 52
Animi ferocia ſimul cum corpore labante labaſcit. 1, 31
Animi religione, ut corpora morbis, infeſtati. 4, 30
Animi magni fiunt magnis honoribus. 4, 35
Anio fluv. 2, 26, 64. ad Anienem fluvium cum Gallis pugnatum. 6, 42
Annales citati. 2, 54. 3, 8. 4, 7. 7. 9, 18, 42. 8. 23, 30, 37. 9. 15, 42, 44. 10. 2, 17
Annales quidam quaſi funeſti. 4, 20
Annibal dux Pœnorum à militibus ſuis in crucem ſublatus. *Ep.* 17.
L. Annius Setinus prætor Latinorum. 8, 3. per gradus Capitolii lapſus. 6
Annonæ habita cura. 2, 9. 10, 11
Annona laboratum eſt. 3, 31. laxior cum pace redit. 2, 52
Annonæ præfectus L. Minucius creatur. 6, 12.
Annus à Numa in XII menſes deſcribitur. 1, 19
Annus multiplici clade ac periculo inſignis. 4, 12
Anni principium olim Kalendis Sextilibus. 3, 6
Anno uno Roma ex ruinis refecta. 6, 4
Anno quadringenteſimo, quam urbs Romana condita erat, patricii Coſſ. duo creati. 7, 18
Annorum indices, clavi apud Volſinios. 7, 3
Anquirere capitis. 2, 52
Anſeres Junoni ſacri. 5, 47
Antemnates pop. ad Romam videndam profecti. 1, 9. bellum parant ob raptum filiarum. 10. Romanorum fines vaſtant. 11
Antenor Trojanus. 1, 1. cum multitudine Henetum ex Paphlagonia pulſus in Adriaticum venit. *ibid.*
Antepilani in militia. 8, 8
L. Antiſtius tribunus mil. ex plebe. 6, 30
Antium, urbs opulentiſſima. 2, 63. deditur Romanis. 65
Antium nova colonia miſſa. 8, 14
Antiates urbem agroſque Romanis dedunt. 6, 33. in agrum Hoſtienſem excurſionem faciunt. 8, 12
Antiatium navibus Roſtra in foro facta. 8, 14
Antiatibus dati ad jura ſtatuenda ipſius coloniæ patroni. 9, 20
M. Antonius magiſter eq. 8, 17
Q. Antonius Merenda trib. pl. 4, 42
T. Antonius Merenda decemvir creatur. 3, 35
Anxur opp. Volſcorum, quæ nunc Tarracina. 4, 59. captum. *ibid.* ab hoſtibus recuperatur. 10. nequicquam oppugnatur. 12
Anxur trecenti in coloniam miſſi. 8, 21
Apenninus. 5, 33
Apex dialis. 6, 41
Apollo per dies VIII ſtratis lectis placatur. 5, 13
Apollini cratera aurea Delphos miſſa. 5, 25
Apollinis ædes dedicata. 7, 20
Apollini ædes pro valetudine populi vota. 4, 25. ædes à Cn. Julio dedicata. 4, 29
Apollinaris Circus. 3, 63
Apolloniatibus juvenes dediti, qui legatos pulſarant. *Ep.* 15.
Apparitores regii. 1, 40. ab Hetruſcis ſumpti. 1, 8
Apparitores Conſulum XXIV, & ii ipſi plebeii homines. 2, 55. ad pignora capienda dimiſſi. 3, 38
Appia via. 9, 49. vide *App. Claudius.*

Digitized by Google

Appiolæ, oppidum captum. 1,35
Appuli fœdere in amicitiam recipiuntur. 8,25. ad Pœnos deficiunt. 13,11
Appulejus Panſa Coſ. 10,5
L. Appuleius trib. pl. M. Furio diem dicit. 5,32
Q. Appulejus Coſ. 10,6
C. Apronius trib. pl. 3,54
Apulia. 6,42
Aquam in urbem App. Claudius cenſor duxit. 9,29
Aquila Lucumoni in carpento ſedenti pileum aufert & refert. 1,34
Aquilii fratres. 2,4
C. Aquilius. 40. Hernicos devincit. *ibid.*
L. Aquilius Corvus trib. mil. conſ. poteſtate. 6,4
Aquilonia Samnitium. 10, 38,39,41. expugnatur. *ibid.* deflagrat. 44
ad Aquiloniam Samnitium millia triginta trecenti quadraginta cæſa. 42
Ara injuſſu ſenatus aut trib. pl. haud dedicanda. 9,46
Ara Jovi Elicio in Aventino dicata à Numa. 1,20
Ara Pudicitiæ Plebeiæ ab Virginia A. F. dedicata. 10,23
Arbor felix. 5,24
Arbor quercus vice Deorum appellata. 3,25
ſub Arbore, quam quis ſeruerit, ſub ea legere alium fructus, indignum. 10 24
Arcades populi rerum navalium imperiti. 1,5
Arcani celandi religio. 10,38
Ardea Rutulorum civitas. 1, 57. oppugnatur. *ibid.* obſidionis cauſa. *ibid.*
Ardeam coloni mittuntur. 4,11
Ardeates duce Camillo Gallorum caſtra invadunt, eoſque trucidant. 5,45
Argei ſacrificia locaque ſacris faciendis à Numa inſtituta. 1,21
Argentum nondum ſignatum. 4,60
Argento quando pop. Rom. uti primum cæperit. *Ep.* 15.
Argiletum. 1,19
Aricini atque Ardeates de agro ambiguo certant. 3,71
Ariminum in Piceno colonia deducta. *Ep.* 15.
Ariſtodemus tyrannus. 2, 21
Arma non permiſſa ſociis Romanorum, niſi horum juſſu. 2,30
Arma de publico data. 3, 15
Arma qui ferre poſſunt, omnes conſcripti. 3,4
Arma hoſtium concremata. 8,30
Armis munimenta, non munimentis arma tuta eſſe debent. 9,23
in Armis jus ferunt Galli. 5,36
Armentum. 1,7
Armillæ aureæ. 1,11
Armillis donantur centuriones. 10,44
Arnienſis tribus. 6,5
Arpi civitas Apuliæ. 9,13
Arpinatibus civitas data. 10,1
Arpinum à Samnitibus receptum. 9,44
Arretium caput Hetruriæ. 9,37. 10,37. pacem petit. *ibid.* laborat ſeditionibus. 10,3
Arſia Silva. 2,7
Artibus ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur. 1,19
Arverni populi. 5,34
Aruns Lucumonis F. 1,34
Aruns Porſenæ F. 2,14
Aruns Cluſinus. 5,33
Aruns Tarquinius, filius regis, moribundus ex equo cadit. 2,6
Aruſpices Hetruſci. 5, 15
Arx Albana. 7,24
Arx Artenæ proditione ſervi capitur. 4,61
Arx Carventana ab Æquis occupata. 4.53
Aſcanius Æneæ filius. 1, 3. matre Creuſa, incolumi Ilio natus. *ibid.* Albam Longam condit. *ibid.*
Aſia imbellis. 9,19
Aſtura, opp. 8,13
Aſylum à Romulo inſtitutum. 1,8
Atellanæ fabulæ. 7, 2. earum actores non è tribu moti. *ibid.*
Athenas legati miſſi, ut Solonis leges, & aliarum Græciæ civitatum inſtituta juraque deſcriberent. 3,32
Atina. 9,28
Atinatium ager. 10.39
Atilius Calatinus Coſ. *Ep.* 17.
L. Atilius primus trib. mil. creatur. 4,6. 5,18.

Digitized by Google

4,6. 5,18. trib. mil. conſ. pot. ex plebe creatur. 5,12
L. Atilius trib. pleb. 9,30
M. Atilius Regulus Coſ. 8, 16. 10,32. ejus res geſtæ. 35. templum Jovi Statori vovet. 36. ei de triumpho agenti negatur honos. *ibid.* ſerpentem portentoſæ magnitudinis occidit. *Ep.* 18. à Carthaginienſibus miſſus ut de pace ageret. *ibid.* Dictator primus extra Italiam exercitum duxit. *Ep.* 19.
Atys Silvius VII Rex Albæ. 1,3
Avaritia & luxuria diverſa vitia, in eoſdem tamen conveniunt. *Præfat. lib.* 1.
Avaritia cæca. 5,41
Auctores patres fiunt. 1,17. 7,41
Audacia creſcit ex metu alieno. 3,26
Audacia tutior pavore. 9,12
Aventinus Silvius XII Rex Albæ. 1,3. fulmine ictus, colle, qui nunc eſt pars urbis Rom. ſepultus. *ibid.*
Aventinus mons. 1, 33. Palatio jungitur. *ibid.*
Aventinum inſident milites Romani, relictis caſtris. 3, 50
Averruncanda ira Deûm. 8, 6
Averruncanda prodigia. 10,23
Aves æſtivæ. 5,6
Aves paſcunt. 6,41
Aufidena capta. 10,12
Augures à Numa Pompilio inſtituti. 4, 4. quinque de plebe creati. 10. 6, 9. cuſtodes religionis. 4,31
Augurum numerus impar. 10, 6. triplicatus. *ibid.* honos quantus. 1,36
Augures conſulti religionem eam eximunt, ne poſſet, niſi ab Coſ. dici dictator. 4,31. 8,23
Auguria. 1,6,34
Augurii ritus. 1,18
Augurium corvi. 7,26
Auguſtus Cæſar templorum omnium conditor & reſtaurator. 4, 20. contemporaneus Livii noſtri. *ibid.* eo imperante Janus tertium clauſus. 1,19
Aulercii populi. 5, 34
Aurum de Gallicis ſpoliis in Capitolio ſacratum. 7,15
Auro & argento cælata ſcuta. 9,40
Auro à Gallis obſidionem ſuam redimunt Romani. 5,48
Aureæ pateræ ad Cereris poſitæ. 10,23
Aurunca urbs à Sidicinis deleta. 8,15
Aurunci. 7, 32. Romanos vincunt. 2, 17
Aurunci principes ſecuri percuſſi, alii venierunt. *ibid.* victi. 26
Auſona urbs. 9,25
Auſones victi. 8, 16. in poteſtatem pop. Rom. veniunt. 9,25
Auſpicato omnia gerunt Romani. 1,36
Auſpicium mentitus pullarius. 10,40
Auſpicii neglecti malum. 7,6
Auſpicio controverſo non obauditum à Papirio Curſore. 10,40
Auſpicia urbana. 1,10
Auſpicia more majorum penes Patres. 6,41
Auſpiciorum religio. 10,39
Auſpiciorum repetitio. 8.30, 32

B.

BAculus ſine nodo aduncus, Lituus dictus. 1, 18
Barba omnibus Gallis promiſſa. 5,41
Bellona ab Appio Claudio invocatur. 10,9
Belloveſus Ambigati Gallorum regis ſororis filius. 5,34
Belli adminiſtratio haudquaquam facilis. 4.46
Belli etiam ut & pacis, ſua ſunt jura. 5,27
Belli indicendi ritus per feciales. 1,32
Belli neceſſitates conſilia humana non expectant. 4,57
in Bello imperium plurium inutile. 4,31
in Bello pacem, in pace bellum quærere. 1,27
in Bello ſegnes, in otio tumultuoſi. 8,28
Bellum cum Auruncis initum. 2,16
Bellum Æquicum. 3,6
Bellum inteſtinum ob virginis nuptias inter Ardeates. 4,9
Bellum Gallicum. 7,25
Bellum Auruncum. 7,28
Bellum Samnitium quibus de cauſis ſuſceptum. 7, 29
Bellum inter Sidicinos Auruncoſque ortum. 8,15

Bel-

Digitized by Google

Bellum Privernas. 8, 19. Veſtinum. 29
Bellum Vejens. 2,42
Bellicæ res ſecundæ urbanos motus excitant. 3,9
Bellicæ cærimoniæ ab Anco Martio inſtitutæ. 1, 23. vide *Pugna*.
Bellum quibus neceſſarium, iis & juſtum. 9,1
Beneficii veteris memoria, an crimen recens extinguatur? 6,20
Beneventum olim Maleventum dictum. 9,27
Beneventum in Samnio colonia deducta. *Ep*. 15.
Bituriges populi. 5, 34. ſummam imperii Gallorum tenuerunt. *ibid*. regem Celtico dant. *ibid.*
Blanditiæ virorum maxime ad mulierum ingenium efficaces preces ſunt. 1,9
Boarium forum. 10,23
Boji ubi conſederint. 5,35
Bona ſub haſta vendita. 5,16
Bonis vendendis cur bona Porſennæ regis vendi dicerentur. 2,12
Bona Vitruvii Vacci Semoni Sanco conſecrata. 8,20
Bonorum publicationes poſt ſupplicia. 3,58
Bos eximius Marti immolatus. 7,37
Bos fœmina locuta. 3, 10. vide *Prodigium*.
Bos prodigioſæ magnitudinis in Sabinis nata. 1,45
Boves centum honoris ergo ſervatori exercitus dati, cum aurea corona. 7,37
Boves in muneribus militum. 7,26
Bove aurato donatus L. Minucius præfectus annonæ. 4, 16
Bobus milites donati. 7,37
Boves Herculis à Caco abacti. 1,7
Bovianum. 10, 41. oppugnatur. 9,28 Pentrorum Samnitium caput capitur. 31. ad Bovianum clara pugna 10, 12
Bovillarum via ſilice ſtrata 10,47
Brennus Gallorum rex. 5, 38. inter Brennum & Sulpicium colloquium. 5,48
Brixia urbs. 5,35
Brundusium colonia deducta. *Ep*. 19.
Brundusii promontorium. 10,2
Brutulus Papius Samnis induciarum ruptor. 8, 39. Romanis deditur. *ibid*. mortem ſibi conſciſcit. *ibid.*
Brutus cur appellatus L. Junius. 1,56

C.

Cacus ferox viribus Herculis averſos boves, eximium quemque pulcritudine, caudis in ſpeluncam trahit. 1, 7. ab Hercule clava ictus; occumbit. *ibid.*
Cadaveris humani in privatis ædibus inventi atque effoſſi actio. 3,33
Caduceus prolatus ſupplicibus. 8, 20
L. Cæcilius prætor à Gallis Senonibus cæſus. *Ep*. 12.
Q. Cæcilius trib. pl. Mælii necem indignam queſtus. 4,16
T. Cæcilius trib. mil. primum creatus. 4,6
Cædes ruptura juris gentium. 4,17
Cædis manifeſtæ expiatio ſummæ juſtitiæ exemplum. 1,26
M. Cæditius. 5. 32. vide *Ceditius*.
Cære oppidum. 1, 2. ſacrarium pop. Rom. ac diverſorium ſacerdotum 7,20
Cærites populi. 7,20. 10,4. cum Cæritibus hoſpitium publicum cur factum. 5, 50. iis bellum infertur. 7,20. eorum legati errorum veniam petunt. *ibid*. Cærites delubra Veſtæ hoſpitium flaminum Veſtaliumque invocant. *ibid.*
Cærimoniæ in devovendis hoſtibus. 8, 10
Cærimoniarum cultu Roma crevit. 6, 41
Calatia. 9, 2, 28
Calendæ Sextiles duplici clade inſignes. 6, 1
Calendis Quinctilibus magiſtratum occipiunt tribuni mil. poteſtate conſulari. 5, 32
Calendis Octobribus magiſtratus initus. 5, 9
Calenus ager. 10. 20
Cales capitur. 8,16
Cales colonia deducta. *ibid.*
Calliſæ oppidum. 8,25
Calpurnius Piſo hiſtoricus citatus. 2,58. 9,14
M. Calpurnius trib. mil. *Ep*. 17.

Camars Cluſium appellatum. 10, 25
Camœnarum lucus. 1, 21
Cameria oppidum. 1, 38
Camertes Umbri. 9, 36
Campana legio ſecuri percuſſa. *Ep.* 12
Campani auxilium à Romanis petunt. 7, 30. quale reſponſum à Coſ. acceperint. 31. ſe Romanis dedunt. *ibid.* Romanos ſub jugum miſſos benigne excipiunt. 9, 6
Campanis ſuperbia innata. 9, 16
Campus Martius unde nominatus. 2, 5. in Campum Martium populus centuriatim citatus. 6, 20. in Campo Martio primum cenſus actus. 4, 22
Campus Sceleratus. 8, 15
Campi Stellates. 9, 44
Canis ſollicitum animal ad nocturnos ſtrepitus. 5, 47
C. Canuleius trib. pl. rogationem de connubio patrum cum plebeiis promulgat. 4, 1. ejus adverſus conſules oratio. 3
M. Canuleio dies dicta. 4, 44
Canuſini populi. 9, 20
Capena porta. 3, 22. 7, 23
Capenæ portæ via ad Martis ſaxo quadrato ſtrata ex mulctatitia pecunia. 10, 23
Capenates. 5, 8. bello ſubacti pacem petunt. 24
Capetus Silvius IX Rex Albæ. 1, 3
Capitales cauſas ſolus per ſe judicat Tarquinius Superbus. 1, 49
Capitolium ſaxo quadrato ſubſtruitur. 6, 4. à ſervis & exulibus occupatur. 3, 15. recuperatur. 18. luſtratum ob prodigium. 29. in Capitolio aut arce nulli Patricio habitare licet. 6, 20. in Capitolio auri magnum pondus ſaxo quadrato ſeptum ſacravit C. Sulpicius. 7, 15
Capitolii limina ænea. 10, 23
Capitolini ludi. 5, 50
Capræ palus. 1, 16
Capua unde dicta. 4, 37. voluptatum omnium magiſtra. 7, 38. à Samnitibus quo dolo capta. 4, 37
de Capua occupanda milites Romani clam conſilia ineunt. 7, 38
Caput humanum integra facie in faciendis templi Jovis Tarpeji fundamentis inventum. 1, 55
Caput Jovi ſacratum. 10, 38
Capitis velandi mos in fecialibus. 1, 32
Capita hoſtium lanceis infigunt, aut in equorum pectoribus pendentia geſtant Galli Senones. 10, 26
Capys Silvius VIII Rex Albæ. 1, 3
Capys dux, unde Capua dicta. 4, 37
Carcer Romæ in media urbe. 1, 33
Carcer ab Ap. Claudio ædificatus, quem domicilium plebis Romanæ vocare ſit ſolitus. 3, 57
Carceres in circo quando primum ſtatuti. 8, 20
Carceres privati. 6, 36
Carmen deteſtationis. 10, 38
Carmen rogationis recitatum à M. Duillio. 3, 64
Carmenta fatiloqua ante Sibyllæ in Italiam adventum habita. 1, 7
Carmentis ſaxum. 5, 47
Carnis pluvia. 3, 10
Carnutes, populi Galliæ. 5, 34
Carpentis matronæ feſto profeſtoque uſæ. 5, 25
Carpentum per patris corpus egit Tullia. 1, 48
Carſeoli colonia quando deducta. 10, 3. Carſeolos in agrum Æquicolarum deducta. 11
Carthaginienſes exercitum in Siciliam trajiciunt. 4, 29. fœdus cum Romanis iciunt, & legatos Romam gratulatum mittunt cum coronâ aurea. 7, 27. fœdus tertio renovant. 9, 43. quartò. *Ep.* 13.
Carventana arx ab Æquis occupatur. 4, 53. à C. Valerio recipitur. *ibid.*
Sp. Carvilius Q. F. Maximus ædilis. 10, 9
Sp. Carvilius Coſ. Amiternum oppidum vi capit. 10, 39. quas urbes in Samnio ceperit. 45. triumphat. *ibid.*
Sp. Caſſius Coſ. 2, 17. 33, 41. ejus res geſtæ. *ibid.* primus magiſter equitum creatur. 18. regni crimine damnatus. 41. de ejus morte variæ auctorum ſententiæ. *ibid.*
Caſtellani. 7, 36
Caſtori ædes vota ab A. Poſtumio dictatore. 2, 20. quando dedicata. 42
Caſtrenſis ſeditio. 4, 50
Caſtrum colonia deducta. *Ep.* 11.
Caudium. 9, 2

Cau-

Caudinæ Furcæ, earumque deſcriptio. 9, 2.
Caudina pax. 9. 1, 38. fœdere, ſed per ſponſionem facta. 9. 5. ejus ſponſores Samnitibus per feciales deduntur. 10
Cauſarii milites. 6, 6
C. Cæditius legatus. 10, 40
L. Cæditius trib. pl. 2, 52
Celeres CCC à Romulo inſtituti. 1, 16
Celtæ, tertia Galliæ pars. 5, 34
Cæninenſes pop. ad videndam Romam profecti. 1, 9. bellum parant. 10. vincuntur. *ibid.*
Cenon Antiatium oppidum captum. 2, 63
Cenſa civium capita centum quatuor & viginti millia ducenta quindecim præter orbos orbaſque. 3, 3. centum triginta duo millia quadringenta novem. 24. millia ducenta ſexaginta duo. 10, 47. ducenta ſeptuaginta tria millia. *Ep.* 11. ducenta ſeptuaginta octo millia, ducenta viginti duo. *Ep.* 13. ducenta ſeptuaginta unum millia, ducenta viginti quatuor. *Ep.* 14. trecenta ſeptemdecim millia, ducenta viginti ſeptem. *Ep.* 18. ducenta quinquaginta unum millia, ducenta viginti duo. *Ep.* 19. ducenta ſeptuaginta millia. *Ep.* 20.
Cenſor è plebe creatur M. Marcius Rutilus. 7, 22
Cenſori defuncto nunquam alius ſufficitur. 5, 31. 6, 27. 9, 34
Cenſores unde appellati. 4, 8
Cenſores primi L. Papirius Mugillanus & L. Sempronius Atratinus. 4, 8. vitio creati non geſſere magiſtratum. 6, 27. poſt mortem collegæ ſe cenſura abdicant. 9, 34
Cenſores vigeſimi ſexti à primis cenſoribus. 10, 47
Cenſores Mamercum Æmilium tribu movent & ærarium faciunt. 4, 24
Cenſoria animadverſio. 4, 31
Cenſuræ initium. 4, 8. ejus auctoritas quanta. *ibid.*
Cenſura minuta à Mamerco Æmilio ex quinquennali annua & ſemeſtris facta. 4, 24. 9, 33
Cenſus inſtitutio. 1, 43
Cenſus actus. 3. 3, 24. in villa publica. 4, 23. 8, 17. actus ſine luſtro. 3, 22
Cenſus in civitate à Ser. Tullio factus. 4, 4.
Cenſus equeſter. 5, 7
Centunculi mulorum. 7, 14
Centuriæ à Ser. Tullio inſtitutæ. 1, 43. qualiter ab eo deſcriptæ. 4, 4
Centuriatis comitiis leges XII tabb. perlatæ. 3, 34. iiſdem conſules tribunique militares creantur. 5, 52
Centurio primus, Primipilus appellatur. 7, 41
Centurionis vox pro omine accepta. 5, 55
Centuriones & duplicarii ſecuri percuſſi. 2, 59
Cereri matri peculium Sp. Caſſii Coſ. à patre conſecratur. 2, 41
Certamen anceps. 8, 38. inter mulieres ortum. 10, 23. ex certamine magno magnas excitari ferme iras. 3, 40
Cerva lupum fugiens ad Gallos venit. 10, 27
Charilaus princeps Palæpoli. 8, 25
Cicatrices adverſo corpore exceptæ, decoræ. 2, 23. 6, 2
Cimetra, Samnitium urbs, capta. 10, 15
Ciminia ſilva invia atque horrenda. 9, 36. 10, 24
Ciminius mons. 9, 36
L. Cincius Alimentus auctor diligens monimentorum. 7, 3
Cingilia, oppidum Veſtinorum. 8, 29
Circe Dea. 1, 49
Circeii. 2, 39
Circeienſes. 6. 12, 17
Circus Apollinaris. 3, 63
Circus Flaminius. 3, 55. à Flaminio cenſore extructus. *Ep.* 20.
Circus maritimus apud Hernicos. 9, 42
Circus maximus à Tarquinio Priſco inſtitutus. 1, 35
Civem bonum libere pro rep. loqui oportet. 3, 68
Civem regere, quam hoſtem ſuperare difficilius. 2, 43
Civium Romanorum diſtinctio varia à Ser. Tullio inſtituta. 1, 43

Civitas urbis magnitudine augetur. 1, 44
Civitas in duas partes diſceſſit. 2, 46
Civitatis forma mutatur ab Coſſ. ad Decemviros tranſlato imperio. 3, 33
Civitatis immortalitas. 6, 23
Civitatis Romanæ donum legibus ſuis poſthabent Hernici. 2, 43
Civitatis venenum ordinum diſcordia. 3, 65
in Civitate bellicoſa, plures Romulo quam Numæ ſimiles. 1, 20
Civitatum labes plebis ſeditio. 2, 44
Civilis diſcordia inter Patres & plebem propter nexos ob æs alienum. 2, 23
Civile jus in penetralibus Pontificum repoſitum, C. Flavius Cn. F. ſcriba evulgat. 9, 46
Civicæ coronæ. 6, 20. 10, 46
Clamor in prœlio. 6, 4. 8, 16
Clamoris alacritas ac conformitas in prœlio, index fere exitus felicis aut infelicis. 4, 37
Clarigatio. 8, 14
Claſſis Romana à Tarentinis direpta. *Ep.* 12.
Claſſium à Servio Tullio inſtituta diſtinctio. 1, 43. 4, 4
Claudia, ſoror Claudii, cur mulctata. *Ep.* 19.
Claudia tribus ab Ap. Claudio appellata. 2, 16
Claudia gens adſertrix patriciatus. 6, 40
Claudia gens ſordidata. 6, 20
Claudius Pulcher Coſ. juſſit immergi pullos, qui cibari nollent. *Ep.* 19.
Claudius hiſtoricus. 6, 42. 8, 19
Cl. Craſſus tribunus conſ. pot. 4, 35
Ap. Claudius, prius At. Clauſus cognominatus Romam venit. 2, 16. inter Patres eligitur. *ibid.* natura immitis & efferatus. 29. conſul. 21. ejus Coſ. de comprimenda plebe ſententia. 23. jus de creditis pecuniis dicit. 27. Patribus mire gratus magiſtratu abit. 28
Ap. Claudius Appii F. infeſtus plebi fit Coſ. 2, 56. lictorem ad tribunum Lectorium mittit. *ibid.* in exercitum animadvertit. 59. in Volſcos mittitur. 58. plebem plus quam paterno odio cur oderit. *ibid.* Volerones tribunos pl. vocat. *ibid.* ejus exercitus vinci mavult, quàm vincere. 59. ei dies dicitur. 61
Ap. Claudius decemvir creatus. 3, 33. ejus nefandum facinus. 44. ſceleratum judicium. 47. ei in concione obſtrepitur. 49. dies à L. Virginio dicta. 56. provocat. *ibid.* ejus defenſio. *ibid.* mortem ſibi conſciſcit. 58
Ap. Claudius Craſſus trib. mil. conſ. pot. 5, 1. imbutus jam à juventute plebejis certaminibus tribunis plebis reſiſtit. 2. ejus oratio. 3. de præda Vejorum ſententia. 20. oratio in tribunos. 6, 40
Ap. Claudius dictator creatur. 7. 5, 6. Conſul. 24. moritur. 25
Ap. Claudius cenſor. 9, 29. cenſuram ſolus obtinuit. *ibid.* abdicare ſe magiſtratu noluit. 33. ejuſdem cavillatio. 34. viam munivit quæ Appia dicta eſt. 29. aquam in urbem duxit. *ibid.*
Ap. Claudio cenſ. Poticia gens ſervos publicos ſolennia Herculis docuit. *ibid.* irâ Deûm lumine captus. *ibid.*
Ap. Claudius Coſ. creatur. 9, 42. 10, 15. interrex. 11. indigne fert adventum collegæ. 18. ejus preces in diſcrimine pugnæ. 19
Ap. Claudius prætor abſens creatur. 10, 22
C. Claudius Appii F. Coſ. 3, 15
C. Claudii patrui Appii Decemviri oratio. 2, 56. ejus pro Appio deprecatio. 3, 58
C. Claudius Hetruſcis literis eruditus. 9, 36
C. Claudius Cicero trib. pl. 3, 31
C. Claudius Hortator magiſter equitum. 8, 15
C. Claudius Regillenſis dictator. 8, 15
M. Claudius, Appii Claudii Decemviri cliens. 3, 44. aſſertor Virginiæ. 45. exulatum abit. 58
M. Claudius Marcellus Coſ. 8, 18. dictator comitiorum habendorum cauſa dictus. 23
Ap. Clauſus. Vide *Claudius.*
Clavus fixus dextero lateri ædis Jovis. 7, 3. index numeri annorum Volſiniis fuit. *ibid.* Clavi figendi ſolenne peſtilentiæ ſedandæ à Coſſ. ad

Digitized by Google

ad Dictatores tranſlatum. *ibidem.*
Clavi figendi cauſa creatus dictator. 7, 8. 8, 18
Cleopatra Alexandri Epiri uxor. 8, 24
Cloacæ à L. Tarquinio factæ. 1, 56
Cloacæ veteres cur primum per publicum ductæ. 5, 55
Cloacina ad tabernas, locus Romæ. 3, 48
Clœlia virgo una ex obſidibus, deceptis cuſtodibus per Tiberim ad ſuos tranavit. 2, 13
Clœlii in Patres lecti. 1, 30
P. Clœlius trib. mil. 6, 31
Q. Clœlius Siculus Cenſor. 6, 31
Q. Clœlius Coſ. 2, 21
T. Clœlius Siculus triumvir. 4, 2
Gracchus Cloelius Æquorum princeps. 3, 25. legatis Rom. ad quercum mandata dicere jubet. *ibid.* in triumphum ante currum ducitur. 4, 10
Cluilia foſſa. 1, 23
Cluilius Albæ imperitat. 1, 22. ejus res geſtæ. *ibid.* moritur. 23
Cluſium Italiæ oppidum. 5, 33. Camars olim appellatum. 10, 25. oppugnatur. 5, 35
Cluſini auxilium à Romanis contra Gallos petunt. 5, 12
Cluviani præſidium Rom. in deditionem accipiunt. 9, 31. vi capti, atque omnes puberes interfecti. *ibid.*
Cœlius mons urbi additur. 1, 30
Cohors exulum Romanorum. 2, 19
Cohortes ſubſidiariæ. 9, 27
Coitiones potentiores. 3, 65
Collatia civitas. 1. 57, 58. Sabinis adempta. 37
Collatinus Tarquinius Egerii F. 1, 56
Collegium ad ludos Capitolinos conditum. 5. 50, 52.
Collegium Mercatorum. 2, 27
Colles Tuſculani. 3. 7, 8
Collina porta. 2, 11, 51, 64. 3. 61. 4. 21, 31. 6, 28.
Coloniæ deductæ. 1. 11, 56. 10, 1. *Ep.* 2, 14, 15, 19, 20.
Colonia Ardeam deducta. 4, 11. Cales deducta. 8, 16. Æſerniam deducta. *Ep.* 16. Fregellas deducta. 8, 22. Lavicos deducitur. 4, 47. Luceriam miſſa. 9, 25. Satricum ab Antiatibus deducta. 7, 27. Sueſſam deducta. 9, 28. Velitras miſſa. 8, 3
Coloniæ duæ circa Veſtinum & Falernum agrum deductæ. 10, 21
Coloniæ duæ Latinæ (Pometia & Cora) ad Auruncos deficiunt. 2, 16
Colonias finibus ſuis imponi indignantur populi Romani hoſtes. 10, 1
Columen loci nomen. 3, 23
Columnâ æneâ fœdus cum Latinis ſculptum. 2, 33
Comitia habita. 3, 6. per interregem habita. 6, 36
Comitia Conſulum adverſa nobilitate habita. 42
Comitiis conſularibus plebs irata non intereſt. 2, 64
Comitia præter ædilium tribunorumque pl. nulla habita. 6, 35
Comitia trib. mil. conſulari poteſtate habita. 30
Comitia Decemviris creandis indicta. 7, 19
Comitia Quæſtorum. 4, 44. plebeia primum habita. 54
Comitia centuriata. 1, 60. rem militarem continent. 5, 52
Comitia tributa. 2, 56
Comitiis tributis qui primi trib. pl. creati. 2, 58
Comitiales dies. 3, 11
Commentarii Numæ à Tullo Hoſtilio evolvuntur. 1, 31
Commentarii Servii Tullii. 1, 60
Commentarii Pontificum. 4, 3
Communis curæ neglectus etiam perdit res privatas. 9, 45
Concilia Latinorum populorum ad lucum Ferentinæ habita. 7, 25
Conciones ſeditioſæ tribunorum plebis. 4. 35, 44
Concordiæ ædes in area Vulcani dedicata à C. Flavio Cn. F. 9, 46
Concordiæ bonum. 10. 22, 24
Concordibus collegis optime geritur Reſpublica. 6, 6
Conditiones victis accipiendæ, non ferendæ. 4, 10
Conditiones Patribus impoſitæ, ne quis, quoad bellatum eſſet, tributum daret. 6, 31

Digitized by Google

Conjuratio nobilium adoleſcentium de regibus clam recipiendis. 2, 3
Conjurati milites exercitum colligunt. 7, 39. T. Quinctium ducem ſibi vi adhibita præficiunt. *ibid.* in poteſtate Dictatoris ſe fore dicunt. 41
Connubia promiſcua. 4, 2
Connubia Latinis populis commerciaque adempta. 8, 14
Connubii neceſſitas. 1, 9
de Connubio Patrum & plebis rogationem promulgat C. Canulejus. 4, 1
Conſul primus de plebe L. Sextius creatus. 6, 42
Conſul ſolus dictatorem dicere poteſt. 4, 31
Conſules primi omnia jura & inſignia regiæ poteſtatis tenuere. 2, 1
Conſules ſine auctoritate ſenatus populi juſſu triumphant. 3, 63. à tribunis coguntur ſenatui dicto audientes eſſe. 4, 26. inviſi plebi creantur, & magiſtratu abeunt. 2, 27. ante tempus ſe magiſtratu abdicant. 8, 3
Conſules Patricii duo creati. 7. 17, 18, 22, 28
Conſules cum exercitu ſub jugum miſſi. 9, 5
Conſcripti Patres unde dicti. 2, 1
Conſentia oppidum in Bruttiis. 8, 24. à Samnitibus recepta. 9, 44
Q. Conſidius auctor agrariæ legis T. Menenio diem dicit. 2, 52
Conſiliis malis pares adepti eventus. 6, 8
Conſualia à Romulo inſtituta. 1, 9
inter Conſules de æde Mercurii dedicanda certamen. 2, 27. à Conſulibus ad Decemviros ſumma imperii transfertur.
Conſules ſublato Decemviratu creantur. 3, 54 & *ſeq.* ſenatum in Campum Martium evocant. 63. cum plebe ac tribunis certant. 7, 18
Conſules primi Romæ creati L. Junius Brutus & L. Tarquinius Collatinus. 1, 60
Conſulum ex plebe alter ut crearetur, certatum. 6, 35
Conſulibus non paret populus. 2, 28
Conſulibus ternæ legiones dantur 2, 30
Conſularia comitia à trib. pl. fieri prohibentur. 4, 25. adverſa nobilitate habita. 6, 42. de conſularibus comitiis certamen. 7, 18
Conſulares leges. 2, 56
Conſulatus primus è Junia domo ortus. 2, 5
Contenebra oppidum expugnatur. 6, 4
Convellere ſigna. 3, 7
Copia facit faſtidium. 3, 1
Cora ad Auruncos deficit. 2, 16
Coranus ager. 8, 19
Corbio oppidum. 1, 9. 3. 28, 69
Corioli opp. à Marcio capitur. 2, 33. Romanis adimitur. 39
Coriolanum à publico parricidio revocavit privata pietas. 2, 40. vide *Marcius.*
Cornelia epoto medicamento, quod marito fecerat, interit. 8, 18
A. Cornelius quæſtor. 3, 24. Pontifex maximus. 4, 27
A. Cornelius trib. mil. 6, 36. tribunus mil. 11 creatur. 42
A. Cornelius Coſ. primus arma Samnio intulit. 10, 31
A. Cornelius Arvina dictator. 8, 38. ejus fecialis oratio. 9, 10
A. Cornelius Coſſus trib. mil. 4, 19. Lartem Tolumnium Vejentium regem occidit. *ibid.* ſpolia opima gerit. 20
A. Cornelius Coſſus Coſ. 4. 30, 51. trib. mil. conſulari poteſtate. 31. dictator creatur. 6, 12. ad opprimendam ſeditionem Romanam arceſſitur. 14. quæ verba ad milites fecerit. 12. viatorem ad Manlium mittit. 15. ejus in M. Manlium oratio. *ibid.* triumphus. 6. magiſter equitum. 7, 26
A. Cornelius Coſ. 7, 19. conſul exercitum ſuum in loca ab hoſtibus inſeſſa induxit. 34
C. Cornelius Coſ. à claſſe Punica captus. *Ep.* 17.
C. Cornelius Coſſus trib. mil. conſulari poteſtate creatur 4, 55. 58. 5, 10. Ecetras petit. 4. 59, 61. Coſ. 54
L. Cornelius Coſ. *Ep.* 17. II Coſ. 8, 17

Digitized by Google

L. Cornelius Maluginenſis. 3, 22. ejus res geſtæ. *ibid.*
L. Cornelius Maluginenſis Cornelii decemviri frater. 3, 40
L. Cornelius Scipio interrex. 7, 21
L. Cornelius Scipio Coſ. 7, 23
L. Cornelius Scipio proprætor. 10. 12, 25
M. Cornelius in Algidum mittitur. 3, 41. Cenſor. 5, 31. tribunus militum. 6, 36. trib. mil. II creatur. 42
M. Cornelius Maluginenſis decemvir creatur. 3, 35. conſul. 4, 21
P. Cornelius dictator dictus. 4, 57
P. Cornelius trib. mil. conſ. poteſtate. 6. 1, 11
P. Cornelius Arvina conſul. 9, 42. cenſor. 10, 47
P. Cornelius Blaſio triumvir. 10, 18
P. Cornelius Coſſus trib. mil. conſ. pot. 8, 53. iterum trib. mil. conſ. poteſtate. 26
P. Cornelius Maluginenſis trib. militum conſ. poteſtate. 4, 61. 5, 16
P. Cornelius Ruffinus dictator. 8, 17. conſul ſenatu movetur. *Ep.* 14.
P. Cornelius Scapula Coſ. 8, 22
P. Cornelius Scipio interrex. 5, 31
P. Cornelius Scipio ædilis. 7, 1. magiſter equitum. 24, dictator. 9, 44
Servius Cornelius Maluginenſis. 6, 6. trib. militum conſ. poteſtate tertium. 6, 18. magiſter equitum. 7, 9. trib. mil. conſ. pot. IV. 6, 22
Servius Cornelius tribunus milit. 6. 36, 38. conſul. 2, 41
Ser. Cornelius, Flamen Quirinalis, peſtilentia mortuus. 3, 32
Cornicines & tibicines in centurias diſtributi à Servio. 1, 43
Corniculum oppidum. 1, 38. capitur. 39
Corniculis donati equites. 10, 44
Cornua bovis portentoſæ magnitudinis. 1, 45
Corona aurea Jovi Opt. Max. in Capitolium lata à legatis Latinorum & Hernicorum. 3, 57
Corona aurea à Mamerco Æmilio dictatore libram pondo ex publica pecunia populi juſſu in Capitolium Jovi dono poſita. 4, 20
Corona aurea in Capitolio in Jovis cella poſita XXV pondo. 7, 38
Corona aurea L. Quinctio Cincinnato ab exercitu, quem ſub jugum Æquus miſerat, decreta. 3, 29
Corona aurea decemque bobus donatus M. Valerius trib. mil. 7, 26
Corona aurea P. Decius trib. mil. & centum bobus donatus. 7, 37
Coronæ civicæ. 10, 46
Corona graminea obſidionalis. 7, 37
Coronæ murales. 6, 20. 10, 46
ſub Corona venire. 2, 17
ſub Corona libera corpora vendita. 5, 22
ſub Corona veniere ſeptem millia Samnitium. 9, 42
Corona urbem oppugnare aut capere. 7, 27
Coronati ob res bene geſtas. 10, 47
Corpus violatum, animus inſons. 1, 58
Corporis cuſtodes Romulo & cæteris. 1, 8. vide *Apparitores.*
de Corporibus ducum cæſorum pugna inter patres. 9, 22
Corpora ubi morbo, ibi ferè & animi ſuperſtitione laborant. 4, 30
Cortona urbs pacem à Romanis petit. 9, 37
Corvus in galea M. Valerii, trib. mil. cum adverſus Gallum pugnaret, conſedit. 7, 26
Corvi cantus in prœlii commiſſione. 10, 40
Cos novacula ab Accio Navio augure diſciſſa. 1, 36
Coſa colonia deducta. *Ep.* 14.
ſub Crate necari. 1, 51. 4, 50
Cratera aurea donum Apollini Delphos portatur. 5. 25, 28
non Credimus facile, quæ nolumus eſſe vera. 6, 21
Creditorum jus in debitores Romæ. 2, 23
Cremandorum cadaverum mos. 5, 48
Cremera fluvius. 2, 49
Cremona colonia deducta. *Ep.* 20.
Creuſa mater Aſcanii. 1, 3
Crinibus matres ſtratæ paſſim templa verrunt. 3, 7
Criſtæ vulnera non faciunt. 10, 39
Croton urbs. 1, 8

 Crude-

Crudelitati ſuperbiæque etſi ſeræ, non leves tamen veniunt pœnæ. 3, 56
Cruſtumeria. 3, 42
Cruſtumeria capta. 2, 19
Cruſtumini pop. ad Romam videndam profecti. 1, 9. bellum parant. 10
Cruſtumini campi. 2, 64
Cruſtuminis montibus Allia fluvius defluit. 5, 37
Cultus ſcribæ nihil differens ab ornatu regio. 2, 12
Cultus amœnior in fœmina ſuſpectus. 4, 44. 8, 15
Cumæ. 9, 19. captæ. 4, 44
Cumanæ cohortes. 2, 14
Cuneus. 8, 10
Cuniculus actu difficilis. 5, 19
Cuniculorum agendorum aſtutia. 5, 21
Cupiditates hominum immodicæ circa agros, pecunias, honores. 6, 35
Curæ privatæ erumpunt in certaminibus publicis. 7, 21
Curia Hoſtilia. 1, 39. 5, 55
Curiæ triginta à raptarum nominibus appellatæ. 1. 13
Curiata lex. 5, 46. 9, 38
Curiatii in patres lecti. 1, 30
Curiatiorum ſepulcra. 1, 26
P. Curatius Coſ. 3, 33. 4, 1. Decemvir creatur. 3, 33
P. Curatius trib. pl. 5, 11
Curio maximus. 3, 7
Curius Dentatus Coſ. bis in eodem magiſtratu triumphat. *Ep.* 14.
M. Curtius equo inſidens ſe in ſpecum demittit. 7, 6
Metius Curtius Sabinorum princeps. 1, 12. toto foro agit Romanos. *ibid.* ex equo pugnat. *ibid.* in paludem ſe conjicit. *ibid.*
Curtius lacus. 1, 13. 7, 6
Curules magiſtratus. 5, 41
Curules magiſtratus nullos creari paſſi ſunt toto quinquennio Licinius & Sextius. 6, 35
Curulis ſella. 2, 54. vide *Sella.*
Cutina, opp. captum. 8, 29
Cyrus rex Perſarum. 9, 17

D.

DAmaratus Corinthii F. 1, 34
Darius præda verius quàm hoſtis Macedonum. 9, 17
Debitoris corpus ne obnoxium eſſet creditori cautum. 8, 28
Decem tabulæ proponuntur. 3, 34
Decembribus Idibus conſulatus initus. 4, 37
Decemviri ſine provocatione creantur. 3, 32. ſine ullo alio magiſtratu creantur. *ibid.* Eorum initio ſumma æquitas. 3, 33. paulo poſt tyrannis intoleranda. 36. Decemviri duodenis faſcibus prodeunt. *ibid.* patres per præconem in curiam ad ſe vocant. 38. ſe in ordinem cogi queruntur. 51. magiſtratu ſe abdicant. 54. iis qui nocuiſſet, ejus caput Jovi ſacrum. 55. Decemviri in exilium miſſi & eorum bona publicata. 3, 58. Decemviri ſacris faciundis. 10, 8. ii partim ex plebe, partim ex patriciis. 6, 42. Decemviri libros Sibyllinos inſpicere coguntur. 7, 27
Decima prædæ Vejentanæ Apollini vota. 5, 21
Decimatio militum. 2, 59
P. Decius trib. mil. per media hoſtium caſtra cum ſuis ſalvus evadit. 7, 36. ejus ad Centuriones oratio. 34. ad milites. 35. triumphus caſtrenſis. 36. aurea corona & centum bobus donatur. *ibid.* ei corona graminea obſidionalis imponitur. 37. Marti bovem eximium immolat. *ibid.*
P. Decius Mus Quinquevir menſarius. 7, 21. Coſ. 8, 3. M. Valerium magna voce inclamat. 8, 9. immolanti caput jecinoris cæſum. 8, 9. ſe pro exercitu Diis Manibus devovet. *ibid.* ejus corpus inventum. 10
P. Decius pater ad Veſerim bello Latino ſe devoveri juſſit. 10, 26
P. Decius Coſ. 9. 29, 40. magiſter equitum. 9, 44. conſul. 40. inter P. Decium Murem & Ap. Claudium certamen de ſuadenda diſſuadendaque lege à trib. pl. promulgata de augendo numero ſacerdotum. 10, 7. pon-

pontifex creatur. 9. III Coſ. creatur. 14. Coſ. abſens creatur. 22. IV Coſ. 24. pro exercitu Romano ſe Diis Manibus devovet. 28. equum in Gallos concitans interficitur. 29
Decumana porta caſtrorum. 3, 5. 10, 32
Decuriæ decem centum Patrum poſt obitum Romuli. 1, 17
Deditionis formula. 1, 37
Dediti triumphati ac venditi. 7, 27
Delectum militum tribuni pl. impediunt. 4, 55
Delphicum oraculum. 5. 15, 16
Deſperatio ultima multum habet temeritatis. 10, 32
Devovere licet conſuli, dictatori & prætori non ſe, ſed quem velit, ſcriptum civem. 8, 10
Devoventis ſe verba. 10, 28
Devotionis forma. 8, 9
Devotus ſi non moritur, quid faciendum. 8, 10
Dii de cœlo non deſcendunt, ut quemquam juvent. 6, 18
Dii præſides urbis Romæ. 3, 7
Dii Romani ut ſoli colantur, cautum. 4, 40
Dii ſpectantur & Fata deſperata ope humana. 5, 16
Deorum alio transferendorum mos ac religio. 5, 22
Deorum cultus & reverentia etiam in hoſte. 5, 50
Deorum neglectus malum. 5, 52
Deorum opem implorant Romani deſtituti remediis humanis. 3, 7
Deos ſequentibus omnia proſpere eveniunt, adverſa ſpernentibus. 5, 51
Dii Manes. 8, 9. 10, 28
Diis Manibus exercitum deberi. 8, 6
Dialis flamen. 1, 20
Diana placatur. 5, 13
Dianium. 1, 48
Dictator quis primus creatus ſit, non ſatis conſtat. 2, 18. in rebus trepidis ultimum conſilium. 4, 56
Dictatori ſecures præferuntur. 2, 18
à Dictatore nulla provocatio. 2, 29
Dictator primus de plebe C. Marcius Rutilus. 7, 17
Dictator adverſus Æquos & Volſcos creatur. 4, 26
Dictator belli Gallici cauſa creatus. 7. 9, 11
Dictator abſens creatur Camillus. 5, 46
Dictator M. Fabius dictus, ne Licinia lex Comitiis conſularibus obſervaretur. 7, 22
Dictator in caſtris dicitur C. Julius. 7, 21
Dictator clavi figendi cauſa dictus. 7, 3. 8, 18
Dictator comitiorum habendorum cauſa M. Claudius Marcellus dicitur. 8, 23
Dictator feriarum conſtituendarum cauſa creatur. 7, 28
Dictatorem creari non patiuntur duo ex tribunis militum. 4, 56
Dictatorium fulmen. 6, 39
Dictatura ſine provocatione eſt. 3, 20
Dies religioſi. 6, 1
Diſcordia ordinum, venenum civitatis. 3, 67
Diſſidia inter Patres & plebem. 3, 65
ex Diſſidiis inteſtinis publica ſimul res & privata minuitur. 3, 68
Diverbia. 7, 2
Divi Novenſiles. 8, 9
Divitiæ habitæ dena millia gravis æris. 4, 45
Divitiæ olim non ita grandi in pretio, quin plus poneretur in virtute. 3, 26
Dodonæi Jovis ſortes. 8, 24
Dolabræ vallo diruendo. 9, 37
Cn. Domitius conſul. 8, 17
C. Domitius, Cn. F. Calvinus ædilis. 10, 9
P. Domitius cenſor primus ex plebe luſtrum condidit. *Ep.* 13.
Donum inimicorum veneno illitum. 5, 2
Donum aureum in cella Jovis. 10, 23
Cæſo Duilius decemvir creatur. 3, 35. Conſul. 8, 16. triumvir. *ibid.* Quinquevir menſarius. 7, 21
M. Duilius trib. pl. Appio diem dicit. 2, 61. trib. pl. tributis comitiis primus creatus. 2. 58, 61. 3. 54, 59. legem de unciario fœnore tulit. 7, 16

Duodecim Tabulæ in æs inciſæ in publico proponuntur. 3, 57
Duplicarii. 2, 59
Duumviri ſacris faciundis. 3, 10. 5, 13. 6, 37. 7, 28
Duumviri navales claſſis reficiendæ cauſſa facti. 9, 30
Dux eſt, cujus auſpicio bellum geritur. 3, 20
Ducis amiſſi terror. 10, 29
Ducis in acie cæſi occultandi ac diſſimulandi conſilium. 3, 15
Duces ipſi ſuis etiam corporibus, non ſolum conſilio pugnantes. 2, 19
Duces ob rem male geſtam rei. 8, 33
inter Duces de imperio certatum. 5, 8.
Ducibus validior res Romana, quam exercitu. 2, 39
Ducum Romanorum præſtantiſſimorum catalogus. 9, 17

E.

L. EButius conſul. 3, 6. moritur. *ibid.*
M. Ebutius Helva triumvir. 4, 11
Poſtumus Ebutius Cornicen conſul. 4, 11
Poſtumus Ebutius Helva magiſter equitum. 4, 22
T. Ebutius Coſ. 2, 19. eo conſule Fidenæ obſeſſæ, Cruſtumeria capta. *ibid.* magiſter equitum. *ibid.* brachium ei trajectum. *ibid.*
Ecetræ oppidum. 3, 10
Ecetrani Volſci. 2, 25. 3, 4
Edictum, ne quis civem Romanum vinctum aut clauſum teneat. 2, 24. aliud, ne quis extra ordinem pugnaret. 8, 6
Egeria Dea. 1, 19
Egerii nomen ab inopia inditum Aruntis filio. 1, 34
Gellius Egnatius Samnitium dux. 10, 19. auctor belli adverſus Romanos. *ibid.* captus ad Volumnium ducitur 20 cadit. 29
Elicius Jupiter. 1, 20
Elitovius dux Cænomanorum. 5, 35
Eloquentes viri foro magis apti quàm bello. 10, 22
Empulum ex Tiburtibus captum. 7, 18
Epidaurus. 10, 47. *Ep.* 11.
Epilogus bellorum cum Samnitibus geſtorum. 10, 31
Equeſter cenſus. 5, 7
Equeſtria ſpolia. 8, 7
Equeſtris ſtatua Q. Marcio Tremulo decreta. 9, 43
Equites quando primum equis ſuis merere cœperunt. 5, 7
Equites ut Idibus Quinctilibus tranſveherentur, à Q. Fabio cenſore inſtitutum. 9, 46. corniculis armilliſque argenteis donantur. 10, 44
Equites triplex merebant ſtipendium. 5, 12
Equitibus trecenis ſingulæ legiones ſcribebantur. 8, 8
Equitum virtus inſignis, re penè deſperata in pedes ſe dantium. 4, 38
Equi unde empti, altique equitibus Romanis. 1, 43
Equorum effrenatorum impetus major. 4, 33
Equis albis M. Furius Camillus triumphat. 5, 23
Eretum. 3, 29
Ergaſtulum. 2, 23. 7, 4
Eſcetrunium. 10, 31
Eſquiliæ. 1, 44
Eſquiliarum collis. 1, 48
Eſquilina porta. 2, 11. 3, 66
Eſquilina tribus. *Ep.* 19, 20.
Eſſedis carriſque ſuperſtans armatus Gallus Romanorum equos conterret & in fugam vertit. 10, 28
Euander auctoritate magis regis, quam imperio. 1, 7. literarum apud Latinos inventor. *ibid.* aram Herculi dedicat. *ibid.* Potitios ſacros ritus docet. *ibid.* ſolemne ex Arcadia allatum inſtituit in monte Palatino. *ibid.*
Euganei inter mare & Alpes incolunt. 1, 1. pelluntur ab Henetis. *ibid.*
Exemplum primorum plebem ad ſe trahit. 4, 60
Exercitus Romanus quo conſtet militum numero. 8, 8
Exercitus amiſſi reus quomodo punitus. 8, 33
Exercitus diductio ac diſtractio perniicioſa. 9, 45

Exer-

Digitized by Google

Exercitus odio Imperatoris ſui vincere non vult, imo ſe fert vinci. 2, 58
Exercitus pedeſtris apud Romanos inſtitutio. 1, 23
Exercitus itineribus ac mutatione locorum ſalubrior. 10, 25
Exercitus Romanus jurat ſe victorem pugna rediturum. 2,45
Exercitus quatuor parvo inter ſe ſpatio diſtantes. 4,25
Exercitus juſti duo ad ſubita rerum ſcripti. 9,34
Exilium ſeni multo miſerius, vox à Coriolano uſurpata. 2,40
Exodia quæ? 7,2
Expiatio fœnorum in libris per duumviros quæſita. 5,50
Exules ad quatuor millia hominum & quingenti Capitolium noctu occupant. 3,15.

F.

FAbia gens. 2, 45. 8, 33. bellum in Vejentes ſibi depoſcit. 2,47. ad cœlum laudibus fertur. 49. E Fabia gente ſex & trecenti milites Patricii omnes. *ibid.* de ſua virtute nimia fiducia. 50
Fabiæ ſorores æmulationis nimiæ 6,34
Fabii ad unum omnes cæſi. 2,50
Cæſo Fabius Quæſtor. 2,41. Coſ. 42,43. Rempublicam ſuſtinuit, quam collega prodere voluit. *ibid.* conſul cum T. Virginio fit. 48
C. Fabius conſul. 7, 11. interrex creatur. 17
C. Fabius magiſter equitum. 9,13
C. Fabius Ambuſtus trib. mil. conſulari poteſtate. 4. 58, 61. 5, 10. trib. mil. conſ. pot. II creatur. 24
C. Fabius Dorſuo per medios hoſtes Quirinalem collem ſacra peracturus adiit. 5,46
Cn. Fabius Vibulanus trib. mil. 4, 57 conſul. 4,42
M. Fabius, Cæſonis frater, conſul. 2, 42. ejus ad milites hortatio. 46, triumphum recuſat ob Q. Fabii fratris mortem. 47
M. Fabius legatus. 4,24
M. Fabius pont. max. ſe pro patria devovet. 5,41
M. Fabius interrex creatur. 7. 17, 22, dictator. 7,22
M. Fabius captivus Romanis auctor eſt occupandi Cales Auſonum. 8,16
M. Fabius, Q. Fabii Max. pater, ad populum provocat. 8, 33. ejus in dictatoris crudelitatem oratio. *ibid.*
M. Fabius conſulis frater. 9,36
M. Fabius Ambuſtus trib. mil. 6, 22. ejus duæ filiæ, Ser. Sulpicio major, minor C. Licinio Stoloni nupta. 34. filiam minorem conſolatur. *ibid.* Coſ. creatur. 7. 11. Hernicos devincit. *ibid.* ovans urbem init. *ibid.* Coſ. creatur. 17. interrex. *ibid.* III Coſ. creatur. 18. magiſter equitum. 38
M. Fabius Dorſuo conſul. 7,28
M. Fabius Vibulanus Coſ. creatur. 4, 11. legatus. 17. ejus res geſtæ. 19. trib. mil. conſulari poteſtate. 25
Q. Fabius Coſ. 2. 41, 43. gladio hoſtili transfigitur. 46
Q. Fabius Coſ. 3, 1. in Æquos mittitur. 2. ejus ad legatos Æquorum reſponſum. *ibid.* præfectus urbis tribuno plebis reſiſtit. 9. tribunus mil. 5,12
Q. Fabius legatus ducem Gallorum haſta occidit. 5, 36. ei dicta dies quod legatus pugnaſſet contra Gallos. 6, 1
Q. Fabius Ambuſtus Coſ. 4, 52. magiſter equitum. 7, 28. dictator dictus. 9,7
Q. Fabius Gurges Rull. F. matronas ſtupri damnatas pecunia mulctat. 10, 31. de Samnitibus triumphat. *Ep.* 11.
Q. Fabius Maximus Rullianus ædilis curulis factus. 10, 9. magiſter equitum. 8. 29. abſente dictatore proſpere pugnat. 30. reus ad triarios ſe recipit. 32. Romam profugit. 33. noxæ damnatus donatur populo Romano. 35
Q. Fabius Maximus Coſ. creatur. 8, 38. interrex. 9, 7. de Hetruſcis triumphat. 40. ei conſulatus continuatur. 41

Digitized by Google

Q. Fabius proconſul Samnites fudit. 9, 42. conſulatum non petens ab omnibus centuriis Coſ. dicitur. 10, 9
Q. Fabius cenſor omnem forenſem turbam in quatuor tribus conjecit. 9, 46. unde ſibi Maximi cognomen pepererit. *ibid.* annonæ diſpenſationem curat. 10, 11. conſulatum recuſat. 10. 13, 15. omnium centuriarum conſenſu Coſ. creatur. 13. II Coſ 14. P. Decium collegam ſibi poſcit. 22. III Coſ. abſens creatur. 10. 22, 24. inter ipſum & collegam Decium de provinciarum partitione controverſia. *ibid.* ei extra ſortem provincia datur. *ibid.* lignatores vallum vellere jubet. 25. de bello Hetruſco Romam ad conſultandum redit. *ibid.* ædem Jovi Victori vovet. 29. collegæ funus omni honore laudibuſque meritis celebrat. *ibid.* de Gallis, Hetruſcis, ac Samnitibus triumphat. 30
Fabius Pictor Hiſtoricus. 10, 37. ſcriptorum antiquiſſimus. 1, 44. de morte Coriolani quid tradiderit. 2, 40. citatus. 1, 55
Q. Fabius Vibulanus III Coſ. 3, 22. Decemvir creatur. 35. trib. mil. conſulari poteſtate iterum 4, 49. interrex. 51
Fabrûm centuriæ in prima claſſe. 1, 43
Fabula de Sp. Tarpeji filia. 1, 2
Fabularum actus hiſtrionibus relictus 7, 2
Facere & pati fortia, Romanum eſt. 2, 12
Facere ſtrenue, quam dicere ſcite, laudabilius. 10, 19
Facibus ardentibus armata multitudo. 4, 33
Facibus ardentibus anguibuſque prælatis ſacerdotes Tarquinienſium militem Romanum turbavere. 7, 17
Facta ducum magis ſequitur exercitus quàm dicta. 7, 32
Factorum oſtentator Romulus. 1, 10
Factiones quam pernicioſæ. 4, 9
Falerii. 10, 14
Falerina tribus addita. 9, 20
Falernus ager. 8, 11. 10, 20
Faliſci & Capenates vincuntur. 5, 19
Faliſcorum caſtra expugnantur. 5, 26. eorum urbs obſidetur. 27. Principum eorum liberi produntur Romanis à ludimagiſtro. *ibid.* Faliſcorum legatorum oratio in ſenatu habita, in qua ſe populo Romano dedunt. *ibid.* à Romanis vincuntur. 7, 17. inducias in XL annos impetrant. 22. eis bellum indicitur. 10, 45. pacem petentibus induciæ annuæ dantur. 46. Faliſcorum legiones. 4, 17
Faliſcus ager. 10, 26
Famæ ac fidei damna majora ſunt, quam quæ æſtimari poſſunt. 3, 71
Fama rerum ſtandum eſt, ubi vetuſtas fidem derogat. 7, 6
Fames. 2, 34. 3, 32
Famem unam natura vinci non ſinit. 5, 48
Fame coacti, multi ex plebe capitibus obvolutis ſe in Tiberim præcipitant. 4, 12
Fanum Dianæ Romæ ædificatur. 1, 45. Feroniæ. 1, 30. Quietis. 4, 41. Termini. 1, 5. Vultumnæ. 4. 23, 25, 61. 5, 17
Farris bilibra. 4, 15
Farris ſelibræ M. Manlio datæ. 5, 47
Faſces conſulares. 2, 54
Faſces L. Junius Brutus prior habuit. 2, 1
Faſces à multitudine franguntur. 3, 49
Faſcibus ſummiſſis P. Valerius Coſ. in concionem venit. 2, 7
Faſcibus fractis Coſſ. è foro in Curiam compelluntur. 2, 55
Faſti. 4, 3. circa forum à C. Flavio Cn. F. in albo poſiti. 9, 46
Faſti dies à Numa inſtituti. 1, 20
Fati neceſſitatem haud ruperis conſiliis humanis. 1, 42
in Fata media ferme fugiendo ruitur. 8, 24
Fatales libri. 5. 14, 15
Faucia curia. 9, 38
Fauſtulus magiſter regii pecoris. 1, 4. Romulum & Remum expoſitos uxori dat educandos. 4. Romulo ortum ſuum aperit. 5

Feca-

Digitized by Google

Fecana capta. 1,33
Feciales. 1. 24, 32. ad res repetendas miſſi. 4. 30, 58. 7, 32. 8, 22. 9,45. haſtam ferratam aut ſanguineam præuſtam, ad fines eorum, quibus bellum indicitur, ferunt. 1,32
Fecialis A. Cornelii Arvinæ oratio. 9, 10
Fenectani campi. 8, 12
Ferentani debellati à Coſ. Æmilio. 9, 15
Ferentinæ lucus. 1. 50, 52
Ferentinati populo ſuæ leges redditæ. 9, 43
Ferentinum capitur. 7, 9. à Samnitibus deſertum, Poſtumius Coſ. ingreditur. 10,34
Ferentinum caput, loci nomen. 2,38
Feretrius Jupiter. 1,10
Feriæ per triduum indictæ. 3, 5
Feriarum conſtituendarum cauſa creatus dictator. 7,28
Feroniæ fanum. 1,30
Feſcenninus verſus. 7,2
Ficulnea vetus. 1,38
Ficulnenſis via. 3,52
Ficus Ruminalis. 1, 4. 10,13
Fidenæ. 1, 2. obſeſſæ. 2,19
Fidenates Romanis bellum inferunt. 1, 14. à Romanis vincuntur. *ibid.* à Romanis deſciſcunt. 1,17. funduntur. *ibid.* agrum Romanum populantur. 4, 21. vincuntur. 22. à Romanis deficiunt. 31
Fidenatum deditio & urbis Fidenarum direptio. 4,34
Fides publica privatis difficultatibus potior. 7,27
Fidem inde non ſperes, ubi ſervitutem eſſe velis. 8,21
Fidei ac famæ damna majora ſunt quam æſtimari poſſint. 3,72
Fide abrogata omnis humana ſocietas tollitur. 6,41
Fidei ſolenne à Numa inſtitutum. 1,21
Filiæ ad nuptias, non ad ſtuprum educantur. 3,47
Filius effigies & imago patris. 5,18
Filii caritas poſthabita utilitati publicæ. 8,34
Filiorum vitia cum natura ingenita, quomodo tractanda patribus. 7,4
Filios ipſe pater ultimo ſupplicio affici jubet. 2,5. 8,7
Filum lanæ velamen. 1,32
Finium lis inter ſocios turpiter deciſa à Romanis. 3,71
Flamines à Numa creati. 1, 10. bigis curru arcuato Numa ad Fidei ſolenne eos vehi juſſit, 21
Flamen Dialis non poterat abnoctare. 5,52
Flamen Martialis. 1,20
Flaminia prata. 3. 54, 63
Flaminia via. *Ep.* 20.
Flaminius circus. 3, 54. exſtructus. *Ep.* 20.
C. Flaminius Cenſor viam Flaminiam munit. *ibid.*
Flamma circa caput Servii infantis dormientis. 1,39
C. Flavius Cn. F. ſcriba, patre libertino natus, ædilis curulis factus. 9,46. jus Civile repoſitum in penetralibus Pontificum evulgavit. *ibid.* Concordiæ ædem in area Vulcani dedicavit. *ibid.* curulem ſellam ſibi afferri jubet, cum nemo ei aſſurgeret. *ibid.*
M. Flavius populo dat viſcerationem. 8, 22. tribunus pleb. ad populum tulit, ut in Tuſculanos animadverteretur. 37
Flavia rogatio. 8,37
M. Flavoleius centurio. 2,45
Flumentana porta. 6,20
Flumine vivo perfundi. 1,45
Fœdus inter Lavinium & Romam renovatum. 1,14
Fœderis rupti ultores Dii. 10,39
Fœderum violandorum artifices callidi Romani. 9,1
Fœnus unciarium. 8, 16. ſemiunciarium ex unciario factum. 7,17
Fœneratores mulctantur. 7,28
Fores ædium virga percutiendi mos, in quas ingrederetur magiſtratus. 6,34
Formiani populi. 8, 14
Fortes Fortuna adjuvat. 8,29
Fortis Fortunæ ædes. 10,46
Fortium virorum omnia ſunt. 5, 36
Fortuna occæcat animos, ubi vim ſuam ingruentem refringi non vult. 5.37

For-

Digitized by Google

Fortuna haud imminet ignavo. 5,54
Fortuna virtutem ſecuta eſt. 4, 37
cum Fortuna fere exules mutabilem gerunt fidem. 8, 24
Fortunæ muliebri templum ædificatur dedicaturque. 2, 40
Fori in Circo quid? 1, 34. à L. Tarquinio Superbo facti. 56
Fori ornandi ab ædilibus initium factum. 10,40
Forum medium ſpecu vaſto collapſum. 7,6
M. Foſlius Flaccinator conſul. 9,20
M. Foſlius magiſter equitum. 9.26,28
Foſſæ Cluiliæ. 2,39
Foſſa Quiritum Anci Marcii opus. 1,33
Frabraterni. 8, 19
Fratrum tergeminorum Albanorum ac Romanorum certamen. 1,25
Fregellas colonia deducta. 8,22
Fregellanos Samnites igni circumdatos exuſſerunt. 9,12
Freſilia urbs capitur. 10,3
Frumentum ex Campania Romam advehitur. 2,34
Fruſinates tertia parte agri damnati. 10,1
Fucinus lacus. 4,57
Fuga militum impedita, dum dux eos a ſuis haberi jubet pro hoſtibus. 2,20
C. Fulcinius legatus à Fidenatibus interficitur. 4,17
Fulmine ictus Romulus Silvius. 1,3
Fulmine icti quidam in exercitu App. Claudii. 10,31
Fulminum procurandorum atque eliciendorum ratio à Numa præſcripta. 1,20
C. Fulvius Curvus ædilis plebis. 10,23
C. Fulvius legatus. 10, 4. Coſ. 11 de Samnitibus triumphat. 13. proprætor. 26
L. Fulvius Coſ. 8,38
L. Fulvius magiſter equitum. 9,21
M. Fulvius tribunus militum. 10,14
M. Fulvius Pætus Coſ. 10,9
Funebres laudationes matronarum unde manarint. 5,50
Funebres laudes hiſtoriam rerum vitiant. 8,40
Funebria juſta à Numa inſtituta. 1,2
Funus curatum conſulis à populo collatis quadrantibus. 3,18
Furcularum Caudinarum deſcriptio. 9,2
Furii Fuſiique iidem. 3,4
Agrippa Furius Coſ. 3, 66. tribunus militum conſ. pot. 5,32
C. Furius Pacilus Coſ. 4. 12, 52. cenſor. 9,33
L. Furius Coſ. 2, 54. ad populum orationem habet, *ibid.* tribunus militum. 6. 22, 36. Camilli collega cunctationis impatiens. 22
L. Furius Camillus dictator, patribus poſſeſſionem priſtinam conſulatus reddidit. 7, 24. Coſ. Gallicum bellum ſibi extra ſortem ſumit. 25. dictator ædem Junoni Monetæ vovit. *ibid.* de Latinis triumphat. 8,13
L. Furii Conſulis in ſenatu de rebus Latinis oratio. 8,13
L. Furius Medullinus trib. mil. conſulari poteſtate. 4. 25, 35. Coſ. 51. adverſus Volſcos legiones ducit. *ibid.* Coſſ. II creatur. 4.54,57
M. Furius Camillus tribunus militum conſulari poteſtate. 5, 1. trib. mil. conſ. poteſt. iterum. 10. interrex creatur. 17. dictator creatur. 19 ludos magnos ex S. C. Vejis captis vovit. *ibid.* templum Matutæ Matri dedicat. 23. ejus triumphus clarior, quam gratior. *ibid.*
M. Furius Camillus religionum diligentiſſimus cultor. 5, 50. interrex creatur. 31. exulatum abit. 53. ejus ad Ardeates oratio. 44. Decreto Senatus ab exilio revocatur, dictator abſens creatus. 46. Gallos vincit funditque. 49. triumphans in urbem redit. *ibid.* conditor alter urbis appellatur. *ibid.* ejus oratio adverſus tribunos, qua ſuadet, non deſerendam eſſe Romam, ut Vejos migretur. 51
M. Furius Camillus dictator. 6, 2. triumphans in urbem redit, trium bellorum victor. 4. cum collegis imperium communicat. 6 ejus oratio ad milites hoſtium multitudine perterritos. 7. quam formidabilis hoſtibus. 8. tribunus militum conſulari poteſtate quintum. 18. ſextum. 22. ei Volſcum bel-

Tr. mil. 4. 25

Digitized by Google

bellum extra ordinem decretum. *ibid.* ad Satricum cum IV legionibus proficiſcitur. *ibid.* fugientem exercitum excipit. 24. ejus inſignis candor erga collegam L. Furium. 25. dictator L. Æmilium mag. eq. cooptat. 38. orationem habet ad Quirites. *ibid.* ſe abdicat magiſtratu. *ibid.* triumphat. 42. dictator V creatur. *ibid.* ejus mors & laudes. 7,1
P. Furius conſul. 2, 56. triumvir creatur. 3,1
Q. Furius pontifex maximus. 3,54
Sext. Furius conſul. 2,39
Sp. Furius conſul. 2, 43. 3, 9, 12. ejus res geſtæ. 3, 4. tribunus militum conſulari poteſtate. 6,31
Sp. Furius M. F. Camillus prætor. 7,1
Sp. Fuſius pater patratus. 1,24
Fuſtuarium mereri. 5,6

G.

GAbii. 1, 53. Tarquinio Superbo regi parent. 54
Gabina via. 3,6
Gabini. 6,21
Gabinus ager vaſtatur. 3,8
Gabinus cinctus. 5,46. 8,9. 10,7
Gæſa teli genus. 8,8
Galli gens ferox & ingenii avidi ad pugnam. 7, 23. primo impetu feroces. 10, 28. inter ferrum & arma nati. 10,16
Gallorum prima prœlia, plus quam virorum, poſtrema minus quam fœminarum. 10,28
Galli humori frigorique aſſueti. 5,48. corpora eis intolerantiſſima laboris atque æſtus. 10,28
Gallis natura corpora animaſque magna magis quam firma dedit. 5,44
Galli gens nata in vanos tumultus. 5, 37. religionis haudquaquam negligentes. 5, 46. eſſedis carriſque ſuperſtantes pugnant. 10,28
Gallorum ululatus & cantus diſſoni. 5, 39
Gallorum equites capita lanceis infixa geſtant. 10,26
Galli cur primum Alpes tranſierint. 5, 33. legatos Romam mittunt. 30. Romam infeſti petunt. 37. Romanos in fugam vertunt. 38. cæſorum ſpolia legunt. 36. Romanos tam repente victos mirantur. *ibid.* Romam patente porta Collina ingrediuntur & deprædantur. 41. nocte ſublustri in arcem clam contendunt. 47. à Camillo fuſi. 46. in Albano agro victi. 6, 42. ad tertium lapidem caſtra habent. 7. 9. relictis trepide caſtris in Tiburtem agrum tranſeunt. 11. cum eis non procul porta Collina pugnatum. *ibid.* Galli fugati Tibur ſe recipiunt. *ibid.* vincuntur. *ibid.* ſe Hetruſcis militaturos promittunt, ſi in partem agri accipiantur. 10,10
Galli Inſubres. *Ep.* 20.
Gallus quidam fortiſſimum è Romanis virum ad certamen provocat. 7,9
Gaurus mons. 7,32
Geganii Albani, Romæ in patres lecti. 1, 30
L. Geganius trib. mil. conſulari poteſtate. 6,31
M. Geganius. 4,17
M. Geganius trib. mil. conſulari poteſtate. 6,42
M. Geganius Macerinus Coſ. 3, 65. II Coſ. 4. 8. ejus res geſtæ. 7. III Coſ. 17. cenſor creatur. 4,22
T. Geganius conſul. 2,34
Statius Gellius, Samnitium imperator, capitur. 9,44
Geminius Metius Tuſculanus, vir cum genere, tum factis clarus. 8,7. T. Manlium Coſ. F. ad ſingulare certamen provocat. *ibid.* vincitur. *ibid.*
Geminorum inter ſe fratrum fœda contentio de regno. 1,6
Gemmati annuli Sabinis. 1,11
Gentilicia ſacra. 5,52
C. Genucius augur de plebe creatur. 10, 9
C. Genucius trib. militum conſulari poteſtate ex plebe creatur. 4, 23. Coſ. II. 7. 3
L. Genucius Coſ. plebeius. 7, 1. iterum 4. cum exercitu occiditur. 6

Digitized by Google

L. Genucius trib. pl. tulit ad populum ne fœnerare liceret. 7,42
L. Genucius Coſ. 10,1
M. Genucius Coſ. 4,1
T. Genucius auctor Agrariæ legis T. Menenio diem dicit. 2, 52. mors. *ibid.* tribunus pl. conſules arripit. 2, 54. domi ſuæ occiditur. *ibid.*
T. Genucius Decemvir creatur. 3,33
Germanici ſaltus. 9,36
Gladius Hiſpanus. 7,10
Gladius ponderi, additus ab inſolente Gallo. 5,48
Gradivus Mars. 2,45
Græcis literis inſtituta juventus Romana. 9,36
Graminea corona obſidionalis P. Decio trib. mil. impoſita. 7,37
Grando & tonitru prœlium prohibent. 2,62
Gymneſiæ Baleares appellantur, quia æſtatem nudi exigant. *Ep.* 20.

H.

HAſtæ immiſſio in fines eorum, unde res repetebantur. 1,32
Haſtati omnium primi pugnam inibant. 8,8
Helenæ reddendæ auctores Æneas & Antenor. 1,2
Heneti populi. 1,1
Heraclea urbs. 1,18
Heraclea Tarentinorum colonia. 8,24
Hercinii ſaltus. 5,34
Herculaneum oppidum capitur. 10,45
Hercules Geryone interfecto, boves mira ſpecie abegit. 1, 7. Tiberim fl. nando trajicit. *ibid.* boves à Caco abactos quærit. *ibid.* boves clava occidit. *Ibid.* tribus ſtratis lectis per dies octo placatur. 5, 13. ei ara ab Euandro dicatur. 1, 7. Alpes an ſuperaverit. 5, 34. ejus ſimulacrum magnum in Capitolio poſitum. 9,44
Herculi ſacra ab Romulo Græco ritu fiunt. 1,7
Herculis miniſtri Potitii. 9,29
Ap. Herdonius Sabinus cum ſervis & exulibus arcem & Capitolium occupat. 3, 15. interficitur. 18
Turnus Herdonius in Tarquinium Superbum invehitur. 1, 50. capitur & indicta cauſa neci datur. 5
Herennius Pontius imperatoris Samnitium pater conſulitur, ejuſque reſponſa. 9, 3. plauſtro in caſtra advectus. *ibid.*
Lartes Herminius Coſ. creatur. 3,65
T. Herminius clarus genere factiſque. 2, 10. legatus. 20. veruto percuſſus in prœlio expirat. *ibid.*
Hernici populi ſummo ſtudio bellum apparant. 7, 7. devicti. 2, 40. fugantur. 7, 8. Romanis bellum indicunt. 9, 42. victi à Q. Martio Tremulo & in deditionem accepti. 43
Herſilia uxor Romuli. 1,11
Hetruriæ concilium. 4,23. 10,16
ex Hetruria frumentum conquiſitum. 2, 34. in Hetruria ingens belli apparatus. 10,18
in Hetruria gentes quatuor arma conferunt adverſus Romanos. 21
Hetruſci cœleſtium prodigiorum periti. 13
Hetruſci aruſpices. 5,15
Hetruſci vates ad publica tantum prodigia admiſſi. 1,56. fuſi pacem ſupplices petunt. 48. à Sp. Servilio Coſ. occidione occiduntur. 51. Sutrium capiunt. 6, 3. Hetruſcorum cæſa aut capta millia ad ſexaginta. 37. Hetruſci inducias in XXX annos impetrant. *ibid.* abſente dictatore magiſtrum eq. circumveniunt. 10, 3. Romanum præſidium adoriuntur. 4. fuſi & eorum caſtra direpta. 5. eis induciæ biennii datæ. *ibid.* Gallos ex hoſtibus ſocios adverſus Romanos facere conantur. 10,10
Hetruſci belli terrore dictator C. Julius dicitur. 7,21
Hiatus terræ vaſtus in medio foro Romano. 7,6
Hibernacula primum militibus ædificata. 5,2
Hiems bellis & obſidionibus incommoda. 5, 2. 10,46
Hiſter Tuſco verbo ludio vocatur. 7,2
Hiſtoriæ temporum variatio, unde? 8,40
Hiſtoriæ veteris obſcuritas. 9,15
Hiſtoriæ utilitas. *Præfat. lib.* 1.

Hiſto-

Digitized by Google

Hiſtoricorum novorum de ſe opinio. *ibid.*
Hiſtriones unde dicti? 7,2
Hiſtrionibus ad manum cantari cœptum. 7, 2. iis fabularum actus relictus. *ibid.*
Homines nihil non aggredientur, ſi magnis conatibus magna præmia proponantur. 4,35
Homicidium falſo objectum Cæſoni Quintio. 3,13
Honorata virtute fœminæ quoque ad publica decora excitantur. 2,13
Honorum diſtincti gradus. 1,31. 10,6
Horatii & Curiatii trigemini fratres. 1, 24. illorum de imperio pugna. 25
C. Horatius Pulvillus augur, peſtilentia mortuus. 3,32
L. Horatius Pulvillus trib. mil. conſulari poteſtate. 6,6
M. Horatius tribunus militum. 6, 31
M. Horatius Coſ. templum Jovis Opt. Max. anno poſt reges exactos dedicavit. 7,3
M. Horatius Barbatus adverſus Decemviros graviter invehitur. 3, 56. ſublato Decemviratu Coſ. creatur. 55. ejus leges. *ibid.* ejuſdem ad milites oratio. 62
M. Horatius Pulvillus Coſ. 2,8. 3,30. Capitolium dedicat. 2,8
P. Horatius cæſo hoſte ſecundam pugnam petit. 1, 25. victor tertii adverſarii ſororem ſuam gladio transfigit. 26. in jus rapitur ad regem. *ibid.* judicatur perduellionis. *ibid.* ad populum provocat & abſolvitur. *ibid.*
Horatius Cocles. 2, 10. armatus in Tiberim deſiluit, & incolumis ad ſuos tranavit. *ibid.* ei ſtatua in comitio poſita, ac tantum agri, quantum uno die circumaravit, datum. *ibid.*
Horatiæ ſepulcrum ſaxo quadrato conſtructum. 1,26
Horatia lex. 3,55
Horatia Pila. 1,26
D. Hortenſius tribunus pl. C. Sempronio diem dicit. 4,42
Q. Hortenſius dictator. *Ep.* 11.
Hoſpitalitas Romanorum erga Etruſcos. 2,14
Hoſtia urbs in ore Tiberis condita. 1, 33
Hoſtilia curia. 1, 39. 5, 55
Hoſtius Hoſtilius cadit. 1, 12
Tullus Hoſtilius rex creatur. 1, 22. duumviros creat qui judicent factum Horatii. 26. in agrum Albanum pergit infeſto exercitu. 23. Anienem tranſit. 27. fana Pallori ac Pavori dedicat. *ibid.* ſacrificium luſtrale parat. 28. in Cœlio monte habitat. 30. Albanorum principes in Patres legit. *ibid.* Sabinos vincit. 31. peſtilentia laborat. *ibid.* ſuperſtitionibus obnoxius. *ibid.* populum religionibus implet. *ibid.* fulmine conflagravit, poſtquam annos XXXII regnaſſet. *ibid.*
Hoſtem præferocem mora frangendi ratio. 10, 28
Hoſtem in inſidias præcipitare objectu pecoris. 2, 50
Humana divinis cur miſceat antiquitas. *Præf. lib.* 1.
Humilis ſatis ſuperque eſt, qui jure æquo in civitate vivit, nec inferendo injuriam, nec patiendo. 3, 53

I.

JAniculum urbi adjicitur. 1, 33. à Tuſcis occupatur. 2, 51
Januæ ædium omnium Romæ quibuſlibet adire volentibus patefactæ. 5, 13
Janus clauſus pacem ſignificat. 1, 19. poſt regnum Numæ bis clauſus. *ibid.*
Icilia lex de Aventino ne abrogetur. 3, 32
L. Icilius tribunitius. 3, 44
L. Icilius, L. Virginii filiæ ſponſus, Appio Decemviro fortiter reſiſtit. 3,45. tribunus pl. creatur. 54. legem fert de triumpho conſulum. 63
Sp. Icilius trib. pl. primus creatus tributis in comitiis. 2, 58
Idus Decembres ſolennes auſpicio magiſtratuum. 4, 37
Idus Majæ magiſtratibus ineundis ſolennes. 3, 36
Idus Quintiles tranſvectionibus equitum ſolennes. 9, 46

Ignibus armati Fidenates Romanum exterrent exercitum. 4, 33
Illyrii gens fera. 10, 2
Imber ingentibus procellis pugnam dirimit. 6. 8, 32
Immolandi mos Romanorum, antequam ſuos educerent in aciem. 8, 9
Immolati à Tarquinienſibus CCCVII milites Rom. 7,15. eorum ultio. 19
Immortalitatis virtute partæ fautor Romulus. 1, 7
Impenſa publica militare funus à Decemviris L. Siccio factum. 3, 43
Imperator parentis loco militibus ſuis. 4, 42
Imperatores injuſſu Senatus triumphantes. 10, 37
Imperatoris injuſſu nemini hoſtem prælio adoriri licitum. 4, 29
Imperatorum dona militibus impenſa. 6, 20
Imperia magna mortalia facit ſeditio. 2, 44. non eſſe debent diuturna. 9, 24
Imperium longè firmiſſimum quo obedientes gaudent. 8, 13
Imperium plurium bello inutile. 4, 31
Imperium ad conſules redit. 5, 29
Imperii vis in obedientium conſenſu. 2, 56
Imperii inſignia regem faciunt venerabilem. 1, 8
Imperii caput atque arcem Romam futuram, prodigium. 1, 55
Imperia Manliana. 4, 29. 8, 7
Imperia Poſthumiana. 4, 29
Imperitandi viciſſitudo libertatem alit. 3, 39
Impudica nulla Lucretiæ exemplo vivet. 1, 58
Incommodum alienum occaſionem ſuam facere nolunt Romani. 4, 58
Indi nullius momenti milites. 9, 19
Indici præmium pecunia ex ærario, libertas & civitas data. 2, 5. dena millia gravis æris ex ærario numerata. 4, 45
Indiges Jupiter, dictus Æneas. 1, 3
Indigetes Dii. 8, 9
Induciæ in C annos Vejentibus datæ. 1, 15
Induciæ datæ in XL annos. 2, 54. in XX annos Volſinienſibus. 5, 32
Induciæ cum Cæritibus in C annos factæ. 7, 20
Infelix arbor. 1, 26
Inferum mare. 5, 33
Ingenia artibus ad magnæ fortunæ cultum excitantur. 1, 39
Ingeniis excellentibus citius defuerit ars, qua civem regant, quam qua hoſtem ſuperent. 2, 43
Inimicus inferior non contemnendus. 4, 37
ex Injuria poſtmodum gratia orta. 1, 9
Innocentia ſola vivere in tot humanis erroribus periculoſum. 2, 3
Inſubribus pago cognomen unde. 5, 34
Inſubrium ager. *ibid.*
Interamna colonia Romana. 10, 36
Intercalares dies. 1, 19
Interregnum unde dictum. 1, 19
Interregna. 3, 8. 5. 7, 31. 6. 1, 5. 7. 17, 21, 28. 8. 3, 17, 23. 9, 7. 10, 11
In veſtimentum, album, petitionis cauſa, addere, lege vetitum. 4, 25
Invidia, tanquam ignis, ſumma petit. 8, 31
Inuus, Pan à Romanis vocatus. 1, 5
Ira vana & ſine viribus. 1, 10
Ira vires æquat. 10, 29
Iſtri gens fera. 10, 2. ſubacti. *Ep.* 20.
Italia ſupero & infero mari tanquam inſula cingitur. 5, 33
Decius Jubellius præfectus legionis Campanæ. *Ep.* 12.
Judices in ſuam rem litem vertere non debent. 3, 71
Judices iidem qui prætores. 3, 55
Judicibus qui nocuiſſet, ejus caput Jovi ſacrum. 3, 55
Judicia capitalia ſolus per ſe agit Tarquinius Superbus. 1, 49
Judicium populi à Senatu reſcindi non poteſt. 4, 7
Jugi deſcriptio. 3, 28. ejus ſubeundi ignominia. 9. 5, 15
Julius Æneæ & Creuſæ F. 1, 3
Julia gens ab Julo nomen ducit. *ibid.*
C. Julius Coſ. 2, 43
C. Julius decemvir creatur. 3, 33. P. Sextio diem dicit. *ibid.* legatus conſularis. 50. Coſ. creatur. 65. iterum Coſ. 4, 21. III Coſ. 23. ædem Apollinis dedicat. 29

Digitized by Google

C. Julius cenſor. 5, 31
C. Julius Tullius legatus à Fidenatibus interfectus. 4, 17
C. Julius Julus trib. mil. conſulari poteſtate creatur. 4, 56. trib. mil. conſ. pot. iterum. 61
C. Julius Mento conſul. 4, 26
L. Julius III tribunus mil. conſulari poteſtate creatur. 4, 16. magiſter equitum dictus. 26. Coſ. creatur. 30
L. Julius trib. mil. conſ. pot. 5, 10. 6. 4, 30
Juniores Romani ad edictum conveniunt. 6, 28
Juniores citati à Coſſ. ad nomen non reſpondent. 2, 28
Juniores Patrum, Cæſonis ſodales, tribunis fortiter reſiſtunt de Agraria lege agentibus. 3, 14
C. Junius Bubulcus Coſ. 9, 20. II Coſ. 9, 28. ob Etruſci belli famam dictator creatur. 29. III Coſ. 30. magiſter eq. dictus. 38. cenſor ædem Saluti locat. 43. Dictator ædem Salutis dedicat. 10, 2. Æquos ſubigit. 10, 1. triumphans in urbem redit. *ibid.*
D. Brutus Scæva legatus. 10, 43
D. Junius Brutus Scæva Coſ. 10, 47. munus gladiatorium defuncti patris primus edidit. *Ep.* 16.
Junius Brutus magiſter equitum. 8, 12
L. Junius Brutus. 1, 56. conditor Romanæ libertatis. 8, 34. ejus ingenium. 1, 56. comes Tarquiniis additur. *ibid.* aurum in baculo Apollini obtulit. *ibid.* auctor capiendi arma adverſus tyrannos Tarquinios. 59. ab exercitu benigne excipitur. *ibid.* primus Coſ. Romæ creatur. 60. jurejurando populum adſtrinxit, neminem Romæ regnare paſſuros. 2. 1, 2. prior concedente collega faſces habuit. 2, 1. Tarquinium Collatinum collegam propter affinitatem Tarquiniorum ſuſpectum cogit conſulatu ſe abdicare & civitate cedere. 2. collegam P. Valerium creat. 2. bona regum diripi jubet. 5. conſul de ſuis liberis pœnas publice ſumit. *ibid.* ex equo moribundus labitur in prœlio. 6
L. Junio Bruto funus à collega factum. 2, 7. per annum à matronis lugetur. *ibid.*
Q. Junius tribunus plebis Mælii necem queſtus. 4, 16
Juno Moneta. 7, 28
Juno regina. 5, 21. quanta religione Vejis Romam deportata ſit. 22. ei templum in Aventino à M. Furio Camillo locatum. 21. à M. Furio dictatore dedicatur. 31
Jupiter in culmine cum quadrigis. 10, 23. Jupiter Elicius. 1, 20. Feretrius. 1, 10. ejus ædes amplificatur. 33. ab Auguſto inſtauratur. 4, 20. Jupiter Imperator. 6, 29. Indiges. 1, 2. Jupiter in ſomniis apparens. 2, 36. Jupiter Stator. 1, 12. ei templum vovetur. 10, 36. Jupiter Victor. 10, 29. ei ædes vovetur. *ibid.* eidem ſpolia hoſtium cremantur. *ibid.* Jovi aurea corona à Latinis in Capitolium miſſa. 2, 22
Jurat ultro miles ſe non ex prœlio reverſurum niſi victorem. 2, 45
Jus feciale. 1, 3
Jus gratiæ non dandum. 1, 14
Jus id eſt, quod poſtremum populus jubet. 9, 33
Jus in armis ferunt Galli. 5, 36
Jura tectis ac parietibus non dicuntur. 3, 52
Juris & eloquentiæ periti urbi ac foro magis apti, quam bello. 10, 22
Juris humani violatoribus Fabiis honorem habitum Galli indigne ferunt. 5, 36
Jusjurandum à populo Romano exigit Brutus. 2, 1
Juſtitium ob tumultum indictum ſervatumque. 3. 5, 27. 4. 26, 31. 6. 2, 7. 7. 6, 9, 28. 10. 4, 21
Juſtitium ſua ſponte in foro cœptum, priuſquam indictum. 9, 7
Juſtitium remiſſum. 3, 5. 10, 21
Juſtitio ſimile otium. 7, 1
Juventas Dea. 5, 54
Juventus Romana nobilis avidior ſolutioris regiæ licentiæ, quam civilis libertatis. 2, 3

L.

Labici populi. 2, 39
Labor voluptaſque ſocietate quadam inter ſe naturali juncta. 5, 4
C. Lacerius trib. pleb. 5, 10
Lacus Albani prodigium. 5, 19
Lacus Curtius. 1, 13. 7, 6. Fucinus. 4, 57. Regillus. 2, 19. 3, 20. Vadimonis. 9, 39
Lætorius Voleronis collega, legis, ut plebeii magiſtratus tributis comitiis fierent, auctor recentior tum acrior. 2, 56. Coſ. Ap. Claudium Ap. F. accuſat. *ibid.* ejus cum conſule contentio. *ibid.* viatorem ad Ap. Claudium Ap. F. mittit. *ibid.*
M. Lætorio primipili centurioni dedicatio ædis Mercurii à populo data. 2, 27
Lævi Ligures. 5, 35. vide *Ligures.*
Lanuvini deficiunt à Romanis. 6, 21
Lanuvinis civitas data. 8, 14
Lares. 8, 9
Larentia uxor Fauſtuli. 1, 4. Lupa, vulgato corpore inter paſtores vocata. *ibid.*
Largitiones Romanis ſuſpectæ. 2, 41. 5, 2
Lars, ſeu Lartes Tolumnius, Vejentium rex. 4, 17. ejus cædes. 4. 19, 59
T. Lartius conſul. 2, 18. primus dictator creatus. *ibid.*
Laſcivire. 2, 29
Latinus rex ad arcendam vim advenarum concurrit. 1, 1. pacem cum Ænea facit, filia in matrimonium data. *ibid.*
Latinus Silvius V Rex Albanorum. 1, 3
Latini populi. 1, 1. ſic ſub Latino dici cœperunt, qui olim Aborigines nominabantur. *ibid.* perſimiles Romanis in rebus bellicis. 8, 8. coronam auream Jovi donum in Capitolium mittunt. 2, 22. incurſionibus Æquorum vexantur. 48. Latinis & Hernicis triſtia reſponſa à Senatu data. 6, 17. Latini Volſcique vincuntur. 32. Satricum igni concremant. 33. eis pax petentibus data. 7, 12. Latinorum de bello Romanis indicendo occulta conſilia. 8, 3. Latinorum Principes decem Romam evocantur. *ibid.* Latini vincuntur. 8, 10. Veſciam ſe recipiunt. 11. novum exercitum conſcribunt. *ibid.* victi ſeſe Coſ. Torquato dedunt. *ibid.* nec bellum, nec pacem pati poterant. 13
Latinæ feriæ. 5. 17, 19
Latona per dies octo ſtratis tribus lectis placatur. 5, 13
Latus clavus poſitus in luctu. 9, 7
Laudibus haud minus quàm præmiis gaudent militum animi. 2, 60
Lavici opp. capitur. 4, 47
Lavicos deducitur colonia. *ibid.*
Lavicani. 6, 21
Lavicani & Æqui Tuſculanum depopulantur. 4, 45
Lavicani agri. 3, 7
Lavicana via. 4, 41
Lavinia Æneæ uxor. 1, 1
Lavinium conditur. *ibid.* inter Lavinium & Albam Longam coloniam deductam, XXX interfuere anni. 1, 3
Laureatæ literæ & tabellæ relatæ. 5, 28
Lautulæ. 7, 39
ad Lautulas ancipiti prœlio cum Samnitibus dimicatum. 9, 23
Lectiſternium quando primum Romæ factum. 5, 13
Lectiſternium tertio ab V. C. factum. 7, 2. quinto. 7, 25
Lectiſternium Juventati. *ibid.*
Legati jure gentium ſacroſancti. 2, 4. eorum violatorum ſcelus. 1, 14. 4, 17. 5, 36
Legati à Porſenna de reducendo in regnum Tarquinio miſſi. 2, 15. de pace ad Coriolanum miſſi. 39. iterum miſſi. *ibid.*
Legati Romani mandata ad quercum dicere jubentur à Gracchо Clœlio Æquorum principe. 3, 25
Legati miſſi Athenas, qui Solonis leges deſcriberent. 3, 33. redeunt. *ibid.*
Legati ad plebem revocandam miſſi. 5, 25

Digitized by Google

Legati à Romanis ad Gallos miſſi. 5, 35. ad Samnites. 7, 31. 8, 23
Legati Campani in Senatu qualem orationem habuerint. 7, 30
Legati Delphos miſſi & à Liparenſibus capti, religionis ergo liberantur. 5, 28
Legati contra jus gentium arma capiunt. 5, 36
Legati prope violati. 3, 2. contra jus gentium interfecti. 4, 32
Legatorum, qui Fidenis cæſi erant, ſtatuæ publice in Roſtris poſitæ. 4, 17
Legationis jus externis, non civibus comparatum. 6, 18
Legiones ſingulæ trecenis equitibus ſcriptæ. 8, 8. quatuor quinis millibus peditum conſcriptæ. *ibid.* legiones quaternum millium & ducentorum peditum, equitumque trecentorum. 7, 25. legiones decem factæ. 2, 30. 7, 25
Legio prima & quarta. 10, 18
Legio Romana à Gallis Senonibus deleta, ita ut ne nuntius ſuperfuerit. 10, 26
Legio linteata Samnitium. 10, 38
Legio Sabina. 2, 26
L. Lentuli oratio. 9, 4
Leges multitudinem in populi unius corpus coaleſcere faciunt. 1, 8. Leges ubi duæ contrariæ, ſemper antiquam abrogat nova. 9, 24
Leges adverſus opes Patriciorum & pro commodis plebis. 6, 35. Leges tres latæ adverſus nobilitatem. 8, 12
Leges XII tabb. centuriatis comitiis perlatæ. 3, 34
Leges Conſulares. 3, 31
Leges Decemvirales, ſeu leges XII tabularum in æs inciſæ, in publico proponuntur. 3, 57
Leges plebeiæ. 3, 31. Leges regiæ. 6, 1. Leges ſacratæ. 3, 32. Leges tribunitiæ. 6, 35. Leges latæ plebi ſecundæ, nobilitati adverſæ. 8, 12
Leges abrogare leve eſt. 3, 21
Legibus omnino obtemperandum. 4, 14
Legum ac pœnarum metu excluſo, fide ac jurejurando vivitur Romæ ſub Numa. 1, 21
Legum & jurisjurandi interpretationes olim nemo ſibi accommodabat. 3, 20
Legum publice examinandarum mos. 3, 34
Lex res ſurda & inexorabilis. 2, 55 Lex ſilentio perlata. 2, 57. Lex de dictatore creando lata. 2, 18. Lex, ne quis magiſtratus ſine provocatione crearetur. 3, 55. Lex à tribunis pl. promulgata, ut populo poteſtas eſſet ſeu de plebe, ſeu de patribus Coſ. faciendi. 4, 1. Lex, ut alter conſulum ex plebe crearetur. 6, 35. Lex, quæ intra X annos eundem conſulem refici prohibet, recitata. 10, 13. Lex de triumpho conſulum à L. Icilio trib. pl. primum lata. 3, 63. Lex, ne cui album in veſtimentum addere petitionis cauſa liceat. 4, 25. Lex vetuſta, ut qui prætor maximus ſit, Idib. Septemb. clavum pangat. 7, 3. Lex minuendæ cenſuræ à Mamerco Æmilio lata, ne plus quàm annua & ſemeſtris eſſet. 4, 24. Lex Voleronis, ut plebeii magiſtratus tributis comitiis fiant. 2, 56. Lex ne tribunis collegam cooptare liceat. 4, 16. ne tribunorum militum comitia fierent. 6, 35. Lex, ne quis ubi tribunus mil. fuiſſet, poſtea ordinum ductor eſſet. 7, 41. Lex ſacrata in Sacro monte lata. 2, 33. 3, 32. 4, 26. Lex ſacrata militaris lata. 7, 41. Lex, ut qui tribunis pl. ædilibus, judicibus, Decemviris nocuiſſet, ejus caput Jovi ſacrum eſſet. 3, 55. Lex de provocatione confirmata. *ibid.* Lex de provocatione tertio fertur. 10, 9. Lex, ne cui fraudi eſſet ſeceſſio à decemviris facta. 3, 55. Lex lata centuriatis comitiis, ut quod tributim plebes juſſiſſet, populum teneret. *ibid.* Lex XII tabb. ut quodcumque poſtremum populus juſſiſſet, id jus ratumque eſſet, juſſum populi & ſuffragia eſſe. 7, 17. 9, 34. Lex, ut ſenatusconſulta ad ædiles pleb. in ædem Cereris deferantur. 3, 55. Lex de Aventino publicando. 3, 31. Lex perlata de indicendo Vejentibus bello. 4, 60. Lex data tributim de viceſi-

ceſima eorum, qui manumitterentur. 7, 16. Lex, ne cui Patricio plebeii magiſtratus pateant. 4, 25. Lex de connubio Patrum & plebis contentione magna partim repugnantibus, perfertur à C. Canuleio trib. pl 4. 1, 5. Lex, ne quis plus quingenta jugera agri poſſideret. 7, 16. Lex de mulctarum æſtimatione. 4, 30

Lex Appii Claudii decemviri contra Virginii filiam. 3, 44. Lex de Ambitu à C. Petilio trib. pl. promulgata. 7, 15

Lex Agraria quando primum promulgata. 2, 41. per totum annum eluſa. 3, 14. in ea perferenda tribunorum furor. 3. 16, 19

Lex Æmilia. 9. 33, 34

Licinia de D jugeribus. 7. 21, 22, 25

Porcia pro tergo civium lata. 10, 9

Terentilla, lata à toto collegio. 3, 10

Treboniana. 5, 12

Valeria. 10, 9

Liberi ædes. 3, 55. Liberæ ædes. *ibid.*

Liberæ civitatis jura omnibus æqua ſunt. 4, 15

Liberi ſequuntur patrem. 4, 4

Liberorum educatio pauperibus ſatis ſtipendii eſt. 2, 9

Liberos ſi prodis alicujus, veniunt item quaſi in poteſtatem parentes. 5, 27

Libertas nimis avide appetita in ſervitutem excidit. 3, 37

Libertas virtute recuperata. 3, 58

Libertini etiam in militiam centuriati. 10, 21

Libido quæ reges Roma expulit, eadem exegit item decemviros. 3, 44

Libri Fatales inſpecti. 5, 14. vide *Fatales.*

Libri lintei. 4. 7, 13. in æde Monetæ repoſiti. 4. 6, 20

Liber linteus Samnitium. 10, 38

Libri Magiſtratuum. 4. 7, 20

Libri Sibyllini ex S Conſulto per duumviros ſacrorum aditi. 5, 23. inſpecti. 7. 27, 28

Liburni, gens fera. 10, 2

Licinius Macer citatus. 4. 7, 20, 23. 7, 9. 9. 38, 46. libros linteos ſequitur. 4, 20

Licinius Menenius trib. mil. ſecundo. 6, 27. tertio. 31

C. Licinius primus trib. plebis creatur. 2, 33. tres ſibi collegas creat. *ibid.*

C. Licinius Calvus Coſ. 7, 9

C. Licinius Stolo plebejus minorem M. Fabii Ambuſti filiam ducit. 6, 34. leges adverſus patriciorum opes promulgat. 35. primus magiſter eq. de plebe creatur. 6, 39. 10, 8. continuari ſibi tribunatum recuſat. 6, 39. decimum tribunus pleb. refectus. 42. conſul creatur. 7, 2. ſua ipſius lege damnatur. 7, 16

P. Licinius Calvus primus ex plebe tribunus mil. conſ. poteſtate creatus. 5, 12. 7, 37

P. Licinius, P. Licinii F. trib. mil. conſ. poteſtate. 5, 18. ejus oratio ad Quirites. *ibid.* ejus ſententia de præda Vejorum. 20

Licinia lex de promiſcuo conſulatu. 7. 21, 22, 25. 10, 7. de D jugeribus. 8, 16

Lictor Sulpicii fores virga percutit. 6, 34

Lictor Horatio laqueum injicit. 1, 26

Lictores à Romulo inſtituti. 1, 8

Lictores XXIV apparent conſulibus. 2, 55. & præcedunt proficiſcentibus ad bellum. 10, 25

Lictores decemvirorum centum & viginti forum implent. 3, 36

Lictores de plebe homines. 2, 55

Lictores ad T. Manlium ire juſſi. 8, 9

Lictores à Volerone violantur. 2, 55

Ligures. 5, 35

Limina ænea ex fœneratorum bonis in Capitolio poſita. 10, 23

Lingones pop. 5, 35

Linguæ impedimentum naturale filio L. Manlii. 7, 4. in irriſu exerendæ mos. 7, 10

Linteata legio funditur. 10, 38

Lintei libri. vide *Libri lintei.*

Liparenſium piratæ. 5, 28

Liris flumen. 10, 21

Litem in rem ſuam vertere turpiſſimum. 3, 71

Literarum de rebus arcanis dandarum periculum. 1, 56

Literarum inventor Euander. 1, 7

Literis verbiſque priſcis ſcripta lex. 7, 3

Li-

Digitized by Google

Lituus augurum. 1, 18
L. Livius trib. pl. 9, 8
M. Livius pontifex. 10, 28
M. Livius Denter Coſ. 10, 1. pontifex creatur. 9
T. Livium quæ cauſæ ad res pop. Rom. ſcribendas impulerint. *Præfat. lib.* 1. quo tempore vixerit. 4, 20
Loca mores mutant. 5, 43
Loco ſe juvans, videtur in bello inferior. 7, 25
Locorum diviſio in ſpectaculis. 1, 35
Locus ad Marcium dictus non procul à Lanuvio. 6, 2. in cauſa ne damnetur Manlius. 6, 20
Locutio Deo templum in Nova via fieri juſſum. 5, 50, 52
Longula, oppidum Volſcorum. 2, 33
Lua mater. 8, 1
Lucani mutabilem cum fortuna fidem gerunt. 8, 24. in amicitiam fœdere accipiuntur. 25. qua ante à Romanis defecerint. 27
Luceres tribus. 10, 6. Lucerum nominis origo incerta. 1, 13
Luceria urbs. 9, 2. 10, 35
ad Lucerinos fines pugnatum cum Samnitibus duce Attilio Coſ. 10, 35
Lucretia lanæ dedita inter ancillas inventa. 1, 57. à Sexto Tarquinio ſtupratur. 58. ad virum qualem orationem habuerit. *ibid.* ſibi mortem conſciſcit. *ibid.* ejus corpus in forum defertur. 59
Hoſtius Lucretius Tricipitinus Coſ. 4, 30
L. Lucretius trib. mil. conſ. pot. 5, 32. 6. 21, 22
L. Lucretius Flavus Coſ. creatur. 5, 29
L. Lucretius Tricipitinus Coſ. 3, 8. ejus res geſtæ. *ibid.*
P. Lucretius III Coſ. 2, 15
P. Lucretius præfectus urbis. 3, 24
P. Lucretius Tricipitinus trib. mil. conſulari poteſtate iterum. 4, 47
Sp. Lucretius. 1, 58. conſul creatus intra paucos dies moritur. 2, 8
T. Lucretius Coſ. 2, 8. II Coſ. factus. 16
C. Luctatius Coſ. finem bello primo Punico impoſuit. *Ep.* 19
Lucumo Tanaquilem ducit. 1, 34. Romam commigrat. *ibid.* vocatur L. Tarquinius Priſcus. *ibid.* ejus frater. *ibid.* Lucumoni carpento ſedenti aquila pileum aufert. *ibid.*
Lucus Ferentinæ. 7, 25
Lucus Petelinus. 6, 20. 7, 41
Ludorum ſolennia intermitti nefas. 5, 1
Ludi bello voti celebres facti. 4, 35
Ludi ab Decemviris per ſeceſſionem plebis à Patribus ex S C. voti fiunt. 4, 12
Ludi Capitolini à Camillo inſtituti. 5, 31
Ludi Romani magni. 1, 35
Ludi magni. 7, 11. voti ab A. Poſtumio Tuberto. 4, 27. à M. Furio Camillo dictatore voti. 5, 19. facti Coſſ. L. Valerio Potitio & M. Manlio Capitolino. 5, 31
Ludi ſcenici primum inſtituti. 7, 3
Ludi votivi, quos M. Furius dictator voverat, facti. 7, 15
Ludi literarum diſcentium ſtrepunt vocibus. 6, 25
Ludorum initium Romæ. 7, 2
Ludorum intermiſſorum indignatio. 5, 1
Lunarem annum deſcribit Numa. 1, 19
Lupa mammas præbet Romulo & Remo. 1, 4
Lupa Larentia, hoc eſt, meretrix. *ibid.*
Lupercal. 1, 5
Lupus Marti proprius. 10, 27. per medios exercitus evadens. *ibid.*
Luſtrale ſacrificium. 1, 28
Luſtrum conditum. 1, 44. 10, 9. unde appellatum. 1, 44
Luſtrum propter Capitolium captum, conſulem occiſum, religioſum condi. 3, 22
Luſtrum decimum conditum. 2, 24. undeviceſimum à primo. 10, 47
Lycæus Pan. 1, 5

M.

MÆcia tribus. 8, 17
L. Mæcilius trib. pl. tributis comitiis primus creatus. 2, 58
Sp. Mecilius trib. pl. IV abſens creatus. 2, 58
P. Mælius trib. militum conſulari poteſtate. 5, 12

Sp. Mælius equeſter largitiones frumenti facere inſtituit. 4, 13. privatim annonæ curationem agit. *ibid.* tractat regni conſilia. *ibid.* ad dictatorem vocatur. 14. à Servilio Ahala mag. equit. obtruncatur. *ibid.*
Mælianum frumentum in modios æſtimatum plebi à L. Minucio dividitur. 4, 16
Sp. Mælii ædes dirutæ & bona publicata. 4, 16
Mæliana cædes. *ibid.*
Sp. Mælii favore ſeditiones motæ. 4, 21. is rogationem fert de publicandis bonis Servilii Ahalæ. *ibid.*
C. Mænius Coſ. 8, 13. dictator creatur, ut de occultis conjurationibus quæreret. 9, 26. adverſus nobiles orationem habet. *ibid.* abdicat ſe dictatura, & reus factus abſolvitur. *ibid.*
M. Mænius trib. pl. legis Agrariæ lator. 4, 53. M. Manlio diem dicit. 6, 20
P. Mænius trib. mil. conſ. pot. creatur. 5, 12. iterum. 18
Mæſia ſilva. 1, 33
Magiſter ludi ſuis à pueris juſte cæditur. 5, 27
Magiſter equitum primus Romæ quis? 2, 18
Magiſter equitum de plebe C. Plautius. 7, 17
Magiſtratus plebejus nullus auſpicato creatus. 6, 41
Magiſtratu functis dies dictus, ſi quid deliquiſſent. 3, 31
Magiſtratum eundem intra decem annos capere, plebiſcito cautum. 7, 42
Magiſtratuum libri citantur. 4. 7, 20
Magiſtratus duos eodem anno gerere illicitum. 7, 42
Magiſtratus magnos decet eſſe minus diuturnos. 4, 24
Magiſtratus nullos eſſe oportet ſine provocatione. 3, 55
Magiſtratibus concordibus optime adminiſtratur Reſpublica. 6, 6
Magni ludi voti 4, 27. 5, 31. vide *Ludi.*
Majæ Idus ſolennes ineundis Magiſtratibus. 3, 36
Majeſtas ſine viribus parum tuta. 2, 55
Majorum religio. 3, 20
Mala prævifa minus terrent. 4, 46
Maleventum oppidum. 10, 15. cui nunc Beneventum nomen eſt. 9, 27
Maliouſa ſilva. 1, 30
Mamercus Æmilius trib. mil. conſ. poteſt. 4, 16. vide *Æmilius.*
L. Mamilius Tuſculi dictator. 3, 18. Romana civitas ei datur. 29
Octavius Mamilius, gener Tarquinii. 1, 49. occiditur. 2, 20
Manipulus leves vicenos milites habuit. 8, 8. Manipulorum triginta agmen antepilanos appellant. *ibid.*
Manius Tullus conſul. 2, 19
Manium placandorum ritus à Numa inſtitutus. 1, 20
A. Manlius, trib. mil. conſ. poteſtate. 5, 16
M. Manlius Coſ. 4, 25
A. Manlius legatus Athenas mittitur, ut Solonis leges deſcriberet. 3, 31. Decemvir creatur. 33
A. Manlius trib. mil. conſ. pot. 6. 1. 2, 30. 4, 61. iterum. 5, 8. tertium. 6, 21. legatus. 5, 28
C. Manlius Coſ. 2, 54. ſordidatus circumit populum. *ibid.* trib. mil. conſulari poteſtate. 6, 30
Cn. Manlius Coſ. 2, 43. interficitur in prœlio à Tuſcis. 47
Cn. Manlius Coſ. 7. 12, 16. interrex creatur. 17
Cn. Manlius Capitolinus magiſter eq. 7, 28
L. Manlius Capitolinus trib. pl. 4, 42
L. Manlius Imperioſus dictator clavi figendi cauſa dictus. 7, 3. ob delectum acerbius habitum magiſtratu ſe abdicare cogitur. *ibid.*
L. Manlio dies à Pomponio trib. pl. dicta. 7, 4. unde ei cognomen Imperioſi. *ibid.* accuſatus crudelitatis in filium. *ibid.*
L. Manlius Torquatus, legatus. 10, 26
M. Manlii Capitolini popularis liberalitas. 6, 14
M. Manlius ob arcem ſervatam quo munere donatus ſit. 5, 47. interrex creatus. 6, 5. ſeditionis auctor. 11. ejus ad dictatoris orationem reſponſio. 15. in vincula à dictatore duci jubetur. 16. vinculis liberatur

tum. 17. ſeditioſam ad plebem orationem habet. 18. regnum affectat. *ibid.* damnatus de ſaxo Tarpejo dejicitur, 20. ei mortuo adjectæ notæ. *ibid.* ne quis Manliæ gentis deinde vocetur, decreto cautum eſt. *ibid.*
P. Manlius trib. mil. conſ. poteſtate. 6, 30. dictator. 6,38
T. Manlius L. F. cum Gallo pugnat. 7, 10. Gallum vincit, & à torque detracto, Torquatus dictus. *ibid.* ejus in patrem pietas. 5. Cæritibus bellum infert. 19. Coſ. creatur. 27. II Coſ. 28. III Coſ. 8, 3. ejus ad Latinos reſponſio. 5. ejuſdem ad filium oratio. 7. Coſ. filium ſecuri feriri jubet. *ibid.* ad triarios orationem habet. 10. utrius partis dux fuiſſet, ejus victoria futura. *ibid.* Romam redit. 12
T. Manlium juventus omni vita averſata execrataque eſt. *ibid.*
T. Manlius T. F. cum Geminio Metio pugnat. 8, 7. Geminium vincit. *ibid.*
T. Manlius Torquatus Coſ. 10, 9. ex equo lapſus moritur. 11
T. Manlio Coſ. templum Jani clauſum, poſt bellum Punicum. 1,19
Manliana imperia. 4,29. 8. 7, 34
Sext. Manilius ſummæ rei præeſt plebe ſeceſſionem moliente 3, 51
Manubiæ. 10,46
Manus ad digitos uſque involutæ in re divina faciunda. 1,26
Manum igni ultro injicit Mucius. 2,12
Manus non temere admotæ Deorum ſignis. 5, 22
Manus ad cœlum tollens precatur M. Furius Camillus. 5,21
Manibus ad cœlum porrectis M. Curtius ſe devovet. 7,6
Manumiſſorum viceſimæ lex. 7,16
Ancus Marcius rex creatur. 1, 32. Numæ Pompilii ex filia nepos. *ibid.* ſacra à Numa inſtituta in publico proponi jubet. *ibid.* bellicas cærimonias inſtituit. *ibid.* Politorium urbem Latinorum vi capit. 35. ſacra flaminibus demandat. *ibid.* Medulliam vincit. *ibid.*
C. Marcius Conſul. 7,16
C. Marcius trib. pl. 9,17
C. Marcius Coriolanus. 2,33. ejus virtus. *ibid.* hoſtis tribuniciæ poteſtatis. 34. ejus oratioum abiit. *ibid* ei dies à tribunis dicitur. 35. damnatus abſens in Volſcos exulat. *ibid*, creatur dux contra Romanos. 39. fletu muliebri, ut ab urbe recederet, movetur. 40. invidia rei oppreſſus, periſſe traditur. *ibid.*
C. Marcius Rutilus, primus dictator de plebe. 7, 17. Coſ. primus è plebe creatur. 21. concordiam ordinum turbat. 22. cenſuram petit. *ibid.* III Coſ. creatur. 7. 28, 38. pontifex creatur. 10, 9. fit cenſor. 8
Marcius Numa Marci F. pontifex lectus. 1, 20
Q. Marcius Tremulus conſul. 9,42. de Hernicis triumphat. 43. ei ſtatua equeſtris decreta. *ibid.*
Maritimus circus. 9,42
Marrucini populi. 8, 29. legatos Romam mittunt. 9, 45
Mars Gradivus. 1,20
Mars parens conditorque populi Romani. *Ep. lib.* 1.
Martis ædes dedicatur. 6, 5
Marti bos à P. Decio trib. mil. immolatus. 7, 37. Suovetaurilibus piaculum fit. 8,10
Martem geminorum ſuorum patrem laudat Rhea Silvia. 1,4
Martem ſui generis auctorem facit pop. Romanus. *Præfat. lib.* 1.
Marſi populi. 8.6,29. victi. 9, 41. 10,3. legatos Romam mittunt. 9,45
Mataris teli genus. 7,24
Matris reverentia ac pietas. 2,40
Materina Umbriæ regio. 9,41
Matronæ patriciæ arroganter contendunt cum plebejis. 10, 25
Matronæ aurum & omnia ornamenta in ærarium conferunt. 5,25
Matronis honos habitus, ut pilento ad ſacra ludoſque carpentis feſto profeſtoque uterentur. 5,25
Matronis ſolennis laudatio poſt mortem quando primum conceſſa. 5,50
Matronæ venena coquunt. 8,18
Matronæ ſtupri damnatæ. 10,31
Matutæ Matris templum. 6,33. 7. 27
Maxima ara Herculi ab Euandro dicatur. 1,7

Mediolanum à Gallis conditum. 5, 35
Meduacus amnis. 10, 2
Medullia oppugnatur. 1, 33. capitur. 38
Mendacii uſus in bello. 10, 41
Mendacii pœna nulli unquam ſervo vincula fuere. 6, 17
Agrippa Menenius Coſ. 2, 16. ejus ad plebem oratio. 32. moritur. 33. ei ſumptus ad funus defuere. *ibid.*
Agrippa Menenius triumvir. 4, 11
Agrippa Menenius Lanatus Coſ. 4, 13. tribunus mil. conſulari poteſtate. 4. 45, 47
C. Menenius Coſ. 3, 32
L. Menenius Lanatus Coſ. 4, 12
M. Menenius trib. mil. conſ. pot. 6, 5
T. Menenius conſul. 2, 51. adverſus Tuſcos male pugnat. *ibid.*
Mens peccat, non corpus. 1, 58
Menſarii Quinqueviri. 7, 21
Mercurius tribus lectis ſtratis placatur. 5, 13
Mercurii ædes dedicata. 2, 21
de Mercurii æde dedicata certamen inter Conſules. 2, 27
Meſſis execrabilis abjecta in fluvium. 2, 5
Metapontus. 1, 18
M. Metilius tribunus plebis. 5, 11
Sp. Metilius trib. pl. III abſens creatus. 4, 48
Metius Curtius Sabinorum princeps. 1, 12
Metius Fufetius dictator Albanorum. 1, 23. ejus proditio & ſupplicium. 28
Mevania, oppidum. 9, 41
Mezentius, Etruſcorum rex, ſocia arma haud gravatim Rutulis jungit. 1, 2
Milionia Samnitium opp. expugnatur. 10. 3, 34
Militare ſtipendium. 4, 59
Militem horridum magis eſſe decet, quam ornatum auro & argento. 9, 40
Milites prædam vendere coacti, ne alibi eorum animus quam in armis. 10, 20
Militum animus torpens ægre in pugnam incitatur. 10, 35
Militum decimatio. 2, 59
Militum donaria. 10, 44
Milites quando primum ſtipendium de publico acceperint. 4, 59
Milites duplici frumento in perpetuum, in præſentia ſingulis bobus, biniſque privis tunicis donati. 7, 37
Militis decus, virtus. 9, 40
Millionius, prætor Lavinii. 8, 11
Minerva numerum invenit. 7, 3
Minervæ templo dicata lex de clavo figendo. 7, 3
Minturnæ. 8, 11. Minturnæ colonia deducta. 10, 21
Minturnas Latini ſe ex fuga conferunt. 8, 10
Minucia Veſtalis viva humi defoſſa. 8, 15
L. Minucius Coſ. 3, 25. cum exercitu obſidetur. 26. juſſu dictatoris ſe abdicat magiſtratu. 29. Decemvir creatur. 35. in Algidum mittitur. 41. præfectus annonæ creatus. 4, 12. Coſ. in incertum creatur. 4, 13. bove aurato extra portam trigeminam donatur, & cur. 16
M. Minucius Coſ. 2. 21, 34. eo Coſ. ædes Saturno dedicata. 21
M. Minucius trib. pleb. 5, 11
M. Minucius Feſſus augur de plebe creatus. 10, 9
T. Minucius Coſ. 9. 44. in Samnium mittitur. *ibid.* de Samnitibus triumphat. *ibid.*
Moloſſis in Epiro. 8, 24
Monetæ ædes. 4. 7, 20
Monomachiæ aliquot. 7, 10. 8, 8
Mons Vecilius. 3, 49. Veſuvius. 8, 8
Mora cupidis ſtimulum addit. 2, 45
Morbi etiam religionem & ſuperſtitionem adferunt, quamvis ferocibus. 1, 31
ad Mores Regis ſe format populus. 1, 21
Mors pro patria præclara. 10. 4
Mortuorum laudationes. 8, 40
C. Mucius adoleſcens nobilis de Porſenna interficiendo cogitat. 2, 12. ſcribam pro Porſenna obtruncat. *ib.* incenſo foculo dextram injicit. *ibid.* jure belli liber à Porſenna dimittitur. *ibid.* ei ager à Patribus dono datur. 2, 13. cur Scævola dictus. *ibid.*
Mucia prata. 2, 13
Mulctatitiæ leges latæ. 4, 30

oc

ex Mulctatitia pecunia ludi facti, pateræque aureæ ad Cereris positæ. 10,23
Muli clitellarii instructi ad hostem fallendum. 10,40
Mulier facile ignoſcit ei, qui in ipſam deliquit ex amore. 1,9
Mulieres urbem, quam armis viri defendere non poſſent, precibus lacrimiſque defendunt. 1,40
Muliebris dolor vehementior. 3,48
Muliebris ambitio. 6,34
Muliebris fraus peſtilentia Romam inficit. 8,18
Muliebre certamen de pudicitia. 10,23
Mulſi pocillum Jovi Victori votum. 10,42
Multitudo ſemper ferme regenti ſimilis. 5,28
Multitudo pavida & conſternata regi imperio non poteſt. 3,15
Multitudo coaleſcere in populi unius corpus nulla re, præterquam legibus, poteſt. 1,8
Municipes Lanuvini 8,14
Murales coronæ. 6,20
ad Murciæ Latinis datæ ſedes ab Anco Marcio. 1,33
Murus lapideus Romæ circumdatus à Tarquinio. 1,33
Murus Romæ ſaxo quadrato. 6,32
Muri civitatum ſacri. 1.6,44

N.

NÆvia porta. 2,11
Narnia ubi ſita. 10,9
Naturæ damna in liberis ut patribus tractanda. 7,4
Navalia locus prope Tiberim. 3,26. 8,14
Accius Navius augur novacula cotem diſſecat. 1,36. ei ſtatua Romæ capite velato poſita. *ibid.*
C. Nautius Coſ. 1,52. in Volſcos mittitur. 53
C. Nautius Rutilus Coſ. 4,52
L. Nautius Coſ. 3,25. ejus res geſtæ. 26. ad Eretum cum Sabinis egregie pugnat. 29
Sp. Nautius cenſ. 2,39. Coſ. 9,21. 10,40
Sp. Nautius Rutilus trib. mil. conſ. pot. 4,35. iterum. 4.47,61
Neapolis. 8,22
Neapolitanum fœdus. 8,26
Nebula denſa quanti in bello momenti. 10,32
Necari ſub crate. 4,50
Neceſſitas ultimum ac maximum telum. 4,28
Neceſſitates belli non exſpectant conſilia humana. 4,57
Neceſſitati parendum. 9,4
Neceſſitatis ultimæ Senatuſconſulti formula quæ? 3,4
Nefaſti dies à Numa inſtituti. 1,20
Nemus Albanum. 5,15
Nepet. 6,19. Nepet per deditionem acceptum Hetruſci tenent. 6,10. à Camillo recipitur cæſis Hetruſcis. *ibid.*
Nepeſinorum deditionis auctores ſecuri percuſſi. 6,10
Nepeſinus ager. 5,19
Neptuno ludi à Romulo facti. 1,9
Neptunus tribus lectis ſtratis placatus. 5,13
Nequinum opp. in Umbria circumſidetur. 10,9. proditione oppidanorum captum. 10
Nerulum vi captum. 9,20
in Nervum ac ſupplicia dare. 6,36
Nexum inire. 7,19
Nexi ob æs alienum. 2,23. Quiritum fidem implorant. *ibid.* Nexi ſoluti. 8,28
Nobilium ſuperbia adverſus plebejos. 9,46
Nobilitatis ambitione pervertitur jus æquum. 51,36
Nola capitur à Romanis. 9,28
Nolani Palæpoli ejecti. 8,26
Nominis ſolius invidia ſolum vertere coactus Lucretiæ maritus. 1,2
Nominis invidiam gens Manlia decreto familia ſua arcet. 6,20
Nominis dandi in delectibus neceſſitas. 3,69
ad Nomina qui non reſpondiſſent, virgis cæſi. 7,4
Nominatim citati. 2,28
Nomentum oppidum. 4,22. captum. 1,38
Nomentana via. 3,52
Norba opp. 7,42. colonia Romana. 2,34

Digitized by Google

Norbani populi. 8,1
Norbanus ager. 8,19
Nortia Hetruſca dea. 7,3
Nota triſtis. 4,29
Novæ tabernæ Romæ. 3,48
Novenſiles divi. 8,9
Novi hominis invidia apud Patricios. 9,46
Novorum hominum ambitio compreſſa. 7,15
Nova ac recentia in hiſtoria jucundiora. *Præf. lib.* 1.
Nox prœlium dirimit. 4,39. victoriam magis quam prœlium dirimit. 7,33. 9,32. 10,12
Nuceria. 9,41
Nucerinus ager depopulatur. 9,38
Numerus à Minerva inventus. 7,3
Numicius flumen. 1,2
L. Numicius Circejenſis. 8,3
T. Numicius Priſcus Coſ. 2,63. ejus res geſtæ. *ibid.*
Numiſius Latinorum Imperator. 8,11
Numitor Procæ regis filius. 1,3
Numitori Remus ad ſupplicium deditur. 1,5
Numitor nepotes agnoſcit. *ibid.* Romulus & Remus ut geniti, ut educati, ut cogniti eſſent, populo exponit. 1,6
L. Numitorius, trib. pleb. tributis comitiis primus creatus. 2,58
P. Numitorius avunculus Virginiæ, trib. pl. creatus. 3,54
Nuncio reſpondet re, non verbis Tarquinius Superbus. 1,54
ob Nuptias virginis inter Ardeates bellum inteſtinum. 4,9
Nymphius princeps Palæpolis. 8,25. prætorem Samnitium arte aggreditur. 26

O.

OBſecratio à populo duumviris præeuntibus facta. 4,21
Octavius Metius. 10,41
Oculi Romanorum ardere viſi in prælio Samnitibus. 7,33
Officina Monetæ. 6,20
Ofilii Calavii Campani de Romanorum ſilentio judicium. 9,7
Cn. & Q. Ogulnii trib. pl. 10,6. ædiles curules fœneratoribus diem dicunt. 23
Olympias Alexandri Magni mater. 8,24
Opera nuſquam ſine emolumento, nec emolumentum ſine impenſa opera. 5,4
Opes Rom. æternæ, niſi inter ſemetipſos ſæviant ſeditionibus. 2,44
Opifices ad bellum exciti. 8,20
Opima ſpolia quæ dicantur. 4,20
Opima ſpolia M. Claudius Marcellus retulit occiſo Viridomaro Gallorum duce. *Ep.* 20.
C. Oppius tribunus pleb. creatus. 3,54
Oppia virgo Veſtalis damnata inceſti. 2,42
M. Oppius ex XX tribunis militum creatur unus, ut ſummæ rerum præſit. 3,51
Sp. Oppius legatus conſularis. 3,58
Sp. Oppius Cornicen Decemvir creatus. 3,35. in vincula ducitur. 58. mortem ſibi conſciſcit. *ibid.*
Oraculum Apollinis Delphis. 1,56. 5,16
Oratio Campanorum legatorum in Senatu. 7,30. legatorum Faliſcorum. 5,27. Mamerci Æmilii. 4,32
Oratio App. Claudii Craſſi. 6,40. ejuſdem in tribunos. *ibid.*
Oratio C. Claudii, patrui Appii, Decemviri. 3,40. A. Cornelii Coſſi dictatoris ad milites. 6,12. ejuſdem in M. Manlium. 15
Oratio P. Decii trib. mil. ad centuriones. 7,34. ejuſdem ad milites. 35.
M. Furii Camilli ad Ardeates. 5,44. ejuſdem adverſus tribunos plebis. 51. milites hoſtium multitudine perterritos. 6,7
Oratio Camilli ad Tuſculanos. 6,26. ad Quirites. 38
Oratio gravis M. Horatii Barbati adverſus Decemviros. 3,39
Oratio M. Horatii ad milites. 3,62. L. Icilii contra App. Claudium Decemvirum. 3,45. P. Licinii ad Quirites. 5,18
Oratio ſeditioſa Manlii Capitolini ad plebem. 6,18
Oratio T. Manlii ad filium. 8,7. C. Pontii Imperatoris Samnitium. 9,1

Digitized by Google

Oratio Sp. Poſtumii Coſ. ſub jugum miſſi. 9. 8, 9. L. Quintii dictatoris ad populum. 4, 15. T. Quintii Cincinnati vehemens in tribunos. 3, 19. ejuſdem ad Quirites. 67
Oratio T. Quintii conjuratorum ducis ad ſuos. 7, 21
Oratio P. Scaptii vaniſſimi ſenis. 3, 71. P. Sempronii tribuni pl. in App. Claudium cenſorem. 9, 34. Cn. Servilii Ahalæ ad trib. pl. 5, 9
Oratio Accii Tulli ad Conſules. 2, 37. ejuſdem ad ſuos cives. *ibid.* Sex. Tullii ad dictatorem C. Sulpicium. 7, 13
Oratio L. Valerii Coſ. ad milites. 3, 61 ejuſdem ad equites. *ibid.*
Oratio M. Valerii dictatoris pro victore populo. 2, 31. M. Valerii Corvini ad conjuratos. 7, 40
Oratio P. Valerii Poplicolæ Coſ. ad tribunos & plebem. 3, 17
Oratio gravis Veturiæ ad Coriolanum filium. 2, 40
Orbem volvere. 4, 28
Orbes æneі poſiti in ſacello Sanci verſus ædem Quirini. 8, 20
Ordinum diſcordia venenum civitatis. 3, 67
Ordinis militaris deſcriptio. 8, 8
Ordinum ac dignitatum diſcrimen inſtitutum à Servio rege. 1, 42
Origines rerum minus jucundæ. *Præf. lib.* 1.
Origines urbium ut fiant illuſtriores. *ibid.*
Ortona, urbs Latinorum. 2, 43. 3, 30
Oſca lingua. 10, 20
ab Oſcis Atellanæ fabulæ inventæ. 7, 2
in Otio tumultuoſi, iidem in bello ſegnes. 4, 28
ex Otio & copia animi laſciviunt. 2, 52
Otio civitas ſeneſcit. 1, 22
Ovius Paccius ſacerdos Samnitium. 10, 38

P.

PAdus fluvius. 5. 33, 35
Pæſtum oppidum. 8, 17
Palæpolis. 8, 22
Palæpolitani ſe dedunt Coſ. Romano. 25
Palanteum urbs Arcadiæ. 1, 5
Palatinus mons. *ibid.*
Palatina tribus. *Ep.* 20.
Palloris templum à Tullo dicatum. 1, 27
Palmæ quando primum victoribus datæ. 10, 47
Palmata tunica. 10, 7
Paludamentum à ſorore Horatii ſponſo factum. 1, 26
Paludamenta Coſ. detracta. 9, 5
Paludatus Coſ. egreditur. 2, 49
Palumbinum opp. Samnitium capitur. 10, 45
in Pana Lycæum ſolenne ab Euandro inſtitutum. 1, 5
Pandoſia Bruttiorum urbs. 8, 24
Panicus terror Romæ. 8, 37
Panis de Capitolio in hoſtium obſidentium ſtationes jactatus. 5, 48
Papaverum capita à L. Tarquinio Superbo decuſſa, quid indicarent. 1, 54
Paphlagonia. 1, 1
C. Papirius Craſſus trib. mil. conſ. pot. 6, 18
L. Papirius trib. mil. conſ. pot. 6. 22, 28
L. Papirii fœneratoris libido & crudelitas. 8, 28
L. Papirius prætor. 10, 47
L. Papirius Craſſus Coſ. 4. 21, 30. dictator creatus. 8, 1. conſul. 16. conſul iterum. 19
L. Papirius Curſor tribunus mil. conſ. poteſt. 6, 5. trib. mil. conſ. poteſt. iterum. 11. magiſter equitum. 8, 12. dictator dictus. 29. à pullario monitus Romam redit ad auſpicium repetendum. 30. ægre fert injuſſu ſuo pugnatum fuiſſe a magiſtro equitum. 31. ejus ad magiſtrum equitum interrogatio. 32
L. Papirius Curſor populi precibus donat Fabium. 8, 35. triumphat. 37. iterum conſul. 9, 7. vini cibique capaciſſimus. 16. equitibus rogantibus quid remiſerit. *ibid.* Prænestino prætori mulctam dicit. *ibid.* par Alexandro Magno. *ibid.* conſul creatus. 28. nocte dictator dicitur. 38. Victori Jovi pocillum mulſi, priuſquam temetum biberet, vovit. 42. triumphat. 46
L. Papirius Mugilanus. 4. 30, 42. conſul

Digitized by Google

ſul creatur. *ibid.* ejus conſulatus dubius. 8. cenſui agendo à populo præficitur. *ibid.* proditus interrex. 4,43
M. Papirius Gallum barbam ſuam mulcentem ſcipione eburneo percutit. 5,41
M. Papirius Quinquevir menſarius 7,21
M. Papirius Attatinus Coſ. 4,52
M. Papirius Craſſus Coſ. 4, 12
M. Papirius Mugillanus trib. mil. conſulari poteſt. iterum. 4,47
Sp. Papirius tribunus militum. 6,27
Sp. Papirius trib. mil. conſulari poteſtate. 6,22
Sp. Papirius armillis aureiſque coronis donatus. 10,44
Papiria tribus. 8,37
Papiriana ſævitia. 10,3
Paſtorum habitu milites. 9,2.10,4
Patavium. 10,2. Patavii monimentum navalis pugnæ ſolenni certamine exercetur. *ibid.*
Patavinos ſemper in armis habent Galli. *ibid.*
Pateræ tres aureæ in cella Jovis ante pedes Junonis poſitæ. 6,4
Pateræ aureæ ex mulctatitia pecunia ad Cereris poſitæ. 10,23
Pater Patratus. 1,24
Pater erga filium ſeverus. 2. 5,41.8,7
Patris acerbitas filium à pietate non avertens. 7,5
Patris memoria filio reo prodeſt. 2,52. 4,41
inter Patrem ac filium cognitio facilis. 1,50
Patrem ſequuntur liberi. 4,4
Patres conſcripti unde dicti. 2, 1. cur Senatores dicti. 1,8
Patrum de rege novo creando diſſidium. 1,17
Patres Romani Numæ regnum deferunt. 1, 18. tribunatum petere prohibiti. 2, 33. conſilia non publica, ſed in privato habent. 2, 54. Voleronis legi reſiſtunt. 56
Patres malo domandam tribuniciam poteſtatem cenſent. 2, 55. indigne ferunt plebejis honores mandari. 4, 54 plebem prehenſant. 5,30. inter Patres & plebem diſcordia propter nexos ob æs alienum. 2,23. inter Patres plebemque de conſularibus comitiis certamen. 7,18
Patrum ac plebis certamina, venenum civitatis. 3,67
Patrum indulgentia in plebem, optima civitatis cuſtos. 2,9
de Patrum cum plebe connubio lex lata. 4,5
Patribus equitibuſque locus ſecretus in circo à plebe. 1,35
Patria, non ſunt tecta urbis, & turba imbellis, ſed juventus militaris, ſine qua rueret. 9,4
Patriæ amor quantus in Camillo. 5,51
Patriæ caritas in quo ſit. 7,40
Patricii unde appellati. 1, 8. dicti quod patrem ciere avumque poſſent. 10,8
Patricio in Capitolio aut arce habitare non licet. 6,20
Patriciarum matronarum adverſus plebejos faſtus. 10,23
Patriciorum juvenum aſtutia in eludendis tribuniciis conatibus. 3,14
Patriciorum ſuperbia. 4, 1. excellentia 6,37
Pauperes ſatis ſtipendii pendunt, ſi liberos educant. 2, 9
Paupertas maximorum virorum, nempe P. Valerii Coſ. 2, 16. Menenii Agrippæ. 33. L. Quintii Cincinnati. 3,26
Paupertati ac parſimoniæ honos maximus Romæ. *Præf. lib.* 1.
Pax ibi firmiſſima, ubi voluntarii pacati ſunt. 8,21
Pax ſervientibus gravior, quam liberis bellum. 10,16
Pacis conditiones inter Samnites & Romanum exercitum. 9,4
Pacem etiam, qui vincere poſſunt, volunt. 7,40
Peccandi exemplum eſſe non debent, qui aliis præſunt. 3,21
Pedum opp. 2, 39. 7, 2. expugnatur. 8,13
Peligni pop. 8. 6, 29. victi à M. Fabio. 9,41. legatos Romam mittunt. 45
ſub Pellibus durare. 5,2
Peloponneſus. 1,7
Pentri, Samnites. 9,31
Perduellionem judicant Decemviri. 1,26

Digitized by Google

Periculo privato publicum implicitum. 3, 48
Peruſia Hetruriæ opp. pacem petit. 9, 37. in deditionem accipitur. 40. capitur. 10, 37
Peruſinorum quatuor millia & quingenti occiſi. 10, 31
Peſtilentia laboratum. 1, 31. 3. 6, 32. 4, 21. 5. 13, 48. 6, 21. 7. 1, 27. 8, 17. 10, 47
Peſtilentia à bellis otium præbet. 4, 30. clavo a dictatore fixo ſedatur. 7, 3
Phalanges ſimiles Macedonicis. 8, 8
Phaliſci, vide *Faliſci.*
P. Philo abſolutus eſt. 9, 26
Piacularia ſacrificia genti Horatiæ tradita. 1, 26
Pila Horatia. 1, 26
Pilento matronæ uſæ ad ſacra ludoſque. 5, 25
Pinarii miniſtri ſacrorum Herculis. 1, 7. quare interdictum illis, ne extis ſolennibus veſcantur. *ibid.*
L. Pinarius magiſter equitum. 7, 3. prætor. 25
L. Pinarius Mamercus tribunus mil. conſulari poteſt. 4, 25
Piſo annalium ſcriptor. 10, 9. vide *Calpurnius Piſo.*
Pithecuſa inſula. 8, 22
Placentiam colonia deducta. *Ep.* 20.
Plauſtris grave æs ad ærarium convectum. 4, 60
C. Plautius Coſ. 7, 12. Hernicos devicit. 15. primus magiſter equitum de plebe creatur. 17. II Coſ. creatur. 4, 27. 8, 1
C. Plautius cenſor. 9, 29
L. Plautius Venno Coſ. 8, 19. 9, 20
P. Plautius Proculus Coſ. 8, 22
Plebs portoriis & tributo liberatur. 2, 9. Patres ſolos arma capere jubet. 24. in Eſquiliis cœtus nocturnos facit. 28. in ſacrum montem ſecedit. 32
Plebi Rom. magis ſcuto quam gladio opus eſt. 3, 53
Plebis indignatio & tumultus adverſus Patres. 55
Plebs irata conſularibus comitiis non intereſt. 64. relicto Aventino in ſacrum montem ſecedit. 3, 52. ad Plebem revocandam ex ſacro monte legati mittuntur. 53. Plebis poſtulata. *ibid.* ad ea legatorum reſponſum. *ibid.* Plebs Romam reverſa tribunos plebis creat. 54. inter Plebem & Patres diſſidia. 65
Plebis principes ſecreta conſilia agitant. 4, 25
Plebs patrum precibus flectitur. 5, 30
Plebis ob vinctum M. Manlium indignatio. 6, 16
Plebs nexu liberata propter L. Papirii fœneratoris libidinem. 8, 28. ære alieno oppreſſa omnia Patribus concedit. 6, 34
Plebem qui ſine tribunis reliquiſſet, tergo ac capite punitus. 3, 55
Plebis concilium indictum. 6, 38
ex Plebe multi fame coacti, capitibus obvolutis in Tiberim ſe præcipitant. 4, 12
Plebejus magiſtratus nullus auſpicato creatur. 6, 41
Plebeji magiſtratus ſacroſancti. 2, 33. Patriciis non gerendi. 4, 25. comitiis tributis confirmandi. 2, 56. ejus magiſtratus neceſſitas. 3, 52
Plebejus conſul conceditur. 6, 42. 7, 1
Plebejus dictator. 7, 17. magiſter equitum. *ibid.*
Plebiſcitum. 4, 40. 5, 42. 9, 30. 10, 21
Plebiſcitum, ut ſi M. Furius pro dictatore quid egiſſet, quingentum millium æris ei mulcta eſſet. 6, 38
Plebiſcitis an teneantur Patres. 3, 55. imo omnino. 8, 12
Pleſtina capta. 10, 3
Pliſtia obſeſſa. 9, 21
Pluvia carnea. 3, 10
Pœnæ etſi ſeræ, non tamen leves ſuperbiæ crudelitatique veniunt. 3, 56
Q. Pœtelius decemvir creatur. 3, 35
Pœtelinus lucus. 6, 20. 7, 41
C. Pœtelius trib. pl. legem fert de ambitu. 7, 15
C. Pœtelius Coſ. 7, 27
C. Pœtelius dictator. 9, 28
C. Pœtelius Balbus Coſ. 7, 11. de Gallis Tiburtibuſque geminum triumphum egit. *ibid.*
M. Pœtelius conſul. 9, 24
Politorium, urbs Latinorum. 1, 33. capitur ab Anco Martio. *ibid.* diruitur à Romanis. *ibid.*

Pollia

Digitized by Google

Pollia tribus. 8, 37. nulla fert ſuffragia Papiriis. *ibid.*
Poluſca Romanis adimitur. 1, 39
Pometia Sueſſaque à Tarquinio Superbo captæ, ac militi prædæ datæ. 1. 25, 53
Pometinæ manubiæ. 1, 55
Pomœrium. 1, 26. unde dictum. 44
Pompejos Rom. claſſis appulſa. 9, 38
Numa Pompilius à Curibus arceſſitus Romæ in regnum aſſumptus. 1, 34. ei regnum à Patribus Rom. defertur. 1, 18. ejus juſtitia religioque. *ibid.* an Pythagoræ auditor fuerit. *ibid.* Deorum metum hominibus injicit. 1, 19. cum Egeria Dea ſibi rem eſſe ſimulat. *ibid.* annum in XII menſes deſcribit. *ibid.* Flamines creat. *ibid.* Camœnis ſacrat lucum. 21. Fidei ſolenne inſtituit. *ibid.* Veſtales virgines legit, & ipſis ſtipendium de publico inſtituit. 29. tres & quadraginta annos regnat. 21. poſt Numæ regnum Janus bis clauſus. 19
Sex. Pompilius tribunus plebis. 4, 44
M. Pomponius tribunus plebis. 3, 54. 7, 4. in verba T. Manlii L. F. jurare cogitur. 7, 5
Pomptina tribus addita. 7, 15
Pomptinus ager. 4, 25. 6. 5, 6, 12, 21
Pondera iniqua à Gallis allata, quibus appenderetur pretium quo ſe redimerent Romani. 5, 48
Pons ſublicius. 1, 38
Pontiæ colonia deducta. 9, 28
Pontifex creatus à Patribus ejuſque auctoritas. 1, 20. officium. *ibid.*
Pontifex publicus devotionis verba præfatur. 8, 9
Pontifices à Numa inſtituti. 1, 19
Pontifices quatuor de plebe lecti. 10. 6, 9
Pontificum commentarii. 4, 3
Pontificum fraus adverſus vulgus. 6, 1. 9, 46
Tib. Pontificius trib. pl. auctor legis agrariæ. 2, 44
Pontius Cominius incubans cortici, ſecundo Tiberi ad urbem defertur. 5, 46
C. Pontius Herennii F. Imperator Samnitium. 9, 1. ejus oratio. *ibid.* ejus ad fecialem reſponſio. 9, 11. ſecuri percutitur. *Ep.* 11.
M. Popillius Coſ. 9, 21
M. Popillius Lænas Coſ. 7, 12, 16. iterum Coſ. creatus. 17. ei Gallicum bellum extra ordinem datum. 23. trajectus prope humerum matari. 24. ad milites adhortationem habet. *ibid.* de Gallis triumphat. 25. conſul de plebe IV creatur. 26
Populus appellatur adverſus magiſtratus. 2. 8, 55
Populus haud obſtringitur magiſtratuum ſuorum ſponſionibus aut fœderibus. 9, 5
Populus in regis mores ſe format. 1, 21
Populus regem jubet, Patres auctores fiunt. 1, 17. 4, 3
Per Populum duo imperia militaria dari cœpta. 9, 30
Populi judicium reſcindi non poteſt ab Senatu, præterquam quod nullo nec exemplo, nec jure fieret. 4, 7
Populi quam Conſulis majeſtas major. 2, 7. ejus vis ac reverentia. 4, 3. poteſtas penes eum omnium rerum. 8, 34
Populus it ſupplicatum. 3, 63. vide *Supplicatio.*
Popularis conſul P. Valerius. 2, 8
Popularitas duces maxime conciliat ſuis militibus. 8, 36
Porcia lex pro tergo civium lata. 10, 9
Porcus in fœderibus ſanciendis ſaxo percuſſus. 1, 24. à fecialibus feritur. 9, 5
Lars Porſenna rex Cluſinorum. 2, 9. Janiculum capit. 10. Romam obſidet. 11. pacis conditiones ultro fert Romanis. 13. obſides accipit à Romanis. *ibid.* legatos mittit de reducendo in regnum Tarquinio. 25. obſides reliquos reddit. *ibid.*
Porſennæ bona vendere quid? 2, 14
Porta Capena. 1, 26. 3, 22
Carmentalis. 2, 49
Collina. 1, 51. 3, 51
Decumana. 3, 5. 10, 22
Eſquilina. 3, 66
Flumentana. 6, 20
Portentum lupi & cervæ. 10, 17. vide *Prodigia.*

Digitized by Google

Porticus primum Romæ à Tarquinio Priſco rege facta. 1, 25
Poſidonia colonia deducta. *Ep.* 19.
Poſtremum quodcunque populus juſſit, id jus ratumque eſto. 7, 17
Poſtumia virgo Veſtalis ob cultum amœniorem de inceſtu cauſam dicit. 4, 44
A. Poſtumius dictator. 2, 19. proſpere ad lacum Regillum contra Tarquinios pugnat. *ibid.* ædem Caſtori vovet. 20. Coſ. creatur. 21. bello Latino dictator. 26. conſulatu ſe cur abdicaverit. 21
A. Poſtumius conſul & flamen Martialis. *Ep.* 19.
A. Poſtumius Regillenſis trib. mil. conſ. pot. 5, 16. iterum. 6, 22
A. Poſtumius Tubertus magiſter equitum. 4, 23. dictator dictus. 26. ludos magnos vovet. 27. urbem triumphans ingreditur. 29
L. Poſtumius trib. mil. conſ. pot. 6, 1. conſul creatur. 9, 44. de Samnitibus triumphat. *ibid.*
L. Poſtumius Megillus proprætor 10, 26. conſul ædem victoriæ, quam ædilis curulis faciendam curaverat, dedicat. 32. apud P. C. ob negatum ſibi triumphum queritur. 37
L. Poſtumius Regillenſis trib. mil. 6, 22
M. Poſtumius trib. mil. conſ. pot. 4, 31. decem millibus æris gravis damnatur. 41. trib. mil. conſulari poteſtate. 5, 1
M. Poſtumius Albinus trib. mil. conſ. pot. *ibid.*
M. Poſtumius Regillenſis trib. mil. conſ. pot. 4, 49. ab exercitu ſuo lapidibus obruitur. 50
P. Poſtumius conſul. 2, 16. de Sabinis triumphat. *ibid.*
Sp. Poſtumius trib. mil. conſ. poteſtate. 5, 26. ejus res geſtæ. 28
Sp. Poſtumius Coſ. 9, 1
Sp. Poſtumii, qui ſub jugum miſſus erat, oratio. 9, 8. per fecialem Samnitibus deditus non accipitur. 9. 10, 11
Sp. Poſtumius Albinus legatus. 3, 70. trib. mil. conſ. pot. 4, 25. legatus. 27. ſaxo ictus acie excedit. 28. legatus Athenas mittitur, ut inclitas leges Solonis deſcriberet, & aliarum Graciæ civitatum inſtituta, mores juraque noſceret. 3, 31. Decemvir creatur. 33
Poſtumiana imperia. 4, 29
Potitia gens. 9, 29
Potitii miniſtri ſacrorum Herculis. *ibid.* ad ſacrum ab Hercule invitantur. 1, 7. ſervos publicos ſolennia Herculis docent. 9, 29. Potitiorum duodecim familiæ extinctæ. *ibid.*
Præco populum ad tribunum Celerum advocat. 1, 59
Præda caſtrorum militi data. 7, 24
Præda in campo Martio exponitur, ut ſua quiſque cognita abduceret. 3, 10. propter inopiam ærarii à Coſ. vendita. 31
Præda ad quæſtores redacta magna militum ira. 5, 26
Prædæ dulcedine longe progreſſus miles non ſine periculo. 9, 38
Prœlium inter Romanos & Sabinos acerrimum. 3, 62
Prœlium Romanorum & Samnitium atrox. 7, 33
Prœlia Gallorum prima plus virorum, poſtrema minus quam fœminarum ſunt. 10, 28
Præmia magna conatis magnis ſi proponantur, homines nihil non aggredientur. 4, 35
Præneſte. 6, 29. à Latinis ad Romanos deſciſcit. 2, 19. per deditionem recipitur. 6, 29
Prænestinis ex SC. bellum indictum. 6, 22
Præneſtini agro Sabino, deinde Romano pervaſtatis, ad portam Collinam ſigna inferunt. 6, 28. terga vertunt. 29
Præneſtinorum octo oppida capiuntur. *ibid.*
Præneſtini montes. 3, 8
Præſultator. 2, 36
Prætexta. 2, 54
Prætextati conſules. 7, 1
Prætores duo primum creati. *Ep.* 19.
Prætor maximus creatus, qui Idibus Septembribus clavum pangat 7, 3
Prætor urbanus ex Patribus creatus. 6, 42. quando id primum factum. 7, 1

Prætor primus de plebe creatus Q. Publilius Philo. 8, 15
Prætor collega conſulibus atque iiſdem auſpiciis creatus. 8, 32
Prætorum numerus ampliatus, ut eſſent quatuor. *Ep.* 20.
Prata Flaminia. 3, 54. Quintia. 3,26. Vacci. 8, 19
Prima legio. 10, 18
Primipilus primus centurio appellatus. 7, 41
Primipili inter triarios. 8, 8
Principes in militia qui? *ibid.*
Principia omnia parva. 7, 2
Priſci Latini. 1, 3
Privæ tunicæ. 7, 37
Privatarum rerum reſpectus ſemper officit Rebuſpublicis. 2, 30
Privernates. 7, 15. vincuntur & eorum urbs in deditionem accipitur. 16. deficiunt, ſed mox ſubiguntur. 8, 1
Privernatibus civitas datur. 8, 21
Privernatum Senatus trans Tiberim habitare juſſus. 8, 20
de Privernatibus quid ſtatuendum eſſet, Senatus conſulitur. 21
Privernatis legati liberum reſponſum. *ibid.*
Proca XIV Rex Albanus. 1, 3. Numitorem atque Amulium procreat. *ibid.*
Proconſules tribuni mil. conſ. poteſt. creantur. 4, 31
Proculus Geganius Macerinus Coſ. 4, 12
Proculus Virginius Coſ. 2, 41
Proculi Julii concio de apotheoſi Romuli. 1, 16

PRODIGIA.

Prodigium. 10, 23
Prodigia cœleſtia & in agris & in urbe viſa. 2, 42
Prodigium mirabile, Ser. Tullio caput, multorum in conſpectu arſit. 1, 39
Prodigia ſpreta. 5, 15
in Albano monte lapidibus pluit. 1, 31
Arris palmæ in cœlo viſæ. 8, 1
Bos locuta. 3, 10
Caput humanum integra facie aperientibus fundamenta templi apparuit. 1, 55
Carne pluit. 3, 10
Cerva à Gallis configitur. 10, 27
Cœlum ardere viſum. 3. 5, 10
Corvus ante Conſulem L. Papirium occinit. 10, 40
Lacus in nemore Albano ſine ullis cœleſtibus aquis, cauſave qua alia in altitudinem inſolitam crevit. 5, 15
Lapidibus pluit. 7, 28
Lapidibus pluit in monte Albano. 1, 31
Lupus ad Romanos fugit. 10, 27
Lupi viſi in Capitolio fugati à canibus. 3, 29
Vox è ſummi cacuminis loco audita. 1, 31
Vox è ſpecu reddita. 1, 56
Vox ingens edita è ſilva Arſia. 2, 7
Vox humana clarior noctis ſilentio edita. 5, 32
Proditori nihil unquam fidum. 1, 2
Proditori præter libertatem duarum familiarum bona in præmium data. 4, 61
de Proditoribus ſupplicium ſumptum. 2, 5
Proles è terra nata. 1, 8

PROVERBIA.

Arborem, quam quis conſevit, ſub ea alium legere fructum indignum eſt. 10, 24
Cœlum ac terras miſcere. 4, 3
Compreſſis ſedere manibus. 7, 13
Fortes Fortuna adjuvat. 8, 29
Impedimentum pro occaſione arripere. 2, 35
Malum malo aptiſſimum. 1, 46
Malum malo augetur. 7, 4
Parietibus dicere jura. 3, 52
Porſennæ bona vendere. 2, 14
Puncto temporis maximarum rerum momenta vertuntur. 3, 27
ad Triarios res rediit. 8, 8
Provocatio omnibus Magiſtratibus addita. 3, 55
Ptolomæus Ægypti rex. *Ep.* 14.
Publicum ſubſtantive, peſſimo publico. 2, 1

Digitized by Google

Publicæ utilitati ſemper officit reſpectus rerum privatarum. 2, 30
Publicia tribus addita. 7, 16
C. Publilius ob æs paternum ultro nexus. 8, 28
L. Publilius Volſcus tr. mil. conſ. pot. 5, 12
Q. Publilius Philo Cenſor. 8, 17
Q. Publilius trib. pl. 6, 19. M. Manlio diem dicit. 20
Q. Publilius Decemvir menſarius. 7, 21
Q. Publilius Philo Coſ. 8, 12. primus de plebe Prætor factus. 8, 15. 10, 8. Magiſter equitum. 8, 16. II Coſ. 22
Q. Publilio, qui Palæpolitanos obſederat, omnium primo prolatum imperium, & acto honore decretus triumphus. 8, 26
Q. Publilius Philo Coſ. 9, 7. ejus res geſtæ. 13
T. Publilius augur de plebe. 10, 9
Volero Publilius homo de plebe ad tribunos appellat. 2, 55. provocat ad populum. *ibid.* prævalens ipſe, & adjuvantibus advocatis lictorem repellit. *ibid.* trib. pl. creatur. 56. rogationem fert ad populum, ut plebeji Magiſtratus tributis fiant Comitiis. *ibid.* à plebe tribunus reficitur. *ibid.*
Pudicitia amiſſa mulieri nihil ſalvum. 1, 58
Pudicitiæ Patriciæ ſacellum in foro Boario. 10, 23
Pudicitiæ Plebejæ ara à Virginia Aulia dedicatur. *ibid.*
Pugna atrox. 7, 26. inter Sabinos & Tullium Hoſtilium ad ſilvam Malitioſam. 1, 30. inter Æquos & Romanos. 3, 2
Pugna Romanorum & Hernicorum acris. 7, 8
Pugna ad Sueſſulam commiſſa. 7, 37
Pugnæ forma inſolita Romanos exterret. 4, 33
Pullarius L. Papirium Curſorem admonet. 8, 30. nuntiat auſpicia ſecunda eſſe. 9, 14. in auſpicium mittitur. 10, 40. auſpicium mentitur. *ibid.*
inter Pullarios altercatio orta. *ibid.*
Pullarius pilo ictus ante ſigna cadit. *ibid.*
Pulvinaria Deorum, vide *Supplicationes.*
Pulvis elatus miſtuſque fumo lucem ex oculis virorum equorumque aufert. 4, 33
Pupinienſis ager. 9, 41
P. Pupius primus ex plebe quæſtor creatus. 4, 54
Pylæmenes rex ad Trojam cecidit. 1, 1
Pyrrhus Epirotarum rex, ut auxilium Tarentinis ferret, in Italiam venit. 7, 29. *Ep.* 12.
Pythagoras Samius quo tempore vixerit. 1, 18. literas juvenes docuit. *ibid.*
Pythicæ ſortes. 5, 23
Pythicum oraculum. 5, 15

Q.

Quadrigarum in diverſum incitatarum ſupplicium. 1, 28. primum & ultimum apud Romanos ſupplicium in Fuffetio. *ibid.*
Quadringenariæ cohortes. 7, 7. 10, 40
Quadruplatoris nomen infame. 3, 72
Quæſtionem poſtulare. 2, 29
in Quæſtoribus creandis prælati Patricii. 4, 44
Quæſtores etiam ex plebejis. 4, 54
ob Quæſtores inter plebem ac Patres diſcordia. 4, 43
Quæſtoria Comitia. 4, 54
Quæſtorium captum, & Quæſtor à Samnitibus occiſus. 10, 32
Quartarii vini M. Manlio dati ab univerſis militibus. 5, 47
Quercus paſtoribus ſacra. 1, 10
Quietis fanum. 4, 41
Quinqueviri poſtulati à C. Terentillo Arſa trib. pl. qui ſcriberent leges de imperio conſulari. 3, 9
Quinqueviri creati ut agrum Pomptinum dividerent. 6, 21
Quinqueviri menſarii. 7, 21
Quintilibus Calendis magiſtratus inituis. 5, 32
Cn. Quintilius clavi figendi cauſa dictator dictus. 8, 18
M. Quintilius Varus trib. mil. conſ. poteſtate. 5, 1

Sex. Quintilius Coſ. 3, 32. moritur. *ibid.*
Quintia gens. 3, 12
Quintii Albani in Patres lecti. 1, 30
Quintius Capitolinus legatus. 4, 17
Quintius Cincinnatus trib. mil. conſ. pot. 4, 49
C. Quintius tribunis reſiſtit. 3, 11. à principibus civitatis defenditur. 12. de vi in civem illata accuſatus. 13
Cæſo Quintius primos vades publicos dedit. *ibid.*
C. Quintius Cincinnatus trib. mil. 6, 32
C. Quintius Capitolinus ædilis. 7, 1
L. Quintius Cincinnatus, Cæſonis pater, Coſ. creatus. 3. 12, 19. ejus in tribunos vehemens oratio. *ibid.* non patitur ſe contra S. C. conſulem refici. 21. ab opere agreſti ad dictaturam arceſſitur 26. patronus ab exercitu ſalutatur. 26. dictaturam in ſex menſes accepta ſe abdicat. *ibid.* C. Servilium Ahalam magiſtrum equitum dicit. 4, 14
L. Quintius, Cincinnati F. tribunus mil. conſ. pot. 4, 16. magiſter equitum dictus. 17. iterum trib. mil. conſ. poteſtate creatur. 35. III trib. mil. conſ. pot. 44. ſextum. 6, 6
P. Quintius Cincinnatus trib. mil. conſ. pot. 4, 61
Q. Quintius trib. mil. conſ. pot. 6, 36
T. Quintius triumvir creatus. 3, 1. vulneratur. 5
T. Quintius trib. mil. conſ. pot. 6, 28. magiſter equitum dictus. 7. 11. triumvir coloniæ deducendæ. 8, 16
T. Quintius Barbatus Coſſ. creat L. Papirium Mugilanum, L. Sempronium Atratinum. 4, 7
T. Quintio Coſ. gratiæ actæ, quod ejus opera mitigata diſcordia inter Coſſ. & trib. 2, 57. per patres clienteſque patrum Coſ. creatus. 64. ejus inſigne ſtratagema. *ibid.*
T. Quintius Capitolinus III Coſ. 3, 12. IV Coſ. 66. ejus ad Quirites oratio. 67. ejuſdem laus. 69. V Coſ. creatur. 4, 8
T. Quintius Capitolinus togatus armatam collegæ gloriam æquat. 4, 10. ejus elogium. *ibid.*
T. Quintius Capitolinus quæſtor. 3, 25
T. Quintius Capitolini F. Capitolinus Coſ. 4, 43. trib. mil. conſ. pot. 61. magiſter eq. 6, 11
T. Quintius L. F. Cincinnatus (eidem & Penno cognomen) creatus Coſ. 4, 26
T. Quintius Cincinnatus trib. mil. conſ. pot. 6, 4 trib. mil. conſ. pot. iterum. 16. dictator creatur. 28
T. Quintius octo Præneſtinorum oppida vi capit. *ibid.* triumphans urbem ingreditur. *ibid.*
T. Quintius Pennus iterum Coſ. 4, 30. tribunus mil. conſ. pot. 31. mag. equitum dictus. 6, 42. dictator. 7, 9
T. Quintius Torquatus adverſus Samnites mittitur. 8, 6
Quintia prata. 3, 26
Quirinalis flamen à Numa creatus. 1, 10
Quirinalis collis urbi à Servio Tullio adjectus. 1, 44
Quirini ædes dedicata. 10, 46
Quirites unde dicti. 1, 13
Quiritium foſſa. 1, 33

R

M. RAbulejus creatus Decemvir. 3, 35
Racilia, uxor L. Quintii Cincinnati. 3, 26
Ramnenſes à Romulo inſtituti. 1, 36
Ramnenſes tribus antiqua. 1, 36
Ramnenſi Curiæ à Romulo nomen. 1, 13
Raptus virginum Sabinarum. 1, 9
Raptus ſcortorum penè bellum excitans. 2, 18
Redemptio Romanorum à Gallis obſeſſorum. 5, 48
Regillus lacus. 2. 19, 20
Regnum Romanum tertius peregrinus affectat Tarquinius Priſcus. 1, 35
Regni cupido avitum malum in Romulo. 1, 6

Reli-

Religio pie magis quam magnifice culta. 3, 57
Religio ſcelere non exſolvitur. 2, 32
Religionis cura Romæ. 5. 14, 46
Religionis pravæ malum. 1, 31
Religione exſolvere populum. 2, 37. 9, 9
Religionibus dediti Etruſci. 5, 1
Religionibus procurandis inſtituti ludi. 7, 2
Religioſi dies. 6, 1
Remus capitur. 1, 5. regi Amulio traditur. *ibid.* ad ſupplicium Numitori deditur. *ibid.* Aventinum ad inaugurandum capit. 6. Remo ſex vultures ad augurium veniunt. *ibid.* occiditur. *ibid.*
Reipublicæ adminiſtratio quam difficilis. 2, 54
Res adverſæ admonent religionum. 5, 51
Rerum humanarum momenta ſæpe temporis puncto mutantur. 3, 27
Rerum privatarum reſpectus ſemper officit publicis conſiliis 2, 30
Rebus antiquis quantum fidei habendum. 5, 21
Rebus verba accommodare explicatis conſiliis, facile. 8, 4
Reum, cui capitalis dies dicta ſit, & de quo propediem futurum judicium, cum indicta cauſa non debere violari. 3, 13
Rex ſacrificulus. 2, 2
Regis exemplum omnes ſequuntur. 1, 21
Regia poteſtas non tam immutata Romæ inducto conſulatu, quam velut annua facta. 2, 1
Regii nominis ac faſtus invidia apud Romanos. 2. 1. 3, 37
Regni abominatio apud Romanos. 2, 41. ejus affectati ſuſpicio quam odioſa. 4, 2
Regni cupido. 1, 6. 2, 7
Regni invidia etiam inter domeſticos infida omnia atque infeſta facit. 1, 42
Rhea Silvia vovit virginitatem perpetuam. 1, 3. vi compreſſa, cum geminum partum edidiſſet, Martem incertæ ſtirpis patrem nuncupat. 4. vincta in cuſtodiam datur. *ibid.* ejus pueros in profluentem aquam mitti jubet Amulius. *ibid.*
Rogatio promulgata, ut pro Duumviris ſacris faciundis Decemviri creentur. 6, 37
Rogatio lata, ut tribuni militum ſeni deni in quatuor legiones crearentur. 9, 30
Rogatio L. Trebonii trib. pl. 3, 65
Rogationis carmen de trib. M. Duillio recitatum. 3, 64
Roma à Romulo conditur. 1, 6. intra annum inſtaurata. 6, 4. Albæ ruinis creſcit. 1, 30. Anco Martio Rege ut creverit. 33. muro lapideo cingitur. 38. à Servio Tullio amplificatur. 44. quadrifariam diviſa regionibus. 43
Roma caput orbis terrarum. 1, 16
Romæ forma civitatis iterum mutatur anno trecenteſimo altero quam condita eſt. 3, 33
Romæ urbis fortuna miſera. 3, 7
Romana gens victa quieſcere nequit. 9, 3
Romana juventus connubiorum ergo Sabinas virgines rapit. 1, 9
Romanæ Reipublicæ laus. *Præfat. lib.* 1.
Romani ab Albanorum regum ſtirpe oriundi. 1, 23
inter Romanos & Albanos fœdus initum. 1, 4
Romani hoſtibus potius quam regibus urbem patefacere malunt. 2, 15
Romani milites odio Decemvirorum ſe vinci patiuntur. 3, 42
Romani equites frenos equis detrahunt. 4, 33
Romani cedunt Volſcis. 4, 38. ab Æquis vincuntur. 46. vincunt Volſcos & eorum ſocios. 57. ab Æquis fugantur. 5, 28. cæſi à Gallis, ut ne nuncius quidem cladis Romam venerit. 38
Romanorum in rebus deſperatis conſilium. *ibid.*
Romani quo pretio ſe à Gallis redemerint. 5, 48. Volſcorum fines deprædantur. 6, 31. inſtructa acie intra munimenta Hetruſcos paulo ante lucem invadunt. 4, 37. ſiſtunt fugam duce amiſſo. 10, 29

Digitized by Google

Romanus populus in libertate eſt, non in regno. 2, 15
Romani ludi. vide *Ludi.*
Romanorum clades. 2, 59. 10, 35. gratitudo. 2, 10. modeſtia. 3, 6
T. Romilius Coſ. 3, 31. ei dies dicitur. *ibid.* X millibus æris damnatur. *ibid.* Decemvir creatur. 33
Romulus Silvius XII Albanorum rex. 1, 3
Romuli & Remi educatio. 1, 4
Romulus & Remus Amulium obtruncant. 1, 5
Romulus fratrem liberat. *ibid.*
Romulus & Remus avum Numitorem regem ſalutant. 1, 6
Romulum & Remum cupido urbis condendæ cœpit. *ibid.*
inter Romulum & Remum diſſidium. *ibid.*
Romulus fratrem Remum, quod novos muros tranſiluerit, occidit. *ibid.* urbem ſuo nomine appellatam condit. 7. Palatinum munit, ſacraque aliis diis Albano ritu facit. *ibid.* aſylum aperit. *ibid.* centum creat Senatores, & cur. *ibid.* legatos mittit qui ſocietatem connubiumque novo populo peterent. 9. Sabinas raptas conſolatur. *ibid.* Cæninenſium regem obtruncat. 10. Capitolium aſcendit, ac templum Jovi Statori dedicat. *ibid.* Romanos fugientes reſiſtere jubet. 12. populum in XXX curias dividit. 13. trecentos Celeres ad ſui corporis cuſtodiam inſtituit. 16. deus creditur. *ibid.* ſeptem & triginta annos regnat. 21. alter Camillus. 5, 49
Romularis ficus. 1, 4
Romulea urbs. 10, 17. capitur. *ibid.*
Rorarius ſecundum vexillum ducebat. 8, 8
Rorarii inter antepilanos concurrunt. 9
L. Roſcius legatus à Fidenis interfectus. 4, 17
Roſtra unde dicta. 8, 14
in Roſtris ſtatuæ publicæ poſitæ. 4, 17
Roſtra navium in æde Junonis veteri fixa. 10, 2
Rubra ſaxa, locus. 2, 49
Rudimentum. 1, 3
Ruffrium, oppidum Samnii. 8, 25
Ruffuli qui? 7, 5
Ruminalis ficus. 1, 4. 10, 23
Ruſellanus ager. 10, 37
Sp. Rutilius Craſſus trib. mil. conſ. poteſtate. 4, 47
Rutili victi ab Ænea. 1, 2. diffiſi rebus, ad florentes Hetruſcorum opes, Mezentiumque, eorum regem confugiunt. *ibid.*
Rutulorum bellum. 1, 57

S.

Sabatina nova tribus. 6, 5
Sabellæ cohortes. 10, 19
Sabellus ager. 8, 1
Sabini bellum contra Romanos movent, ob raptum filiarum. 1, 2. arcem tenent. *ibid.* cum Romanis pacem faciunt. 13. migrant plures Romam & Capitolium inhabitant. 33. cæteri vincuntur. 37
de Sabinis triumphatum. 1, 16
Sabini de pace legatos Romam mittunt. 1, 18. vincuntur. 1. 26, 53. Romanos fines depopulantur. 3. 26, 38
Sabinorum caſtra diripiuntur. 3, 63
Sabinus bovem miræ magnitudinis ad Dianæ fanum ducit. 1, 45
Sabina juventus ſcorta per laſciviam rapit. 2, 18
Sabinæ virgines rapiuntur. 1, 9. Romulus eas conſolatur. *ibid.*
Sabinarum mulierum oratio. 1, 13
Sabinarum virginum patres Romam migrant. *ibid.*
Sabinorum rex Titus Tatius. 1, 14
Sabinæ legiones. 3, 16
Sacellum Pudicitiæ Patriciæ in foro Boario. 10, 23
Sacer mons. 2, 32. 3, 52
in Sacrum montem relicto Aventino plebs ſecedit. 3, 52
Sacerdotum creandorum auctor Numa. 1, 20
Sacerdotes ſoli Patricii, non etiam plebeji. 10, 6
Sacerdotes ſoli divorum imagines attrectant. 5, 22
Sacerdotes velati ſuis inſignibus ad caſtra hoſtium eunt ſupplices. 2, 39

Sacer-

Digitized by Google

Sacerdotes Tarquinienſium facibus ardentibus anguibuſque prælatis Romanum militem turbant. 7, 17
Sacerdotum ſacris faciundis ea aſſiduitas, ut multi nunquam urbem linquant per noctem. 5, 52
Sacerdotum & Augurum numerus. 10, 7
de Sacerdotiis cum plebe communicandis inter primores civitatis plebejoſque certamen. 10, 6
Sacra via. 2, 13
Sacramenti ſuperſtitioſo ritu initiantur Samnites. 10, 38
Sacramento dicere. 4, 53
Sacramento ſolvi. 2, 32
Sacrata lex. 5, 11. 9, 26
Sacrata lex lata. 7, 41
Sacrum Samnitium hominum ac pecudum mixto ſanguine reſperſum. 10. 38, 39
Sacrificulus rex creatus. 2, 2. 6, 41
Sacrificulus vivo flumine perfundebatur. 1, 54
Sacroſancti qui ſint. 3, 55
Salis vendendi arbitrium privatis conceſſum. 2, 9
Salaria via. 7, 9
Salentini. 9, 42
Salentino agro pax parta. 10, 2
Salii XII à Numa inſtituti. 1, 20
Saliorum carmina. *ibid.*
Salinæ factæ. 1, 34
Salinæ Romanæ. 7, 19
Salluvii ubi conſederint. 5, 35
P. Salonius. 7, 41. P. C. obteſtatur ne ſuum honorem præponant concordiæ civitatis. *ibid.*
Salpinates populi. 5, 31
Saltationis ritus in ludis ſcenicis. 7, 2
Saltus Germanici. 9, 36
Saltus Caudini non ubique Samnitibus. 9, 7
Salutis ædes à C. Junio Bubulco cenſore locata. 9, 43. dedicatur. 10, 1
Samnites primo impetu feroces. 10, 28. fœdere in ſocietatem accepti. 7, 19
Samnitium bellum quibus de cauſis ſuſceptum. 7. 29
ad Samnites mittunt legatos Romani deprecatum pro Campanis. 7, 31. eis bellum indicitur. 32. vincuntur. 33. eorum caſtra diripiuntur cæſis ad XXX millia hoſtium. 36. exercitus à M. Valerio Corvino fugatur. 37. cum Samnitibus fœdus icitur. 8, 2. Samnitium legati pacem orant. *ibid.*
Samnites fraude Palæpoli ejecti. 8, 26. iniquo loco Romanos ejiciunt. 38. ad Caudium caſtra locant. 9. 2. intercipiunt exercitum Romanum. 3. ſub jugum mittunt. 6. à Publilio Coſ. fuſi. 13. Samnitium VII millia militum ſub jugum miſſa. 15
Samnites rebellant. 9, 21
Samnitium ducem magiſter eq. interficit. 22
Samnites ac Lucerini ad internecionem cæſi. 23
Samnites ad Caudium ex Apulia redeunt. 27. Romanos ex inſidiis adoriuntur. 31. Samnitium XX millia cæduntur. *ibid.* Samnites auro & argento ſcuta cælant. 40. vincuntur & eorum caſtra diripiuntur. *ibid.* Q. Martium Tremulum Coſ. aggrediuntur. 43. Samnitium cæſa XXX millia. *ibid.*
de Samnitibus victis à L. Poſtumio & Ti. Minucio Coſſ. variant auctores. 9, 44
Samnites legatos de pace Romam mittunt. 45. eis fœdus antiquum redditum. *ibid.*
Samnites arma & rebellionem ſpectare, nuntiatur à Picentibus. 10, 11. adverſus Samnites ambo Coſſ. profecti fines hoſtium depopulantur. 14. Samnites in fugam diſſipati. *ibid.* finibus ſuis pulſi Hetruriam petunt. 16. depopulantur Romanorum fines. 20
Samnitium præcipua quæque oppida à P. Decio Coſ. expugnantur. 10, 17
Samnites relictis in dimicatione Gallis in caſtra fugiunt. 29. caſtra Romana oppugnant. 32. adventu Poſtumii diſcedunt. 33. inſtruunt aciem. 35. nudi ſub jugum mittuntur. 36. ſummo conatu & apparatu bellum inſtaurant. 38. terga vertunt. 41. Satrici mœnibus ſe includunt. 6, 8.

cum Samnitibus fœdus quarto renovatum. *Ep.* 11.
Sanci Semonis ſacellum. 8, 20
Sariſſæ haſtæ prælongæ Macedonum. 9, 19
Saſſula urbs capta. 7, 19
Saticula deditur. 9, 22
Satira Romanorum. 7, 2
Satricum colonia deducta ab Antiatibus. 7, 27
Satricum Romanis ademptum. 2, 41. expugnatur. 6, 9. igni à Latinis concrematur. 6, 33. Satricani ad Samnites deficiunt. 9, 12. Satricum obſidet Papirius Coſ. 9, 16. Satricum Coſ. ingreſſus Samnitibus cæſis de Satricanis ſontibus pœnas ſumit. *ibid.*
Saturnalia quando inſtituta. 2, 21
Saxa Rubra, locus. 2, 49
Saxo quadrato Capitolium ſubſtruitur. 6, 4
M. Scantius trib. pl. 10, 46
Scaptia tribus addita. 8, 17
P. Scaptius. 3, 71. ejus impudens oratio. *ibid.*
Sceleratus campus. 8, 15
Sceleratus vicus. 1, 48
Scelus neminem exolvit religione. 2, 32
Scenici ludi quando primum Romæ inſtituti, & cur? 7, 2
Scortorum raptus penè bellum excitans. 2, 18
Scriptorum veterum varietas. 10, 37
Scuta Samnitium auro & argento cælata. 9, 40
Scuta aurata dominis argentariorum ad forum ornandum diviſa. *ibid.*
Scutum Romanum. 9, 19
Scuto magis quam gladio plebi opus eſt contra Patricios. 3, 53
Scutatorum turba. 8, 8
Seceſſio, ultima apud veteres Romanos rabies. 7, 40
Seceſſio pleb. in Montem ſacrum ex Aventino. 3, 52. 7, 40
Seceſſioni militum venia data. 7, 40.
Secundæ res negligentiam creant. 6, 3
Secundarum rerum moderatio difficilis. 9, 17
Secures T. Lartio dictatori prælatæ primum. 2, 18
Secures illigatas faſcibus lictores Decemviris præferunt ad terrorem. 3, 36
Seditio labes civitatum. 2, 44
Seditio inter plebem & ſenatum. 2, 27. 5. 10, 24
Sella curulis. 7, 1. ab Etruſcis ſumpta. 1, 8
Sellularii opifices ad bellum exciti. 8, 20
Semita ſaxo quadrato à Capena porta ad Martis ſtrata. 10, 23
A. Sempronius Coſ. 2. 21, 34
A. Sempronius Atratinus primus trib. mil. conſ. pot. 4. 7, 35, 44. trib. mil. conſ. pot. tertium. 47
A. Sempronius Atratinus mag. equit. 6, 28
C. Sempronius ab Hortenſio trib. pl. accuſatur. 4, 42. ejus negligentia & temeritas. 37
L. Sempronius Atratinus Coſ. creatur. 4, 7. ejus conſulatus dubius. *ibid.* cenſui agendo à populo præficitur. *ibid.*
P. Sempronius Sophus Coſ. 9, 45. pontifex. 10, 9. cenſor creatus. *ibid.*
Semunciarium fœnus ex unciario factum. 7, 27
Senatores munus vigilum obeunt in tumultu. 3, 56
Senatores ſoli olim legati. 4, 52
Senatus à ſe ad populum rejicit. 2, 27 adverſus Senatus auctoritatem tendere nefas. 5, 9
Senatus in Capitolio habitus. 3, 21
Senatus Rom. tanquam multorum regum conſeſſus. 9, 17
Senatuſconſultum factum. 3, 21. 4. 12, 45. 5. 7, 29, 30. 8, 16
Senatuſconſultum ut Decemviri ſe primo quoque tempore magiſtratu abdicarent. 3, 54. ut Conſularia Comitia haberentur. 4, 25. de creandis tribunis militum. 55. ut coloni Caſſinum deducerentur. 9, 28. de Poſtumiana cæde. 4, 51. ne quis Patricius in Capitolio habitaret. 6, 20
Senatuſconſulti forma neceſſitate ultima. 3, 4

Sena-

Digitized by Google

Senatuſconſulta delata in ædem Cereris. 3,55
Senectus Camillum non frangit. 6,22
Senectus Romana deſtinata mori capta Roma à Gallis. 5,41
Senectutis modeſta excuſatio, ne fias magiſtratus. 5,18
Senilis animus novo imperii ſocio vix adſueſcit. 10,22
Seniores coacti nomen dant militiæ. 5, 10. urbis cuſtodiam agunt. *ibid.*
Seniorum cohortes factæ. 10,21
Senioris cujuſdam Vejentis vaticinium. 5,15
Senones populi. 5,34. Cluſium Romamque veniunt. 35. eam capiunt. 41
Senones Galli ad Cluſium veniunt. 10,26
Sentinatium ager. 10,27
Sepinum in Samnio occupatur. 10,44. magna vi à Papirio Coſ. expugnatur. 45
Sepulçra extant quo quiſque loco ex Curiatiis cecidit. 1,25
Sepulcrum Horatiæ ſaxo quadrato extructum. *ibid.*
Sepultura prohibitus à genero Servius Tullius rex. 1,49
Sergia epoto medicamento moritur. 8,18
Cn. Sergius trib. mil. conſ. pot. 6,5
L. Sergius. 4.30. legatus. 5,28
L. Sergius Coſ. 4,17. à bello quod geſſit, Fidenas dictus. *ibid.* trib. mil. conſ. pot. 25. 35. iterum Coſ. 50. trib. mil. conſulari poteſtate iterum. 5,16
M. Sergius creatus Decemvir. 3,35
M. Sergius Fidenas trib. mil. conſ. pot. 4, 61. iterum. 5, 8. ei dies dicitur. 11. X mil. gravis æris damnatus. 12
Servilii in Patres à Tullio Hoſtilio lecti. 1,30
A. Servilius Priſcus (*alii Structo cognomen tradunt*) dictator. 4,21
A. Servilius Coſ. 2,49
C. Servilius Ahala magiſt. eq. 4,13. Sp. Mælium obtruncat. 14. Coſ. creatur. 15. trib. mil. conſ. poteſtate. 56. P. Cornelium dictatorem dicit. 57. trib. mil. reficitur continuato honore. *ibid.* trib. mil. conſ. pot. III creatus. 5,8. ejus gravis oratio ad tribunos plebis. 9
L. Servilius Structus trib. mil. conſ. pot. iterum. 4,47
P. Servilius Coſ. 2,21. ejus populare edictum. 24. ſeditionem comprimit. 23. Coſ. creatur. 2,6
Q. Servilius trib. mil. conſ. pot. 5,36
Q. Servilius per Patres Patrumque clientes Coſ. creatur. 2,64
Q. Servilius cognitor. 4, 30. quæſtor. 3,24. trib. mil. conſ. pot. 5,8. 6,22. iterum. 6,31. Coſ. creatur. 7, 1. interrex. 17. magiſter equitum. 23. Coſ. 38
Q. Servilius Fidenas trib. mil. iterum. 5,14. interrex. 17. III trib. mil conſ. pot. 24. IV 36. V 6, 4. VI 6.
Q. Servilius Ahala Coſ. 7, 4. dictator adverſus Gallos. 11
Q. Servilius Priſcus. 4, 26. ex SC. dictator dictus. 46
Sp. Servilius Coſ. 2.51,52
Sp. Servilius Priſcus cenſor. 6,31
Servus dominorum proditor. 2,4
Servi ad libertatem & pileum vocati. 3,15
Servorum incendiariorum conjuratio detecta. 4,45
Servorum ſub furca cædendorum mos. 2,36
Servi Capitolium duce Ap. Herdonio Sabino occupant. 3,15
P. Seſtius decemvir. 3, 33. quæſtor. 4, 50
Setini populi. 8,1
Setinus ager. 8,19
Severitas comitati conjuncta. 8,36
Severitatis nimiæ malum. 8, 30 & *ſeqq.*
Severitatis paternæ mirum exemplum. 8,7
Sextarii vini, honoris ergo, liberatori exercitus, à legionibus collati. 7, 37
Sextiles Calendæ olim anni principium. 3,6
C. Sextilius trib. mil. ex plebe. 6,30
L. Sextius trib. pl. 4, 49. ſtrenuus adoleſcens. 6,34. leges adverſus Patriciorum opes promulgat. 35. VIII trib. pl. 36. continuari ſibi tribunatum recuſat. 39. X tribunus refectus.

Digitized by Google

fectus. 42. de plebe primus Coſ. factus. *ibid.*
Sibyllæ in Italiam adventus. 1,7
Sibyllini libri ex SC. aditi. 5,13
Siccitas. 4,30
Siccius Decemvirorum fraude occiditur. 3,43. ei publica impenſa militare fit funus. *ibid.*
C. Sicinius trib. pl. tributis comitiis creatur. 3,54
Cn. Sicinius trib. pl. Appio diem dicit. 2,61
T. Sicinius Coſ. 2,40. trib. pl. 5,24
Sidicini 8, 2. Campanis ſe conjungunt. 7,29
Sidicinus ager. 10,14
Signiam coloni miſſi. 1,56. 8,3
Signia colonia, ſuppleto numero colonorum iterum deducta. 2,21
Signa militaria ex ærario deprompta. 4,22
Signa militaria XXVI à Samnitibus capta. 9,44
Signa militaria XXIII capta. 10, 14
CLXX capta. 7,37
Signum Præneſte devectum T. Quintius dictator in Capitolium Jovis imperatoris infert. 6,29
Signum Jovis in Capitolio fulmine dejectum. *Ep. lib.* 4.
Signatum argentum. 4,60
Sigoveſus Ambigati Gallorum regis ſororis filius. 5,24
Q. Silius primus ex plebe quæſtor creatur. 4,54
Silva Ciminia. 9. 36, 38. Malitioſa. 1,30
Silvani vox audita. 2,7
Silvius Aſcanii filius. 1,3. caſu quodam in ſilvis natus. *ibid.*
Silvius cognomen omnibus, qui Albæ regnarunt. 1,3
Similia, 5,3
Similitudo morum amicitiam facile conciliat. 1,46
Simulacra infantium conditorum urbis ſub uberibus lupæ. 10,23
Simultatum memoria patriæ remiſſa. 9,38
Sinueſſa urbs. 8,11. 10,21
Sipontum urbs. 8,24
Societas alia fit pacto, alia ingeneratur à natura. 5,27
Socii Romanorum ſine duce aut exercitu Romano propriis viribus bellum gerere non poterant. 2,53. 8,4
Solſtitialis orbis. 1,19
Solenne Pani Lycæo ab Euandro inſtitutum. 1,5
Soliſtimum tripudium. 10,40
Solonis leges à legatis Romanis deſcriptæ. 3,31
Solonius ager. 8,12
Somnium Ti. Atinii. 2,36
Sora colonia deducta. 10,1. capitur. 7,28. ad Samnites deficit. 9,23. capitur. 24. iterum expugnatur. 43. recipitur à Samnitibus. 44
Soranus transfuga ſpem Soræ capiendæ conſulibus promittit. 9,24
Soranæ defectionis auctores capite mulctantur. 9,25
Soranus ager. 10,33
Soror à fratre occiſa Romæ. 1,26
Sorores æquali dignitate maritis elocandæ. 6,34
Sororium tigillum. 1,16
Sortes Dodonæi Jovis. 8,24. Oraculi Pythici. 5,15
Sotimus miniſter ex regiis pueris. 8,24
Spectrum per quietem utrique conſuli viſum, 8,6
in Specu duo millia abſumpta fumo & vapore. 10,1
Spolia opima quæ? 4,20. *Ep.* 20.
Spolia in æde Jovis Feretrii prope Romuli ſpolia ab A. Cornelio Coſſo dono fixa. *ibid.*
Spolia hoſtium Jovi Victori cremantur. 10,29. Vulcano. 1,37
Spongiæ uſus in bello pectori tegendo. 9,40
Spuere non licet, ubi ſacra Romana defoſſa fuere, excidio urbis Gallicano. 5,40
Statarius miles. 9,19
Statius Gellius Samnitium imperator capitur. 9,44
T. Statius tribunus. 2,52
Stator Jupiter. 1,12
Statua Romæ Actio Navio poſita. 1,36
Statua Horatio Cocliti in Comitio poſita. 2,10

Digitized by Google

Statua equeſtris Clœliæ in acra via poſita. 2,13
Statuæ publicæ legatorum, qui Fidenis cæſi ſunt, in Roſtris poſitæ. 4,17
Statua equeſtris Q. Marcio Tremulo Coſ. decreta, Hernicis devictis. 9,43
Stellates campi. 9,44. 10,31
Stellatina nova tribus. 7,4
Stipendium miles de publico accipit. 4,59
Stipendia emerita. 7,39
Stipendiarii. 8,8
Stratagema T. Quintii Coſ. inſigne. 2,64
Stratagema C. Sulpitii dictatoris. 7, 14
Strenue facere, quam ſcitè dicere, Imperatori præſtantius. 10,19
Stuprum Lucretiæ. 1,58
Stupri damnatæ matronæ mulctatæ pecunia. 10,31
Stuprum ut à filia avertat, eam pater occidit. 5,48
Subcenturionis legendi mos. 8,8
Subitarii milites qui. 3,4
Sublicius pons 5,40. quando primum in Tiberi factus. 1,23
Suburana tribus. *Ep.* 20.
Sueſſa Aurunca appellata. 8,15
Sueſſa colonia deducta. 9,28
Sueſſa Pometia. 1,11
Sueſſulani. 8,14
Suffragia non ſemper eodem modo lata Romæ. 1,43
C. Sulpicius Pæticus Coſ. 7,2
C. Sulpicius dictator. Sex. Tullium ſecreto alloquitur. 7, 14. ad milites orationem habet: 15. ejuſdem ſtratagema. 14. auri magnum pondus ſaxo quadrato ſeptum in Capitolio ſacrat. *ibid.* interrex creatur. 7. 17,22
C. Sulpicius Camerinus cenſor creatur. 6,27
C. Sulpicius Longus Coſ. 8, 15. iterum Coſ. 8,37. 9,24
C. Sulpicius Pæticus III Coſ. 7, 17. IV Coſ. 7,19,22
C. Sulpicius Coſ. 7,9
P. Sulpicius Saverrio Coſ. 9, 14. cenſor creatur. 10,9
P. Sulpicius Camerinus legatus Athenas mittitur ad Solonis leges deſcribendas. 3,31
Q. Sulpicius Longus tribunus militum. 5,36
Q. Sulpicius Coſ. 4, 23. legatus. 27
Q. Sulpicius Camerinus trib. mil. conſ. pot. iterum. 5,14
Ser. Sulpicius Coſ. 2,19
Ser. Sulpicius, curio maximus, moritur. 3,7
Ser. Sulpicius Coſ. trib. mil. conſ. pot. 5,32
Ser. Sulpicius trib. mil conſulari poteſt. 6, 22. legatus. 7, 7. dictator in Gallos creatur. 12
Ser. Sulpicius Decemvir creatur. 3,33. legatus conſularis. 50. equitibus præficitur. 70. trib. mil. 5, 47. creatus interrex. 10,11
Ser. Sulpicius trib. mil. 6. 32, 36. majorem M. Fabii Ambuſti filiam ducit. 34
Ser. Sulpicius Camerinus interrex. 6,5. Conſul. 29
Ser. Sulpicius Rufus trib. mil. conſ. pot. 6, 4. iterum. 18. III. trib. mil. conſ. pot. creatus. 21
Superbia Campanis ingenita. 9,6
Superbiæ crudelitatiſque, etſi ſeræ, non leves tamen veniunt pœnæ. 3,56
Superbus, cur dictus Tarquinius rex. 1,49
Superſtitione animi fere, ubi corpora morbo laborant. 4,30
Superſtitioſi fere homines à clade recenti. 6,5
Supplicatio per unum diem Æſculapio habita. 10,47
Supplicationes ob rem bene geſtam adverſus Samnites decernuntur. 10,21
Supplicationes ad omnia delubra. 3,7.
Supplicationes Conſulum nomine in unum diem decretæ. 3,63
Supplicationes in biduum averruncandi prodigia. 10,23
Supplicationes in quatriduum. 5,23
Supplicia apud Romanos mitiſſima. 1,18
Supplicum inſignia infulæ, velamenta.

Digitized by Google

ta, rami oleæ, veſtis ſordida. 2,39
Suovetaurilibus luſtratur exercitus. 1,44
Suovetaurilibus Marti factum piaculum. 8,10
Sutrium. 10,14. clauſtra Etruriæ. 9,32. à Camillo recipitur victis Etruſcis. 6,3. ab Etruſcis obſeſſum. 9,31
Synope, Græca urbs, Sinueſſa à colonis Romanis appellata. 10,21

T.

TAbernaculi male capti vitium. 4,7
Tabernæ Romæ à Tarq. Priſco rege factæ. 1,35
Tabernæ à L. Q. Cincinnato in luctu claudi juſſæ. 3,27. iterum clauduntur. 4,31. 9,7.
Tabernæ Novæ, locus Romæ. 3,48
Tabula T. Quinctii dictatoris in Capitolio ſub ſigno Jovis Imperatoris fixa. 6,29
Tabulæ duæ legum prioribus decem adjectæ. 3,37
Tabulæ decem, fons omnis publici privatique juris. 3,34
Tabulæ XII in æs inciſæ in publico proponuntur. 3,57
Tanaquil mulier cœleſtium prodigiorum perita. 1,34. Lucumonis uxor. *ibid.* ab Tarquiniis Romam migrat. *ibid.*
Tarentini. 8,27
Tarentini legati. 9,14
Tarpeja virgo, Sp. Tarpeji filia, Capitolium prodit. 1,11. necatur. *ibid.*
Tarpeja rupes. 6,17
Sp. Tarpejus Romanæ arcis præfectus. 1,11. Coſ. 3,31. in tribunum pl. eligitur. 65
Tarquinii, urbs. 1,34
Tarquinienſes agrum Romanum depopulantur. 5,16. opprimuntur. *ibid.* CCCVII milites Romanos pacatos immolant. 7,15. in Tarquinienſes victos acerbe ſævitum ob immolatos milites Romanos. 19
Tarquinienſes inducias in XL annos impetrant. 7,22
Aruns Tarquinius mitis ingenii juvenis. 1,46. clam ab uxore tollitur. *ibid.*
C. Tarquinius Patriciæ gentis, magiſter equitum dictus. 3,27
C. Tarquinius Collatinus primus conſul Romæ. 2,2
L. Tarquinii Priſci nomen. 1,34
L. Tarquinius Priſcus tutor liberis Regis inſtitutus. 1,45. regnum affectat. *ibid.* orationem ad plebem habet. *ibid.* creatur rex. *ibid.* centum in Patres legit. *ibid.* Circum maximum ædificat. *ibid.* muro lapideo urbem circumdat. 35. Sabinis bellum infert. *ibid.* centuriis equitum numerum auxit. *ibid.* artem augurandi eludit. *ibid.* iterum Sabinis bellum infert. 37. aream ad ædem Jovis in Capitolio, quam bello Sabino voverat, fundamentis occupat. *ibid.* Servio Tullio filiam ſuam deſpondet. 39. ſecuri feritur. 40
Tarquinius regnum affectat. 1,47. ſocerum interimit. 48. quare Superbus appellatus. 49. ejus mores & res geſtæ ab initio regni. *ibid.* primores Patrum interficit. *ibid.* armatis corpus circumſepit. *ibid.* injuſſu populi & Patrum regnat. *ibid.* primus morem Senatum conſulendi ſolvit. *ibid.* Latinorum Proceribus conventum indicit. 50. Octavio Mamilio filiam nuptum dat. *ibid.* Turno Herdonio necem machinatur. 51. ejus ad Latinos oratio. 52. fœdus cum Latinis renovat. *ibid.* non ut injuſtus in pace rex, ita dux belli pravus fuit. 53. Volſcis bellum in annos ducentos movit. *ibid.* pacem cum Æquis facit. 55. Jovis templum in monte Tarpejo ædificat. *ibid.* ei clauduntur portæ. 60. Hetruſcos ad bellum ſollicitat. 2,6. exulatum ad generum Mamilium Octavium Tuſculum abit. 15. ejus mors Romæ nunciatur. 21
Sextus Tarquinius, L. Tarquinii Superbi F. 1,53. benigne à Gabinis ſuſcipitur. *ibid.* nuncium ad patrem mittit. 54. Lucretiæ vim affert. 58
Tarquiniorum etiam nomen populo inviſum. 2,2
Tarquiniorum ager Marti à L. Junio Bruto Coſ. conſecratus. 2,5
Tarracinæ. 4,59

Titus

Titus Tatius, rex Sabinorum. 1, 10. Romæ regnat. 1, 34. Sp. Tarpeji filiam auro corrumpit, ut armatos in arcem accipiat. 1, 11. interficitur. 14

Taurini ſaltus. 5,34

Tellenæ captæ. 1,33

Telluris ædes. 2,41

Telum ultimum ac maximum neceſſitas. 4,28

Sex. Tempanii decurionis mil. virtus. 4, 38. à C. Julio tribuno vocatur. 40. ejus prudens reſponſio. *ibid.* abiens trib. plebis creatus. 42

Tempeſtas fœda prœlium prohibet. 2, 62

Templum omnium primum Romæ conſecratum. 1,10

Templum quis funeſta familia dedicare non poteſt. 2, 8

ante Templum Caſtoris equeſtris ſtatua poſita. 8,43

Templum Fortunæ Muliebri ædificatur. 2, 40

Templo Jovis Feretrii opima ſpolia illata. 4,32

Templum Jovis O. M. anno poſt exactos reges dedicatum. 7,3

Templum Jovi Statori à M. Atilio Regulo vovetur. 10, 36

Templum Matris Matutæ. 6,33
 Murtiæ. 1,33
 Minervæ. 7, 3
 Spei. 2, 51

Templa à quibus & quomodo dedicata. 9,46

Templis Deûm Alba diruta temperatum. 1,29

Tempus lenit iras ſanitatemque animis adfert. 2,45

Temporis modus imponitur illis, quibus juris imponi non poteſt. 4,24

Temporum errores quanti apud auctores. 2,21

C. Terentillus Arſa, trib. pl. 3, 9. in conſulare imperium apud plebem invehitur. *ibid.* legem promulgat de Decemviris creandis. *ibid.*

Terentilla lex. 3,10

Terentina tribus addita. 10,9

Tergeminorum de imperio pugna. 1, 25. vide *Horatii.*

Tergemina porta. 4,16

Terminus deus. 5,54

Terra omnium communis mater. 1,54

Terræ motus. 3,10. 4,11

Terræ matri debitus exercitus. 8,6

à Terra nata proles. 1,8

Terror nocturnus Romæ. 8,37

in Teſſerarum ludo imperata mors legatorum. 4,17

Teſtis falſi crimen. 3,24

Thalaſſius. 1, 9. nuptialis vox. *ibid.*

Theanenſes in deditionem veniunt. 9,20

Theates Apuliæ populi. *ibid.*

Thebæ diruuntur. 9,18

Theſauri auri Gallici. 6,14

Theſprotius ſinus. 8,24

Thuriæ. 9, 10. in Salentinis captæ. 10, 2. redditæ veteri cultori. *ibid.*

Thus ac vinum publice ſacrificiis præbitum. 10,23

Tiberinus Silvius X rex Albæ. 1, 3. in Albula ſubmerſus. *ibid.*

Tiberinus fl. à Tiberino rege dictus. 1,3

Tiberis fl. 1, 3. innavigabilis propter rigidam hiemem. 5, 13. ab Hercule nando trajicitur. 1,7

Tibicines, genus avidum vini. 9, 30. prohibentur in Jovis æde veſci. *ibid.* omnes Tibur abeunt. *ibid.* iis quod datum, ut Romæ remanerent. *ibid.* uſus eorum in ludis. 7,2

Tiburs populus. 8,12

Tiburtes. 7, 9. 8, 13. eis bellum indicitur. 7, 9. primo noctis ſilentio ad urbis Romæ mœnia veniunt. 12. Romanis ſe dedunt. 19

Ticinus, flumen. 5,34

Tifata, colles. 7,29

Tifernum, mons. 9,44. 10,30

Tigillum ſororium. 1,26

Timor externus maximum concordiæ vinculum. 11,29

Timor fugam remorans. 10,41

Titienſes tribus. 10,6

Titienſis curia. 1,13

L. Titinius trib. mil. conſ. pot. ex plebejis creatur. 5, 12, iterum. 18

M. Titinius trib. pl. 3, 54. magiſter equitum. 10, 1

Sex. Titinius trib. pl. Mælii cædem indignam queſtus. 4,16

Lar. Tolumnius Vejentium rex ab A. Cor-

A. Cornelio Coſſo interficitur. 4,19
Tranſtiberina habitatio quaſi exilium. 3, 13. adſignata rebellantibus. 8,20
Trebia oppidum captum. 2, 30
C. Trebonius trib. pl. 5,11
L. Trebonius trib. pl. infeſtus Patribus. 3, 65. ejus rogatio. *ibid.* unde illi Aſpero cognomen inditum. *ibid.*
M. Trebonius trib. mil conſ. pot. 6, 21
Trebonia lex. 5. 11, 12
Trebulanis civitas data. 10,1
Triarius primum vexillum ducebat. 8,8
Triarii milites. 2,47. 7,23. 8,9
ad Triarios res rediit, unde natum proverbium. *ibid.*
Tribuni militum ad legiones ſuffragio primum facti. 7,5
Tribuni militum ſenideni in quatuor legiones creati. 9,30
Tribuni militum conſ. pot. primum creantur anno ab V. C. CCCX. 4,6
Tribuni tres conſulari poteſtate creati. 4, 16. quatuor. 18. ſex. 5, 31. octo creati. 5, 1. decem in urbe creantur. 3, 51. decem alii militares in caſtris creantur. *ibid.*
Tribuni militum conſ. pot. creantur, omnes patricii. 4,25. 6,32
Tribuni militum tres patricii creati. 4, 55. tres creati ex plebe, ſine promulgatæ legis de Coſſ. creandis mentione. 4, 6. abeunt honore magiſtratus quaſi vitio creati. *ibid.*
Tribuni mil. ex plebe creati. 5,13
Tribunorum militum comitia per quinquennium ſublata. 6,36
Tribunus mil. XLIV annis nemo ex plebe creatus. 6, 37
Tribunus mil. lapidibus cooperitur. 4, 50
Tribunis mil. negotium datum ut cum Gallis paciſcerentur. 5,48
Tribuni plebis creati Patricii, imo conſulares. 3,65
Tribuni plebis minantur vincula conſuli. 2, 56. tribunis militum. 5, 9. Dictatorem magiſtratu abire cogunt. 7,3
Tribuni plebis ſacroſancti. 3, 55. eis qui nocuiſſet, ejus caput Jovi ſacrum foret. *ibid.* creati in invidiam Patrum. 6, 35
Tribuni pl. fere ſemper reguntur à multitudine magis quam regunt. 3, 21. quando & qui primum creati. 2,33
Tribuni plebis decem creantur. 3,30
Tribuni plebis abſentes facti. 4, 42. diem C. Marcio dicunt. 2, 35. de lege agraria contendunt. 2, 52. adverſus Senatum contendunt. 3, 10. in lege perferenda furioſe perſtant. 16. cum Patribus certant. 24. conſules cogunt, ut Senatui dicto audientes ſint. 4, 26. ſeditioſas conciones habent. 4. 35, 40. ſeditiones concitant. 4, 49. 5,2. 6, 27. leges adverſus opes Patriciorum promulgant. 6,35. alii pro aliis intercedunt. *ibid.* eorum actiones adverſus Patriciorum potentiam. 6. 35, 36
Tribuni pl. ne quis poſtea populum ſevocaret, capite ſanxerunt. 7, 16. legis Liciniæ patrocinium jactant. 21
Tribunorum numerus auctus. 2,85
Tribunatus, plebis, non populi magiſtratus eſt. 2,53
ſub Tribunicia umbra conſularis vir latitat. 4,42
Tribus una & triginta Romæ factæ. 2,21
Tribus viginti quinque. 6,5
Tribus unde ſic appellatæ. 1,43
Tribus urbanæ. 9,46
Tribus duæ additæ, Anienſis & Terentina. 10, 9. duæ item additæ, Velina & Eſquilina. *Ep.* 19.
Tributum in militum ſtipendium. 10,49
Tributum conferri prohibetur. 6,12
Tributis comitiis primum tribuni creati. 2,58
Trifanum, locus. 8,11
Tripudium ſoliſtimum. 10.40
Triumphatum Romæ. 2, 37
Triumphatum primum ſine auctoritate Senatus juſſu populi. 3,63
Triumphantes Coſſ. urbem ineunt. 3, 24
Triumphatum de Samnitibus. 7,58
Triumphus P. Decii Caſtrenſis. 7,36
Triumphi deſcriptio. 3,29
de Triumpho Coſſ. certatum inter Patres & populum. 3,63

Digitized by Google

Triumviri creati coloniæ deducendæ cauſa. 9,28.10.21
Triumviri ad coloniam Ardeam deducendam creati. 6, 21. Nepet. 6,21
Troja capta in Trojanos ſævitum. 1,1
Troja altera & Troja tertia. *ibid.*
Troja decem annis oppugnata ob unam mulierem. 5,4
Trojanis ab immenſo errore nihil præter arma & naves ſuperſunt. 1, 1
Trojani bello petuntur. 1,2. Latinum ducem amittunt. *ibid.*
Trojanus pagus. 1,1
Tromentina nova tribus. 6,5
Q. Tubero citatus. 4, 23. 10, 9. libros linteos auctores profitetur. 4, 23
Tulliæ duæ, Servii filiæ, Tarquiniis nubunt. 1,46
Tullia ferox angitur nihil cupiditatis regni in viro ineſſe. 1, 46. ejus ſcelerata conſilia *ibid.* prima maritum appellat regem. 48. carpentum per patris corpus agit. *ibid.* domo profugit. 58
Tullii in patres lecti. 1, 30
Accius Tullius Volſcorum princeps. 2, 35. ejus ad Coſſ. oratio. 37. ejuſdem ad cives ſuos. 38
Servius Tullius rex. 1, 18
Servius Tullius captiva Corniculana natus. 4, 3. ei caput multorum in conſpectu arſit. 1, 39. de eo variæ auctorum ſententiæ. *ibid.* cum trabea & lictoribus prodit. 41. à patribus rex creatur. *ibid.* fortiter adverſus Vejentes ſe geſſit. 42. cenſum inſtituit. 43
Sex. Tullius à C. Sulpicio dictatore increpatus, 7, 13. ejus ad dictatorem C. Sulpicium oratio. 13
Tumultus Gallicus. 7,11
ob Tumultum Juſtitium indictum. 3,5
Tunicæ verſicolores. 9,40
Tunicæ linteæ candidæ. *ibid.*
Turba rerum novarum avida. 1,8
Turba ſeniorum Romanorum Gallos obſtinato ad mortem animo expectat. 5,41
Turnus Herdonius criminatur Tarquinium Superbum. 1, 50. ejus mors. 51
Tuſci Janiculum occupant. 2, 51. opprimuntur à Romanis. 5,45
Tuſcum mare. 5,33
Tuſcus vicus. 2,14
Tuſculani Romanis ultro ſuppetias ferunt. 3,18. Capitolium oppugnant. *ibid.* qua arte fidos ſe Romanis ſocios fuiſſe oſtenderint. 6,25. pacem, deinde civitatem impetrant. 26. eorum dictatoris in ſenatu oratio. *ibid.*
de Tuſculanis populi judicium. 8,37
Tuſculana arx ab Æquis capitur. 3,23
Tutia virgo Veſtalis inceſti damnata. *Ep.* 20.
Tutorum poteſtas contra matrem, in virgine nuptum elocanda. 4,9
Tyrrhenum mare. 5,33

V.

VAccæi ipſi ſe interimunt. *Ep.* 16.
Vacciprata. 8, 19. vide *Vitruvius.*
Vadari reum. 3, 13
Vades publicos Cæſo Quintius primus dedit. *ibid.*
ad Vadimonis lacum acriter cum Etruſcis pugnatum. 9,39
Valerius Maximus cenſor. *Ep.* 18.
A. Valerius Potitus trib. mil. conſ. pot. II. 5,1
C. Valerius trib. mil. 6,36
C. Valerius Potitus trib. mil. conſ. pot. 4, 49. conſul. 53. ovans urbem introit. *ibid.* trib. mil. II. 57. trib. mil. conſ. pot. III. 6,1
L. Valerius Quæſtor. 2,41
L. Valerius conſul. 2, 42
L. Valerius Coſ. 2, 62. ejus res geſtæ. *ibid.* & 3,5.
L. Valerius interrex creatur. 5,17
L. Valerius legatus Delphos cum cratera aurea mittitur. 5,28
L. Valerius Flaccus magiſter equitum. 9, 7
L. Valerius Publicola ſublato decemviratu Coſ. creatur. 3, 55. adverſus Æquos & Volſcos conſilio bellum ſuſtinet. 60. ejus ad milites oratio. 61
L. Valerius Potitus. 3, 39. trib. mil. conſ. pot. II. 58. Antium petit. 59. trib. mil. conſ. pot. III. 5, 1. IV 10. V 14. Conſul. 5, 31. interrex. 6,5
M. Valerius Fecialis. 1,34
M. Valerius M. F. Voleſi nepos. 2, 18. Coſ. creatur. 16. de Sabinis

nis triumphat. *ibid.* iterum triumphat. 16
M. Valerius, Publicolæ frater, transfigitur in acie contra Tarquinios. 2,20
M. Valerius Voleſi F. dictator. 2, 18. de Sabinis triumphat. 31. ei ſella curulis honoris cauſa poſita. *ibid.* pro victore pop. Rom. orationem habet. *ibid.* dictatura ſe abdicat. *ibid.*
M. Valerius augur moritur. 3,7
M. Valerius, Valerii F. quæſtor. 3,25
M. Valerius Coſ. 3,31. 9,26
M. Valerius IV prætor. 9,40
M. Valerius Coſ. fert legem de provocatione, tertio. 10, 9. Coſ. ſubrogatus adventu ſuo Etruſcos compeſcit. 11
M. Valerius trib. mil. 10, 14
M. Valerius magiſter eq. 7,12
M. Valerius trib. mil. cum Gallo ſingulari pugna certans à corvo galeæ inſidente juvatur. 7, 26. Gallum obtruncat. *ibid.* decem bobus auréaque corona donatur. *ibid.*
M. Valerius Corvus natus annos XXIII Coſ. abſens renunciatur. *ibid.* II Coſ. creatur. 7, 27, 28. ejus ad milites oratio. 32. laus. 33
M. Valerius primus arma in Samnium intulit. 10,31. de Samnitibus triumphat. 7, 38. dictator dicitur adverſus conjuratos. 39. qualem ad conjuratos orationem habuerit. 40. interrex nominatus. 8,3
M. Valeſius Max. trib. mil. conſ. pot. 5, 14. trib. mil. conſ. pot. iterum. 24
M. Valerius Max. cenſor. 9, 43. dictator. 10,3
M. Valerius Publicola Coſ. 7, 18. iterum Coſ. 19
P. Valerius Coſ. 2, 52. cum exercitu Vejos mittitur. 53
P. Valerius Voleſi filius. 1, 58. comitiis centuriatis creatus conſul. 2, 2. triumphans redit Romam. 7. affectati regni in ſuſpicionem venit apud populum. 9. Coſ. Publicola dictus. 2, 8. Coſ. ad Vejentium bellum profectus. *ibid.* Coſ. iterum creatur. *ibid.* ejus conſilium. 2, 11. III Coſ. creatur. 15. IV Coſ. 16. moritur. *ibid.* ſumptibus publicis effertur. *ibid.* à matronis lugetur. *ibid.*
P. Valerius Publicola. 3, 8. Coſ. creatur. 15. ejus ad tribunos & plebem oratio. 17. Capitolium ab App. Herdonio occupatum oppugnat. 18. interficitur. *ibid.*
P. Valerius Publicola prætor. 7, 23. dictator dictus. 28
P. Valerius Potitus trib. mil. conſ. pot. iterum. 6, 18. trib. mil. III. 21. IV. 32. VI. 42
Valeria lex. 10,9
Valetudinis excuſandæ mos in detrectatione militiæ. 6,21
Vallares coronæ. 10, 46
Vaſa argentea in ſella Jovis ex mulctatitia pecunia poſita. 10, 23
Vaticanus ager. 10, 26
Vaticinium de bove prægrandi. 1, 45
Vecilius mons. 3, 50
Vectii Meſtii ad ſuos oratio. 4, 28
Veji oppugnantur. 5, 21
Vejorum urbs per decem æſtates hiemeſque continuas circum ſeſſa. 5, 22
Vejentes Etruſcorum proximi. 1, 30. in fines Romanorum excurrunt. 1, 5. 4, 50. iterum funduntur. 27. Romanorum agrum depopulantur. 1, 43. 4, 1. eadem arte qua Fabios ceperant, capti. 1, 51. ſuperantur. 53. iis induciæ datæ in XL annos. 54. à L. Sergio fuſi. 4, 17
in Vejentem agrum exercitus miſſus, M. Cornelio Maluginenſe & L. Papirio Craſſo Coſſ. 4, 21
Vejentibus & Æquis induciæ dantur. 4, 35
Vejentis ſenatus ſuperbum reſponſum. 4, 58
Vejentes regem creant. 5, 1. Romanorum munimenta incendunt. 7
Velamenta Supplicum. Vide *Supplicum.*
Velia regio altiſſima in urbe Roma. 2,7
Velina tribus addita. *Ep.* 19.
Velitræ. 2, 30. colonia. 8, 3. expugnantur. 6, 29. obſidentur. 36
Velitris numerus colonorum à Romanis auctus. 2, 34
ad Velitras feliciter à Romanis pugnatum. 6, 22

Veli-

Veliternus populus. 8, 12
Veliterni trans Tiberim habitare juſſi. 8, 14
Venatorum patientia. 5, 6
Veneficæ CLXX damnatæ. 8, 18
Veneficium quarundam matronarum proditur. *ibid.*
de Veneficiis quando primum Romæ quæſitum. *ibid.*
Veneti populi. 1, 1. Græcis fugientibus obſiſtunt. 10, 2
Venia errori & adoleſcentiæ petita. 3, 12
Ventris & cæterorum membrorum apologus. 2, 32
Verona urbs. 5, 35
Verrugo, oppidum Volſcorum. 4, 1. recipitur. 4. 55, 58
Verulanus pop. 9, 42. eis ſuæ leges redditæ. 43
Veſcia urbs. 8, 11. 9, 25
Veſcini. 10, 20
Veſeris. 8, 8. 10, 28
Veſtæ ignis. 4, 54
Veſtæ delubra à Cæritibus religioſe culta. 7, 20
Veſtales virgines à Numa lectæ. 1, 20. virginitate aliiſque cærimoniis ſanctæ factæ. *ibid.*
Veſtalis virgo Poſtumia de inceſtu cauſam dicit. 4, 44
Veſtalis Minucia viva humi defoſſa. 8, 15
Veſtis mutata propinquis & amicis, in ſuorum periculis. 6, 20
Veſtini Samnitibus ſe conjungunt. 8, 29. vincuntur. *ibid.*
cum Veſtinis fœdus ictum. 10, 3
Veſuvius mons. 8, 8
Veturia mater Coriolani. 2, 40
C. Veturius Coſ. 3, 31. 15000 æris damnatur. *ibid.* augur eligitur. 32. trib. mil. 6. 32. 36
L. Veturius trib. mil. 6. 38, 42. Decemvir creatur. 3, 33
M. Veturius trib. mil. conſ. pot. 5, 13
T. Veturius Coſ. 8, 16
T. Veturius Calvinus Coſ. 9, 1. cum Pontio de fœdere agitat. 5
T. Veturius Geminus Coſ. 3, 8. Volſcos fudit. *ibid.*
T. Vetuſius Coſ. 2, 28
Vetuſtas ubi fidem derogat, famæ rerum ſtandum eſt. 8, 6
Vexillum, CLXXXVI homines erant. 8, 8
Vexillum in hoſtes jactabatur rebus creperis. 4, 29
Vexillarium unum habebat quilibet ordo. 8, 8
Ufens fluvius. 5, 35
Uſentina tribus addita. 9, 20
Via a Martis ſilice ad Bovillas perſtrata. 10, 47
Via Appia. 7, 30. 9, 29
Flaminia. *Ep.* 20.
Lavicana. 4, 41
Nomentana. 3, 52
Salaria. 7, 9
Viator ad Coſ. mittitur à tribuno. 2, 56
Viciſſitudo imperandi libertatem alit. 3, 39
Victoria invidiæ plena, quæ contingit duce ſummo abſente. 8, 30
Victoria una iis præ oculis habenda, qui cæteris deficiuntur. 9, 23
Victoriæ ædes à L. Poſtumio Coſ. dedicatur. 10, 33
Vicus Longus. 10, 23
Vicos cur non direxerint Romani. 5, 55
Vigil de ſaxo dejectus. 5, 47
Vigiliarum munus à Senatoribus obitum. 3, 6
Vigiliis quatuor diſtincta nox qualibet; hinc Vigilia prima. 5, 44. 9. 36, 45. 10, 34. ſecunda. 7, 35. tertia. 10, 40. quarta. 9, 37
Viminalis collis urbi à Servio Tullio adjectus. 1, 44
Vindicias dare ſecundùm libertatem. 3, 44
Vineæ in obſidionibus. 5, 7
Vinum in Galliam invectum, illiciendæ gentis cauſa. 5, 33
Vinum publice in ſacrificiis præbitum. 10, 23
Vini avidi tibicines. 9, 30
Vir virum legens in delectu. 9, 39
Virorum fortium omnia ſunt. 5, 36
Virbius clivus. 1, 48
Vires prævalentis pop. Rom. ſeipſas confregerunt. *Præf. lib.* 1.
Vires ſuæ cuique noſcendæ. 6, 18

Viribus deſtituta majeſtas parum tuta. 2, 55
Virgis ſeipſos cædunt Lucani in invidiam Romanorum. 8, 27
Virginia, filia L. Virginii, ſponſa L. Icilii, ſpondentibus propinquis vindicatur. 3, 46
Virginia, A. filia, patricia, à ſacris mota. 10, 23. aram Pudicitiæ Plebejæ dedicat. ibid.
A. Virginius in Volſcos proficiſcitur. 2, 30
A. Virginius trib. pl. creatur. 3, 54
L. Virginius. 3, 44. vir exempli recti domi militiæque. *ibid.* è caſtris accitur ad tutandam filiæ pudicitiam. 46. filiam cultro transfigit. 48. in caſtra profectus opem commilitonum implorat. 50. Appio diem dicit. 56
L. Virginius Coſ. 4, 21. ſenatum in æde Quirini conſulit. *ibid.* iterum Coſ. creatur. 23. ei dies dicitur. 5, 11. decem millibus gravis æris damnatur. 12
Opiter Virginius Coſ. 2, 17. ejus res geſtæ. *ibid.* Coſ. reficitur. 54
Proculus Virginius Coſ. 2, 41
T. Virginius Coſ. 2. 21, 48
T. Virginius Cœlimontanus Coſ. 3, 65
T. Virginius Rutilus augur moritur. 3, 7
ob Virginem plebejam excitatum bellum. 4, 9
Viridomarus Inſubrium Gallorum dux à M. Claudio Marcello occiditur. *Ep.* 20.
Viri unius virtus agmen hoſtium ſiſtit. 2, 10
Virtus præmio excitatur. 4, 35
Virtutem fortuna ſequitur. 4, 37
Viſceratio populo data à M. Flavio in funere matris. 8, 22
Vitellia opp. 2, 39
Vitellii. 2, 4
Vitruvius Vaccus Fundanorum dux. 8, 19. in carcere aſſervatur. 20. ejus ædes diruuntur. *ibid.*
Ultio divina lenta, non levis. 3, 66
Ulyſſes & Circe. 1, 54
in Umbria pugnatum. 10, 1
Umbri pop. 5, 35. à Romanis deficiunt. 9, 41. Romanis ſe dedunt. *ibid.*
Unciarium fœnus. 8, 16
Volana. 10, 44. capitur. 45
Volani agrum Lavicanum populantur. 4, 49. fuſi fines & oppidum amiſere. *ibid.*
ad Volaterras cum Etruſcis incerta victoria pugnatum. 10, 12
Volerones tribuni pl. ab Ap. Claudio vocati. 2, 58
Volſci gens ferocior ad rebellandum, quam ad bellandum. 7, 27. obſides dant CCC principum à Cora & Pometia liberos. 2, 22. eorum perfidia. *ibid.* funduntur. 2, 25, 30. à Romanis deficiunt. 39
Volſci & Æqui à L. Æmilio Coſ. vincuntur. 2, 42. rebellant. *ibid.* Latinorum fines vaſtant. 2, 53. à Romanis fuſi. 63. de Volſcis & Æquis triumphus. 3, 10. ſumma vi ad bellum cooriuntur. 4, 56. pacem impetrant. 5, 23. 6, 2. ſe dedunt. *ibid.* à ſuis deſeruntur. 6, 8. Camilli virtute vincuntur. 24. vide *Æqui.*
M. Volſcius falſus teſtis. 3, 24. damnatus Lanuvium exulatum abit. 29
M. Volſcius Fictor. 3, 13
Volſinii capti. 10, 37
Volſiniis clavi fixi, indices numeri annorum. 7, 3
Volſinienſibus induciæ in annos viginti datæ. 5, 32. eorum caſtella capta. 9, 41
Voltumnæ fanum. 4, 61
ad Voltumnæ fanum concilium omni Etruriæ indictum. 4. 23, 25
Volumnia, uxor Coriolani. 2, 40
L. Volumnius Coſ. cum Salentinis proſpere bellum gerit. 9, 42. cum copiis in Etruriam ad collegam juvandum acceerſitus. 10, 18. ejuſdem argutum reſponſum ad App. Claudium. *ibid.* Samnites aggreditur. 20. ad Senatum literas dat. 21. Romam revocatur. *ibid.* ei prorogatur in annum imperium. 10. 22, 27. in Samnio feliciter res gerit. 30
P. Volumnius Coſ. 3. 10, 18
Voluntariam militiam profitentes, ſtipendiis publicis honorati. 5, 7
Voluntarii exercitus. 10, 16
Voluptatum malum. *Præf. lib.* 1.

Digitized by Google

Voluptas laborque naturali ſocietate inter ſe juncta. 5, 4
Votum præeunte Pontifice factum. 4, 27
Vox noctu audita humana clarior, de adventu Gallorum. 5, 32
Urbes condentium conſilia. *ibid.*
Urbes ex parvis naſcuntur initiis. 1, 8
Urbium primordia cur ad Deos referantur. *Præf. lib.* 1.
Vulcani area. 9, 46
Vulgus mobile & mutabile. 2, 7
Vultures ſex Remo in augurium veniunt. 1, 6. Romulo duodecim. *ibid.*
Vulturnus fluvius. 8, 11. 10, 20
Vulturnus Etruſcorum urbs, nunc Capua, quo dolo capta. 4, 37
Uxoris corruptæ ira maritum ſtimulat, ut alienigenas in regionem inducat ſui ulciſcendi cauſa. 5, 33
de Uxorum præſtantia certamen in convivio habitum. 1, 57

X.

Xanthippus Lacedæmoniorum dux. *Ep.* 18.

FINIS.

INDEX AUCTORUM,

Qui in Notis Gronovii emendantur & illuſtrantur.

Prior numerus librum, alter caput, *Ep.* Epitomen, deſignant.

Cæſar defenſus. 3, 37. 8, 32. emendatus. 2, 46. 4, 52
Cato explicatus. 5, 48
Catullus emendatus. 7, 13
Cicero illuſtratus. 1, 10. 2. 9, 19, 57. 3, 9. emendatus. 2, 12. explicatus. 3. 30, 44, 52, 63. 4, 12, 41, 60. *Ep.* 5. 5, 43. 9. 6, 18. defenſus. 7. 2, 24, 39. 8, 33. 9, 4
Columella explicatus. 5, 48. 7, 4
Cornelius Nepos defenſus. 4, 13
Curtius defenſus. 1, 24. 3, 37. 7, 21. emendatus. 7, 30
Frontinus explicatus. 3, 63. 5, 48
Gellius defenſus. 3, 36. emendatus. 5, 48
Gratius explicatus. 4, 31
Juſtinus emendatus. 1, 4. defenſus. 7, 32. explicatus. 9, 18
Libanius emendatus. 7, 9
Lucretius emendatus. 7, 26
Ovidius emendatus. 1, 3. explicatus. 4, 25. 7, 2
Plautus emendatus. 1, 1. 3, 30. explicatus. 2, 5. 3. 52, 59. 10, 24. defenſus. 5, 34
Plinius explicatus. 5, 34. 6, 1. defenſus. 7, 6
Prudentius defenſus. 6, 40
Salluſtius defenſus. 1, 32. 10, 14. emendatus. 2, 46. 3, 37
Seneca explicatus. 4. 18, 41. defenſus. 9, 6
Silius Italicus defenſus. 3, 37
Suetonius defenſus. 2, 28. 3, 37. 4, 13. 5, 27. explicatus. 7, 2. 5, 11.
Tacitus emendatus. 1, 4. explicatus. 3, 2. 4. 17. 6, 4. defenſus. 4, 12
Valerius Flaccus explicatus. 1, 29
Valerius Maximus defenſus. 2, 14. 3, 9. 5, 2. 9, 18. emendatus. 2, 55. 4, 2
Varro explicatus & defenſus. 5, 48
Virgilius defenſus. 3, 22. explicatus. 5, 34

FINIS.

Digitized by Google

INDEX
RERUM ET VERBORUM MEMORABILIUM,

Quæ in commentariis GRONOVII occurrunt.

Prior numerus librum, poſterior caput, *Ep.* Epitomen, deſignant.

A.

ABlativi nudi uſus veteribus Latinis frequens. 2, 56
Abſciſſa ſpes. 4, 2
Abſentem conſulem creare. 10, 22
Abundare populis. 5, 34
Accingi ad aliquid. 6, 35
Accipere aliquem in amicitiam. 7, 30
Accipere nomen. 9, 45
Acies fluctuans. 6, 24
Acies pedite tuta. 9, 22
Acquieſcere rem familiarem. 4, 60
Actio popularis quæ? 5, 21
Acto honore. 8, 26
Ad finem Campanum. 9, 6
Ad, *pro* circiter, plus minus. 10, 46
Ad duo millia & trecenti occiſi. 10, 17
Ad hoſtes eſſe. 7, 7
Ad lapidem octavum viâ. 7, 39
Ad Marcium montem. 6, 2
Ad ſubita belli. 6, 32
Adclaraſſis ſigna certa. 1, 19
Addere album in veſtimentum. 4, 25
Adequitare. 1, 14. 9, 22
Adjicere. 10, 7
Adverſa belli. 10, 6
Adverſa voluntate. 1, 46
Advertere aliquem. 1, 12
Adulatio, *pro* adoratione regum. 9, 18
Ædiles Latinas ferias non curabant. 6, 42
Ægre habere aliquem. 7, 5
L. Æmilius. 2, 49
Æmulantium ſtudia cœtus. 1, 18
Æoles & Attici multis in vocabulis τὸ A mutabant in τὸ O. 4, 26
Æquari. 2, 9
Æquicolæ. 1, 32. 10, 13
Æquicum bellum. 2, 58. 10, 1
Æs grave. 4, 60
Æſerniacum. 10, 31
Æſquiliæ. 1, 44
Æſquiliis habitare, Æſquilias migrare ſine præpoſitione. 2, 28
Æſtimare aliquid alicujus fine. 4, 54
Age ſane. 1, 57
Agere agmen. 6, 28
Agere de conditionibus. 8, 37
Aggeres, *obices*, *objectus* & *objici* dicuntur. 2, 58
Aggredi ad aliquid. 1, 42
Aharna opp. 10, 24
Alarius. 10, 40
Albinius nomen gentis plebejæ. 5, 40
Album addere in veſtimentum. 4, 25
Alexandria ab Alexandro ædificata. 8, 24
Alienatus ad libidinem animus. 3, 48
Alii, ubi vulgo bis ſolet poni, ſemel omiſſum. 3, 37. 9. 3, 36. 9, 3
Alios expertis. 5, 55
Alligare, *pro* ſimplici Ligare. 5, 27
Alligare vulnus. 7, 24
Alluvies & Eluvies. 1, 4

 Al-

Alpes Juliæ. 5, 34
Alta indoles. 9, 6
Alterum tantum. 1, 36
Ambigere de regno. 8, 37
Ἀνατρέπειν Græcis dicuntur Medici. 7, 4
Ancus Marcius. 1, 32
Annus Solaris & Lunaris. 1, 9
Antiquitas. 1, 32
Antiquiſſimum ratus. 1, 32
Apiſci. 4, 3
Apollinar. 3, 63
Apparitores. 1, 8
Appellere navem. 8, 3
Appetere fata alicui, *non* aliquem. 5, 19
Aptare arma. 9, 31
Aquilius. 2, 3
Ara maxima. 1, 7
Aruns Tarquinius. 1, 46
Aſſertor. 3, 46
Aſturæ flumen. 8, 13
At elegantef. 1, 28
Atilius uno *t* ſcribendum. 5, 12
Atius Locutus. 5, 50
Atta Clauſus. 2, 16
Attus Navius. 1, 36
Atys. 1, 3
Atye, Capye, ab Atys, Capys. 1, 3
A Velitris. 6, 17
Auctor, *pro* approbatore. 2, 56
Auctor, *pro* nuntio. 5, 2
Audendi adhortator. 7, 32
Aventinum genere neutro. 1, 33
Auferre oculos ſpectantibus. 6, 15
Augere animum alicui. 7, 7
Auguſtior humano viſu. 8, 9
Autius Cerretanus, *non* Æmilius. 8, 37
Avocare plebem. 1, 6

B.

Bellum tanto majore, quam proxime conatu apparatum, *non* proximo. 4, 23
Bellica tempora. 6, 6
Bellutus. 2, 33
Bilibris farris libertatem civium emere. 4, 14
Bimenſis. 4, 15
Bolæ, Bolani. 4, 49
Bono cauſſæ levare dedecus. 3, 72
Brutulus Papius. 8, 39

C.

Cacus. 1, 6
Cæcilia gens. 4, 6
Cædes, ſanguis. 2, 64
Cæninenſes. 1, 9
Cæſo Fabius. 2, 41
Cajum nomen adjicere. 1, 3
Calenus ager. 10, 15
Cantare alicui ad manum. 7, 2. ad tibias. *ibid.*
Capere, *pro* efficere ut caperetur. 7, 1
Capite anquiſitum. 8, 33
Capua agro mulctata. 8, 14
Caput alicujus ſacrum ſanciri. 3, 55
Carceres. 8, 20
Carmentis fanum. 5, 46
Carmen horrendum. 1, 27
Carnem pluiſſe. 3, 10
Carthaginenſes quando primum in Siciliam tranſierint. 4, 29
Caudinus exercitus. 9, 13
Cauſæ dare. 1, 25
Cautum, *pro* quod cautum erat. 3, 20
Celeres unde appellati. 1, 15
Cenſoria animadverſio offecit. 4, 31
Cenſus actus in Campo Martio. 4, 22
Centunculus. 7, 13
Centuriæ primo vocatæ quænam. 10, 15
Centuriarum numerus Romæ duplicatus. 1, 43
Cernere bellum. 7, 9. certamen. *ibid.*
Certare verbis. 10, 19
Certior animo. 10, 35
Ciens iram ex alto animus. 9, 7
Ciminius ſaltus. 9, 36
Circa eſſe. 1, 38
Citra, ultra, intra certos locorum fines demonſtrant. 1, 10
Civicæ ſtirpis. 1, 40
Civitas data ſine ſuffragio. 5, 50
Clarigatio. 8, 14
Claſſes. pl. n. *pro* equitibus ſeu equeſtribus copiis. 4, 34
Claſſi *pro* Claſſe. *ibid.*
Q. Claudius Quadrigarius. 7, 10
Clavum pangere. 7, 3
Cleonymus. 10, 2
Clivus Orbius. 1, 48

Digitized by Google

Clœlius Tullus. 4, 17
C. Cloelius. 1, 22
Clupea, æ, & Clupea, orum. 9, 19
Clupeum. 1, 43
Coëmtionalis ſenex. 3, 72
Coerrare. 8, 34
Coitiones habere. 4, 13
Collegium Capitolinorum. 5, 50
Collegium Mercurialium. *ibid.*
Collina porta. 2, 11
Colonicus. 2, 58
Coloni additi Romanis. 1, 27
Comitia curiata. 5, 46
Commoda militaria. 4, 60
Commoditas Ciceroni quid? 4, 60
Commutare verba. 10, 19
Comparere. 6, 1
Compacto aliquid facere. 5, 11
Compitalia. 1, 4
Complere luctu locum dicuntur qui lugent, & qui lugentur. 5, 39
Componere conſilia. 4, 13
Componere res. *ibid.*
Compos animo & animi. 4, 40
Concedere honores. 10, 24
Conditum luſtrum. 1, 44
Confuſio, colluvio gentium. 4, 1
Conjunctionis defectus & velut hiatus graviorem ponderoſioremque reddit orationem. 3, 9
Conſentire in aliquem. 4, 35
Conſeptum. 10, 36
Conſpectus, Conſpici. 4, 13
Conſternari. 7, 42
Conſualia ludi. 1, 9
Conſultu collegæ. 3, 62
Continens memoria. 5, 34
Contra vi reſiſtere. 3, 13
Convellere & Convertere ſigna *differunt.* 3, 54
Convocare populum niſi magiſtratui non licebat. 1, 59
Corbes meſſorii. 2, 5
L. Cornelius Lentus quare dictus Caudinus. 9, 15
Cornicularius. 10, 44
Corona libram pondo. 3, 29
Cortuoſa. 6, 14
Crotona circa. 1, 17
Cujuſque populi aves i. cujuſcunque. 1, 24, 32
Cultus mollior. 9, 3
Cum obſoleta veſte incedere. 3, 47
Curatia gens. 5, 10
Cyprum, Bonum ſignificat. 1, 49

D.

Damnatus voti. 5, 25
Dare, *pro* efficere ut daretur. 7, 1
Dare in conſpectum, non conſpectu. 9, 27
Dare crimini. 7, 3
De vigilia tertia. 9, 44
Decedere jure ſuo, *non* diſcedere. 3, 33
Decedere præſidio. 4, 29
Decedere ſollicitudines dicuntur, *non* diſcedere. 4, 52
Decernere pugnam, *non* diſcernere. 7, 9
Decurro, decurri. 1, 12
Deducere aciem, *non* diducere. 5, 38
Defugere & Diffugere, ut differant. 5, 38
Defungi cura. 5, 2
Degredi. 5, 46
Deinde, particula eleganter poſita, ut ſignificet, *poſt talia.* 4, 49
Deleniire iras. 1, 13
Deligare vulnus. 7, 24
Demittere in diſcrimen, *non* dimittere. 3, 35
Demptum, *pro* quod dempſiſſet. 3, 20
Deſcendentibus inter duos lucos. 1, 8
Deſcendere aliquo, qui dicantur. *Lib.* 5 *Epit.*
Deſidere. 1, 1
Deſperare aliquem. 10, 14
Deſtituere ſpem. 1, 13. 1, 51
Devium tugurium 3, 13
Dextra via ſtrata. 8, 13
Dicare, *pro* figere, ſuſpendere. 7, 3
Dicta Latinis quæ Græcis Ἀποφθέγματα. 7, 33
Dictator nunquam abſque Magiſtro equitum. 7, 7
Dictator rei gerendæ aut quæſtionis exercendæ. 9, 26
Dies ſolennis ineundi magiſtratus. 9, 7
Dies Allienſis. 5 Ep.
Dimetari locum caſtris 3, 38
Directo petiſſe. 1, 11
Dirimere concilium. 1, 36
Divendenda præda. 1, 53
Diverbia. 7, 2
Diviſui habere. 4, 56

Digitized by Google

Domeſtica ſeditio. 2,16
Domicilium plebis Romanæ carcer. 3,57
Ducere faſtigio. 1,38
C. Duellius. 8, 16
M. Duilius. 2, 58,60

E.

ECce autem. 7,33
Edere. 1,46
Edere operam. 2,63
Edicere ſenatum. 3,38
Educere in aciem copias. 9, 12
Egeria ab egerendo dicta. 1,9
Egreſſus omnibus copiis. 1,14
Ejicere nervos conjurationis. 7,32
Elidere nervos. *ibid.*
Ellipſis præpoſitionis *Ad.* vel *In.* 5,34
Eluvies & alluvies. 1,4
En unquam. 10,8
Enallage accuſativi pro nominativo. 2,57
Enimvero, vox indignationis. 10,35
Enuntiare. 9,16
Eodem additus. 1,33
Epitome. *Ep.* 1.
Erat *intellectum.* 6,14
Eſcendere. 2,28
Eſcendere & Exſcendere, ut differant. 8, 17
Exaugurare fana. 1,55
Excellente forma puellæ. 1,9
Exciere infinitivus verbi *excieo* non excire. 7,11
Excitus, *id eſt*, laceſſitus. 10,12
Exercere fœde victoriam. 6,22
Exercitus fuerant, *pro* legiones *vel* milites. 3,27
Exigere diſciplinam. 8,6
Eximium Sacrificale verbum. 7,37
Exiſtimatio, interdum ſignificat, judicium, cenſionem, ſententiam 4, 41
Exitus etiam in bonam partem dicitur. 5,27
Exlex. 9,34
Exodia. 7,2
Expergitus, Experrectus, Expergefactus, ut differant. 7,36
Expiatio cædis duplex. 1,54
Exſequi percunctando. 9,3
Exſequi, interdum poſitum pro perſequi, ulciſci. 1,59
Extremum hoc. 3,29

F.

C. FAbius Dorſo. 5,45
Q. Fabius in cenſura nomen Maximi invenit. 8, 18
Fabiorum ſtemma. 4,58
Facere comitia. 10,5
Facere Senatuſconſultum. 5,50
Factiones ordinum. 1,17
Fallere ſpem. 2,39
Famam excire quis eleganter dicatur. 1,18
Familiare fiſſum. 8,9
Familiam in poteſtate habere. 8,15
Familiæ ſuæ princeps. 3,17
Faſti veteres. 1,4
Faſtidire. 2,41
Faſtigio ducere. 2, 58
Faſtigatus, *non* faſtigiatus. 1,38
Fatigare precibus. 9, 20
Fecialis. 1, 24
Ferentini. 9,45
Ferentum, oppid. 9, 16
Feriæ Latinæ per quatuor dies agebantur. 8,11
Ferre tacitum. 1,50
Feſcennini verſus. 7, 2
Ficana urbs. 1,38
Ficulnea, urbs. *ibid.*
Figura loquendi veteribus frequens, ut exprimendo quid non fuerit ſubjiciant lectori cogitandum quid fuerit. 5,26
Filum, lanæ velamen. 1,32
Fines templares. 5, 49
Finis, fœm. gen. 4,2
Finis, ſæpe ponitur pro certo modo ac menſura. 4,54
Fœdus Neapolitanum. 8,26
Forentani, *non* Ferentani. 9,16
Formare conſilia. 4,13
Fors. 1, 9
Forte temere. 10,43
Forte quadam divinitus. 1,4
Fortuna loci. 9,11
Frequentia creſcere. 1, 8
Fretus fortuna, *non* fortunæ. 4,37
Fuga Tibur petere. 7,11
Fulminis ictu conflagrare. 1,31
Furor. 3,4

Digitized by Google

Furtum non eſt rapina & direptio palam vi facta. 2,34
Fuſtuarium pœna militaris. 2, 6

G.

GAdira, æ, *&* Gadira, orum. 9,19
M. Geganius Macerinus. 3,65
Geminius Metius. 8,7
Genii, manes. 8,58
Gens & populus ut differant. 5,34
Gens, Genus & Familia. 4,1
Genticus. 2,58
Gerere rempublicam. 7,3.8,31
Gerere terram. 7,6
Gloriam videre. 2, 12
Gnarus militiæ. 10,22
Gradu demotus. 6,32

H.

HAbere aliquem ægre. 7,5
Habere pro conſulto. 7,6
Hærere in turba. 5,2
Haſtati. 8, 8
Haud ignaro imminet fortuna. 3,54
Heduicus ab Heduus. 2, 58
Hoc primum. 1,29
Hodieque. 1,26.4,27
Homo multus, *pro* ſatageo, ardelione. 4,13
Honoris ergo. 1,18
Hoſtis Romanus. 1,27
Hoſtus Hoſtilius. 1,12
Hoſtus Lucretius Tricipitinus. 4,30
Hyberna & hybernacula quid differant. 5,2
Hypocrita, vel hiſtrio, vel pantomimus ſaltabat & geſticulabatur, tragœdus canebat, i. e. modulate pronunciabat. 7,2

I.

JAcere animos. 9,6
Ibi ſubauditum. 1,3
Id, *pro*, ejus rei. 5,34
Imbellem agere annum. 6,6
Imminitis. 4,59
Immittere ſe in medios hoſtes. 9,4
Immobilia aurea. 3,70
Impar ferro. 7,17
Impatiens iræ. 5,37
Impedire. 3,20
Impenſo pretio venire. 2,9
Imperio ejus, *i. e.* imperante illo. 5,34
Impetrare me dico, *pro* impetraturum, *&c.* 2,5
Impetu capere urbem. 1,57
Imponere in caput. 1,18
Impotens iræ. 5,37
In agmine. 10,44
In cauſam præceps ierat. 2,27
Incinctus cinctu Gabino. 8,9
Inclementius invehi. 8,48
Incerta belli. 10,6
Incidere nervos conjurationis. 7,39
Inconſultu meo. 3,62
In curia nanciſci opes. 9,46
In eo eſſe. 7, 35
In facili eſſe. 3,8
In hoſtico. 8, 34
In integro eſſe. 3,10
In manus venire. 2,46
In pacato. 8,34
In poteſtatem eſſe. 2,14
In primum. 10, 14
Indicium poſtulare, profiteri. 7,39
Indoles alta. 9,6
Infelici via dextro Jano. 2,49
Infinita poteſtas. 3,9
Infiniti ſumptus. *ibid.*
Infinitus amor. *ibid.*
Ingenti gloria eſſe. 2, 22
Inhibere imperium. 3.58,59
Injungere alicui ignominiam. 8, 32, detrimentum. *ibid.* laborem, legem, *&c.* *ibid.*
Injungere brachium muro 4.9
Injuſſu. 3, 63
In ſenatum vocare. 2,55
In victoria eſſe. 8,33
Inſignis re nulla. 6,1
Innupſiſſe domum. 1,34
Inſignitius. 7,6
Inſinuare, *pro* inſinuare ſe. 9,2
Intendere ſe tenebræ. 1,57
Inter duos lucos. 1, 8
Inter tot annos. 1, 10
Intercalaribus menſibus interponendis. 1,9
Intercidere. 3,10
Intercurſus. 2,29
Intra, citra, ultra certos locorum fines demonſtrant. 1,10

Invadere in collum. 4,53
Invadere *pro* inferre & invehere. 3,34
Inurere dolorem, *&c.* 9,4
Invidioſa ſenatus lectio. 9,29
Ipſe, *pro* Is ipſe. 5,43
Ipſum. i. me ipſum. 1,1
Ira quæſtionis, *id eſt*, ob quæſtionem. 4,50
Ire equis. 1,14
Irrigare aquam. 5,16
Is finis factus. 1,44
Itaque *abundat.* 2,12
Itaque ergo. 3,31
Judicare. 8,19
Judicatum ſolvi, pro ſolutum iri. 2,5
Judicem dicere. 3,56
Judicem ferre. 3,56
Jurare in verba. 7,5
Jurisjurandi formula apud Rom. 1,24
Juventas Dea. 1,55

K.

Κείνειν τ πόλεμον. 7,9

L.

Labare & labi. 1,1
Labarum Francorum. 3,70
Lanuvium 8,13
Lanuvinis civitas data. 8,14
Larentia Acca 1,4
Larentalia. *ibid.*
Lartius à Larte. 2,10
T. Latinius. *Ep.* 2.
Latium Capuaque mulctati, *pro* Latini Campanique. 8,11
Lavicani agri. 3,7
Lavinium. 8,13
Lautulæ. 9,23
Laxamentum. 2,24
Legio quaternum millium. 8,8
Lex de Plebiſcitis primum à Q. Hortenſio Dictatore lata. 8,12
Lex Stolonis. 6,35
Libras farris in dies dare, *id eſt*, quot diebus unam libram. 4,15.3,24
Ligna in ratibus. 1,36
Litare, proprie καλλιερεῖν. 8,9
Literæ, *pro* hiſtoriis. 6,1
Loca *ſubauditum.* 9,13
Locus inſidiis congruens. 6,23
Locum ſeditioni quærere. 3,46
Longinquum, de tempore dictum. 7,29
Luceria Samnitium. 9,13
Luceria ſocia civitas Romanorum. 9,2
Luceres, Lucerenſes 1,13
Lucus Petelinus. 7,41
Ludi conſualia. 1,9
Ludis, pro die ludorum, aut quo ludi fierent. 2,36
Luſtrum. 1,44
Luſus & laſcivia. 1,5

M.

Macte virtute. 7,10
Magara, æ, & Megara, orum. 9,19
Magis *intellectum.* 1,25
Mahl ſive mallus. 10,14
Majore mole. 8,13
Maluginenſis non Serviliorum ſed Corneliorum cognomen. 5,36
Manere alicui bellum. 1,53
Manes & Genii ut differant. 3,58
Manius Tullius. 2,19
C. Marcius Coriolanus. *Ep.* 2.
Marcius primus è plebe cenſor. 7,22
Mataris. 7,4
Mediis copulare concordiam. 4,43
Memoria id, *id eſt*, ejus rei. 5,34
Merere equis. 5,7
Metius Fufetius. 1,23
Millia quadringenta ſero cenſa Romæ. 3,3
Millibus *intellectum.* 3,31
Miſcere ſeveritatem comitati. 8,36
Miſſa vox cœlo, *non* emiſſa. 5,50
Mittere, *pro* mittere nuntios, *vel* nuntiatum. 8,23
Mœſtiores & abjectioris animi, *non* abjectiores. 9,6
Moliri fidem, *pro* labefactare. 6,11
Momentaneus. 2,7
Μονονυχί. 4,2
Mos ſtatuas publice ponendi legatis. 4,17
Mugilla. 2,39
Multiplicare in arcto ordines. 2,50
Multus, interdum *pro* nimio. 4,13

N.

Nævia porta. 2,11
Natus ad corrumpendam diſcipli-

Digitized by Google

plinam militarem. 4, 13
Naviter. 10, 39
Sp. Nautius Rutilus *non* Rutilius. 4,45
C. Nautius 3,25
Ne, *pro* nedum. 3,52
Ne non paterentur, *i. e.* ne gravarentur, ne recuſarent. 8,18
Necubi. 2, 2
Negatio geminata Livio frequens. 3,26. 4,31
Nervicum prœlium. 2, 58
Nexi quinam. 2,23
Nexum inire. 7,19
Nihil præparati. 2,57
Nimius animi. 6,11
Nomen loco Trojæ. 1,1
Nomen Tarquinium, Fabium. 1,3
Nomini officere. 1,1
Novus homo. 7,1
Nox oriens. 8,23
Numa Marcius Pontifex ex patribus lectus. 1,32
Numa Marcius. 1, 20
Numen nutumque annuere. 7.30
Numerus Minervæ inventum. 7,3
Numicius fluv. 1,2
Nuntiantes *intellectum.* 4,45
Nutrire, non modo eſt non faſtidire, ſed aliquo modo remediis & fomentis adhibitis curare. 7,4

O.

OBeundo officio. 1,34
Obliqua invidia. 4,26
Obſiſtere. 2,10
Obtinere. 3,36
Occurſare portis. 2,45
Octavius Mamilius, *non* Octavus. 1,49
Offectus *pro* impedimentis. 4,31
Officere, obſiſtere, impedimento eſſe. 4,31
Omen concordiæ petere. 5,18
Omni vita. 2,33
Omnia tuta circa. 1,58
Oneratus fortunæ apparatibus. 9,17
Opperiri tempora ſua. 1,56
Oppius mons. 1,47
Optima lege, formula, quando adhibita. 9,34
Ordo quot milites habuerit. 8,8
Oriens conſul. 8,23
Oriri, *pro* ſurgere. 8,23
Ortona. 2,43
Oſtia, urbs. 1,33
Oſtia, æ, & Oſtia, orum. 9,19

P.

PAla. 3,26
Palam facto. 1,41
Palati, *pro* palantes. 1,11
Palatinum non perinde atque Aventinum eſt Nomen ſubſtantivum. 1,6
Palatius mons. 1,5
Pallantium. 1,5
M. Papirius Craſſus. 5,41
Παρεξϐὸς pro παραϐάς, pravus. 4,26
Parere alicui dicto. 8,4
Parilia. 1,63
Parmata cohors. 4,37
Participiorum frequens uſus pro orationibus finitis. 3,20
Participium verbi ſubſtantivi intellectum. 4,47
Parvo plures. 10,45
Pater patratus. 1,24
Patrem ciere poſſe. 1,8
Paſſis crinibus. 1,13
Pendere animi. 7, 10
Pellere, nonnunquam idem quod tangere, afficere, commovere. 3,30
Penetrare in domum. 4, 9. in interiora urbis. 10,41
Pentri Samnites. 9,31
Per ſpeciem ſacrificandi. 9,30
Peragenda conſularis officii. 3,20
Percellere. 3,30
Percipere aliquid animo. 7,26
Perexiguus. 7,57
Permittere. 3,70
Permittere tribunatum. 2,56. equum. *ibid.*
Permittere ſe in ditionem alicujus. 8, 20
Perpellere. 3,30
Peſſimo publico aliquid ferre. 4,4
Piaculum hoſtiam cædi. 8,10
Pliſtia. 9,21
Placare dictatorem in magiſtrum equitum. 8, 33
L. Plautius Venox. 9,18
Plebiſcita. 3, 62

Pleriſque, ubi vulgo bis poni ſolet, ſemel omiſſum. 20,29
Q. Pœtelius. 3,35
Poluſtia. 2, 39
Pomœrium. 1, 44
Poplicola. 2,8
Populus gentis. 5,34
Populus non fert legem, ſed jubet vel accipit ferente magiſtratu. 10,13
Porci pro victima cæſi. 1, 25
Poſtumus Æbutius. 4,11
Poſtumus Poſtumius. 2,16
Potens præda. 1,33
Præceps ingenio in iram. 2,27
Præcipere, *pro* ante capere, præſumere. 7,26
Præcipitare in inſidias. 5,18
Prædes & Vades in quo differant. 2,15
Prænomen nomini poſtpoſitum. 3, 1
Prærogativæ. 5,18
Præſultator. 2,36
Prætor collega conſulum. 7,1
Prævertere. 9,17
Právus proprie quid ſignet. 4, 26. ejus etymon. *ibid.*
Precibus fatigare. 1, 11
Primo. & Primum. 10,14
Princeps familiæ ſuæ. 3,17
Principes, Pilani. 8,8
Principia principales milites dicti. 7,13
Priſci Latini. 1,32
Pro nullo cadere. 1,21
Procedere, pro continuari, addi, connumerari, computari. 5,48
Procurare prodigia. 1,21
Proferre. 3,20
Profunda camporum. 7, 21
Pronomen relativum omiſſum. 1, 1. 6,4
Prope puberem ætatem. 2,50
Prope ſeceſſionem venire, *non* prope ad, *&c.* 6,42
Properum auxilium. 10,5
Protnere. 4,29
Προπεμπειν. 9,18
Proſternere omnium egena corpora humi. 2,6
Provocatione certare. 1,27
Proxime formam. 2,48
Proxime legum ac pœnarum metum. 1,21
Proximus tribunal ſteterat. 8,32
Publice curationem agere, *non*, publicam curationem. 4,13
Volero Publius. 2,24

Q.

Qua proxime. 1,23
Quadraginta millia pondo argenti ſunt centies ſexagies ſeſtertium. 1,55
Quadraginta talenta ſunt ſeſtertium nonagies ſexies. 1,55
Quæ pars major erit, eo ſtabitur conſilio. 7, 35.
Quæſitor, *pro* Quæſtor. 9,26
Quam, *pro* potius quam, *vel* magis quam. 5, 21
Quandoque, *pro* quando. 1,24,31
Quem videbitur, *pro* qui videbitur. 6,26
Qui aderant, *pro* advocatis, 3,44
Qui alerent equos. 1,43
Qui conſuluntur, *pro* juriſperitis. 3,44
Quia *inſertum.* 1,40
Quidquid progrediebantur. 7,32
T. Quinctius Pennus. 4,20
Quiritium foſſæ. 1, 33
Quiſque nobiliſſimi delecti. 7,19
Quod memoria fit, *pro* eo, quod factum eſſe memoria ſit. 5,34
Quod natum eſt, *pro* infante. 3,44
Quorum eorum, *id eſt*, quorum ex iis. 8, 37
Quum interim, duæ particulæ in orationibus finitis jungi ſolent. 4,52
Quum ſimul, *pro* quum tum. 3,50
Quum, ubi vulgo bis ponitur, ſemel omiſſum. 10,24

R.

Ramnes, tribus. 1,36.10,6
Rapere caſtra. 6,23
Ratibus ſublicifque pontis impacta. 1,37
Reciperare urbem, 7,18
Recipere. 1,53
Reddere operam. 3,63
Reddi conſuerant, *pro* Reddenda conſuerant. 2,5
Redigere in publicum. 2,9
Referre in publicum. 2,9
Reficere. 1,53
Reges i. rex & regina. 1,39

Regil-

Digitized by Google

Regillus lacus. 2, 16
Regillum, urbs. ibid.
Regnari. 1,17
Religio obſtat, ne quid non fiat, eſt, religio cogit fieri, 4,31
Religio obſtat, ne poſſit dici dictator niſi ab conſule, eſt, vetat religio dictatorem dici ab alio quam conſule. 4,31
Rem ratam haberi, pro habitum iri. 2,5
Rerum ſuarum eſſe. 3,38
Rempublicam gerere, 7,3. 8,31
Remulus Silvius, non Romulus. 1,3
Renuntiare conſulem. 5,18
Repens defectio. 8,29
Repens adventus. 8,28
Repetita vocabula Troja. 1,3
Res gerere. 3,64
Repetitio crebra vocis eſſe. 1,41
Repetitio verborum nota conſtantiæ. 9,9
Reſpublica bis ejuſdem voti damnata. 10,37
Reſtare alicui. 4,58
Reſtitare. 6,7
Retractare. 5,49
Revocare in memoriam. 3,51
Rogationem promulgare. 4.1
Roma quando à Gallis capta. 5,40
Romanus hoſtis, ſocius, non dicitur pro Romanis hoſte vel ſocio. 1,26
Romanus, pro Romani. 3,2
Romanæ civitatis in centurias diſtributio. 1,43
Roſtra, templum. 8,15
Rufuli. 7,5
Sp. Rutilius Craſſus. 4,47

S.

Sabatina tribus. Ep. 6.
Sacratum caput. 2, 8
Sacrum ſancire. 2, 55
Sagmina. 1, 24
Saltare ad Tibicinis modos. 7, 2
Sana mens conſtat. 8,19
Sancire lege, non legem. 3, 55
Sanctum & Sacroſanctum. 1, 24
Sanus mentis. 8, 19
Satricum colonia. 6, 16
Scævola. 2, 13
Se, αὐτὶ τοῦ ex ipſis. 2, 6
Se, ſubintellectum. 2, 19. 10, 4
Secularis poſſeſſio. 9, 18
Secus in malam partem accipitur etiam extra viciniam τοῦ bene. 7, 6
Sed, intellectum. 9, 22. 3, 71
Sedum, pro Sedium. 5, 40
Selibra. 4, 15. 5, 47
Senatuſconſultum facere. 5, 50
Senonum fines. 5, 35
Servitia, pro ſervis. 3, 15
Setia colonia. 6, 30
Sextii, Seſtii. 3, 32
Si qui, pro ſi qua ratione, ſi quo numero. 3, 64
Sibi habeat. 9, 11
Signum. 8, 9
Signa convertere. 3, 54. convellere. ibid. ſubmittere. ibid.
Signa infrequentia. 7, 8
Silva malitioſa. 1, 30
Simul magiſtratu abiit. 6, 1
Simul, pro ſimulatque. 4, 31. 6, 1
Siris, ſirit. 1, 32
Siſtere, interdum pro ſiſti. 4, 12
Siſti non poteſt. 4, 12
Sociare carmina nervis. 7, 2
Solennium extra. 1, 2
Solitaurilia, Suovetaurilia. 8, 10
Solvendi religione gratiâ. 7, 3
Solvere religione, religionem. ibid.
Sorctus, antique pro ſurrectus. 8, 8
Sorte creditum ſolvere. 6, 36
Sortem aliquam ferre. 6, 15
Sparſus humi. 2, 10
Spectacula. 13, 35
Spem communicare. 4, 23
Sperare regnum. 1, 47
Statu aliquo eſſe. 3, 68
Statuere. 8, 19
Stipendia procedere. 5, 48
Strategema C. Marii. 7, 13
Suarum rerum eſſe. 3, 38
Sub hanc vocem. 2, 55
Sub hanc victoriam. 2, 55
Subjicere aliquem in equum. 6, 24
Subjicere exercitum tumulis ab hoſte occupatis. 7, 24
Sublicius pons. 1, 33
Subrecta cuſpide haſtas in terra figere. 8, 8
Succedere inceptis. 8, 25
Suiſmetipſi corporibus dimicantes, non-

non ſuiſmetipſis. 2, 19
Sumere in publicum. 2, 9
Sumi putatur, *pro* ſumptum iri creditur. 2, 5
Suo quidque domino tribuere, *non* ſuo cuique, *aut* ſuum quidque. 3, 22
Super *pro* ſupereſſe. 4, 55
Superjacere fidem. 10, 29
Supina vallis. 6, 24
Surregit antique *pro* ſurrexit. 8, 8

T.

TAbernaculum vitio capere. 4, 7
Tacere, *pro*, ignorari, non apparere, non noſci. 9, 6
Tantum non. 4, 2
Tarentum Lacedæmoniorum colonia. 8, 25
Tarda nominum. 7, 21
L. Tarquinius Priſcus. 1, 35
Tarquinienſes CCCLVIII in foro Romæ cæſi. 7, 19
Teanitæ, ἐθνικὸν à Teano. 9, 20
Temere magis quam ſatis caute. 3, 5
Temperare. 1, 29
Templa finiebantur conceptis verbis. 5, 50
Tempus eſt majora conari. 6, 18
Tendere iter, *non* intendere. 10, 43
Tentare ſpem. 4, 9
Tenuiſſe naves locum. 1, 1
Terina Bruttiorum colonia. 8, 24
Tertio hoc. 1, 29
Θεία τύχη. 1, 4
Timoleon Corinthius. 7, 27
Timor, pro ipſa religione & metu Deûm. 2, 36
Tradiderint, *pro* tradere potuerint. 3, 47
Tranquillo fieri quid dicatur. 3, 14
Triarii, haſtati, velites. 8, 8
Tria ſocietatis ineundæ genera. 9, 20
Tribuni militum ex Patriciis ſolis facti. 6, 37
pro Tribu primum ſciſcere. 9, 46
Triclinium ſtratum. 8, 15
Tromentana tribus, à campo Tromento. *Ep*. 6.
Tullia gens. 1, 29
Tullius urbanarum & ruſticarum tribuum auctor. 1, 43
Tum, *pro* poſtquam. 5, 27
Tunc utique. 8, 6
Tutelæ alicujus eſſe. 1, 6

V.

VAdes & Prædes in quo differant. 3, 13
P. Valerius conſul. 2, 1
Valerius Corvus annorum XXIII raro exemplo conſul creatus. 9, 17. 7, 26
Valles averſæ. 2, 31. ſupinæ. *ibid.*
Vallis ſupina. 6, 24
Vallus, *non* Vallum. 8, 38
Vanus, *pro* irrito. 5, 2
Vaſta urbs. 5, 52
Ubi ubi. 2, 2
Vectius Meſſius. 4, 27
Vectores, epibatæ, qui navibus vehuntur. 2, 19
Vehens, pro eo qui vehitur. 2, 19
Vejentes induciæ. 4, 43
Vel, *pro* etiam, *aut* & id quidem. 2, 9
Velites. 8, 8
A Velitris. 6, 17
Venire in mentem pugnæ. 8, 5
Venire in publicum. 2, 9. in privatum. *ibid.*
Veniſſe opulenta caſtra. 2, 14
Venit in mentem res & rei. *ibid.*
Verbis velitatio. 10, 19
Verum eſſe, *pro* æquum eſſe. 2, 48. 3, 40
Veſcia. 9, 25
Veteres belli centuriones. 4, 17
Vetus militiæ, vetus operis ac laboris. 4, 17
Ufens fl. 5, 35
Vi adempta, vi excepta. 1, 17
Vi vincere. 7, 32
Vicæ potæ. 2, 7
Vicem alicujus examinis. 1, 25
Vicem ſuam functus. 1, 10
Victi, *pro* ſi victi fuiſſent. 9, 18
Viden. ſatin. 1, 39
Videre gloriam. 2, 12
Villia. 3, 54
Vir unus. 4, 29
Virbius Clivus. 1, 49
Virginius & tribuni, *non* Virginius è tribunis. 3, 25
Vivere licitum pudicæ ac liberæ. 3, 50
Ultimum illud. 1, 29

Ulti-

Ultra humanarum irarum fidem. 8, 24
Univerſa requies. 10, 5
Uno plures. 2, 7
Uno plus. 5, 30
Unus quilibet. 9, 17
Unus vir. 2, 43
Voleſus. 2, 18
Voltumnæ fanum. 5, 17
Voluſus Valerius. 3, 25
Uſurpare jus vi adempta. 1, 17
Ut, *pro* quibus modis & rationibus. 4, 2
Ut *intellectum*. 7, 13
Ut repetitum; prius, eventum vel finem denotans; poſterius, comparationis. 5, 20

Z.

Ζῶα καὶ θεοί. 3, 25

FINIS.

Errata, quæ operarum incuria irrepſerunt, ſic emendentur.

In Textu.

Pag.	Verſ.	
2.	9	Mettii , *l.* Metti.
3.	13	Attio, *l.* Atto.
29.	22	Mettius, *l.* Mettus.
61.	21	limitibus, *l.* liminibus.
73.	14	dimiſſa, *l.* demiſſa.
75.	26	magni, *l.* Magni.
99.	12	primoribus, *l.* prioribus.
106.	27	ſuſcitatum, *l.* ſciſcitatum.
109.	5	uſius. *l.* uſus,
118.	12	Tib. *l.* Ti.
177.	6	in- *l.* in
183.	19	ambitioſius, *l.* ambitioſus.
ib.	27	actorem, *l.* auctorem.
185.	18	quotidianis, *l.* quotidianæ.
187.	1	Vejentes, *l.* Vejentibus.
191.	5	Dari, *l.* dare.
210.	1	Sicinum, *l.* Sicinium.
230.	2	Scribe, curio maximus minuſculis. C & *M.*
249.	18	omne, *l.* omnes.
281.	4	Segio, *l.* Sergio.
319.	31	regioni, *l.* regione.
327.	6	Arcinique, *l.* Aricinique.
362.	14	Cum, *l.* eum.
365.	11	Numento , *l.* Nomento.
368.	20	Follius, *l.* Follius.
437.	24	Militiæ, *l.* Militia.
443.	23	fere, *l.* ferre.
457.	3	dele, *tribus.*
471.	25	redegiſſe abſentes, *l.* redegiſſe. abſent.
485.	8.	Hernicii, *l.* Hercinii.
528.	22	ſuccedere, *l.* ſuccederet.
542.	1	Colonia, *l.* Coloni à.
548.	24	habetis, *l.* habeatis.
553.	3	A Manl. *l.* A. Manl.
565.	15	poſt *in* dele colon.
577.	11	cummunicato, *l.* communicato.
576.	5	Viturius, *l.* Veturius.
582.	7	accederent, *l.* accenderent.
598.	9	primo, *l.* prima.
602.	4	hercle. L. Maul. *l.* hercle, L. Manl.
604.	20	Metio, *l.* Mettio.
ib.	22	Famæ, *l.* fama.
605.	13	ubi Rom. *l.* ubi eſt Rom.
650.	22	A Corn. *l.* A. Corn.
693.	6	poſuerunt, *l.* poſuerint.
703.	14	Petitum, *l.* petitum.
712.	9	Theſprotinus, *l.* Theſprotius.
762.	9	Puſtumium, *l.* Poſtumium.
775.	5	Cernenti. &, *l.* cernenti &c.
778.	5	ſubiſſent, *l.* ſubiſſet.
807.	15	Cenſor, *l.* Curſor.
811.	11	In ſilvis, *l.* è ſilv.
812.	17	referre, *l.* referri.
817.	23	à Samn. *l.* ab Samn.
821.	1	Inſtruxit, *l.* inſtruit.
835.	17	qua, *l.* quo.
843.	3	quum, *l.* quam.
848.	8	Credenda cum, *l.* credenda. cum.
878.	5	Sentinatum, *l.* Sentinatem.
903.	7	paritérque, *l.* pariter.

In Notis.

Pag.	Col.	Verſ.	
11.	2.	15	Numidis, *l.* tumidis.
69.	1.	21	poſt *triginta* adde *tres.*
92.	1.	1	Omni, *l.* omiſſa.
101.	1.	6	Taciturni, *l.* taciturni.
106.	2.	4	Scientiam, *l.* prudentiam.
212.	1.	30	Nonus, *l.* Nonnus.
145.	1.	7	Cruſtimini, *l.* Cruſtumini.
160.	1.	17	Mecœnat. *l.* Mœcenas.
166.	2.	4	conferri, *l.* conferti.
201.	2.	9	Græcum, *l.* Græcorum.
200.	2.	22	I. F. G. *l.* J. G.
204.	2.	11	Negare, *l.* negaret.
207.	6.	1	Annum, *l.* annus.
209.	1.	10	6. lege 16.
ib.	2.	7	poſt *privati* adde *ſint.*
264.	1.	1	Verba *à Corbione* priore pag. erant ponenda.
270.	1.	6	Canditati, *l.* Candidati.
276.	1.	13	Buſlid, *l.* Baliid.
280.	1.	2	*Χεῖρον* ſcribe minuſculo χ.
301.	2.	4	*Ρωμαῖοις*, *l.* *Ρωμαίοις*.
328.	1.	7	Circuire, *l.* circumire.
335.	2.	17	Patriam ? oppugn. *l.* patriam ? patriam opp.
358.	1.	4	Cn. *l.* n.
359.	1.	2	Obiiſſet, *l.* obiiſſent.
366.	1.	12	Sin, *l.* Si.
370.	1.	10	Nugæ. illud, *l.* nugæ illud
387.	2.	4	*Poſt* otium *pone,*)
411.	1.	6	Fere. *l* ferre.
419.	1.	7	Principibus, *l.* Principum.
479.	1.	10	l. quæ iſta gradatio ?
501.	2.	6	Ipſe, *l.* ipſo.
505.	1.	25	Cum, *l.* cum.
525.	1.	18	poſt *ſperatam* dele *à.*
543.	2.	5	Cui, *l.* Qui.
545.	1.	12	Oculos, *l.* Oculis.
580.	1.	11	poſt *libro*, adde 1.
587.	1.	9	Ætatis, *l.* & Tatii.
589.	2.	2	*πάλιν*, *l* *πάλιν.*
599.	1.	31	Parthaſii. *l.* Parrhaſii.
626.	1.	6	partem, *l.* patrem.
631.	1.	7	Equites. Num. *l.* Equitis Num.
634.	1.	3	acceſſit, *l.* accepit.
641.	1.	3	incertum, l. inſertum.
667.	1.	7	Plautium, *l.* Plautius.
669.	1.	1	attinet, *l.* attineat.
678.	1.	8	Romanis, *l.* Romani.
691.	1.	16	Erroris, *l.* errores.
695.	2.	12	lege *Σταδιεῦσαι.*
ib.		20	pro Jac. Gron. *l.* J. F. Gr.
784.	1.	17	lege, *κινδύνοις.*
ib.		18	lege, *προεχειρίσαντο.*
829.	2.	1	Amicio, *l.* Anicio.
834.	2.	18	Statione. *l.* ſtationem.
847.	2.	13	Corſo, *l.* Coſſo.
856.	1.	29	Signo, *l.* Signa.
884.	2.	4	Æſernium, *l.* Æſerninum.
851.	1.	7	dele verba , Jac. Gron.

Digitized by Google

CAROLI SIGONII

CHRONOLOGIA

In Titi Livii Hiſtorias ab Urbe condita.

REGES.

Romulus regnat annos XXXVIII.
Interreges regnant annum I.
Numa Pompilius, annos XLIII.
Tullus Hoſtilius, annos XXXII.
Ancus Marcius, annos XXIV.
L. Tarquinius Priſcus, annos XXXVIII.
Ser. Tullius, annos XLIV.
L. Tarquinius Superbus, annos XXV.

CONSULES.

245	L. Junius Brutus. S. Lucretius Tricipitinus. M. Horatius Pulvillus.	L. Tarquinius Collatinus. P. Valerius Poplicola.
246	P. Valerius II.	T. Lucretius.
247	P. Lucretius.	P. Valerius Poplicola III.
248	Sp. Lartius.	T. Herminius.
249	M. Valerius.	P. Poſtumius.
250	P. Valerius IV.	T. Lucretius.
251	Agrippa Menenius.	P. Poſtumius.
252	Opiter Virginius.	Sp. Caſſius.
253	Poſtumus Cominius.	T. Lartius.
254	Ser. Sulpicius.	M' Tullius.
255	C. Vetuſius.	T. Æbutius.
256	Q. Clœlius.	T. Lartius.
257	A. Sempronius.	M. Minucius.
358	A. Poſtumius.	T. Virginius.
259	Ap. Claudius.	P. Servilius.
260	A. Virginius.	T. Vetuſius.
261	Sp. Caſſius.	Poſtumus Cominius.
262	T. Geganius.	P. Minucius.
263	M. Minucius.	A. Sempronius.
264	Sp. Nautius.	Sex. Furius.
265	T. Sicinius.	C. Aquillius.
266	Sp. Caſſius.	Proculus Virginius.
267	Ser. Cornelius.	Q. Fabius.
268	L. Æmilius.	K. Furius.
269	M. Fabius.	L. Valerius.
270	Q. Fabius.	C. Julius.
271	K. Fabius.	Sp. Furius.
272	M. Fabius.	Cn. Manlius.
273	K. Fabius.	T. Virginius.

274	L. Æmilius.	C. Servilius.
275	C. Horatius.	T. Menenius.
276	A. Virginius.	P. Servilius.
277	C. Nautius.	P. Valerius.
278	L. Furius.	A. Manlius.
279	L. Æmilius.	Opiter Virginius, vel Vopiſcus Julius.
280	L. Pinarius.	P. Furius.
281	Ap. Claudius Ap. F.	T. Quintius.
282	L. Valerius.	Ti. Æmilius.
283	T. Numicius Priſcus.	A. Virginius.
284	T. Quintius.	P. Servilius.
285	Ti. Æmilius.	Q. Fabius.
286	Q. Servilius.	Sp. Poſtumius.
287	Q. Fabius.	T. Quintius.
288	A. Poſtumius Albus.	Sp. Furius Fuſus.
289	L. Æbutius.	P. Servilius.
290	L. Lucretius Tricipitinus.	T. Veturius Geminus.
291	P. Volumnius.	Ser. Sulpicius.
292	C. Claudius Ap. F.	P. Valerius Poplicola.
293	Q. Fabius Vibulanus III.	L. Cornelius Maluginenſis.
294	L. Minucius.	C. Nautius.
295	Q. Minucius.	C. Horatius Pulvillus.
296	M. Valerius.	Sp. Virginius.
297	T. Romilius.	Sp. Veturius.
298	Sp. Tarpejus.	A. Aterius.
299	P. Curatius.	Sex. Quinctilius.
300	T. Menenius.	P. Seſtius Capitolinus.
301	Ap. Claudius.	T. Genucius.

DECEMVIRI CONSVLARES.

	Ap. Claudius.	Sp. Poſtumius Albus.
	T. Genucius.	Ser. Sulpicius.
	P. Seſtius.	T. Romilius.
	Sp. Veturius.	P. Curatius.
	C. Julius.	A. Manlius.
302	Ap. Claudius.	Q. Fabius.
	M. Cornelius.	M' Rabuleius.
	L. Minucius.	Q. Pœtelius.
	T. Antonius.	K. Duillius.
	M. Sergius.	Sp. Oppius.
303	Iidem Decemviri per vim in hunc annum continuarunt.	
304	L. Valerius.	M. Horatius.
305	Iidem conſules continuaſſe videntur in hunc annum.	
306	T. Lar. Herminus.	T. Virgin. Cœlimontan.
307	M. Geganius Macerinus.	C. Julius.
308	T. Quinctius Capitolinus IV.	Agrippa Furius.
309	M. Genucius.	C. Curtius.
310	A. Sempronius Atratinus.	Trib. mil. conſ. pot. abdicarunt.
	T. Clœlius.	In eorum L. F. ſunt coſſ.
	L. Atilius.	
	L. Papirius Mugillanus.	L. Sempron. Atratinus.

M. Ge-

Digitized by Google

311	M. Geganius Macerinus II.	T. Quintius Capitol. V.
312	M. Fabius Vibulanus.	Poſtumius Æbutius Cornicen.
313	C. Furius Pacilus.	M' Papirius Craſſus.
314	Proculus Geganius Macerin.	L. Menenius Lanatus.
315	T. Quintius Capitol. VI.	Agrippa Menenius Lanatus.
	Mam. Æmilius.	
316	L. Quintius Cincinnati F.	Trib. mil. conſ. poteſt.
	L. Julius.	
317	M. Geganius Macerin. III.	L. Sergius Fidenas.
318	M. Cornelius Maluginenſis.	L. Papirius Craſſus.
319	C. Julius II.	L. Virginius.
320	C. Julius III. vel M. Manlius.	L. Virginius II. vel Q. Sulpic.
	M. Fabius Vibulanus.	
321	L. Sergius Fidenas.	Trib. mil. conſ. poteſt.
	M. Foslius.	
	L. Pinarius Mamercus.	
322	L. Furius Medullinus.	Trib. mil. conſ. poteſt.
	Sp. Poſtumius Albus.	
323	T. Quinct. L. F. Cincinnat. Pennus.	C. Julius Mento.
324	L. Papirius Craſſus.	L. Julius.
425	L. Sergius Fidenas II.	Hoſtus Lucretius Tricipitinus.
326	A. Cornelius Coſſus.	T. Q. Pennus II.
327	C. Servilius Ahala.	L. Papirius Mugillanus.
328	T. Quinctius Pennus.	C. Furius.
	M. Poſtumius.	A. Cornelius Coſſus.
	A. Sempronius Atratinus.	L. Furius Medullinus.
329	L. Quinctius Cincinnatus.	L. Horatius Barbatus.
	Ap. Clau. Craſſ. Xviri F.	L. Sergius Fidenas.
330	Sp. Nautius Rutilus.	Sex. Julius Julus.
331	C. Sempronius Atratinus.	Q. Fabius Vibulanus.
332	L. Manlius Capitol.	L. Papirius Mugillan.
	Q. Antonius Merenda.	L. Servilius Structus.
333	T. Quinct. Capit. Cap. F.	N. Fabius. Vibul.
334	Interreges uno anno regnarunt.	
Tr.mil. 335	L. Quinct. Cincinnatus IV.	L. Furius Medull. II.
	M. Manlius.	A. Sempron. Atratin.
Tr.mil. 336	Agrippa Menenius Lanatus.	P. Lucretius Tricipitinus.
	Sp. Nautius.	C. Servilius.
	L. Sergius Fidenas.	
337	M. Papirius Mugillanus.	Trib. mil. conſ. pot.
	C. Servilius Priſc. F.	
Tr.mil. 338	Agrippa Menen. Lanatus.	L. Servilius Struct. II.
	P. Lucretius Tricipitinus.	Sp. Veturius Craſſus.
Tr.mil. 339	A. Semp. Atratinus III.	Sp. Nautius Rutil. II.
	M. Papirius Mugillan. II.	Q. Fabius Vibulanus.
Tr.mil. 340	M. Cornelius Coſſus.	*Quintius Cincinnat.
	C. Valerius Potitus.	N. Fabius Vibulanus.
Tr.mil. 341	Cn. Cornelius Coſſus.	L. Valerius Potitus.
	Q. Fabius Vibulanus II.	P. Poſtumius Regillenſis.
342	A. Cornelius Coſſus.	L. Furius Medullinus.
343	Q. Fabius Ambuſtus.	C. Furius Pacilus.
344	M. Papirius.	C. Nautius Rutilus.

Digitized by Google

345	M' Æmilius.	C. Valerius.
346	Cn. Cornelius Coſſus.	L. Furius Medullin. II.
347	C. Julius Julus.	
	P. Cornelius Coſſus.	Trib. mil. conſ. pot.
	C. Servilius Ahala.	
Tr. mil. 348	L. Furius Medullinus II.	C. Valer. Potitus II.
	N. Fabius Vibulanus II.	C. Servilius Ahala II.
Tr. mil. 349	P. Cornelius Coſſus.	N. Fabius Ambuſtus.
	Cn. Cornelius Coſſus.	L. Valerius Potitus.
Tr. mil. 350	T. Quinct. Capitol.	A. Manlius.
	T. Quinct. Cincinnat.	L. Furius Medull. III.
	C. Julius Julus II.	M. Æmilius Mamercinus.
Tr. mil. 351	C. Valerius Potitus III.	Cn. Cornel. Coſſus.
	M' Sergius Fidenas.	K. Fabius Ambuſtus.
	P. Cornel. Maluginenſis.	Sp. Nautius Rutil. II.
Tr. mil. 352	M' Æmil. Mamer. II.	M. Quinctilius Varus.
	L. Valerius Potitus III.	L. Julus Julus.
	Ap. Claudius Craſſus.	M. Poſtumius.
	M. Furius Camillus.	M. Poſtumius Albinus.
Tr. mil. 353	C. Servilius Ahala III.	Q. Sulpicius.
	Q. Servilius.	A. Manlius II.
	L. Virginius.	M' Sergius II.
Tr. mil. 354	L. Valerius Potitus IV.	Cn. Cornel. Coſſus.
	M. Furius Camillus.	K. Fabius Ambuſtus.
	M. Æmil. Mamerc. III.	L. Julius Julus.
Tr. mil. 355	P. Licinius Calvus.	P. Mænius.
	L. Titinius.	P. Mælius.
	L. Furius Medullinus.	L. Publilius Vulſcus.
Tr. mil. 356	M. Veturius.	M. Pomponius.
	C. Duillius.	Voleto Publilius.
	Cn. Genucius.	L. Atilius.
Tr. mil. 357	L. Valerius Potitus V.	L. Furius Medull. III.
	M. Valerius Maximus.	Q. Servilius Fidenas II.
	M. Furius Camillus II.	Q. Sulpicius Camerinus II.
Tr. mil. 358	L. Julius Julus.	A. Poſtum. Regillenſis.
	L. Furius Medull. IV.	P. Corn. Maluginenſis.
	L. Sergius Fidenas.	A. Manlius.
Tr. mil. 359	P. Licinius P. F. Calvus.	L. Titinius II.
	P. Mænius II.	P. Mælius II.
	Cn. Genucius II.	L. Atilius II.
Tr. mil. 360	P. Cornelius Coſſus.	P. Cornelius Scipio.
	K. Fabius Ambuſtus III.	L. Furius Medullinus V.
	M. Valer. Maximus II.	Q. Servilius III.
Tr. mil. 361	L. Furius Medullin. VI.	Sp. Poſtumius.
	C. Æmilius.	P. Cornelius II.
	L. Valerius Poplicola.	M. Furius Camillus.
362	L. Lucretius Flavus.	Ser. Sulpic. Camerin.
363	L. Valerius Potitus.	M. Manlius Capitolinus.
Tr. mil. 364	L. Lucretius.	L. Furius Medull. VII.
	Ser. Sulpicius.	Agrippa Furius.
	M. Æmil.	C. Æmil. II.

Q. Fi-

Digitized by Google

Tr.mil.365	Q. Fabius Ambuſtus.	Q. Sulpicius Longus.
	Duo fratres Q. Fabii Ambuſti.	Q. Servilius IV.
		Ser. Cornel. Maluginenſis.
366	M. Furius Camillus Dictaturam continuavit in hunc annum.	
Tr.mil.367	L. Valerius Poplicola II.	A. Manlius.
	L. Virginius.	L. Æmilius.
	P. Cornelius.	L. Poſtumius.
Tr.mil.368	T. Quinct. Cincinnat.	L. Aquilius Corvus.
	Q. Servilius Fidenas V.	L. Lucret. Tricipitin.
	L. Julius Julus.	Ser. Sulpicius Rufus.
Tr.mil.369	L. Papirius.	C. Sergius.
	L. Æmilius II.	C. Cornelius.
	L. Menenius.	L. Valerius Poblicola. III.
Tr.mil.370	M. Furius Camillus.	L. Horatius Pulvillus.
	Ser. Cornel. Maluginenſ.	L. Quinct. Cincinnat.
	Q. Servilius Fidenas VI.	P. Valerius.
Tr.mil.371	A. Manlius.	L. Quinct. Capitolin.
	P. Cornelius.	L. Papirius Curſor II.
	T. Quinct. Capitolinus.	C. Sergius II.
Tr.mil.372	Ser. Cornel. Maluginenſis III.	P. Valerius Potitus II.
	M. Furius Camillus V.	Ser. Sulpit. Rufus II.
	C. Papirius Craſſus.	T. Quinct. Cincinn.
Tr.mil.373	L. Valerius IV.	L. Lucretius.
	A. Manlius III.	L. Æmilius.
	Ser. Sulpicius III.	M. Trebonius.
Tr.mil.374	Sp. Papirius.	Q. Servilius.
	L. Papirius.	C. Sulpicius.
	Ser. Cornelius IV.	L. Æmilius. IV.
Tr.mil.375	M. Furius Camillus VI.	L. Furius.
	A. Poſtum. Regillenſis.	L. Lucretius.
	L. Poſtum. Regillenſis.	M. Fabius Ambuſtus.
Tr.mil.376	L. Valerius V.	L. Menenius II.
	P. Valerius III.	P. Papirius.
	C. Sergius III.	Ser. Corn. Maluginenſis.
Tr.mil.377	P. Manlius.	C. Sextilius.
	C. Manlius.	M. Albinus.
	L. Julius.	L. Antiſtius.
Tr.mil.378	Sp. Furius.	P. Clœlius.
	Q. Servilius II.	M. Horatius.
	C. Licinius.	L. Geganius.
Tr.mil.379	L. Æmilius.	Ser. Sulpitius.
	P. Valerius IV.	L. Quinct. Cincinnat.
	C. Veturius.	C. Quinct. Cincinnat.
380.381.382.	C. Licinius Stolo.	Tribuni pleb. per annos V.
383.384.	L. Sextius.	
Tr.mil.385	L. Furius.	Ser. Cornelius.
	A. Manlius.	P. Valerius.
	Ser. Sulpicius.	C. Valerius.
Tr.mil.386	Q. Servilius.	M. Genucius.
	C. Veturius II.	Q. Quinctius.
	A. Cornelius.	M. Fabius.

Tr.mil.387	L. Quinctius.	Ser. Cornelius.
	Ser. Sulpicius.	Sp. Servilius.
	L. Papirius.	L. Veturius.
Tr.mil.388	A. Cornelius II.	M. Cornelius II.
	L. Veturius.	M. Geganius.
	P. Manlius.	P. Valerius VI.
389	L. Sextius.	L. Æmilius.
390	L. Genucius.	Q. Servilius.
391	C. Sulpicius Pæticus.	L. Licinius Stolo.
392	L. Æmil. Mamercus II.	Cn. Genucius.
393	Q. Servilius Ahala.	L. Genucius II.
394	C. Sulpicius.	C. Licinius Calvus.
395	C. Pœtelius Libo.	M. Fabius Ambuſtus.
396	M. Popillius Lænas.	C. Manlius.
397	C. Fabius.	C. Plautius.
398	C. Marcius.	Cn. Manlius.
399	M. Fabius Ambuſtus II.	M. Popillius Lænas II.
400	C. Sulpicius Pæticus III.	M. Valerius Poplicola.
401	M. Fabius Ambuſtus III.	T. Quinct. vel M. Popil.
402	C. Sulpicius Pæticus IV.	M. Valerius Poplicola.
403	P. Valerius Poplicola III.	C. Marcius Rutilus.
404	C. Sulpicius Pæticus.	T. vel K. vel C. Quinct. Pennus.
405	M. Popillius Lænas.	L. Cornelius Scipio.
406	L. Furius Camillus.	P. Claudius Craſſus.
407	M. Valerius Corvus.	M. Popillius Lænas IV.
408	T. Manlius Torquatus.	C. Plautius.
409	M. Valerius Corvus II.	C. Pœtelius.
410	M. Fabius Dorſo.	Ser. Sulpici Camerin.
411	C. Marcius Rutilus III.	T. Manlius Torquat. II.
412	M. Valerius Corvus III.	A. Cornelius. Coſſus.
413	M. Marcius Rutilus IV.	Q. Servilius.
414	C. Plautius II.	L. Æmil. Mamercinus.
415	T. Manlius Torquatus IV.	P. Decius Mus.
416	Ti. Æmil. Mamercinus.	Q. Publilius Philo.
417	L. Furius Camillus.	C. Mænius.
418	C. Sulpicius Longus.	P. Ælius Pætus.
419	L. Papirius Craſſus.	K. Duilius.
420	M. Valerius Corvus IV.	M. Atilius Regulus.
421	T. Veturius.	Sp. Poſtumius.
422	Interreges anno uno.	
423	A. Cornelius II.	Cn. Domitius.
424	M. Claudius Marcellus.	C. Valerius Flaccus.
425	L. Papirius Craſſus II.	L. Plautius Venno.
426	Æmilius Mamercinus.	C. Plautius.
427	P. Plautius Proculus.	P. Cornelius Scapula.
428	L. Cornelius Lentulus.	Q. Publius Philo II.
429	L. Papirius Mugillanus, alias Curſor.	C. Pœtelius.
430	L. Furius Camillus II.	Junius Brutus Scæva.
431	C. Sulpicius Longus II.	Q. Æmil. vel Aulius Cerretan.
432	Q. Fabius.	L. Fulvius.
433	T. Veturius Calvinus.	Sp. Poſtumius.
434	L. Papirius Curſor II.	Q. Publilius Philo.

L.Pap-

Digitized by Google

435	L. Papirius Cenſor vel Mugillan.	Q. Aurelius Cerretan. II.
436	M. Foslius Flaccinator.	L. Plautius Venno.
437	C. Junius Bubulcus.	Q. Æmilius Barbula.
438	Sp. Nautius.	M. Popillius.
439	L. Papirius Curſor IV.	Q. Publilius Philo IV.
440	M. Pœtelius.	C. Sulpicius.
441	L. Papirius Curſor V.	C. Junius Bubulcus II.
442	M. Valerius.	P. Decius.
443	C. Junius Bubulcus III.	Q. Æmilius Barbula II.
444	C. Marcius Rutilus.	Q. Fabius.
445	Q. Fabius.	P. Decius.
446	Ap. Claudius.	L. Volumnius.
447	Q. Marcius Tremulus.	P. Cornelius Arvina.
448	L. Poſtumius.	Ti. Minucius.
449	P. Sempronius Sophus.	P. Sulpicius Saverrio.
450	L. Genucius.	Ser. Cornelius.
451	M. Livius Denter.	M. Æmilius.
452	M. Valerius.	Q. Appuleius Panſa.
453	M. Fulvius Pætus.	T. Manlius Torquatus.
454	L. Cornelius Scipio.	Cn. Fulvius.
455	Q. Fabius Maximus IV.	P. Decius Mus III.
456	L. Volumnius.	Ap. Claudius.
457	Q. Fabius V.	P. Decius IV.
458	L. Poſtumius Megellus.	M. Atilius Regulus.
459	L. Papirius Curſor.	Sp. Carvilius.
460	Q. Fabius Gurges Max. F.	D. Junius Brutus Scæva.
461	L. Poſtumius.	C. Junius.
462	P. Cornelius Rufinus.	M' Curius Dentatus.
463	M. Valerius.	Q. Cædicius.
464	Q. Marcius.	P. Cornelius.
465	M. Marcellus.	Sp. Nautius.
466	M. Valerius.	C. Ælius.
467	C. Claudius.	M. Æmilius.
468	C. Servilius.	L. Cæcilius.
469	P. Cornelius Dolabella.	Cn. Domitius.
470	C. Fabricius.	Q. Æmilius.
471	L. Æmilius.	Q. Marcius.
472	P. Valerius.	Ti. Coruncanius.
473	P. Sulpicius.	P. Decius.
474	C. Fabricius.	Q. Æmilius.
475	P. Cornelius.	C. Junius.
476	Q. Fabius.	C. Genucius.
477	M. Curius.	L. Lentulus.
478	Ser. Cornelius.	M' Curius.
479	C. Fabricius.	C. Claudius.
480	L. Papirius Curſor.	Sp. Carvilius.
481	C. Quintius.	L. Genucius.
482	C. Genucius.	Cn. Cornelius.
483	P. Sempronius.	Ap. Claudius.
484	A. Atilius.	L. Julius Libo.
485	T. Junius.	N. Fabius.
486	Ap. Claudius.	M. Fulvius.
487	M' Valerius.	M' Otacilius.

488	L. Poſtumius.	Q. Mamilius.
489	L. Valerius.	T. Otacilius.
490	Cn. Cornelius.	C. Duilius.
491	C. Aquillius.	L. Cornelius.
492	A. Atilius Calatinus.	P. Sulpicius.
493	Cn. Cornelius.	C. Atilius.
494	Q. Cædicius.	L. Manlius.
495	M. Æmilius Paullus.	Ser. Fulvius Nobilior.
496	Cn. Cornelius.	A. Atilius.
497	Cn. Servilius.	C. Sempronius.
498	A. Aurelius Cotta.	P. Servilius.
499	L. Cæcilius Metellus.	C. Furius.
500	C. Atilius Regulus.	L. Manlius.
501	P. Claudius.	L. Junius.
502	P. Servilius.	C. Aurelius.
503	L. Cæcilius.	N. Fabius.
504	M. Fabius.	M' Otacilius.
505	M. Fabius.	C. Atilius.
506	A. Manlius.	C. Sempronius.
507	C. Fundanius.	C. Sulpicius.
508	C. Lutatius Catulus.	A. Poſtumius.
509	Q. Lutatius Cerco.	A. Manlius.
510	C. Claudius Centho.	M. Sempronius.
511	C. Mamilius.	Q. Valerius.
512	Ti. Sempronius.	P. Valerius.
513	L. Cornelius.	Q. Fulvius.
514	C. Licinius.	P. Cornelius.
515	T. Manlius Torquatus.	C. Atilius.
516	L. Poſtumius.	Sp. Carvilius.
517	Q. Fabius.	M. Pomponius.
518	M. Lepidus.	M. Poblicius.
519	C. Papirius.	M. Pomponius.
520	M. Æmilius.	M. Junius.
521	L. Poſtumius.	Cn. Fulvius.
522	Q. Fabius II.	Sp. Carvilius.
523	P. Valerius.	M. Atilius.
524	L. Apuſtius.	M. Valerius.
525	C. Atilius.	L. Æmilius.
526	T. Manlius.	Q. Fulvius II.
527	C. Flaminius.	P. Furius Philus.
528	M. Marcellus.	Cn. Cornelius.
529	P. Cornelius.	M. Minucius.
530	L. Veturius.	C. Lutatius.
531	M. Livius.	L. Æmilius.
532	P. Cornelius Scipio.	T. Sempronius Longus.
533	Cn. Servil. Geminus.	C. Flaminius.
534	C. Terentius Varro.	L. Æmilius Paullus.
535	L. Poſtumius Albinus III. M. Claudius Marcellus II. Q. Fabius Maximus III.	Ti. Sempronius Gracchus.
536	Q. Fabius Maximus IV.	M. Claudius Marcellus III.
537	Q. Fabius Max. Verrucoſi V.	Ti. Sempronius Gracchus II.

538 Ap.

538	Ap. Claudius Pulcher.	Q. Fulvius Flaccus III.
539	P. Sulpicius Galba.	Cn. Fulvius Centumalus.
540	M. Valerius Lævinus II.	M. Claudius Marcellus IV.
541	Q. Fabius Maximus V.	Q. Fulvius Flaccus IV.
542	M. Claudius Marcellus V.	T. Quinctius Criſpinus.
543	C. Claudius Nero.	M. Livius Salinator II.
544	Q. Cæcilius Metellus.	L. Veturius Philo.
545	P. Cornelius Scipio.	P. Licinius Craſſus.
546	M. Cornelius Cethegus.	P. Sempronius Tuditanus.
547	Cn. Servilius Cæpio.	C. Servilius.
548	Ti. Claudius Nero.	M. Servilius Geminus.
549	Cn. Cornelius Lentulus.	P. Ælius Pætus.
550	P. Sulpitius Galba.	C. Aurelius Cotta.
551	L. Cornelius Lentulus.	P. Villius Tappulus.
552	T. Quinct. Flamininus.	Sex. Ælius Pætus.
553	C. Cornelius Cethegus.	Q. Minucius Rufus.
554	L. Furius Purpureo.	M. Claudius Marcellus.
555	M. Porcius Cato.	L. Valerius Flaccus.
556	P. Cornelius Scipio Africanus II.	Ti. Sempronius Longus.
557	L. Cornelius Merula.	Q. Minucius Thermus.
558	L. Quinctius Flamininus.	Cn. Domitius Ahenobarbus.
559	M' Acilius Glabrio.	P. Cornelius Scipio Naſica.
560	L. Cornelius Scipio.	C. Lælius.
561	Cn. Manlius Vulſo.	M. Fulvius Nobilior.
562	C. Livius Salinator.	M. Valerius Meſſala.
563	M. Æmilius Lepidus.	C. Flaminius.
564	Sp. Poſtumius Albinus.	Q. Marcius Philippus.
565	Ap. Claudius Pulcher.	M. Semp. Tuditanus.
566	P. Claudius Pulcher.	L. Porcius Licinus.
567	Q. Fabius Labeo.	M. Claudius Marcellus.
568	L. Æmilius Paullus.	Cn. Bæbius Tamphilus.
569	P. Cornelius Cethegus.	M. Bæbius Tamphilus.
570	A. Poſtumius Albinus.	C. Calpurnius Piſo.
		Q. Fulvius Flaccus.
571	L. Manlius Acidinus.	Q. Fulvius Flaccus.
572	M. Junius Brutus.	A. Manlius Vulſo.
573	C. Claudius Pulcher.	Ti. Sempronius Gracchus.
574	Cn. Cornelius Scipio Hiſpalus.	Q. Petilius Spurinus.
	C. Valerius Lævinus.	
575	P. Mucius Scævola.	M. Æmilius Lepidus II.
576	Sp. Poſtumius Albinus.	Q. Mucius Scævola.
577	L. Poſtumius Albinus.	M. Popillius Lænas.
578	C. Popillius Lænas.	P. Ælius Ligur.
579	P. Licinius Craſſus.	C. Caſſius Longinus.
580	A. Hoſtilius Mancinus.	A. Atilius Serranus.
581	Q. Marcius Philippus II.	Cn. Servilius Cæpio.
582	L. Æmilius Paullus II.	C. Licinius Craſſus.
583	Q. Ælius Pætus.	M. Junius.
584	M. Marcellus.	C. Sulpicius.
585	Cn. Octavius.	T. Manlius.
586	A. Manlius.	Q. Caſſius.
587	Ti. Sempronius.	M' Juvencius.
588	P. Cornelius Scipio Naſica.	C. Marcius.

589	M. Meſſala.	C. Fannius.
590	L. Anicius.	M. Cornelius Cethegus.
591	Cn. Cornelius Dolabella.	M. Fulvius.
592	M. Æmilius.	C. Popillius.
593	Sex. Julius.	L. Aurelius.
594	L. Lentulus.	C. Marcius.
595	P. Scipio Naſica.	M. Claudius.
596	L. Poſtumius.	Q. Opimius.
597	Q. Fulvius.	T. Annius.
598	M. Marcellus.	L. Valerius.
599	L. Licinius Lucullus.	A. Poſtumius Albinus.
600	T. Quinctius.	M' Acilius.
601	L. Marcius.	M' Manilius.
602	Sp. Poſtumius.	L. Piſo.
603	P. Africanus.	C. Livius.
604	Cn. Cornelius.	L. Mummius.
605	Q. Fabius Maximus.	L. Hoſtilius.
606	Ser. Galba.	L. Aurelius.
607	Ap. Claudius.	Q. Metellus.
608	L. Metellus.	Q. Maximus.
609	Cn. Cæpio.	Q. Pompeius.
610	Q. Cæpio.	C. Lælius.
611	Cn. Piſo.	M. Popillius.
612	P. Scipio.	D. Brutus.
613	M. Æmilius.	C. Hoſtilius Mancinus.
614	P. Furius.	Sex. Atilius Serranus.
615	Ser. Fulvius.	C. Calpurnius.
616	P. Africanus.	C. Fulvius Flaccus.
617	P. Mucius.	L. Calpurnius.
618	P. Popillius.	P. Rupilius.
619	P. Craſſus.	L. Valerius.
620	C. Claudius.	M. Perperna.
621	C. Sempronius.	M' Aquillius.
622	Cn. Octavius.	T. Annius.
623	L. Caſſius.	L. Cinna.
624	M. Æmilius.	L. Aurelius.
625	M. Plautius.	M' Fulvius.
626	C. Caſſius Longinus.	C. Sextius.
627	Q. Cæcilius.	T. Quinctius.
628	Cn. Domitius.	C. Fannius.
629	L. Opimius.	Q. Maximus.
630	P. Manlius.	C. Papirius.
631	L. Cæcilius.	L. Aurelius.
632	M. Cato.	Q. Marcius.
633	L. Cæcilius.	Q. Mucius.
634	C. Licinius Geta.	Q. Maximus.
635	M. Metellus.	M. Scaurus.
636	M' Acilius Balbus.	C. Cato.
637	C. Cæcilius.	Cn. Papirius.
638	M. Livius Druſus.	L. Piſo.
639	P. Scipio.	L. Calpurnius Beſtia.
640	Sp. Poſtumius.	M. Minucius.
641	Q. Metellus.	M. Silanus.

642 Ser.

642	Ser. Galba.	M. Scaurus.
643	L. Caſſius.	C. Marius.
644	Q. Servilius Cæpio.	C. Atilius.
645	P. Rutilius Rufus.	Cn. Manlius.
646	C. Marius II.	C. Flavius Fimbria.
647	C. Marius III.	L. Aurelius Oreſtes.
648	C. Marius IV.	Q. Lutatius.
649	C. Marius V.	M' Aquillius.
650	C. Marius VI.	L. Valerius Flaccus.
651	M. Antonius.	A. Poſtumius.
652	Q. Metellus.	T. Didius.
653	Cn. Lentulus.	P. Craſſus.
654	Cn. Domitius.	P. Caſſius.
655	L. Craſſus.	Q. Scævola.
656	C. Cælius.	L. Domitius.
657	C. Valerius Flaccus.	M. Herennius.
658	C. Claudius Pulcher.	M. Perperna.
659	L. Marcius.	Sex. Julius.
660	L. Julius Cæſar.	P. Rutilius Lupus.
661	L. Porcius.	Cn. Pompeius.
662	L. Sulla.	Q. Pompeius.
663	L. Cornelius Cinna.	Cn. Octavius.
664	L. Cinna II.	C. Marius VII.
665	L. Cinna III.	Cn. Papirius.
666	L. Cinna IV.	Cn. Papirius II.
667	L. Scipio.	Cn. Norbanus.
668	C. Marius.	Cn. Carbo III.
669	M. Tullius.	Cn. Dolabella.
670	L. Sulla II.	Q. Metellus.
671	P. Servilius.	Ap. Claudius.
672	M. Lepidus.	Q. Catulus.
673	M. Æmilius.	D. Brutus.
674	Cn. Octavius.	C. Curio.
675	L. Octavius.	C. Cotta.
676	L. Licinius Lucullus.	M. Cotta.
677	M. Lucullus.	C. Caſſius.
678	L. Gellius.	Cn. Lentulus.
679	Cn. Aufidius.	L. Lentulus.
680	M. Craſſus.	Cn. Pompeius.
681	Q. Metellus.	Q. Hortenſius.
682	L. Metellus.	Q. Marcius.
683	C. Piſo.	M' Glabrio.
684	M. Lepidus.	L. Volcatius.
685	L. Cotta.	L. Torquatus.
686	L. Cæſar.	C. Figulus.
687	M. Cicero.	C. Antonius.
688	D. Silanus.	L. Murena.
689	M. Pupius.	M. Valerius.
690	Q. Metellus.	Q. Afranius.
691	C. Cæſar.	M. Bibulus.
692	L. Piſo.	A. Gabinius.
693	P. Lentulus.	Q. Metellus.
694	Cn. Lentulus.	L. Philippus.

695 Cn.

695	Cn. Pompeius.	M. Craſſus.
696	Ap. Claudius.	L. Domitius.
697	Cn. Domitius.	M. Meſſala.
698	Cn. Pompeius.	Q. Metellus.
699	M. Marcellus.	Ser. Sulpitius.
700	L. Paullus.	C. Marcellus.
701	L. Lentulus.	C. Marcellus.
702	C. Cæſar.	P. Servilius.
703	Q. Fuſius Calenus.	P. Vatinius.
704	C. Cæſar.	M. Lepidus.
705	C. Cæſar.	Q. Maximus.
706	C. Cæſar.	M. Antonius.
707	C. Panſa.	A. Hirtius.
708	M. Lepidus.	L. Plancus.
709	P. Servilius II.	L. Antonius.
710	Cn. Domitius.	C. Aſinius.
711	L. Cenſorinus.	C. Calviſius.
712	Ap. Claudius.	C. Norbanus.
713	M. Agrippa.	L. Caninius.
714	L. Gellius.	M. Cocceius.
715	Sex. Pompeius.	L. Cornificius.
716	M. Antonius.	L. Scribo. Libo.
717	C. Cæſar.	L. Volcatius.
718	Cn. Domitius.	C. Soſius.
719	C. Cæſar II.	M. Meſſalla.
720	C. Cæſar III.	M. Craſſus.
721	C. Cæſar IV.	Sex. Appuleius.
722	C. Cæſar V.	M. Agrippa II.
723	C. Cæſar VI.	M. Agrippa III.
724	C. Auguſtus Cæſar VII.	T. Statilius.
725	C. Cæſar Auguſtus VIII.	M. Silanus.
726	C. Cæſar Auguſtus IX.	C. Norbanus.
727	C. Cæſar Auguſtus X.	Cn. Piſo.
728	M. Marcellus.	L. Arruntius.
729	M. Lollius.	Q. Lepidus.
730	M. Appuleius.	P. Silius.
731	C. Sentius.	Q. Lucretius.
732	Cn. Lentulus.	P. Lentulus.
733	C. Furnius.	C. Silanus.
734	L. Domitius.	P. Scipio.
735	M. Druſus.	L. Piſo.
736	Cn. Lentulus.	M. Craſſus.
737	Ti. Nero.	P. Quinctilius.
738	M. Meſſala.	P. Sulpitius.
739	Paul. Fabius.	Q. Ælius.
740	Julius Antonius.	Q. Fabius.
741	Druſus Nero.	T. Quinctius.

CARO-

CAROLI SIGONII IN CHRONOLOGIAM SCHOLIA.

IN ANNUM CXLV.

IN inſcriptione haud dubie magis à Librario quam à Sigonio errorem hic Glareanus eſſe putat. Nec enim CXLV *ſed* CCXLV *ſcribenda ſunt.*

Annum quo primi conſules inierunt Brutus, & Tarquinius, ducenteſimum quadrageſimum quintum voco ab Urbe condita, quod Livius regnatum eſſe Romæ dicat per annos ducentos quadraginta quatuor. Quæ eadem ſumma ex uniuſcujuſque regni ſpatio colligitur. Idem facit Dionyſius.

IN ANNUM CCXLVIII.

IN hunc annum conſules edimus Sp. Lartium, & T. Herminium, qui in codice Liviano vulgato deſiderantur. [*Glareanus ante Sigonium hoſce conſules reſtituit ex Dionyſio.*] Etenim prætermiſſos eos non à Livio, ſed à feſtinantibus librariis credimus. Cur autem ita credamus, dicendum eſt paucis. Primum, quia Caſſiodorus, qui tabulas ſuas conſulares ad Livianorum annalium regulam (ut paulo poſt apertius apparebit) direxiſſe videtur, eoſdem hoc anno conſules edit, neque vero ſolum Caſſiodorus, ſed etiam Dionyſius. Deinde quia niſi hunc annum numeremus, annus ille, quo decemviri conſulares primum inierunt, non poterit à Livio trecenteſimus alter vocari, verum trecenteſimus dicatur neceſſe eſt. Accedit, quod ne Eutropius quidem recte dixerit, nono poſt reges exactos anno Dictatorem primum eſſe creatum Poſtumo Cominio & T. Lartio conſulibus, verum octavo erit ſcribendum. Præterea vero ne ſcite quidem Pædianus pro Cornelio, A. Virginio, & T. Veturio conſulibus, annum poſt reges exactos XVI tribunos plebis primum creatos ex Livii auctoritate tradiderit, verum XV fuerit ſcribendum. Poſtremo ne Cicero quidem recte M' Tullium, Ser. Sulpitium anno poſt reges exactos X conſules fuiſſe dixerit in Bruto, neque Plinius Ap. Claudium, & P. Servilium conſulatum anno ab urbe condita CCLIX geſſiſſe prudenter ſcripſerit. [*Hæc ex Glareani annotationibus habet Sigonius, ſed pulchre omnia diſſimulat.*] Dicet aliquis, quomodo nomina conſulum intercidere ſine rerum de quibus agebatur, hiſtoria potuerunt? Dico exulem annum nihil præter nomina conſulum habuiſſe, quomodo etiam paulo poſt inquit Livius. Conſules Q. Clœlius, & T. Lartius. Inde A. Sempronius, & M. Minucius, deceptum autem librarium ſimilitudine nominum inconſulto duos conſules tranſcendiſſe.

IN ANNUM CCLXIV.

ANte hunc annum Dionyſius numerat duos annos cum conſulibus, Q. Sulpicio, Sp. Lartio, & C. Julio, L. Pinario. Eumque ſequutus eſt Glareanus in ea Chronologia digerenda, quam ſe Livianæ hiſtoriæ cauſa ait confeciſſe, quod ſe credere dicat, conſules illos non Livii, ſed librariorum temeritate omiſſos. [*Glareanus ubique clamat Livii ac Polybii ſupputationem cum Dionyſii duobus differentem annis. Hic igitur Glareanus inſerit omiſſos*

annos,

anno:, quod videbat Dionyſii certiorem ſupputationem quam illorum. Ipſe Sigonius paulo poſt plurimum ſe dubitare ait de anno CCCV. *& mox verſu ſeptimo miratur Livium in tam paucis annis rectam ſupputationem tenere, non potuiſſe.* [Hæc ille de Livio. Nos autem longe ſecus opinamur, & à Livio conſulto eos eſſe prætermiſſos, & propterea ei, qui Chronologiam Livianam ſcribere velit, eſſe negligendos. Nam ni ita ſit, quomodo Livius Q. Minutio, & C. Horatio conſulibus x tribunos plebis factos eſſe ait anno 30 poſt primos tribunos plebis, qui A. Virginio & T. Vetuſio conſulibus facti ſunt? aut quomodo Ap. Claudio, & T. Genucio conſulibus decemviros factos eſſe inquit anno trecenteſimo altero ab urbe condita? duobus præſertim utrobique annis ad ſummam deficientibus. [*Glareanus ait ex Dionyſio trecenteſimo altero ſed expleto formam civitatis immutatam, ita ut trecenteſimo tertio inirent magiſtratum decemviri. Sigonius intelligit trecenteſimo altero, id eſt, primo nova latinitate, cum alter de duobus dicatur, & Donatus ſuper Terentii Andriam etiam in tertium deducat. Sed Robortellus oſtendit Sigonium in hac parte peſſime errare.*] Adde, quod Caſſiodorus qui (ut dixi) aperte ſequutus eſt Livium, ne hos quidem conſules ſuggerit. Poſtremo ne deeſſe quidem apud Livium duos annos illud certiſſimo argumento ſit quod hiſtoriæ expoſitio non mutila ſit. Nam quæ à Dionyſio geſta quatuor annis traduntur, ea in duos à Livio tranſlata ſunt, ita ut nemo quicquam deſiderare poſſit. Neque vero mirum videri debet binos conſules ab uno poni, ab altero prætermitti. Id enim feciſſe quoque Piſonem, teſtatur libro nono Livius his verbis: Hos conſules Piſo Q. Fabio, & P. Decio ſuggerit biennio exempto, quo Claudium, Volumniumque & Cornelium cum Marcio conſules factos tradidimus memoriane fugerit in annalibus digerendis an conſulto binos conſules falſos ratus tranſcenderit, incertum eſt.

IN ANNUM CCXCV.

Q. Minucio, C. Horatio conſulibus ſcribit Livius tribunos pleb. decem factos eſſe anno XXXVI poſt primos qui facti ſunt A. Virginio, & T. Veturio conſulibus anno ab Urbe condita CCLX. Ex quo intelligi poteſt recte hunc annum à nobis CCXCV nominari.

IN ANNUM CCCI.

Livius, itemque eum ſequutus Eutropius decemviros App. Claudio, & T. Genucio conſulibus anno trecenteſimo altero primum factos tradunt. [*Hic rurſus alterum pro primo accepit.*] Quem numerum Glareanus, qui omnes auctores eodem modo digeſſiſſe Romana tempora putat, corrumpere cogitur, & trecenteſimum tertium ſcribit.

IN ANNUM CCCV.

Nullus eſt locus apud Livium, in quo minus quid ſequar, aut ſententiam poſſim dicere, quam in hoc, quem nunc tracto. Eſt enim neceſſe annum interponere, ut numerorum Livianorum ſumma conſtet. Etenim annum primum decemvirorum, vocat trecenteſimum alterum. octavo autem anno poſt, tribunos militares ait iniſſe anno trecenteſimo decimo, cum tamen ſi diligenter numeres, trecenteſimus nonus is ſit vocandus. Neque vero dici poteſt, numerum poſteriorem eſſe mendoſe: nam in omnibus vetuſtis libris ita eſt. & ſi eum numerum mutes, qui deinceps ab eo nominantur, omnes erunt mutandi & mira numerorum orietur confuſio. Miror autem Livium in tam paucis annis rectam ſupputationem tenere non potuiſſe, præſertim vero cum iidem conſules, quos ab decemviris ad tribunos militares numerat, ſint etiam apud Dionyſium & Caſſiodorum. [*Miratur & Glareanus, Sigonium debacchatum in ipſum, qui idem de Livio miratus eſt quod in hoc loco.*] Cauſa forte erroris inde nata eſt, quod tribunos plebis ait de continuando con-

conſulatu in alterum annum M. Horatio, L. Valerio conſulibus laturos fuiſſe ſcribit. tuliſſe tamen eos ex verbis ejus non apparet. An vero legem pro lata ipſe habuerit, quæ ne promulgata quidem fuerat, cum hos numeros poſuit, in incerto eſt.

IN ANNUM CCCX.

LIvius (ut dixi) annum quo tribuni militares conſulari poteſtate primum facti ſunt, trecenteſimum decimum vocat. Quem numerum negligit Glareanus, & ad arbitrium numeros commutandos eſſe cenſet. [*Glareanus de uno anno nullam facit difficultatem, & miratur hic aperte ſibi fieri injuriam.*

IN ANNUM CCCXXXIV.

HOc anno Interreges ponimus ſine conſulibus, aut tribunis militum, ex verbis Livii libro 4. Cum pars major ſequentis anni per novos tribunos plebis, & aliquot interreges certaminibus extracta eſſet. Adhæc vero ſi omittamus hunc annum, ſequentes numeri, quos ponit Livius non quadrabunt. Hunc tamen etiam contempſit Glareanus. [*Glareanus in annotationibus ſuis cauſas multas narrat, quare omiſerit.*

IN ANNUM CCCLXII.

L. Lucretium Flavum, & Ser. Sulpicium Camerinum conſules ait Livius factos eſſe poſt quintum decimum annum. Quod ita intelligendum eſt, poſt conſules ſuperiores, per quindecim annos tribunos militares eſſe creatos poſt autem annum quintum decimum rurſus conſules eſſe creatos.

IN ANNUM CCCLXV.

LIvius lib. 5 in oratione Camilli Romam captam ſignificat tribus Fabiis tribunis militum, anno ab v. c. CCCLXV. Qui numerus ad noſtram rationem præclare quadrat: non poterat autem quadrare ad ſupputationem Glareani, niſi annum illum tranſcenderet, quem nos CCCXXXIV nominamus. [*Glareanus hunc habet annum, ac neſcit, quid ſibi velit Sigonius.*

IN ANNUM CCCLXVI.

HOc anno nos Camillum Dictaturam continuaſſe ſcribimus. Quod diſcitur ex Livio, qui ait Romanos non eſſe paſſos eum Dictatura niſi anno circumacto abdicare. Quod idem & ex Plutarcho, & ex Capitolina ſupputatione colligitur. Id quia turbabat, neſcio quos numeros prætermiſit Glareanus: non poſſe autem omitti, ſequentes numeri indicant. [*Idem innuit Glareanus, ſed noluit ponere ob certas quas ibi commemorat cauſas.*

IN ANNUM CCCLXXXVIII.

GLareanus ante hunc annum contra Livii auctoritatem interſeruit annum cum duobus tribunis militum. Videbat n. ad numerum anni quadringenteſimi, qui à Livio nominatur, ſe non poſſe pervenire, niſi interponeret annum. Multo autem erat melius dictaturam Camilli, ex verbis ipſius Livii (ut nos fecimus) quam tribunos militares duos contra fidem hiſtoriæ numerare. Tribunos autem nominat C. Licinium Stolonem, & P. Valerium v. Qui quo anno ſint reponendi à nobis ſupra ſuo loco monſtratum eſt. De C. Licinio vero, & L. Sextio tribunis pleb. quos x tribunos vocat Livius, qui non niſi IX eſſe poſſint, niſi annus ille interponatur, dico decimum refici poſſe ſine anno illo. Nam qui anno CCCLXX tribuni plebis primum facti ſunt, non video cur iidem anno CCCLXXXVII decimum refecti recte dici non poſſint.

IN ANNUM CCCXC.

HUnc annum, quo L. Genucius, Q. Servilius conſules fuere, Livius vocat XXV poſt Romam captam: captam autem fuiſſe dixerat, anno CCCLXV qui numerus præclare quadrat. [*Glareanus eundem hunc numerum habet in ſua Chronologia.*

IN

In Annum CD.

HUnc annum quo C. Sulpicius, M. Valerius conſules fuerunt, quadringenteſimum ab v. c. nominat Livius. Undecimum autem poſt primum plebeium conſulem. Quæ omnia conveniunt. [*Et hunc quoque habet Glareanus.*]

In Annum CDI.

HIc annus quo M. Fabius T. Quinctius conſules fuerunt, dicitur à Livio xxxv poſt Romam captam: qui numerus quadrat, & oſtendit recte à nobis dictaturam Camilli pro anno uno eſſe numeratam. [*Livius priore anno hunc habet numerum, non hoc loco.*]

In Annum CDXXII.

ANnum hic ſine conſulibus interſerimus neceſſario, neque enim aliter ſequentes numeri convenire ad ſummam annorum ibi traditam poſſunt. Quod facimus in hac Chronologia, fecimus etiam neceſſario in Faſtis conſulum Capitolinorum. neque enim eorum annorum ratio ſine hoc anno probe poterat cuſtodiri. Quin etiam Haloander, qui primus hac ætate Chronologias conſulares ſcripſit, idem fecit. Glareanus autem quia id negligit, haud ita multo poſt; verbis (ut ſolet) Livii parum intellectis, alium & ipſe annum interponit, de quo ibi dicam. [*Sigonio licet inſerere annum, ubi ipſi ſupputatio hiat extra Livii codicis fidem, Glareano non licet, ubi Dionyſium alioſque habet, quos ſequatur auctores. Hic haberet Glareanus juſtam debacchandi cauſam in Sigonium, ſi cum inhumano inhumaniter agere vellet.*] Accedit quod Livius id ipſum, quod facimus etſi non aperte, at obſcure tamen ſubſignificare videtur, cum ait lib. 8. Dictator ex auctoritate ſenatus dictus P. Cornelius Rufinus, magiſter equitum M. Antonius. Religio deinde inceſſit vitio eos creatos, magiſtratuſque ſe abdicaverunt, & quia peſtilentia inſecuta eſt, velut omnibus eo vitio contactis auſpiciis res ad interregnum redciit.

In Annum CDXXIX.

GLareanus quia interregum annum, quem nos anno CDXXII numeravimus, prætermiſit, propterea hic annum interſerere cogitur contra fidem hiſtoriæ. nititur autem verbis Livii lib. 9. Anno circumacto bellum deinceps ab Dictatore Q. Fabio geſtum, conſules novi ſicut ſuperiores Romæ manſerunt. Hæc verba ita interpretatur, ut priore anno dictatorem Fabium, poſteriore novos conſules collocet, L. Papirium, & Q. Publilium. [*Si pro arbitrio ſuo Sigonio annum* CDXXII *adjicere licuit, cur non Glareano bonis rationibus addere annum?*] Qua in re vehementer errat. eſt enim intelligendum eodem anno, quo Q. Fabius dictator bellum geſſit, novos conſules L. Papirium, & Q. Publilium magiſtratum geſſiſſe. Id autem ita eſſe, probant monumenta Capitolina, quæ L. Papirio Curſori IV & Q Publilio Philoni IV conſulibus Q. Fabium Maximum Dictatorem cum Q. Aulio magiſtro equitum, & in locum Q. Aulii occiſi C. Fabium ſubjiciunt, ut etiam Livius. Item Diodorus, ut ante dixi.

In Annum CDXXXI.

PRoxime ante hunc annum Glareanus interjicit annum L. Papirii Curſoris Dictatoris ſine conſulibus, cum his verbis: Alios ſequuti hos poſuimus, cum tamen Livius ne verbo quidem meminerit ejus anni, ſed præcedente anno eorum facit mentionem. Si Livius ergo non meminit ne verbo quidem, neque ad rationem annorum Livianam hic annus pertinet, imo vero eandem, ut ex ſequentibus numeris apparebit, valde perturbat, cur in Chronologia Liviana interſeritur? Neque vero diſputo recte fecerit Livius nec ne. nam hunc dictatorem video in Capitolinis monumentis probari. Sed id dico Glareanum in ea Chronologia aut Livii auctoritatem ubique debuiſſe complecti, aut ubique contemnere. neque enim ad unam normam omnes ſcripto-

Digitized by Google

ſcriptores ſupputationes annorum Romanorum direxerunt. [*Ecce hic mirum acumen dialecticum. Cur vero Sigonius quod in alio ſtatuit, ipſemet non obſervavit?*]

IN ANNUM CDLVII.

HUnc annum, quo conſules fuerunt Q. Fabius v. P. Decius IV. vocat Livius quadrageſimum ſextum belli Samnitici, quod bellum cœptum eſſe ſcribit M. Valerio, A. Cornelio conſulibus, id eſt, anno ab Urb. cond. CDXII. Qui numerus ad noſtram rationem præclare cadit, ad Glareani non item, verum quadrageſimus ſeptimus erit legendum, idque quia Dictaturam L. Papirii Curſoris diſcedens à Livio numeravit.

IN ANNUM CDLXI.

HIc interciderunt v libri Livii. Itaque conſules qui ejus libris continebantur ex Caſſiodoro ſubjecimus. Cujus ſummam, quia cum numeris Livianis, qui ſequuntur, maxime convenire comperimus, in eam opinionem venimus, tabulas Caſſiodori ab ipſo Caſſiodoro ex Liviana eſſe hiſtoria concinnatas. Idem etiam in reliquis libris, qui amiſſi ſunt, faciemus.

IN ANNUM CDLXXXVI.

ANnum, quo Ap. Claudius conſul bellum Pœnis intulit vocat Livius ab urb. condit. CDLXXXVI quamquam Glareanus CDLXXXVII corrigit. ut eo loco dictum.

IN ANNUM CDLXXXIII.

ANte hunc annum quo conſules edidimus, P. Sempronium, Ap. Claudium ex Caſſiodoro, Glareanus interjicit annum alterum cum conſulibus Q. Fabio Pictore, L. Quinctio Gulone. Quos conſules non habet Caſſiodorus. Et quamquam ſcio, Glareanum id ipſum optimis fretum auctoribus feciſſe, quos ipſe etiam in Capitolinis conſulibus reſtituendis ſequutus ſum, dico tamen eos ad Livianam ſummam non convenire. recte autem à Caſſiodoro ex Livii auctoritate omiſſos eſſe. Quod ipſum ſequentes numeri indicabunt.

IN ANNUM CDLXXXVI.

GLareanus item ante hunc annum alium interſerit annum cum conſulibus M. Valerio Maximo, Q. Manilio Vitulo, quos non habet Caſſiodorus. Deeſt autem forte hic annus ad aliorum ſcriptorum ſupputationem, ut ad Capitolinam, at ad Livianam nullo modo. Quod ex ſequentibus numeris apparebit. Eſt autem intelligendum, quamquam Capitol. tabulæ annum hunc deſiderant, reſpuere tamen nomina conſulum eorum, quos edit Glareanus. Ac tres quidem adhuc anni in Chronologia Liviana contra Livii auctoritatem à Glareano ſunt interjecti. [*Glareanus ubique fatetur Dionyſii ſupputationem à Livii ac Polybii duobus differre annis, hoc cum ille toties legerit, mirum cur diſſimulet.*]

IN ANNUM DI.

ANnum quo P. Claudius, L. Junius conſules fuerunt, quingenteſimum ab urbe condita vocat Livius, ut in anno DCL demonſtrabo: qui numerus oſtendit recte à nobis, & à Caſſiodoro annos eos tres, quos de ſuo addidit Glareanus eſſe omiſſos, ſi quidem hunc annum vocat DIV. [*Glareanus cum Caſſiodori depravatum haberet codicem, eum ſequi noluit, ut nec Sigonius ubique facit. Non itaque in alio reprehendat, in quo ipſe culpandus eſt.*]

IN ANNUM DXIX.

ANte hunc annum, qui conſules habuit auctore Caſſiodoro, M. Pomponium, & C. Papirium, Glareanus quartum annum temere interſerit cum conſulibus, quorum nomina ait ſe reperire non potuiſſe, idque ſe facere ait Cicerone Plinioque auctoribus. Eſt autem intelligendum hunc annum reſpui primum à Li-

à Livio, cui ipſe in ea Chronologia ſervit, quod ſequentes numeri confirmant: deinde à Caſſiodoro, & à Capitolinis auctoribus, qui ambo Lepido, & Poplicio conſulibus Pomponium & Papirium conſules ſuggerunt, nullo anno, ut nos fecimus, interjecto. Gellius lib. 17 divortium primum Romæ factum ait anno ab urbe condita DXIX id eſt, M. Pomponio, C. Papirio coss. ut ait Dionyſius lib. 2.

In Annum DXXIII.

Annum quo P. Valerius, M. Atilius conſules fuerunt vocat Gellius lib. 4. c. 3 ab Urbe condita quingenteſimum vigeſimum tertium, ut nos fecimus. Quod eſt argumento, aut Livium, aut alium auctorem hanc rationem annorum, quam nos ex Livio collegimus, eſſe ſequutum. Quem annum Glareanus vocat, quingenteſimum vigeſimum ſeptimum.

In Annum DXXXII.

Livius libro 30 bellum Punicum ſecundum, quod cœptum eſt P. Scipione, Ti. Sempronio conſulibus, cœptum eſſe ait annos XXIII poſt pacem Pœnis primum victis datam Q. Lutatio, A. Manlio conſulibus. Qui numerus egregie quadrat, neque annum quemquam à Glareano interſeri patitur.

In Annum DXLIX.

Bellum ſecundum Punicum, quod Lentulo, & Pæto conſulibus finitum eſt, anno LXIII à primo Punico confectum eſt, quod Ap. Claudio conſule, cœptum eſt. Quadraginta vero poſt pacem Pœnis datam Q. Lutatio, A. Manlio conſulibus, item que decimo ſeptimo anno quam cœptum erat. Hoc Livius lib. 30 & 31 qui numeri Glareanum omnino redarguunt. [*Glareanus ſequitur Dionyſii ſupputationem, ſecuturus Livii, ſi ea certa fuiſſet.*]

In Annum DL.

Annum quo conſules fuerunt P. Sulpicius Galba, C. Aurelius Cotta, Livius lib. 31 ſexageſimum tertium nominat ab Ap. Claudio conſule, qui primus bellum Pœnis intulit, anno CDXXCVI & quadrageſimum tertium poſt A. Manlium, Q. Lutatium conſules, quibus pax Pœnis data eſt anno DIX. Idem hunc eundem annum vocat quingenteſimum quadrageſimum ab urbe condita, quamquam quinquageſimum, ut ait etiam Glareanus, pro quadrageſimo, reponendum eſt. Qui numeri, dici non poteſt, quam ad noſtram rationem conveniant à qua quia ſine cauſa diſceſſit Glareanus in eam neceſſitatem compulſus eſt, ut omnes tamen tamquam depravatos emendare cogatur.

In Annum DLVI.

Livius libro 34 annum quo P. Scipio Africanus II conſul fuit vocat DVIII aperte per mendum, pro DLVI nam V in L II in V vertenda ſunt, quæ ratio non quadrat ad Glareani inſtitutum, qui DLVIII corrigit: cum DLVI, ex ſuperioribus & inferioribus numeris ſit legendum. [*Non vult omnino Sigonius intelligere qua Glareanus de Livii numeris conqueritur.*]

In Annum DXCVIII.

Magnam habet quæſtionem, quid velint verba quædam, quæ ſunt in Epitoma libri XLVII & apud Caſſiodorum in conſulibus. De quorum interpretatione prope deſperaſſe Glareanus videtur. [*Glareanus jubet inſpici locum, de deſperatione verbum nullum.*] Ea ſunt: Conſules anno quingenteſimo nonageſimo octavo ab urbe condita magiſtratum peractis comitiis, inſequentiſque anni conſulib. creatis inire cœperunt. Mutandi comitia cauſa fuit, quod Hiſpani rebellabant. Apud Caſſiodorum vero:

Q. Fulvius, T. Annius.
Hi primi conſules K. Januar. magiſtratum inierunt propter ſubitum Celtiberiæ motum.
M. Marcellus. L. Valerius.

Ma-

Magnam quidem inquam hæc verba habent quæſtionem, verum eam ego, quia ad rem, quam ſuſcepi, maxime pertinet quoad potero explicabo. Eſt igitur intelligendum, non Q. Fulvium, & T. Annium conſules primos K. Jan. iniſſe anno ab urbe condita ſexcenteſimo nonageſimo ſeptimo, ſed M. Marcellum, & L. Valerium ſexcenteſimo nonageſimo octavo. Nam cum Celtiberi Q. Fulvio conſule, qui prœlio ab iis victus fuerat, ut ait Appianus in Iberico, in ſpem victoriæ erecti, ſubito omnes rebellaſſent, placitum eſt, ut conſulum ſtatim comitia haberentur, ac conſules deſignati extemplo magiſtratum occiperent, neque Idibus Martiis, ut ante, ſed K. Jan. ut numquam ante alias inirent. Quod ipſum etiam ex Obſequente probatur, qui ait Marcello conſule omnes Magiſtratus abdicaſſe. Caſſiodori autem verba ita accipienda ſunt, ut Q. Fulvio, & T. Annio conſulibus mutatum eſſe ineundi diem dicamus, non ipſos iniſſe, atque ex ſequentib. conſulibus id ipſum eveniſſe interpretemur. Quod ſi ita eſt, & hic etiam numerus optime à Livio traditus eſt.

IN ANNUM DCI.

ANnum, quo conſules fuerunt M' Manilius, & L. Marcius, ab urb. cond. DCI nominavimus, præclare. iis enim conſulibus (ut omnes tradunt) tertium bellum Punicum cœptum eſt. Quod anno DCI initum eſſe ſcriptum eſt in epitoma libri LXIX his verbis: Tertii Punici belli initium altero & ſexcenteſimo anno ab urb. cond. intra quintum annum, quam erat cœptum conſummati. Adde quod ludi ſæculares quarti, qui Cenſorino auctore ex Livii ſententia facti ſunt M' Manilio, & L. Marcio conſulibus, in eadem epitoma editi eſſe dicuntur anno ab urbe condita ſexcenteſimo primo. Ludi Diti patri ad Tarentum ex præcepto librorum Sibyllinorum facti, qui anno centeſimo, primo Punico bello, quingenteſimo, & altero anno ab Urbe condita facti fuerant: Hæc ille. His ex verbis non ſolum illud intelligi poteſt M' Manilium, L. Marcium conſules in annum DCI incidiſſe, ſed etiam P. Claudium, & L. Junium, qui conſules centeſimo ante anno fuerunt, & quibus conſulibus ludos tertios ſæculares ex Livii ſententia factos fuiſſe ſcribit Cenſorinus, anno DI ab Urbe condita magiſtratum, ut nos ſcripſimus, geſſiſſe. hunc tamen annum corrector Livii Glareanus vocat DCV.

IN ANNUM DCCI.

IN Epitoma libri CXXXIII ſcriptum eſt, Auguſtum triumphos tres in urbem invexiſſe, & finem bellis civilibus impoſuiſſe anno altero, & vigeſimo, qui numerus quadrat. nam bella civilia cœpta ſunt, Lentulo, & Marcello conſulibus.

IN ANNUM DCCLI.

SI hiſtoria Liviana morte Druſi in Germania, & funere ejus (ut apparet) finita eſt, profecto uſque ad annum DCCXLI pervenit. eſt enim mortuus ſe, & T. Quintio conſulibus, ut ait Dio lib. 55. quem annum vocat Glareanus DCCXLV. exponit autem conſules uſque ad annum DCCLXXII, quia inquit uſque eo Livianam hiſtoriam pervenire, præter unum, aut alterum annum, cum in ſeptimo & decimo anno finiatur. [*Nemo certe ſcire poteſt, quouſque Livius hiſtoriam extenderit, Glareanus extendit ut veriſimile eſt uſque ad Tiberii tempora, quamquam hoc incertum. Ad hiſtoriæ veritatem nihil hoc attinet, ſicut nec prima Sigonii annotatio de numero librorum per Decadas diſtincto. Certe tertia Decas ſuam habet præfationem, quarta item. Quare Petrarchæ opinio ſatis fulta eſt rationibus, quin contrarium facile defendi poſſet: Res eſt dubia. Romani quidem ita abſque Decadum ratione libros edidere ut Plinius: at non omnes.*]

CAROLI SIGONII LIVIANORUM SCHOLIORUM

Aliquot Defenſiones,

Adverſus Glareanum & Robortellum.

ANni ſunt prope ſeptemdecim, cum ego ſcholia in T. Livium ſcripſi, quibus locos Scriptoris ejus aliquot partim emendare, partim explicare contendi; nixus ſcilicet, ut tum teſtatus ſum, non contemnendis aliquot veterum monumentorum ſubſidiis, quibus Liviani emendatores cæteri ante me fere caruiſſent. Quoniam autem Henricus Glareanus plus, quam cæteri, in hoc genere ſtudii, atque operæ collocarat; uſque adeo ut non ſolum quæ ſibi depravata, ſed etiam quæ aut ſuſpecta aut obſcura viderentur, notaret, aut ingenue ſe non intelligere confitens, lectorem iterum atque iterum de inveſtiganda veritate non modo admoneret, ſed ſæpe etiam obſecraret: haudquaquam gravate feci, ut locos omnes ab eo partim pro obſcuris notatos, partim pro deploratis relictos in primis conſiderarem, & quam male affectis medicinam adhibendam eſſe cenſerem, aut quid de iis omnino ſentirem, teſtatum apud omnes, optimi viri commotus voluntate, relinquerem. Verum, quod minime de homine graviſſimo ſuſpicatus fueram, mea quædam in eodem, in quo ille verſatus fuerat, ſtudio nequaquam illi jucunda æmulatio in eam ſuſpicionem ipſum adduxit, ut me notationibus atque obſervationibus meis de auctoritate ſua detrahere voluiſſe exiſtimaret. Itaque cum mea in Livium ſcholia legiſſet, ſeque multis perſtringi in locis veritus eſſet (credo, quia turpe putaret, quod ſenex ipſe ſe ignoraſſe confeſſus eſſet, juvenem extitiſſe, qui tradidiſſet) commotus eſt vehementius, quam moderatum, atque prudentem hominem decuit: atque ad Jo. Hervaſium neſcio quam epiſtolam miſit, in qua modeſte ille quidem errorem ſuum, culpa in ſæculi ſui malignitatem conjecta, excuſavit: verum pro gratia, quam ſe habiturum eſſe ei, qui tam multis ſe difficultatibus exolviſſet, oſtenderet, convicium retulit. aſperius, ſcilicet eo nomine me appellans, quam pudentem facere hominem, in tam levi præſertim injuria, æquum erat. Hæc epiſtola deinde, cum in manus Franciſci Robortelli perveniſſet, ejus opera Patavii eſt divulgata. Quamobrem cum ego Robortello, inſanis prope in me illo tempore & ſuorum, & alienorum ſcriptorum apparatibus invadenti, reſiſtere pararem, haudquaquam mihi committendum putavi, quin illi etiam epiſtolæ reſponderem, ac Glareano de me expoſtulanti ſatisfacerem, quoquo modo poſſem. eam vero reſponſionem in primum librum Emendationum contuli. Quæ ſi quis inter ſe ſcripta conferret, facile intelliget, quanta animi impotentia ſenex octogenarius, ac nullo, ut queritur, à me convicio læſus, de me ſcripſerit, quanta contra moderatione juvenis vix tricennatius

tius, quamquam maxima injuria laceſſitus, reſcripſerit. Sic igitur Glareanus me dum vixit, eſt ultus. Demum mortuo illo, extitit neſcio quis, homo, ut vere dicam, ne nunc quidem mihi notus, verum, quantum ego intelligere poſſum, ab harum litterarum ſtudio non abhorrens, qui quaſi arbiter inter me, & meum adverſarium ex compromiſſo adactus, in ea epiſtola, quam nuper Glareani ſcholiis præfixit, me erudite quidem, ſed inhumane nimis in Glareanum eſſe invectum, ac juſte propterea a Robortello accuſatum pronunciavit. Neque vero hoc habuit ſatis. quin etiam in meorum ſcholiorum contextum neſcio quam defenſiunculam ex Robortelli ferme ſcriptis adverſus me ab ipſo Glareano collectam diſpertit: neque quæ ego quondam aut Glareano, aut Robortello reſponderam, ut illum facere oportuit, addidit. Quamobrem faciendum mihi duxi, ut novæ iſti defenſioni reſponderem. Ac primum quidem, cur ille, aut quiſquam alius meam erga Glareanum humanitatem deſideret: plane non video. etenim cum ſæpiſſime Glareani nomen uſurparem tamen ab ipſius contumelia ſemper ita abfui, ut aſperiore verbo nullo umquam ipſum appellarim. Niſi vero his dicendi generibus eſt offenſus, cum dixi, *Hanc lectionem laudat Glareanus injuſte. Neſcio cur Glareanus miretur. Hoc dixi, quia Glareanus incertus ſententia videtur.* Quibus verbis, quis eſt qui merito offendi poſſit, niſi qui quod ipſe non vidit, ægre ferat videri alteri ſuiſſe perſpectum? Quomodo autem ego aliter agere poteram, cum ita ab initio inſtituiſſem, ut quoties Glareanus aut ambigeret, aut ſibi obſcurum, aut vitioſum, aut inexplicabile videri aliquid diceret, aut lectorem de loco difficultate expedienda rogaret, toties ego, ſi quid ex veterum, quæ ipſe non viderat, monumentis, quæ hærentem in ſalebris levare hominem poſſet, haberem, id vero ſtudioſiſſime promerem? Age enim, cur dubitare ſe prætulit Glareanus, ſi dubitationis ſuæ explicationem excogitari noluit? aut cur de loci vulnere nos admonuit, ſi opportunum, atque induſtria quæſitum adhiberi remedium recuſavit: aut cur denique laboranti ſingulis in locis ſibi opem prope ſupplex imploravit; ſi tempeſtivum bonorum, atque amicorum hominum auxilium repudiaturus inaudita ante contumacia fuit. At appellaſti illum ſæpius, quam hominis dignitas poſtulabat. Qua ille præditus dignitate fuerit, ne nunc quidem me plane ſcire confiteor. Poeta Laureatus inſcribebatur. At ea jam pridem inter litteratos recepta conſuetudo eſt, ut quiſque de literatis non ſolum, qui Laurea donati ſunt; ſed etiam qui donarunt, libere in rem communem, quid ſentiat, ſine ulla juſta reprehenſione expromat, modo ſine convitio agat, ut ego cum Glareano. ſemel n. aut iterum tantum uſus ſum trito illo jam, ac pervulgato verbo, ut dicerem, *errare ipſum:* quem vero errorem vocavi, ne ipſe quidem defendit. Quod ſi ſcripſiſſem, ut ille de aliis, *Quidam putant*, *Quidam mutant abſque judicio*, multo ille mihi juſtius ſuccenſuiſſet: quaſi vero celebre apud alios Glareani nomen, meis unus ipſe inſerere ſcriptis erubuiſſem. Nam ſi locutus eſſem, quo modo idem ille de Valla locutus eſt. *Lau. Valla mirum in modum hoc loco luctatus eſt, ſed nihil promovit*: aut ſi quo modo de *Livio* ipſo ſcripſit, cui tertio quoque verbo *oblivionem, negligentiam, confuſionem*, *inconſtantiam*, *longitudinem, improbabilitatemque*, objecit, ita ut aliquando contumelioſa etiam cum indignatione exclamarit, *Hoc eſt hiſtoriam ſcribere*? quaſi vero non Livii hiſtoriam nobis emendare, ſed Livium ipſum à nobis amandare voluerit: ſi hoc, inquam, modo de illo ſcripſiſſem, quis eum demum, aut admiratores ferre illius poſſet? Unde igitur iſtæ lacrymæ? unde? niſi quod quæ defendere, aut Glareanus

aut amici ejus aut neſciunt, aut non poſſunt, ea ad contumeliam Glareani pertinere, nec niſi in ferenda contumelia ſe delere, aut obſcurare exiſtimant poſſe. Itaque *inhumanitatem* objiciunt ut ſibi jure liceat eſſe inhumanos; *contumeliam ſe accepiſſe* queruntur, ut honeſtiore nomine contumeliam inferant. quæ eſt autem contumelia? nova ſcilicet & inaudita, explicuiſſe aliquid aliquem, quod alter ſibi inexplicabile eſſe confeſſus ſit. neque enim Glareanus ſe defendit, ſed excuſat. at quo modo? *Glareanus hunc locum prave correxit. at & Glareanus ipſe*, inquit, *jam id videt; ſed à te id vitio verti dolet. Glareanus non legit. immo legit*, reſpondet, *ſed non meminit. Glareanus non vidit. Non vidit, quia Græcos libros, quos tu habuiſti, non habuit. Glareanus dubitavit. dubitavit, quia doctorum eſt dubitare. Glareanus fatetur, ſe non intelligere. fatetur: quia homo eſt ingenuus. tu vero inhumanus, qui, cum intelligas, id ei crimini des.* Dii boni, quis erit demum tam averſo à me animo, qui hæc aliquando legens non ſtomachetur, ac pejus actum eſſe cum Glareano exiſtimet, quod hæc ei in mentem defenſio venerit, quam quod à me eo modo ſit oppugnatus? quæ malum, iſta defendendi ratio eſt, ut plus reus confiteatur, quam ille, qui accuſat, cupiat confiteri? ac locum defenſioni aut ſibi, aut amicis ſuis nullum amplius relinquat? Verum hoc etiam ferendum. habet. n. ſaltem ingenuitatem iſta oratio. Quod vero Robortelli adverſus me ſcripta protulerit, hoc plane miſerum, aut potius miſerandum videtur. An vero, ſi virium Glareanus aliquid habuiſſet, ac nocere mihi, ut cupiit, voluiſſet, alienis me telis oppugnaſſet, non autem ſuis? aut ſi quidquam in eo ſanitatis fuiſſet, iis me armis umquam petiiſſet, quæ ego jampridem fregiſſem prorſus, atque ex adverſarii manib. eripuiſſem? Bis. n. Robortellus adverſus me ſcripſit: bis ego illi ita reſpondi, ut obmutuerit. quæ ego hoc loco non ſcriberem niſi aut compulſus eſſem, aut res non certo & literarum, & hominum teſtimonio teneretur. Exſtant mea adverſus illum volumina duo, unum Emendationum, alterum Diſputationum, quæ in quatuor libros diſtributa incredibilem hominis ferociam incredibiliter compreſſerunt. Quibus igitur ille telis, ſi iterum in certamen deſcenderet, uti amplius, aut nollet, aut non poſſet, quis non graviter commoveatur animo cum ea quaſi firma admodum ſint, quia in me aliquando jacta ſint Glareanum inſigni illa ſua abjecta laurea de terra temere colligentem atque ſævo in caput meum animo jaculantem inſpiciat? Jam vero illa, quam animi iniquitatem, aut quam jejunitatem non indicant? cum, quæ recte à me ſcripta eſſe inficiari non poteſt, eorum laudem aut manuſcriptorum, aut Græcorum librorum copiæ tribuit: aut ſibi, qui dubitatione ſua quærendi occaſionem, atque inveniendi viam aperuerit, intemperanter aſſumit? Verum Glareanus fortaſſe excuſationem aliquam habet, qui, quæ ſcripſit, ea, dum vixit, diligenter ſuppreſſit. qui vero illa ediderunt, ac judicium ſuum ultro interpoſuerunt, quis excuſare poterit? quid enim ad eos aut Glareanus, aut ſaltem Robortellus pertinuit? ut Glareani epiſtolam, aut Robortelli librum iterum publicarent, meas autem adverſus illos defenſiones omitterent? & Glareanum à me injuſte convicio laceſſitum, Robortellum juſte propterea in me eſſe invectum aſſererent? an vero ex animi ſententia ſcribunt, an nimis potius Glareani adducti ſtudio ita ſcribunt? ſi ita ſentiunt, cur non Robortelli ſcripta à me oppugnata, quæ admirari videntur, defendenda ſuſcipiunt, atque inſignem hanc, quam doctiſſimus ille vir adipiſci non potuit, triumphi de me acti gloriam ſibi parant? ſin autem honeſta eos erga Glareanum pietas acuit, commendo officium, modo ab eorum, qui illos

los non offenderunt, offenſione abſtineant. Laudent non modo Glareanum, ſed etiam Robortellum. facient non ſolum patiente, ſed etiam approbante me. at judicii ſui teſtimonium iſtud, in quo graves ſunt aut manifeſtæ inſcitiæ, aut certæ iniquitatis crimen ſubituri, in aliud quæſo tempus omittant: & ſi ipſis convicia tantopere diſplicent, ne velint, dum hæc in aliis injuſte vituperant, dare operam, ut in iis ipſis juſte poſſint inſimulari. Sed jam quales ſint iſtæ Robortelli, aut Glareani reprehenſiones, videamus. atque eis veteres defenſiones meas, quas queror omiſſas, objiciamus.

IN LIBRUM FR. ROBORTELLI de Convenientia Supputationis.

Livianam annorum ab urbe condita ſummam cum Capitolina diſcrepare demonſtratur, & Liviani loci multi à turpiſſimis ejus expoſitionibus, & correctionibus vindicantur.

QUod ſcripſi in commentario Faſtorum Capitolinorum idem hoc quoque loco neceſſario mihi repetendum videtur: magnam in annis ab Urbe condita numerandis, ac digerendis inter antiquos ſcriptores diſſenſionem fuiſſe. Hoc enim, & tradit Cicero in Bruto, & nos ita eſſe ex variarum ſupputationum obſervatione deprehendimus. omnis autem hujus controverſiæ cauſa inde oritur, quod quos alii conſules, & ſine conſulib. dictatores ſæpe interſerunt, eos omnino alii prætereunt, quod & in commentario Faſtorum, in Chronologia Liviana oſtendi. Eſt autem varia, & inconſtans annorum apud omnes ratio uſque ad quingenteſimum ferme annum ab urbe condita. ab eo vero hanc conſtantem inter eos eſſe controverſiam invenio, quod alii alios uno, alii duobus, alii tribus, alii quatuor annis antecedunt, aut ſubſequuntur. Verba vero Ciceronis, quibus hoc confirmatur, ſunt hæc: *Livius primus fabulam C. Clodio Cæci filio, & M. Tuditano Coss. docuit, poſt Romam conditam anno quingenteſimo decimo, ut hic ait, quem nos ſequimur. eſt enim inter ſcriptores de numero annorum controverſia.* Atqui annus ille in faſtis eſt quingenteſimus decimus tertius, at vero apud Plinium, & Ciceronem ipſum, quingenteſimus decimus quartus: apud Livium, ut ego ſubduxi; quingenteſimus decimus. fit tamen, ut malim eo loco legere *quingenteſimo quarto decimo*, ut eſt in ſcriptis libris. quoniam Plinium, & Ciceronem eam annorum deſcriptionem, quæ Capitolinam uno anno antecedit, ſequi animadverti. Quod cum ita ſit, equidem ſatis mirari non poſſum, unde Franciſcus Robortellus ad eam opinionem venerit, ut ſummam annorum Livianam, & Dionyſianam ad antiquam Capitolinam redigendam putarit: cumque ipſæ inter ſe diſſimillimæ ſint, me, qui diſſimilitudinem illam ſenſerim, & demonſtrarim, coarguendum, atque inſcitiæ nomine accuſandum exiſtimarit. Quamobrem feram hanc etiam illius injuriam, ut alias, æquo animo, atque ipſum toto cœlo errantem, dum maledictis ejus in me reſpondebo, puer ſenem in rectam viam deducam. Quid igitur ille ait? *Livius, Dionyſius, Faſti Capitolini in numerandis ab urbe conditæ annis inter ſe conveniunt.* quid ego? immo maxime diſcrepant. Unde hoc confirmari poteſt? unde, niſi ex verbis eorum? Qui ergo verbis auctorum ſervatis, ſententiam ſuam firmarit, is cauſam ſuam, ut opinor, egregie probavit, qui ut probet, quod vult, omnia annalium ipſorum verba ſubverterit, is merito in hac diſputatione audiendus non erit.

Digitized by Google

Quod ſi ita eſt, cauſa dicta eſt. nihil dico amplius. ego enim in mea Liviana ſumma conſtituenda nullum Livii verbum muto, ille omnia. Audiamus ipſum argumentantem. Sic enim de annis regum diſputat. *Ex Faſtorum Capitolinorum ſententia conſules primi inierunt anno ab V.C. ducenteſimo quadrageſimo quarto, regeſque regnarunt annos ducentos & quadraginta tres. idem ſentit Dionyſius, idem Livius: ergo omnes conveniunt.* Ego, Robortelle, de calculis Capitolinis nihil dico. eſt enim is labor meus jam ſatis juſto commentario comprobatus. De Dionyſio, & Livio reſpondeo, utrumque eorum, Romæ regnatum eſſe annos ducentos quadraginta quatuor, conſules autem primos iniiſſe anno ipſo ducenteſimo quadrageſimo quinto, ſenſiſſe. Dicam primum de Dionyſio. qui primo libro ita loquitur: *Spacium, quod eſt ab exactione regum uſque ad Romulum, qui primus Romæ imperavit, annos complectitur ducentos quadraginta quatuor. Romulus enim regnavit annos* XXXVII. *Interreges annum, Numa* XXXIII, *Tullus* XXXII, *Ancus* XXIV, *Priſcus* XXXVIII, *Superb.* XXV & lib. II. *Regium imperium cum Romæ annos* CCXLIV *poſt* V. C. *ſtetiſſet, diſſolutum eſt.* Hic opponit Robortellus, Dionyſium dixiſſe anno ipſo ducenteſimo quadrageſimo quarto primos conſules iniiſſe. quod nec ille dixit, nec dicere potuit. quid autem dixit? tum cum conſules inierunt, quatuor menſes anno illi defuiſſe: ita ut extremus annus non, ut ille vult, quatuor, ſed octo menſium fuerit, primus conſulum ſexdecim. verum non ita accepit illum annum Dionyſius, ut annum ipſum ducenteſimum quadrageſimumquartum conſulibus aſſignarit, ſed regibus, ducenteſimum autem quadrageſimum quintum conſulibus. Indicant hoc verba ejus, quibus docet ſpacium regni annos ducentos quadraginta quatuor conſumpſiſſe. Indicat ipſarum Olympiadum ratio, inquit n. non Superbum regem iniiſſe regnum anno IV Olympiadis LXI regnumque ejus annos XXV abſumpſiſſe: regnum Romæ diſſolutum ſexageſima octava inſtante Olympiade, id eſt vigeſimo quinto anno, quam Superbus inierat, quatuor quibuſdam menſibus ante ſexageſimam octavam Olympiadem: ſic, enim legendum eſt. nam, ut ſcis. hic Dionyſii locus in vulgatis libris mutilus eſt: at in libro, qui in Bibliotheca Divi Marci aſſervatur, integer hoc modo: ἡ μὲν δὴ βασιλικὴ Ῥωμαίων πολιτεία διαμείνασα μετὰ τὸν οἰκισμὸν τῆς Ῥώμης ἐτῶν τε τεττάρων, καὶ τετταράκοντα, καὶ διακοσίων ἀριθμόν, ἐπὶ δὲ τοῦ τελευταίου βασιλέως τυραννὶς γενομένη, διὰ ταύτας τὰς προφάσεις ὑπὸ τούτων κατελύθη τῶν ἀνδρῶν, ὀλυμπιάδος μὲν ὀγδόης, καὶ ἑξηκοστῆς ἐνεστώσης, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Ἰσόμαχος Κροτωνιάτης. Ἀθήνησι τὴν ἐνιαύσιον ἀρχὴν ἔχοντος Ἰσαγόρου. ἀριστοκρατίας δὲ γενομένης οἱ πρῶτοι τὴν βασιλικὴν ἀρχὴν παραλαβόντες ὕπατοι τεττάρων τινῶν μηνῶν εἰς τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ὑπολειπομένων, Λεύκιος Ἰούνιος Βροῦτος, καὶ Λεύκιος Ταρκύνιος Κολλατῖνος. Quomodo autem hoc factum ſit, planius à me in Faſtorum commentario demonſtratum eſt. Indicat etiam, quod M. Valerii, & P. Poſtumii conſulatum, qui eſt annus poſt reges exactos primus, Dionyſius confert in annum primum ſexageſimæ nonæ Olympiadis, cum is in annum quartum ſexageſimæ octavæ deberet incurrere. Indicat conſulatus A. Virginii, & T. Vetuſii, quem idem ille in annum ab V. C. ducenteſimum ſexageſimum conjicit. Indicat conſulatus L. Æmilii, & Kæſonis Fabii, quem idem initum eſſe anno ducenteſimo ſeptuageſimo ſcribit. cum tamen, ſi primos conſules occepiſſe magiſtratum anno CCXLIV dicas, quinquageſimo nono illi, hi ſexageſimo nono anno inierint, neceſſe ſit. Dixi de Dionyſio. nunc dicam de Livio. qui libro primo ait, *regnatum Romæ ab urbe condita ad liberatam anno*, CCXLIV *duos inde conſules eſſe creatos.* id eſt, ut ego interpretor,

anno

anno CCXLV. Hunc autem numerum recte habere, apparet ex annis, quos eoſdem ipſe cum Dionyſio ſingulis regibus tribuit. Hoc loco occurrit Robortellus, & ait, *Livium Priſco regi non* XXXVIII *annos, ſed* XXXVII *tantum aſſignaſſe. ita Romani regni ſpacium* CCXLIII *annis includi.* quid ad hoc dicam? nihil tale ſenſiſſe Livium, cum ita ſcripſit: *Duodequadrageſimo ferme anno, ex quo regnare cœperat Tarquinius, non apud regem modo, ſed patres, plebemque longe maximo honore Ser. Tullius erat.* Neque enim ibi de regno Priſci expleto loquitur. quamquam haud ita multo poſt eum morte affectum eſſe innuere videtur. neque ſi Priſcum regnaſſe annos XXXVII voluiſſet, poſt in extremo libro, *Romæ regnatum eſſe annos* CCXLIV ſcribere potuiſſet. Conveniunt ergo inter ſe de regum annis Livius & Dionyſius, verum cum Capitolinis tabulis diſcrepant. Quid ſit autem, quod Robortellus modeſtiſſime, ut cætera, me pueriliter hæc ſcribere ait, non video. Uter noſtrum rectius horum auctorum verba perpenderit, alii viderint. Pergamus ad alia. Primum ergo conſulum annum ex Dionyſii, & Livii ſententia ducenteſimum quadrageſimum quintum, ut dixi, conſtituo: ille, Dionyſio Livioque non intellecto, ex eorum item ſententia, CCXLIV. Poſt autem anno CCLXIV & CCLXV duos annos ille cum duobus conſulatibus interſerit, qui non ſunt apud Livium. Hic ille, quanta cum gravitate dii immortales? *at debent reponi*, inquit. Ego contra reponendos eſſe ex Livii ſententia non exiſtimo. me vero, ut ita credam, tres potiſſimum rationes adducunt. una, quod, quas res Dionyſius in quatuor, his duobus interjectis, annos diſpenſavit, eaſdem Livius in duos extremos, mediis ipſis duobus ſublatis, contulit, ac nullam ejus hiſtoriæ partem, quæ à Dionyſio maximo duorum horum conſulatuum auctore narratur, prætermiſit. altera, quod Caſſiodorus (qui tabulas ſuas conſulares ex Livianis annalibus videtur digeſſiſſe) neque hos conſules profitetur. tertia quod Livius *Q. Minucio, C. Horatio Coſs. tribunos pl. decem factos eſſe* ſcriptum reliquit, *anno trigeſimo ſexto poſt primos quinque, qui facti ſunt A. Virginio, & T. Vetuſio Coſ.* anno ab V. C. CCIX qui numerus *anni triceſimi ſexti* nullo modo quadrabit, ſi duos hos annos interpoſueris: verum *triceſimo octavo* erit reponendum: quemadmodum ille contra omnium librorum & ſcriptorum & impreſſorum conſenſum cenſet eſſe faciendum. tantam ei libertatem dat ars ab eo primum emendandi excogitata. Accedit annus, quo Xviri conſulares inierunt, quem Livius *alterum, & trecenteſimum ab V. C.* vocat, id eſt, ut interpretor, unum & trecenteſimum. qui numerus ne ipſe quidem congruet, ſi duorum illorum annorum rationem habueris, verum *trecenteſimus tertius* erit reponendus. *Non eſt ita*, inquit, *immo trecenteſimus alter retineri debet, ſed pro trecenteſimo ſecundo, non trecenteſimo primo accipiendus eſt.* cur ita? *quia Faſti Capitolini Xviros in annum trecenteſimum ſecundum edunt.* non eſt hoc ſatis. Jam enim ex Ciceronis ſententia diximus, inter ſcriptores magnam eſſe de numero annorum controverſiam. Addit, *quia alter dicitur de duobus, ergo trecenteſimus alter, eſt trecenteſimus ſecundus.* Ego contra: Alter dicitur de duobus: ergo *alter à trecenteſimo* eſt trecenteſimus primus. ut enim Virgilius dixit, *Tu nunc eris alter ab illo:* id eſt, ſecundus, non tertius, & *annum alterum ab undecimo*, pro duodecimo, (nam qui aliter ſentiunt, probabilem cauſam nullam, cur ita ſentiant, afferunt) ſic *trecenteſimus alter*, eſt trecenteſimus primus. Argumento ſunt aliquot ſcripti, quos ego habeo, Livianarum epitomarum libri, in quibus ſcriptum eſt *X. viros creatos eſſe uno & trecenteſimo anno*

ab urbe condita. argumento ſunt eædem epitomæ, in quibus legitur lib. XLIX. *Anno quingenteſimo, & altero ludos Terentinos factos: anno ſexcenteſimo, & altero tertium Punicum bellum eſſe initum*, id eſt quingenteſimo, & ſexcenteſimo primo, ut à me in Chronologia Liviana planiſſime demonſtratum eſt. Quid plura? Bellum civile ultimum initum eſſe Lentulo, & Marcello COSS. confectum autem Cæſare IV & M. Craſſo, in omnibus annalibus ſcriptum eſt. numera annos, XX efficies. Itaque Velleius, qui idem Lentulo, & Marcello coss. ad arma civilia primum itum eſſe tradiderat, *vigeſimo anno civilia bella finita eſſe*, literis prodidit. At vero Livius, qui bellum ipſum non armis poſitis, ſed Cæſaris triumphis actis terminavit, Cæſarem ſcribit *tribus triumphis in urbem invectu finem bellis civilibus impoſuiſſe anno altero, & vigeſimo.* eo nimirum, qui ipſius, & Craſſi conſulatum proxime conſecutus eſt, quo inter omnes conſtat Cæſarem ter glorioſiſſime triumphaſſe. Hos vero annos nulla unquam intercalatione viginti duos reddideris, atque hoc in epitoma CXXIII. ſcriptum eſt, quas epitomas ex Livianis ipſis fere verbis contextas videmus. Cum ergo hanc locutionem Livio familiarem eſſe videamus, ut quingenteſimum, ſexcenteſimum, & viceſimum alterum annum, pro uno & ſive quingenteſimo, ſive ſexcenteſimo, uſurparit, & ſi aliter interpreteris, reliquos omnes ejus numeros labefactes neceſſe ſit, quos hac expoſitione conſerves; cur non apud eundem etiam *trecenteſimo & altero*, interpretabimur, trecenteſimo uno, præſertim vero cum veteres epitomarum ejus libri eo in loco conſentiant? nec in alium annum decemviri apud eum incidere poſſint? niſi conſulatus aliquot contra ſententiam ejus interponas. id quod ei faciendum non eſt, qui ad Livianos calculos revocare hanc annorum, temporumque deſcriptionem velit. His ille perculſus argumentis, ad artem ſuam confugit. reperit præceptum, quo facultas datur quemcumque cujuſlibet auctoris locum pro libidine deformandi. utitur eo contra me, & ait, qua fiducia, immo potius confidentia dii boni? Ariſtarchum eſſe diceres. *Legendum eſt, quingenteſimo quarto. Legendum eſt, ſexcenteſimo quarto.* Cur Robortelle? quia illi conſulatus in eum numerum in Faſtis Capitolinis incurrunt. At hoc ſuſcepiſti probandum ex verbis Livii, Livium ipſum cum Faſtis concordare. nihil ergo Faſti ad Livium. ſed ſit hoc artificii tui. Sequitur annus, quo primi tribuni militares conſulari poteſtate facti ſunt, quem *trecenteſimum decimum* numerat Livius. Atque hunc numerum uterque noſtrum tuetur. tu quidem ex Livii & Dionyſii ſententia, ego ex Livii tantum. Neque enim ipſe attendis, ſi annum, quem tu numeras CCXLIV Dionyſius CCXLV, quem tu CCLIX ille CCLX, quem tu CCLXIX ille CCLXX appellat, eum demum, quem tu CCCX nominas, ex ejus eſſe ſententia CCCXI nominandum. Quod autem hunc annum à me CCCIX numerari apud Livium arguis: injuſtiſſime mehercule facis. qui enim poſſum eum CCCIX vocare, ſi ſequentes Livianos annorum numeros tueri volo? Patet hoc ex mea Chronologia, patet etiam ex eo, quod tu me inter CCCI & CCCX incertum annum interjeciſſe inſimulas. ſi ergo interjeci annum, cur ad numerum hunc CCCX non perveni? quem tamen cur interjecerim, ſatis noſti. Dices, *ſervaſti in Liviana*, non *ſervaſti in Capitolina ſumma conſtituenda.* diverſa ratio eſt. Livius enim tres annos Xviris ipſis attribuit, at vero L. Valerio, & M. Horatio conſulibus duos. Ita fit ut tribuni militares ibi anno CCCIX ſint, hic anno CCCX. quod ut planius intelligatur, ſubſcribam omnes has annorum deſcriptiones.

Capi-

Digitized by Google

Capitolina deſcriptio.

ccc Sex. Quinctius Sex. F. P. N. Varus.
P. Horatius Tergeminus.
301 P. Sextius Q. F. Vibi N. Capitolinus.
T. Menenius T. F. Agrip. N. Lanatus.
302 Ap. Claudius Ap. F. M. N. Craſſinus.
T. Genucius L. F. L. N. Augurinus.
Decemviri primi in locum conſulum facti.
303 Decemviri ſecundi.
Iidem decemviri in hunc annum continuarunt.
quibus abdicare coactis in ejus locum facti ſunt Coss.
304 L. Valerius Poplicola Potitus.
M. Horatius Barbatus.
305 Lar Herminius.
T. Virginius.
306 M. Geganius.
C. Julius.
307 T. Quinctius.
Agrippa Furius.
308 M. Genucius.
C. Curtius.
309 A. Sempronius.
T. Clœlius. Tribuni mil. poteſtate primi.
L. Atilius.
310 M. Geganius.
T. Quinctius.

Mea Liviana.

299 Sex. Quinctilius. P. Curiatius.
300 T. Menenius. P. Seſtius.
301 Ap. Claudius. T. Genucius.
Decemviri conſulares primi.
302 Decemviri conſulares ſecundi.
303 Decemviri conſulares tertii.
304 L. Valerius. M. Horatius.
305 Iidem conſules videntur continuaſſe in hunc annum.
306 Lar Herminius. T. Virginius.
307 M. Geganius. C. Julius.
308 T. Quinctius. Agrippa Furius.
309 M. Genucius. C. Curtius.
310 A. Sempronius.
T. Clœlius. Tribuni militares primi.
L. Atilius.
311 M. Geganius. T. Quinctius.

Robortelliana.

300 Sex. Quinctilius. P. Curiatius.
301 T. Menenius. P. Seſtius.
302 Ap. Claudius. T. Genucius.

Decem-

	Decemviri conſulares primi.	
303	Decemviri conſulares ſecundi.	
304	Decemviri conſulares tertii.	
305	L. Valerius.	M. Horatius.
306	Lar Herminius.	T. Virginius.
307	M. Geganius.	C. Julius.
308	T. Quinctius.	Agrippa Furius.
309	M. Genucius.	C. Curtius.
310	A. Sempronius. T. Clœlius. L. Atilius.	Tribuni milit. cos. pot. primi.

Quorſum hæc? ut intelligas, te, ſi faſtos Capitolinos ſequi auctores velis, non poſſe tribunos militares in annum cccx conferre. Nam, ut dixi, illi duos tantum annos dant Xviris, tu Livium ſecutus tres conceſſiſti. non eſſe autem ibi annum cccIV decemviris, ſed Valerio, & Horatio coss. tribuendum, ex eo diſcere potes, quæ in triumphalibus tabulis Capitolinis conſules illi ſcribuntur triumphaſſe anno ipſo cccIV. Horatius quidem VII. K. Sept. Valerius vero Idibus Sext. niſi forte eximia tua iſta arte, lapides etiam illos corrigas, aut eos conſules ante conſulatum triumphaſſe exponas: quo nihil perverſius. Si ergo Valerius, & Horatius conſules triumpharunt menſe Sextili, anno cccIV quo tempore idus Majæ ſollemnes ineundo conſulatui erant: profecto ſi diligenter annorum rationem ſubduxeris, tribunos militares primos, niſi in annum cccIX conjicere non poteris: niſi forte. & tu continuaſſe in alterum annum conſulatum eos volueris. quæ nec concedis, nec concedi in faſtis Capitolinis oportere exiſtimo. Immo vero annum cccIX ſunt collocandi: ſed C. Julii III & L. Virginii. conſulatus, cujus auctores multi ſunt, non eſt à te poſtea omittendus. Quam lynceus ergo ſit oportet, qui annorum deſcriptiones inſtituere velit, & ut Capitolina ſumma nullo modo cum Liviana congruere poſſit: & ut eam ipſe non intellexeris, jam vides. Sed pergamus ad alia. Cum ergo ſummus mihi tecum ſit in Liviana Chronologia concinnanda in anno tribunorum militarium numerando conſenſus, (nam uterque eum cccx vocat) quæres fortaſſe, cur, ſi in trecenteſimo decimo anno convenimus, in reliquis deinceps annis diſcrepemus? nimirum, quia tu alios annos tollis, alios addis, idque contra Livii, quam aſſequi non potes, ſententiam, audi autem quo modo. Anno cccxIx. conſules ſunt apud Livium L. Julius II. L. Virginius. Eoſdem ego in annum cccxx. refectos eſſe ſcribo ex Livii, & Caſſiodori ſententia, quos tu tranſcendis. Verba Livii ſunt hæc, *Eoſdem conſules in ſequenti anno refectos Julium tertium, Virginium iterum apud Marcum Licinium invenio. Valerius Antias, & Q. Tubero M. Manlium, & Q. Sulpicium conſules in eum annum edunt. ceterum in tam diſcrepanti editione & Tubero & Macer libros Linteos auctores profitentur. neuter tribuno militum eo anno fuiſſe traditum à ſuperioribus antiquis diſſimulat. Licinio libros haud dubie ſequi Linteos placet. & Tubero incertus veri eſt. ſed inter cetera vetuſtate incomperta hoc quoque incerto poſitum.* Hos ergo conſules tu præteris quia Livium exiſtimas his verbis hunc omnino conſulatum damnaſſe, cum tamen Livius non tam de magiſtratibus hujus anni, quam de nominibus ipſorum magiſtratuum ambigat. neque pro certo horum neminem fuiſſe in magiſtratu affirmet, ſed quæ potiſſimum fuerint, parum ſibi convenire dicat. Fuiſſe autem aliquot ex iis, quos nominavit, declarat Caſſiodorus, qui

Ma-

Macrum ſecutus in hunc annum. C. Julium, ut ego, & L. Virginium conſules edit. declarant faſti Siculi Græci, qui Tuberonem & Antiatem ſecuti, Capitolinum Manlii, & Camerinum Sulpicii cognomen in hunc annum profitentur. declarat Diodorus, qui in tertiam diſcedens ſententiam tribunos in hunc annum militares nominat, M. Manlium, Q. Sulpicium, & Ser. Cornelium. Adde, quod ſi hunc annum tranſcendas, ſerpet hoc erratum longius. neque enim Romam anno CCCLXV captam eſſe umquam efficies, quod ſcribit Livius: neque L. Valerii Potiti, & M. Manlii Capitolini conſulatum in annum centeſimum decimum nonum poſt reges exactos conjicies. quod libro primo ſcriptum reliquit Dionyſius. quæ omnia mea ſumma cuſtodiuntur, tua vero penitus evertuntur.

Reprehendit deinde ille me, quod ad A. Cornelium Coſſum II. & Cn. Domitium conſules, ſignaverim in Faſtis numerum CDXX, cum fuerit ſignandus ad priorem verſum: HOC. ANNO. SINE. COS. RESP. FVIT. atque adeo cæcus eſt, ut non librarii id vitium eſſe perſpiciat, atque extremo libro, ubi librariorum errata ejuſmodi aliquot emendata ſunt, ſatis plane correctum videat. idque ego vel imprudentiæ, ſi non vidit, vel improbitatis, ſi ſe vidiſſe diſſimulat, eſſe exiſtimo. Cum ergo annum ille invito Livio demat, quem ego retinuerim, hinc fit, ut L. Papirii Curſoris. V. & C. Junii Bruti II. conſulatum in annum conjiciat ille CDXL, ego CDXLI, atque ut neceſſario Liviana ſumma diſtet à Capitolina. nam in Faſtis illi conſules in annum CDXL incurrunt. Suſtulit igitur annum unum, quem ego retineo. non eſt ſatis: eximit alterum nimirum Interregnum, quod ego in Liviana Chronologia in annum CCCXXXIV retuli, auctore ipſo Livio, qui ait: *Cum major pars anni per novos tribunos pl. & aliquot interreges certaminibus extracta eſſet.* & paulo poſt: *Mugillanus interrex obtinuit, ut tribunicia comitia haberentur.* Hoc autem interregnum ſine pernicie omnium numerorum, qui deinceps in nominandis annis à Livio uſurpantur, prætiriri non poteſt. Cur autem id in Faſtis omiſerim, alia ratio eſt. nam in Faſtis, dictaturæ multæ, quarum rationem nullam in numerandis annis, habuit Livius, obſervantur, atque interponuntur. His annis eximendis cum ſe nihil aſſequi videat, deinde ſe ad reprehendendum Livium confert, qui quodam anno tribunos octo militares ediderit atque in eo deceptus ſit. neque attendit, rem illam à me primum in Faſtorum commentario plurimis verbis eſſe demonſtratam, &, ſi ita oportuit, ſatis exagitatam. Qua re expoſita, ita addit: *Anno CDXX. Interregnum fuit peſtilentia cauſa. nec verum eſt, quod ſcribit Sigonius, de eo Livium non eſſe locutum. quid n. apertius his verbis? Et quia peſtilentia inſecuta eſt, velut omnibus. eo vitio contactis auſpiciis res ad interregnum rediit.* Vide quam inique facias Robortelle. Egone n. Livium de eo interregno non eſſe locutum ſcripſi, cum ejus interregni in Chronologia Liviana conſtituenda rationem reddens ita ſcripſi? *Livius id ipſum, quod facimus, etſi non aperte, at ſubobſcure tamen ſignificare videtur.* Cur ſubobſcure Robortelle? quia non aperte aut annum illum, aut anni illius majorem partem, ut ante, per interreges eſſe extractam ſcribit. Duos ergo annos ex mea Chronologia Liviana exemiſti, qui ſunt reponendi: tres deinde interſeris, qui nullo pacto ſunt obſervandi. Hæ ſunt tres dictaturæ ſine conſulib. quarum habendam eſſe rationem in faſtis Capitolinis probavi: in Livianis non probo. quæris qua cauſa? quia ex verbis Livii nihil tale erui poteſt. una eſt ergo dictatura L. Papirii Curſoris anno CDXXIX. de qua ita Livius: *L. Furium conſulem, cui Samnium provincia evenerat, morbo implicitum fortuna bello ſubtraxit juſſuſque dictatorem dicere. rei gerendæ cauſa dixit L. Papirium Curſorem.*

rem. altera eſt item L. Papirii Curſoris anno CDLXIV quem Livius ſcribit *dictatorem cum C. Junio Bubulco, magiſtro equitum, dictum Q. Fabio, & C. Marcio Coſs. quod res non ſatis proſpere à C. Marcio Coſ. in Samnitibus eſſent geſta.* tertia anno CDLII M. Valerii Corvi. de qua Livius: *Multiplex deinde exortus terror. Etruriam rebellare nunciabatur. Itaque propter eum tumultum dictus M. Valerius Maximus dictator. magiſtrum equitum ſibi legit M. Æmilium Paullum.* & paulo poſt: *Prœlio ab dictatore commiſſo fracta iterum Etruſcorum opes. dictator triumphans in urbem rediit, conſul ex dictatura factus M. Valerius.* An vero tibi videtur Robortelle his Livius dictatores hos per annum ſine conſulibus fuiſſe dicere, an eos in aliorum, ut adſolebat, conſulatu dictaturam geſſiſſe? at ei credo verba deerant, quibus hoc exprimeret, ſi ita ſenſiſſet. Nonne attendis, ſi trium horum annorum rationem habeas, reliquos omnes, qui apud eum ſequuntur, numeros eſſe pervertendos? & alios annales Livium, alios faſtorum Capitolinorum auctores eſſe ſecutos, atque omnino inter ſe diſcordare non ſentis? Caute autem, immo callide Robortellus, cum ſe in tota hac de dictaturis Livianis ratione nutantem, ac claudicantem ſentiret, ſtatim, ut aliquo inſigni præcepto alio lectoris mentem averteret, fragmenta illa lapidum Capitolinorum præpoſtero ordine eſſe in Capitolio collocata adjecit; nec videt, id ipſum à me primum, vel ipſomet teſte, eſſe demonſtratum, atque in Faſtorum commentario confirmatum. His rebus expoſitis concludit *ſummam annorum Livianorum, & Capitolinam eandem eſſe uſque ad annum* CDLXXI quas ego longe diverſas inter ſe eſſe contendo. Uter autem noſtrum eſt verior? nimirum ille, qui numeros Livii cuſtodierit, non ille, qui, ut eo perveniat, quo velit, eos omnino labefactarit. Dixi ante, Livium ſcribere, *ſexto & triceſimo anno poſt primos tribunos pl. decem tribunos eſſe factos.* is numerus à me conſervatur, ab illo evertitur, ac *octavus & triceſimus* ex conjectura reponit. Prodit item Livius *anno ab V. C.* CCCLXV *Romam eſſe captam.* eo numero nihil ad meam ſummam poteſt eſſe convenientius: at Robortelli nihil ineptius, qui CCCLXIII emendare cogetur. Idem *Q. Servilio, L. Genucio* COSS. *Camillum annos poſt Romam captam* XXV *mortuum*, refert. recte ad meos calculos: at ille XXI reponit. Idem *annum, quo M. Fabius Ambuſtus* III *& T. Quinctius conſulatum geſſerunt, poſt urbem captam* XXXV numerat: Robortellus XXXI, quamquam in eo etiam peccat Robortellus, qui hoc ſcribi à Livio ait in conſulatu M. Fabii Ambuſti, & T. Quinctii, cum id prodat in conſulatu C. Sulpicii Pætici, & M. Valerii Poplicolæ: atque ita numerus ille ad meam rationem conveniat. Idem in conſulatu Q. Fabii V P. Decii IV ita ſcribit: *Superſunt etiam nunc Samnitium bella, quæ continua per quartum jam volumen, annumque ſextum, & quadrageſimum M. Valerio, A. Cornelio* COSS. *qui primi Samnio arma intulerunt, agimus.* Quo numero nihil ad meam ſummam poteſt eſſe aptius, quia tres illas dictaturas præterii, cum Robortellus, adeo incertus ſententiæ eſt, ut *quadrageſimum octavum*, vel *quadrageſimum nonum* reſtituendum putet; eoſque numeros à librariis, & à Caſſiodoro corruptos exclamat. Idem Livius lib. XXXI. *Ap. Claudium conſulem primum Pœnis bellum intuliſſe* ſcribit an ut in ſcriptis libris eſt, CDLXXVIII quod ego levi mutatione CDLXXVI V in X II in V verſa lego; ille CDLXXXVI. In epitomis Livianis, *Ludi Terentini anno quingenteſimo altero ab* V. C. *facti* dicuntur, id eſt, ut Cenſorinus, auctore Livio, ait, P. Claudio L. Junio COS. Item, *tertium bellum Punicum cœptum eſſe anno ſexcenteſimo altero*, id eſt L. Marcio,

M' Man-

M' Manlio coss. nihil melius poteſt eſſe, ſi me ſpectes: nihil fœdius, ſi illum. nam *quingenteſimum quartum*, & *ſexcenteſimum quartum* reponit. Dionyſius libro ſecundo, *divortium, quod nullum intra quingentos viginti annos factum fuerat, primum factum fuiſſe prodit M. Pomponio, C. Papirio*, coss. eumque annum Gellius lib. XVII DXIX vocat. recte ſi ad meos calculos revoces: ſi ad Robortellianos, non item. nam is annus in Faſtis eſt, DXXII P. Valerii, & M. Atilii conſulatum Gellius lib. IV cap. III in annum ab urbe condita conjicit DXXIII, Livium credo ſecutus. at hic noſter ex Faſtorum auctoritate, in annum DXXVI Livius conſulatum P. Galbæ, & C. Cottæ in annum confert quingenteſimum quinquageſimum. congruenter ad meam ſummam. num creditis ita ad Robortellianam? non certe. ille enim quinquageſimum tertium reponit. P. Africani conſulatum alterum in annum transfert Livius, ut vulgo mendoſe legitur, DVIII quem numerum ergo V in L & II in V verſis corrigo DLVI ille multo alienius DLIX. Quamobrem, quod ille quærit *cur ego in faſtu Capitolinis Q. Fabium, & P. Decium conſules repoſuerim; è Livianis autem ipſum Caſſiodorum ſecutus exemerim*: jam quærere deſinet, cum non eandem eſſe ſummæ utriuſque rationem intellexerit, neque omnes omnium calculos ad unam normam tanta cum librorum pernicie referendos eſſe cognoverit. Hæc pauca in hoc libro libuit notare. mitto reliqua, quæ aut ita vana ſunt, ut nullo, aut ita aliena, ut alio loco videantur eſſe refutanda. quale illud eſt, quod opponit de duobus Livii locis à me corruptis. Ex his autem paucis ſatis intelligi poſſe arbitor, quid præſtare novæ hic hujus artis auctor in ratione literarum reſtituenda poſſit: qui, ut Livianam annorum ſummam colligeret, totum ſibi Livium ante perdendum eſſe exiſtimarit. Atque hic tamen, cum ejuſmodi ſit, audet Livium à ſe emendatum, & novam in eum Chronologiam profiteri.

DE LUDIS SÆCULARIBUS.

Ludos ſæculares, in prima editione Faſtorum ſub conſulibus diſpenſaveram, quos è poſteriore exemi. cur appoſuiſſem, cauſſa fuit quod quincti ludi in lapide Capitolino ita deſcripti ſunt, ut ſub conſulibus C. Silio, & L. Munatio poni debere videatur. ſic enim habet.

C. SILIVS. P. F. P. N. L. MUNATIUS. L. F. L. N. PLANCUS.

LUDI. SÆCULARES. QUINCT.

IMP. CÆSARE. DIVI. F. AUGUSTO.

Itaque, cum ea meam mentem opinio imbuiſſet, Quinctos ludos ſub conſulibus his eſſe diſpoſitos, quamquam Coss. multo ante factos veterum annalium auctoritate perſuaſum habebam, putavi quartos etiam, & tertios & ſecundos, & primos mihi eſſe ſub conſulibus collocandos. Cur removerim, id cauſæ fuit, quod eos poſtea non ſub conſulibus, ſed è regione conſulum & in alio lapide inciſos comperi. quinctos autem caſu neſcio quo à fabro, commoditatem ſuam quandam ſecuto, ſub conſules illos eſſe ſubſcriptos. Itaque mihi, qui faſtos conſulares ſcribendos ſuſceperam, ludorum ſæcularium mentionem neceſſariam non eſſe duxi: Robortellus autem, qui *ſua Patavina caſtigatione* factum eſſe ait, ut eos exemerim, quod ludos primos ſæculares non P. Valerio primum, ſed quartum conſule factos probaſſet, non intelligit, ſi vera ea ſint, non me omnes exempturum fuiſſe, ſed primos tantum mutaturum. Nunc vero, etſi ea me defendere, quæ à me ipſo ante damnata ſunt, oportere non exiſtimo, tamen, ut intelligat ipſe me ſuo admonitu nihil feciſſe, nec facere debuiſſe, ita

Digitized by Google

ita quod ſcripſeram de ludis ſæcularibus tuebor, ut me recte ſenſiſſe, illum in tota hac quæſtione nutare confirmem. Negat is, *ludos ſæculares primos in primum P. Valerii Poplicolæ conſulatum, qui primus poſt reges exactos conſul fuit, eſſe conjiciendos; ſed in quartum, cujus auctor ſit Plutarchus.* Cui ego reſpondeo, magnam de primis, ſecundis, tertiis & quartis ludis ſæcularibus, quibus potiſſimum conſulibus facti ſint, eſſe opinionum varietatem quas omnes Cenſorinus, in libro de die natali, litteris perſecutus eſt. Primos autem alios in primum Poplicolæ conſulatum, alios in quartum retuliſſe. in XV virum autem libris, M. Valerio, Sp. Virginio Coſs. factos ſcriptum eſſe teſte Cenſorino. De Poplicola primum conſule hos ludos faciente ſic Cenſorinus, *Primos ludos ſæculares exactis Regibus conſtat poſt Romam conditam anno* CCLXV *à Valerio Poblicola inſtitutos eſſe.* quæ verba ſi diligenter attendas, intelligas ad quartum Poplicolæ conſulatum referri nullo modo poſſe, ſed dumtaxat ad primum non enim de quarto conſulatu, dixiſſet *Exactis regibus*; neque *anno* CCXLV quamquam tu, dominus emendationum, ex ingenio, CCXLIX reponis, neque numerum ullum tua non violatum manu eſſe permittis, ut eos ludos in Poplicolæ conſulatum transferas. Hoc idem Valerius Maximus videtur indicare, cum ait, *Valerii exemplum Valerius Poplicola, qui primus conſul fuit, ſecutus eandem aram terra obruit*, &c. Nam, *Qui primus conſul fuit*, videtur adjeciſſe, ut annum poſt exactos reges, ſicuti dixit Cenſorinus, exprimeret. Hoc idem etiam Politianus vir doctus in Miſcellaneis ex Zoſimo & exiſtimavit & prodidit. Si ergo Publicola primum conſule factos primos ſeculares ludos, auctores tres habeo, quid deliqui, cum eos in primum potius ejus quam in quartum conſulatum, cujus ſolus eſt auctor Plutarchus, conjeci? Sed vide quam meum judicium à tuo diſſideat. ego ſi veritatem annorum quibus ludi ſeculares omnes facti ſunt, tueri velim, libros Xvirales, quos identidem auctores citat Cenſorinus, quam hiſtoricos alios ullos audire malim. ex libris autem Quindecemvirum apparet, primos M. Valerio, Sp. Virginio Coſs. anno ad Capitolinam ſummam ducenteſimo nonageſimoſeptimo eſſe factos: ſecundos M. Valerio Corvo, & C. Pœtelio Coſs. anno CDVII tertios P. Cornelio Lentulo, C. Licinio Varo Cos. anno quingenteſimo decimoſeptimo: quartos M. Æmilio Lepido, L. Aurelio Oreſte Coſs. anno DCXXVII ita ut centeſimo decimo quoque anno relati ſint. quod etiam ſignificavit Horatius in carmine ſeculari, cum ait:

Certus undenos decies per annos
Orbis ut cantus, referatque ludos.

Sic enim legit, & exponit Acro. quanquam tu hunc etiam locum fœdiſſime depravans legis. *Certus ut denos decies per annos Orbis & cantus, referatque ludos.* Livius autem non *centeſimo decimo quoque* anno relatos exiſtimat, ſed *centeſimo.* Ac de primis quidem, quo anno ex Livii ſententia relati ſint, nihil habeo compertum. ſecundos vero anno quadringenteſimo primo factos eſſe, illum putaſſe, inde ſuſpicor, quod Zoſimus, *ſecundos ludos factos eſſe M. Popillio conſule* ſcribit, anno ab urbe cond. CDII qui conſulatus apud Livium in annum CDI incidit. *tertios factos Antiate, & Livio auctoribus* tradit Cenſorinus, *P. Claudio Pulchro, L. Junio Pullo conſulibus*, qui in annum incurrunt apud Livium DI quarti editi ſunt, Antiate, Varrone, & Livio auctoribus, L. Marcio Cenſorino, & M' Manlio Coſs. id eſt, ſi ſummam Livianam audiamus, anno DCI. ſic enim ſcriptum eſt in epitoma lib. XLIV. *Altero, & ſexcenteſimo anno ab* V. C. *L. Marcio, & M' Manilio Cos. tertium bellum Punicum cœptum. Diti patri ludi ad Terentum ex præcepto librorum Sibyllinorum facti, qui centeſimo anno primo Punico* bello,

bello; quingenteſimo, & altero ab urbe cond. anno facti erant. Non ergo ignoravi, ut ais, Livium de ſæcularibus ludis locutum, neque tua admonitione Patavina, ſed meo domeſtico conſilio adductus ludos ſæculares omnes dimovi. Quod autem me culpas, quod ſecundos ludos ſub conſulatum M. Valerii Corvi, & C. Pœtelii, ex auctoritate librorum XVviralium ſubjecerim, & putas hiſtoricorum potius, quam XVviralium librorum auctoritate ſtandum eſſe, ego te errare exiſtimo. Etenim de re pontificia, ego libentius pontificiales libros, quam alium quemquam audiam. Nam quod ais *Cenſorinum ſecundos ludos in conſulatum M. Valerii, & Sp. Virginii, anno* CCXCVII *contuliſſe*, vehementius etiam falleris. non enim tum de ſecundis, ſed de primis loquitur Cenſorinus, ut poſt ex XVviralibus libris oſtendam. Quod autem objicis de ludis tertiis: *me in eum annum illos rejeciſſe, cujus nulli extent auctores*; fateor. verum illa cauſſa fuit, de qua initio dixi, cum putarem ſub conſulibus eos eſſe ponendos, nec poſſem eos ex Livii ſententia in conſulatu P. Claudii, & L. Junii, nec ex XVviralibus libris in conſulatu P. Lentuli, & C. Licinii collocare, quod per ea tempora marmora Capitolina integerrima ſint, nec patiantur, ne verbum quidem, ne dum tot verſus inter conſules interponi, coactus ſum, ubi primum marmoris fragmentum reperi, conſtituere. Libentius autem certe etiam in hoc XVvirales libros ſecutus eſſem, ſi potuiſſem. Verſus autem, qui interjiciendi erant, hi ſunt:

LUDI. SÆCULARES. TERT.
M'. ÆMILIO. M'. F. MAGISTR. XVIR.
M. LIVIO. M. F. M. N. SALINATORE.

Quos è regione Lentuli, & Licinii conſulum nunc ei ponendos eſſe credo, qui ludos hos adſcribere velit. Quare non eſt, quod tu delirans ſuſpiceris, me quod per eos annos M. Livii Salinatoris, & M. Æmilii Paulli conſulum mentio fieret, adductum eſſe, ut in ea tempora hos ludos conjicerem. ſciebam enim jam pridem magiſterium XVvirale nihil ad conſulatum pertinere. Nam quod vitio vertis, me auctoritatem XVviralium librorum ſecutum, quartos ludos in conſulatum Lepidi, & Oreſtis transtuliſſe, cum potius in Marcii, & Manilii conſulatum, ex Livii ſententia, eſſent rejiciendi: reſpondeo, primum, malle me in hac re, dum poſſum, XVvirales libros, quam Livium ſequi: in quibus ſummam video annorum conſtantiam juxta Horatii verſum & Auguſti ſententiam conſervari; deinde, ne, ſi voluiſſem quidem Livium ſequi, potuiſſe. Nam illa tempora, quæ in Marcii & Manilii conſulatum incurrunt, quamquam aliqua ex parte debilitata, tamen ita integra ſunt, ut ſatis oſtendant, non poſſe verſus aliquot de ludis ſæcularibus inter conſules interponi. Quod autem alio loco ais, *non fuiſſe, quod angerer in enumerandis annis centum adeo exquiſite*; quamvis ne id quidem ſcierim, aut ſi ſcierim, non potuerim tamen Livii locum confirmare; reſpondebo tibi primum de numero centeſimo, deinde de Livii loco. Ego exiſtimo, Robortelle; ſi ſecundi ludi in annum, quo M. Popillius COS. fuit, teſte Zoſimo, inciderunt; tertii in conſulatum P. Claudii, & L. Junii; quarti in conſulatum L. Marcii, & M. Manilii (atque hi ſunt anni apud Livium CDI, DI, CDI. idque ſine ulla correctione, aut mutatione vulgatorum librorum) ſatis me probaſſe; ex Livii ſententia ludos ſæculares centeſimo quoque anno relatos. ſiquidem ego à CDI uſque ad DI centum annos numerare ſoleo, ut à DI uſque ad DCI alios centum. Nam quod ais, *non ſemper exſpectatos eſſe annos centum, quod ex eo intelligi poſſit; quia alii auctores à Livio, qui numerum*

Digitized by Google

centeſimum intulit, *diſſentiant*; quid me hoc torquet, dummodo conſtantiam hanc in opinione Liviana inveniam, ut in XVvirali illam alteram, quod centeſimo decimo quoque anno relati ſint? & ſi quæris, unde tanta annorum in his edendis ludis varietas nata ſit, te docebo, qui hoc, ut multa alia, confiteris te ignorare. docebo autem te quæ non tam ego, quam Onufrius Panvinius vir in obſervanda omni antiquitate diligentiſſimus, & ſummo ingenio præditus exiſtimet. Scribit Acro in ſæculare carmen Horatii ita: *Sæcularis carminis duplex devotio eſſe conſueverat. aut enim pro ſedanda, aut pro vitanda peſtilentia, aut, pro certo, & conſtituto numero annorum: centeſimo enim decimo anno in Capitolio à pueris, & puellis impuberibus cantabatur.* Si ergo duplex fuit devotio carminis ſæcularis, ergo etiam ludorum ſæcularium fuiſſe facile exiſtimari poteſt: ita ut alii ordinarii eſſent, qui certo tempore, & conſtituto referrentur, ut qui centeſimo decimo, vel centeſimo anno fiebant, ut dixi; alii vero, qui extra ordinem pro re nata ſedandæ, vel vitandæ peſtilentiæ cauſſa, ut illi, quorum alii ſcriptores fortaſſe meminerunt. Quare non eſt, quod tu inconſtantiam in annis horum ludorum labores invenire: cum ignores tempora; cauſſas non diſtinguas; & annalium varietatem non accipias, ſed omnia monumenta, omnia ſæcula, omnes cauſſas, cœlum denique, terram omnem una regula metiaris. Et quoniam in hac diſputatione iiſdem auctorum locis uſi ſumus, tu autem arte tua, tanquam Proteus, è manibus elabi meis conaris, non patiar te id facere, atque impune, vel epitomen, vel Cenſorinum pro tuo arbitrio, ut me oppugnes, depravare. ex quo etiam intelligere poteris, an ego, tuam aliquando auctoritatem ſecutus, ludos ex faſtis conſularibus ſæculares exemerim. Locus eſt in epitoma XLIX qui in vulgatis libris ita legitur: *Diti patri ludi ad Terentum ex præcepto librorum Sibyllinorum facti, qui anno primo Punici belli, quingenteſimo & altero ab urbe condita facti erant.* Hunc ego locum ita ex ſcriptis multis libris emendavi, ſed maxime ex uno, quem ego poſſideo, & tibi, cum voles, commodabo: *qui anno centeſimo, primo Punico bello, quingenteſimo & altero ab V. C. facti erant.* Hic illud *centeſimo* improbas. quod ego ita confirmo. Bellum Punicum tertium Marcio, & Manilio Coss. cœptum eſt anno altero, & ſexcenteſimo ab V. C. ut ſcriptum eſt in hac epitoma. iiſdemque Coss. quarti ludi ex Livii ſententia, Cenſorino teſte, & epitoma conſentiente facti ſunt: ergo quarti ludi anno altero & ſexcenteſimo ex Livii ſententia facti eſſe dicuntur. Quod ſi hanc expoſitionem non accipis; dic, *qui centeſimo anno facti erant*; id eſt, qui ſuo & legitimo anno, (is erat ex Livii ſententia centeſimus) facti erant. Quod ſi tu ne hanc quidem vel correctionem librorum diſertiſſimam, vel interpretationem ſplendidiſſimam, probas; quanto minus ego probare debeo tuas; *qui cum quingenteſimum & ſexcenteſimum alterum*, pro *quingenteſimo*, *& ſexcenteſimo ſecundo* interpreteris; deinde ſine ulla librorum auctoritate, *quingenteſimum & ſexcenteſimum quartum* reponis; inani hac conjectura ductus, ſcriptum fuiſſe DIV & alteram literam V deletam eſſe altero crure, & factum eſſe DII unde poſtea ſcriptum eſſe altero & quingenteſimo. quod ipſum cum ais, non conſiderare, ſed ſomniari, quid dicas, mihi videris. an vero tu meis ſcriptis libris fidem non habebis, ego tuis ſomniis habebo? qui inquis legendum eſſe: *Qui ſextodecimo anno primi Punici belli*, quod ii conſules in ſextumdecimum annum ejus belli inciderint: neque in quos te errorum laqueos inducas animadvertis? Sed de epitomâ hactenus. nunc ad Cenſorinum veniamus. cujus tu verba cap. XIII corrigendo

do ita depravaſti, ut ſinceræ ſententiæ ſimulacrum nullum reliqueris. Verba ea in vulgatis Aldinis ita leguntur. *Primos ludos ſæculares exactu regibus cum poſt Romam conditam annu* CCLV *à Valerio Publicola inſtitutos eſſe ad XLvirorum commentarios, anno ducenteſimo nonageſimonono M. Valerio Sp. Virginio Coss. anno poſt urbem conditam* VIII *&* XL. *ut vero in commentariu XIIvirorum ſcriptum eſt, anno quadringenteſimo & decimo, M. Valerio Corvino, & C. Petilio Coss. Tertii ludi*, &c. Hæc verba ita ex ingenio, quo, ut conſtat, excellit, emendat Robortellus: *Primos ludos ſæculares exactu regibus conſtat poſt Romam cond. annis* CCXLIX *à Valerio Poblicola inſtitutos eſſe ad XLvirorum commentarios. Secundi autem ludi fuerunt, (ut multi tradunt.) anno ab urbe cond.* CCXCVII *M. Valerio M'. F. Voluſi N. Maximo, Sp. Virginio Coss. anno poſt urbem conditam* CCXCVII. *ut vero in commentariu XVvirûm ſcriptum eſt, anno* CCCCVIII *M. Valerio Corvo, & C. Petilio Coss.* Hæc ille. nunc ejus enumeremus errata. Primum putat primos ludos non in primo Poplicolæ conſulatu factos, ſed in quarto, & idcirco mutat annum CCXLX in CCXLIX. quanquam debuit potius, ſi quartum ſpectabat conſulatum, CCL ſcribere. nam quartus conſulatus Poplicolæ ad Livianam, Dionyſianam ſummam, ut ſupra oſtendi, cadit, in annum CCL. Deinde, quod non agnoſcens mendam, ait, *inſtitutos eſſe ad XLvirûm commentarios*: cum nulli tum fuerint XLviri. fuerunt enim librorum Sibyllinorum cuſtodes primum Duumviri Sibyllini, poſt Decemviri, tum XVviri. atque inde XVvirûm libri, & commentarii dicti. tertio, quod addens hæc de ſuo: (*Secundi autem ludi fuerunt, ut multi tradunt,*) confundit primos ludos cum ſecundis. nam qui anno CCXCVII facti ſunt, non ſecundi fuerunt, ſed primi, ut XVvirûm libri tradiderunt: quemadmodum & ſupra dixi, & infra apparebit. quarto loco, quod numerum CCXCIX corrumpit, & facit CCXCVII, dirigit enim ſummam aliorum ſcriptorum ad Capitolinam, ſine cauſſa. quincto, quod bis ejuſdem anni numerum apponit; primum ita: *ab urbe cond.* CCXCVII deinde ita: *anno poſt urbem cond.* CCXCVII; nec attendit priorem numerum ad primos ludos pertinere, poſteriorem ad ſecundos, quem tamen mirifice depravavit.; cum pro VIII & CD reponit CCXCVII. Sexto, quod *M. Valerio M'. F. Voluſi N. Maxumo*, ex lapidibus Capitolinis ſine cauſſa intulit, cum, *M. Valerio*, ut ſcripſit Cenſorinus, ſatis eſſet. poſtremo, quod CCCCX in CCCCVII eodem imbutus errore mutat. Quare ego ita emendo; *Primos ludos ſæculares exactu regibus conſtat poſt Romam conditam annis* CCXLV *à Valerio Poplicola inſtitutos eſſe; at ex XVvirum commentariu (anno* CCXCVII *M. Valerio Sp. Virginio Coſſ.) Secundi facti ſunt, Livio & Antiate auctoribus, M. Fabio, & M. Popilio Coſſ. anno poſt urbem conditam* VIII *&* CD. *ut vero in commentariis XVvirûm ſcriptum eſt, anno* CDXVIII *M. Valerio Corvino, & C. Pætelio Coſſ.* Hæc ita ſe habere, hinc colligere poſſumus, quod de ſingulis ludis diverſæ opiniones referuntur; extrema autem ſemper XVviralium librorum eſt: ut poſt in tertiis & quartis ludis apparebit. Cum autem primos ex XVviralibus libris ſcriptum ſit, factos, anno CCXCIX, ſecundos anno CCCC & X, tertios anno duodevigeſimo, & quingenteſimo; quartos anno DCXXIX malim ut ſervetur conſtantia centeſimi decimi anni, legi CCXCIIX, CDIIX, DXIIX, DCXXIIX. neque enim M. Valerius, & Sp. Virginius anno CCXCIX inire potuerunt, cum primi conſules anno CCXLV inierint. neque ullæ ſupputationes ſunt, quæ eam rationem & ſummam tueantur. præterea in ſecundis ludis videtur veriſimile ex CCCCIIX factum eſſe mendoſe CCCE, ET X. nam de tertiis non eſt

dubium. ſcriptum eſt enim diſerte D. *duodevigeſimo.* Porro autem deſiderari nomina auctorum *Livii & Antiatis*, maxime puto, qui concordes in tertiis & quartis citantur. itemque nomina Conſulum, quæ ex Zoſimo ſupplevi. Anni numerum Livianum, id eſt, CCCCI non adſcripſi, quia Cenſorinus, non ut Livium ludorum facit auctorem, ita Livianam etiam affert annorum ſummam: quod poſt etiam quartos ludos ex auctoritate Livii edat in conſulatum Marcii & Manilii, anno ſexcenteſimo quinto, cum DCI ad ſummam Livianam eſſet ſcribendum; DCV autem ſit ad ſummam Plinii, & Ciceronis, quam plerique hoc tempore, ut Glareanus in ſua Chronologia, ſequuntur. Itaque eum numerum, quod divinare nolui, reliqui. Tranſeamus ad alia. Deinceps ſic vulgo legitur: *Tertii ludi fuerunt Antiate, Livioque auctoribus, P. Claudio Pulchro, L. Junio Pullo Coſſ. anno* D *duodevigeſimo, P. Cornelio Lentulo, C. Livio Varo. Coſſ.* Robortellus ita legit: *Tertii ludi fuerunt Antiate, Livioque auctoribus P. Claudio Pulchro, L. Junio Pullo Coſſ. anno* DIX *vel, ut alii, anno* DXVII, *P. Cornelio Lentulo, C. Licinio Varo Coſſ.* Hic Robortellus in ſua permanens ſententia P. Claudium, & L. Junium conſules anno quingenteſimo quarto conſules fuiſſe ait, cum tamen quingenteſimo quinto ſit reponendum, ex eo quod ſequitur, L. Marcio, M. Manilio Coſſ. anno DCV. ſi enim illi conſules anno ſexcenteſimo quinto fuerunt, ut Pliniana, & Ciceroniana docet ſumma, & hi quingenteſimo quinto fuerunt. Præterea non animadvertit, poſt Antiatis, & Livii opinionem, recitari Quindecemviralium librorum ſententiam, quod ex numero annorum perſpicitur, DXVIII etenim centeſimo decimo relati ſcribuntur. Itaque ego ſic emendo: *Tertii ludi fuerunt Antiate, Livioque auctoribus, P. Claudio Pulchro, L. Junio Pullo* COSS. *anno ab urbe condita quingenteſimo quinto, ut in XVvirorum autem commentariis ſcriptum eſt, anno quingenteſimo duodevigeſimo, P. Cornelio Lentulo, C. Licinio Varo* COSS. Pergit deinceps Cenſorinus in vulgatis ita: *De quartorum ludorum anno, triplex opinio eſt. Antias enim & Varro, & Livius relatos eſſe prodiderunt L. Marcio Cenſorino, M. Manlio conſulibus, poſt Romam conditam anno ſexcenteſimo quinto; at Piſo Cenſorius, & Cn. Gellius, & Caſſius Hemina, qui illo tempore vivebat, poſt annum factos tertium affirmant Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio Achaico* COSS. *id eſt,* DC *anno* III. *In Xvirorum autem commentariis notantur ſub annis* DCCXXIX *Æmilio Lepido, & Aurelio Oreſte* COSS. Hic Robortellus numerum anni ſexcenteſimi quinti non mutat, cum tamen ad calculos ſuos, id eſt, Capitolinos, is annum ſexcenteſimum quartum, alterum ſexcenteſimum tertium, mutat in DCVIII. tertium corrumpit. nam pro DCXXIX reponit DCXXVII, nec videt, ſi Marcius, & Manilius anno ſexcenteſimo quinto conſules fuerunt, Lentulus vero, & Mummius anno ſexcenteſimo octavo, Lepidum & Oreſtem neceſſario futuros anno DCXXIIX. Itaque aut priores numeri erant mutandi, aut poſtremus prudentius corrigendus. Adde quod, *vivebant*, non *vivebat*, fuit ab eo corrigendum. nam & Piſo Cenſorius, qui Frugi dictus eſt, eo tempore vixit; ſiquidem paulò poſt conſulatum, & cenſuram, unde Cenſorius dictus eſt, cœpit. qui locus eſt à me pluribus in faſtorum commentario perpurgatus. Eſt etiam Cenſorini locus eodem capite poſitus, quem ille corrigit capite decimo, verba vulgo ita leguntur: *Teſtis Piſo, in cujus annali ſeptimo ſic ſcriptum eſt: Roma condita anno quingenteſimo ſeptimo ſæculum accipit his conſulibus qui proximi ſunt conſules M. Æmilius M. F. Lepidus, C. Pompilius II abſens.* ille ita emendat: *Roma condita anno quingenteſimo viceſimoprimo ſæculum accipit his conſulibus,*

libus, qui proximi conſules ſunt, M. Æmilius M. F. M. N. Lepidus, M. Poblicius L. Fl. N. Malleolus. Quod tandem hoc portentum eſt Robortelle? unde annum quingenteſimum viceſimum primum, & remotiſſimos conſules, M. Æmilium Lepidum, & M. Poblicium Malleolum, extraxiſti? an ignorabas in faſtis Capitolinis anno quingenteſimo nonageſimo quinto M. Æmilium M'. F. Lepidum, & C. Popillium P. F. Lænatem II atque eos à Piſone eſſe intellectos? Potuit enim ille eos proximos conſules vocare, quippe qui tribunus pleb. fuit Marcio, & Manilio COSS. anno vel DCI ut Livius, vel DCIV ut faſti, vel DCV ut Plinius, & Cicero exiſtimarunt. Manilius vero & Popillius conſulatum decennio ante geſſerunt. at quomodo ſæculum accepiſſe Romam proximis conſulibus dici potuit, iis, qui anno DXXI fuiſſent?

Luſtrum V, VI, VII ab urbe condita unde confirmatum.

LUSTRUM quinctum ego conjeci in conſulatum P. Valerii Poplicolæ, conſuis, II. & T. Lucretii in faſtis Capitolinis. Reprehendit id factum Robortellus, hoc modo: *Livius nullum de luſtro verbum facit. Dionyſius cenſum actum prodit, luſtri non meminit. ergo imperitè Sigonius, qui luſtrum notavit, cum cenſum deberet. neque enim efficitur, ut, quia cenſus actus eſt, luſtrum etiam factum ſit. ut Livius libro tertio: Cenſus actus eo anno. luſtrum propter Capitolium captum, conſulem occiſum condi religioſum erat.* Egregie Robortellus, & doctè. Nunc quæro ab eo, an legerit in fragmentis Capitolinis anno ducenteſimo ſeptuageſimo nono ab urbe cond. luſtrum VIII factum eſſe? legit enim ſine dubio. Si ergo illo anno luſtrum octavum factum eſt, perquirenda ſunt ſeptem ſuperiora, quibus annis condita ſint. Ac Ser. quidem Tullium regem, qui luſtrum inſtituit, *quater luſtrum feciſſe*, ſcribit Valerius libro tertio, Superbum regem nullum cenſum feciſſe, (erat autem luſtrum cenſendi populi finis) tradit Dionyſius. Ergo ab anno ducenteſimo decimoquarto, quo primi conſules inierunt teſte Dionyſio, uſque ad annum ducenteſimum octuageſimum, tria luſtra condita ſunt. Cum ergo Dionyſius auctor ſit, anno ducenteſimo quadrageſimo ſexto, & CCLVI & CCLXI cenſum actum eſſe; luſtri vero neque alius quiſquam meminerit, nonne neceſſario intelligendum eſt, Dionyſium pro cenſu, luſtrum etiam accepiſſe? Nam Dionyſius numquam luſtrum nominavit, ſemper autem cenſum, cum alii luſtrum. Etenim, & octavum luſtrum, cujus faſti meminerunt, & decimum, & decimumoctavum, quorum Livius, ille τίμησιν, id eſt, cenſum libro primo, & ſexto vocavit. Huc adde Euſebium in temporibus, qui & hæc luſtra, & alia omnia, quorum meminerit, *cenſus* appellavit. quem niſi tu, quamquam aliqua ex parte mendoſum, contempſiſſes, haud profectò in hunc errorem incurriſſes. Nam quod me quodam in loco Euſebii, quem depravatum dicis, ſtudioſum eſſe opponis, ſic habeto, maluiſſe me ſemper Euſebii tempora etiam depravata, aliquo cum judicio obſervare, quam, ut tu, Liviana integerrima ſine ullo judicio depravare. Si ergo ad octavum luſtrum pervenire non poſſumus, ſi tria hæc luſtra, quos Dionyſius, & Euſebius Græci ſcriptores cenſus vocarunt, prætereamus, quid ais, acutiſſime Robortelle, aut cur hoc unum ex præclaris illis tuis Patavinis caſtigationibus, quod mihi in maledictis objiceres, elegiſti? doce quomodo Dionyſius, quomodo Euſebius *luſtri* vocem Græca voce expreſſerint. doce quo anno luſtrum V, VI & VII factum ſit, ſi eos annos, in quos ego illa conjeci, non probas. niſi hoc facias, animadverſiones illas, quas jactas, tuas inanes

ac commentitias fuiſſe exiſtimabo: cum hæ, quas ut ex omnibus maxime excellentes legiſti, vix aniculæ lucubratione videantur dignæ. Neque enim umquam in faſtis Capitolinis cenſus, ſed ſemper luſtrum notatum eſt. Sed ſi me audies, nullum in poſterum de luſtro, nullum de ludis, nullum de numerandis annis verbum facies.

AD EPISTOLAM GLAREANI.

Mea in Liviana annorum ſumma conſtituenda opinio defenſa, & ut ille ſine cauſa in ea re me inhumanitatis arguerit.

Cum hæc hactenus ſcripſiſſem, perlata eſt ad me epiſtola quædam ab Henrico Glareano, viro eruditiſſimo, ut index præ ſe ferebat, ad Joannem Herwagium jam ante biennium miſſa, in qua ille queritur, *ſe à me inhumanius, quàm ſumma ſua erga Titum Livium ferrent merita, in ſuis refellendis ſententiis, in meis Livianis ſcholiis eſſe tractatum.* ceterum non diſſimulat, *me, quibus in rebus à ſuo diſſenſerim judicio, non injuſtè admodum diſſenſiſſe; ſeque, ſi ad corrigendam antiquitatem ea Græcorum librorum, quibus ego hoc feliciori ſæculo abundavi, ſibi quondam ſubſidia ſuppetiſſent, non minora fuiſſe facilè præſtiturum. unum eſſe, in quo me ſecum diſcrepantem eſſe moleſtè audiat; quod ipſe ſummam Livianam à ſe collectam non approbarim.* Quare, quamquam ego hanc epiſtolam intelligo Glareano ipſo inſciente divulgatam fuiſſe; tamen, quoniam ea ſtudioſe à multis legitur, & ſingulari Glareani auctoritate, acerrimum quaſi telum quoddam adverſus me ab invidis meis, quorum impulſu edita eſt, eſſe exiſtimatur, faciendum mihi eſſe ſtatui, ut ei hoc loco reſponderem, quàm planiſſimè, & quàm leniſſimè poſſem; non ut Glareanum oppugnarem, ſed ut ſententiam meam contra tanti viri opes in Liviana antiquitate tractanda munirem. Me igitur illud ſollicitum inprimis habet, quod quem ſtudiorum communione, atque earundem quaſi cogitationum ſocietate mihi maxime devinxiſſe arbitrabar, eundem à me vel eo ipſo nomine abalienatum eſſe intelligo. perinde enim ille me ſecum diſſenſiſſe conqueritur, quaſi ea harum litterarum, ſtudiorumque ratio ſit, ut, qui ſecundo loco ad ſcribendum ſe contulerit, is ab illis, qui ante ſe ſcripſerint, diſſidere; aut ulla ratione non debeat, aut certe ſine aliena offenſione non poſſit, aut, cum Glareanus ipſe Sabellici, Vallæ, Rhenani, Haloandri judicium, auctoritatemque contempſerit, Sigonium omnes Glareani ſententias approbare, nulla ejus decreta reſpuere in Liviana hiſtoria conſtituenda decuerit. Quod ipſum tamen à me modeſtiſſime eſſe factum, illud argumento eſt; vel quod ſæpe cum eo ita ſenſi, ut eum laudarim, vel ita diſſenſi, ut non vituperarim. Itaque cur eo me ille nomine tam vehementer accuſet, ſatis mirari non poſſum. age enim Polybii ille, Dionyſii, Dionis, Appiani, aliorumque Græcorum auctorum inopia, vitioſos ſæpe ſe Livii locos non poſſe ex ſententia reſtituere querebatur. cur ego, qui libros illos legi, anxias illius dubitationes eximere, ac melioribus quaſi auſpiciis, quod ille aſſequi ſe poſſe negavit, præſtare non debui? memoria præterea ille nutante multis in locis titubare, atque hæſitare videbatur; cur ego idcirco veteribus annalium monumentis memoria repetitis, ſcrupulum, quem ille nobis injecerat, evellere ex animo ſtudioſæ juventutis non debui? Nominum denique Romanorum rationem difficillimam ille atque impeditiſſimam eſſe ſibi perſuaſerat; ſcilicet, quod ea ipſe adjumenta, quæ ſunt ad hanc quæſtionem tractandam accom-

commodata, deſideraret; an propterea ego, qui lapides Capitolinos, quibus in hoc genere nihil eſſe melius poteſt, ſupplevi, in tanta re conſtituenda eos præterire, aut abjicere debui? *At*, inquit ille, *clamat Sigonius, me non legiſſe Stephanum, non legiſſe Priſcianum, quem ego conjicio me legiſſe, antequam ille naſceretur. potuiſſet, ſi quid pudoris in eo eſſet, modeſtè dicere, Glareanus non animadvertit, quod apud Priſcianum eſt, vel quod Stephanus ſcribit. quod equidem moleſte non tuliſſem. nihil enim offendor candida admonitione.* Cui ego reſpondeo, fieri quidem potuiſſe, ut ille, ſi vere, ut audio, annos jam octoginta natus eſt, Priſcianum, & ceteros, multo antequam ego in hanc lucem prodirem, perlegerit; at tum cum illa ſcribebat, locum tamen memoria non tenuerit. me vero, cum ad ejus contumeliam nihil, ad ſtudioſorum utilitatem omnia, compararem, inter hanc, atque illam dicendi formam, non multum intereſſe exiſtimaſſe. Sed quoniam, quæ ſcripſi, ea ne ulla quidem in parte ab eo reprehendi animadverti; reliqua omittam omnia, ad illud tantum, in quo ipſe ſe mecum diſcordare ait, accedam; non ut probabilem ſummo judicio præditi viri conjecturam evertam, ſed ut meam ſententiam contra tanti, ut dixi, viri auctoritatem defendam. verba ejus hæc ſunt: *Riſi maxime, cum mecum velut expoſtulat, quandoquidem Chronologiam ad Livianam hiſtoriam atque adeo Romanam illuſtrandam deſumpſiſſe me dixerim, cur duos annos poſt* CCLXIII *ab urbe condita non omiſerim: quos Livius conſulto, ut aſſerit Sigonius, prætermiſit. ad hoc ego ingenue, ut res eſt, dico: cum viderem librariorum vitio annum ducenteſimum quadrageſimum octavum ab U. C. temere omiſſum, quod & Sigonius fatetur, putabam & hoſce eodem modo injuria temporum prætermiſſos, & adhuc ſum in ea opinione.* Nunc demum intelligo Robortelle, quid ſit, quod & hos tu conſules librariorum vitio, non Livii conſilio eſſe præteritos affirmaris. ſcilicet Glareanum auctorem ſecutus es, cujus etiam epiſtolam hanc te dicere audio, ad te potiſſimum eſſe ex Germania ab Herwagio miſſam. Itaque jam nunc mirari deſino, unde tua iſta repentina ſapientia nata ſit, qui per te aliquid aliquando dixeris. Qua de re, etſi ſatis multa dixi, cum in te diſputavi, non omittam tamen, quin aliquid hoc etiam loco adjungam, ut hanc potiſſimum tibi hujus epiſtolæ auctori gratiam referam. Quid igitur inquit Robortellus, aut is, quem ipſe ſequitur, Glareanus? *Poſt Sempronium, & Minucium conſules in Chronologia Liviana bini conſules debent poni, Sulpicius cum Lartio, & cum Pinario Julius. cur? quia Dionyſius eos conſules apponit.* Hic ego dico, annos Livianos ex Livio, non ex Dionyſio eſſe colligendos, apud Livium autem nullam eorum conſulum mentionem fieri. reſpondent, eos imprudentibus librariis è Livianis annalibus excidiſſe. unde autem hoc colligant, nihil afferunt: non enim librorum ſcriptorum auctoritatem opponunt, non loci alterius firmamento nituntur. immo potius, hoc poſito, Livio adverſantur. Etenim Glareanus, his duobus interjectis annis, cogitur decemviros conſulares in annum trecenteſimum tertium conferre, tribunos militares in annum trecenteſimum undecimum; cum tamen Livius diſerte illos iniſſe dicat anno trecenteſimo altero, hos anno trecenteſimo decimo. ex quo fit, ut alter ſit tertius, & decimus ſit undecimus. quo incommodo cum ipſe ſe urgeri videat, addit, *de uno anno ſe cum nemine certaturum.* neque intelligit hunc annum eſſe illum, quem mihi propoſui inveniendum, ne Liviana annorum deſcriptio titubaret. Robortellus autem ne hoc incommodo premeretur, *primos conſules iniſſe*, dixit, *anno ab urbe cond. ducenteſimo quadrageſimo quarto:* nec animadvertit Livium, & Diony-

Dionyſium aperte, ut ſupra oſtendi, ſcripſiſſe, *Conſules primos iniſſe anno ducenteſimo quadrageſimo quinto*, quod etiam recte docuit Glareanus, à quo miror Robortellum auſum fuiſſe recedere. Uterque autem hac opinione in eum ſcopulum incidit, quod, cum dicat Livius, *tribunos plebis decem creatos eſſe*, *Q. Minucio*, *C. Heratio Coſſ. anno triceſimo ſexto poſt primos quinque*, *qui creati ſunt*, *A. Virginio*, *T. Vetuſio conſulibus*; *anno ducenteſimo ſexageſimo*; coguntur adverſus omnium librorum auctoritatem ex conjectura corrigere, *triceſimo octavo*. Cum igitur illi nulla ratione adducti hoc faciant, ego eorum ſententiam approbabo? non hercule. quid enim roboris habet hoc argumentum? *Hos conſules edit Dionyſius*, *ergo apud Livium reponendi ſunt*. Primum enim quæro. an hoc novum eſſe exiſtimas, duos conſulatus ab uno ſcriptore præteriri, qui ab altero numerentur? non certe. Hoc enim etiam à Piſone factum teſtatur Livius libro nono, his verbis: *Hos conſules Piſo Q. Fabio*, *& P. Decio ſuggerit*, *biennio exempto*, *quo Claudium*, *Volumniumque & Cornelium cum Marcio conſules factos tradidimus. memoria ne fugerit in annalibus digerendis*, *an conſulto binos conſules falſos ratus*, *tranſcendat*, *incertum eſt*. Atque idem etiam indicant Diodori annales, qui, ſi cum aliis comparentur, multos ſæpe prodere conſulatus, quos alii tranſcendant; multos præterire, quos alii profiteantur, invenientur. declarat denique Caſſiodorus, quem apparet, quos conſulatus præterit, non librariorum culpa, ſed de induſtria prætermittere: nimirum, quod talem annorum ſeriem ii annales, unde ſuos ipſe Conſulum faſtos compilavit, ediderint. Si ergo fieri poteſt, ut binos conſules, quos Dionyſius profitetur, Livius prætererit, veſtigemus nunc ex verbis ipſis Livii, utrum librariorum, an Livii culpa præteritos eos eſſe probandum ſit. Ac primum quidem illud ſatis liquet, ex ſequentibus Livianis annorum numeris, Livium horum duorum annorum rationem non habuiſſe, cum *Q. Minucio*, *C. Horatio Coſſ.* ut dixi, *tribunos pleb. decem factos dicat*: *anno triceſimo ſexto poſt primos*, *qui facti ſunt*, *A. Virginio*, *T. Vetuſio Coſſ. anno* CCLX. præterea, quod idem *Xviros iniſſe* ſcribat *anno altero & treceteſimo ab urbe condita*, qui eſt, ut ego oſtendi treceteſimus primus. Ne mireris autem, Xviros in annum CCCI conjici, cum in faſtis Capitolinis in CCCII incurrant. ſic habeto: Oroſium eos in CCC contuliſſe, cum dixit, *Ipſo treceteſimo anno*, *hoc eſt*, *Olympiade nonageſima quincta poteſtas conſulum Xviris tradita eſt*; Dionyſium autem, ut recte ſubduxit Glareanus, in treceteſimum tertium. Adde etiam Caſſiodorum, quem ſatis conſtat & hos Conſules conſulto præteriiſſe, atque ex Liviana hiſtoria faſtos ſuos conſulares concinnaſſe. Nam niſi Caſſiodorum ſequaris, nunquam Livianos ipſos numeros omnes incolumes conſervabis. Ex his ſatis perſpici conſilium Livii poteſt. nunc videamus, an ulla ratione fieri potuerit, ut librariorum culpa horum Conſulum nomina interierint. & locus ne ſit apud Livium ullus, ubi poni illi Conſules ex ingenio poſſint. Primum igitur dico, mirabile videri, nuda nomina binorum deinceps conſulum ex hiſtoria, reliqua manente ſententia, excidiſſe. deinde addo, nihil ex ejus hiſtoria deſiderari; quæque Dionyſius in quatuor annos diſtribuit ea in duos Livium contuliſſe. tum vero illud etiam adjungo, in hac hiſtoria narranda non omnino Dionyſium cum Livio conſentire. unde probabile conjectura ſit, etiam in annis ſupplendis,& eximendis inter eos controverſiam eſſe. Exponam primum res per Conſulares ex Dionyſii ſententia geſtas,deinde ex Livii.

Anno ducenteſimo ſexageſimo tertio, Sempronio & Minucio Conſulibus.

Digitized by

In ſumma annonæ caritate frumentum advehitur. Coriolanus auctor eſt, ne plebi dividatur. plebs ira accenſa Coriolanum multat exilio.

Anno CCLXIV Sulpicio & Larcio Coss.

Portenta, peſtilentia narrantur. T. Latinius è plebe homo in ſenatum debilis delatus ſomnium de inſtaurandis ludis exponit.

Anno CCLXV Julio, & Pinario Coss.

Coriolanus exul Attium Tullum in Volſcis adit: arma capienda perſuadet: Legati Volſcorum Romam de bello mittuntur. Bellum à Volſcis decernitur. Attius & Coriolanus facta in fines Romanos impreſſione Circeios Romanam coloniam capit. Romæ omnia ad bellum comparantur: ſed ante exit annus, quam in aciem exercitus adducatur.

Anno CCLXVI Furio & Nautio Coss.

Æqui ad Volſcos deficiunt. Coriolanus agrum Rom. populatur. Tolerinos, Bolanos, Lavicanos, Pedanos, Corbionem, Bovillas, Pedum in poteſtatem redigit. Romam propius accedit. Legatis, qui de pace miſſi erant reverſis, uxor demum cum matre mittuntur. Hoc modo Dionyſius. Livius autem hoc:

Anno CCLXIII Minucio & Sempronio Coss.

Frumentum advectum ne plebi dividatur, contendit Coriolanus; atque à plebe in exilium agitur. Is in Volſcos abiens parat bellum. Latinius in ſenatum delatus ſomnium de ludis inſtaurandis exponit. Volſci, qui ad ludos venerant, arte Attii Tulli, urbe ejiciuntur. ea contumelia accepta, Tulli conſilio bellum indicitur. Coriolanus dux belli lectus Circeios, Satricum, Longulam, Poluſcam, Coriolos, Lavinium, Corbionem, Pedum invadit, inde agrum Romanum populatur.

Anno CCLXIV Furio, & Nautio Coss.

In ſumma civitatis trepidatione urbs cuſtoditur. Legati de pace ad Coriolanum primum, deinde cum uxore mater mittuntur. Ex his apparet, variari inter hos auctores in cauſſa belli aperienda. nihil enim Dionyſius ait, de contumelia Volſcis Romæ illata, tum cum urbe ejecti ſunt; nihil de ludis inſtauratis. Livium autem ita rem cum re continuare videmus, ut ne ſuſpicari quidem poſſimus, nomina ipſa conſulum excidiſſe. exempli gratia, Coriolanum Dionyſius uno anno in exilium actum, ait, altero Latinium ſomnium expoſuiſſe ſenatui. quas duas res inter ſe copulat Livius hoc modo: *Damnatus abſens in Volſcos abiit. Venientem Volſci benigne excepere. Hoſpitio utebatur Attii Tulli: longe is princeps Volſci nominis erat, Romaniſque ſemper infeſtus. Ita cum alterum vetus odium, alterum ira recens ſtimularet, conſilia conferunt de bello Romano. haud facile credebant, plebem ſuam impelli poſſe, ut toties infeliciter tentata arma caperet. arte agendum in exoleto jam vetuſtate odio, ut recenti aliqua ira exacerbarentur animi. Ludi ex inſtauratione Magni parabantur. Inſtaurandis hac cauſa fuerat ludis.* inde ut in ſenatum Latinius delatus ſomnium de inſtaurandis ludis narraverit, ut ludi inſtaurati ſint, ut Volſci ad ludos venerint, ut arte Tulli urbe pulſi, ut ad arma capienda impulſi ſint; ut Coriolanus dux electus non Circeios ſolum, ſed reliqua etiam oppida ceperit, ita continenter narrat, ut locum nullum, quo amiſſos conſules reſtituas, excogitare queas. quid plura? Dionyſius in unum annum captos Circeios ait, in alterum Lavicos, Pedum, & reliqua. at Livius ita loquitur, ut uno anno hæc omnia geſta videantur: *Circeios profectus*, inquit, *primum colonos, inde Romanos expulit. inde in Latinam viam tranſverſis tramitibus tranſgreſſus, Satricum, Longulam, Poluſcam, & cetera oppida cepit.* Adde, quod Dionyſius in conſulatum Furii, & Nautii expugnationem

tionem horum oppidorum conjicit, Livius, urbis tantum trepidationem, & legatorum uxoriſque cum matre deprecationem refert. Si ergo varietas annalium in rebus geſtis diſpenſandis, & cauſſis exponendis conſtat, cur non poteſt etiam in annis addendis, & omittendis exiſtere? Plutarchus quidem etiam, & Zonaras hæc eadem omnia ita narrant, ut ea in duos tantum annos Livium ſecuti conjicere videantur. Addit Glareanus: *Nullum majus in me habet telum declamandi, quam quod nonnunquam in temporum ſupputatione uno, aliquando duobus annis ratio noſtra ab eo diſcrepat, cum Dionyſii à Livii, & Polybii ratione in totum fere duobus annis diſtet; quod toties in annotationibus noſtris clamo: & in uno anno cum nemine me certaturum ubique profiteor.* Scilicet Glareanus hæc mea verba *telum* appellat, quæ ſunt in Epiſtola: *Quoniam ad Romanam intelligendam hiſtoriam nihil tam aptum eſſe quam rectam annorum, temporumque deſcriptionem, judicabam: qua in re diſſidentes inter ſe veteres auctores eſſe comperiebam; dedi etiam operam, ut, quod Glareanus ante me fecit, neque hac in parte hiſtoriæ Livianæ deeſſem. cujus quidem eruditiſſimi viri labore facile contentus eſſe poteram, niſi ab eo in tota ipſa re diſſenſiſſem. Neque enim Livium in numerandis ab urbe condita annis eadem ratione uſum, qua ceteros, eſſe reperiebam. Qua ille opinione ductus, dum eorum auctoritatem ad Livianam Chronologiam conſcribendam adhibuit, in eam ſæpe ſe neceſſitatem induxit, ut, dum aliorum numeros ſequitur, omnino Livianos aut negligere, aut immutare coactus fuerit. Quod illi profecto in ea Chronologia committendum non erat, quam ipſe ſe Livianæ præſertim hiſtoriæ comparare profiteretur.* Quibus verbis me uſum eſſe profiteor, non, ut ipſum tamquam telo aliquo jugularem, ſed ut Livianorum annorum veritatem indicarem. quæ uno, aut duobus illis, de quibus ait, annis neglectis, nullo modo conſtare poteſt. Addit deinde: *Tandem Sigonius ad quatuor annos devenit, & ut Hercules Antæum prorſus conficiat, ultima illa pulchella annotatione, quæ eſt de anno, quando Livius finierit hiſtoriam Romanam, ad* XVII *annos me jugulat, cum ſint etiam confeſſione mea* XXVIII *in quibus tamen nihil negotii eſt. quis enim certo ſcire poteſt, quot ediderit libros Livius, aut quos adjicere voluerit?* Significat autem mea verba in extremis ſcholiis hæc: *Si hiſtoria Liviana morte Druſi in Germania, & funere ejus, (ut apparet) finita eſt, profecto uſque ad annum* DCCLXI *pervenit. eſt enim mortuus ſe, & T. Quinctio* Coſs. *ut ait Dio libro ſexageſimo, quem annum vocat Glareanus* DCCLXV. exponit autem conſules uſque ad annum DCCLXXII, quia inquit uſque eo Livianam hiſtoriam pervenire, præter unum, aut alterum annum, cum in ſeptimo, & decimo ante anno finiatur. Quæ verba quam vim habeant confodiendi, aut jugulandi, non ſentio, me certe eo tantum animo illa ſcripſiſſe ſcio, ut hiſtoriam Livianam, quoad poſſem vel Glareani ipſius exemplo, illuſtrarem. Quod ſi ille his dicendi generibus, quibus me ab eo modeſte diſſidere oſtendo, ſe jugulari exiſtimat, qui ſenſus ejus eſſet, ſi forte contigiſſet, ut hanc quæſtionem amicus meus incredibili illo ſuo robore argumentorum tractaret? quoties imperitum, quoties nullo judicio præditum ipſe ſe appellari audiſſet; quibus ego nominibus non modo non Glareanum, ſed ne ipſum quidem etiam Robortellum umquam affeci, quem tamen nullo pacto cum Glareano ipſo eſſe exiſtimo conferendum. Quamobrem tantum abeſt, ut ei, quod me hac epiſtola aſperius appellavit, ulla ratione ſuccenſeam, ut, quamquam ſcribi moderatius potuiſſe exiſtimo, tamen cum dolori ejus ignoſcam, tum vero eos, qui hanc Epiſtolam illo inſciente ediderint, multo majorem illi, quam mihi injuriam feciſſe putem.

EX PRIMO LIBRO LIVII.

NUNC quibus in locis mea Robortellus in Livium ſcholia reprehenderit, videamus, & quemadmodum ego in libris Emendationum reprehenſionibus ejus occurrerim ſubtexamus.

Præfat. *Velut diſſidentes primo mores ſequatur animo.*] In hæc ego ſic in ſcholiis: *Probo doctorum quorundam hominum conjecturam, qui deſidentes legunt. Etenim ſubſequitur: Ut magis, magiſque lapſi ſint, tum ut ire cœperint præcipites. Videtur enim eadem ſemper translatione res magis creſcere. Quam translationem, quia primo duriorem eſſe putavit, adhibita particula,* Velut, *molliorem effecit, quod in proprie diſſidentes faciendum non fuiſſet. Eſt autem deſidere leni quodam motu in ſemet concidere, ut Livius libro trigeſimoſecundo:* Terra Velitris trium jugerum ſpatio caverna ingenti deſedit. *Porro autem his verbis mutationes omnes Romani imperii breviſſime complexus eſt. nam cum,* Partum imperium, *ait, intervallum illud totum indicat, quod à Romulo uſque ad Ap. Claudium conſulem, qui primus bellum extra Italiam Carthaginienſibus fecit; cum,* Auctum, *tempus inde ad Carthaginem everſam notat. Deſediſſe præterea mores intelligit Gracchanis temporibus, lapſos magis eſſe Sullanis, præcipites iſſe Cæſarianis.* Hic Robortellus inquit, *Diſſidentes malim, ut eſt in vulgatis omnibus libris. vocat enim Livius diſſidentes mores, in diverſa euntes. ut de toga Horatius: Si toga diſſidet impar.* Utra vero lectio firmiori ratione fulciatur, judicent alii. Illud quidem miror, Clareanum, cum *deſidentes* in Scholiis ſuis approbaſſet, poſt Robortello de *diſſidentes* aſſenſum eſſe, ac ſecum ipſum diſſentire voluiſſe, ut cum Robortello adverſus me conſentiret.

Cap. VIII. *Centum creat patres, ſive quia is numerus ſatis erat, ſive quia ſoli centum erant, qui creari patres poſſent.*] In hæc ego ita: *Sane legendum eſſe videtur:* qui ciere patres poſſent. *Sic enim ſcribit libro decimo:* Qui patrem ciere poſſent, eos patricios eſſe appellatos. *Dionyſius etiam, ac Plutarchus, ubi exponunt cauſas, cur centum potiſſimum ſenatores, quos patres appellaverit, Romulus creavit, ita ajunt,* ὅτι πατέρας εἶχον ἀποδεῖξαι μόνοι, id eſt, quod ſoli centum patres nominare poſſent; *quaſi vero alii terræ filii eſſent.* Adverſus hæc Robortellus robuſtiſſimas duas affert rationes: unam, quia licet *patricii* inde dicti ſint, non tamen *patres* inde appellatos ſentit Livius; alteram, quod Dionyſius opinionem hanc, qua multorum mentes imbutæ ſunt, non approbat. Excutiam primum vulgatam lectionem, deinde confirmabo meam. Dionyſius civitatem à Romulo in duas partes diviſam tradit, in plebeios, & patres; patres autem dictos ait, vel quod ætate ceteris antecellerent, vel quod generis ſplendore præſtarent, vel, ut Romanorum obtrectatoribus placuit, patricios vocatos eſſe, quia ſoli ciere patres poſſent. quid Plutarchus? centum optimos fecit ſenatores, & eoſdem patricios; cœtum autem eorum ſenatum appellavit. Patricios vero ſenatores vocatos ajunt, alii, quia juſtorum filiorum erant patres; alii potius, quia ipſi ſuos ciere poſſent patres, quod non multis facere licuit, ex iis, qui in urbem primi confluxerunt. quid Livius? *Centum creat patres, ſive quia is numerus ſatis erat, ſive quia ſoli centum erant, qui creari patres poſſent. patres certe ab honore, patriciique eorum progenies appellati.* Cum ergo Dionyſius, & Plutarchus probabiles aliquot cauſſas ejus nominis Patrum attulerint, quam hanc eſſe Livianam dicemus? *Patres creati centum erant, qui creari patres poſſent.* at cur non poterant ducenti, cur non trecenti? quid eſt hoc? quid ſenatori cum patribus? deinde quid eſt *creari patrem.* quando dixit Livius alias, *aliquos patres eſſe creatos*? quod ergo

ergo nemo dixit, quod per ſe inane eſt, quod genus dicendi parum Latinum infert, id à Livio eſſe dictum aſſeremus? At *patricii inde dicti ſunt*, inquis, *non patres*. Reſpondeo apud Romulum eoſdem fuiſſe patricios, & patres, & ſenatores. Vides enim Dionyſium, diviſam eſſe ab eo civitatem dicere in plebeios & patres. qui ſunt patres, an ſenatores? non, ſed patricii. ibi enim diſcrimen gentium vocat. quos vero patres appellavit, in reddenda ejus nominis cauſſa patricios vocat. Vides Plutarchum eoſdem ſenatores, & patricios factos dicere, cur autem ſenatores patricii dicti ſint, cauſſas reddere. Tradit etiam Zonaras, auctor, ut ſcis, Græcus, qui non niſi ex bonis auctoribus hauſiſſe ſuam hiſtoriam videtur, *Romulum centum creaſſe ſenatores, eoſque patricios appellaſſe.* Lege Livium, ſæpe invenies *patres* plebi opponi, non ut ſenatum populo, ſed ut patricias gentes plebeiis. an vero cum toties inquit, *conſules factos, unum è patribus, alterum è plebe*, illum unum ex ſenatoribus lectum ſignificat? non certè. at non ne etiam idem inquit, *centum in patres eſſe à Priſco rege lectos, eoſque minorum gentium appellatos*, quos Cicero ad Pætum ſcribens, *patricios minorum gentium* nominavit? Fuerunt ergo Romuli tempore centum ſenatores, qui patres iidem, & patricii dicti ſunt. itaque idem erat numerus patriciorum, ac ſenatorum. progredientibus autem temporibus crevit numerus patriciorum. Nam filii, nepoteſque eorum patricii fuerunt illi quidem, non tamen ſtatim ſenatores. immo vero ſenatores etiam fuerunt, qui ne patricii quidem erant, ſed plebeii. Ergo ſi Romuli tempore iidem ſunt ſenatores, patres, & patricii, cur *centum patres*, id eſt, ſenatores legit Romulus? inquit Livius, quia vel is numerus ſatis erat, vel quia ſoli centum erant, qui ciere patres poſſent atque hoc idem oſtendit Livius in decimo libro, cum P. Decium plebeium ita loquentem facit, *Patricios quondam dictos, qui ciere patrem poſſent, ſe quia patrem ciere poſſit, patricium eſſe.* At Dionyſius, inquis, hanc opinionem non probat. at ne eam quidem probat Livius, cum ait, *Sive quia ſoli centum erant, qui ciere patres poſſent. Patres certe ab honore dicti.* Sed faciamus hanc probari à Livio, improbari à Dionyſio, an hoc portentum tibi videtur? quot in rebus, & quidem graviſſimis diſſenſerunt? lege commentarios meos, ibi quanta ſit inter eos diſcordia demonſtratum invenies. quamquam ſi Dionyſius eam non probavit; at probavit Plutarchus, non neglexit alio in loco Livius.

Cap. XI. *Cruſtuminum*] *Ignoratione*, inquit, *rationis veterum in ſcribendo labi aliquis poteſt, ut lapſus eſt Sigonius, qui putat apud Livium ubique legendum Cruſtomerium, & Cruſtomerinos.* attendite: *quia*, inquit, *apud Halicarnaſſeum* Κρυςομέριον, *&* Κρυςομερινὺς *video ſemper ſcribi. imperitus hic ignorat Græcos certam rationem ſecutos in dictionibus Romanis vertendis. Longum eſſet, ſi ſingula nunc vellem perſequi. ſed quatenus ad rem propoſitam ſpectat, quotieſcumque erat Latina dictio vertenda in Græcam, quæ litteram haberet* u *longum, vertebant in* ν, *ſi autem* u *breve* eſſet, *in* ὀμικρόν. *Hinc videas apud eundem* Ῥουτόλους *dici Rutulos,* Κορατίους *Curatios. quod autem in Cruſtumerii nomine* u *ſit breve, Virgilii teſtimonio probatur. ait enim Ardea Cruſtomerique & turrigera Antemnæ, &* Νυμᾶς *Numa. Virgilius idem libro nono: Sarranoque Numaque.* Atque hæc quidem, ut modeſte, in me Robortellus effundat, omnes vident, ut autem vere, nunc accipiant. Mea, ubi hac de re egi in ſcholiis Livianis, hæc verba ſunt: *Veteres libri habent Cruſtominum, Dionyſius, Plutarchus, Stephanus,* Κρυςομέριον, Κρυςομερινύς. Tu, ſi litteras calles, Robortelle oſtende, ex his verbis elici poſſe, me velle, aut ubique legi *Cruſtomerium*, aut damnare *Cruſtumerium*. tum ego tibi oſtendam,

non

non ſolum *Cruſtumerium*, quod ego non reprehendi, ſed *Cruſtomerium*, quod tu improbaſti, dici poſſe. Primum enim eſt librorum veterum, ut dixi, auctoritas. cum *veteres* dico, non impreſſos quondam, ſed ſcriptos dico, quos multos inſpexi ex bibliothecis ſumptos divi Joannis de Verdaria Patavii, Divorum, Marci, Antonii, Joannis & Pauli Venetiis, atque multorum amicorum. memini autem hanc ſcripturam eſſe libri potiſſimum, quem mihi Auguſtinus Gadaldinus, medicus Græcis, & Latinis litteris egregie eruditus, dedit; quam cum nunc quærerem, eam, etiam in uno, quem tum non videram, M. Antonii Mureti, reperi. cum ita ſit, quis mihi jure ſuccenſere poteſt, cum priſcorum librorum ſcripturam Græcorum auctoritate munitam in medium profero? præſertim vero cum ea Grammaticorum eti m veterum graviſſimo teſtimonio fulta ſit, qui litteras *o* & *u* eam inter ſe ſocietatem habuiſſe, aſſerunt, ut multas voces antiqui promiſcue modo per *o*, modo per *u* pronunciarint. Sic enim loquitur Quinctilianus, non Grammaticus ſolum, ſed rhetor etiam nobiliſſimus, libro primo cap. de literis. *Quid* o, *&* u *permutata invicem? ut Hecoba & Notrix, & Culchides, & Pulyxena ſcriberentur. ac ne in Græcis id tantum notetur, Dederont & Probaveront.* & Victorinus de Orthographia: *Noſtri, ut apparet ex libris antiquis fœderum, & legum: qui etiam ſi frequenti transſcriptione aliquid mutarunt, tamen retinent antiquitatem. Nam* O *non ſolum pro brevi, & longa, ſed etiam pro* u *poni, ut pro populus populos, pro piaculum piacolom, pro huic hoic, pro funus fonus. Item alia multa.* Et Priſcianus libro primo: U *quoque multis Italiæ populis non erat in uſu, ſed è contrario utebantur* O. *unde Romanorum quoque vetuſtiſſimi in multis dictionibus loco ejus* O *poſuiſſe inveniuntur, poblicum pro publicum, quod teſtatur Papirianus de orthographia, polchrum, pro pulchrum, colpam, pro culpam dicentes, & Hercolem pro Herculem.* Ac ne hoc uſurpatum exiſtimes Romulo tantum, aut Numa regnante, Auguſtus hoc etiam obſervaſſe à Victorino traditur, qui patrio caſu *domos* pro *domus* dixit, & alii, qui *quoius*, & *quoi*, pro *cujus*, & *cui* protulerunt.

In faſtis etiam Capitolinis Auguſti tempore inciſis, vel certe Tiberii, videmus eſſe *Poblicium*, & *Poblicolam*, quos alii *Publicium* & *Publicolam*; item *Poblilium*, & *Publilium*, item *Scævulam*, quem alii *Scævolam*. *Flovium* pro *Fluvium*, ego etiam legi in exemplo tabulæ æneæ antiquiſſimæ. Si ergo tot voces tam *o*, quam *u* receperunt, cur non etiam *Cruſtomerium* inter eas referre poſſumus, libris præſertim Livianis veteribus atteſtantibus? Nam T. Livium ipſum adeo antiquitate delectatum ſcribit Quinctilianus, ut *Sibe*, & *Quaſe* eum dixiſſe, ſe ex Pædiano comperiſſe affirmet. At quàm modeſtè Robortellus me arguit? *Imperitus hic*, inquit, *ignorat Græcos* u *breve per* o *vertiſſe, ut Dionyſium* Ῥοτύλους, Κορατίους, Νομᾶν *pro Rutulus, Curiatius, Numa.* Male verſatus es in Græcis annalibus Robortelle; & tamen, cum hæc ſcripturus eſſes, eos ſtudiosè evolvere debuiſti. Lege Strabonem lib. 5. ſemper Ῥουτούλους ab eo ſcribi invenies. lege Plutarchum in Parallelis, & Zonaram lib. II Κουρατίους reperies. lege Plutarchum in Numa Νουμᾶν ſemper, numquam Νομᾶν ab eo ſcribi cognoſces. Dio Ἰόβαν ſcripſit, eundem à Strabone lib. VI & XVII Ἰούβαν appellari deprehendes. quid? Νομαντίας, & Νουμαντίαν urbem à Juba hiſtorico dictam eſſe apud Suidam invenies. Jam credo te videre, ut præclare tuæ iſtæ regulæ jaceant, & uter noſtrum imperitior ſit ego qui *Cruſtumerium* non improbavi, an tu, qui *Cruſtomerium* reprehendis.

Cap. XIII. *Equus Curtium in vado ſtatuit*] In hunc locum ita Glareanus: *Equum Curtius in vado ſtatuit. Hæc lectio ſiquidem vetuſta eſt, maxime placet, Sabellicus tamen Eques Curtium,*

pro

pro Equus Curtium in vado ſtatuit, *legendum putat. Ego vero ita: Equus Curtium in vado ſtatuit.* Hanc lectionem laudat Glareanus injuſtè. veteres enim libri habent, *Equum Curtius in vado ſtatuit.* ex quo intelligi poteſt, legendum eſſe, *Equum Curtius in vado deſtituit.* Nam Plutarchus hanc ſententiam ita vertit, καὶ ἐάσας τὸν ἵππον, ἑαυτὸν ἔσωσεν, id eſt, *deſtituto equo ſemet ſervavit.* Errori locum dederunt finitimæ illæ ſyllabæ *do de.* Adverſus hæc Robortellus: *Sigonius Livii verba corrumpit; dum ad ſententiam Plutarchi ipſa vult accommodare, cùm tamen uterque diverſa protulerit, alios ſecutus auctores. ſententia eſt. equum emerſiſſe ex palude illa, & ſtatuiſſe Curtium in vado, id eſt in loco tuto, ac minime profundo. Sigonius dum accommodat Livii verba ad Plutarchi ſententiam, ita emendat temere, conjectura utens: Equum Curtius in vado deſtituit. Sed hæc meræ ſunt nugæ. nam omnes vetuſti libri habent, ut ante ego retuli.* Quæ ſunt meræ nugæ, Robortelle modeſtiſſime? primum vides in ſuo lib. ita legiſſe Glareanum, eamque lectionem probaſſe, dummodo vetuſtatis auctoritate, fulciretur. deinde in multis, quos ego inſpexi olim ſcriptis libris, & nunc etiam in Mureti, ſcito ita eſſe diſertiſſime. habes deinde ſenſum hunc optimum: *Monumentum ejus pugnæ, ubi primum ex profunda emerſus palude, equum Curtius in vado deſtituit, Curtium lacum appellarunt.* Significat enim Curtium evaſiſſe incolumem, relicto in vado equo. atque idcirco loco nomen inditum ubi Curtius deſtituit equum. Habes eandem ſententiam à Plutarcho confirmatam. quem animadverti multa ad verbum è Livio, quem etiam ſæpe citat auctorem, transtuliſſe. Habes genus dicendi planum, & nullâ ſui parte novum. ut illud paullo ante: *Cùm fluitantem alveum tenuis in ſicco aqua deſtituiſſet.* habes erroris ſimilitudinem, *vado ſtatuit, vado deſtituit.* Quod ſi excutere velimus tuam; primum eam non in omnibus libris invenimus. deinde quaſi rationem equo tribuemus, ut equitem in vado collocarit. tum novum, & inauditum hoc genus dicendi, *equum ſtatuere in vado equitem*, invehemus. poſtremo contra Plutarchi (qui multa à Livio ſumpſit) ſententiam, ex nullius autem ſcriptoris auctoritate, incommodum ſenſum inferemus. Nam Dionyſius Curtium tandem ex palude cum armis emerſum incolumem ad ſuos perveniſſe ſcribit, ita: ὁ δὲ Κούρτιος πολλὰ μοχθήσας σὺν χρόνῳ σώζεται ἐκ τῆς λίμνης τὰ ὅπλα ἔχων, καὶ εἰς τὸν χάρακα ἀπάγεται. equi vero non meminit. fuit certè Curtio commodius equum in vado deſtituere, quam in Palude. Non probas ex conjecturâ ſyllabam addi ſimilem præcedenti. an eſt hoc contra præcepta, an contra exempla tua? qui dictiones etiam integras mutari, verſus integros adimi poſſe ſcriptum reliquiſti. ſi hæc tibi nugæ viſæ ſunt, & quidem meræ, quæ librorum ſcriptorum auctoritate roborata, quæ Plutarchi judicio confirmata, quæ uſitata loquendi formulâ comprobata, quæ ſententiâ optimâ ſunt innixa, quid de tuâ, immo de tuis judicabimus, quos leviſſimâ ſolâ ſemper conjecturâ commotus, adducis?

Cap. XVIII. *Augur ad lævam, ejus capite velato, ſedem cepit.*] In hac ego: *Hunc in modum diſtinguendum eſſe Rhodiginio placuit, Plutarchi auctoritate adducto, qui ſcribit in Numa* ἐνταῦθα τῶν μαντέων ὁ προὔχων τὴν μὲν εἰς μεσημβρίαν τρέψας ἐγκεκαλυμμένον, αὐτὸς δὲ παραστὰς ἐξόπισθεν. *Videtur enim Plutarchus, ſi modò rectè eſt apud illum vox illa* ἐγκεκαλυμμένον, *caput regis velatum fuiſſe, non auguris ſignificare. Me autem juvat eorum eſſe ſententiæ, qui ad lævam ejus ſcribunt, & caput velatum auguris intelligunt: quod infra dicat; Statua Attii capite velato in comitio fuit. & libro X. Si augur capite velato victimam cædat, auguriumve ex arce capiat.* Adverſus hæc Robortellus: *Plutarchus non diſſentit à Livio ſicuti Sigonius exiſtimat. Nam legi debent illa ver-*

verba, & interpungi ſic: τὴν μὲν εἰς μεσημβρίαν τρέψας ἐγκεκαλυμμένος αὐτὸς, καὶ παρεστὼς ἐξόπισθεν. Quid Glareanus? *Non diſſentit Plutarchus à Livio, ut oſtendit Robortellus.* ô rem ridiculam! quaſi vero ſi Livius, & Plutarchus per vim ad concordiam adducendi eſſent, non ego rationem indicaverim.

Cap. XIX. *Atque omnium primum ad curſum lunæ in duodecim menſes deſcribit annum, quem quia tricenos dies ſingulis menſibus Luna non explet, deſuntque dies ſolido anno, qui ſolſtitiali circum agitur orbe intercalares menſibus interponendo ita diſpenſavit, ut vigeſimo quoque quarto anno ad metam eandem ſolis, unde orſi eſſent, plenis annorum ſpatiis dies congruerent.*] *Vigeſimo anno*, habent omnes ſcripti libri, quos ego legerim, quos Rhenanus, quos Glareanus, quos Sabellicus, quos Nannius, quos Faërnus. quod Robortellus non inficiatur, & tamen legendum putat, *Vigeſimo quarto quoque anno.* Ego vero, cum incredibilem hunc librorum conſenſum religioſè obſervandum eſſe ducerem, dandam mihi operam eſſe arbitratus ſum, ut, *Vigeſimo quoque anno*, ſervarem. ſervatur autem, ſi dicamus, Numam annum inſtituiſſe dierum CCCLIIII. non CCCLV. Itaque cum Plutarchum auctorem haberem, qui dum hanc anni à Numâ factam deſcriptionem tradit, hunc numerum tradit, non dubitavi, quin, *Vigeſimo quoque* retinerem, at *vigeſimo quoque quarto*, quod jam in libros audacius invaſerat exturbarem. Hic inſtat Robortellus, & ait; *Numam Macrobio, & Cenſorino auctoribus dierum annum primum CCCLIIII ordinaſſe, deinde in honorem imparis numeri diem addidiſſe, ita ut eſſet dierum CCCLV. qua ratione docent illi effectum eſſe, ut vigeſimo quoque quarto anno dies congruerent.* Confiteor hanc eſſe Macrobii, & Cenſorini doctrinam, ut vigeſimo quoque quarto anno habita diei in honorem imparis numeri additi ratione dies convenirent. ſed iidem etiam rationem, quaſi intento ad locum digito, indicant, quâ facilè veterem Livii lectionem, & Plutarchi auctoritatem defendas. Etenim, cum Numa annum primum fecerit, dierum CCCLIIII. poſt autem diem addiderit, conjectura probabile eſt, ipſum aut additi à ſe diei oblitum eſſe, aut certe unius diei in ſupputando rationem non habuiſſe. quod ſubindicant hæc verba Macrobii, ubi de Numâ loquitur: *Hunc ergo ordinem Romanis quoque imitari placuit. quippe fugit eos, diem unum (ſicut ſupra demonſtravimus) additum à ſe ad Græcum numerum, in honorem imparis numeri. eâ re per octennium convenire numerus atque ordo non poterat. ſed nondum hoc errore comperto, per octo annos nonaginta quaſi ſuperfundebant dies, alternisque annis binos, & vicenos, alternis, vicenosque intercalares expenſabant intercalationibus quatuor*, &c. Item Cenſorinus. Numam etiam non omnino ſcite inſtituiſſe annum docet Plutarchus cùm ait: ἥψατο δὲ καὶ τῆς περὶ τὸν οὐρανὸν πραγματείας, οὔτι ἀκριβῶς, οὔτι παντάπασιν ἀθεωρήτως. & paulo poſt: καὶ τοῦτο μὲν αὐτὸ τὸ ἴαμα τῆς ἀνωμαλίας μειζόνων ἔμελλεν ἰαμάτων δεήσεσθαι. Si ergo errorem in numerando ſuum non vidit Numa, ſed credidit rectam à ſe annorum rationem eſſe initam, profectò apparet ipſum imparem numerum, quem poſtremo adjecerat, non reſpexiſſe. neque hoc Livii erratum, ſed Numæ fuiſſe, neque à Livio rationem ejus ſummæ, ſed à Numâ exigendam eſſe; Livium autem, & Plutarchum multum vidiſſe, qui rem, ut acta eſt, litterarum monumentis prodiderint, eos vero plane cæcos eſſe, qui cùm ipſi ſemitam non videant, aliis viam, quam ingrediantur, ſe oſtenſuros eſſe profiteantur. Faernus certè mihi eſt aſſenſus.

Cap. XXI. *Et ſoli Fidei ſolemne inſtituit*] In hæc ego: Si in quibuſdam ſcriptis eſt, (ut audio) *Et ſimul fidei*, non improbo. Contra Robortellus; *Ego*, Soli, *legendum puto, quia*

non

non inſtituerat aliis diis ſolemne ſacrum, id eſt, anniverſarium. Deinde de voce *ſolemni* exempla, quaſi id negetur, aut non ab omnibus, illo excepto, ſciatur. Ut facilius ea, quæ dicam intelligantur, recitabo locum Livii integrum: *Camœnis eum lucum ſacravit, quod earum ſibi concilia cum conjuge ſua Egeriâ eſſent, & ſoli Fidei ſolemne inſtituit.* Ego, quia, *Soli Fidei ſolenne inſtitutum*, ait: ſi vera narrentur à doctis, quos aliquando de litteris diſſerentes audivi, in aliquot ſcriptis legi, *Et ſimul fidei*, malim ita: *Lucum Camœnis ſacravit, & ſimul Fidei ſolenne inſtituit.* Hoc rodit Robortellus, quam avide? primum, *ſolenne* dicitur, anniverſarium, Varrone, Virgilio, Livio auctoribus, ſcio. *Soli autem Fidei legendum, quia non aliis diis ſolenne inſtituerat, id eſt, anniverſarium.* Videte ergo, quibus ſe laqueis irretiat Robortellus, & quibus ſe anguſtiis, in angulo hujus diſputationis extremo, concludat, ut hiſtoriæ notitia juguletur, & ſe nihil ſcire fateri cogatur. Si demonſtraro, aliis etiam diis Numam ſolenne inſtituiſſe, id eſt, anniverſarium, profectò ipſe ſe nihil in hoc genere ſcire confiteatur neceſſe eſt. Confitebitur autem, neque enim pugnax eſt: & jam id ita eſſe pro certo habet. Jam tum, cùm ſcribebat in me, non credebat: puerum enim me putabat, nunc virum expertus eſt. Scribit Dionyſius, *Numam Terminalia diem feſtum Termino deo inſtituiſſe, eique ſacrum non ſolenne ſolum, ſed etiam ſtatum conſecraſſe.* Idem ſcribit, *Fidei quoque ſacrificia publica, ut etiam aliis diis, ordinaſſe.* afferam verba, ne fingere videar: ἱερὰς ἀπέδειξεν Ὁρίου Διὸς τοὺς λίθους, καὶ θυσίας ἔταξεν αὐτοῖς ἐπιτελεῖν ἅπαντας ἡμέρᾳ τακτῇ καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἐπὶ τὸν τόπον συνερχομένους, ἑορτὴν ἐν τοῖς πάνυ τιμίαν, καὶ τὴν τῶν ὁρίων θεῶν καταστησάμενος. ταύτην Ῥωμαῖοι Τερμινάλια καλοῦσιν. & poſt: πρῶτος ἀνθρώπων ἱερὸν ἱδρύσατο πίστεως δημοσίας καὶ θυσίας αὐτῇ κατεστήσατο, καθάπερ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς δημοτελεῖς.

Sic Robortelle, quid eſt, quod ait, Numam inſtituiſſe Termino θυσίας ἡμέρᾳ τακτῇ κατ᾽ ἐνιαυτὸν, niſi *ſacra ſtata, & ſolennia*, id eſt, quæ certo die, quotannis celebrarentur? Aude nunc dicere, ſoli Fidei ſolenne inſtitutum, aliis diis non item, & meam emendationem eo nomine labefactare.

Cap. XXIII. Venio ad METIUM de quo tu ita: *Fuffetium etiam ſcribendum cenſet, & ita imprimi juſſit in ſuo; quia Φουφέτιον videt ſcribi ab Halicarnaſſeo. Sed cur non Bubetium etiam ſcribit Sigonius, ſecutus Plutarchum, qui ſcribit ubique Βυβέτιον. cur Halicarnaſſeum potius, quàm Plutarchum ſequitur?* Hæc ille. Ego primum quid ſcripſerim indicabo, deinde quæ ſcripſerim confirmabo. De Fuffetio ita ego ſcripſi in ſcholiis Livianis libro primo. *ALBANI METIUM SUFETIUM CREANT.*] *Lege Fufetium. nam Dionyſius habet* Φουφέτιος, *Plutarchus in libro* τῶν παραλλήλων Μέττιον Φουφέττιον *appellat.* Eodem modo. *Q. Fufius Calenus*, non, *Fuſius, uti vulgo, vocandus eſt. Quod ex Capitolino ejus conſulatu & Græco Dionis libro intelligi poteſt.* Hæc ego tum. His nunc adjicere poſſum, habere me aliquot etiam Valerii Maximi exemplaria ſcripta, in quibus ſit, *Fufetius*, non *Sufetius*. Libet autem hîc Pierii Valeriani viri doctiſſimi judicium, ac teſtimonium de Metio, & Fufetio afferre; ut ipſe, dum hæc reprehendis, quantum in obſervatione antiquitatis valeas, aliquando intelligas; atque ubi intellexeris, ſtudioſius aliorum, & maximè vetera monumenta perluſtres, & perlegas. Pierii in VIII Æneidos verba ſunt hæc: *Cita Metium in diverſa quadrigæ diſtulerant.*] *Antiqui omnes codices, quotquot habui Metum legunt dictione biſyllaba, quam alibi unico T, alibi geminato reperias. mutilatamque eſſe dictionem causâ metri, Servius ait, dum ipſe quoque Metum biſyllabum agnoſcit. ſane Mettius duplicato TT, pluribus locis in veterum monumentis ſcriptum animadverti,*

Pla-

Digitized by Google

Placentiæ in D. Paulli templo. L. METTIUS L. F. duobus TT notatum eſt. & Romæ in adib. Pauli Plancæ, legere eſt, Q. METTIO, & P. METTIO. tametſi non ignorem, & Metia, & Metius unico T alibi notatum. utcumque vero primam in eo ſyllabam produci volunt. Sed enim hic minimè præterire poſſum, quod pervulgato errore in Livianis codicibus, & alibi paſſim Metius Suſetius per S prima littera ſcriptum eſt, cùm dubio procul Fufetius per F ſit ſcribendum. ita enim apud Dionyſium Halicarnaſſeum, & Græcos alios invenias Φυφέτιος.. Præterea, *ſi qui voluerint Græcis adhibere fidem, oſtendit mihi Janus Parrhaſius, vir utraque linguâ eruditiſſimus, T. Livii codicem vetuſtate venerabilem, in quo Fufetium ſcriptum erat prima littera per F non per S. quem quidem codicem nomina quædam ſpecioſa Vindicianus, Nicomachus Dexter, & Victorianus ſe emendaſſe adſcripſerunt; idque in Symmachorum gratiam ſe feciſſe profeſſi ſunt. Ad hæc & Nonii Marcelli vetuſtum codicem protulit, & alios quoſdam auctores, in quibus eodem modo Mettius Fufetius ſcriptum habebatur. Ajunt præterea Pomponium Lætum, totius antiquitatis virum obſervantiſſimum, qui ſuperiori ætate in Rom. gymnaſio primas obtinuit, ſæpius inclamare ſolitum, Fufetius dicendum.* Hæc Pierius. Quæ ſi tu legiſſes, aut niſi viri hujus, immò horum auctoritatem, ut aliorum omnium, contempſiſſes, numquam me, quod pro *Suſetio Fufetium* repoſuiſſem, ut increpares, in animum induxiſſes. Ex his autem illud intelligi poteſt, primam ſyllabam Metii apud Virgilium longam eſſe, cum tamen tu brevem exiſtimes, cum ais, *falſum eſſe, quod Mettius duobus TT ſcribi debeat, idque ex verſu Virgiliano oſtendi: Haud procul inde citæ Mettium in diverſa quadrigæ.* quomodo enim brevis ea ſyllaba eſſe poteſt in Metum, quem Servius atteſtantibus omnibus antiquis libris agnoſcit. deinde quid in tanto veterum librorum, doctorumque hominum conſenſu de Fufetio reſpondebis, quem ubique à Plutarcho Φυϐέτιον nominari ais, idque falſo; nam in libro quem protuli τῶν παραλλήλων, Φυϐέττιον, idque ut apparet, litterâ unâ mendosâ appellat? quam hinc ridicula eſſe illa videntur, quæ profers, *Βυϐέτιος ʒυδέτιος, Fufetius, ʒfetius, Suſetius.* at inquis, *erat etiam magiſtratus Carthagine, qui Punica lingua Suffetes dicebatur.* ergo non inuſitata erat talis pronunciandi, & ſcribendi ratio. quid? ergo Albani, aut Romani linguam ſuam à Carthagine uſque duxerunt? & Romana dicendi ratio ex Punica ipſa petita eſt? O prudentiam hominis incredibilem!

Cap. XXVI. *Sic eat quæcumque Romana lugebit hoſtem.*] Robortellus ita: *Emendant iſti quæcumque Romanum lugebit hoſtem. nec ſentiunt tolli omnem vim ex eo dicto.* Audi Robortelle, quid dicam? Antea legebatur, *Romanum*, ut etiam in pleriſque, quos olim inſpexi, ſcriptis, & nunc etiam in Mureti libro, animadverti. Rhenanus autem unius libri auctoritate adductus, *Romana*, repoſuit. *Romana* tibi, mihi *Romanum* magis placet. tibi vis dicti poſita videtur in *Romana*, mihi in *Romanum hoſtem.* cupit enim Horatius ſororis percuſſor, quamcumque mulierem, quæ Romanum luget hoſtem, non Romanam modo, ſed etiam peregrinam ejuſmodi morte multari. ita enim ſupra etiam Romulus: *Sic deinde quicumque alius tranſiliet mœnia mea, dictitans, Remum interfecit.*

Cap. XXVIII. *Exempli parum memoris legum Romanarum.*] Robortellus ita: *Emendant iſti novi correctores, Humanarum*, etſi omnes ita habent impreſſi etiam Melchioris Seſſæ, & afferunt locum Varronis ex Nonio: *Metium Suffetium propter perfidiam interfecit plane imperioſius, quam humanius.* cum ſit ibi legendum *immanius.* Ad hæc dico, mea verba in hunc locum hæc eſſe: *Emendat Rhenanus Romanarum pro Humanarum, quod non placet. nam & à veteribus libris diſſidet, & à Varrone, qui ita ſcribit lib. primo de*

Vita populi R. ut eſt apud Nonium: Metium Fuffetium propter perfidiam interfecit pane imperioſius, quam humanius. Quid ad hæc Robortellus? Quid aliud, niſi ſuum illud, *Legendum eſt* Romanorum, *Legendum*, immanius. cur? quia ipſe dixit, jam enim hoc conſecutus eſt Robortellus, ut auditores ejus de ſe, ut Pythagorei quondam de Pythagorâ, exiſtiment. quæ ſunt iſtæ pectoris tui anguſtiæ, quæ animi egeſtas Robortelle, ut nihil probare, nihil refellere poſſis, niſi omnia ſtatim corrumpas? ſemper hic erro, corrigas volui dicere. non vides ſenſum? oſtendo. Metium ait corporis membris in diverſas partes diſtractis necatum à Romano rege, exemplo parum memore legum humanarum, id eſt crudeliſſimè, atque immaniſſimè. neque enim hominem in alterum hominem adeo ſævire leges ipſæ humanitatis permittunt. unde dixit Varro, *interfectum illum à rege panè imperioſius, quàm humanius.* tu vero *immanius*, id eſt, crudelius legis. quid? tu nullàm exſtitiſſe crudelitatem in hac nece Metii putas? at quæ major eſſe potuit immanitas? tu miſeram illam membrorum diſtractionem atrocitatis nihil habere exiſtimas? credo. neque enim eâ immanitate eſſes, ut Livium, ut Plinium, ut omnes, ſummus præſertim auctor humanitatis, tam inhumanè dilaniares. Quod ſi *Legum Romanarum* legas, dic, quæ tum erant de ſuppliciis latæ leges, cum inſtitutis potius, & moribus populus, quam legibus, teneretur? ut eo primum anno lex de cæde conſtituta à rege ſit.

EX LIBRO SECUNDO.

CAp. XXIII. *Ad hæc viſa, auditaque clamor ingens oritur, non jam in foro ſe tumultus continet, ſed paſſim tota urbe nexu vincti, ſolutique ſe undique in publicum proripiunt.*] Ego emendavi, *Nexi, vincti, ſolutique. Nexus autem*, ut inquit Varro, *eſt is, qui liber ſuas operas in ſervitute dat alteri pro pecunia, quam debet, donec ſolverit creditori.* Nexorum autem duorum genera fuerunt, unum eorum qui inviti ſervirent, alterum, qui volentes. quorum illi vincti, hi ſoluti dicuntur. Invitos ſerviſſe multos oſtendit ſeditio, de qua hoc loco Livius. Volentes alios, idem libro VIII cum inquit: *Cui cùm ſe C. Publilius ob æs alienum paternum nexum dediſſet.* Hic *nexos* accepit pro iis, qui operam ſuam præſtarent pro pecuniâ quam deberent: quos Zonaras, ubi de hac re loquitur, τοὺς ἐξ ὑπερημερίας κατεχομένους vocat, id eſt, *qui, quod ad præſcriptam diem non ſolviſſent, in poteſtate eſſent.* quod Livius dixit lib. X. *Inire nexum: Etſi unciario fenore facto levata uſura erat, forte ipſa obruebantur inopes, nexumque inibant.* Non omnes autem nexos in vinculis à creditoribus habitos eſſe, oſtendit idem hoc loco cum ait: *Hoc propoſito edicto, & qui aderant nexi profiteri extemplo nomina, & undique ex totâ urbe proripientium ſe ex privato, cùm retinendi creditori jus non eſſet, concurſus in forum fieri.* Nam ſi nexi aliquot, tum cum edictum propoſitum eſt, in foro aderant, ergo non in vinculis erant. Robortellus autem veterem lectionem retinet, *Nexu vincti.* atque ita Livium dixiſſe ait, quomodo Cicero pro Murena; *Nexu obligati*: *In iis rebus, quæ mancipi ſunt, is periculum judicii præſtare debet, qui ſe nexu obligavit.* Ego vero dico aliud eſſe, *Nexu obligari*, & aliquid *nexu, & mancipio noſtrum eſſe*, quod ille præter rem, ut ſolet omnia, profert, atque id de quo agimus. quemadmodum in primo de jure civium Rom. docui. Cùm autem ipſe exponat *nexu vinctos*, id eſt, qui corpus ob æs alienum tradiderant creditori in ſervitium; quærit à me, *quo modo, ſi vincti erant, potuerint in publicum procurrere?* neque attendit ſeditionem eam exarſiſſe, quod

quod acerbius in ergaſtulis tractarentur; & ſe eadem difficultate urgeri. dico vero evaſiſſe è vinculis, quomodo C. Publilius libro octavo è compedibus Papirii feneratoris evaſit. Quamobrem quod addit, me corrupiſſe Livium in pluribus, quam mille & ſexcentis locis, & ſe id propediem patefacturum, mallem ab eo conſideratius eſſe dictum. quis enim ei fidem eſt habiturus, præter Glareanum, cùm videat, eum ex tanto numero vix quindecim tentare auſum eſſe.

Cap. XIX. *A. Poſtumius Dictator.* Dictatori A. Poſtumio Albo bello Latino ad lacum Regillum magiſtrum equitum fuiſſe T. Æbutium Eluam Livius & Dionyſius auctores ſunt. cum autem ego Florum pro Æbutio, Coſſum profiteri viderem, notavi id ipſum in commentario Faſtorum. Hic Robortellus, Flori patronus, me reprehendit, quod eum notaverim, & ait *putare ſe vocem illam, Coſſum, ex verbis Flori eſſe tollendam; irrepſiſſe enim ex gloſſemate alicujus imperiti.* Bonâ tuâ veniâ dicam, Robortelle, nimis ſtudioſus es antiquitatis. neque enim me pateris veteris cujuſquam ineptias indicare. Unde tuus iſte in veteres amor tam repentinus? Iniquis dii malefaciant, qui te quotidie optimum, & vetuſtiſſimum quemque auctorem maledictis figere nunciant. niſi forte hanc caſtigandæ antiquitatis laudem tu ſolus appetis, ac tibi depoſcis. Ego verò, cum nondum hæc tua emendandorum librorum ars eſſet edita, quâ tu quamcumque vocem tollendi, reponendi, mutandi pro arbitratu facultatem concedis, cum in ſcriptis, impreſſiſque Flori libris *Coſſum* eſſe viderem, nec poſſe quamcumque vocem temere deleri demens putarem, dixi decipi Florum. Nunc ſi tollitur vox *Coſſus*, nihil dico. An autem tolli debeat, tibi, qui id affirmas; etiam atque etiam cogitandum eſſe cenſeo. Sic enim loquitur Florus: *Coſſus equitum magiſter exuere frenos imperavit, (& hoc novum,) quo acrius incurrerent.* At nihil tale de Æbutio magiſtro equitum Livius, nihil Dionyſius. unde ergo hoc ſumpſit Florus? nimirum ab Cornelio Coſſo, qui poſt fuit magiſter equitum M. Æmilio Mametcino dictatori, bello, ut opinor, Fidenati. de quo ita Livius: *Magiſter equitum Coſſus, frenos ut detrahant equis, imperat.* Si ergo apparet Florum memoriæ vitio lapſum, qui Coſſum detrahendorum equis frenorum auctorem dictatori Poſtumio magiſtrum equitum addat, qui Æmilio fuit; cur corrigendus eſt potius Florus, quam notandus? non enim vitium eſt tantum in nomine magiſtri, ſed in conſilio, quod ne hoc quidem in bello adhibitum eſt. At equitum, inquis, hoc etiam in bello egregia opera fuit. nam dictator, auctore Livio, equites equis deſcendere, & pugnam inire juſſit. Primum non eſt idem, detractis equorum frenis effuſo impetu in hoſtem incurrere, & dimiſſis equis pedeſtrem pugnam capeſſere. deinde illud fuiſſe magiſtri equitum conſilium traditur, hoc dictatoris mandatum. Si ergo neque Coſſus hoc in bello magiſter equitum fuit, neque illud Coſſi conſilium hoc in bello uſurpatum eſt, apparet non librarii, ſed Flori vitio Coſſum Poſtumio dictatori magiſtrum equitum eſſe adjectum. Hoc errore poſito, ita ſcripſi: *Idem ſentit is, qui de viris illuſtribus tradidit, cùm Coſſi ſtratagema illud exponit, de quo Livius in anno* CCXXVII, *quorum verborum hæc ſententia eſt. Si auctor libri de viris illuſtribus magiſtrum equitum dictatoris Poſtumii equis frenos detrahi juſſiſſe ait, ergo idem ſentit, quod Florus, Coſſum Poſtumio magiſtrum equitum fuiſſe. Nam Livius poſt alio bello Coſſum hujus auctorem conſilii facit.* Nunc ille me ita reprehendit: *Falſa refert Sigonius, nam auctor de Viris illuſtribus, Coſſi non facit mentionem ullam.* Robortelle, ſi eo acumine ingenii es, ut ſenſum meorum verborum planiſſimum non percipias, cur eſt mo-

modeſtiâ es, ut falſa me retuliſſe falſo ſcribas? egone ſcripſi auctorem illum Coſſum nominaſſe, an ſignificaſſe?

Cap. XXX. *Tres fuere ſententiæ. P. Virginius rem non vulgabat, de iis tantum, qui fidem ſecuti P. Servilii.* COSS. *Volſco, Sabino, Auruncoque militaſſent bello, agendum cenſebat. T. Lartius totam plebem ære alieno eſſe demerſam, nec ſiſti poſſe, ni omnibus conſulatur. Ap. Claudius & natura immitis, & efferatus: Agedum, inquit, dictatorem, à quo provocatio non eſt, creemus. jam hic, quo nunc omnia ardent, conticeſcet furor. pulſet tum mihi lictorem, qui ſciat jus de tergo, vitaque penes unum illum eſſe, cujus majeſtatem violavit.*] Ex his verbis apparet tres ſententias eſſe dictas de plebe ob æs alienum militiam detrectante, unam à Virginio, qui parti plebis ſatisfaciendum eſſe cenſebat; alteram à Lartio, qui omnibus; tertiam ab Appio, qui nemini. Quid de his ſententiis judicatum ſit, deinceps exponit Livius, ſed ea verba, aliter ab aliis interpuncta, diverſam edunt ſententiam. Sic legit Rhenanus: *Multis, ut erat, horrida, & atrox videbatur Appii ſententia, rurſus Virginii, Lartiique exemplo haud ſalubrem utique Lartii putabant ſententiam, quæ totam fidem tolleret. medium maxime habebatur Virginii ingenium.* Quam lectionem ego non probavi, quia ſequitur, ut Virginii ſententiam primo vituperet, cùm ait *exemplo haud ſalubrem* fuiſſe, deinde laudet, cum ait: *moderatum utroque Virginii conſilium* habitum eſſe. ut bis de ea, & Lartii ſententia judicet. Ea cauſa fecit, ut meliorem multo eam eſſe lectionem duxerim, quam ego in aliquot ſcriptis libris repperi, hoc modo: *Multis, ut erat, horrida atque atrox videbatur Appii ſententia, rurſus Virginii, Vetuſiique exemplo pernicioſa. Haud ſalubrem utique Lartii putabant ſententiam quæ totam*, &c. hoc ſenſu Appii ſententia horrida, & atrox videbatur, & eadem rurſus Virginii, Vetuſiique exemplo pernicioſa. Lartii ſententiam haud ſalubrem exemplo putabant. Virginii moderatum utroque habebatur ingenium. Quod autem ait, pernicioſam Appii ſententiam viſam; Virginii Vetuſiique, exemplo, conſules, qui tum erant, intelligit, qui cùm cogere, ut Appius cenſebat, plebem in bellum voluiſſent, nihil profecerant; atque conſularis majeſtatis jus imminuerant. Sic enim ſcribit Livius: *Redeunt in tribunal Conſules, citari nominatim unum ex iis, qui in conſpectu erant, deditâ operâ jubent. cùm ſtaret tacitus, & circa eum aliquot hominum, ne fortè violaretur, conſtitiſſet globus, lictorem ad eum conſules mittunt. quo repulſo, tum verò indignum facinus eſſe clamitantes, qui patrum conſulibus aderant, devolant de tribunali, ut lictori auxilio eſſent. Sed ab lictore nihil aliud, quàm prehendere prohibito, cùm converſus in patres impetus eſſet, conſulum intercurſu rixa ſedata eſt.* Apparet ergo, ut Appii ſententia atrox eſſet, cùm animadverti vellet in detrectantem militiam plebem, & ut pernicioſa Virginii, Vetuſiique conſulum exemplo, qui id cum ſumma patrum ignominia fruſtra tentaverant. Hanc autem lectionem vituperat Robortellus duabus rationibus. primum, quod ex conjectura pro *Lartii*, *Vetuſii* repoſui. id quod fateor. Sed id librarii vitium fuiſſe, inde ſuſpicor, quod vox *Lartii* ſtatim ſubſequitur; ad quam ille reſpiciens, pro *Vetuſii*, *Lartii* ſcripſit. Id autem hoc novum ei videri demiror, qui artem addendi, adimendi, mutandique ad arbitrium edidit. deinde, *quod formulam loquendi Livianam non agnoverim, quam formulam repræſentari lectione, quam ipſe pretulit*, ait, ea vero eſt hæc: *Multis, ut erat, horrida, atque atrox Appii ſententia videbatur, rurſus Virginii, Lartiique exemplo haud ſalubrem, utique Lartii putabant ſententiam, quæ*, &c. Eſt autem, inquit, loquendi ratio eleganter per collectionem primo, mox per diſtributionem, perplexa quidem & obliqua, ſed apta ad orationem gran-

grandem conficiendam. Ego autem, ubi attente hanc dicendi formulam, atque ea, quæ citat, exempla conſideravi, alieniſſimam, & minimè ferendam ſententiam ex hac promi lectione inveni. Exempla autem ejus hanc habent vim, ut collectio ſuum habeat verbum. & diſtributio fere ſuum. ut illud Ariſtotelis: *γινομένης οὖν ἀπ' ἀρχῆς αὐτοσχεδιαστικῆς καὶ κωμῳδία, ἡ μὲν ἀπὸ τῶν ἐξαρχόντων τὸν διθύραμβον, ἡ δὲ ἀπὸ τῶν τὰ φαλλικὰ αὐξήθη.* & Virgilii illud.

Eam circum Mileſia vellera Nymphæ
Carpebant, Drymoque Xanthoque, &c.
Cydippeque & flava Lycorias, altera virgo,
Altera tum primas Lucina experta labores.

Item:

Compulerantque greges Corydon, & Thyrſis in unum,
Thyrſis oves, Corydon diſtentas lacte capellas.

Item:

Et manibus jam tangeret aquis,
Læva aciem ferri, dextra, nervoque papillam.

Item:

Jamque neci Sthenelumque dedit, Tamyrimque Polumque,
Hunc congreſſus, & hunc: illum eminus.

Item:

Hunc illa exceptum transjecit,
Protinus Orſilochum, & Buten duo maxima Teucrum
Corpora: ſed Buten adverſo cuſpite figit.
Orſilochum fugiens.

Item:

Prolem Dolicaonis Hebrum
Sternit humi, cum quo Latagum, Palmumque fugacem.
Sed Latagum ſaxo, atque ingenti fragmine montis
Occupat, os, faciemque adverſam, poplite Palmum
Succiſo volvi ſegnem ſinit.

Item:

Interea bijugis infert ſe Lucagus albis.
In medios fraterque Liger; ſed frater habenis
Flectit equos, ſtrictum rotat acer Lucagus enſem.

Item:

Vos etiam gemini Rutulis cecidiſtis in arvis, &c.

Habet ergo in his exemplis collectio verbum ſuum, plerumque etiam diſtributio. nunquam autem ſine proprio verbo collectio. At in hac oratione Liviana, quam his Virgilianis ſimilem eſſe vis, collectio nullum habet verbum, niſi ex ſuperiore membro alienum aſſumat, hoc modo. *Appii horrida, & atrox ſententia videbatur. rurſus Virginii, Lartiique* ſubaudi, ſententia horrida, & atrox videbatur. hæc enim collectio illa eſt, de qua dicit Robortellus, cui ſubſequens eſt diſtributio ſuo ornata verbo. *exemplo haud ſalubrem putabant Lartii ſententiam, Virginii moderatum utroque conſilium habebatur.* Quod ſi collectio proprio caret verbo, nihil eum hæc exempla ad hanc emendationem inferendam adjuvant; imo omnia ſupervacanea ſunt; ſi ex ſuperiore membro, (non enim ex inferiore poteſt, quod exempla Virgiliana demonſtrant) alienum verbum mutuatur, dico alieniſſimam, & fœdiſſimam ſententiam inferri. ut æquè atrocem, & horridam Virginii, & Lartii ſententiam appellet, qui aut parti, aut omnibus ſatisfaciebant, atque Appii, qui nemini, & qui dictaturæ terrore in terga plebis dicto non audientis minabatur. adde etiam expoſitionem illam Livii alieniſſimam. Cur enim horrida & atrox Lartii ſententia? quia exemplo haud ſalubris, quia tollebat omnem fidem. Cur Virginii? quia moderatum utroque ingenium erat: O Livium ſtultum, ſi hæc voluiſti, ſapientem Robortellum, ſi hoc eum voluiſſe crediſti. Ergo aut exempla tibi meliora, atque aptiora quærenda ſunt Robortelle, aut mea lectio, quam improbas, approbanda.

Cap. XXXIII. *Ita tribuni plebei creati duo, C. Licinius, & L. Albinus.* hi

hi tres collegas ſibi creaverunt. in his Sicinium fuiſſe ſeditionis auctorem. de duobus, qui fuerint, minus convenit. ſunt qui duos tantum in Sacro monte creatos tribunos dicunt.] Hic ille me inſimulat, quod hæc nomina non emendaverim. eſſe enim ea à librariis corrupta. & pro *C. Licinio* reponendum eſſe *C. Sicinium*, pro *L. Albino*, *L. Junium*. Adducitur autem Dionyſii, Plutarchi, Pædiani, & aliorum, quos ipſe commemoravit, auctoritate, qui inter duos primos tribunos pl. ſummo conſenſu *C. Sicinium Bellutum* ſeditionis auctorem, *& L. Junium Brutum* referunt. Eſt autem illud ridiculum, quod in quo me injuſtè reprehendit, jure reprehendendus ipſe eſt. Hoc autem ita eſſe demonſtremus. Recitat Livius duas opiniones de primis tribunis pl. unam, quæ fuit, quinque primum creatos tribunos; alteram, quæ duos tantum. Ex quinque nominat ſolum tres, C. Licinium, L. Albinium, C. Sicinium ſeditionis auctorem. de duobus, qui fuerint, ait non convenire. Ille vero pro C. Licinio C. Sicinium reponit. quam conſideratè, non attinet dicere. ita enim fit, ut C. Licinium honore injuſtè depellat, C. Sicinium bis nominet. Erit enim idem primus, & tertius apud Livium tribunus pl. C. Sicinius ſeditionis auctor, quo nihil ne cogitari quidem poteſt abſurdius. Spoliat autem honore C. Licinium indignè, cum Dionyſius inter primos quinque tribunos pl. duos Licinios numeret Caium, & Publium, & præterea C. Sicinium Bellutum ſeditionis auctorem cum L. Junio Bruto, & C. Icilio Ruga. Eſt ergo hoc prudentiæ, quod videndum erat, non animadvertiſſe; probitatis autem, amicum, quem laudare debebat, ſine ratione aſperius appellaſſe? Præterea pro L. Junium reponit maximè ex Pædiano, qui de duobus tribunis pl. Livium citat auctorem, & duos primos tribunos plebis nominat, L. Junium Paterculum, & C. Sicinium Bellutum. Cui ego reſpondeo, non idcirco quia Pædianus auctorem profitetur Livium in numero, etiam eum citat in nomine tribunorum. Sic enim ait: *Sunt qui eundem illum duorum numerum, quem Cicero, ponant, inter quos Tuditanus, & Pomponius Atticus, Liviuſque noſter. Idem hic & Tuditanus adjiciunt, tres præterea ab illis duobus collegas creatos eſſe. Nomina duorum ſunt hæc, qui primi creati traduntur, C. Sicinius L. F. Bellutus, L. Junius C. F. Paterculus.* Hæc ille. Ex Livio autem non eſſe ſumpta hæc nomina patet, quod Livius inter primos duos C. Licinium, ut dixi, numeravit, non C. Sicinium, quem tertio loco ſtatuit. Si ergo in eo apertè diſcrepat, cur non poteſt etiam in altero? præſertim veteribus libris omnibus apertè *L. Albinum*, non *Junium* profitentibus? Accedit, quod nulla cauſa eſt, cur potius apud Livium *L. Junius* ex Pædiano reponendus ſit, quam ex Livio apud Pædianum *L. Albinius*. Veteres enim libri Pædiani olim impreſſi habent, *Lavinius Paterculus*. ut tam facile reſtitui poſſit pro *Lavinius*, *L. Alvinius*, quam *L. Junius*, immò vero etiam facilius illud, quam hoc. Nam Paterculum nuſquam alias Junii cognomen fuiſſe accepimus, & hunc L. Junium tribunum pl. de quo agimus, omnes præter Pædianum, Bruti cognomine afficiunt; ut *Paterculus* Albiniorum eſſe cognomen videatur, & potius apud Pædianum ex Livio reponendus ſit *L. Albinius*, quam apud Livium ex Pædiano *L. Junius*. Hoc ita eſſe apparet etiam ex tertio libro, ubi de tribunis pl. refectis poſt x virûm abrogationem loquitur. inter eos enim C. Sicinium creatum ait, progeniem ejus Sicinii, quem primum tribunum pl. creatum eſſe in Sacro monte memoriæ proditum eſt. ut cùm de duobus primis tribunis pl. in Sacro monte creatis loquimur, quæ fuit altera à Livio tradita opinio, vel C. Sicinium & L. Junium, vel C. Licinium, & L. Albinum, ſtatuere de-

Digitized by Google

debeamus, neque aliquid apud Livium immutandum ſit. Quamobrem gratulor T. Livio, vereque gratulor, qui non te Robortelle emendatorem adeptus ſit, neque enim ulla veræ lectionis, aut germanæ antiquitatis veſtigia apud eum, quæ tua eſt ſcientia, atque prudentia, reliquiſſes.

Cap. L. *Cöeuntibuſque Etruſcis Fabii jam continenti agmine armatorum ſepti, quo magis ſe hoſtis inferebat, cogebantur breviore ſpacio & ipſi orbem colligere; quæ res & paucitatem eorum inſignem, & multitudinem Etruſcorum multiplicatis in arcto ordinibus faciebat.*] Hujus loci hunc ſenſum eſſe ego in ſcholiis ſcripſi: *Aciem, quæ breviore in ſpacio cogitur, & orbem colligit, eo plures ordines habere; quo majore in ſpacio explicatur, eo pauciores.* In hæc verò ille ita: *Ego quale ſit hoc, quod Sigonius profert, non percipio, nec ullum puto eſſe, qui percipere poſſit. immò vero longe ſecus ſe res habet. quò enim breviore in ſpacio cogitur acies, eo pauciores ordines eſſe neceſſe eſt. quo autem majore in ſpacio explicatur, eo plures. Sed Sigonius Livii verba non intelligit. Multiplicatis enim cum dixit, idem eſt, ac ſi dixiſſet, condenſatis, ut ſit ſententia. Multiplicatis in arcto ordinibus, id eſt, denſatis, factum eſt ut Fabii, qui erant* CCC *tantum pauciores viderentur, hoſtes vero, qui plurimi erant, & ante diſperſi fuerant, videbanturque pauci poſtquam in unum collecti ſunt breviore ſpacio, plures videbantur. Verùm rem totam explicat Ælianus in libro de acie more Græcorum inſtruenda,* ἱστέον, ὅτι διπλασιάζεται ἡ φάλαγξ, ἢ τόπῳ. Ego vero miror, cur, quod ipſe ſe negat intelligere, reprehendat. Quid autem, cùm id ſcripſi, ſpectarim, demonſtrabo. *Multiplicari in arcto ordines* intellexi, augeri non magnitudine, ſed numero. Secutus autem ſum ſententiam illam Livii lib. XLII. *Primo à mari circumfuſa turba amicorum, ac ſatellitum procedebat, deinde extenuabant paullatim anguſtiæ agmen.* Quo ergo magis ab anguſtiis loci ordines extenuantur, eo plures fiunt: ut ſi XX ſint ordines, quorum ſinguli decem habeant milites, deinde anguſtiis loci compulſi non niſi quinque complecti poſſint, multiplicabuntur ordines, & erunt quadraginta, ſed tenuiores. atque hoc eſſe opinor διπλασιασμὸν κατὰ προσώπων, de quo Ælianus in libro de aciebus inſtruendis, ὅτι ἀπὸ τοῦ βάθους τοὺς ἡμίσεις ὁπλίτας εἰς λόχους ποιήσαντες συντάξομεν μετὰ τῶν λοιπῶν τὸ μῆκος, ὥστε γίνεσθαι τοὺς λόχους ἀντὶ ακδ', β μη. τοῦτο διπλασιασμὸς προσώπων ἐστίν, id eſt, *duplicatio perſonarum eſt cùm ex latitudine dimidiam partem militum in ordines conjectam cum reliquis inſtrueremus in longitudinem, ut ordines ſint pro mille* XXIIII *duo millia* XLVIII. Atque hoc modo fit, ut hæc multiplicatio ordinum, & paucitatem inſignem reddat, quia ordines exiliores fiunt, & multitudinem inſignem, quia ordines plures evadunt. Itaque quod dixi *breviore ſpacio plures ordines fieri*, refero tam ad Fabios, quam ad Etruſcos: quod dixi, *majore pauciores*, ad nullos. Tu autem *multiplicatis*, pro *condenſatis*, accipis, ac vis eamdem condenſationem ordinum eos, qui pauci ſunt, reddere pauciores, qui multi, plures. ego vero contra putarem, ſi condenſati paucorum ordines pauciores videntur, pari ratione & multorum non ita multos potius, quam plures videri. Sed de hoc ſenſu, judicent alii. Quod vero addis Livium alio etiam loco, *Duplicato centuriarum numero*, dixiſſe pro *condenſato*, id eſt, magnitudine aucta, non numero, in eo etiam à te diſſentio. Verba Livii ſunt libro primo, ubi de claſſium centuriis locutus eſt, ejuſmodi: *Nec mirari oportet hunc ordinem, qui nunc eſt poſt expletas* XXXV *tribus, duplicato earum numero, centuriis juniorum, ſeniorumque ad inſtitutam ab Ser. Tullio ſummam non convenire. quadrifariam enim urbe diviſa, regionibus, collibuſque quæ habitabantur partes, tribus eas appellavit, neque hæ tribus ad centuriarum diſtributionem quidquam pertinuere.* Hic tu, *Duplicato earum numero*, interpretaris, *Aucto, & condenſato*

centuriatum numero. non enim, inquis, *plures equitum centuriæ factæ ſunt, ſed eorum equitum, qui in ſingulis erant, numerus auctus eſt, & duplicatus. aliter enim intelligi locus ille non debet.* O ſcientiam hominis admirabilem! Cur potius equitum numerum auctum interpretaris, quam peditum, cum veriſimile ſit, ſi creverunt opes civitatis, ſi numerus civium auctus eſt, tam peditum, quam equitum numerum ſuccreviſſe, id eſt, ut ipſe ais, centurias duplicatas, ac condenſatas eſſe? Qui ergo locus Robortelli judicio, non aliter, quam ut ille dixit, intelligi debet, is Sigonii judicio longe aliam ſententiam habet. Ego enim *Duplicatum*, hoc etiam in loco, ad numerum, non ad magnitudinem refero. & tribus omnes duplicatas intelligo ita, ut cùm à Ser. Tullio factæ eſſent XIX poſt expletas quinque, & triginta tribus, totidem & fermeaceſſerint. decem autem & novem tribus, ab Ser. Tullio conſtitutas eſſe, docui in libris de Jure civium Romanorum. Itaque vocem *earum* ad *tribus* refero, non ad *centurias*, & *Duplicato* ad numerum, non magnitudinem, ut dimidio auctas eas exiſtimem, non condenſatas.

Cap. LVI. *Conſul lictorem ad tribunum, privatum eſſe clamitans, ſine imperio ſine magiſtratu.*] Horum verborum ut vis eſſet apertior, locum ego protuli ex quæſtionibus Plutarchi, in quo ita ille ſcribit! Διατὶ περιπόρφυρον ὁ δήμαρχος οὐ φορεῖ, τῶν ἄλλων ἀρχόντων φορούντων· ἢ τὸ παράπαν οὐδ' ἐστὶν ἄρχων, οὐδὲ γὰρ ῥαβδούχους ἔχουσιν, οὐδ' ἐπὶ δίφρου καθήμενοι χρηματίζουσιν, οὐδ' ἔτους ἀρχῇ καθάπερ οἱ λοιποὶ πάντες ἄρχοντες εἰσίασιν, οὐδὲ παύονται δικτάτορος αἱρεθέντος, ἀλλὰ πᾶσαν ἀρχὴν ἐκείνου μεταθέντος εἰς ἑαυτὸν αὐτοὶ μόνοι διαμένουσιν, ὥσπερ οὐκ ὄντες, ἄρχοντες, ἀλλ' ἑτέραν τινὰ τάξιν ἔχοντες. quorum verborum ſententiam ita verti. *Cur cùm purpura alii magiſtratus utantur, tribunus pl. non utitur? An quia tribunus pl. magiſtratus non eſt. neque enim ex ſella tribuni jus dicunt, neque principio anni, ut reliqui magiſtratus, ineunt, neque creato dictatore ſe abdicant, verum omni tranſlato ad dictatorem imperio, ipſi tamen poteſtatem ſuam retinent, quaſi magiſtratus non ſint.* Ex his verbis duo arrodere conatus eſt Robortellus. unum quod παύονται *abdicant*, alterum quod περιπόρφυρον *purpuram* converterim. Verba ejus hæc ſunt: *Falſum eſt, quod ait Sigonius creato dictatore conſules abdicare ſe ſolitos narrare Plutarchum. nam ipſe ait παύεσθαι, quod non abdicare ſe, ſed interim deſiſtere uti poteſtate, & jure ſuo, dum dictator is eſt. Ex quo apparet, argumentationem ejus hanc eſſe. Male Sigonius vertit apud Plutarchum, tribunos pl. creato dictatore non abdicaſſe, nam falſum eſt, conſules abdicaſſe creato dictatore.* Non dico, quam aliena hæc ejus ratio ſit, quam inanis, quam ridicula: illud dico, me utrumque apertè demonſtraturum, & παύεσθαι apud Plutarchum eſſe, quod Latini dicunt *Abdicare*; & Conſules creato dictatore, abdicaſſe. Dic enim Robortelle, nonne apud Livium legiſti, *mortuo cenſore collegam ejus abdicaſſe*? legiſti certe; at cùm de ea re loquitur Plutarchus, nonne παύεσθαι utitur? Eodem quæſtionum in libro: τῶν τιμητῶν θατέρου τελευτήσαντος ἔδει καὶ τὸν ἕτερον πεπαῦσθαι τῆς ἀρχῆς. quid eſt ibi πεπαῦσθαι, an deſiſtere uti jure ſuo, an magiſtratum deponere, quod Latine dicitur *Abdicare*! Et alibi: Διατὶ τῶν ἄλλων ἱερέων τὸν κατ. δικασθέντα παύοντες ἕτερον αἱροῦνται· παύοντες eſt, *abrogantes, & abdicare cogentes.* At conſules, inquis, creato dictatore non abdicabant. O ſtultum ergo Polybium, dementem Dionyſium, qui hoc litteris prodidiſtis. quid inquit Polybius? ita lib. III. Δικτάτορος καθισταμένου παραχρῆμα διαλύεσθαι συμβαίνει πάσας τὰς ἀρχὰς ἐν τῇ Ῥώμῃ, πλὴν τῶν δημάρχων. id eſt, *dicto dictatore ſubitò omnes magiſtratus diſſolvuntur præter tribunum plebis.* quid eſt *diſſolvuntur*, niſi *abdicant*? Accipe nunc quid Dionyſius dicat lib. V, ubi loquitur de dictatore primum

Digitized by Google

mum creato: ἦν δὲ τὸ προβούλευμα τοιόνδε· Λάρκιον μὲν καὶ Κλοίλιον τοὺς τότε ὑπατεύοντας ἀποθέσθαι τὴν ἐξουσίαν, καὶ εἴ τις ἄλλος ἀρχήν τινα εἶχεν, ἢ πραγμάτων κοινῶν ἐπιμέλειαν. ἕνα δὲ ἄνδρα, ὃν ἂν ἡ βουλὴ προέληται, καὶ ὁ δῆμος ἐπιψηφίσηται, τὴν ἁπάντων ἐξουσίαν παραλαβόντα ἄρχειν μὴ πλείωνα χρόνον ἑξαμήνου. & poſt: ὁ Κλοίλιος ὕπατος ἀναγορεύει τὸν Λάρκιον δικτάτορα, καὶ αὐτὸς τὴν ὑπατείαν ἐξόμνυται. Quibus verbis apparet decretum fuiſſe, ut creandi dictatoris cauſsâ omnes magiſtratus abdicarent, & Clœlium conſulem, ubi Lartium collegam dictatorem dixit, abdicaſſe. Utitur enim his verbis ἀποθέσθαι τὴν ἀρχήν, & ἐξόμνυσθαι τὴν ἀρχήν. quæ nihil aliud ſunt, quàm *Magiſtratum deponere, & abdicare.* Nam idem libro VI dixit, τὴν δικτατωρείαν ἐξωμόσατο, pro eo quod Latini dicunt, *dictatura ſe abdicavit.* Si ergo idem eſt παύεσθαι τὴν ἀρχήν, quod διαλύεσθαι, & hoc idem, quod ἀποθέσθαι, & ἐξόμνυσθαι. hæc autem Latini dixerunt, *Abdicare*, ergo illud etiam recte *Abdicare* verti poteſt: & qui creato dictatore *Conſules abdicaſſe* ait, egregiè ait. At ille magnus auctor antiquitatis, Catonem, aut Varronem diceres, *Non abdicabant*, inquit, *ſe Conſules creato dictatore, ſed interim deſiſtebant uti poteſtate, & jure ſuo, dum dictator is eſt. Solebant enim non abdicare ſe conſules, ſed parere dictatori. quod ſi dictator ſe abdicaſſet, antequam exitus anni eſſet, Conſules reſumebant poteſtatem priſtinam.* Hui, quam ſapienter? Dic quæſo Robortelle, quid eſt aliud *Abdicare*, quam *privatum ſe reddere*? at creato dictatori, Conſulem privatum occurriſſe tradit Plutarchus in Fabio: Φάβιος δικτάτωρ συνενεγκάμενος εἰς ταὐτὸ ῥαβδούχους εἰκοσιτέσσαρας, καὶ τοῦ ἑτέρου τῶν ὑπάτων ἀπαντῶντος αὐτῷ, τὸν ὑπηρέτην πέμψας, ἐκέλευσε τοὺς ῥαβδούχους ἀπαλλάξαι, καὶ τὰ παράσημα τῆς ἀρχῆς ἀποθέμενον, ἰδιώτην ἀπαντᾶν. id eſt, *Fabius dictator obviam prodeunte altero Conſule, viatore miſſo, lictores dimittere eum juſſit, atque inſignibus magiſtratus abjectis privatum ad ſe venire.* At, inquis, Conſules creato dictatore non abdicabant, ſed parebant ipſi dictatori, æquè ac ſi legati ipſius fuiſſent. Scite Robortellus, ſtultè Livius, qui ſcripſit ita: *Tu L. Minuci*, inquit dictator, *legatus his legionibus praeris. Ita ſe Minucius abdicat conſulatu, juſſique ad exercitum manet.* Sed ſit hoc ineptum, illud vero quam grave, quod idem addit. *Sed ſi verum eſſet, quod ſcribit Sigonius, conſules abdicare ſolitos; non utique reſumſiſſent.* At Dionyſius, qui Conſules abdicare ſolitos ait, ſcribit, A. Poſtumium conſulem à collega ſuo dictatorem dictum ei partem exercitus tradidiſſe. ubi vero dictatura abdicavit, ipſum cum collegâ ſuo conſule, quem abdicatum innuerat, comitia conſularia habuiſſe, nec tamen apparet, quemadmodum ille, qui abdicaverat, poteſtatem recuperaverit Conſularem. Sed ego ineptus, qui doctiſſimi hominis argutias tot verbis mihi ſumpſerim refutandas. Venio ad alteram reprehenſionem ejus, quæ eſt his verbis prolata: *Jam vero errat etiam Sigonius, cùm purpuram vertit. nam* περιπόρφυρον *habet Plutarchi liber. & ſatis notum eſt hanc à Plutarcho dici*, quam *prætextam* Latini vocant. Dii immortales, quam doctus eſt iſte Franciſcus Robortellus! dat vitio, quod verterim περιπόρφυρον οὐ φορεῖ, *purpurâ non utitur*, cum dicendum fuerit, *prætextâ.* Non nego, Robortelle, quin prætextam intellexerit Plutarchus. Sed cum *prætexta* nihil aliud ſit, quam toga, cui purpura prætexta ſit, in eoque à toga differat, quod purpuram habeat in ora intextam, neſcio cur mihi vertendum vitio ſit, quod purpuram pro prætexta verterim, præſertim cum dicat Livius Libro XXXIV. *Purpurâ viri utemur prætextati in magiſtratibus, ſacerdotiis, liberi noſtri prætextati purpurâ togis utentur.* Quid eſt enim aliud, *Utemur in magiſtratibus, & ſacerdotiis purpurâ*, quam *toga purpura prætexta*? quod quale eſſet, ut intelligeretur, dixit, *Prætextati.* Item paullo poſt:

 Et

Et cùm tibi viro liceat purpurâ in veſte ſtragulâ uti. & Plinius lib. XXXIII. *Vulgoque purpurâ latiore tunicâ uſos invenimus etiam præcones.* Cùm hos habeam hujus locutionis auctores, quid Robortellum, aut Glareanum diſſentientes curare debeo?

Cap. X. *Ecce Hernici nunciant, Volſcos, & Æquos, etſi acciſæ res ſint, reficere exercitus, Antii ſummam rei poſitam. Ecetræ Antiates palam concilia facere, id caput, eas vires belli eſſe.*] Hunc locum ego non attigi; quem à me corruptum eſſe, falso inſimulat Robortellus, atque ita legendum contendit: *Antii ſummam rei poſitam, non Ecetræ*: nec videt, ſe addendâ particulâ *Ne*, pulcherrimam & veriſſimam hiſtorici ſententiam depravare. Antiates enim & Ecetrani Volſci erant, Antiates quidem coloni Romani, Ecetrani verò non item. Volſci autem cùm bellum renovare vellent, Antii ſummam rei poſuerant illi quidem; ſed Antiates ne ſua conſilia Romanis patefierent, Antii clam fortaſſe, at Ecetræ palam concilia de belli ratione habebant. Non ergo, ut Robortellus interpretatur, Hernici nunciabant, Antii ſummam rei poſitam à Volſcis, non Ecetræ, ſed Antiates non Antii, ſed Ecetræ palam concilia facere. nam cum addit, *id caput, eas vires belli eſſe*; de Antiatibus, non de Ecetranis intelligendum eſt.

Cap. XXXIII. *Anno trecenteſimo altero, quàm condita Roma erat, iterum mutatur forma Civitatis.*] Reprehendit Robortellus quod *trecenteſimum alterum annum* interpreter, *trecenteſimum primum*; duobus argumentis; non, quod in faſtis Capitolinis hic annus eſt trecenteſimus ſecundus; altero, quod *alter*, ſignificet *ſecundum*, non *primum*. Utrique ita reſpondeo. Primùm illud poſitum eſſe volo, quod aliter habere non poſſe ſupra demonſtravi, Capitolinam annorum ſummam nihil ad Livianam pertinere. Livianam autem non niſi ex verbis ipſis Livii eſſe hauriendam; neque Livianos numeros, ut annorum rationem Livianam inveniamus, pro arbitrio eſſe mutandos, ſed eſſe incolumes relinquendos. His autem rebus ita conſtitutis, dico, Livium, cùm inquit, *anno trecenteſimo, & altero decemviros eſſe creatos*, trecenteſimo primo intelligere. Etenim ſi conſules primos iniſſe dicas anno ipſo ducenteſimo primo, quadrageſimo quinto, quod diſerte apud Livium ſcriptum eſſe ſupra oſtendi, non poteris decemviros in annum trecenteſimum primum conjicere. quod ſi duos eos annos, de quibus diximus, annumeraris, in trecenteſimum tertium eos referre cogeris. non eſſe autem eorum rationem habendam, ſatis alio loco probatum eſt. me autem magis etiam movent ſcripti epitomatum libri, in quibus invenio, *Uno & trecenteſimo anno ab V. C. decemviros eſſe creatos.* Præterea nominat Livius annum, quo C. Sulpicius Pæticus III, & M. Valerius Poplicola Conſulatum geſſerunt, quadringenteſimum ab urbe condita, his verbis: *Quadringenteſimo anno, quam urbs condita erat, quinto & trecenteſimo, quam à Gallis recepta ablato poſt undecimum annum à plebe conſulatu patricii Conſules ambo ex interregno magiſtratum iniere.* Quem tam nobilem, & tam rotundum numerum, ut ego tueor, ſic Robortellus corrumpit, & *trecenteſimum nonageſimum octavum* reponit. quoniam hi Conſules in eum annum in Faſtis Capitolinis incurrant. quo errore nullum fœdiorem eſſe poſſe opinor. Si ergo hi Conſules ex Livii ſententiâ fuerunt anno quadringenteſimo, profectò Marcus Popillius Conſul, qui eos proximè conſecutus eſt, anno quadringenteſimo primo Conſulatum geſſit. quo Conſule accepimus ſecundos Ludos ſæculares, teſte Zoſimo, eſſe factos. Cùm autem tertii ludi ſæculares auctore Cenſorino, ex Livii ſententiâ, relati ſint L. Junio, & P. Claudio Conſulibus, iidemque, teſte epitomâ Livianâ, *centeſimo anno editi ſint, alte-*

altero, & quingenteſimo ab urbe conditâ, cumque à M. Popillio Conſule ad Junii, & Claudii Conſulatum centum anni numerentur; ſane apparet, *quingenteſimum alterum* in epitomâ eſſe quingenteſimum primum. præterea ſi Junius, & Claudius anno quingenteſimo primo Conſules fuerunt, profecto Marcius, & Manlius, quibus Conſulibus quarti Ludi ſæculares poſt centeſimum annum, ſexcenteſimo autem, & altero ab urbe condita anno relati à Livio in epitoma, & a Cenſorino ex Livii ſententia feruntur, in annum ſexcenteſimum primum incurrent; atque ita etiam *ſexcenteſimus alter*, erit ſexcenteſimus primus. Atque hoc quidem ita eſſe docet etiam alio loco Livius, qui Cottam, & Galbam in annum conjicit quingenteſimum quinquageſimum. qui numerus, ſi regrediaris, oſtendet, Junium, & Claudium anno quingenteſimo primo; ſi progrediaris, Marcium & Manilium anno ſexcenteſimo primo iniſſe. Cum autem rotundos hos numeros ſtudioſe attulerit Livius, quam periculoſum, ac temerarium ſit, eos Robortelliano more mutare omnes intelligunt. ille tamen hoc etiam in loco *quingenteſimum quinquageſimum tertium* reponit. Præterea in epitomis iiſdem ſcriptum eſt, *bella civilia tribus triumphis à Cæſare Octaviano actis viceſimo, & altero anno, quam inita erant, eſſe finita.* Subductâ autem ratione omnium annorum à Lentuli, & Marcelli Conſulatu, quo cœperunt, uſque ad ipſius Cæſaris, & Craſſi Conſulatum, in quo ille triumphavit; non niſi viginti unum numerari invenies. His ego veſtigiis Livii ſenſum perſecutus, *Alterum* pro *primo* interpretatus ſum, non Grammaticâ, quam ille bonus ſcilicet Grammaticus ſequitur, loquendi ratione, ſed Livianâ, quam ego indagavi, computatione adductus. Quibus rebus ita confirmatis, nunc, quæ contra dici poſſint, refellamus. *Trecenteſimus alter*, inquit, *decemvirum annus non eſt trecenteſimus primus, ſed ſecundus. nam ab eo anno uſque ad tribunos militares, qui trecenteſimo decimo anno iniſſe dicuntur, non niſi octo anni numerantur, cùm novem eſſe deberent.* Reſpondeo, nihil novi adverſus me afferri. ſenſi enim difficultatem, & quo pacto tolli poſſet, adſcripſi. nimirum, videri Horatium, & Valerium in alterum annum continuaſſe Conſulatum. idque Livium ipſum etiam ſignificaſſe. Sed ſit hæc difficultas maxima, quâ mea expoſitio urgeatur. quid? non ne eadem etiam ipſe premitur? Nam cum primi Conſules anno ipſo ducenteſimo quadrageſimo quinto inierint, ut Livius voluit, decemviros in trecenteſimum ſecundum referre non poterit, niſi eadem ratione annum interjiciat. ubi autem ſit interponendus, non apparet. nam ſi duos illos, de quibus diximus, interſeruerit, decemviros in trecenteſimum tertium conferat, neceſſe eſt. Jam vero quod ait, *Alter dicitur de duobus, ergo trecenteſimus alter eſt trecenteſimus ſecundus.* reſpondeo, ſi à trecenteſimo incipiamus, tum eum, qui proxime ſequitur, alterum eſſe. ſequitur autem trecenteſimus primus. Sic dixiſſe Virgilium, *Tu nunc eris alter ab illo*, id eſt, ſecundus, ſi illum etiam annumeraris, primus autem ſi poſt illum numerare inceperis. Hoc loco Servii interpretationem opponit, qui exponit apud Virgilium, *annum alterum ab undecimo*, decimum tertium, non duodecimum. Scilicet, quia decimus tertius propius abeſt à pubertate, quam duodecimus. Cui ego reſpondeo, ſi Servius expoſitionem illam ſuam ſibi ratione corroborandam putavit; intellexiſſe alteram etiam poſſe probari. nam ſi conſtaret, annum alterum ab undecimo non poſſe ſignificare, niſi tertium decimum, quid tam anxiâ illa opus erat expoſitione? confirmavit ergo id, quod facilè labefactari poſſe intellexit. ratio vero, quam affert, non cogit nos aſſentiri, ut omnino ille tertius decimus ſit. neque enim neceſſariam, & certam aliquam annorum

Digitized by Google

norum ſummam, quam evitare non poſſimus, adhibuit. Hæc dixi, non ut *Alterum* pro *ſecundo* ſumi poſſe negarem, ſed ut Livianum uſum oſtenderem, neque aliter fieri poſſe ab eo, qui integros ejus ſervare numeros velit, probarem. Quod ſi Robortellus omnes numeros Livianos incolumes tuebitur, atque *alterum* pro *ſecundo* interpretabitur, aſſentiar. quod ei tamen facere jam integrum eſſe, non video. ſiquidem omnes corrupit, & pro quingenteſimo, ac ſexcenteſimo altero, quingenteſimum, ac ſexcenteſimum quartum repoſuit. ſin autem numeris Livianis evertendis mecum pugnare voluerit, eum non audiam.

Cap. XXXIII. *Et in unicâ concordiâ inter ipſos, qui conſenſus in privatis interdum utilis eſſet*] Sic ego. Vetus liber unus habet *In privatis*, alter *In privatis conſiliis interdum utilis eſſet*. ut videatur legendum eſſe: *Qui conſenſus in privatis interdum conſiliis utilis eſſet*. Ad hæc Robortellus: *Omnes vetuſti libri, quos ego hactenus vidi, ſcripti ita habent: Et in unica concordia inter ipſos, qui conſenſus in privatis interdum inutilis eſſet. undè pulcherrima ducitur ſententia ſi inter ſe conſentiant privati homines; interdum id magno aliorum malo fieri*. Ego vero quod tum ſcripſi, ex libris ſcripſi. quam nunc etiam lectionem in libro Mureti invenio ita, *Qui conſenſus privatis interdum conſiliis utilis eſſet*. cujus lectionis ſenſum videat, an non probet. Erat, inquit, ſumma adverſus alios æquitas poſita in unica inter ipſos decemviros concordia. *qui conſenſus in privatis interdum conſiliis utilis eſſet*, id eſt, ſi privati in conſiliis capiendis ſecum ſæpe conſentiant, eo modo, quo decemviri, qui erant in magiſtratu, inter ſe concordarunt, utile futurum reip. neque enim civiles diſſenſiones, quas tum habebat in manibus Livius, fuiſſe conſecuturas. Accommodat ergo Livius ſententiam ad res Romanas, & ad illa turbulenta reip. tempora: & privatorum conſenſum non aliter, quàm magiſtratuum, utilem eſſe ait; verum non ſemper ſed interdum. nam ſi ſemper privati conſentirent, multis nocerent, ſi interdum, reip. non obeſſent. Ille vero ait, ſi inter ſe privati conſentiant, interdum id magno aliorum malo fieri.

Cap. XLIX. *Strictum etiam telum, reſperſuſque ipſe cruore tota in ſe caſtra convertet*] Ego cum in pleriſque libris ſcriptis invenirem, *Strictum etiam telum tenens*, id quod nunc etiam in Mureti libro invenio, & cum Dionyſium de eodem homine, & de eadem re loquentem vocem *Tenens* non omittere animadverterem, neque omittendam mihi putavi. Dionyſius autem ita: *τὴν μαγειρικὴν διὰ χειρὸς ἔχων, αἵματι πεφυρμένος ἅπας.* id eſt, *manu cultrum tenens, totus ſanguine fœdatus*. Robortellus autem omittendam eſſe cenſet, *quia duo*, inquit, *admirationem afferebant militibus, primum telum ſtrictum, deinde ipſe Virginius, qui erat reſperſus cruore*. Quod datur dictio, *Tenens*, ſe non videre ait, quo modo locum habere poſſit altera dictio, *Ipſe*; quæ alioquin vim magnam habet in illâ periodo. Ad quæ dico. Virginium duobus modis caſtris admirationem attuliſſe, & quod ſtrictum telum teneret, & quod ipſe ſanguine reſperſus eſſet. Quod autem ait, ſe non videre, ut vox, *Ipſe*, locum habeat, neſcio, quos oculos habeat, qui non videant, aliud eſſe Virginium ſtrictum telum tenentem, aliud Virginium ipſum, quod multo majus eſt, reſperſum cruore. neque enim Virginius aut cum telo, aut non reſperſus attuliſſet admirationem, ſed cum ſtrictum teneret cultrum, & ipſe, nedum culter, eſſet reſperſus ſanguine, in ſe tota caſtra convertit. Hæc ſi non videt, aut videre non poteſt, non eſt, quod in tantis veterum ſcriptorum tenebris ambulet, aut aliis lucem oſtendere cogitet, quam ipſe intueri prope cæcus non poſſit.

Digitized by Google

EX LIBRO VII.

CAp. II. *Impletas modis ſatyras deſcripto jam ad tibicinem cantu, motuque congruenti peragebant. Livius poſt aliquot annos, qui ab Satyris auſus eſt primus argumento fabulam ſerere, idem ſcilicet, id quod omnes tum erant, ſuorum carminum actor, dicitur cum ſæpius revocatus vocem obtudiſſet, veniâ petitâ puerum ad canendum ante tibicinem cum ſtatuiſſet, canticum egiſſe aliquanto magis vigente motu, quia nihil vocis uſus impediebat.*] Horum verborum hunc eſſe ſenſum putavi; Primum Ludiones ex Etruriâ accitos ſine carmine ad tibicinis modos ſaltaſſe; poſt verſus, ſed inconditos, & motus à voce non abſonos adjunxiſſe. Livium autem Andronicum ſeparaſſe primum cantorem à ſaltatore, ita ut unus hiſtrio caneret, alius ſaltaret: atque hoc ſimile ei eſſe, quod dixit Ariſtoteles in poëtica, *Tragœdiam imitationem eſſe, quæ fieret rhythmo*, id eſt, ſaltatione, harmoniâ, & oratione aut conjunctim, aut ſeparatim. Robortellus autem alio ſpectans, inquit, *Ariſtotelem in eodem libro dixiſſe; Sophoclem auxiſſe numerum hiſtrionum. cum enim Æſchylus ante primus auxiſſet uſque ad duos, Sophocles tertium addidit. ſicque inquit, tres hiſtriones primarum, ſecundarum, & tertiarum partium eſſe cœperunt. & Æſchylus, quem ſcribit Ariſtoteles inveniſſe* λόγον πρωταγωνιςεῖν, *invenit ſermonem hiſtrionis primarum partium, Sophocles vero tertiarum.* Ego vero reſpondeo; neque illum neque hunc locum à Robortello, aut à Glareano, qui Robortello aſſentitur, eſſe intellectum. priore enim loco de Tragœdiâ Ariſtotelem loqui, in qua Chorus idem & cantaret, & ſaltaret, hiſtriones autem canerent tantum. quod ex ſequentibus liquet. Livium loqui de hiſtrionibus Latinis, qui cum antiquitus iidem & ſaltarent & canerent, Andronici inſtituto utrumque munus diviſerunt, ut canticum, quæ pars eſt fabulæ, alii ſaltarent. atque hoc etiam olim factitatum Lucianus tradit in libro de ſaltatione, cum inquit: *Olim iidem & cantabant, & ſaltabant. deinde poſteaquam ſaltantium ſpiritus odam interrumpebat, præſtare viſum eſt, alios ipſis ſuccinere.* Quod vero de tribus hiſtrionibus ſcribit Ariſtoteles, id eſt tale: antiquitus Tragœdia ex choris ſolis conſtitit neque hiſtriones habuit, inde additi ſunt hiſtriones, qui cum choro negociarentur, unus à Theſpide, alter ab Æſchylo, tertius à Sophocle, obſervatumque eſt, ne quarta perſona loqueretur. Hæc eliciuntur ex Athenæo lib. 14. ubi inquit: *Conſtitit vero & Satyrica tota poëſis antiquitus ex choris, quemadmodum & tragœdia ejus temporis. itaque neque hiſtriones habuerunt.* Item ex Diogene in vita Platonis ita ſcribente: *Antiquitus in tragœdiâ ſolus chorus agebat. deinde Theſpis hiſtrionem unum, ut chorus interquieſceret, excogitavit, alterum Æſchylus, tertium Sophocles.* atque ita tragœdiam expleverunt. λόγον autem πρωταγωνιςεῖν non eſſe *ſermonem primarum partium*, ſed *prologum*, ſatis evidenter Modius, & Victorius ex ipſo Ariſtotele docuerunt.

EX LIBRO XXVI & XXVII.

CAp. VI. *Galeria juniorum, quæ ſorte prærogativa erat, Q. Fulvium, & Q. Fabium conſules dixerat. eodem jure vocata reliquæ inclinaſſent*, ni. Item: *Fulvius Romam comitiorum cauſſa accerſitus, cum comitia conſulibus creandis haberet; prærogativa centuria juniorum declaravit T. Manlium.*] In priorem locum Glareanus ita ſcripſit: *Ego ſane, quid Galeria ſit, non intelligo. Si equitum eſt ordo, fortaſſe à Galero nomen habet.* Hæc cum ego legiſſem, ſcripſi in hunc modum: *Galeria nomen eſt centuriæ, ut Veturia.* Item: *Et hoc loco in veteribus libris eſt pro centuria*, ſic infra: *Redire in ſuffragium Veturiam*

ju-

iuniorum. item : *Veturiam ſeniorum citaret.* item : *Citatu Veturia ſenioribus. idque, ut ego cenſeo, recte, eſt enim Veturia Centuria nomen, ut Galeria. cujus meminit lib. 27 his verbis. Galeriam juniorum, quæ ſorte prærogativa erat.* Nunc vertit vitio Robortellus quod ſine veterum librorum auctoritate pro *Centuriæ* voce *Galeriam*, & *Veturiam* repoſuerim. addit deinde *Galeriam tribum*, non *centuriam* eſſe. nam centurias nomine caruiſſe. Ego vero dico, me *Veturiam*, & *Galeriam* ex antiquis libris hauſiſſe, atque hujus lectionis doctos omnes præter ipſum adſtipulatores habere. *Galeriam* autem, & *Veturiam* tribuum nomina eſſe illa quidem, verum centuriarum etiam eſſe poſſe. Nam cum ex tribu Galeriâ centuria prærogativa eſſet educta, ſive juniorum, ſive ſeniorum; fiebat, ut ipſa centuria nomen tribus adipiſceretur, & *Galeria juniorum*, ſive *ſeniorum* diceretur. quod erat nihil aliud, quam dicere, centuria prærogativa juniorum, aut ſeniorum ex tribu Galeria educta. nam Cicero pro Plancio *prærogativam centuriam*, unius tribus partem vocavit. atque idem dico de *centuria*, & cæteris. Habent ergo centuriæ nomen, cum à tribu, unde educuntur, id accipiant. Quamobrem quod addit, ſe putare, *me cum hæc ſcripſi ſomniaſſe*; ſcito me vehementer gaudere, cum ſomnia mea multo, quam ipſius vigiliæ, ſint meliora. neque enim, niſi ipſe vigilans dormienti ſimilis eſſet, *Galeriam*, & *Veturiam* centurias ex Liviana hiſtoria ſuſtuliſſet. de quibus egregie Nicolaus Grucchius in libris de Comitiis diſputavit.

EX EPITOMA XLIX.

D*iti patri ludi Terentum ex præcepto librorum Sibyllinorum facti, qui anno primo Punici, quingenteſimo, & altero ab V. C. facti erant.*] Ego cum ex ſcriptis libris correxiſſem: *Qui anno centeſimo; primo Punico bello, id eſt, quingenteſimo, & altero ab V. C. facti erant*: Robortellus ex conjectura ita emendavit: *Qui ſexto decimo anno primo Punici belli.* improbavit autem vocem illam *Centeſimo.* quam ego confirmo in hunc modum: Bellum Punicum tertium Marcio, & Manilio Conſulibus cœptum eſt. anno altero, & ſexcenteſimo ab V. C. ut ſcriptum eſt in hac epitoma. iiſdemque Conſulibus, quarti ludi ſæculares ex Livii ſententiâ, Cenſorino teſte, & epitomâ conſentiente, facti ſunt. ergo quarti ludi anno altero, & ſexcenteſimo ex Livii ſententiâ facti ſunt. at tertii, à P. Claudio, & L. Junio conſulibus ex Livii ſententiâ, ut ait Cenſorinus, facti fuerant, qui annus in quingenteſimum primum ab V. C. incidit: ergo ludi ſæculares, de quibus agitur in epitomâ, centeſimo ante anno facti ſunt ante tertium bellum Punicum, cujus primo anno etiam facti eſſe dicuntur.

EX EPITOMA L.

P. *Scipio Æmilianus cum ædilitatem peteret; Conſul à populo dictus, quoniam per decem annos fieri minime licebat, legibus ſolutus, & conſul creatus.*] Ego quoniam legem de decem annis non obſervari, niſi in iis, qui Conſules reficerentur, ſciebam: ea enim caveri, ne quis intra decem annos conſul reficeretur. cumque in ſcriptis libris legi animadverterem, *Per annos*, numero *Decem* omiſſo; non dubitavi, quin germana hæc eſſet lectio. præſertim vero cum Scipionem tum XXXVII annos natum ſcirem, id eſt, nondum ætate Conſulari præditum; de quâ legibus annalibus eſſet cautum. hanc autem lectionem, cum & librorum, & rationis auctoritate nitatur, tamen Robortellus temerè irriſit. Atque hi quidem ſunt mille illi, & ſexcenti Livii loci, quos me corrupiſſe Robortellus inſimulavit. quoſque primum ille, deinde Glareanus adverſus me protulit. de quibus aliorum eſto, non noſtrum judicium.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google